MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS

SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

[Ser. m-fol.]

SCRIPTORVM

TOMVS IX.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLI.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN / LEIPZIG


4 OKT. 1949

TOMO SCRIPTORUM NONO CONTINENTUR:

	Pagg.
Praefatio	VII. VIII.
I. Cosmae chronica Boemorum edente D. Rudolfo Köpke Ph. D. (Tab. I.)	1—209
Cosmae libri III. usque ad a. 1125.	31—132
Canonici Wissegradensis continuatio a. 1126—1142.	132—148
Monachi Sazavensis continuatio a. 932—1162.	148—163
Canonicorum Pragensium continuationes a. 1140—1195.	163—166
Wenceslai I. regis historia a. 1228—1249.	167—169
Annalium Pragensium pars I. a. 1196—1278.	169—181
Annales Otakariani a. 1254—1278.	181—194
Annalium Pragensium pars II. a. 1278—1280.	194—198
Annalium Pragensium pars III. a. 1279—1283.	198—209
Appendix	843—846
II. Chronicon Benedictoburanum	210—238
Chronicon Benedictoburanum a. 740—850. edente D. Wilhelmo Wattenbach Ph. D.	212—216
Continuatio usque ad a. circiter 1060. edente D Wilh. Wattenbach	217—221
Breviarium Gotschalci a. 740—1052. edente D. Wilh. Wattenbach	221—224
Translatio sanctae Anastasiae a. 1053.	224—229
Chronica Burensis monasterii a. 740—1139. 1248. 1377. 1378. 1490—1493. edente D. Wilhelmo Wattenbach	229—238
III. Guillermi Apuliensis gesta Roberti Wiscardi a. 1009—1085. ed. D. R. Wilmans Ph. D. (Tab. II.)	239—298
IV. Genealogia comitum Bulonensium ed. D. L. C. Bethmann	299—301
V. Genealogia comitum Flandriae edente D. L. C. Bethmann	302—336
Witgeri genealogia Arnulfi comitis	302—304
De Arnulfo comite	304
Genealogia comitum Flandriae Bertiniana	305
Continuatio Marchianensis	306. 307
Continuatio Leidensis et Divionensis	307. 308
Genealogia regum Francorum comitum Flandriae	308
Lamberti genealogia comitum Flandriae usque ad a. 1120.	308—312
Continuatio a. 1127. 1128.	312. 313
Flandria generosa usque ad a. 1164.	313—325
Continuatio Bruxellensis	325
Continuatio Gislenensis	326
Continuatio Claromariscensis	326—334
Genealogia brevis comitum Flandriae usque ad a. 1202.	334
Iohannis de Thielrode genealogia comitum Flandriae usque ad a. 1271.	335
Catalogi comitum Flandriae	336
VI. Hugonis Floriacensis opera historica; accedunt aliae Francorum historiae, ed. D. Georgio Waitz, professore publico Gottingensi	337—406
Ex historia ecclesiastica editionis primae	349—353
Editio altera libris VI digesta	354—364
Historia Francorum Senonensis a. 688—1034.	364—369
Fragmenta historiae Fossatensis saeculi IX—XIII.	370—374
Aimoinus Floriacensis de regno Francorum. Excerpta ex miraculis S. Benedicti	374—376
Hugonis liber qui modernorum regum Francorum continet actus — a. 1108.	376—395
Historia regum Francorum monasterii sancti Dionysii — a. 1108. 1137.	395—406
VII. Chronicon Affligemense a. 1083—1100.	407—417
Visio Fulgentii a. 1109.	417
VIII. Chronicon Polonorum usque ad a. 1113. ediderunt I. Szlachtowski et R. Köpke Ph. DD. (Tab. II.)	418—478

Pagg.

IX. Annales Austriae edidit D. Wilhelmus Wattenbach Ph. D. . . . . 479—543
Annales Mellicenses a. 1—1123. (Tab. III.) . . . . . 480—501
Continuatio Mellicensis a. 1124—1564. . . . . 501—535
Auctarium Mellicense a. 508—1269. . . . . 535—537
Continuatio Zwetlensis prima a. 1140—1170. . . . . 537. 538
Auctarium Zwetlense a. 1024—1160. . . . . 538—540
Continuatio Zwetlensis altera a. 1170—1189. (Tab. III.) . . . . . 541—544
Continuatio Cremifanensis a. 1139—1216. (Tab. III.) . . . . . 544—549
Auctarium Cremifanense a. 249—1217. (Tab. III.) . . . . . 550—554
Auctarium Lambacense a. 1128—1197. . . . . 555. 556
Continuatio Lambacensis a. 1197—1348. (Tab. III.) . . . . . 556—561
Auctarium Garstense a. 450—1139. (Tab. IV.) . . . . . 561—569
Annales Admuntenses a. 1—1130. (Tab. V.) . . . . . 569—579
Continuatio Admuntensis a. 1140—1250. 1425. . . . . 579—593
Continuatio Garstensis a. 1182—1257. . . . . 593—600
Annales Gotwicenses a. 1068—1230. . . . . 600—604
Continuationes Claustroneoburgenses, Scotorum, Sancrucenses, Zwetlenses, Novimontenses, Vindobonenses . . . . . 604—677
Continuatio Claustroneoburgensis I. a. 1075—1168. (Tab. V.) . . . . . 607—613
Continuatio Claustroneoburgensis II. a. 1141—1224. . . . . 613—624
Continuatio Scotorum a. 1225—1233. (Tab. IV.) . . . . . 624—626
Continuatio Sancrucensis I. a. 1225—1233. (Tab. IV.) . . . . . 626—628
Auctarium Claustroneoburgense a. 1072—1134. 628
Continuatio Claustroneoburgensis III. a. 1142—1233. . . . . 628—637
Continuatio Sancrucensis II. a. 1234—1266. . . . . 637—646
Auctarium Mariacellense a. 978—1259. . . . . 646. 647
Continuatio Claustroneoburgensis IV. a. 1267—1279. . . . . 647. 648
Historia annorum 1264—1279. . . . . 649—654
Continuatio Zwetlensis III. a. 1241—1329. . . . . 654—669
Continuatio Novimontensis a. 1329—1396. (Tab. V.) . . . . . 669—677
Annales Zwetlenses a. 1—1349. . . . . 677—684
Continuatio Zwetlensis IV. a. 1348—1386. . . . . 684—689
Kalendarium Zwetlense a. 1243—1458. . . . . 689—698
Continuatio Vindobonensis a. 1267—1302. 1313—1327. . . . . 698—722
Auctarium Vindobonense a. 893—1275. . . . . 722—724
Continuatio Praedicatorum Vindobonensium a. 1025—1283. (Tab. V.) . . . 724—732
Auctarium Sancrucense a. 1138—1246. 732
Continuatio Sancrucensis III. a. 1302—1310. . . . . 732—735
Continuatio Claustroneoburgensis V. a. 1307—1455. . . . . 735—742
Continuatio Claustroneoburgensis VI. a. 1267—1288. . . . . 742—746
Continuatio Florianensis a. 1273—1309. (Tab. V.) . . . . . 747—753
Auctarium cum Kalendario Alberti plebani de Waldkirchen a. 1283—1332. . 753—755
Continuatio Claustroneoburgensis VII. a. 1324—1383. . . . . 755—757
Sancti Rudberti Salisburgensis annales breves a. 991—1168. . . . . 757—758
Annales Sancti Rudberti Salisburgenses a. 1—1286. (Tab. V.) . . . . . 758—810
Continuatio Weichardi de Polhaim a. 1260—1307. . . . . 810—818
Continuatio canonicorum S. Rudberti Salisburgensis a. 1308—1327. . . . 819—823
Annales Matseenses a. 1305—1395. . . . . 823—837
Continuatio monachorum Sancti Petri a. 1375—1398. . . . . 837—843
Index auctoribus R. Wilmans et W. Wattenbach . . . . . 847—908
Glossarium auctore R. Wilmans . . . . . 908—910
Emendanda et Addenda 910

Tabulae I. ad pag. 23. II. ad pag. 420. III. ad pag. 480. IV. ad pag. 482. V. ad pag. 570.

Prodit tandem aliquando, quem ante hoc triennium propter infelicitatem temporis in primis Cosmae plagulis haerere conquestus sum, tomus Scriptorum nonus, una cum primo fasciculo tomi Legum tertii. Et hic quidem leges Alamannorum sistit, quas reliquae populorum Germanorum leges quanta celeritate fieri poterit subsequentur. Scriptorum tomus chronica saeculi XI. exeuntis et XII. ineuntis Bohemorum, Normannorum, Polonorum, chronica Benedictoburanum et Affligemense, Hugonis Floriacensis opera historica, genealogias comitum Bulonensium et Flandrensium, ultimoque loco annales exhibet monasteriorum Austriae et Salisburgenses saeculo XII. coeptos et usque ad saeculum sextum et decimum productos. Quae omnia subsidio codicum

optimorum undecumque conquisitorum aut primum luci data aut ad veram lectionem redacta integritatique restituta, lector benevolus agnoscet. Reliqua saeculi XII. usque ad exitum Lotharii III. imperatoris chronica tomus decimus, iam praelo subditus, proferet

Scribebam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 14. Kal. Iulias a. 1851.

COSMAE CHRONICA BOEMORUM

EDENTE D. RUDOLFO KOEPKE PH. D.

Cosmas Pragensis quem patris Bohemicae historiae Herodotique splendidissimis nominibus iure ornarunt viri de perscrutandis Bohemorum rebus gestis optime meriti, inter Germanicarum etiam rerum scriptores, sive rerum materiem quam libro suo inclusit, sive viam et rationem quam in conscribenda historia ingressus est respicis, locum obtinet non sane sua laude fraudandum. Et haud immerito nos quoque nostris eum videmur adscribere posse, qui etsi Bohemica gente oriundus, et divinarum et humanarum rerum societate cum imperio Germanico erat coniunctus. Quamquam enim Slavicus eius sanguis odio magis quam amore efferbuit erga Germanos, quos patriae habebat inimicos atque oppressores[1], *tamen neque Germanici imperatoris summum imperium, a Bohemis etiam servandum, reiicere, neque Moguntini archiepiscopi ecclesiasticam disciplinam in dubium vocare audebat. Neque Bohemorum historiam componere licebat, Germanicarum rerum ratione habita omnino nulla, nam vix unam quidem alteramve pagellam complere poterat, quin in res a Germanis et gestas et conscriptas incideret nominaque Germanica litteris mandanda essent. Sit igitur haec Bohemorum gloria utilissimum rerum scriptorem sibi popularem datum esse, nobis vero hanc alteram relinquant Cosmam, quod ipse testatur, Germanorum eruditione et litteris imbutum atque ad altiores sensus capessendos excultum esse.*

Sed alia est laus Bohemis minime eripienda. Germanus quidem erat qui primus Cosmae chronicon luce publica donavit, at Bohemorum erant viri doctissimi qui in legendo eoque explicando summam operam atque diligentiam posuerunt eumque iterum iterumque novis curis perscrutantes, ita in interiores libri illius recessus penetrarunt ut Germanis viam praeirent nobisque paene nihil relinquerent, quae nova proferri possent. Primus enim Dobnerus[2], *cui summa debet Bohemorum historia, sua doctrina Cosmae vitam et librum illustravit, post Dobnerum Dobrowskius*[3], *— cui viro de historia Cechica meritissimo,*

1) II, S. 14. 2) Ad Haiecii annales Bohemorum I, 172 sqq. 3) In praefatione ad scriptores rerum Bohemicarum I, p. VII sqq.

[4] *quod Monumentis Germaniae promiserat*[4], *novam Cosmae editionem, utinam solvere licuisset! at fata obstabant —; post Dobrowskium qui in libro suo nova Bohemicae historiae fundamenta posuit Palackius*[5]. *Post tot tantosque viros de rebus Bohemicis summe meritos, vix saniori consilio res nostra geri possit, quam si ea via quam tali auctoritate praemunitam videmus incedentes, illa praesertim annotamus quae nobis aliter se habere videbantur.*

Testimonia quae nobis relicta sunt de vita Cosmae, sunt quidem non ita pauca, sed ut fere ubique accidere solet in rerum scriptoribus qui non rebus gerendis sed scribendis gloriam sibi comparare conati sunt, ex ipsius auctoris libro sunt illa petenda; nam paucissima sunt quae postero tempore casu magis quam consilio ab aliis addita esse videmus. At de se ipse testimonia largiore sane manu libro inseruit, quam apud alios fieri solet. Ex ipsius igitur verbis vita eius constituenda est.

Cosmas circiter annum 1045.[6] *haud ignobili loco*[7] *natus, ex gente quadam e Polonia adducta, ni fallor, originem traxit. Nam atavus eius*[8], *presbyter qui paucis annis antequam Cosmas hanc lucem adeptus esset, adhuc erat inter vivos, a Bohemis qui cum S. Adalberti reliquiis in patriam victores redibant, cum nobilium Polonorum turma anno* 1039 *Pragam captivus ductus est. Scholis Pragensibus erudiendus traditus est Cosmas, ut mox clericorum numero adscriberetur, et a.* 1074. *adhuc in puerorum scholis deprehendimus eum haerentem.*

Quum e litterarum rudimentis emersisset, Leodium se contulit Cosmas, quod tunc prae ceteris Lotharingiae scholis laetissimis auspiciis Franconis magistri

4) Archiv IV, 35. 5) Würdigung der alten Böhmischen Geschichtschreiber pag. 1. Minoris momenti sunt quae priori tempore de Cosma dederunt Oudinus commentar. de scriptor. eccles. II, 766, Fabricius bibliotheca lat. mediae et infimae aetatis I, 331, Menkenius in praefatione ad Tom. I. script. rer. Germ., Ceillier XXI, 576, Hambergerus zuverlässige Nachrichten IV, 104, Pubitschka Geschichte von Böhmen IV, 225, Meinertus in commentatione die Böhmischen Geschichtschreiber des ersten Zeitraums, Wiener Jahrbücher XV. Anzeigeblatt pag. 27. 6) Testimonium quod de se ipse fecit Cosmas III, 59, ubi se a. 1125. octogenarium fuisse dicit, secuti sunt Pelzelius, Dobrowskius, Palackius et omnes paene reliqui; quam sententiam ut non omni dubio remoto amplectar his rationibus adducor: Cum illo enim alterum quod II, 34. a. 1074. attulit testimonium conciliari videtur non posse: nam vix patet quomodo vir ille quem obvium habet Cosmas eo loco, auctorem, virum iuvenem, undetrigesimum annum agentem, salutatione *bone puer* alloqui potuerit. Neque auctor se alium ac puerum eodem loco depinxit, ut satis apparet ex illis verbis *nobis adhuc positis in scholis*, quod non ita ut videbatur Palackio interpretandum, Cosmam magistri munere in illa schola functum esse. Qui a. 1074. puer erat, eumne a. 1045. natum esse credas? Solvendae huius difficultatis quam iam Dobnerus vidit ad Haiecium I, 174, unam viam videre mihi videor; non ita urgenda est loco III, 59. vox *octogenarius*; ita fortasse est explicanda ut statuamus, quod aliis exemplis me probare non posse libere fateor, auctorem indicare voluisse septuagesimum vitae annum se egressum iam octavum aetatis decennium intrasse. At ni fallor arctioribus cancellis hoc temporis spatium circumscribi potest. Adelungius in glossario manuali exemplo quodam e diplomate petito probavit *bonos pueros* appellatos esse scholares. Itaque is sine dubio appellandus erat puer qui nondum id aetatis esset, ut ordinem sacrum adipisci posset, quo hoc effici videtur quod a. 1074. Cosmas vigesimum quintum aetatis annum nondum attigerit. Quae omnia si tenemus natalis annus neque ultra annum 1050. reiiciendus neque citra annum 1054. promovendus est. 7) III, 51. annotavit mortem Bertholdi clientis filii sui Heinrici, quod sane non feciset, si cliens ille e vulgo quidam famulus fuisset. Patet etiam aliunde clientes fuisse appellatos militum armigeros; si igitur Cosmae filius inter milites referendus erat, ne pater quidem tam ignobili loco natus videtur esse posse. 8) Pelzelius et Dobrowskius loco II, 5, quo legimus: *Inter quos, heu! male captus, adductus est meus atavus, consors in clero, presbyter in officio*, non naturalem atavum sed seniorem tantum illorum clericorum indicari voluerunt, quorum numero ipse adscriptus erat Cosmas; quam sententiam exemplis non probarunt. Et sine dubio non de atavo sed de proavo suo loquitur auctor; eodem fere modo eadem voce utitur II, 13, ubi Bracislaus dux proavos suos S. Wenceslaum et Boleslaum appellat atavos. Cfr. quoque II, 26. et quod de hoc loquendi usu minus accurate observavit Pubitschka Chronologische Geschichte von Böhmen III, 157. 341. Itaque nihil repugnare videtur quin Cosmae proavum illius captivitatis memoriam posteris suis reliquisse credamus.

florebat, ibique grammaticae et dialecticae operam assidue navavit. Quae doctrinae praesidia sibi comparaverit testes sunt classicorum scriptorum humina quibus librum suum frequentavit ipsaque scribendi ratio. Quantum litterarum amorem ibi in viscera receperit et ad senectutis usque terminum servaverit, ipsius docet iusta ac plena laudatio, qua sub finem libri Franconi magistro monumentum condere conatus est[9]. Quorum studiorum spatio decurso[10], in rerum publicarum luce eum videmus versantem: vix dubitari potest quin in ducis aulam adscitus sit; publicis enim negotiis implicabatur quae viro tantum a duce probato committi posse viderentur. Quum anno 1086. Moguntiae congregata esset synodus, intererat solemnibus illis quibus Heinricus imperator Wratislaum ducem Bohemiae regem fecit, ipsumque vidit imperatorem sua manu diploma signantem quo Pragensi dioecesi Moravia adiudicabatur finesque antiqui illius episcopatus confirmabantur[11]. Gebhardi enim Pragensis in hoc itinere comes in interiorem illius episcopi amicitiam videtur admissus esse, nam austerae sanctaeque eius vitae imaginem ea auctoritate nobis depinxit ut se haec omnia vidisse affirmet[12]. Anno 1091. miraculum quoddam SS. Wenceslai et Adalberti vidit[13] et paulo post in Italiam profectus est; anno enim 1092. in cohorte episcoporum Cosmae Pragensis[14] et Andreae Olomucensis, qui ad investituram capessendam in Italiam iter faciebant, Mantuam venit et Wratislaum regem mortuum esse Veronae audivit[15]. Neque minus quum anno 1094. iidem episcopi Moguntiam mitterentur ut sacro ordine ab archiepiscopo Moguntino initiarentur, Cosmas eos comitabatur, ut ipse iis indicavit quae de reditu in patriam litteris mandavit[16]. Deinde anno 1099. iterum sodalis factus est Hermanni novi episcopi Pragensis in adipiscendis sacris ordinibus, nam ambo et Hermannus et Cosmas a Seraphio archiepiscopo Strigoniensi ad eundem presbyteratus gradum in ipsa illius episcopi sede promoti sunt[17]. Anno 1100. interfuit Pragae consecrationi ecclesiae S. Petri apostoli et mirabili illi examini quo Hermannus episcopus fidem reliquiarum S. Ludmillae probari iussit[18], et a. 1108. crudelissimae cladi qua gens Wrssowicorum delcta est testis interfuit[19]. Ex quibus locis satis patet eum inter illos sine dubio fuisse S. Viti Pragensis capituli clericos, quibus in rebus ecclesiae administrandis summa esset auctoritas. Illorum numero a. 1100. iam erat adscriptus. Quum enim Otto dux Moraviensis forum in Sekir Kostel villa a parentibus canonicis Pragensibus datum iis auferre conaretur, Cosmas legatus missus est ad Wladislaum ducem ut suo labore et prudentia damnum repararet, quem conatum ad felicissimum exitum perduxit[20]. Decani tandem dignitatem eum inter annos 1119 et 1122. adeptum esse ex iis apparebit, quae de tempore quo librum composuerit paulo infra dicemus. Vidit igitur Cosmas illa tempora quibus et ecclesia et Romanum imperium vehementissimis quasi procellis conquassabantur, virilique vigebat aetate quum de sacerdotum matrimoniis acerbissima exorta esset quaestio; eo magis mirari subit eum hisce temp. statibus paene

9) III, 59. 10) Quod quo tempore factum sit non liquet. Coniecerim intra annos 1075 et 1084, quos alto silentio in chronico praetermisit; valde quoque dolendam Franconis magistri mortis annum plane ignorari. Sigebertus eum iam a. 1047. claruisse scribit. 11) II, 37. *quod ego vidi ipsum caesarem suis manibus annotantem.* 12) II, 47. *Fari libet haec quae vidimus ipsi.* 13) II, 46. *quae ipsi vidimus.* 14) Quod priore tempore nonnulli e. g. Pontanus in Bohemia pia p. 3. sibi persuaserunt Cosmam episcopum et Cosmam decanum unum eundemque esse, iam refutavit Balbinus in epitome rerum Bohemicarum p. 211. 15) II, 49. 50. *rumor nostras diverberat aures.* 16) III, 3. *in medio pernoctavimus campo* 17) III, 9. *et me . . . promovit.* 18) III, 11. *uti ipsi vidimus.* 19) III, 24. *Vidimus enim eos miserabiliter in forum trahi.* 20) III, 33. *ego missus ex parte fratrum.*

intactum retinuisse domi uxorem, eique ut fidelissimae coniugi et omnium rerum suarum indimotae comiti, ut ipsius verbis utar, anno 1117. *post mortem versibus quibusdam in libro suo monumentum condidisse*[21]. *Anno* 1123. *filii sui Heinrici mentionem fecit*[22]. *Anno demum* 1125. *quo dux Sobeslaus in thronum evectus est,* 21. *Octob. diem obiit supremum Cosmas, ut alius in calce libri eius annotavit, quum vitam honoribus minime carentem ad octogesimum fere aetatis annum duxisset*[23].

Eorum quae apud populares et exteras gentes audierat Cosmas vel viderat vel denique ipse rerum gerendarum particeps egerat, vitae suae quasi summam chronicon Bohemiae confecit, quod senex demum scribendum aggressus senectutis vigentis maturum fructum posteris reliquit. Satis accurate tempus indicavit quo calamum ad scribendum sumpsit, quod in litteris ad Gervasium ita circumscripsit: Est autem haec chronica composita regnante quarto Heinrico Romano imperatore et gubernante sanctam ecclesiam Dei papa Kalixto, sub temporibus ducis Boemorum Wladizlai simul et praesulis Pragensis ecclesiae Hermanni. *Calixtus II. vero pontificalem sedem adeptus est anno* 1119, *et obiit Hermannus episcopus, quod Cosmas ipse litteris mandavit anno* 1122[24], *quod temporis spatium Heinrici imperatoris et Bohemiae ducis mentione facta probatur. Quocum bene convenit quod uno loco libri primi res anno* 1110. *gestas attigit*[25].

Tres quibus constat chronicon libros non uno tenore conscripsit, certe eos non uno eodemque tempore in lucem emisit. Singulis enim singulos libros quasi donum dedicavit. Primum librum Gervasio magistro, quem archigerontae nomine ornat, cum epistola dedicatoria transmisit, ut eius iudicium subiret, ex quo se totum pendere disertis verbis probat; illius iussu ad reliqua scribenda velle se praecingere aut gradum in calce libri primi sistere. Quod scripsit tempore quo nondum decanatus honorem adeptus erat, nam modesto titulo famuli sancti Wenceslai famulantium se appellat. Secundum illi dedicavit cuius hortatu hunc librum scribendum aggressus erat; eidem Clementi Brevnovensi abbati primum etiam librum quem „olim" Gervasio transmiserat, proposuit[26]. *At non ita longe post primum composuit secundum librum, et ni fallor ante mortem Herimanni episcopi a.* 1122. *Tertii libri, quem praefatione tantum, non epistola dedicatoria munivit, ultimam partem post Hermanni obitum conscripsit*[27], *eumque usque ad a.* 1125. *deduxit. In morte Wladislai ducis calamum deponere voluit ut probatur versu illo:* Sit libri finis nostri ducis est ubi finis[28]; *sed postea nonnulla alia quae memoria digna videbantur addidit. Qua ex re apparet Cosmam verba supra laudata de tempore quo chronicon compositum sit, litteris ad Gervasium non post totum opus absolutum addidisse*[29]; *eodem sine dubio tempore quo liber primus ea conscripta sunt. Tres*

21) III, 43. 22) III, 51. Idem est Heinricus Zdik qui postea a. 1126—1150. Olomucensis episcopi munere summa cum laude suorum functus, magna auctoritate in rebus publicis administrandis apud duces Bohemiae pollebat. Nomen eius illis temporibus fuisse clarissimum ex haud paucis quae attulerunt Cosmae continuatores testimoniis apparet De hac Heinrici origine, quam proposuit Palackius I, 440. dubitari non posse episcopi docet tabula donationis pro parentum animis factae apud Boczekium cod. diplomat. Moraviae I. pag. 264, in qua non quidem nomina, at Cosmae et Boxetechae dies supremi reperiuntur, qui accurate consentiunt cum illis e ud Cosmam III, 43, 62. Quod sibi finxerunt de Heinrici origine ducali Augustinus et post eum alii nihil esse ab aliis iam satis probatum est. Vid. Augustini series episcoporum Olomucensium ed. Richter Olomucii 1831. p. 22. 23) III, 62. Consentit necrologium Bohemicum apud Dobnerum in Monumentis histor. Bohem. III, 15, ubi legitur: 12. *Kal. Nov. Cosmas decanus Pragensis ecclesiae.* 24) III, 49. 25) I, 35. III, 32. 26) II, prol. 27) III, 49. 28) III, 58. 29) ut videbatur Pelzelio et Dobrowskio p. XIV.

omnes denique libros Severo Melnicensi praeposito cum litteris dedicatoriis transmisit, quas toti operi postea praefixit. Sed tam timido animo erat ut hoc potissimum a Severo peteret: Sive enim vobis soli hae seniles nugae placeant sive displiceant, rogo, ne tertius eas oculus videat. *Itaque librum cum illo familiariter magis communicasse quam in lucem publicam misisse videtur. Scripsit has litteras, ut illas secundum librum praecedentes, quum iam ad S. Viti decanatum pervenisset, quod igitur intra annos* 1119 *et* 1122 *factum sit necesse est. Res igitur ipsas dum gerebantur perscripsit, quod ad extremum vitae tempus, donec morienti calamus excideret, fecisse videtur.*

Praesidiorum genera quibus in scribendo usus est diversa sunt: sunt enim scripta aut non scripta. Haec etiam diversae sunt naturae: sunt enim ea quae vel vidit auctor ipse, vel ab oculatis testibus audivit, vel denique quae ex fama populari et senum relatione hausit. Scripta vero praesidia sunt tabulae publicae, epistolae, libri. Ex ipsa rerum natura patet, prius fontium genus in fine libri, posterius in initio saepius adhibitum esse. Locis iam supra memoratis quibus quae ipse viderit Cosmas disertis verbis indicavit, nihil est addendum: quae vero posterioribus quinquaginta annis Pragae gesta sunt, eorum sive ipse testis erat oculatus, sive tales auctores qui veras rerum causas et rationes cognoscerent, facillime sibi parare poterat. Itaque paucis hinc inde exceptis ab anno 1074 *usque ad chronici finem ubique rerum aequalis et saepissime testis oculatus scripsit. Quae ex testium aliorum narrationibus hauserit, minime silentio texit; sub finem enim libri primi haec scripsit:* Nunc auxiliante Deo et sancto Adalberto ea fert animus dicere quae ipsimet vidimus, vel quae ab his referentibus qui viderunt veraciter audivimus. *Priora verba alteram partem libri secundi respicere videntur; quae vero inde ab anno* 1039, *quo incipit liber secundus, gesta erant, sine dubio ex iis qui res ipsas viderant exquirere poterat. Laudat disertis verbis testium oculatorum narrationes ad annum* 1109 *de morte ducis Suatopluci*[30], *de Bohemorum clade anno* 1124[31], *in historiola illa de lascivo presbytero*[32]. *Quibuscum testimoniis aliud historicae auctoritatis genus coniungendum est, quo saepissime usus est auctor. Sunt haec diversi generis monumenta vel reliquiae quae usque ad Cosmae tempora sive revera servabantur sive ab hominibus religiosa quadam superstitione servata credebantur. Talia monumenta sunt Crocconis castrum*[33], *tumulus sepulchralis filiae eius Kazi*[34], *cothurni principis Primisl*[35], *tumulus sepulchralis Tyri fortissimi viri, qui Neclanis ducis exercitui praecerat*[36], *alnus qua se laqueo suspendit Duringus*[37], *opus Romanum quo muniverat castellum Bunzlau Boleslaus dux*[38], *paramenta sancto Adalberto ab Ottone imperatore donata*[39], *catena molendinaris quam Bracizlaus dux uno gladii ictu rupisse dicebatur*[40], *honores Dovorae posterisque eius dati et usque ad Cosmae tempora servati*[41], *calix cuius consecratione salvata est anima Heinrici III. imperatoris*[42], *denique sancti Wenceslai monasterium ad Albim situm*[43].

His scribendi praesidiis accedunt fabellae et fama popularis, quae ex an-

30) II, 27: *ut post audivimus a referentibus.* 31) III, *quia iuxta viam erat dicta est etc.* 32) III, *opere Romano sicut hodie cernitur.* I, 19. 39) I, 38: *Usque hodie in Pragensi ecclesia honorifice habentur.* 40) I, 40: *quae usque hodie cernitur.* 41) I, 34: *Ex tunc et usque modo per generationes eius possident nepotes.* 42) I, 37: *qui usque hodie ... habetur Bamberk.* 43) II, 7: *in quo sicut et hodie cernitur.*

33) I, 3: *ex cuius vocabulo castrum iam arboribus obsitum in silva ... situm esse dinoscitur.* 34) I, 4: *Usque hodie cernitur tumulus.* 35) I, 7: *Servantur Wisegrad ... usque hodie.* 36) I, 12: *Et hodie nominatur ... bustum Tyri.* 37) I, 13: *Alnus illa ... cernitur.*

tiquis temporibus tradita hominum ore circumferebatur; laudatur a Cosma modo senum fabulosa relatio[44], *modo* vera fidelium relatio[45], *modo quod* vulgo dicitur[46], *modo quae* fama referente[47] *audivit. Ex hisce fontibus quae de Bohemorum originibus, quae de primis incolis, de filiabus Crocconis, de Primislao principe et de Libussa, de Praga urbe condita, de bello inter virgines et iuvenes Bohemorum, de Wlastislawo et Neclane, de Duringo falso paedagogo litteris tradidit, inde igitur, ex parte fortasse ex carminibus popularibus*[48], *hausit quae in priore parte primi libri perscripsit*[49]. *Qua cum rerum materia ex rumore populari desumta coniunxit Cosmas, ut rerum ordo poscere videbatur, ea, quae ex aliorum libris sibi comparaverat, quorum copia non est ita magna ut in docto viro exspectes. At quum in Bohemorum rebus describendis haberet nullum, cuius vestigia premeret, paucissima tantum ex libris petenda erant. Sunt haec praesidia Reginonis et eius continuatoris chronicon*[50], *cuius unum locum accurate ad verbum descripsit, Gumpoldi vita sancti Wenceslai, quam laudavit potius quam exscripsit*[51], *sancti Adalberti vita prior*[52], *sancti Udalrici vita quam modo nominavit*[53] *et nonnulla necrologia*[54]. *Libris denique accedunt tabulae publicae et epistolae, quas partim laudavit paucaque ex iis desumpsit, partim integras in textum recepit. Sunt hae: privilegium ecclesiae Moraviensis et epilogus Moraviae, quorum praesidiorum, quae nunc deperdita dolemus, modo mentionem fecit*[55]*; in textum recepit falsam bullam Iohanni XIII. pontifici suppositam de condendo episcopatu Pragensi et de monasterio S. Georgii aeque condendo, quo diplomate auctor ipse deceptus est*[56], *Heinrici IV. imperatoris genuinum praeceptum de restauranda Pragensis episcopatus dioecesi*[57]. *Litterae vero sunt Boleslai I. ducis ad Ottonem I. imperatorem de Dethmaro episcopo Pragensi constituendo*[58], *Boleslai ducis Polonorum ad Wladislaum ducem Bohemorum*[59]. *Quibus num addere possim Mathildae comitissae epistolam ad Welfonem ducem valde dubito*[60], *quia ex parte homoeoteleutis illis versibus conscripta est, quibus Cosmas utitur saepissime. Neque aliter videtur statuendum de orationibus quas frequentissime reges et duces habentes fecit.*

*Iam altera exoritur quaestio quomodo Cosmas tam amplam tamque ubere*m scribendi materiam digesserit, *et quomodo fide historica usus in tanta rerum copia criticum iudicium exercuerit. Neque hic sanum eius consilium desiderabis, quo optime declaret, se inter vera falsaque discernere posse, neque eum latere quantum aera lupinis distent. Omnem materiem satis apte in tres libros digessit, quorum primum usque ad Bracizlaum I. ducem, alterum ducalis domus et Bohemorum gloriae conditorem deduxit, id est usque ad annum* 1039*; secundum usque ad Bracizlaum II. a.* 1092, *ita ut primo libro ea continerentur tempora, in quibus scribendis famam popularem vel aliorum libros secutus est, secundus liber quae ab oculatis testibus audierat vel ipse iuvenis viderat, tertius vero ea quae vir et senex vel in patria vel apud exteras gentes comperat. Bene scit antiquissima Bohemorum tempora ab omni scripta auctoritate esse destituta. Libere scribit ad Gervasium*[61]*:* Annos autem dominicae incarnationis idcirco a temporibus Borivoy primi ducis catholici ordinare coepi, quia in initio huius libri nec fingere volui nec cronicam reperire potui, ut quando

44) I, prol. 45) I, 13. 46) I, 14. 47) I, 10. III, 43. 48) Haec est sententia Palackii et Safariki in libro Die ältesten Denkmale der Böhmischen Sprache p. 84; p. 179. 49) I, 1—15. 50) Etsi Palackio Würdigung p. 22. aliter videbatur, attamen sine dubio loci I, 1. 3. 14 ex Reginone, I, 19. 20. ex continuatore petiti sunt. 51) I, 15. 17. III, 55. 52) I, 26. 29. 30. 53) III, 42. 54) Quae falsae monasteriorum S. Viti, S. Georgii, Brewnovensis et Melnicensis coniecit Meinert. l. l. 55) I, 15. 56) I, 22. 34. 57) Ib. 37. 58) I, 23. 59) III, 41. 60) II, 32. 61) I, prol.

vel quibus gesta sint temporibus scirem quae ad praesens recitabis in sequentibus. *Alioque loco de iisdem addit temporibus*[62]: Quia non erat illo in tem- 62
pore qui stilo acta eorum commendaret memoriae. *Itaque bene cavet ne quae ante et paulo post Borivoii ducis baptismum gesta sint ad certos annorum numeros revocet vel tempus accuratius describat, quod fieri non posse profitetur.* Inter hos autem annos, *scribit*[63], quos infra subnotavimus facta sunt haec quae supra praelibavimus, non enim scire potuimus quibus annis sint gesta sive temporibus. *Quibus in describendis ad senum recurrit fabulosam narrationem, quam* non humanae laudis ambitione, sed ne omnino tradantur relata oblivioni pro posse et nosse *et* prout scire licuerit[64] *litteris mandaturus est, sancteque* 64
affirmat in his omnibus a se nihil fictum esse. Quam narrandi legem secutus hanc etiam accurratam in libro suo adhibuit curam, ne quid pro certo daret quod non satis expertum haberet vel quae aliqua dubitatione convelli posse viderentur. Quod haud paucis locis disertis verbis expressit. Modo magis placuit tacere quam rem inexpertam dicere[65], *modo confitetur ipsi incertum esse quomodo res se habuerint*[66], *quaeque explorare penitus non poterat, se nescire aperte dicit*[67]. *At neque ex iis quae bene comperta habebat magnam rerum* 67
copiam quasi sacco fundere volebat, sed modesto consilio nimiam rerum ubertatem succidit. Ne iam dicta repeteret mavult praetermittere quam fastidium legentibus ingerere, quia iam ab aliis scripta legimus[68], *et interdum* ubi plura poterant dici relatu digna, *silentio ea tegenda videntur*[69]. *Contra* nec transsiliendum censet, quae ab aliis praetermissum videt[70]. 70

Prudens hoc et modestum scribendi consilium, quod praecipue in duobus prioribus libris secutus est, in libro tertio paulo mutavit, vel ut verius dicam, iusto plus pressit. Nimis enim cautum et quod vix exspectes timidum in rebus sui temporis litteris mandandis satis aperte se praebet. Difficillimum enim ei videbatur de suis aequalibus maxime vero de recentioribus Bohemiae ducibus ita referre, ut duplicem scopulum et adulationis et acerbitatis evitaret. Hisce curis premitur liber tertius, ut in ipso prooemio latius exposuit his verbis: Nam de modernis hominibus sive temporibus utilius est, ut omnino taceamus quam loquendo veritatem, quia veritas semper parit odium, alicuius rei incurramus dispendium. Si autem a veritate deviantes aliter quam se res habeant scripserimus, cum pene omnibus notae sint causae, nichilominus adulationis et mendacii notam incidimus. Horum nos si ad liquidum stilo exequamur acta, quia quaedam non sunt cum Deo facta, procul dubio offensam non effugiemus quorundam qui adhuc superstites sunt homines; — par namque est vitium atque iudicium seu tacuisse veritatem, seu concessisse falsitatem. *Ex his omnibus hanc sibi scribendi normam duxit, quae etsi tutiorem reddat rerum scriptorem, tamen non aeque salutaris est rebus, quae posteris tradendae sunt:* Unde videtur nobis multo tutius narrare somnium, cui nemo perhibet testimonium, quam praesentium gesta scribere hominum, quapropter posteris latius explananda eorum relinquamus facta *Aliis locis eodem timore occupatus narrationis filum intercidit. De gentis Wrssowicorum interitu plura addere non audet, ne tragoediam scripsisse videatur*[71]*; de Wladislai ducis virtutibus et gloria libere loqui non vult*, dum in hac vita conversatur, ne aut adulationis notam incurrat, aut dum minus de laudibus suis scribat, derogationis offensam incidat[72]: *Herimanni Pra-* 72
gensis episcopi virtutes intactas reliquit, etsi plures relatu dignas proferre pos-

62) I, 9. 63) I, 15. 64) I, prol. 65) I, 1. 66) I, 12. 19. 36. 67) I, 15. 18. II, 12. 40. III, 24. 58. 68) I, 15. 27. 30. 69) II, 26. 70) I, 29. 71) III, 24. 72) III, 28.

set, propter instantis temporis homines qui nichil boni ipsi operantes aliorum
73 benefacta credere audita renuunt[73], *et cur dux Borivoius bis solio sublimatus et bis reprobatus sit ei rimari non fas est*[74]. *Quin eo usque adductus est, ut quum in primo libro se fingere nolle scripsisset, contraria paene de eodem Borivoio in hoc versu edixit*: Nunc mea Musa tuum digito compesce labellum. Si bene docta sapis, caveas ne vera loquaris[75]. *Quae gravissima verba ex ipsius Cosmae indole ita videntur interpretanda, ut neque falsa fingere neque veras rerum causas, quas bene noverat, aperte edicere vellet. A saluberrimo vero quod prius ingressus erat consilio eum in libro tertio revera recessisse in eo etiam cernitur, quod totius chronici naturam et indolem in altera parte illius libri mutatam esse vix negabit quisquam. Si rationem qua opus suum conscripsit paulo accuratius examinaveris, vel sponte apparebit eum Bohemorum annales, in quibus simpliciter singulis procederet annis, conscribere voluisse. Sed paulo aliter res in duobus prioribus cecidit. Interiecit quidem hinc inde abruptas quasdam notas, quae ex annalium natura nullo vinculo inter se continentur; ubi vero rerum gestarum copiam plena manu fundere vel poterat vel volebat; ipse largiore narrationis flumine quasi abreptus minus accurate arctos illos annorum terminos servavit liberoque animo iucunda narratione res exposuit. In tertio autem libro, quo ne omnia quae sciret proderet timor vetabat, annorum seriem accuratius secutus, saepius res minime inter se cohaerentes eodem calamo concepit, neque semel ieiunam et aridam scribendi rationem iniit. Dilucide hoc apparet sub finem libri tertii, quem puerili paene de presbytero*
16 *libidinoso historiola tali libro plane indigna conclusit*[76].

At aliud restat quod silentio praeteriri nequit. Non semper enim aut ubique Cosmas, quem tam providum scriptorem esse vidimus, ab erroribus gravioribus in rebus ipsis scribendis bene cavit, in quo sane venia ei danda est, quum in tam ampla rerum copia nusquam labi humanam indolem paene excedat. Saepius in eum quem maxime vitare studebat incidit errorem, in temporibus enim accuratius describendis haud semel lapsus est, quod in antiquissimis temporibus, ubi probato carebat duce, non est sane mirandum, sed accidit etiam ubi iam clarior lux affulgebat. Falso e. g. Borivoii ducis baptisma ad annum 894, *S.*
11 *Wenceslai ducis, qui obiit anno* 935, *mortem ad annum* 929 *revocavit*[77]; *Pragensis episcopatus non anno* 967 *sed non ante annum* 973 *conditus est*[78], *Dethmarus primus episcopus Pragensis, non anno* 969, *quod vult Cosmas, sed a. demum* 982 *diem obiit supremum*[79], *tempora itinerum Romanorum S. Adalberti confudit*[80]; *falso Ottonis II. imperatoris mortem ad annum* 984, *S. Adalberti*
81 *ad a.* 996 *retulit*[81]; *Iaromirum a fratre Udalrico regno expulsum esse dicit anno* 1002, *quod demum a.* 1012 *factum esse scimus*[82]; *Iuditham a.* 1021 *a Bracizlao raptam esse scribit, quod ante annum* 1029 *factum esse nequit*[83]; *non satis accurate descripsit tempus quo Heinricus III. imperator bellum contra Bohemos gessit*[84], *falso ad annum* 1074 *refert proelium a Wratislao duce et Leopoldo Austriae marchione a.* 1082 *apud Meilberg commissum*[85]; *quibus si quaeris alia exempla sine ullo negotio addere possis. Neque minus quam tempora confudit homines; S. Adalbertum tertii Ottonis amicum facit Ottonis II*[86], *Boleslaum ducem Poloniae cum Mescone patre confundit*[87]; *Pragam a Ia-*
88 *romiro a.* 1002 *expugnatam Udalrico fratri eius falso adscribit*[88], *Heinricum II.*

73) III, 49. 74) III, 54. 75) III, 46. 76) III, 62. 77) I, 14. 17. 78) I, 22. 79) I, 24. 80) I, 28. 29. 81) I, 31. 82) I, 36. 83) I, 40. 84) II, 12. 85) II, 35. 86) I, 28. 87) I, 34. 88) I, 36.

filium facit Ottonis III[89], *Iuditham falso nominat filiam Ottonis marchionis,* [89]
cuius soror erat[90]. *Aeque in errorem incidit in constituenda genealogia Iaromiri et Udalrici, quos Boleslai II. filios Boleslai III. fecit*[91]; *Wladiboium Polonum in serie ducum Bohemorum silentio praetermisit*[92], *et saepius in enarrandis his temporibus lapsus est. Minus accurate exposuit bella Bracislai I. ducis cum Polonis et Ungaris*[93], *falsaque retulit de Kasimiro duce Polonorum*[94]. *Quod vero summopere in viro tam modesto tamque temperato mirari subit, uno alterove loco in recentioribus describendis temporibus sine dubio erravit, quia aut ira aut studio se abripi passus est, quamvis tam bene sibi cavisse videretur. Summe enim in enarranda contentione de episcopatibus Pragensi et Olomucensi partibus favet Gebhardi Pragensis episcopi, temerarii et sane crudelis viri, et quod iam observarunt Dobnerus et Palackius, in Wratislaum, ducem fortem ac strenuum, severiorem censuram ob id exercere videtur, quod hic Pragensibus episcopis in Olomucensibus aemulos excitaverit*[95]. *Quod in Germanos acerbius* [95]
invehitur, viro patriae amore pleno facilius condonabis. In miraculis enarrandis modestum sanumque se praebet, et quae ex illorum temporum indole nata litteris mandavit, uno duobusve fortasse exceptis, neque fidem neque sanam mentem excedunt[96].

Haud paucis doctrinae praesidiis instructum Cosmam ad scribendum venisse, veterum scriptorum luminibus satis probatur, quae ita bene animo tenebat, ut calamo sponte exciderent. Poetas Latinos prae ceteris legit, Terentium[97], *Virgilium*[98], *Horatium*[99], *Lucanum*[1], *Iuvenalem*[2], *Statium*[3], *Prudentium*[4]; *ex prosariis Sallustium*[5] *tantum et Boethium*[6] *deprehendere potui. Rarius adhibuit auctores christianae antiquitatis, tamen Hieronymum*[7] *et Augustinum*[8] *uno alterove loco laudavit, neque ita saepe scripturae sacrae locos attulit. Sermo neque purus neque emendatus est, multaque insunt, illis temporibus quibus non omnia ad grammatices normam revocarentur condonanda quidem, at nihilominus a iudice etiam minus severo castiganda. Alias bene et dilucide res gestas enarravit hominesque haud raro ita vivido colore depinxit, ut epicum quoddam carmen legere tibi videaris ideoque eum Bohemorum Herodoti nomine non indignum censeas. Ipsumque haud raro narrationis flumen ita abripuit, ut hexametris, versibus dactylicis, sermone rhythmico et homoeoteleuto, quo seculi duodecimi scriptores saepissime usos esse scimus, non modo ducum et regum orationes sed ipsam narrationem contexeret. De quibus versibus ad Clementem Brevnovensem abbatem ita scripsit:* Quod autem in quibusdam locis quasi metricos versus invenis, scias me scienter nescium fecisse, dum feci versus[9]. *At vero quum paene totius operis dimidium sermone illo homoeoteleuto compositum sit; terminos nobis propositos excedere videbamur, si eum quotiescunque occurrit in textu nostro significaremus, quod paucis tantum locis fecisse sufficiebat.*

Non desunt posteriorum temporum scriptores, qui in rebus enarrandis Cosmam sibi ducem sumserunt, eiusque librum plus minusve expilarunt. Inter quos num illos referam, quorum sunt carmina popularia codicis Reginae Aulae, an potius

89) I, 37. 90) I, 40. 91) I, 32. 92) I, 34. I, 1. 4. 9. 35. II, 10. 18. 35; sermones I, pr. 34. 93) I, 40. 94) II, 2. qui errores omnes a Palackio in libro suo Würdigung p. 25. enarrati atque recensiti sunt. 95) II, 21. 96) I, 37. II, 4. 34. II, 1; epistolas I, prol. 9. 25. II, 14. 33. III, 29. 1) II, 3. 10. 12. 14. 35. 39. 45. III, 12. 29. 2) I, 9. 19. 38. 3) I, 40. 4) III, 19. 5) I, 9. 11. 47. III, 11. 57. 97) I, 13. III, prol. 98) I, 1. 4. II, 35. 39. 6) I, 3. II, 23. 7) I, 42. 8) I, 4. 10. 11. 40. II, 8. 12. 14. 33. 35. 39. 45. III, 3. 13. 17. 19. 20. 22. 23. 27. 29. 31. 49. 58. 59. 99) Odas 9) II, pr.

tum carminum illorum auctores tum Cosmas veteres fabellas in ore populi versantes secuti sint dicere dubito, meque peritioribus libenter relinquo diiudicandum, hoc unum persuasum habeo, Cosmam hanc quam nos habemus carminum recensionem secutum non esse[10]. *Reliquorum qui revera Cosmam exscripserunt nomina annotavit in libro suo Palackius. Sunt vero Annalista Saxo ex quo exempla afferre supervacaneum puto, Hildegardus Gradicensis qui scripsit annis* 1127—1147[11], *annales Pragenses*[12], *monachus Opatovicensis*[13], *Marignola*[14], *Neplach Opatovicensis*[15], *Pulkawa*[16], *Dalimilus et Haiecius*[17]. *Quibus equidem alium addam, auctorem vitae S. Adalberti versibus conscriptae, quam Dobnerus ex Cosmae codice Pragensi edidit*[18], *quam idem et post eum Dobrowskius et Palackius Cosmae ipsi auctori adscribendam esse censuerunt. At exscripsit quicumque est illius vitae auctor Cosmae chronicon, quem ipsum auctorem esse vix mihi persuadeam. Dobnerus professus est, neque Cosmae nomen illi libello praefixum esse, neque ullum in vita ipsa deprehendi indicium quod Cosmam respiciat, nisi locos quosdam e chronico desumtos versibusque adaptatos; quod sane facili opera alius facere poterat, quum ipse rhythmicus illius sermo ut in iustos plenosque versus transferretur invitare videretur. Verba vero quibus Cosmas Dobnero indicasse videbatur vitam etiam S. Adalberti se conscripsisse, se bis dicta dicere nolle*[19], *ad vetustiores S. Adalberti vitas sine ullo negotio referri posse nemo non videt. At non tanti momenti est scribendi generis similitudo quam in illis libris Dobnerus sibi investigasse videbatur, ut Cosmam et chronicon et vitam composuisse credam. Neque aliter statui videtur posse de continuatione vitae S. Wenceslai quam in eodem codice repertam Pelzelius et Dobrowskius Cosmae adscribendam esse censuerunt; at si codice ipso non inspecto talem sententiam ferre licet, nihil videtur esse nisi Cosmae chronici fragmentum vitae illi affixum. Haec hactenus.*

10) I, 4. 10. 12. 13. 36. Safarik und Palacki die ältesten Denkmäler der Böhmischen Sprache p. 179. 11) Vide quod dedit Boczek cod. dipl. Moraviae I, 114 sqq. 12) Annales Pragenses inter Cosmae fontes esse habendos persuadere mihi non possum, quin immo eos ex ipso Cosma promanasse credo. Ipse enim auctor disertis affirmat verbis, chronicon quo sit perscriptum quibus temporibus Bohemorum res antiquissimae sint gestae, se nusquam potuisse reperire. Falsas igitur notas chronologicas non ex seculi decimi annalibus, in quibus vix essent ferendae illae, sed ex proprio edidit ingenio. At iidem errores chronologici, qui apud auctorem, unum alteriusque seculi dimidium post origines Bohemicas scribentem, nemini sane scrupulum movebunt, et apud Cosmam et in annalibus deprehenduntur, verbaque ipsa hinc inde ita inter se consentiunt, ut eorum quae Cosmas narravit copiosissime annales videantur esse argumentum brevissimum. Sasavensem etiam continuationem, ut haec hoc loco absolvam, ab annalium Pragensium auctore esse exscriptam probatur locis 990 de Nemci urbe, 1053 de S. Procopio, 1130 de Meinhardo episcopo Pragensi, 1132 de Pribislava, 1134 de Iohanne episcopo Pragensi undecimo (ab hoc enim loco Pragenses episcopi numero signantur, ut in continuatione Sasavensi, quod antea neque apud Cosmam neque in annalibus factum est) 1139 de Silvestro, abbate Sasavensi, 1143 de matrimoniis clericorum. Annis 1160—1193 annalium scriptor Gerlacum, abbatem Muhlhusanum, videtur ante oculos habuisse, et ita ut nonnulla alia aliunde peteret, quod etiam ex duplici de morte Friderici I. imperatoris narratione apparet, et ex Heinrici *ducis* anno 1182 facta mentione, quem nno demum 1193 ducatum adeptum esse scimus. Quum eundem *dominum episcopum*, suppresso nomine, appellet auctor, annales ante Heinrici mortem in ipsis non annotatam i. e. annis 1193 et 1197 esse conscriptos eo facilius exoritur coniectura, quum qui sequuntur anni 1216—1220 ab alia, at coaeva quidem manu sunt adiecta, ut observavit Pertzius v. ill. Quae omnia ideo hoc loco apponenda censuimus, quia in examinanda secunda Cosmae continuatione, summi momenti, quod paulo infra patebit, sunt annales Pragenses. 13) Inde ab anno 894; cf. etiam annos 1028, 1038, et alias; eum secutum esse codicem cum interpolatione Sasavensi probavit Palackius p. 68 exemplo anni 1091 quod e textu interpolato petivit. 14) Paene ubique Cosmam exscripsit in antiquissimis fabellis. Cf. etiam locos de S. Adalberto, de raptu Iudithae, de bello Heinrici III. contra Bohemos, in Dobneri Monument. hist. Bohem. II, 140. 157. 166. 169. 15) Cf. annos 894, 984, 994 etc. Ibid. IV. 16) Cf. fabellas antiquissimas, annos 967, 1002, 1021 etc. Ibid. tom. III. 17) Vide Palackii Würdigung p. 115. Haiecius ipse Cosmam laudat auctorem. 18) Monum. hist. Bohem. T. II, 1. 19) I, 30.

Quum morientis Cosmae de manibus, qui ad diem supremum usque ad Bohemorum res gestas animum verterat, calamus quasi excidisset, alius extitit rerum scriptor, qui si non eadem felici historiae conscribendae indole ornatus, non sane minore cum posterorum gratia historiaeque utilitate partes ab illo relictas excepit. Hic est ille Wissegradensis canonicus *qui primi Cosmae continuatoris nomine satis amplo appellatus Bohemiae annales ab anno* 1125 *usque ad annum* 1142 *confecit, temporaque et res gestas Sobeslai I. ducis, qui per quindecim annos usque ad* 1140 *non sine gloria Bohemis praeerat, libro suo inclusit. Quum hoc praecipue auctor ante oculos habuisse videretur, ut summis laudibus eundem Sobeslaum efferret, Palackius uno libelli loco*[20] *fretus hanc proposuit coniecturam, fuisse annalium scriptorem eundem Vincentium ducis capellanum, quem fidelissimum ei fuisse auctorem toto pectore affirmantem audimus. Sententia etsi valde arridet, tamen in medio relinquenda. Ipse auctor nomen suum videtur latere voluisse; nusquam enim neque in libro neque apud alios scriptores nomen deprehenditur. Natione est Bohemus, quod summo studio quo Bohemis contra Germanos favet*[21]*, neque minus disertis verbis confirmavit*[22]*. Wissegradensem eum fuisse canonicum, contra Pessinam*[23] *Dobrowskium*[24] *et Meinertum*[25]*, qui Pragensem eum fuisse probare conati sunt, ex ipso libro evicit Palackius*[26]*. Fusius enim loquitur auctor de condito Wissegradensi monasterio, sacraque ornamenta quibus Sobeslaus ecclesiam illam ornaverat, is tantum tam accurate describere poterat, qui ea suis oculis quotidie videret*[27]*. Accedit denique studium quo Wissegradenses canonicos Pragensibus praetulit; acerbissime enim nonnullos ex illis perstrinxit, quam in vituperationem fratres et collegas ab eo adductos esse vix censeas*[28]*. Ideoque minime est dubitandum, quin verbis* huius ecclesiae fautor *quibus anno* 1137 *usus est de Wissegradensi cogitaverit. Pauca tantum sunt dicenda de fontibus ex quibus hausit; paene ubique enim ex latissimo et limpidissimo ipsarum rerum gestarum flumine sua delibavit. Summae enim veritatis speciem prae se fert narratio, et annalium scriptor auctoritatem suam ipse disertis verbis indicavit. In rebus enarrandis paene nusquam quod equidem sciam erravit, ordinisque chronologici viam accuratissime insecutus, modesto temperatoque incedit gradu, et si non nativa sua venustate, ut Cosmas, lectorum animos allicit, minime tamen sua et diligentiae et utilitatis laude fraudandus est. Non uno loco ipsarum rerum se fuisse testem aperte docet, ut in coelestibus prodigiis describendis anno* 1131 *haec verba* qualiter vidi *et* videntibus nobis *legimus. Neque minus oculatorum testium narrationibus historiam suam munivit. De pugna Chlumensi a.* 1126 *qui interfuerant sine dubio audivit narrantes*[29]*, deque coelestibus apparitionibus quod alii viderint accurate refert*[30]*. Quanta fuerit gratia Sobeslai apud Lotharium imperatorem, quae dissensio fuerit inter Wratislaum ducem Brunnensem et Heinricum episcopum Olomucensem* compertum habet[31]*. Ex* veridicorum relatu[32]

20) 1140: *Noverat enim* (Sobeslaus) *referentibus sibi collateralibus suis capellanis b. Gregorium dixisse* etc. Et paulo post: *Adoocant Vincentium capellanum, quo alter fidelior sibi non erat.* 21) e. g. 1126. in narrando bello Lotharii imperatoris et Sobeslai ducis. 22) A. 1126 et 1136 recurrunt verba *nec patres nostri nec avi nec atavi;* anno 1126 sunt ei Germani hostes *nostri*, et *nos, nostra gens* 1137. sunt Bohemi. 23) in glossa marginali ipsi codici metropolitano adscripta, vid. Pelzelii et Dobrowskii I, praef. p. XXXIII. 24) l. l. 25) Wiener Jahrbücher XV. Anzeigeblatt p. 31. 26) Würdigung p. 37. 27) A. 1129. Illum locum, ubi verba quaedam falsi praecepti de ecclesia Wissegradensi recurrunt (vide Cosmam ad annum 1070), esse interpolatum argumentis nescio quibus sibi persuasit Meinert l. l. 28) A. 1131 et 1133. Anno 1130. se suosque (dicit *nos*) opponit Pragensibus canonicis, et a. 1131 episcopum Monasteriensem in Wissegradensi ecclesia missam legisse testatur. 29) *Nolo autem vos latere — quod audivi.* 30) A. 1128, 1139. 31) A. 1135, 1136. 32) A. 1137.

alia hausit, et quae ipsi probata non erant se nescire aperte fatetur, vel verbis
si famae creditur, ut fertur[33], *suspicionis quasi nota signavit. Et ni fallor, quod summae auctoritatis momentum libro addit, rebus ipsis currentibus annales suos conscripsit, neque quae audierat aut viderat ullo modo oblivioni obscurari passus est. Testes sunt rerum naturalium descriptiones accuratissimae ipsaque auctoris verba. Ut suppleret quae anno* 1130 *de duabus stellis in coelo visis scripserat, ad annum* 1131 *haec verba addidit:* De ipsis postea nullo modo sermone meo aliquid explicare potui, quia diverse ibant. Sed interim dum ab aliis negotiis penitus otior — qualiter vidi explanabo. *Quo ex loco patet longius temporis spatium inter verba illa et haec calamo concepta praeteriisse. Procerum consilia paulo ante Sobeslai mortem a.* 1140 *capta chartae committere non audet,* ne odium incurrat; *preces pro eiusdem ducis animae salute conscriptae recentissimae mortis dolorem produnt; quibus sunt addenda quae de Heinrici episcopi Olomucensis itinere contra Prussos leguntur* 1141, *deque eius reditu. Sermone usus est satis puro et simplici; nonnulla, ut coniurationem contra Sobeslaum, dilucide exposuit. Neque scribendi caret praesidiis; antiquarum litterarum cognitio non desideratur: ex annis* 1134 *et* 1136. *Horatium et Virgilium eum legisse patet.*

Haud ita diu post canonicum Wissegradensem, quinquaginta fere annis
post Cosmam, monachus Sasavensis quidam[34] *ad annales conscribendos animum attendit, cuius neque nomen posteritati mandatum est, neque tempus quo librum composueril accuratius circumscribi potest. Hoc unum ipsius verbis probatur eum illi monasterio S. Benedicti ordinis fuisse adscriptum*[35], *quod a Sasavae praeterlabente fluvio, qui in Moldavam effunditur, nomen traxit. Quod inter Bohemorum monasteria facile celeberrimum vel ideo mentione est*
dignissimum, quia quem anno 1038[36] *conditorem et auctorem invenit, S. Procopius sacra ritu ordineque Slavonico celebranda constituit, quae usque ad seculi undecimi mem non sine summo monachorum periculo, ipso chronographo teste, servata sunt. Idemque erat Procopius, quem ex Bohemorum gente primum in sanctorum chorum pontifices Romani receperunt*[37]. *Perduxit monachus Sasavensis chronicon usque ad annum* 1162, *sed minime hoc ipso anno calamum deposuit, sed circa annum* 1170, *ni fallor, librum videtur conscripsisse: Sobeslaum II. enim anno* 1161 *vinculis* multo tempore macerandum *traditum esse testatur. At ille non prius ex carcere quam ad solium vocatus est, quod anno demum* 1173 *factum esse scimus. Utrum vero verba illa ante vel post hunc annum scripta sint, ex ipsis elici nequit. Multos sine dubio annos ante annum* 1173 *apud Sasavenses monachus vitam degerat, Silvestri abbatis temporibus, qui* 1134—1161 *omnium summa cum laude monasterio praeerat. Cuius laudes auctor tam plenis manibus fudit, ut facile tibi persuadeas clarissimum abbatem nonnisi ab illo, qui in consuetudinem eius receptus fuerit, ita celebrari po-*
tuisse[38]. *Praeterea quae ad annum* 1097 *leguntur non ante annum* 1134 *esse*

33) A. 1133. 34) Meinerti sententiam l. l. p. 32, non ab uno auctore sed a pluribus hanc Sasavensem continuationem conscriptam esse, iure sine dubio refutavit Palackius Würdigung p. 46. Eundem auctorem et scribendi ratio et ipsa verba produnt, quum ad superius dicta vel inferius dicenda saepius respiciat; anno 1133 ad ea quae anno 1097 dixit, 1123 et 1161 ad annum 1134. 35) Reliquias sanctorum apud Sasavenses servatas locosque sanctos accuratissime descripsit anno 1095; a. 1155 legitur *fratres nostri*, a. 1156 *hoc in coenobio, apud nos.* 36) Hunc annum ab ipso Sasavensi monacho traditum in constituendo tempore quo monasterium illud conditum sit excedere non possumus. 37) Quod factum est anno 1204; vide infra Cosmae continuationem secundam et vitam S. Procopii in Act. SS. Iul. II, 138, quae etsi Severo Pragensi episcopo dedicata post Sasavensem monachum videtur esse conscripta. Palacky Würdigung p. 51. 297. 38) A. 1134.

scripta ipse docet auctor[39] *eumque rebus anno* 1126 *et* 1132 *gestis fuisse aequalem* 39
satis apparet. Illo enim loco de pace a Sobeslao et Ottone haud diu servata his usus est verbis: Gaudia nostra contrarius excepit successus; *alteroque Groznatae viduam quae illo anno obierat se vidisse scribit. Ideoque eum aeque ac Cosmam librum senectutis fructum nobis reliquisse, et res dimidio ferme seculo post quam gestae essent memoriae posteritatis commendasse coniicere licet. Itaque non sane mirandum quod hinc inde, etsi rarissime factum est, in errorem inciderit*[40]. *Duplex consilium, si q aeris, in chronico conscribendo videtur iniisse; unum ut Cosmae chronico supplementa nonnulla adiiceret eaque adderet quae ab illo praetermissa videret, alterum ut ad sua usque tempora Bohemorum historiam deduceret; quod duplex consilium non aeque feliciter cessit. Interpolationum enim pars prior minimi est momenti, quum auctori ipsi usque ad annum* 1038. *debeamus prorsus nihil. Quae ad Sasavense monasterium non spectant interpolationes ex annalibus Hersfeldensibus sibi petivit, quos Quedlinburgensium esse fontem docuit Waitzius*[41]. *Alii, si quid video, libri ab auctore in auxilium vocati non sunt; uno fortasse excepto necrologio Sasavensi*[42]. *Ex tabulis Bracislai I. fundationis praeceptum monasterii Sasavensis* 42
ante oculos habuit ad annum 1038, *tabulamque donationis Pribislavae, feminae nobilis, ad annum* 1132. *Qua in altera parte ubi proprio Marte patriae historiam monachus conscribere conatus est, virum cordatum et eruditum haud uno loco loquentem audis, quem haud imparem Cosmae esse continuatorem vix negabis. Quae de origine monasterii litteris mandavit et rumori populari et seniorum monachorum debet narrationibus, quos auctor verbis* ut fertur *et* veridica fidelium relatione *a.* 1038. *laudasse videtur. Amplam etiam scribendi materiam praebebant monacho Sasavensis monasterii loca sancta, quae digito quasi monstravit his elocutionibus:* ut hodie cernitur, sicuti hodierno die apparet[43]. *Quae inde ab a.* 1126. *legimus omnia paene ex propriis hausit; in* 43
quibus fidem eius probatam esse dicere non dubito. Hoc unum doleas quod eodem modo quo Sasavensis monasterii originem 1038, *Lotharii bellum cum Sobeslao duce* 1126, *Friderici I. imperatoris expeditionem Italicam* 1158, *vitam moresque Silvestri abbatis* 1134. *descripsit, reliqua posteritati non tradiderit, sed paene ubique nimiae narrandi brevitati studuerit. In schismate ecclesiastico, ne hoc praeteream, quod illis temporibus ingruerat, ut facere solebant Bohemi, Friderici I. et Victoris IV. partes contra Alexandrum III. tuetur*[44]. *Eruditionis praesidiis satis munitus est; ex Latinis poetis Iuvenalis occurrit*[45], *ex patribus ecclesiasticis Gregorius magnus et pater stupendus*[46]. *Scribendi* 46

39) Accurate circumscripsit annos per quos Diethardus, qui obiit anno 1134, abbatis Sasavensis munere functus sit. 40) Anno 1126, 1157. 41) Neque annales Hildesheimenses esse Sasavensium interpolationum fontem cum Palackio, neque esse Quedlinburgenses cum Waitzio Archiv VI, 690. mihi persuadere possum. Apud Sasavensem enim nonnulla leguntur quae in illis e. g. ann. 989, 996, 998, alia quae in his desiderantur: nam quae desunt in nostro exemplari annalium Quedlinburgensium ann. 963, 973, 975. apud Sasavensem hinc inde ad verbum cum annalibus Hildesheimensibus consentiunt. At quominus omnia ad Quedlinburgenses revocemus, variae quaedam lectiones, minimi quidem illae momenti, obstant, quae cum Hildesheimensibus concinentes in illis locis deprehenduntur qui ad verbum in Quedlinburgensibus recurrunt. E. g. anno 958. eadem leguntur in annalibus Hildesheimensibus, Quedlinburgensibus et Sasavensibus, at in varia lectione *illis autem* consentiunt Sasavenses cum Hildesheimensibus, in Quedlinburgensibus desideratur *autem*; a. 960 in verbis *paganico ritu*, ubi Quedlinburgenses exhibent *paganismo*; a. 986. in verbo *cenit* contra Quedlinb. lectionem *perrexit*. At vero quum nemo facile opinetur monachum exscripsisse et Hildesheimenses et Quedlinburgenses, hoc unum restare videtur, quod eum ex amborum fonte hausisse statuas. 42) cuius vestigia mihi deprehendisse videor annis 1045, 1053, 1126, 1127, 1130, 1132—1134, 1139, 1140, 1142, 1147, 1150, 1155. 43) Anno 1088, *cf.* etiam 1070, 1095, 1097, 1146. 44) A. 1159. 45) A. 1038. 46) A. 1097. 1162.

ratio est plana et dilucida, ni forte hoc vituperes, quod quidem ab illa laude abhorret, quod voces rariores et nescio quomodo obsoletas sectatus est.

Longe maiorem affert dubitationem magna illa et ampla rerum Bohemicarum collectio ab anno 1140—1283. *quam Cosmae continuationem secundam ab editoribus appellatam* Pragensium canonicorum continuationis *communi nomine nos comprehendimus. Nam vel diligentissime excusso huic libello multi inhaerent nodi difficillime solvendi illi, et gravissimae exoriuntur quaestiones de singulis annalium partibus deque via et ratione, qua illa rerum congeries composita, de auctoribus a quibus conscripta sit, et quid unicuique sit tribuendum. Quarum difficultatum tollendarum eo minor nobis relicta est spes, quum uno tantum Pragensi codice metropolitano innitatur haec continuatio, neque hoc autographo sed potius seculi XIV. medii apographo. Post primam* 47 *continuationem relicto unius lineae spatio vacuo, ut testatur Dobrowskius*[47]*, amplior haec continuatio secunda sine ulla inscriptione sequitur. Iam diu satis vexati sunt huius libelli origine omnes qui rebus Bohemicis operam suam navarunt. Balbinus qui et vidit et legit hunc codicem, continuationis inde ab anno* 1126 *usque* 1200 *auctorem eundem esse sibi persuasit ac suspectum illum Iaroslaum, monachum Strahoviensem, quem Haiecius in indice auctorum suo libro praemisso inter fontes se habuisse affirmat. Quae sequuntur usque ad annum* 1283, *Iaroslai appendicem appellavit. Quam sententiam et in ipsius* 48 *codicis margine indicavit*[48]*, et hinc inde in epitome rerum Bohemicarum innuit*[49]*. Eandem fere opinionem amplexus est Pessina de Czechorod, ita tamen ut in ipso codice ad annum* 1154. *annotaret reliqua a canonico ecclesiae Pragensis anonymo esse conscripta*[50]*. At satis probarunt Pelzelius et Dobrowskius, quae ex fabuloso Iaroslao proposuerit Haiecius nusquam reperiri in hac continuatione, illamque Balbini coniecturam argumentis muniri posse plane nullis. Ipsis haec placuit sententia, Pragensem canonicum rebus aequalem ab a.* 1249 *usque* 1283. *res sui temporis scripsisse, quae praecederent ex fontibus vetustioribus eum hausisse*[51]*. Quod a Meinerto*[52] *ita est circumscriptum, coaevo auctori illa tantum deberi quae ab anno* 1260. *legantur. Primus denique qui vera acri ingenio perspexit est Palackius*[53]*, qui diversissima scribendi ratione indoleque narrationum annos* 1250—1283. *a duobus Pragensibus canonicis esse conscriptos censuit et seculo fortasse quarto decimo a compilatore quodam* 53 *in unum librum esse conflatos*[53]*.*

Quum igitur in tanta rerum obscuritate ex codice nulla petenda sit lux, haec una ineunda est via ut ipsum librum examinemus, num ex sermone coloreque narrationis singulisque quae auctoris indolem produnt sententiis originis indicia fortasse elici possint. Quae vero omnia in medii aevi scriptore quam sint dubia, in quo rarius tantum certa quaedam sibique constans reperiatur scribendi ratio, nemo non videt; itaque minime me tenet haec opinio, ut meam quam proponam in sequentibus sententiam ab omni dubitatione liberam aut minime esse convellendum putem.

47) I, p. XXXIV. 48) *Hic videtur chronicon suum inchoare Iaroslaus Strahoviensis.* 49) p. 221 sqq. 50) Pelzel et Dobrowski I, p. XXXVII. Cfr. praeterea Pessinae Mars Maravicus, Pragae 1677. f. pag. 293 sqq. et eiusdem Phosphorus septicornis, Prag. 1673. 4. p. 37, 558. 51) I, p. XXXVIII. At Pelzelius ipse priori tempore continuatori Iaroslai nomen dederat, in commentatione quae est inscripta *Ob dem König Ottokar die Kaiserkrone angetragen worden* in libro Boroii Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen. Prag. II, 74. 52) Wiener Jahrbücher XV, Anz. p. 36. 53) Würdigung p. 94, quod certe confirmavit in commentatione *der Mongoleneinfall von* 1241 in libri Abhandlungen der Königlich Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften ser. V. tom. II. 387.

Unicuique totam annalium collectionem obiter inspicienti hoc unum vel sponte se offert, auctorem, quicumque ille est, omnia quae ab a. 1140. *leguntur proprio Marte minime conscripsisse, quin immo apparet priorem partem, quam ab aliis mutuatus est, ab hac quaestione prorsus esse removendam. Omnia enim quae de annis* 1140—1193. *scripsit, ex fontibus sibi derivavit qui et hodie adiri possunt, quum vetustioris Bohemorum historiae scriptores clarissimos sibi duces sumserit. Paucissimis mutatis vel in compendium redactis ex Gerlaco abbate Muhlhusano*[54], *quod observarunt Pelzelius et Dobrowskius,* 54
annos 1140, 1171, 1176, 1182 *sibi petivit, ex Vincentii, Danielis Pragensis episcopi capellani, libro de Friderici I. expeditione Italica annos* 1154—1159, 1162[55], *ex obscurioribus Pragensibus annalibus annos* 1160, 1164, 1168, 1172—1178, 1182—1186, 1189—1193. *in suum usum vertit, unum denique locum, in anno* 1159, *primo Cosmae continuatori debere videtur. Amplior etiam deprehenditur lacuna; ab anno enim* 1140. *progreditur auctor ad* 1154. *reliquosque quos supra non memoravimus annos vacuos reliquit*[56]. *Quibus omnibus seculo decimo tertio vergente eum vixisse apparet, quum Gerlacum chronicon suum post annum* 1214. *composuisse constet*[57]. *At accuratius examinanti re-* 57
stant nihilominus nonnulla, paucissima quidem, quae apud illos auctores non leguntur. In Vincentio describendo sine ullo dubio melioris notae codice uti ei licebat, quam is est quem typis reddidit Dobnerus, indeque haud paucae variae lectiones originem duxerunt; at alia ex aliis fontibus Vincentio adiecit, annos 1155, 1157, 1159. *Longe maioris vero momenti sunt quae Pragensibus annalibus interseruit, quae de Sobeslao duce* 1176. *occurrunt, annos* 1187, 1188. *et a.* 1192. *de Wenceslao, Premislao et Heinrico ducibus paulo pleniorem narrationem. Haec vero omnia illud quod in annalibus Pragensibus habes redolent scribendi genus, et tam arcte cum illorum textu cohaerent, ut certa mihi exoriatur persuasio ab uno eodemque auctore utramque historiae particulam esse conscriptam, et sic demum ex Cosmae continuatore annales Pragenses integros esse restituendos. Et illud quidem annalium exemplar, quod desinebat in anno* 1193, *ante oculos videtur habuisse, nam huc usque eos secutus est, quae vero annis* 1216—1220. *in Pragensibus leguntur frustra apud auctorem quaeris. Quodsi vera sunt quae proposui, amplior quaedam annalium Pragensium exstabat recensio, quam quae in codice Casinensi exhibetur, et hoc loco fragmenta nonnulla servata sunt eo minus contemnenda, quum haud ita multa historiae Bohemicae seculi XII. exeuntis praesidia exstent. Horum igitur ducum vestigia presso pede secutus descendit compilator usque ad annum* 1193, *ubi ab illis eum destitutum esse et finis Pragensium annalium ipsaeque res sequentes temere turbatae certo certius probant.*

At quae tandem fuerunt in hac narrationis parte continuatoris praesidia? Et haec est quaestio difficillime explicanda. Qui amplissimam rerum annis 1196—1283. *gestarum perlustraverit materiem, haec ab uno auctore scribi non potuisse facile apud animum constituet. Nam hoc primum mirari subit eas-*

54) Dobner monumenta histor. Bohem. I, 79 sqq. 55) Ibid. I, 29 sqq. 56) Arridet coniectura eam Pelzelius et Dobrowskius I, p. XXXVII. proposuerunt, exstitisse priori tempore codices in quibus ex Vincentii chronico expleta erat annorum 1142—1154. lacuna. Legitur enim, illis testibus, in Lupacii et Wolcslawinae calendariis, Hroznatam comitem Hierosolymis reducem, Cosma auctore 16. Oct. 1152. obiisse. At in nulla continuationum, quas illi ipsius Cosmae nomine complectebantur, tale quid legitur quod revera apud Vincentium occurrit. Unde hoc efficitur nostrum codicem vetustioribus qui exstabant non respondisse, sed in illo textum esse paulo mutatum, quod, ni fallor, illi quam propositurus sum sententiae fidem paulo maiorem videtur afferre posse. 57) Palacky Würdigung p. 81.

dem res bis terve recurrere, modo aliis verbis expressas, modo alios ad annos
58 *revocatas*[58]. *Omnia porro qua ab anno* 1279. *leguntur tam turpiter disiecta sunt ut via quasi inexplicabili incedere tibi videaris. Quae maxima ex parte ita inter se discrepant, ut paucissima tantum in librarii incuriam, minime quidem negandam illam, reiici possint. Quis enim credat auctorem, nisi temerarius est et inconsultus compilator, uno quasi spiritu easdem res diversissime potuisse narrare? Sed aliud accedit argumentum, neque id levissimi momenti. In omnibus enim quae circiter inde ab anno* 1212. *usque ad finem legimus, testis oculati vestigia certissima neminem facile fugiunt. Quae e. g. de excommunicatione Pragensibus ab Andrea episcopo imposita a.* 1216 *et* 1217 *habemus, temporis descriptione sunt munita tam accurata, ut nemo nisi aequalis ita scripsisse censendus sit. Verba quae ad annum* 1261. *leguntur* Cunigundam *(reginam)* recepimus *aperte produnt eum qui rebus ipsis interfuerat, et atrocissima anni* 1283. *fames ab eo tantum ita depingi potuit, qui nefanda horrendaque facta suis oculis viderat. At qui per septuaginta annos rerum gestarum memoriam posteris testis oculatus mandare potuerit, profecto nemo est. Id ipsum secundam etiam continuationis partem ex diversis partibus confectam esse certissime probat, et ex diversa scribendi ratione diversa auctorum ingenia manifeste elucent. Valde enim inter se differunt indole quae ab anno* 1196—1248, *et quae annis* 1149—1283. *narrantur; quinquaginta duo illi anni annalibus interdum brevissimis comprehenduntur, triginta quinque anni posteriores copiosissima narratione paene totum libellum sibi poscunt.*

At singulas annalium partes paulo accuratius examinemus. Ab anno 1212 —1249, *ut in hac parte primum insistamus, auctoritatis non impugnandae*
69 *speciem prae se ferunt annales, et in temporibus*[59] *et in locis sanctis Pragensibus accurate descriptis*[60]. *A canonico quodam Pragensi eos esse compositos ex annis* 1235 *et* 1241 *patet, quibus Vitum canonicum, dein decanum capituli Pragensis factum esse legimus, quod tum demum litteris mandatum esse potest, quum clarissimum nomen in decanatu administrando sibi Vitus comparasset. Ideoque hos annales ab illo auctore, cui sequentes debemus, non conscriptos, sed in suum tantum usum versos et cum propriis esse coniunctos crediderim. In sequentibus inde ab anno* 1250, *in quibus longe uberius promanat narrationis copia, hoc neminem facile fugiet usque ad annum* 1278. *circiter, quot qualesque singulis annis fuerint tempestates, quando ceciderit grando, quales fuerint messes, summa cum diligentia ab auctore litteris esse mandatum. Non facile unum praetermisit annum, quo de rebus his naturalibus accuratissime et*
61 *paene iisdem ubique verbis non retulerit*[61]. *In iis quae in annotatione propo-*

58) Duplex exstat nota de Heinrici episcopi morte annis 1196 et 1198, illic Heinricus, hic Bracislaus appellatur; ad annos 1178 et 1199 Friderici episcopi mors annotatur, 1183 et 1203 iisdem verbis Pragam a Moraviae duce Conrado esse obsessam, item iisdem verbis a. 1184 et 1204 Bohemos cum Moravis bellum commisisse, 1190 et 1210 legimus Conradum in Apulia esse mortuum. Ubi hoc quoque compilatorem prodit quod anni singuli numeris inter se differunt vicenis. Bis legitur Premislaum ducem esse regem factum annis 1197 et 1199, Cyrinini camerarii exsilium a. 1211 et 1212 annotatur; a. 1248. scribitur brevissime Wenceslaum regem esse solio pulsum, a. 1249. eum in seditione ab Otakaro filio mota minime solio esse pulsum, sed victorem exstitisse copiosissime narratur; victoria Otakari de Ungaris reportata a. 1260. primum obiter tantum memoratur, dein uberrima narratione exponitur. Bis leguntur anni 1182, 1199, 1249, 1256, 1264, 1266, 1271, 1278, 1281, ter vero recurrunt a. 1258 et 1282. 59) A. 1216, 1217, 1227, 1228, 1230, 1236, 1240, 1248, 1249. 60) A. 1226 — 1228, 1232, 1234, 1244, 1245. 61) Anno 1251 legitur: *Annona male provenit et praecipue hiemalis.* Anno 1252: *Hiemalia mediocriter in pluribus partibus provenerunt, aestivalia fere penitus defecerunt excepto milio.* 1254: *Male provenerunt annona autumnalis et fructus arborei, vinum penitus defecit.* 1266: *Annona, fructus arborei et vinum male in Bohemia provenerunt propter grandinis et*

suimus exemplis, nemo, opinor, eiusdem scribendi rationis vestigia desideret manifestissima, quibus usque ad annum 1278. *eundem auctorem descendere satis certo probari videtur. Et non modo in tempestatibus et segetibus describendis eum sibi constantem deprehendis, sed aliis etiam rebus, quae minoris sunt momenti in historia conscribenda, maiorem quam rerum scriptorem decebat operam dedit. Copiose enim scribit de clericorum, de ecclesiarum et ararum consecrationibus*[62]*, de ecclesiis suo tempore aedificatis*[63]*, de reliquiarum translatione*[64]*. A rebus publicis non avertit quidem animum, sed maxime in Romanorum pontificum legatorum in Bohemiam haeret itineribus*[65]*; reliqua leviter tantum tetigit. Nusquam enim hoc sibi proposuit, quod in quibusdam aliis annalium partibus factum esse videbimus, ut hominum singulas res gestas eorumque mores ob oculos poneret. Est potius stilus eius rudis, confusus atque demissus; ut singula paulo arctius inter se coniungat minime curat, sed omnia sine ordine quasi sacco fundit. Si quaeris ad quem usque annum hic annalium scriptor per tantam rerum molem viam nobis praecierit, vestigia eius ultima in Pragensium aedificiorum enumeratione anno* 1278. *deprehendisse mihi videor, inde ab illis verbis* Eodem anno hyems *etc. Nam in amplissima quae sequitur narratione paene prorsus obmutescunt tandem constantes illae de tempestatibus et de segetibus annotationes. Tempestatum vero anni* 1280 *et famis anni* 1282 *descriptiones minime cum prioribus illis consentiunt. Ex omnibus quae proposui auctorem rebus fuisse aequalem luce clarius patere facile mihi persuadeo. Quis, quaeso, prodigia longioris temporis spatio decurso posteritati tam accurate tradendas curasset? Pragensis capituli erat canonicus auctor qui in publicam etiam lucem se prodiisse disertis verbis ipse testatus est*[66]*, multaque alia leguntur quae nonnisi a canonico Pragensi coaevo scribi potuerunt*[67]*. Accurate igitur et vere eas potissimum res perscripsit, quae ad Pragam urbem spectant, ideoque librum eius annalium Pragensium partem primam merito appellasse nobis videmur. Hinc inde in chronologia constituenda eum errasse qui miretur nemo est; neque ubique liquet utrum ipsi an librario errores sint adscribendi*[68]*.*

Intra hos vero quos posuimus terminos haud pauca alia habentur, quae

siccitatis laesionem. 1270: *Periit tota annona tam hiemalis quam vernalis fere per totam Bohemiam, fructus arborum provenerunt mediocriter.* A. 1251: *Nix magna in plerisque partibus Bohemiae descendit, qualem non meminit aetas nostra.* 1252: *Nix in plerisque locis descendit.* 1254: *Cuius* (vini) *defectus quantitatem aetas nostra non meminit.* 1258: *Hoc anno gelu laesit fructus arboreos et vineas.* 1260: *Hoc etiam anno sata laesa sunt et vineae et fructus arborei, quaedam siccitate, quaedam grandine in plerisque partibus.* 1262: *Sata diversi seminis tam hiemalia quam aestivalia in plerisque Bohemiae partibus fere penitus perierunt, tum a grandine tum a siccitate.* 1251: *Orta est magna vis ventorum — quorum gravi impulsu multa aedificia ruerunt.* 1256: *Magna vis ventorum.* 1264: *Magna vis ventorum orta est, quibus interpellentibus multa aedificia, multa granaria corruerunt.* 1250: *Aedificia et granaria plurima turbine diruta.* 1257: *Facta est maxima inundatio aquarum quae gravia et grandia damna per totam Pragensem diocesem intulit.* 1264: *Facta est inundatio magna aquarum per totam Bohemiam quarum inundatione insolita facta sunt damna plurima aedificiorum.* Quibus multa alia addi possunt exempla, e. g. a. 1250, 1252, 1259, 1260. 62) A. 1251, 1258, 1259, 1274. 63) 1252, 1253, 1257, 1269, 1276, 1278. 64) 1251, 1253. 65) 1252 — 1254, 1256, 1267. 66) 1260: *Quem revertentem* (Otakarum) *ab eadem expeditione recepimus.* 1261. 67) 1253: *Quid cum rege fecerint* (episcopi) *manet incognitum.* 1256: *Conradus archiepiscopus Coloniensis — venit — ut credimus — tractaturus* etc. 1261 de repudio Margarethae reginae dicit: *quas ob causas Deus novit.* Quas poenas Bartholomaeus canonicus anno 1251. solverit bene scit, et quantum pecuniae a capitulo Pragensi Bernhardo pontificis legato datum sit 1254, 1256. Capellas arasque in Pragensi ecclesia singulis annis aedificatas vel obrutas accurate annotavit, neque minus quando praediis capituli damnum sit illatum 1265. 68) Librarius vel compilator videtur esse lapsus in annis 1240, 1249, 1272; alias falsi annorum numeri inveniuntur 1239, 1245, 1274, qui, quod saepius factum est, iusto numero omnes uno sunt minores.

indolem produnt ab illa tam alienam ut nemo sane haec et tempestatum illos annales uni auctori adscribere velit. Primum tenemus amplam ***Wenceslai I. regis historiam***, *quae annis* 1248 *et* 1249. *auctorem demonstrat aequalem qui res bene noverat beneque eas scribere callebat. Luculenta rerum narratio annales aridos et brevissimos excipit, et quae leguntur inde a verbis:* Igitur rex Wenceslaus — detrudi catenatos *neque cum praecedentibus neque cum sequentibus ullo modo coniungi possunt. Deducti erant annales usque ad annum* 1249, *et iam usque ad primum Wenceslai annum i. e.* 1228. *reiicimur; et quae sequuntur tempora non Christi nati sed Wenceslai regnantis indicantur annis* 15, 16, 20, 21; *quam computandi rationem in toto libro alias frustra quaeres. Praeterea recurrunt in hac narratione nonnulla quae annis* 1226 *et* 1231. *iam erant prolata. Est igitur haec peculiaris quaedam Wenceslai I. historia, conscripta ab auctore aequali nescio quo, quae a reliquis continuationis partibus sine ullo negotio segregari potest. Auctorem aeque capitulo Pragensi adscriptum fuisse, iis quae de privilegio a rege canonicis dato leguntur, probari videtur. Ne ipso anno* 1249. *haec esse scripta coniicianus duplex illa vox* tunc *vetat, qua utitur auctor, sed ante regis obitum mense Septembri* 1253. *litteris haec sine dubio mandata sunt.*

Maiorem nobis movent dubitationem nonnullae aliae annalium partes. Ad annum enim 1260. *habes victoriae quam de Ungaris Otakarus II. reportavit, descriptionem dilucidam et accuratissimam. Vivido quasi colore hic depinguntur quae ieiunis quibusdam verbis a primo canonico Pragensi paulo supra annotata sunt. Hoc praecipue auctor, cuius libellum ex reliquorum annalium congerie* ***annalium Otakarianorum*** *nomine secernere conati sumus, ante oculos videtur habuisse, ut* talem ac tantam victoriam digne soli Deo et sanctis eius cum condignis gratiarum actionibus et laudibus adscribendam *celebraret, illumque a quo victoria erat reportata, Otakarum regem. Altiorem etiam scribendi rationem sectatus est, nam servata quae debetur regiae dignitati reverentia paene ubique Otakarum vocat* dominum regni Bohemiae, *quem curialium, ut ita dicam, stilum in aliorum etiam mentione accurate observat; sunt ei Karinthiae et Silesiae duces* illustres; *comites* spectabiles dignitate viri, *alii* incliti bellatores. *Neque minus luminibus vel suis vel aliunde petitis narrationem frequentavit, genioque suo saepius ita indulsit, ut exclamationibus et interiectionibus orationis cursum interrumpat. Quae omnia prorsus abhorrent ab illa indole quam apud auctorem primum deprehendimus. Idem fere scribendi genus invenitur, ni fallor, a.* 1264, *ubi non minus gloriose refertur de pace inter reges Bohemiae et Ungariae facta, talesque occurrunt Otakari reges laudes:* Quis autem non possit mirari de tam magnifico rege, qui ab utero matris vocatus est rex aureus? *Eidem auctori haud immerito has continuationis partes vindicare ausim, quibus sterilis angustique historiae compendii fines longe superat: quae annis* 1254 *et* 1255. *de Otakari expeditione contra Prutenos leguntur, quod et duplici huius belli mentione satis confirmari videtur, anno* 1271 *Viti decani laudes, quae plena manu funduntur,* 1272. *narrationem de Germanorum imperio Otakaro oblato*[69], 1278. *quae de moribus Iohannis episcopi Pragensis habentur, et ibidem in Otakarum panegyricum, et ut ita dicam threnodiam, qua atrox eius mors post magnificam vitam acerbe plangitur*[70]. *At haud par-*

69) litorum summis laudibus effertur; est *rex serenissimus*, rogatur ab electoribus *quatenus dignaretur assumere apices imperatoriae dignitatis*; remunerat *muneribus magnificis in auro, argento* etc. 70) *Eodem anno* 12. *Kal. Nov. — fuit mensis.* Ab uno eodemque haec scripta esse ipsis

vam scribendi generis similitudinem idemque fere auctoris ingenium in illis etiam partibus repperisse mihi videor, ubi eum in quibusdam Otakarum audimus vituperantem a. 1276, 1278.[71] *Hic Rudolfum etiam regem nobis depingit* [71] virum providum et discretum, *longeque abest quin patriae hostem suo odio insectetur, optime potius virum cautum sibique constantem Otakaro, viro audacissimo et splendidissimo, opposuit. Est hic etiam auctor canonicus Pragensis*[72]*; Vitis enim decani mores et vitam is tantum ita accurate poterat exprimere, qui clarissimi viri collega decani munus per longum tempus eum viderat administrantem. In reliquis quoque rebus scribendis fontes limpidiores ei adire licebat. De Ungarorum clade anno* 1260 *Otakari epistolam ad papam datam habebat ante oculos, et captorum Ungarorum testimonia vel ipse ex iis quaesivit vel ab aliis accepit*[73]*. Quin immo Otakarum regem habet testem*[74]*, et de* [73] *miraculis eodem die factis Iohannem militem* virum omnimodis fide dignum *multosque alios audivit. Saepius Otakarum vidit, ut testatur verbis de eo* 1278: Haec vidimus et testimonium perhibemus. *Atrocissima regis clades et inexpugnabiles patriae miseriae intimum eius pectus vehementissime movent. In narrandis rebus est modestus et providus, beneque sibi cavet ne forte veri fines temere excedat, quod talibus indicavit locutionibus:* ni fallor, utrum per industriam an per errorem nescio[75], ad enarrandum manet difficile[76]*; de Otakari morte* [76] nihil certi dicere *potest*, quia diversi diversa dicunt[77]. *Et quamquam, quod rerum scriptore est dignissimum, bene cavet ne odii aut adulationis notam incurrat*[78]*, tamen uno alterove loco Otakari studio se abripi passus est, in eo quod regi Germanorum imperium* pluries *oblatum esse dicit, eumque, excepta clade ultima, ab hostibus numquam victum esse affirmare ausus est*[79]*. In chro-* [79] *nologia interdum lapsus est; neque omnia quae de pace anni* 1276. *inter reges constituta profert, ad veritatis normam exigi possunt.*

Tertius, ni fallor, auctor conscripsit annos 1278—1281. *Verum est, hinc inde reperiuntur locutiones quae in prioribus etiam occurrunt partibus, at nihilominus aliud est scribendi genus, aliusque est quem sibi proposuit auctor finis. Primus omnia quae in notitiam venerant annalibus suis complecti conatus est, alter ad res publicas et ad Otakari maxime sortem animum advertit, tertii etsi suas habet laudes narratio, tamen a rebus publici quae uberrimam praebebant materiem se avertit, et in hoc uno potissimum videtur acquievisse auctor ut Tobiae episcopi Pragensis electionem posteris quam*

auctoris verbis probari potest. De Vito decano 1271. scribit: *Sed ne videar singularum virtutum eius ipsi divinitus collatarum plenius facta prosequendo notam adulationis incurrere, stilo amoto malui posteris relinquere* etc.; de Otakaro 1278: *stilo submoto, ne videar adulationis notam incurrere veritatem prosequendo, eius facta — posteris relinquo;* 1276: *quae ibidem — acta sunt malui subticere, ne forte singula ut fuerunt prosequendo aliquorum odium incurram;* 1271. de Vito: *Illuminabat enim mentes hominum utpote lucerna lucens;* 1278. de Iohanne episcopo: *lucerna lucens — illuminabat corda hominum;* 1271. de Viti *veritatis et iustitiae imitatione* loquitur; 1278. est Iohannes *iustitiae sectator, veritatis imitator;* 1271 Vitus *dividebat etiam denarios pauperibus;* 1278 Otakarus *dividens cuilibet solidum denarium;* 1271. de Vito: *eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia;* 1278: *quantum largus fuerit mens humana — nec enarrare potest.* 71) Anno 1272: *Talibus dicitur usus fuisse sermonibus;* 1276: *Talo fertur dedisse responsum;* 1278: *Sua fata hunc continuo nolentem ducunt, volentem trahunt;* 1260: *Fata nolentem ducunt, volentem trahunt;* 1278: *Et cecidit super militiam formido et pavor;* 1260: *Timor et tremor super impios cecidere.* 72) A. 1260: *Iarosius — coram episcopo Pragensi et praeposito et decano et canonicis in capitulo Pragensi retulit vica voce.* 73) Anno 1260: *Hiidem infideles et caeteri — sicut ipsi postmodum retulerunt.* 74) *Nam sicut saepedictus princeps Bohemiae et alii principes, barones et milites communiter retulerunt.* Auctorem ipsum proelio interfuisse ex verbis *inter nos et se fluvio dicto Moravo* elicere nolim, est sine dubio vividius loquendi genus. 75) A. 1260. 76) A. 1277. 77) A. 1278. 78) A. 1271, 1276, 1278. 79) A. 1272, 1278.

accurate traderet. Hic etiam singularis eius est mos, qui apud reliquos nusquam occurrit, ut Pragensium canonicorum mentionem facere non possit, quin [80] *honorifico quopiam titulo eos decoret*[80], *talibusque vocibus* humiliter, devote, benigne, gratiose *sermonem suum exornet. Non modo canonici Pragenses quid fecerint vel senserint conscripsit auctor, canonicus ipse, immo quid ederint vel biberint posteritati tradidit. Eodem fere tempore quo res sunt gestae eas calamo excepit, ut ex verbis apparet ad annum* 1279.[81] *de Brunone episcopo Olomucensi* nam moris eius fuit semper et est, *qui paulo post* 18. *Febr.* 1281. *diem supremum obiit*[82]. *Annalium Pragensium partem secundam hanc continuationem inscripsimus.*

Unus tandem restat auctor, itemque canonicus Pragensis, illum qui ad annum 1281. *descenderat, excipiens; iterum recurrit usque ad annum* 1279, *ut illius annales quasi suppleret calamitatum et publicarum miseriarum narratione, quibus illo tempore paene obruta est Bohemia. Est haec annalium Pragensium pars tertia. Talem infelicissimae terrae nobis depinxit imaginem disertissimis et acerrimis verbis, quam profecto non sine vera animi commotione inspexeris. Vix igitur mireris eundem auctorem summo paeneque capitali* [83] *Germanorum odio se abripi passum esse*[83], *cuius apud priores vel levissimum vel paene nullum invenitur vestigium. Videtur fuisse auctor inter legatos capituli Pragensis ad episcopum Brandenburgensem missos, qui peterent ne penitus bona eius diriperentur.* Quod quicunque audivit, *sunt verba eius*, tinniverunt aures eius. *Atrocissimas patriae calamitates suis oculis vidit.* Et plura, *inquit*, et varia tormenta his temporibus audivimus et vidimus quam in codicibus legimus[84]. *Est igitur scribendi eius genus vehementissimum et violentum, flagratque quasi illo hostium patriae odio. Et in hoc etiam suam ingressus est viam auctor quod sententias suas uberius exponere easque doctrina quadam ornare conatus est. Cuius rei testis est longa illa exemplorum ex scriptura sacra petitorum series aliaque testimonia quae, quod apud priores scriptores frustra quaeris, ex Romanorum imperatorum legibus sunt deprompta. Eum et alias fuisse eruditum litterisque imbutum probatur Horatii, Ovidii et aliorum Romanorum, poetarum luminibus, quae cuinam debeat me indagare non potuisse libere confiteor, locisque ex Gregorii Magni et Ekkehardi Uraugiensis libris* [85] *desumptis*[85].

Restant denique pauca quaedam historiae Bohemicae fragmenta, quae ex parte a canonico Pragensi videntur conscripta, haud scio an ab uno illorum quos supra censuimus. Sunt hi loci: 1258. Consecratum est — 17. Kal. Septembris, *et a.* 1266. Iterum transeuntes — siliginis perierunt. *Ex parte monacho cuidam Strahoviensi videntur originem debere: a.* 1256. Dominus Conradus — montis Syon; 1258. 14. Kal. Novemb. — consummavit; *quas annotationes is qui annalibus ultimam adiecit manum modo nescio quo corripuit aptisque locis inseruit.*

Terminantur tandem annales in Cosmae primis capitibus iterum repetitis, quae catalogus principum Bohemorum inde a Primislao usque ad Wenceslaum II.

80) Sunt ei 1278. *viri utique honesti et providi;* 1279. *viri providi et eminentioris discretionis,* eorum *coetus* est *honorabilis;* Moguntinus archiepiscopus est *reverentissimus,* Olomucensis *honorabilis,* Tobias *divina favente clementia* episcopus. 81) Vide etiam vota de Tobia novo episcopo oblata 1279. sine dubio paulo post electionem scripta, et quae 1281. de Spakmanno eiusque sociis narrantur. 82) Richter scr. episcoporum Olomucensium p. 67. 83) Anno 1279: *Mos est Theutonicorum selo nimio saevire in Bohemos;* 1281: *Velut vespertiliones in aurora die lucescente se abscondunt, ita Theutonici, tamquam fumus evanescit, evanuerunt.* 84) Anno 1279. ubi et haec leguntur: *Haec omnia his temporibus effluxerunt in Bohemos etc. — Concertat iam luctus nostrum in gaudium ut viventes laudemus eum omni tempore.* 85) Annis 1279, 1282, 1283.

regem excipit. Quae ab illo quem loco quarto posuimus auctore addita esse vix ac ne vix quidem mihi persuadere possum, quum laxioribus vel paene nullis cum praecedentibus coniungantur vinculis, verbaque ipsa compilatoris ingenium prodere videantur. Plenam quam nos habemus continuationem huius, ut ita dicam, epilogi auctorem ante oculos habuisse ex his apparet verbis, se velle principum catalogum proponere, ea tamen emendatione relicta, ut ubicumque in hiis scriptis lectori nodus dubietatis occurrerit, ad depellendum errorem recurrat superius ad scripta, ibi enim plenius inveniet annotata. *Accedit ipse catalogus principum, qui totam Bohemiae complectitur historiam quam Cosmas et continuatores eius descripserunt. Ultimis denique verbis compilator totam annalium molem paulo dilucidius digerere conatus est. Ex tribus enim quas fecit historiae partibus prima usque ad mortem Wratislai I. regis* 1092. *deducta Cosmae duos priores libros comprehendit, altera usque ad Wladislaum II. regem* 1140. *tertium Cosmae librum et primam continuationem complectitur, tertia vero usque ad Wenceslaum II. regem* 1283. *amplissimae secundae continuationi accuratissime respondet. Cur talis libro finis sit impositus his indicatur verbis:* Quia multorum hominum animos turbat sollicitatio de investiganda serie et descensione propaginis ducum ac regum regni Bohemici qualiter *etc. At profecto non sine graviore causa erant hominum animi sollicitati, nam antiquissimae Premislidarum stirpis ultimus erat Wenceslaus ille puer, cuius filius Wenceslaus III. anno* 1289. *natus*[86] *hominum animis curas illustrissimae regiae domus mox interiturae sine dubio paulo eximebat. Est igitur, si quid video, catalogus et tota quam habemus annalium moles inter annos* 1283 *et* 1289. *confecta. Adde denique priorum annalium membra turpiter esse disiecta, novumque quasi rerum ordinem esse constitutum, ita ut quae ex singulis annalibus sibi responderent, ea demum continuo quasi calami ductu essent conscripta; quae qui secum reputaverit quin omnia illa a compilatore tantum tam misero modo potuerint conflari minime dubitabit. Idemque sine dubio est, quod compilatorem maxime convenit, qui magnam illam quam annis* 1142 —1196. *deprehendimus lacunam, laciniis ex Vincentio, Gerlaco et annalibus Pragensibus correptis explevit. Quod eo tantum consilio factum est, ut prima continuatio quodam societatis vinculo coniungeretur cum secunda, quod sane minime feliciter cessit. Eundem denique sapiunt auctorem verba illa post annum* 1260. *sine ullo cum reliquo textu vinculo, tamquam glossa inserta, de rebus adversis post illum annum ingruentibus, quae verba postero demum tempore esse interiecta nemo non videt. Quae vero ille in unam rerum congeriem confudit, nos digerere et extricare, et cuique quod ei debetur auctori restituere conati sumus.*

Non deerant, ut hoc etiam paucis absolvam, posterorum temporum scriptores, qui has Cosmae continuationes quasi uberrimum Bohemorum historiae fontem adirent, suaque ex iis ducerent haustibus plenissimis. Quod mihi prius facile persuaseram, fore ut ex his fortasse annales integra qua essent ab auctoribus compositi forma, possent restitui, hanc spem ad effectum perduci non posse iam satis patet; omnes enim quos scio rerum scriptores hanc quam habemus annalium compilationem et legerunt et in suum usum verterunt. Sunt hi Franciscus canonicus Pragensis[87]*, qui secundam tantum continuationem exscripsit, Neplach abbas Opatovicensis, qui continuatores omnes duces secu-*

86) Vide stemma apud Palackium II, 2. 87) Annis 1265—1278; vide apud Pelzelium et Dubrowskium II.

tus est[88], Marignola qui continuationem Wissegradensem et Pragenses ante oculos habebat[89], neque minus Pulkava et ante et post annum 1250.[90] At in parte priori nonnulla etiam alia apud hunc inveniuntur, quae ita arcte videntur cohaerere cum illis quae ex continuatione Cosmae desumpta sunt, ut hic fortasse genuinam annalium formam deprehendi coniicias, si quid certi statui posset de Pulkava ipso, antequam chronicon quod sub eius nomine circumfertur, ad critices normam accuratius exigeretur.

Iam videamus qui sint codices quibus novo quasi firmoque fundamento hanc Cosmae editionem superstruere possumus. Longe sane maiorem codicum messem habuimus, quam in priorum editorum manus venerant; duos codices habebant Freherus et Menkenius, sex codices Pelzelius et Dobrawskius, octo enumeravit Palackius, nos tredecim novimus codices, ex quibus tres, eosque antiquissimos, Lipsiensem, Budissinensem, Dresdensem, contulimus ipsi, quatuor in favorem nostrae editionis vel contulerunt vel inspexerunt alii, reliquorum denique varias lectiones Pelzelii et Dobrowskii editio exhibebat vel notitiam saltem dabat Palackius. Quibus praesidiis si Cosmae textus non plane novus constitui poterat, longe tamen propius accedit ad genuinam chronici formam, qua auctor ipse librum in lucem publicam emisit. Non quidem autographum sed gravissimos duos codices adepti sumus, qui singulari quodam casu virorum doctorum notitiam plane effugisse videbantur. Itaque quomodo Cosmae liber paulatim quasi excreverit ante lectorum oculos ponere non possumus, at eo usque codicum auxilio pervenimus, ut duplicem chronici recensionem factam esse dicamus. Non ita quidem in rebus ipsis differunt duae illae editiones, sed si scribendi rationem respicias, secundam paulo limatiorem esse vix negabis. Haud raro enim ipse sine dubio auctor prioris vocis loco aliam posuit quae sententiae melius respondere videbatur.

Duo codicum genera constituimus, quorum unum A priorem, alterum B posteriorem textus recensionem exhibet.

A genus uno tantum codice eoque antiquissimo constat Lipsiensi saec. XII. ex. membr. 8.[91], quem nobis gratiose transmisit conferendum V. ill. Gersdorf bibliothecae Lipsiensis praefectus. Codicem qui inscriptus est Liber beate Marie virginis in Huysborg haud ita longe post Cosmae obitum exaratum esse indicia nobis palaeographica persuadent, et qui f. 136 adiectus est pontificum Romanorum catalogus, usque ad Adrianum IV. i. e. 1154. deductus. Ipsius auctoris mors ad annum 1125. ut in reliquis codicibus annotata est. Codex plena et rotunda manu diligenter conscriptus est, lineae subfusco colore ductae, haud raro manus coaeva falsa correxit aut verba quae librarium fugerant in margine apposuit. Nulli reliquorum hunc codicem fundamento fuisse, lacunae nonnullae edocent[92] in reliquis minime obviae, variaeque lectiones quae in uno Lipsiensi occurrunt satis probant[93]. Neque ultimum accedit hoc argumentum

88) Canonicum Wissegradensem annis 1129, 1130, monachum Sasavensem 1139, 1140, 1161, 1162, canonicos Pragenses annis 1199—1271. Quibus addere iuvat ea verba quibus suum fontem ad annum 1265. descripsit: *Et usque ad hunc annum quae acta fuerant in cronica scribuntur, cetera autem quae sequuntur de quibusdam quaternis recollegi.* Cum illis confer Meinerti monachum Opatovicensem, Wiener Jahrbücher XLVIII. Anzeigebl. 89) Annis 1126, 1127, 1130, 1138, 1142 et annis 1142—1283. 90) Vide e. g. apud Pulkavam annos 1201, 1204, 1214, 1216, 1224. 91) Archiv VIII, 282. 92) Haud raro unum ulterumve desideratur verbum, neque rarius sex septemve voces; e. g. I, 6. verba: *Iam iamque adpropinquabant villae ad quam ibant.* Ibid. versus: *Et monstrant vestes sternumque caballum.* I, 13. verba: *Et vos vestrosque posteros a ventura clade quasi ex divino oraculo praemonitus protexi;* I, 29. verba: *Et huius terrae ex dominis originem ducis.* 93) I, pr. A habet *inbuto*, reliqui *delibuto;* I, 2. A *dolores*, reliqui *labores;* I, 4. A *rehabere*, reliqui *recuperare;* ibid. A *thoris*, reliqui *stratis;*

Cosmas Pragensis chronicon

1. Codex bibliothecae universitatis Lipsiensis

R. Köpke fec.

Seuerꝰ cesaris adcastra clam noctu fugit aburbe timens ut estimo ne qsi dño suo rebellis ꝑuaret sedis honore pontificalis. Qd uidens dux Bracillauus nescit qd faciat mtē dolet undiq; turbat tā penitet eū olim pugnasse cesarē. tā penitet eū ꝑcussa

Spreuisse mo nita ducis de cetera tā manuiter ꝑ eis pugnare et eū

monita. ducis. O kardi tā manuit ꝑcussis pugnare. et eis ꝑcussis. fugare. quę olim pugnando fugarat. atq; his ubis rēptat dura deflectere cesaris nā ꝑcussa gens

R. Köpke fec.

2. Codex bibl. Budissinensis

adcastra cesaris noctu fugit aburbe timens ut estimo ne qsi dño suo rebellis ꝑuaret sedis honore pontificalis. Quod uidens dux Bracillaus nescit qd faciat mtē dolor undiq; turbat tā penitet eū olim pugnasse cesarē. tā penitet eū spreuisse monita ducis. O kardi tā manuit ꝑcussis pugnare. et eis ꝑcussis fugare. quę olim pugnando fugarat. atq; his ubis rēptat dura deflectere

R. Köpke fec.

W. Hillenbrand pinxit 1865

4. Cod. bibl. urbis Argentinensis

Inapud plogus in Cronicam Boemor. Dyzo. Sevexo Olomucensis eccle ꝑpositus. tā utrecali quā spuali intelligentia ꝑsuo. Colinas ꝑgens eccle solo nōie decanus. ꝑ dui autē sta

D. Engelhardt fec.

5. Codex bibliothecae regiae Dresdensis

Hyeme ferinus aut ouinus pellib⁹ uestitur. ꝑuestib⁹. Nec quisquā meum dicē noāt. si ad instar monachi cę utrę quęq; habebant. nām. ore. corde. et ope sonabant. Ad stabula nō erant repagula. nec portā unoꝑ claudebant. quia nec fur nec latro

fuit hic ullius grationis; ad unguē ꝑfectus. rerū scientiā opulentus. ꝑdotus. iudicio in dehibitione discretus. ad quē tam de ꝑpriis tribubus quā ex uoto ꝑuncie plebis. uehitur apes ad alueria mala nis ad diuitiā da uolant uicinia. Hic tantꝰ ac

R. Köpke fec.

quod in eodem codice collocatio verborum tam saepe tamque multum a reliquis codicibus abhorret omnibus, ut iam in hoc uno peculiarem textus recensionem cognoscas. Codicis specimen et Cosmae imaginem in ultimo folio satis rude delineatam dedimus. Cum hoc codice una tantum consentit auctoritas quam

A* *signavimus: est Annalista Saxo, qui paulo post annum* 1137. *ad verbum paene exscripsit Cosmam, sed non tam accurate ut ad textum restituendum adhiberi possit. Sed certissima deprehenduntur vestigia eum textum recensionis* A *ante oculos habuisse*[94]. *Itaque paucis tantum locis lectionem Annalistae Saxonis apposuimus, ut in aperto sit quomodo duo illi codices inter se cohaereant.*

B *siglo omnes reliquos signavimus codices qui inter se consentientes recedunt a codice* A, *ex quibus primo loco habendus est:*

1) *Codex Budissinensis bibliothec. Gersdorf. Msc.* 7. *mbr. saec. XIII. formae altioris quam longioris,* 73 *foliis exaratus, quorum ultima putredine valde sunt corrupta. Neque quod maxime dolendum est integer est codex; excisum est folium primum in quo epistolae dedicatoriae legebantur, dein post septimum unum et dimidium alterius desideratur; desunt omnia quae II,* 46. *a verbis* quare iam certi de misericordia *etc. usque ad verba* quorum succenderat animum *etc. III,* 15. *leguntur. Manus saec. XVII. annotavit:* Hic multa desunt. *Iterum desunt duo folia in quaternione octavo, duo alia in latere exteriore squalore obsita vestigia manus bibliopegae produnt; involucro alius libri ea iam inhaesisse videntur, et reliqua eiusdem quaternionis folia turpiter disiecta sunt. Quae omnia hanc nobis probare videntur opinionem, codicem iam saeculo XVII. dilaceratum et dein ut repararetur damnum forte fortuna conquisitum esse. Scriptus est litteris minusculis haud parvis, satis pulchris; atramentum est subfuscum; haud ita frequentia sunt scribendi compendia;* i *littera semper caret linea superiori, at scribitur* i i; *saepissime occurrit* ę *in fine verborum:* lucę, adprimę, curtę, *eodem modo* e *loco* ae, cesus, penitencia, c *et* cc *pro* t *et* ct: porcio, eleccio; *accentus non desideratur. Hinc inde capita voce* item *minio scripta signata at non numerata sunt; in distinguendis capitibus certa quaedam lex frustra quaeritur. In primo folio exstat tabula quaedam eodem sine dubio tempore quo codex exarata, qua Lecho et Cecho satis nitide depicti videntur. Librarius saepe erravit*[95], *et hoc argumento negligentiae convincitur, quod glossas quas hinc inde in exemplo reperiebat, ita in textum recepit, ut priorem lectionem et glossam uno calami ductu scriberet; Bohemicae etiam glossae occurrunt manu paulo recentiori superscriptae, quas suo loco apposuimus*[96]. *Sed illae ipsae glossae nobis persuadent melioris notae hunc esse codicem. Hanc enim sententiam amplecti non dubitamus, post confectam codicis* A *recensionem, ubi non leguntur, ab ipso auctore additas esse illas glossas. Quae eius sunt naturae, ut nemo unus dubitet quin ab ipso auctore, quum librum suum iterum iterumque limaret, sint appositae; nam minime interpretationi inserviunt.*

1, 7. A *deditos,* reliqui *commissos;* I, 18. A *reperire,* reliqui *percipere;* I, 26. A *pastoralem curam,* reliqui *virgam;* I, 33. A *misericordiam,* reliqui *gratiam;* I, 38. A *pectora,* reliqui *corpora;* ibid. A *est,* reliqui *constituetur;* II, 15. A *negotia,* reliqui *iudicia;* III, 51. A *mansit,* reliqui *conversatus est.* 94) E. g. apud Annalistam Saxonem invenitur lectio quae in uno codice A occurrit: I, 26. *curam;* I, 29. in utroque desunt verba *et huius — ducis;* ibid. illi legunt, *recedunt,* reliqui *redeunt;* ibid. illis deest *maximo;* II, 16. illi habent *negotia;* II, 49. consentiunt in lectione *in post suo tempore;* III, 26. habent *coadunato iterum;* III, 51. *mansit.* 95) E. g. I, 10. scripsit *convincie* pro *conditione;* I, 12. *mirabiles* pro *miserabiles;* I, 21. *sociuntur* pro *sortiuntur;* I, 34. *concilio* pro *condicto;* I, 39. *correcta* pro *correpta;* ibid. *morte* pro *more;* I, 42. *concius* pro *tercius;* II, pr. *optari* pro *optasti,* quibus accedant alia.

sed haerebat auctor num ita an aliter meliori stilo scriberet. In omnes paene reliquos codices transierunt glossae illae, in uno codice A *non leguntur*[97]*; quid igitur clarius quam duas illas codicum familias esse constituendas? Quum igitur ex his omnibus dubitare non posse nobis videremur, quin librarius* B 1. *codicem secutus sit, in quo servatae erant secundae curae, quibus auctor librum suum emendavit, textus quasi fundamentum* B 1. *posuimus; praesidia accedunt codices reliqui, ante omnes* A, *quem Cosmae paene coaevum in scribendis nominibus et Teutonicis et Bohemicis seculi sumus, quae recentiorum Bohemorum more in reliquis scripta sunt. Reliquorum codicum origo in* B 1. *quaerenda non est; haud ita paucae enim exstant lectiones quae in hoc uno* B 1. *tantum occurrunt*[98]*. At proxime accedit illi codici* 1 *alius quem signavimus numero*

2) *Codex Pragensis metropolitanus saec. XIV, cuius uberrimam descriptionem dederunt Pelzelius et Dobrowskius in praefatione*[99]*, quam hoc loco repetere liceat:*

Codex membranaceus inter annos 1320. et 1343. exaratus grandiusculis characteribus, qui in bibliotheca capituli ecclesiae metropolitanae Pragensis servatur. In secundo folio, cui minio in inferiori margine numerus I. adscriptus est, inter alia primae literae variis coloribus atque auro decoratae ornamenta duo conspiciuntur insignia, alterum capituli Pragensis, alterum baronum de Drazicz, ramum virentem exhibens, e quorum familia fuerunt Iohannes III. († 1278.) et Iohannes IV. († 1343.) episcopi Pragenses. Descriptum vero fuisse codicem pro Iohanne IV. episcopo Pragensi, qui etiam Francisco canonico conscribendae partis secundae chronici Pragensis auctor fuit, ex annotato ad finem continuationis secundae obitu Wilhelmi Leporis a. 1320. certum est. Sunt autem in codice metropolitano non levia indicia, eum e duobus voluminibus compactum esse. Nam et scriptura, qua Francisci chronicon, quod secundam partem chronicae Pragensis appellat auctor, in eodem codice exaratum est, diversa est ab ea, qua prima pars, id est Cosmas cum continuatoribus Pragensibus, perscripta est. Folia etiam membranae aliter per lineas divisa sunt, ita ut quaevis columna primae partis triginta octo, secundae vero partis quadraginta quatuor lineas contineat. Fasciculi quoque seu membranarum colligata, quorum sexdecim in primae parte numerantur, in secunda rursus a principio seu numero 1 computantur. Fuere tandem haec duo volumina in unum collecta, quod nunc centum nonaginta novem foliis minio notatis constat. ——— Cosmae chronicon legitur a fol. 48. usque ad fol. 105. Sequuntur deinde continuatores eius eadem manu et atramento usque ad fol. 148. In huius folii utraque pagina manus priori recentior, vetusta tamen, alio atramento aliisque

97) I, 11. Unus A legit *magnus terror ingruerit*, B1 habet *magnus post te vel fragor vel terror ingruerit*, cui reliqui aut consentiunt aut solum vocem *fragor* exhibent; I, 12. A habet *vincendi conditio*, B1 et reliqui addunt *vel ratio*; ibidem lectio codicis A est *mausoleum in secula nominalicum*, B1 cum quibusdam aliis exhibet *vel memoriale*; I, 13. A: *sub glacie nitida*, 1: *sub glacie nova vel nitida*; ibid. A: *tradidit eam*, 1: *vel civitatem eam*; ibid. A: *in domini sui vitam*, 1 addit *vitam vel necesse*, pro qua lectione sensu carente omnes reliqui codices exhibent *vel necem*; I, 30. A: *rapidis lupis*, 1: *rabidis vel cruentis lupis*, et reliqui omnes repetunt *cruentis*; I, 37. A: *ad venationem saepe faciens*, 1 perverse: *venatum ire vellet ad venationem saepe faciens*; ibid. A: *urgentes*, 1: *urgentes impingentes*; I, 37. A: *in coelestem patriam vel habitationem*, 1 omittit verba *patriam vel*; I, 40. A: *cupidinis*, 1: *Veneris*, sed manu coaeva superscriptum *telo lesa cupidinis*; I, 41. A: *ecclesiae iniuriam*, 1: *dampnum vel iniuriam*; II, 3. A: *intrant*, 1: *adeunt intrant*; ibid. A: *ecclesiae limina*, 1: *limina adita*; II, 39. A: *ecentu prospero*, 1: *propicio vel prospero*. 98) E. g. habet B1. I, pr. *placere cupio*, reliqui *gliseo*; I, 14. 1: *pariter*, reliqui *partim*; I, 30. 1: *deprecor*, reliqui *deprecamur*; I, 37. 1: *fulgurea*, reliqui *sulfurea*; I, 42. 1: *decet*, reliqui *par est*; I, 38. 1: *fundant*, reliqui *sudant*; I, 37. *candelabra aurea*, reliqui *argentea*; I, 42. 1: *ferentibus*, reliqui *referentibus*. 99) p. XV.

literis seriem episcoporum Pragensium usque ad Arnestum primum archiepiscopum adscripserat. Post haec vestigium folii serius excisi apparet, quod erat octavum decimi sexti colligati seu, ut typographi vocant, quaternionis. Videntur itaque numeri in inferiori margine minio exarati, quibus singula folia notata sunt, serius appositi; nam, non computato folio exciso, continua serie usque ad finem progrediuntur. Folium n. 149. notatum, quod est primum quaternionis primi secundae partis, vacuum relictum est. A fol. 150. usque ad fol. 185. Francisci chronicon, seu secunda pars chronicae Pragensis, diversis characteribus alioque atramento perscriptum est. Foliis 185 et 186. quaedam memoriae recentiores saeculi XVII. de archiepiscopis Pragensibus continentur; reliqua usque ad finem codicis vacua sunt. *In initio codicis leguntur passiones Sancti Adalberti et S. Wenceslai. Proxime hunc codicem accedere ad* 1, *ex haud paucis locis patere videtur, ubi cum hoc uno et in veris et falsis consentit lectionibus*[1]. *Sed aliud quoddam peculiare sui generis signum hic habet codex; sunt brevissimae nonnullae notulae nullius sane momenti, quas Pelzelius et Dobrowskius quum meliores non haberent codices, Cosmae adscripserunt, sed iam nemo unus dubitabit, quin, quum in duobus antiquissimis codicibus non reperiantur, ab interpolatore quodam saeculi XIV, ut videtur, insertae sint; ideoque inter varias lectiones eas recepimus; leguntur autem ad annos* 1008, 1011, 1014, 1015, 1026, 1032, 1041, 1053, 1061, 1081, 1084. *ex annalibus nescio quibus descriptae. In quibus notulis reiiciendis Palackium*[2] *minime fefellit iudicium; at omnes breves illas notas quibus largissimum narrationis flumen interruptum videmus esse resecandas, vel ideo non censemus, quia in codicibus leguntur antiquissimis, quorum auctoritatem in tali argumento excedere non licet. Quod eo minus fieri poterat, quum auctorem ipsum in libro suo componendo annalium viam ingressum esse iam supra probare conati sumus; itaque ubi alia quae narraret non habebat brevissimas notas apponebat. Notulis illis supralaudatis probatissimum sane signum adepti sumus quo indicatur duos alios codices arctissime cum illo cohaerere.*

2[a]) *Codex Rudnicensis saec. XV. chart. in bibliotheca Lobkowitiana, quem anno* 1826 *in lucem protraxit Palackius; in eodem primi etiam continuatoris textus legitur. Descriptionem et varias nonnullas lectiones dedit idem vir cl. in libro suo*[3], *quas suo loco in textum nostrum recepimus. Hunc codicem paene ubique repetere textum codicis* 2 *iam observavit Palackius, at etsi notulae illae supradictae omnes repetitae et eaedem lectiones in utroque codice obviae*[4] *sint, eum nihilominus ex illo non fluxisse probatur verbis* respondit — praesulem *quae a.* 1140 *in hoc uno, minime vero in codice* 2 *leguntur.*

2[b]) *Codex Brewnoviensi, in bibliotheca monasterii Brewnoviensis servatus, quem ita descripserunt Pelzelius et Dobrowskius*[5]*:* Est in charta saec. XVI. scriptus in fol. Hic codex, quamvis recentior, tamen eo summe aestimandus est, quod plurimas bonas lectiones continet. Neque dubitamus eum e vetustissimo optimae notae codice transsumtum esse, quod ex antiqua nominum scriptione aliisque indiciis certo cognovimus. Est quoque cum alio quodam anti-

1) I, 1. falso legunt 1 et 2 *historiaca* pro *historica*; I, 5. falso iidem *Herecynthiam* pro *Berecynthiam*; ibid. iidem *thalitarium* pro *thalarium*; I, 13. ambo falso *obscidens* pro *abscondens*. In codd. 1 et 2 tantum legitur glossa *telo lesa cupidinis*; II, 4. ambo *partam* pro *paratam*; II, 39. ambo *arripiunt* pro *corripiunt*. 2) Würdigung p. 16. 3) Würdigung p. 13—15. 4) II, pr. ambo legunt *arvis* pro *armis*; II, 5. ambo falso *Foromatas* pro *Soromatas*; II, 10. bi soli legunt *fluvium quae est circa Belinam* pro *quae est circa fluvium Belinam*; III, 42. bi soli habent corruptam *sco* pro *nomine*; III, 60. ambo *incertum* pro *inceptum*. 5) p. XXIII.

quiore codice collatus a quodam diligenti homine qui olim hoc codice usus est. Praeter integros tres chronici Cosmae libros complectitur etiam codex iste Cosmae continuatorem Pragensem primum, a principio usque ad verba: „In crastino autem Moravienses cum profugis Bohemis“ et in margine inferiori haec verba: „in Vladislaum et fratrem“, quae initium sequentis folii, quod cum omnibus reliquis desideratur, exhibent. Est autem haec Cosmae continuatio ab alia manu, ea nempe quae lectiones variantes in Cosmae libris apposuerat, descripta. Titulum praefixum habet: „Paralipomena Cosmae a monacho quodam ut apparet, conscripta.“ *Notulae brevissimae codicis* 2 *repetuntur ad annos* 1015, 1026, 1032, 1041, 1052, 1082, 1084; *itaque in his non plane consentit cum* 2, *ex* 6 *quo eum descriptum non esse et aliae codicis probant lectiones*[6].

3) *Codex Holmiensis, membr. saec. XIII, quem splendidissime exaratum — unam ulnam alteriusque dimidium altum giganteum codicem nominare solent — descripsit Dobrowskius*[7], *nonnullasque dedit varias lectiones. Est fundamentum Freheri editionis anni* 1607; *cuius verba ex epistola dedicatoria ad Petrum Wok de Rosenberg hoc loco repetere liceat:* Hunc quoque fructum Bohemici et Polonici itineris, lustro superiore principis mei missu suscepti, tulisse gaudeo, quod dum in regia urbe Praga diversor, memorabile istud monumentum indigenae vetustatis in manus meas bona fortuna detulit: idque integrum, cuius antea particulam cum Bohemicis meis vulgari in laude ponebam, utinam aeque mendis naevisque liberum. Quamvis autem unico exemplari nitendum esset, eoque non felicissima manu e veteribus membranis descripto: dedi tamen diligenti relectione operam, ut detersis maculis, quantum hoc quidem tempore licebat, aequi lectoris oculos quam minimum offendere posset: daturus etiam porro magis, si quis me publicae utilitatis studiosus, quod spero, aliis exemplaribus iuvare voluerit. *Codex postea a Suecis deportatus hodie Holmiae asservatur. Lectiones Freherianas, quum ipsum codicem inspicere non contingeret, siglo* 3 *signatas inter varias lectiones retinuimus, sed non quidem omnibus locis, quum saepissime ex erroribus librarii vel typographi falsa lectio originem duxerit. De veris huius codicis lectionibus sententiam ferre non est ita facile, quod non valde est dolendum, quum satis constet eum codicibus a nobis adhibitis* A *et* 1 *antiquiorem non esse. Fundatio Wissegradensis in hoc codice non legitur, ut testatur Dobrowskius. At desideratur historia quinque fratrum* 8 *martyrum in Polonia*[8], *et lasciva illa de presbytero*[9]. *Codicem nihilominus familiae* B *adscribendum esse, quae plerisque locis inveniuntur glossae probant*[10]. *In haud paucis vero locis concinit cum duobus codicibus sequentibus, quos* 4 *et* 4[a] *nominavimus.*

3[b]) *Codex Vindobonensis* 7391. *chart. saec. XVI. est apographum codicis* 3 *a.* 1574 *confectum, quod Vindobonae inspexit Ill. Pertz; lectiones ubi textus poscere videbatur liberalissime nobiscum communicavit Imperialis bibliothecae praefectus V. Ill. Chmel.*

4) *Codex Dresdensis* [illegible] *fol. membr. in bibliotheca regia Dresdensi asservatur*[11], *quem inspiciendum nobis liberalissime transmisit V. Ill. Falkenstein.* 12 *Hunc codicem ante Menkenium qui varias dedit lectiones*[12] *et Dobrowskium, qui eum saec. XIII. scriptum esse opinati sunt, iam viderant Lupacius, Georgius*

6) I, 1. legit 2[b]. *terrae*, 2 et reliqui *orbis*; I, 3. *pauperatis amabilitatem*, 2 et reliqui *pauperiatem amabilem*; I, 5. *cibis* pro *herbis*; I, 6. *praescius* pro *inscius*; II, 4. *paratam*, 2 *partam*, II, 8. addit *Franciae* quod deest in reliquis, II, 40. *et resiliens* quod desideratur in 2. 7) Litterarische Nachrichten von einer Reise nach Schweden und Russland im J. 1792. p. 35. Palacki Würdigung p. 7. 8) I, 38. 9) III, 62. 10) I. 11. 12. 13. 11) Archiv VI, 225. 12) Scriptores rerum Germanic. III.

Fabricius et Albinus[13]. *At scriptus est ille codex saec. XII. Binis columnis textus exaratus est splendidissime; lineae ductae sunt atramento, litterae minusculae pulcherrime scriptae, litterae initiales coloribus pictae. Cosmae textus* 7 *quaterniones et* 6 *folia complectitur. Breviationes neque frequentes neque insolitae sunt, frequentissimus est usus* e *pro* ae, *rarior* ę, *simplex* i *lineola non signatum, syllaba in fine lineae rupta tali signo ' notatur. Compactus est Cosmae textus cum Solini libro eoque Theophili de coloribus, qui eodem modo eadem fere manu scripti sunt, et hic annotatur manu coaeva litteris uncialibus librum esse monasterii Veterocellensis, indeque coniici posse videtur Cosmae chronicon eodem loco scriptum esse. In ligneo libri involucro, leguntur verba* Gesta *et quaedam alia exstincta quae legisse mihi videor.* Corb. *et nomen* Cosmas Pragensis, *scriptum manu saec. XV, quo tempore ligneum etiam illud involucrum factum videtur. At gravissimi momenti est codex ob interpolationes et continuationem monachi anonymi, qui in monasterio ordinis S. Benedicti Sasaviensi tempore Sylvestri abbatis medio saeculo duodecimo vivebat. Descripta est haec continuatio usque ad annum* 1162. *quasi liber quartus chronici Bohemorum, sed ita ut hic liber iam ab ipsius Cosmae verbis quae leguntur III,* 59. *initium sumat. Interpolationes neque paucae, neque minoris sunt momenti; posteriores inde ab anno* 1038, *ubi fuse Sasaviensis monasterii fundatio narratur, ipsum monasterium respiciunt; leguntur vero interpolationes ad annos* 958, 960, 962, 973, 975, 985, 986—990, 995, 998, 1038, 1045, 1053, 1070, 1088, 1089, 1095, 1097, 1116, 1122, 1123, 1125; *quae omnia e textu nostro removimus suoque loco una cum continuatione dabimus. Notulae brevissimae codicum* 2 *in his interpolationibus non inveniuntur, quo satis patet eum cum illis minime cohaerere. Ex alio codice interpolato eum descriptum esse vel inde apparet, quod quoties occurrit vox* dux, rex, episcopus, *nomen quod in suo exemplari sine dubio superscriptum legebat, librarius in textu addidit. Nihil omisit nisi versum unum I,* 6, *duosque illos versus ad annum* 1117, *quibus Cosmas coniugem suam plangit, quorum loco duos alios in Hermannum episcopum Pragensem apposuit. Textus capita litteris rubris distincta, sed non numerata sunt, quae in nostra editione retinuimus; magnam partem concordant cum illis capitibus quae item non numerata dederunt Pelzelius et Dobrowskius, quos secuti sumus iis locis ubi codex nos deseruit. Interpolationibus recisis textus satis purus est et emendatus, optimasque interdum suppeditat lectiones*[14], *e. g. II,* 5. *codex* 4 *et unus cum eo* 4ª. *habet verba* attavus meus, *quae male in omnibus codicibus reliquis desiderata verum demum verborum sensum restituunt. Ex quo uno exemplo iam satis patet ex nullo eorum quos recensuimus codicum hunc esse descriptum. Cum Holmiensi prae ceteris cohaerere videtur*[15]. *Ex hoc codice descriptus est*

4ª) *Codex Vindobonensis* 1544=508. *membr. saec. XIII. qui priori tempore Pragae in collegio Clementino apud patres societatis Iesu asservabatur, qua soluta a Petro Wokaun de Wokaunio anno* 1780 *bibliothecae Caesareae Vindobonensi oblatus est, ut referunt Pelzelius et Dobrowskius*[16]; *qui varias attulerunt lectiones ipsumque codicem ita descripserunt:* Est hic in membrana forma quarta nitidis characteribus, saeculo XIII. quantum ex indiciis variis iudi-

13) Pelzel. et Dobrowsk. in praef. p. XXVIII. Albinus in libro Neue Meissnische Chronik. Wittenberg 1580. p. 737. 14) I, 30. addit vocem *possideam*, ubi unus 1 legit *habeam*, in reliquis omnibus desideratur verbum; cum A et 1 supplet lacunam II, 1. *moribus — placabiles*. Recte legit II, 16. cum A *ire properat*. 15) I, 41. ambo legunt *furnas* pro *furcas*; I, 42. *ventris*, reliqui *noctis*, *corporis* etc. II, 39. soli legunt 3 et 4 *prospero* sine glossa; II, 42. in ambobus desideratur vox *damnum*; II, 47. addunt votem *regis*. 16) p. XXIX.

cari potest, exaratus. Tractavimus et ipsi, quamdiu Pragae erat, hoc exemplar. Continet omnia illa additamenta, quae monacho Sazaviensi in descriptione Dresdensis codicis tribuenda esse diximus. Dolendum est aliquot folia in hoc praestantissimo codice desiderari. Desunt enim ea omnia, quae ab a. 923. usque ad a. 994. et verba: „. . . nores fugio, pompas seculi despicio etc. leguntur. Singulare in eo est, quod nomina propria ducum aliarumque personarum superflue repetat. In plerisque enim locis, in quibus Cosmas pronomine aut appellativo nomine ducis, de quo sermo est, utitur, ille proprium ducis nomen adiicere solet. *Nuperrime Vindobonae codicem, qui praeter Cosmae textum vitam S. Elisabethae et quasdam epistolas continet, inspexit Ill. Pertzius. In omnibus paene lectionibus ita consentit cum codice* 4, *ut quod Pelzelius et Dobrowskius dicere dubitarunt, eum ex illo fluxisse iam mihi persuasum sit. Nova enim instituta Dresdensis codicis collatione omnia paene reiicienda sunt exempla, quibus illi contrariam sententiam tueri posse sibi videbantur; nam ex Menkenii minus accurata collatione illa exempla originem duxerunt. Nostrae sententiae exempla afferre supervacaneum putamus, quae unicuique legenti vel sponte se offerent.*

C) *Integris his Cosmae codicibus accedunt nonnulli alii magna ex parte mutilati ideoque non ubivis consultandi, at minime hanc ob causam reiiciendi, sunt enim ex parte antiquissimi.*

5) *Codex Brunnensis chart. fol. saec. XV, hodie asservatus in museo Franciscano, quem Tribaviae in Moravia anno* 1819 *detexit Meinertus*[17], *reliquis huius notae integrior est. In compendium redegit ille Cosmae chronicon qui hunc codicem conscripsit; privilegia textui inserta penitus recidit aut fragmenta ex iis dedit, et alia quae suo loco dedimus penitus suppressit*[18]. *Nonnullae ex glossis manu recentiori superscriptae sunt*[19].

6) *Codex Carlowiensis chart. saec. XV. his adnumerandus est, quem contulit Bonaventura Piterus, praepositus monasterii Rayhradensis in Moravia, qui inter praesidia ad collectionem scriptorum rerum Bohemicarum quinque vetustissimos Cosmae codices contulerat*[20], *probat hunc codicem canonicis monasterii S. Augustini in Carlow anno* 1465 *donatum esse*[21]. *At oblivione obrutus codex in nescio cuius monasterii aut bibliothecae latebris inventorem exspectat. Sed non est quod amissum hunc codicem valde doleamus: erat enim mutilus; refert Palackius*[22] *praeter alias nonnullas lacunas omnia desiderari quae post annum* 1091 *legantur, id est alterum paene libri dimidium omisit librarius.*

7) *Codex Argentinensis membr. fol. saec. XII*[23], *quem cum prima Freheri editione in nostrum usum iam anno* 1825 *contulit vir clarissimus Engelhard*[24]. *Constat* 14 *tantum foliis, diligenter exaratus est atramento subfusco, iteinque lineae atramento ductae, minio scriptae sunt inscriptiones, breviationes non ita frequentes. In folio primo hi leguntur versus:*

17) Descripsit variasque lectiones dedit in Hormayri Archiv für Geographie, Historie 1819. p. 65, quod repetiit Palackius Würdigung p. 11. 18) E. g. I, 3. verba *Ad stabula — habuere*, I, 5. *Vos ipsos — tollat*; I. 38. omittitur historia quinque martyrum in Polonia. 19) I, 12. 13. 20) Dobner ad Haiecium I, 176. 21) Pelzel et Dobrowski praefat. p. XXXII. 22) Würdigung p. 15. Testatur eques de Schwabenau in commentatione quadam de Conrado II. duce Znaymensi in Monatschrift des Böhmischen Museums, Jahrgang I. Octob. p. 40. se vidisse Piteri apparatum, variasque lectiones codicis Carlowiensis fuisse appositas; codicem ex parte fuisse mutilatum, ex parte interpolatum ex reliquis quae referuntur satis patet. Num diploma Wisehradense quod ibidem se invenisse testatur in Piteri tantum apparatu an revera in codice ipso extiterit, dici non potest. 23) Archiv I, 302. VII, 464. 24) Archiv V, 700. 701.

Bawariae gen- | tis | Dux Hainricus duode- | nus,
Vite laben- | | Generoso cemate[25] le- |
Nobilis ille pa- | tre[26] | Duce famoso genera- | tus,
Nobilis ex ma- | | Regum de sanguine na- |
Emicat eximi- | a | Post illos nobilita- | te.
Plaudit ob hoc patri- | | Felix huius probita- |
Hic felix fue- | rat[27] | Olim de coniuge cla- | ra.
Filia regis e- | | Ea quam mors dempsit ama- |
Heredes patri- | e | Bis quatuor inde relic- | tos[28]
Dux habet eximi- | | Cultu probitatis amic- |
Incola Bawari- | e | Dominorum gaudet hono- | re.
Quas videt eggregi- | | Mire pollere deco- |
Gaudet et ipse pa- | ter | Sobolem dum scit fore le- | tam.
Gaudeat et ma- | | Vitam ducendo quie- |
Pulchrior ut vari- | is | Rosa floribus addita pa- | ret.
Sic pater egregi- | | Pueris vinctus bene cla- |
Et vita vete- | rum | Nosset per scripta prio- | rum.
Atque statum mise- | | Per mores sciret eo- |

Quos versus ad Heinricum Leonem scriptos esse recte coniecisse videtur vir clarissimus Engelhard; quae si ita se habent codex paulo post annum 1189 *conscriptus est. Variarum lectionum messis tenuissima primam Erckerti editionem non ita negligenter factam esse probat. Valde mutilavit Cosmae chronicon librarius, nam vix decimam totius operis partem servavit; leguntur capita I, pr. — 15, 21—23; II, 37, 38; reliqua desiderantur omnia. Accedit vero supposititia bulla Alexandri II. papae de fundatione ecclesiae Wissehradensis, quam genuinam esse nemo sane putet, qui eam paulo attentius legerit; inter varias eam recepimus lectiones[29]. Ubi Z cum reliquis codicibus conferri potest, textus[30] non est ita reiiciendus, familiae B cum adnumerandum esse probant glossae I, 13. Eiusdem denique notae ultimus est quem habemus.*

7*) *Codex Monacensis chart. saec. XV. cuius descriptionem debemus viro clarissimo Föhringer. Est hic etiam codex valde mutilus falsamque Alexandri II. bullam exhibet. Sed hic exstant nonnullae aliae chronici laciniae quae desunt in codice Argentoratensi. Continet codex Monacensis capita I, pr. —* 19, *exceptis annorum numeris* 895—929, *I,* 21—26, 29—31 *usque ad verba* 7. Kal. Mai. *dein sequitur bulla Wissehradensis, reliqua desunt omnia. Itaque nemini, opinor, communis horum codicum origo dubia videbitur. Et satis, ni fallor, apertum est illius consilium qui Cosmae chronico mutilato falsam Alexandri II. bullam inseruit. In una hac supposita tabula textus mutilus vertitur, quam falsarius quidam Wissehradensis haud ita longe post Cosmam intrusisse videtur eo consilio, ut vetustiori origini ecclesiae Wissehradensis Cosmam testem vindicaret. Cui proposito satis fecisse videbatur, si foetum suum laciniis quibusdam e chronico temere direptis misere vestiret et quasi exorniret.*

Codices quos iam recensuimus et haud parvus numerus eorum qui in notitiam Pelzelii et Dobrowskii venerant, sed ab us inveniri non poterant, probant Cosmae chronicon diligentissime a posteris lectum esse. Tres codices conscribi iussit Karolus IV. imperator, quod his verbis testatur Neplach ad annum

25) i. e. schemate, hoc loco idem quod stemmate. riei II. regis Angliae, obiit 1180. 28) Meibom. 26) Heinrico Superbo duce Bavariae et Gertrude ror. German. III, 166. 29) II, 26.
filio Lotharii imperatoris. 27) Mathilda filia Hen-

1125[30]: Eodem tempore migravit ad superos Cosmas ecclesiae Prahensis decanus, qui scripsit cronicas de Bohemia, quas Plych decanus Prahensis a tineis et antiquitate putrefactas illustrissimi regis Bohemorum Caroli instantia tribus vicibus in membranis descripsit. *Quos codices exteris principibus dono datos esse, ideoque in Bohemia non latere coniecerunt Pelzelius et Dobrowskius. Porro codicem extitisse in bibliotheca Bohuslai ab Hassenstein catalogus eius docet, quam anno* 1570 *incendio consumtam esse legimus.*

Editiones chronici Cosmae exstant quinque, quarum duae priores a Marquardo Frehero in lucem missae sunt:

1) *In rerum Bohemicarum scriptoribus Hanoviae* 1602, *p.* 1—14, *quae ut iam satis patet secundum codicem Argentoratensem data est, quamque codicis magis exemplar quam veram chronici editionem nomines.*

2) *Secundam editionem dedit a.* 1607. *Hanoviae typis Wechelianis p.* 1—172. *ex codice nunc Holmiensi tunc Pragensi, quod satis probavit Dobrowskius. Sed ex Holmiensi codice priorem illam editionem supplevit magis quam novam secundum integram auctoritatem constituit, falsam enim Alexandri II. bullam ex codice Argentoratensi retinuit. Ut supra vidimus, Freherus ipse monuit librarium non felicissima manu codicem descripsisse; itaque nomina propria turpiter corrupta sunt, et sexcenties e. g. legitur* tamen *ubi codices exhibent* enim. *Suis etiam coniecturis Freherus hinc inde indulsit, quod ipse in praefatione editionis satis aperte indicavit.*

3) *Tertia editio nihil est nisi secunda repetita, at in fronte libri legitur anni* 1620 *numerus.*

4) *Freherianum chronici textum in collectionis scriptorum rerum Saxonicarum tomo primo p.* 1967—2132 *repetivit a.* 1728 *Menkenius, qui postea in tomo tertio varias lectiones et interpolationes monachi Sasaviensis dedit ex codice Dresdensi. Ornavit praeterea editionem suam annotationibus Christiani Theophili Schwarzii, Altorfiensis professoris, ex quibus diligenter ex aliis chronicis conquisitis, paucas repetivimus, aliaque quae explicandis rebus inservire posse videbantur exscripsimus, quum annotationes ipsae nostrarum et indolem et terminos excederent.*

5) *Quintam editionem eamque optimam quae vel hodie sua laude minime fraudanda est dederunt Pragae* 1783 *Pelzelius et Dobrowskius in tomo primo scriptorum rerum Bohemicarum, p.* 1—282, *quam fundamento critico et apparatui codicum satis amplo superstruxerunt. Nititur praecipue codice Pragensi, cui Brewnoviensem et Freheri textus addiderunt editores, qui etiam summa diligentia omnia conquisierunt quae ad Cosmam pertinere videbantur. Quanto cum fructu variarum lectionum collectionem quam illi dederunt in nostram editionem adscivimus, unicuique vel obiter inspicienti apparebit. Ex illa enim editione eorum codicum lectiones desumpsimus qui, quum Pertzius V. Ill. codicis metropolitani inspectione eam accuratissimam esse probasset, sine ullo fructu denuo evoluti videbantur.*

Primus, quod sciam, qui continuationem fragmenta maiora ex codice metropolitano publici iuris fecit, erat Pessina de Czechorod, cui ad libros suos componendos hunc cum aliis ex tabulario capituli Pragensis in lucem protrahere licebat. Si ea quae in Phosphoro septicorni[31] et in Marte Moravico[32]

30) Dobner monumenta hist. Bohem. t. IV. Qualis sit codex quem ante oculos habuit Simler in epitome bibliothecae Conradi Gesneri Tiguri 1555 nescio. 31) E. g. p. 536 a. 1140, p. 182 a. 1249. 32) p. 346 a. 1249, p. 361 a. 1254, p. 368 a. 1261—1265, p. 370 a. 1271, p. 381 a. 1278.

typis exprimenda curavit, in uno loco colligis iustam iam habes omnium continuationum partem; sed haud ita accurate haec edita sunt. Quod multo magis factum est in prima quam habemus editione integra, quae in lucem prodiit hac inscriptione Continuatio chronici Bohemici olim conscripti a Cosma nunc e codice Mspto Pragensi producta, ed. Ioach. Krakovski de Kollovrath, praeside Baptista Piker. Viennae 1752. 4. *Quam negligenter haec editio parata sit satis docuerunt Pelzelius et Dobrowskius, qui foedissimorum errorum catalogum confecerunt*[33]. *Nos accuratam illorum virorum editionem secuti sumus, adscitis variis illis lectionibus quas ex codicibus aliis dedit Palackius, et vel sic priorum editorum repetenda est questio, minime omnibus locis verum auctoris sensum elici neque omnia librariorum vitia emendari posse, quae fortasse alio quodam codice in bibliothecis adhuc latente sanabuntur.*

Scribebam Berolini mense Maio 1847.

RUDOLPHUS KOEPKE.

INCIPIT PROLOGUS AD SEVERUM MELNICENSEM[34] PRAEPOSITUM[a].

Domno Melnicensis[b] ecclesiae praeposito Severo, tam litterali scientia[c] quam spirituali intelligentia praedito, Cosmas Pragensis ecclesiae solo nomine decanus, post huius vitae stadium in celesti regno bravium. Quanta mentis meae devotione ac dilectione vestrae fraternitati[d] substerner, Deum testor, eloqui nequeo. Neque enim est magna dilectio, quam humana comprehendit ratio. Dilectio enim vera nichil proprium, nichil secretum aut occultum habere quit[e], quod non ei promat, quem sincero affectu diligit. Ea mihi nisi affuisset[f], nequaquam tantae auctoritatis viro haec mea senilia deliramenta offerre praesumpsissem. Quaerens enim quaesivi, quid iocundum, quid ociosum vobis offerrem: set nichil tam ridiculosum quam opusculum meum inveni. Si enim suaviter ridemus, cum aliquem offendi pede ad lapidem videmus, quot[g] in hoc[h] opere meas offensiones, quot[g] grammaticae artis synalimphas videbitis; de quibus per[i] singula ridere velitis, ultra modum potestis uti proprietate hominis[k]. Sive enim vobis soli[l] hee seniles nugae placeant sive displiceant, rogo ne tercius eas oculus[m] videat[n].

ITEM AD MAGISTRUM GERVASIUM PRAEFACIO OPERIS SUBSEQUENTIS[o].

Liberalium arcium quibusque studiis pleniter inbuto, et omnimodae[p] scientiae sapientia delibuto[q], archigerontae Gervasio[35], Cosmas, quod dicitur haud[r] dici dignus, Deo tamen et sancto Wenceslao[r] famulantium famulus, debitae orationis munus et mutuae dilectionis pignus. Cum acceperis[s] hanc scedulam[s], scias[v] quod tibi transmiserim Boemorum chronicam, quam ego nullo grammaticae artis lepore politam, set simpliciter et vix lacialiter digestam, tuae prudentiae singulari examinandam deliberavi, quatinus tuo sagaci iudicio aut omnino abiciatur ne a quoquam legatur: aut si legi adiudicatur, lima tuae examinationis ad unguem[w] prius elimetur, aut potius, quod magis rogo, per te ex integro lacialius[x] enucleetur[y]. Nam id solum operae precium duxi in meo opere, ut vel tu, cui a Deo collata est sapientia, vel[z] alii pociores sapientia vel[r] scientia, sicut Virgilius habuit Troiae excidia[a], et Stacius Aeacida, ita ipsi hoc meum opus habeant pro materia, quo et suam scientiam posteris notificent, et nomen sibi memoriale[b] in secula magnificent.

a) *Sic* A. 1. *deest* Melnicensem 2. 4. 4ᵃ. ad pr. Melnic. 2ᵃ. Cosmae Pragensis decani prologus in chronicam Boemorum ad Severum praepositum 3. Incipit prohemium in cronicam Bohemorum 5. Incipit prologus in chronicam Boemorum 7. prologus libri Boemorum 7ᵃ. b) Mylocensis 4ᵃ. c) scientia *omissum* 5. 7. d) paternitati *excepi.* A. *et* 1. *rel.* e) quid *corr.* quit A. f) affuissent 4. 4ᵃ. g) quod *corr.* quot A. h) *ita* A. 1. 2ᵃ. 4. *deest vel.* i) *deest* 7. k) *addunt hic* 2. 2ᵃ. vl' *quod legendum* vale *sive* valete. Vel 2ᵇ. l) Vel sive vobis enim soli 7. m) oculus *deest* 4. 4ᵃ. n) Valete *addunt* 4. 4ᵃ. o) op. subseq. *desunt* 4. p) omnino de 4. 4ᵃ. q) inbuto A. r) aut *corr.* haud A. s) Wenceslao 2ᵇ. 4. 4ᵃ. t) accipi : s A. u) cedulam 2. schedulam 2ᵇ. v) scito 2ᵇ. 3. 4ᵃ. 7. w) ungē *addit* v A. x) latialius A. y) enudetur A. z) et 4ᵃ. *) s. v. A *et* 1. *tantum.* a) excidia A. b) mortale A.

33) I, p. XXXIX. 34) Melnek. 35) Sine dubio idem Gervasius canonicus et magister qui occurrit in necrologio Bohemico apud Dobnerum in monumentis historicis Boemiae II, 12.

Igitur huius narrationis sumpsi exordium a primis incolis terrae Boemorum[a], et perpauca quae didici senum fabulosa relatione, non humanae laudis ambitione, set ne omnino tradantur relata oblivioni, pro posse et nosse pando omnium bonorum dilectioni. Bonis[b] et peritis semper placere cupio[c]; idiotis autem et discolis displicere non pertimesco. Scio enim nonnullos affore aemulos, et eos emori risu subsannationis, cum viderint scema[d] huius operationis; qui tantummodo docti sunt aliis derogare, et ipsi per se nichil[e] sapiunt erogare. De
Ierem. 4,22. talibus canit propheta: *Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nesciunt.* Hii namque ea solummodo linceis oculis[36] inspiciunt[f], et in corde suo, velut in adamante, figunt memoriter quae dicta sunt inproprie, aut ubi mens mea dormitans titubavit. Quid mi-
37 rum? *Quandoque bonus dormitat Homerus*[37]. Horum ergo[g] nec invidiosis derogationibus perterreor[h], nec yronicis adulationibus permulceor: qui volunt, legant, qui nolunt, abiciant. Tu autem, frater karissime[i], si me tuum amicum diligis, si meis precibus tangeris, praecinge lumbos mentis et accipe in manum rasorium[k], calcem et calamum, ut quod superest radas, et quod non est desuper addas, inproprie dicta proprietate muta[l]; ut sic mea inscientia[m] tua sublevetur[n] facecia. Non enim ab amico corrigi erubesco, qui etiam ab amicis[o] nimio affectu emendari exposco. Continet autem hic liber primus Boemorum gesta, prout mihi scire licuit, digesta usque ad tempora primi Bracislavi[p] filii ducis Odalrici[q]. Annos autem dominicae incarnationis[r] idcirco a temporibus Borivoy[s] primi ducis catholici ordinare coepi, quia in initio huius libri nec fingere volui, nec cronicam reperire potui, ut, quando vel quibus gesta sint temporibus scirem, quae ad praesens recitabis in sequentibus. Vale et tuo iussu aut me ad cetera evolvenda praecingam, aut ibi gradum sistam et meis ineptis modum figam coeptis.

Vive, vale, mea ne rennues optata, set imple.

Est autem haec chronica composita regnante quarto Heinrico Romano[t] imperatore, et gubernante sanctam ecclesiam Dei papa Kalisto[u] sub temporibus[v] ducis Boemorum Wladislay[w], simul et praesulis Pragensis ecclesiae Hermanni, ut in sequentibus datur omnibus scire volentibus, quibus sint acta annis Christi vel indictionibus.

INCIPIT PRIMUS LIBELLUS IN CHRONICAM BOEMORUM, QUAM COMPOSUIT COSMAS PRAGENSIS ECCLESIAE DECANUS[x].

1. Post diluvii effusionem, post virorum maligna mente turrim aedificantium confusionem, humanum genus, quod tum[y] fere constabat in 72 viris, pro tam illicitis et temerariis ausis[z] cum divina ultione quot[a] capita virorum tot in diversa linguarum genera dividerentur, sicut historica[b] relatione didicimus, unusquisque eorum vagus et profugus, longe lateque dispersi, per diversa spacia terrarum errabant, ac de die in diem corpore decrescentes, in generationes et generationes multipliciter crescebant. Unde humanum genus, Dei nutu omnia disponente, in tantum diffusum[c] est per orbem terrae, ut post multa secula tandem has
38 etiam in partes deveniret Germaniae: cum enim[38] omnis illa[d] regio sub arctoo[e] axe Thanaytenus[f] et usque ad occiduum[g] sita, licet in ea singula propriis loca nominibus nuncupentur, generali tamen vocabulo Germania vocitatur[h]. Ad hoc ista retulimus, ut nostrae intentionis melius exequi possimus propositum. Veruntamen interim, priusquam ad exordium narrationis veniamus, situm terrae huius Boemicae[i], et unde nomen sit sortita, breviter exponere temptabimus.

2. In divisione orbis[k] secundum geometricos Asia nomine sub suo dimidium mundi ob-

a) boemiorum A *hoc loco.* b) enim *excepl.* A *et* 1. *add. reliq.* c) glisco *excepl.* A *et* 1. *rel.* d) schema 2ᵇ. scemata 4. 4ᵃ. e) boni *excepl.* A *et* 1. *add. rel.* f) aspiciunt 4. g) g̃ A. h) pt'eor A. i) charissime 2ᵇ. k) rosarium 7. l) mutam A. m) insciti*a excepl.* A *et* 1. *rel.* n) subvehatur 4. 4ᵃ. o) *ila* A. 1. 2. 2ᵃ. 2ᵇ. 7. amico 4. 4ᵃ. inimicis *Fr.* p) *ila* A. 1. Braieczislavi 2. Bracizlavi 2ᵇ. 7ᵃ. Bracislai 4. 4ᵃ. Bratislavi 7. q) Odaldrici A. Udaldrici 2ᵇ. 7. Odrici 3. Odalrici *apposito* u *super* O 4. 4ᵃ. Udalrici 7ᵃ. r) *post* incarnationis 2ᵇ. *habet tres asteriscos.* s) Boriwoy 2ᵇ. Boriwoi 4. Boriwoy 4ᵃ. Borivoii 7. Borivoi 7ᵃ. t) Romanorum 2ᵇ, 3. 4ᵃ. 7. u) papa Kalisto *omisso in* 4. 4ᵃ. secundo *add.* 5. v) tempore 2ᵇ. 3. 4ᵃ 7. w) Wladislai 2. x) libellus in cronicam boemorum 1. Incipit liber primus chronicae Boemorum 3. Incipit primus libellus Cosme decani Pragensis ecclesie in chronica Boemorum 4. Incipit chronica Boemorum, quam composuit Cosmas 7. y) tamen 2ᵃ. z) ausibus 4. 4ᵃ. *) quod 1. a) ystorica A. hystoriaca 1. historiaca 2. 2ᵇ. *deleto tamen a ante c.* b) difusum 1. c) illa *omissum* 4. 4ᵃ. d) arcto A. 2. 4. 4ᵃ. e) Thanaytenos 1. Tanaytenus 2ᵇ. f) occiduam 1. 4. 4ᵃ. g) vocatur A. h) Boemiae 7. i) terrae *pro* orbis 2ᵇ.

36) Hor. Serm. I, 2, 90. 37) Hor. ep. ad Pisones 359. 38) Sunt verba Pauli diaconi hist. Langob. I, 1. ab auctore ex Reginonis chronico ad a. 889 desumta.

tinuit, et dimidium Europa et Affrica[a]. In Europa sita est Germania, cuius in partibus versus aquilonalem[b] plagam est locus late nimis diffusus[c], cinctus[d] undique montibus per gyrum, qui mirum[e] in modum extenduntur totius terrae[f] per circuitum, ut in aspectu oculorum quasi unus et continuus mons totam illam terram circueat[g] et muniat. Huius terrae superficiem tunc temporis vastae tenebant solitudines nemorum sine habitatore[h] hominum; nimis tamen sonorae erant examinibus apum et diversarum modulationibus volucrum.

Ferae silvarum innumerae ceu maris harenae[i],

vel quot sunt stellae in aethere[k], nec ab ullo perterritae errabant per devia terrae, et bestiarum gregibus vix sufficiebat tellus. Ad numerum locustarum aestate per arva saltantium, vix poterant aequiparare[l] armenta iumentorum. Aquae illic nimis perspicuae et ad humanos usus sanae; similiter et pisces, suaves et ad comedendum salubres. Mira res, et unde perpendere potes quam in alto aere[m] haec pendeat[n] regio, cum nulla peregrina hanc influat aqua[39], set quotquot amnes, parvi et immanes ex diversis montibus orti, a maiori aqua quae dicitur Labe recepti, usque aquilonale fluunt in mare. Et quia haec[o] regio tempore in illo intemptata iacebat aratro, et homo qui temptaret adhuc eam non intrarat, de fertilitate sive sterilitate eius magis placuit tacere, quam inexpertam[p] rem dicere. Has solitudines quisquis fuit ille hominum — incertum est[q] quot in animabus — postquam intravit, quaerens loca humanis habitationibus oportuna, montes, valles, tesqua, tempe visu sagaci perlustravit, et ut reor, circa montem Rip[r.39b], inter duos fluvios, scilicet Ogram[s.40] et Wltavam[t.41], primas posuit sedes, primas fundavit et aedes, et quos in humeris secum apportarat[u.42], humi sisti penates gaudebat. Tunc senior, quem alii quasi dominum comitabantur, inter cetera suos sequaces sic affatur: *O socii non semel mecum graves labores*[v] *per devia nemorum perpessi*[43], *sistite gradum*[44], *vestris penatibus litate libamen gratum, quorum opem*[w] *per mirificam hanc vobis olim fato*[x] *praedestinatam tandem venistis ad patriam. Haec est illa, haec est illa*[x] *terra, quam saepe me vobis promisisse memini, terra obnoxia nemini, feris et volatilibus referta, nectare mellis et lactis humida, et ut ipsi*[y] *perspicitis, ad habitandum aere iocunda. Aquae ex omni porte copiosae, et ultra modum piscosae. Hic vobis nichil*[z] *deerit, quia nullus vobis oberit*[a]. *Set cum haec talis, tam pulchra ac tanta regio in manibus vestris sit, cogitate aptum terrae nomen quod sit.* Qui mox quasi ex divino commoniti oraculo: *Et unde*, inquiunt, *melius vel aptius nomen inveniemus, quam, quia tu o pater diceris Boemus, dicatur*[b] *et terra Boemia?* Tunc senior motus sociorum augurio, coepit terram osculari prae gaudio, gaudens eam ex suo nomine nuncupari; et surgens ac utrasque palmas tendens ad sidera[45], sic orsus[c] est loqui: *Salve, terra fatalis, mille votis quaesita nobis, olim dil vii tempore viduata homine, nunc, quasi monimenta*[c] *hominum, nos conserva incolomes, et multiplices nostram sobolem a progenie in progenies.*

3.[d] Quorum autem morum, quam honestorum vel quantae simplicitatis[e] et quam admirandae[f] probitatis tunc temporis fuerint homines, quamque inter se fideles et in[g] semetipsos misericordes, cuius etiam modestiae, sobrietatis, continentiae, si quis his modernis hominibus valde contraria imitantibus pleno ore narrare temptaverit, in magnum deveniret fastidium[h]. Propterea haec praetermittimus, et pauca, ac quae sunt vera, illius primae aetatis de qualitate dicere cupimus. Felix[46] nimium erat aetas illa,

a) Africa 1. b) aquilonarem 4. *et sic deinceps.* c) difusus 1. d) cinctusque 2b. e) inim. 4. mirum *deest* 4e. f) e. t. mundi *(deletum)* terrae 1. g) circuiat A. h) habitatione 2b. i) arene 1. k) hethere A. heterę *corr.* heterę 1. l) equippare *corr.* -i A. aequiparari 7. m) aethere 2b. *scripto superius* aere. n) penderat 7. o) pendeat *addit* 5. p) ineptam 4. 4a. q) est *addit secunda manu* A. r) Rip 1. Rzip 2. Rip *corr.* Rzip 2b. s*) Ocram 7. s) *ita* A. 1. Wultauam 3. Wltavam 5. Wltavam *rel.* t) aportarat A. u) dolores A. v) ope 2b. 4. w) fatum *corr.* fato A. x) h. e. i. *secunda manu add.* A. *semel omissa* 2b. y) ypi *corr.* ipsi A. z) nihil 1. ') quia — oberit *omissa* 4a. a) et d. *corr.* d. et A. b) ortus 1. c) monum. *corr.* monim. A. d) *numeri capitum desunt in codicibus, quorum loco* 1. *nonnunquam* ITEM *scribit. In capitibus adornandis cod.* 4. *secuti sumus, in quo singula capita non numeris at litteris maiusculis coloratis perpetuo signata sunt.* e) simpliciitudinis *corr.* simplicitatis A. f) ammir. A. g) inter 1. h) fastigium *corr.* fastidium A.

39) Egram non ex eo quem noscimus fonte sed a Teplae origine deduxit, qui paulo infra thermas Carolinas in Egram cadit. Vid. Dobneri comment. ad Haiecii annales II, 129. 39') Mons Sancti Georgii inter ostia Egrae et Moldavae fluviorum situs. 40) Est fluvius Tepla et quae eum excipit Egrae fluvii pars, Ogra ob caldas aquas voce Slavica nominata. Reliqua Egrae pars Cosmae est Chub. Conf. infra II, 37. et Dobner II, 130. 41) Moldau. 42) Virg. Aen. IV, 598. 43) Hor. Od. I, 7, 31. 44) Virg. Aen. VI, 465. 45) Virg. Aen. V, 253. 256. 46) *Felix — glande* sunt paucis mutatis versus Boethii de consolatione philosophiae II, metrum 5.

modico contenta sumptu, nec tumido inflata fastu[a].
Cereris et Bachi munera haud norant, quia neque erant.
Sera prandia solvebant glande vel ferina carne.
Incorrupti[a*] latices haustus dabant salubres.
Ut solis splendor vel aquae humor,
sic arva et nemora, quin etiam et[b] ipsa connubia erant illis communia.

Nam more pecudum singulas ad noctes novos ineunt[c] hymeneos[d], et surgente aurora trium
47 gratiarum copulam et secreta[e] amoris rumpunt[f] vincula; et ubi nox quemque occuparat[g], ibi fusus per herbam, frondosae arboris sub umbra dulces carpebat somnos. Lanae[47] vel lini eis usus ac[h] vestis ignotus, hieme ferinis aut ovinis pellibus utuntur[i] pro vestibus. Nec quisquam *meum* dicere norat[k], set ad instar monasticae vitae, quicquid habebant, *nostrum* ore, corde et opere sonabant. Ad stabula[l] non erant repagula, nec portam inopi claudebant, quia neque[m] fur, neque latro, neque inops quisquam erat; nullum[47] scelus aput eos furto gravius et latrocinio. Nullius gentis[n] arma videre, tantummodo sagittas, et has propter feriendas feras habuere. Quid plura? Proh dolor! prospera in contraria, communia in propria cedunt;
48 securam paupertatem olim amabilem[o] quasi coenosam rotam vitant et fugiunt, quia amor habendi saevior ignibus Aethnae[48] in omnibus ardet. His ac talibus malis emergentibus, de die in diem peius et peius iniuriam, quam nemo prius inferre norat, alter ab altero sibi illatam patienter sufferebat, et cui querimoniam suam apploraret, iudicem nec principem habebat. Post haec quicumque in sua tribu vel generatione, persona, moribus potior et opibus honoratior habebatur, sine exactore, sine sigillo[p], spontanea voluntate ad illum confluebant[q], et de[r] dubiis causis ac sibi illatis iniuriis salva libertate disputabant[s]. Inter quos vir quidam oriundus extitit nomine Crocco[t], ex cuius vocabulo castrum[48*] iam arboribus obsitum in silva, quae adiacet pago Stibrene[u], situm esse dinoscitur. Vir fuit hic in suis generationibus ad unguem perfectus, rerum secularium opulentia praeditus[v], iudiciorum in deliberatione discretus, ad quem tam de propriis tribubus quam ex totius provinciae plebibus velut apes ad alvearia, ita omnes ad dirimenda convolabant[w] iudicia. Hic tantus vir ac talis, expers virilis fuit prolis; genuit tamen[x] tres natas, quibus natura non minores, quam solet viris, sapientiae dedit divitias.

4. Quarum maior natu nuncupata est Kazi, quae Medeae Cholchicae herbis et carmine[y] nec Paeonio[z] magistro arte medicinali cessit; quia saepe Parcas cessare[a] interminali ab opere
Ipsaque fata[a] sequi fecit sua carmine[b] iussa.

Unde et incolae huius terrae, quando aliquid est perditum, et quod se posse rehabere[c] desperant, tale proverbium de ea ferunt: ***Illud nec ipsa potest recuperare[d] Kazi.***

Ad Cereris natam haec est ubi rapta tyrannam[e],
eius usque hodie cernitur tumulus, ab incolis[f] terrae ob memoriam suae dominae[g] nimis alte congestus, super ripam fluminis Mse[h.49], iuxta viam qua itur in partes provinciae[i] Bechin[k], per montem qui dicitur[l] Osseca[m.50].

Laude fuit digna set natu Tetcka[a] secunda,
Expers et maris, emunctae femina naris[o],
51 quae ex suo nomine Tethin[p.51] castrum natura loci firmissimum, praeruptae rupis in culmine iuxta fluvium Msam[q] aedificavit. Haec stulto et insipienti populo Oreadas[r], Driadas[s], Ama-

a) festu *corr.* fastu 1. a*) incorrupte 4. 4a. incorrupti — somnos *desunt* 5. b) quin et ipsa 3. quin etiam ipsa 7. c) novas vel incu : bant iminens 1. probant, ineunt 4. 4a. promebant 7. d) ymneos *corr.* hymneos A. e) *ita* A. feres 1. ferrea *rel.* f) rumpebant 7. g) ocup. 1. occupaverat 4. h) actui 1. A. i) utebantur 7. k) noverat 4. l) Ad stabula — habuere *desunt* 5. m) nec *ter* A. n) generis 3. o) paupertatis amabilitatem 2b. p) sygillo A. q) confluebat A. r) *deest* 1. s) disputabat A. t) Croh 3. Crecko 4. 4a. u) Ztibcne 1. 7. Ztbecne 4. 4a Stibene 5. Ztibene 7a. v) r. a. o. p. *desunt* 7. w) convolant 4a x) tm̃ *corr.* tn̄ A. y) gramine 4. z) ponio 4. *) cassare 2. a) facta 1. b) carmina 3. c) habere A. d) rehabere A. e) tyrannam A. f) accolis 4. ab colis 4a. g) dome 2. h) Mxie 2. Msae 2b. Mse 4. 4a. 5. 7a Alsae 7. i) *deest* A. k) Behin 1. 4. 4a. l) montes q. dicuntur A. m) Ossiek 2. n) Tethka 1. 2b. 3. 7. Tetoka 4. 4a. Thetka 5. Thochka 7a. o) maris *corr.* naris A. p) Thebin 1. Thotin 2b. 4. 4a. Tethin 7. Thochin 7a. q) Mzam 2b. 4a. Osam 7. r) Oriadas 4. 4a. s) *deest* 1.

47) Elocutiones ex Reginone 887 desumtae. 48) Boethius l. l. 48*) Krakow, haud procul ab urbe Rakonitz. 49) Mies qui ad Zbraslaw in Moldavam se praecipitat; vid. Dobner ad Hai. II, 116. 50) Wosek et Brdy. Vide commentationem Kropfii: Die älteste Eintheilung des Landes Böhmen, in Jahrbücher des Böhmischen Museums II, 442. 51) Tetin haud procul ab urbe Beraun murorum reliquias se vidisse testatur Dobner II, 117.

driadas[a] adorare et colere, et omnem superstitiosam sectam[52] ac sacrilegos ritus[b] instituit et docuit; sicut hactenus[c] multi villani velut pagani, hic latices seu ignes colit, iste lucos[d] et arbores aut[e] lapides adorat, ille montibus sive[f] collibus litat, alius quae ipse fecit ydola surda et muta rogat et orat, ut domum suam[g] et se ipsum regant. Tertia natu[h] minor set prudentia maior, vocitata est Lubossa[i], quae etiam urbem tunc potentissimam iuxta silvam quae tendit ad pagum Stebecnam[k] construxit, et ex suo nomine eam[l] Lubossin[m] vocitavit[53]. Haec fuit inter feminas una[n] prorsus femina in consilio provida, in sermone strennua, corpore casta, moribus proba, ad dirimenda populi iudicia nulli secunda, omnibus affabilis set plus amabilis, feminei sexus decus et gloria, dictans negotia providenter virilia. Set quia nemo ex omni parte beatus[54], talis ac tantae laudis femina, heu dira conditio humana! fuit phitonissa[p]. Et quia populo multa et certa praedixit futura, omnis illa gens commune consilium iniens[q], patris eius post necem hanc sibi praefecit in iudicem[r]. Ea[s] tempestate inter duos cives, opibus et genere eminentiores et qui videbantur populi esse rectores, orta est non modica litigio agri contigui de termino[t]. Qui in tantum proruperunt in mutuam rixam, ut alter alterius spissam unguibus volaret in barbam, et nudis convitiis semetipsos turpiter digito sub nasum confundentes, intrant bachantes curiam, ac non sine magno strepitu adeunt dominam, et ut ratione iustitiae dubiam inter eos dirimat[u] causam suppliciter[v] rogant. Illa interim, ut est lasciva mollities mulierum quando non habet[w] quem timeat[x] virum, cubito subnixa, ceu puerum enixa, alte in pictis stratis[y] nimis molliter accubabat[z]. Cumque[a] per callem iustitiae incedens[b], personam hominum non respiciens[c], totius controversiae inter eos ortae causam ad statum rectitudinis perduceret, tunc is, cuius causa in iudicio non[e] obtinuit palmam, plus iusto indignatus terque[d] quaterque caput concussit, et more suo terram ter baculo[e] percussit, ac barbam pleno ore saliva conspergens[f] exclamavit[g][55]: *O iniuria viris haud toleranda! femina rimosa virilia iudicia mente tractat dolosa. Scimus profecto quia femina sive stans[h] seu in solio residens[i] parum sapit[k], quanto minus cum in stratis accubat? Revera tunc magis est ad accessum mariti apta, quam dictare militibus iura. Certum est enim, longos esse crines omnibus set breves sensus mulieribus. Satius est mori, quam viris talia pati. Nos solos obprobrium nationibus et gentibus destituit natura, quibus deest rector et virilis censura, et quos premunt feminea iura.* Ad haec domina[l] illatam sibi contumeliam dissimulans, et dolorem cordis fe- mineo pudore celans, subrisit et: *Ita est*, inquit, *ut ais; femina sum, femina vivo, set ideo parum sapere vobis videor, quia vos non in virga ferrea iudico*[57], *et*[m] *quoniam sine timore*[n] *vivitis, merito me despicitis. Nam ubi timor est, ibi*[o] *et*[p] *honor. Nunc autem necesse est valde, ut habeatis rectorem femina fortiorem*[r]. *Sic et columbae olim albiculum*[58] *milvum*[s], *quem*[t] *sibi elegerant*[u] *in regem, spreverunt, ut vos me spernitis, et accipitrem multo fortiorem*[v] *sibi ducem praefecerunt, qui fingens culpas tam nocentes quam innocentes coepit necare, et ex tunc usque hodie vescitur columbis accipiter. Ite nunc domum, ut quem vos cras eligatis in dominum, ego assumam mihi*[w] *in maritum.* Interea praedictas advocat sorores, quas non inpares agitabant furores, quarum magica arte et propria ludificabat populum per omnia; ipsa enim Lubossa fuit, sicut praediximus, phitonissa, ut Chumaea Sybilla, altera venefica ut Cholchis[x] Medea,

a) Driadas, Hamadr. *omissa* 4. 4ª. b) ritus *corr.* usus 1. c) actenus A. d) locus 1. e) seu 7. f) et A. g) suam *omissum* 2. h) *deest* 4. i) *ita* A. 7. *et sic deinceps.* Libusaie 2. Lubussa 5. k) Zibecinam 1. 2ᵇ. 5. Zibecnam 2. Zubecnam 3. Zibecnam 4. 4ª. Zibecinam 7. Zcibecipam 7ª. l) *deest* A. m) Lubosin 1. Libossin 2. Lubossam 7. 7ª. Lubossin *rel.* n) mira 1. 7. o) et *addit* A. p) fitonissa 2. phytonissa 2ᵇ. phitonissa 4ª. q) inigens *deleto* g A. r) Et quia populo — in iudicem *omissa in* 4. 4ª. s) Et 1. t) continui determinio A. u) dirimit *corr.* dirimat A. v) supliciter 1. w) hĩ A. x) timeāt A. y) thoris A. z) acubabat 1. a) cum A. b) incedens 2. c) *manu secunda* A. d) ter 4. 4ª. e) baculis 2. f) conspuens A. aspergens 4. 4ª. g) exclamat 2. 3. 4. 4ª. h) stat 4. 4ª. i) residet *corr. al. manus in* 4. licet *addunt* 4. 4ª. k) sapiet 4. 4ª. 7. l) domna 1. Lubossa *add.* 4. 4ª. m) sed 4. n) sine dolore et timore 4. 4ª. o) *manu secunda* A. p) est *add.* 3. 4ª. q) *deest* 1. 2. r) ferociorem 1. 4. 7. s) milvium 7. t) quę 1. u) elegerunt 3. v) ferociorem 1. 4. 7. w) mihi *deest* A. 4. 4ª. x) Cholhis A. Chcohis 1.

52) i. e. vitae rationem. 53) Hanc urbem esse Libossjn in dominio Smecna coniecit Palackius in libro Würdigung etc. p. 23. 54) Hor. Od. II, 16, 27. 55) In carmine populari iudicium Libussae (cfr. librum quem ediderant viri clarissi. Safarik et Palacky: Die ältesten Denkmäler der Böhmischen Sprache. Prag 1840.), de cuius fide inter summos viros maxima exorta est contentio, haec leguntur l. l. p. 47:

Und vor Wuth erbebten alle Glieder,
Schwingt den Arm und brüllet gleich dem Ure.
— —
Weh den Männern, wenn ein Weib gebietet!

57) In carmine populari p. 48:

Wählt den Mann euch unter eures gleichen,
Der euch herrsche mit dem Eisen.

58) num legendum *albidulum?*

tertia malefica ut Aeaeae[a] Circes[b]. Illa nocte quid consilii inierint illae tres Eumenides, aut quid secreti egerint, quamvis ignotum fuerit, tamen omnibus luce clarius mane patuit, cum soror earum Lubossa et locum ubi dux futurus latuit, et quis esset, nomine indicavit. Quis enim crederet quod de aratro sibi ducem praerogarent? Aut quis sciret, ubi araret qui rector populi fieret? Quid enim phitonicus furor nescit? Aut quid est, quod magica ars non efficit? Potuit Sybilla Romano populo seriem fatorum fere usque in diem iudicii praedicere, quae etiam, si fas est redere, de Christo vaticinata est, sicut quidam doctor in sermone suae praedicationis versus Virgilii[d.59] ex persona Sybillae de adventu Domini compositos introducit. Potuit Medea herbis[e] et carmine saepe e coelo Hyperionem[f] et Berecinthiam[g] deducere[60]; potuit ymbres, fulgura et[h] tonitrua elicere[i] de nubibus; potuit regem Eiacum[k] de sene facere iuvenem. Carmine Circes[l] socii Ulixis[m] conversi sunt[60] in diversas ferarum formas, et rex Picus in volucrem, quae[n] nunc dicitur picus. Quid mirum? Quanta egerunt artibus suis magi in Aegipto? qui pene totidem mira carminibus suis fecerunt, quot Dei famulus Moyses ex virtute Dei exhibuisse[o] perhibetur. Hactenus haec.

5. Postera die, ut iussum fuerat, sine mora convocant coetum, congregant populum; conveniunt simul omnes in unum, femina[p] residens in sublimi solio concionatur ad agrestes viros[q]: *O plebs miseranda nimis, quae libera vivere nescit, et quam nemo bonus nisi cum vita amittit, illam vos non inviti libertatem fugitis, et insuetae servituti colla sponte submittitis. Heu tarde frustra vos poenitebit, sicut poenituit ranas[r], cum[s] ydrus[t], quem[u] sibi fecerant regem, eas necare coepit. Aut si nescitis, quae sunt[v] iura ducis, temptabo vobis ea verbis dicere paucis. Inprimis[w] facile est ducem ponere, set difficile est positum deponere; nam qui[x] modo est sub vestra potestate, utrum eum constituatis ducem an non, postquam vero constitutus fuerit, vos et omnia vestra erunt eius in potestate. Huius in conspectu vestra febricitabunt[y] genua, et muta sicco palato adhaerebit lingua. Ad cuius vocem prae nimio pavore vix respondebitis: „Ita domine, ita domine[z],“ cum ipse[a] solo suo nutu sine vestro praeiudicio hunc dampnabit, et hunc obtruncabit, istum in carcerem mitti, illum praecipiet in patibulo suspendi. Vos ipsos[b], et ex vobis quos sibi libet, alios servos, alios rusticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios[b] praecones, alios cocos seu pistores[c] aut[d] molendinarios faciet. Constituet etiam sibi tribunos, centuriones, villicos, cultores vinearum simul et agrorum, messores segetum, fabros armorum, sutores pellium diversarum et coriorum. Filios vestros et filias in obsequiis suis ponet; de bubus etiam et equis sive equabus seu peccoribus vestris optima quaeque ad suum palatium[d] tollet. Omnia vestra quae sunt potiora[e], in villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis auferet, et in usus suos rediget. Quid multis moror? Aut ad quid[f] haec, quasi vos[g] ut terream, loquor? Si persistitis in[h] incepto et non fallitis voto, iam vobis et nomen ducis et locum ubi est indicabo.* Ad haec vulgus ignobile confuso exultat[i] clamore; omnes uno ore ducem sibi poscunt dari. Quibus illa *En*, inquit, *en ultra illos[k] montes* — et monstravit digito montes — *est[l] fluvius non adeo magnus nomine Belina[m.61], cuius super ripam dinoscitur esse[n] villa, nomine Stadici[o.62]. Huius in territorio[p] est novale unum, in longitudine et in latitudine[q] 22[r] passuum, quod mirum in modum, cum sit inter tot[s] agros in medio positum, ad nullum tamen pertinet agrum[63]. Ibi dux vester duobus variis bubus arat; unus bos praecinctus est albedine et albo capite[t], alter a fronte post tergum[u] albus, et pedes posteriores habens albos. Nunc, si vobis placet, meum accipite thalarium[v] et clamidem ac mutatoria[64] duce digna, et pergite ac mandata populi atque[w] mea referte viro, et adducite vobis ducem et mihi maritum. Viro nomen est[x] Premizl[y], qui super colla et capita vestra iura excogitabit plura* — nam hoc nomen

a) Ae Ae Ae 2. 2ª. 4ª. b) *ita* A. 1. c) sufficit 2. d) Virgilii 1. Vigilii 2. e) cibis 2ᵇ. f) Yporionem A. g) Herecinthiam 1. 2. h) et *deest* A. i) ducere 4. 4ª. k) Egacum 1. 2. 4. 7. l) Cirnis 4ª. m) Ulixes 1. 2. n) qui 4. 4ª. o) hab. *corr.* exh. A. p) Lubosse *add.* 4. q) dicens *add.* 4. 4ª. r) e. p. r. *desunt* 7. s) que *corr.* cum A. t) ydrus *corr.* ydra A. u) quam A. *manu secunda.* v) sint A. w) Inprime *corr.* Inprimo 1. x) namque 4. y) febricita habet 1. febricitata labentur 3. 7. z) i. d. *semel legit* A. *) ipse *deest* 4. 4ª. a) *deest* A. vos ipsos — tollet *desunt* 5. b) alios *omissum* 4. 4ª. c) piscatores 4. 4ª. d) alios 7. d*) placitum *excepto* A *et* 1. *ref.* e) quaeque pecora sunt 4. 4ª. f) ad q. ad h. 1. g) vos uterream 1. h) in cepto 4. 4ª. i) exaltante 4. 4ª. k) vos A. l) ubi 2. m) Belena 7. n) *deest* 4. 4ª. o) Ztadicci 1. 3. 7. Ztadici 2. 4. p) teriorio A. territorio 1. q) in *deest* 2ᵇ. et in lat. *desunt* 4. 4ª. r) XII. 1. 2. 7. s) tantos 2. t) et *add.* A. u) tegrum 1. v) *ita* A. thalitarium 1. w) ac A. 2ᵇ. x) est *deest* A. y) *ita* A. Primizl *alii excepto* 2. Prziemysl *et sic porro.*

59) Cf. Augustini exposit. ep. ad Roman. Opp. III, 2. p. 629. et Virg. Eclog. IV. ad Pollionem. 60) Virg. Eclog. VIII, 69, 70. 61) Bilin in regione Lutomericensi, qui apud Aussig in Albim exundat. 62) Stadiz. 63) Campus nostris etiam diebus Königsfeld a populo vocatur. Cf. Palacky Geschichte von Böhmen I, 87. 64) scilicet indumenta.

latine sonat praemeditans vel superexcogitans[65]. — *Huius proles postera*[a] *hac*[b] *in omni terra in aeternum regnabit*[c] *et ultra.*

6. Interea destinantur qui iussa dominae et plebis ad virum perferant nuncii; quos ut vidit domina quasi inscios de via cunctari: *Quid,* inquit, *cunctamini? Ite securi, meum equum sequimini, ipse vos ducet*[d] *recta via et reducet, quia ab illo non semel illa via est trita.*

Vana volat fama, nec non et[e] opinio falsa, quod ipsa domina
equitatu phantasmatico semper in noctis conticinio
solita sit ire illo, et redire prae gallicinio:

quod Iudaeus credat[f] Apella[66] Quid tamen[g]? Procedunt nuncii sapienter indocti, vadunt scienter nescii, vestigia sequentes equi. Iamque montes transierant, iam[h] iamque adpropinquabant villae ad quam ibant, tum[i] illis puer unus obviam currit, quem[k] interrogantes aiunt[l]: *Heus bonae indolis puer, estne villa ista nomine Stadici*[m]*: aut si est in illa vir nomine Premizl? — Ipsa est,* inquit, *quam quaeritis villa, et ecce vir Premizl prope in agro boves stimulat, ut, quod agit, citius opus*[n] *peragat.* Ad quem nuncii accedentes inquiunt:

Vir fortunate, dux nobis[o] *diis generate!*

Et, sicut mos est rusticis, non sufficit[p] semel dixisse, set inflata bucca ingeminant:

Salve dux, alve[q]*, magna dignissime laude,*
Solve boves, muta vestes, ascende caballum!

Et[r] monstrant vestes sternuntque caballum. *Domina nostra Lubossa et plebs universa*[s] *mandat, ut cito venias, et tibi ac tuis nepotibus fatale regnum accipias. Omnia nostra et nos ipsi in tua manu sumus, te ducem, te iudicem, te rectorem, te protectorem, te solum nobis in dominum eligimus.* Ad quam vocem vir prudens[t], quasi futurorum inscius[u], substitit, et stimulum quem manu gestabat in terram fixit, et solvens boves: *Ite illuc unde venistis!* dixit; qui statim citius dicto ab oculis evanuerunt, et nusquam amplius comparuerunt. Corilus autem[v], quam humi fixit, tres altas propagines, et quod est mirabilius, cum foliis et nucibus produxit. Viri autem illi[w] videntes haec talia ita[x] fieri, stabant obstupefacti. Quos ille grata vice hospitum invitat ad prandium, et de pera subere[y] contexta excutit[z] mucidum[a] panem et formatici partem, et ipsam peram in cespite pro mensa et super rude textum ponit et cetera[b]. Interea dum prandium sumunt[b], dum aquam de anphora bibunt, duae propagines sive[c] virgulta duo aruerunt et ceciderunt, set tertia multo altius et latius[d] accrescebat. Unde hospitibus maior excrevit admiratio[e] cum timore. Et ille: *Quid admiramini?* inquit. *Sciatis, ex nostra progenie*[f] *multos dominos nasci, set unum semper dominari. Atqui*[g] *si domina vestra non adeo de hac re*[h] *festinaret, set*[i] *per*[k] *modicum tempus*[l] *currentia fata expectaret, ut pro me tam cito*[m] *non mitteret: quot natos heriles natura proferret, tot dominos terra vestra haberet.*

7. Post haec indutus veste principali et calciatus calciamento regali, acrem ascendit equum arator; tamen suae sortis non inmemor, tollit secum suos coturnos ex omni parte subere consutos, quos fecit servari in posterum, et servantur Wissegrad[n] in camera ducis usque hodie et in sempiternum. Factum est autem, dum per compendia[o] viarum irent, nec tamen[p] adhuc illi nuncii ceu ad novitium dominum familiarius[q] loqui auderent, set sicut columbae, si quando aliqua peregrina ad eas accedit, inprimis eam pavescunt, et mox in ipso volatu eam assuefaciunt[r] et[s] eam quasi propriam faciunt[t] et diligunt; sic illi cum fabularentur equitantes et sermocinationibus iter adbreviarent, ac iocando[u] per scurilia verba laborem fallerent, unus, qui erat audacior et lingua promptior: *O domine, dic,* inquit, *nobis, ad quid hos coturnos subere consutos et ad nichilum nisi*[v] *ut proiciantur*[w] *aptos nos servare fecisti, non satis possumus admirari.* Quibus ille: *Ad hoc*[x] inquit *eos feci et faciam in aevum servari, ut*

a) postea 2ᵇ. b) hçc 1. c) *deest* A. d) adducet A. deducet 4. 4ª. e) *deest* 4ª. f) *deest* 7. g) tamen A. dum 7. b) i. i. a. v. a. q. i. *desunt* A. i) tunc 4. 4ª. dum 7. k) *deest* 4. l) ad illum *addunt* 4. 4ª. m) *ita* A. Ztadici *alii.* Ztadicx 7ª. n) opus *omittit* 2. o) nobis *deest* 4. 4ª. p) sufficiunt 1. q) dux *repetunt* 4. 4ª. r) Et — caballum *in margine codicis* A. *scripta, desunt in* 4. 4ª. sternutantemque *omnes except.* A. s) immensa 2. t) Primizl *add.* 4. 4ª. u) praescius *subducto* inscius 2ᵇ. v) autem *deest* A. w) *deest* A. x) ibi A. y) subure 4. z) ȝcutit A. a) *ita* A. 1. 2ᵇ. 3. mucidum *in margine* muscidum *manu antiqua* 2. muscidum 4. 4ª. mucidum vel muscidum 7. b) ꝛc. A. b) dum prandium sumunt *omissa* 4. 4ª. c) seu 2ᵇ. sive virgulta duo *desunt* 5. d) altius A. e) ammir – *constanter* A. 4. f) propagine A. g) at 2. h) re *deest* 4ª. i) si 7. p. m. t. *desunt* 7. k) per *deest* 4. l) dum *addit* 1. m) numeret 1. n) WISSEGRAR A. Wissegrad 1. 4. 7. o) compita *in margine* 2. p) tamen *deest* 4 nec non 4ª. q) familiaris 7. r) assuefacinnt 1. s) et e: tamquam A. 1. p. f. *in margine addita* A. u) iocundo A. v) nisi *omissum* 2. w) propiciantur 1. x) hec 1.

65) Cf. Dobner ad Haiecium II, 158. 66) Hor. Serm. I, 5, 100.

nostri posteri sciant, unde sint[a] *orti, et ut semper vivant pavidi et suspecti, nec*[b] *homines a Deo sibi commissos*[c] *iniuste opprimant per superbiam, quia facti sumus omnes aequales per naturam. Nunc autem et mihi liceat vos vicissim*[d] *percontari, utrum magis laudabile est, de paupertate ad dignitatem provehi, an de dignitate in paupertatem redigi? Nimirum respondebitis*[e] *mihi, melius esse provehi ad gloriam, quam redigi ad inopiam. Atqui sunt nonnulli parentela geniti ex nobili, set post ad turpem inopiam redacti et miseri facti; cum suos parentes gloriosos fuisse et potentes aliis praedicant, haud ignorant, quod semetipsos inde plus confundunt et deturpant, cum ipsi per suam hoc amiserunt ignaviam, quod illi habuerunt per industriam. Nam fortuna semper hanc ludit aleam sua rota, ut nunc hos erigat ad summa, nunc illos mergat in*[f] *infima. Unde fit, ut dignitas terrena, quae erat aliquando ad gloriam, amissa sit ad ignominiam. At vero paupertas per virtutem victa, non se celat sub pelle lupina, set victorem suum tollit ad sydera, quem olim secum traxerat ad infera*[g].

8. Postea vero quam[h] iter emensi fuerant, et iam iamque prope ad urbem venerant, obviam eis domina stipata suis satellitibus accelerat, et inter se consertis dextris cum magna laetitia tecta subeunt, thoris discumbunt, Cerere et Bacho corpora reficiunt, cetera noctis spatia Veneri[i] et Himenaeo[k] indulgent. Hic vir, qui vere ex virtutis merito dicendus est vir, hanc efferam gentem legibus frenavit, et indomitum populum imperio domuit, et servituti qua nunc premitur subiugavit, atque omnia iura quibus haec terra utitur et regitur, solus cum
67 sola Lubossa dictavit[67].

9. Inter haec primordia legum quadam die praedicta domina, phitone concitata, praesente viro suo Premizl et aliis senioribus populi[l] astantibus, sic est vaticinata[m]:

Urbem conspicio fama quae sydera tanget,
Est locus in silva, villa[n] *qui*[o] *distat ab ista*[p]
Terdenis stadiis, quem Wltava[q] *terminat undis.*

Hunc[r] *ex parte aquilonali*[s] *valde munit*[t] *valle*[u] *profunda rivulus Brusnica*[v]*; at australi ex latere latus mons nimis petrosus, qui a petris dicitur Petrin*[w][68]*, supereminet loca. Loci autem mons curvatur in modum delphini marini porci, tendens usque in*[x] *praedictum amnem. Ad quem cum*[y] *perveneritis, invenietis hominem in media*[z] *silva limen domus operantem. Et quia ad humile limen etiam magni domini se inclinant, ex eventu rei*[*] *urbem quam aedificabitis, vocabitis*
69 *Pragam*[69]*. Hac in urbe olim in futurum binae*[a] *aureae ascendent olivae, quae cacumine suo usque ad septimum*[b] *penetrabunt coelum, et per totum mundum signis et miraculis coruscabunt. Has in hostiis et muneribus colent et adorabunt omnes tribus terrae Boemiae nationes reliquae. Una ex his vocabitur*[c] *Maior Gloria, altera*[d] *Exercitus Consolatio*[70]. Plura locutura erat, si non fugisset[e] spiritus pestilens et[f] prophetans a plasmate Dei. Continuo itur in antiquam silvam, et reperto dato signo in[g] praedicto loco urbem, totius Boemiae dominam, aedificant[h] Pragam. Et quia ea tempestate virgines huius terrae sine iugo pubescentes, veluti Amazones militaria arma affectantes et sibi ductrices facientes, pari modo uti tirones[i] militabant, venationibus per silvas viriliter insistebant, non eas viri, set ipsaemet[k] sibi viros, quos et quando voluerunt, accipiebant; et sicut gens Scitica Plauci[l] sive[m] Picenatici, vir et femina in habitu nullum discrimen habebant. Unde in tantum feminea[n] excrevit[o] audacia, ut in quadam rupe, non longe a praedicta urbe, oppidum[p] natura loci firmum sibi const erent, cui a virginali
71 vocabulo inditum est nomen Divin[q][71]. Quod videntes iuvenes, contra eas nimio zelo indi-

a) ñ A. b) *corr.* ne 1. *ita* 2. 4. neu 7. c) deditos A. c) vos vicisim *desunt* 2. vos invicem percunctari 4. 4ª. e) respondetis 4. 4ª. f) ad A. 2ᵇ. g) infima 2. inferna 5. h) cum 2ᵇ. i) veri A. k) imineo 1. l) populis 1. m) vocitata 4. 4ª. n) willa 1. o) quae 4ª. p) illa 2ᵇ. q) *ita* A. Wiltava 4ª. Wltava *rel.* r) Hanc 4. 4ª. Nunc 7. s) aquilonari 4. 7. t) munitur 7. u) valde 2 2ᵇ. v) *ita* A. Bruzinca 2. Brusnice 4. 4ª. Brusnica *rel.* w) Paetrin 1. Petrin 2ᵇ. 4. 4ª 5. Petrun 7. x) ad A. y) dum 4. 4ª. z) medii 1. *) regi *corr.* rei A. 1 a) columne *additum delet* A. b) sempiternum A. c) vocabitur *deest* 4. Wiceslaw *et* Woytiech *addit manus seculi XV. in* 1. Wechlava, latine *inserit* 3. Wecezlava 3ª. Wenzlava *corrigit D.* d) Tressivoya, latine *inserit* 3. Tiessiwoya *corr. D.* e) fuisset 2. 2ª. 7. f) sed 7. g) *deest* A. h) aedificavit 3. 7. i) thyrones A. k) semet A. l) *ita* A. 1. 2. 4. 7. Plenci *alii.* m) seu *superscr.* sive 2ᵇ. n) femine *addito* rum 1. o) exercuit 2. *in marg. manu antiqua* excrevit. p) opidum A. q) Devin 1. 7. Dewin 2ᵇ. 4. 4ª.

67) Eadem fabella in vetustissimis etiam legum Bohemicarum collectionibus reperitur. 68) Hodie mons S. Laurentii; Dobner ad Haiec. II, 119. 69) limen enim Bohemice sonat *prag.* cfr. Palacky I, 88. Vid. etiam Pelzelii Commentatio Ueber Ursprung und Namen der Stadt Prag. Neuere Abhandlungen der königl. Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften II, 112. 70) Innuit SS. Wenzeslavum et Adalbertum; conf. de his etymologiis Dobnerum ad Haiec. III, 413. IV, 206. 71) Devin igitur

gnantes, multo plures insimul conglobati non longius quam unius buccinae[a] in altera[b] rupe inter arbusta aedificant urbem, quam moderni nuncupant Wissegrad, tunc autem ab[c] arbustis traxerat nomen Hrasten[d]. 72. Et quia saepe virgines solertiores ad decipiendos iuvenes[e] fiebant[f], saepe autem iuvenes virginibus fortiores[g] existebant, modo bellum, modo pax inter eos agebatur. Et dum interposita pace potiuntu[h], placuit utrisque partibus ut componerent[h] cibis[i] et potibus simbolum, et per tres dies sine armis sollempnem insimul agerent ludum in constituto loco. Quid plura? Non aliter iuvenes cum puellis ineunt convivia, ac si lupi rapaces quaerentes edulia[k], ut[l] intrarent ovilia. Primam diem epulis et nimiis potibus hylarem[m] ducunt. 72

Dumque volunt sedare sitim, sitis altera crevit,
Laetitiamque suam iuvenes vix noctis[n] ad horam[o]
differunt:

Nox erat et coelo fulgebat luna sereno[73]; 73
Inflans tunc lituum, dedit unus eis ita signum,
dicens:

Lusistis satis, edistis satis atque[p] *bibistis;*
Surgite, vos rauco clamat Venus aurea sistro[q].

Moxque[r] singuli singulas rapuere puellas. Mane autem facto, iam pacis inito pacto, sublatis Cerere et Bacho ex earum oppido[s], muros Lemniaco vacuos indulgent Vulcano. Et[t] ex illa tempestate, post obitum principis Lubossae, sunt[u] mulieres nostrates virorum sub potestate. Sed[v] quoniam omnibus

Ire quidem restat, Numa quo devenit[w] et Ancus[74],

Premizl iam plenus dierum, postquam iura instituit legum, quem coluit vivus[w] ut deum, raptus est ad Cereris generum[75]. Cui Nezamizl[x] successit in regnum. Hunc ubi mors rapuit, 75 Mnata principales obtinuit fasces. Quo decedente ab hac[y] vita, Vogen[z] suscepit rerum gubernacula. Huius post fatum Unezlau[a] rexit ducatum. Cuius vitam dum rumpunt Parcae, Crezomisl[b] locatur sedis in arce[b]. Hoc sublato e[c] medio, Neclan[d] ducatus potitur solio. Hic ubi vita[e] decessit[f], Gostivit[g] throno successit. Horum igitur principum de vita[h] aeque[i] et morte siletur, tum[k] quia ventri[l] et somno dediti, inculti et indocti assimilati sunt peccori, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri[76]; tum quia non erat illo in tempore, qui stilo acta eorum commendaret[m] memoriae. Set sileamus de quibus siletur, et redeamus unde paulo deviavimus[n].

10. Gostivit autem genuit Borwoy[o], qui primus dux baptizatus est[p] a venerabili Metu- c. 871.
dio[q] episcopo in Moravia, sub temporibus Arnolfi[r] imperatoris, et Zuatopluk[s] eiusdem Mora- 77
viae regis[77]. Nec superfluum esse iudicavimus[t], quod referente fama audivimus, huic operi nostro hoc in loco summatim literarum apicibus inserere bellum, quodque[u] olim antea retro

a) bucinę A. 1. b) altā *corr.* alta 1. c) ab *deest in* 7. d) Hoasten *corr.* Hrasten A. 5. Hurasten 1. 2. 2ᵇ. Nurasten 3. Wrasten 4. 4ª. e) virgines *corr.* iuvenes 1. f) f. s. *s. i. in margine addita* A. g) ferociores 7. h) componeret 7. i) et cibis 4ᵇᶜ. k) edilia 2. *ab antiqua manu u appositum.* l) ut *in* 2. *erasum.* m) hilarem *deest* 4. 4ª. n) noctu A. 1. 2. noctu *supersc.* noctis 2ᵇ. noctis 4ª. o) ad horam *deest* A. p) satisque 7. q) sitro *addito s* A. r) M. s. s. r. p. *in margine addita* A. s) opido 1. t) et A. 1. 2. 4. u) erant 2ᵇ. v) et 7. w) venit *addito al. manu* de A. venit 2ᵇ. 3. 4. nimis quo venit 4ª. pervenit 7. wᵃ) *ita* 1. 2ᵇ. 3. 4. 7. invisum deum A. nimis 2. unus 4ª. x) Nezamil 1. Nezamysl 2. y) hac *restituit alia manus* 1. z) Voyo 1. 2ª. 3. 5. 7. Vogia 2. Moyen 4. 4ª. Voin 7ª. a) Unislu 1. Winzlau 2ᵇ. Vitozlau 4. 4ª. Unislau 5. 7. b) Crezomisl 1. 2ᵇ. 3. 7. Crezomysl 2. Kresomisl 4. 4ª. Crecxomicxl 7ª. c) s. i. a. l. A. d) Neklan 2. e) vira 1. f) discessit *corr.* decessit A. discessit 1. g) Hostivit 2. Gostivit 4. h) de vita *desunt* 5. i) aeque *deest* 2ᵇ. 3. 4. 4ª. 7. k) tuum 1. l) Veneri 4. 4ª. m) *corr.* 1. n) paulo digressi sumus 4. 4ª. o) *ita* A. Borivoy 1. 3. 7. Borziwoy 2. Boriwoy 4. p) e. b. A. q) Methodio 3. Methudio 4. 4ª. r) Arnulphi 2ᵇ. s) *ita* A. 4ª. Zuatoplik 1. 2ᵇ. 7. Zwatoplk 2. Zvatopluc 4. t) iudicamus A. 7. u) quidem 4. 4ª.

Bohemice idem est quod apud nostrates Magdeburg i. e. Parthenopolis. In Fuldensibus annalibus 864. haec leguntur: *Raticen in quadam civitate, quae lingua gentis illius Dewin id est puella dicitur, obsedit.* 72) A Bohemico *Chrást.* DOBROW. 73) Hor. Epod. 15, 1. 74) Hor. Epp. I, 6, 27. 75) Iuvenal. X, 112. 76) Sallust. Catil. c. 2. 77) In chronologia constituenda erravit; obiit Methodius die 6. m. April. 885, Arnulfus regnum adeptus est a. 887, et Zuatopluk Marahensium dux mortuus est a. 894, testibus Fuldens. annalibus. Eorundem auctoritate, qua confirmatur Bohemorum ducis filiam a Marahensibus in matrimonium ductam esse a. 871, haud inmerito rerum Bohemicarum scriptoribus effici videbatur Borwoy ducem eodem fere tempore baptizatum esse; etsi aliter videbatur Dobnero III, 252. Cf. Dobrowskii libellum Versuche die älteste Böhmische Gesch. etc. p. 49.

78 dierum, tempore ducis Neclan[a] in campo qui[b] dicitur Turzco[c.78] consertum est inter Boemos et Luczanos[d.79], qui nunc a modernis ab urbe Satec[e.80] vocitantur Satcenses[f]. Unde autem antiquitus[g] nuncupetur[h] ea[i] natio Luczano, nolumus praeterire[k] sub silentio. Quippe illa distinguitur provincia quinque regionibus locorum per compendia. Prima regio est sita circa rivum nomine[l] Gutna[m.81]. Secunda ex utraque parte est fluvii Uzka[n.82]. Tercia extenditur per circuitum torrentis Bocnica[o]. Quarta, quae et silvana dicitur, sita est infra terminos fluminis Msa[p]. Quinta[q], quae in medio est, dicitur[r] Luka[s]: pulcherrima visu et utillima[t] usu ac uberrima satis, nec non habundantissima pratis, unde et nomen ipsa regio traxit, quia luca
83 latine pratum dicitur[83]. Et quoniam[u] haec regio primum, longe antequam Satec[v] urbs condita foret, est inhabitata hominibus, recte eius incolae sunt a[w] regione Luczane[x] nuncupati[y]. His praefuit dux nomine Wlaztizlav[z], vir bellicosus et in bellicis armis animosus[*], ac[a] consiliis supra modum dolosus, satisque in praeliis felix potuisset dici, si sors suprema non clausisset eum fine infelici. Nam contra Boemos frequenter susceperat bellum, et semper Marte secundo atque diis auspicibus praevaluerat, terramque eorum saepe ingressus cedibus, incendiis ac rapinis crudeliter devastarat[b.84], et ipsos populi primates in tantum praesidiis attenuaverat[c], ut parvo clausi in oppido, quod dicitur Levigradec[d.85], hostium incursiones timerent oppido. Hic condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlaztizlav[e], inter duos montes Meduez[f.86] et Pripek[g.87], scilicet in confinio[h] duarum provinciarum Belina[88] et[i] Lu-
89 tomerici[k.89], et posuit in ea viros[l] iniquos, ob insidias utriusque populi, quia hii adiuvabant partes Boemorum. Et sicut in omni vicissitudine rerum prosperitas elevat, adversitas humiliat cor hominum, ex nimia quam semper obtinuit in praeliis prosperitate[m], exaltatum est cor ducis et elevatum, ut mente feroci exardesceret omnem Boemiam ad obtinendum. Ah[n]! mens hominum ignara futurorum saepe suo fallitur augurio, saepe fit, quod ante ruinam[o] cor extollitur[p], sicut ante leticiam saepe humiliatur. Mox tumido inflatus fastu[q] superbiae, scire volens virtus sua quantae sit potentiae, mittit gladium per omnes fines tocius provinciae, hac conditione[r] principalis sentenciae, ut quicunque[s] corporis statura praecellens gladii mensuram segnius iusso[t] egrederetur ad pugnam, procul dubio puniretur gladio. Quos[u] cicius[v] dicto ut vidit[w] in condicto coadunatos[x] loco, stans in medio aggere, corona vulgi septus, clippeo[y] subnixus, manu[z] ensem vibrans, sic est exorsus: *O milites, quibus ultima in manibus est victoria*[*], *olim non semel vicistis, iam actum agitis. Quid opus est armis? Arma ad*[a] *speciem militiae portare faciatis. Quin potius falcones*[b], *nisos, herodios et omne*[c] *huiusmodi genus*

a) Neclam 7. b) quod 4ª. c) Turzko 1. 2. 2ᵇ. Iurzko 7. d) Lutzanos 7. e) *ita* A. Satc 1. *ita deinceps.* Satc 2. 2ᵇ. Satz 3. Sathec 4. 4ª. Satx 7. f) Satcenses 3. 7. Sathcenses 4. 4ª. g) antiquius A. h) nuncupentur 7. i) hec A. k) volumus praeteriri 4. 4ª. l) *deest* A. m) *ita* A. Buntua 2ª. Guntua *vel.* n) Uzkca 1. Utkca 3. 7. Uzca 4. 4ª. Uzka 5. o) Brocznka 2. Brocnisa 2ᵇ. Briznica 4. 4ª. Brocnice 5. p) Mzie 2. q) quincta 1. r) dicitur *deest* 4. 4ª. s) Luca 1. 2. 4. t) utilissima 3. ultima 7. u) quando 7. v) Satech 4ª. *reliqui ut supra.* w) a *deest* 7. x) L. a. r. A. 2. Luczene 1. y) nuncupatae 1. 4. 4ª. 7. nuncii patere 2. z) Wlaztislau 2ᵇ. Wratizlav 3. 7. Wlatizlaus 4. 4ª. *) et in — animosus *desunt* in 4. 4ª. imbecillis armis animosus 7. a) hac 1. b) devastaverat 7. c) attenuerat *corr. eadem manu* attenuaverat 1. attenuerat 2. 7. d) Levigradek 2. e) Wlastislaw 2. Wlatizlau 2ᵇ. 4. 5. *inserto tamen* a *ante* t 4ª. Wlatzizlau 3. 7. f) Medviz 1. Meduel 2. g) Przipek 2. Pripec 4. 4ª. h) *corr.* 1. *rubro atramento* i) *deest* 1. k) Luthomirici 4. 4ª. l) muros *corr. alia manu* viros 1. m) prosperitatem 4ª. n) Ah! ah! 4ª. o) *corr.* 1. *minio.* p) exaltatur 4. 4ª. q) fatu 4. r) convincie 1. s) qui 7 t) iussu 4ª. u) quo 1. v) totius 4. 4ª. w) ut vidit *corr. alia manu* A. x) *corr. alia manu* 1. y) que *deest* A. z) manð 1. *) v. i. m. e. A. a) et 1. b) *corr.* A. c) omnis 2.

78) Haud procul a Praga urbe septentrionem versus Dobner ad Haiecium II, 65. hunc locum sibi repperisse visus est. 79) Ex Cosmae opinione Luczani igitur non erant Bohemi. 80) Saaz urbs ad Egram in circulo Saazensi. 81) Vix certi aliquid de his regionibus et fluviis afferri posse videtur; cf. tamen Dobner ad Haiecium III, 78. Gutna vel Gunta fluviolum Dobner in praecepto quodam Ioannis regis a. 1332 dato deprehendit. 82) Si Dobnerum audis est Saa rivus qui paulo infra Satec in Egram exundat. 83) Wlaztizlavi terram in Sacensi, Raconicensi et Lutomericensi circulis quaerendam esse coniicit Palacky. 84) Haud superfluum videtur hoc loco apponere quosdam versus ex carmine populari, in codice Reginae Aulae reperto, quo idem proelium Wlaslawi et Cestmiri (qui Cosmae est Tyro) lingua Bohemica describitur; nonnulli enim versus cum verbis auctoris nostri nescio quomodo concinere videntur. In laudandis versibus secutus sum librum: Königinhofer Handschrift aufgefunden und herausgegeben von W. Hanka, verdeutscht von Swoboda. Prag 1829. Cum hoc loco hi conferendi sunt versus p. 91:

Brach (scil. Wlaslaw) *mit Feuer und mit Schwert*
Oft herein in Neklans Land.

85) Lewý Hrádek castrum in sinistra ripa Moldavae fluvii, haud procul a Praga urbe. Cfr. Dobrowski Versuche p. 95. 86) Hodie Netluk in circulo Lutomericensi; cfr. Schaller Topographie des Königreichs Böhmen V, 86. 87) Hodie Prisen; cf. ibid. 88) Bilin ad Bilam in circulo Lutomericensi. 89) Leitmeritz.

volatilium, quod magis aptum est ad iocunditatem et ludum, tollite vobiscum, quibus carnes[a] *inimicorum, si forte sufficient, dabimus*[b] *ad vescendum. Teste Marte deo et mea domina Bellona, quae mihi fecit omnia bona, per capulum ensis mei iuro quem manu teneo, quod pro infantibus eorum catulos canum ponam ad ubera matrum. Levate signa, tollite moras; semper nocuit differre paratis*[91]*. Ite iam velociter et vincite feliciter.* Exoritur clamor ad aethera[c][92]; 91
utilis et inutilis[d], fortis et vilis[e], potens et inpotens, perstrepunt arma[f], saltat scabiosa[g] equa, ut acer equus[h] in pugna.

11. Interea quaedam mulier, una de numero Eumenidum, vocans ad se privinum[i], qui iam iturus erat ad praelium. *Quamvis*, inquit, *non est naturale novercis, ut benefaciant suis privignis, tamen non immemor consortii tui patris, cautum te faciam, quo*[k] *possis vivere si vis. Scias Boemorum strigas sive*[l] *lemures nostras praevaluisse votis Eumenides, unde nostris usque ad unum interfectis, dabitur Boemiis victoria*[m].

Hanc tu, quo tandem valeas evadere cladem,
quem in primo congressu interficies[n] *tibi adversantem, utramque sibi abscidens*[o] *aurem, mitte in tuam bursam, et inter utrosque pedes equi in modum crucis evaginato ense terram lineabis. Hoc enim faciens invisibiles ligaturas laxabis, quibus ira deorum vestri equi obligati*[p] *deficient*[q] *et cadent*[r]*, quasi ex longo itinere fatigati, moxque*[s] *insiliens equum, terga vertes*[t]*, et si magnus post te fragor*[u] *ingruerit, nunquam retro aspicias, fugam sed acceleres, atque ita tu solus vix*[v] *effugies. Nam qui dii vobiscum*[w] *comitabantur*[x] *in praelium, versi sunt in auxilium inimicis vestris*[y]. At contra Boemis resistere non valentibus, hostibus quippe iam tociens triumphantibus[z], una

Salus[*] erat victis nullam sperare salutem[93] 93

Sed sicut semper infideles homines, et eo ad malum proniores[a], ubi deficiunt vires et bonae artes, ilico ad deteriores pravitatis vertuntur partes; haud aliter gens ista vanis[c] sacris dedita, plus mendaciis credula, iam desperantes viribus et armis militaribus, quandam adeunt sortilegam et consulunt eam atque instant ut edicat[d],

Quid opus sit facto in tali discrimine rerum,
Aut quos eventus futurum obtineat bellum.

Illa, ut erat plena Phitone, ambigua[e] non tenuit eos diu verborum ambage: *Si vultis*, inquit, *triumphum victoriae consequi, oportet vos prius*[f] *iussu Deorum exsequi. Ergo litate*[g] *diis vestris asinum, ut sint et ipsi vobis in asylum. Hoc votum fieri summus Iupiter, et ipse Mars sororque eius Bellona, atque gener Cereris iubet.* Queritur interim miser asellus et[h] occiditur, et, ut iussum fuerat, in mille millies frusta conciditur, atque ab universo exercitu cicius dicto consumitur[i]. Quibus ita esu animatis asinino[k] — res similis prodigio — cerneres laetas phalanges et viros mori promptos ut silvaticos porcos; et sicut post[l] aquosam nubem fit sol clarior et visu iocundior, ita post nimiam inerciam exercitus ille fuit alacrior et ad pugnam audatior.

12. Interea dux eorum Neclan[m], lepore pavidior et pardo[n] fuga velocior, pugnam imminentem pertimuit, et ficta infirmitate in castro supradicto delituit. Quid facerent membra sine capite, aut milites in praelio sine duce? Erat ea tempestate quidam vir praecipuus honestate corporis, aetate et nomine Tyro, et ipse post ducem secundus inperio[o], qui ad occursum mille obpugnantium in praelio nullum timere, nemini scivit cedere. Hunc dux clam ad se vocat et praecipit ut arma sua induat, et paucis clientibus id scientibus[p], herilem equum iubet ut ascendat, atque vice sui[q] milites ad pugnam praecedat, quae non longe ab urbe, sed quasi duobus stadiis distabat. Ventum erat ad campum ab utrisque exercitibus condictum; sed prius Boemi praeoccupant collem in medio campo eminentem, unde et hostes praevide-

a) canes *corr.* carnes A. b) dapibus 1. 7. *corr.* A. c) hethera 1. d) *corr. alia manu* 1. e) f et v. *desunt* 1. f) arma *repetunt* 1. 3. 7. g) scabio 4. 4ª. h) u *addit alia manus* A. i) *ita* A. *et corr.* 2. k) ut 4. 4ª. l) sine 1. sive *deest* 4ª. m) v. B, A. n) *corr. alia manu* 1. o) abscindens 2ᵇ. 3. 4ª. 7. p) invisibiles — obligati *omissa* 2. q) invicient 2. r) c. et d. A. s) que *deest* 2ᵇ. t) vertens *corr.* vertes 1. u) magnus terror ingruerit A. m. p. t. vel fragor vel timor 1. timor vel *omissa in* 2. 2ᵇ. m. p. t. timor vel fragor 3. 4. 7. ut fragor 5. v) vix *deest* 2. w) nobiscum 7. x) comitantur 4. 4ª. y) nostris 7. z) trihophantibus 1. *) soli *alia manu supersc.* salus 1. a) promciores *corr. alia manu* 1. b) aut *corr.* haud A. c) vallis 1. d) et d. 1. e) ambiguitate *omissa voce* ambage 7. f) prius *deest* 2ᵇ. g) libate 4. 4ª. h) et *deest* A. i) *corr.* 1. k) asineo 7. l) per 7. m) Niclan 4. 4ª. n) *corr. alia manu* A. partho *al. m. supersc.* pardo 1. o) i. s. A. p) id scientibus *desunt* 4. 4ª. q) sua A.

91) Lucan. Phars. I, 281. 92) Virg. Aen. II, 313. 338. 93) Virg. Aen. II, 354.

rent adventantes[94], et is qui[a] aestimabatur[a*] dux, stans in eminentiori loco, concionaretur[b] ad milites Tyro: *Si fas,* inquit, *esset duci verbis addere virtutem militibus[95], multiplicibus vos tenerem sermonum[c] ambagibus. Sed quia hostis ad oculum stat, et breve tempus ad exortandum[d] extat,*

Fas mihi sit vos vel paucis succendere dictis.

Omnibus in bello dimicandi par est devotio, sed impar vincendi ratio[e]. Illi paucorum pugnant pro gloria, nos pro patria dimicamus et populi atque nostra libertate[96] et salute ultima; illi ut rapiant aliena, nos ut defendamus dulcia pignera et cara connubia. Confortamini[f], et estote viri. Nam deos vestros quos actenus habuistis offensos, placastis votis quibus placari voluerunt. Ergo timorem eorum ne timueritis, quia[g], quibus in praelio[h] timor[i] officit[k] 97 *animo, maximo[l] versantur in periculo; audatia autem habetur pro muro[97], audacibus et ipsi dii[m] auxiliantur. Credite mihi, ultra illa castra vestra[n] solus posita est et gloria. At si terga hostibus vertitis, mortem tamen non effugietis. Set utinam mortem! verum peius morte agetur; coniuges vestras in conspectu vestro violabunt, et in sinu earum infantes ferro trucidabunt, et ad lactandum eis catulos dabunt, quia victis una est virtus, victoribus nil denegare.* Interea dux Lucensis, ferocissimus mente, cum superbissima gente, quibus et hodie a malo innatum est superbire[o], veniens ex adverso, ut vidit hostes non cedere loco, iubet suos paulisper stare illico, et quasi condolens super fata[p] inimicorum, his dictis acuit animos suorum[q]: *O miserabiles[r] timidorum hominum manes, frustra prendunt[s] colles, quibus desunt vires et bellicae artes, nec iuvat collis, si est virtus debilis. Cernitis, quia in planis vobis non audent occurrere[t] campis, nimirum si non fallor, iam fugere parant. Sed vos, priusquam fu-* 20 *giant[u], irruite super eos inpetu repentino, et sub pedibus vestris ceu frivola stipularum ut conterantur, facite more solito. Parcite ne ignavorum sanguine polluatis fortia tela, sed pocius submittite[v] quae portatis volatilia, at[w] perterrefaciatis[x] falconibus pavidas acies ut columbas.* Quod ut factum est, tanta fuit densitas diversarum[y] avium, ut sub pennis earum obscuraretur aer velut sub aquosa nube, vel nigrae tempestatis tempore. Hoc cernens intrepidus Tyro, coeptum interrumpens colloquium ad suos dixit[z]: *Si forte contigerit me mori in praelio, sepelite me in hoc colliculo, et construite mausoleum mihi[a*] in secula[a] memoriale.* Unde et hodie nominatur militis acerrimi bustum Tyri[98]. Moxque prosiliens ceu maxima moles rupis, quae[b] fulmine[c] rupta de summitate alti montis fertur per abrupta loca, sternens omnia obstacula,

99 haud aliter ruit fortissimus heros[d] Tyro in confertissimos hostium cuneos[99].

Ac veluti, si quis in horto[e] tenera papavera succideret ferro,
ita obstantium metit ense capita hostium;
donec plenus astilibus, quasi herinatius,
in media strage super magnam struem[f] occisorum cecidit.

Incertum est, quis, a quo, vel quali vulnere quisque ceciderit, nisi hoc solum scimus pro certo, quia[g] Boemi potiti sunt[h] triumpho, Lucensibus[i] omnibus[k] interfectis usque ad unum[l], praeter illum videlicet quem noverca olim praemonuerat euntem ad praelium. Isque dum iussa peregit novercae praepeti[m] elapsus fuga, dumque[n] concitus veniret ad domum, ecce uxor sua plangebatur defuncta. Quam ut videret vir suus, dum discooperuisset faciem eius — res similis fictae — visum est funus habere in femineo pectore vulnus et abscisas[o] aures. Tunc vir[p] recolens quod factum fuerat[q] in praelio, protulit aures

a) his *omisso* qui 7. a*) *corr.* 1. b) concionatur *corr. al. manu* concionaretur A. c) sermone 4. 4a. verborum 7. d) ad exhort. *omissa* 7 e) conditio vel ratio *addunt* 1. 3. 7. *In* 2. 5. *supra vocem* conditio *alia manus antiqua adscripsit* vel ratio. conditio A. *et rel.* f) et nolite *addit* 1. g) quia *deest* 4. 4a. h) i. i. pr. A. i) timor *omissum* 2. k) efficit 2. l) mox uno A. m) *deest* 1. n) vestra *deest* 7. o) *corr. al manu* 1. p) *supersc.* A. q) eorum 7. r) mirabiles 1. s) pendunt 4a. t) occurre 4a. u) *corr.* A. v) submittite *deest* 4a. w) in 2. x) perire faciatis A. y) *deest* A. z) d. a. s. A. a*) mihi *deest* 2. a) i. s. nominativum A. vel memoriale nominativum 1. n. vel m. 2. 3. 7. vel mem. *desunt* 2b. 4. 4a. *manu recentiori adscripta in* 5. nominatum 4. 4a. b) rupisque 1. c) *corr. al. manu* 1. d) eres *supersc. al. manu* heros 1. e) orto 4. f) *ita corr.* A. stragem A. strugem 1. g) quod 2b. 4. 4a. h) *supersc. al. manu* A. i) Luccensibus 2. Luczensibus 2b. k) hominibus 1. l) hunum *corr.* unum 1. m) praeceti *corr. alia manu* prae ceteris 1. n) *deletum* que A. o) abscisses 2. 2b. 3. 7. p) *deest* 1. q) erat 2b.

94) In carmine populari p. 103:
Dort in weiter Flache harret ihrer
Kriegesfreudig Wlaslaw.
Et paulo infra verba Cestmiri:
Hier vom Berge kann uns Wlaslaw sehen;
Rasch hinab rings um den Berg gezogen.

95) Sallust. Cat. 58. 96) Sallust. ibid. 97) Sallust. ibid. 98) Ostenditur in hunc diem crudi et abrupti saxi moles super sterilibus campis ad Tursko, quae in busti huius memoriam huc advoluta dicitur, quam et ipse spectavi oculis. DOBNER ad Hai. III, 109. 99) In carmine populari p. 105:
Tras bricht mit hervor aus Waldesschatten,
Tras erfasst des Feinds schlosse Haufen.

de bursa cruentis[a] cum inauribus, atque recognovit hanc fuisse in specie illius[b] quem adversantem occidit in bello.

13. Post haec intrantes Boemi in terram illam[c] et nullo resistente devastantes eam[d], civitates destruxerunt, villas combusserunt, spolia multa acceperunt[e]. Inter quae filium[f] herilem apud quandam vetulam mulierem inveniunt latitantem. Quem dux ut[g] vidit, quamvis paganus, tamen ut catholicus bonus, misericordia super eum motus aetatulae eius[h] et formae pepercit, et novam urbem in plano loco construens nomine Dragus[k.2] super ripam fluvii Ogre[i] iuxta pagum Postolopirth[k.3], ubi nunc cernitur sanctae Mariae coenobium, tradidit[l] civitatem et puerum pedagogo, cui antea[m] pater suus eum[n] commiserat, nomine Duringo qui fuit de Sribia[o] genere[4], excedens hominem scelere, vir peior pessimo[p], et omni belua crudelior. Quod utique[q] factum est omnium consilio comitum[r], ut populus[s] qui dispersus fuerat ad filium herilem, suum quippe principem, ceu apes ad suam materiam confluerent; tum si quando resistere vellent in plano loco facile capi possent[t], tum quia cum viro alienigena non tam cito conspiraret plebs indigena[u]. His ita[v] dispositis repedant ad propria cum magna leticia, atque victrices aquilas in sua referunt stacia[w]. Interea scelestus Zribin[x] ille, deterior infidele, perpetrat scelus crudele. Nam quadam die piscatores nunciant stacionem piscium non modicam in placida aqua sub glatie nitida[y]; erat enim glacies perspicua, quam nec adhuc[z] aura corruperat, nec pulvis[a] commaculaverat. Tunc ille ludas secundus[b] Durinch[b], ratus esse congruum tempus ad exercendam suam nequiciam, quam dudum mala mente, malo[c] animo conceperat in domini sui[d] necem, ait ad puerum: *Eamus[e] piscari*, quem fraude parabat necare[f]. Quo cum[g] pervenissent, inquit[h]: *O mi dominelle, perspice natantes ecce sub glatie pisces, plus quam mille.* At ille, sicut erat puer, pueriliter genua flectens, dum inspicit sub glatie pisces, securus securim tenero collo[i] excepit et cui hostis pepercit, suus eum pedagogus[k] interfecit[l]. Diffugiunt omnes a tali spectaculo. At ille[m] plus quam parricida, quod non potuit uno ictu securis peragit cultello, caput suo dominello abscidens ut porcello, quod abscondens[n] sub clamide velut domini sui pro honore, munda involvit sindone[o], ut ad ducem, qui sibi eum commiserat, infelix malo suo deferat. Fert sine mora funesta dona, sperans pro tali facto[p] innumera[q] consequi munera, et invenit ducem in Pragensi palatio cum omnibus residentem comitibus in concilio; atque optimum ratus fore, ut in conspectu omnium facinus suum referat in medium, intrat et salutat ducem, et resalutatus stans exspectat, et ut data est sibi copia fandi, dixit: *En[r] ego, en ego[s] solus mea effeci securi, ut vos omnes dormiatis in utramque aurem securi[t]. Saepe enim una et minima scintilla[u], quam incaute custos domus reliquit sub tenui favilla, excitat ignes magnos, et non solum domum, sed etiam involvit et comburit ipsos[v] domus dominos. Hanc ego scintillam praecavens et praevidens in futurum vobis nocituram extinxi, et[w] vos[w] vestrosque[x] posteros a ventura clade, quasi ex divino oraculo praemonitus, protexi. Vos autem, qui estis capita terrae, huic facto nomen invenite. Si est meritum, facite ut omnes sciant, quantum merui; aut si dicitis esse scelus, plus mihi debetis, quod vos ipsi non facitis scelus. An ideo debuistis infanti parcere, quia pater eius vestros infantes interficere et catulos voluit ponere ad sugendum[y] vestras coniuges? Certe nec carnes suaves[z] rabidi nec suave lupi ius. Ecce paterni sanguinis ultor, vobis quandoque*[**]

b) cruentas 4. 4ª. b) eius 1. c) B. intr. t. i. A. 4. B. t. i. intr. *reliq.* d) *deest* 1. e) *deest* 4. 4ª. f) *superscr.* 1. g) *omissum* 2. h) Vragus 2ª. Oragus 7. i) Ogre 5. 7. k) Postoloprt 2. Postoloprith 2ᵇ. 7. Postoloporth 4. Postoloprth 4ª. Postolopret 5. l) vel civitatem eam 1. et civitatem eam 3. 7. eandem civitatem *omisso* eam 4. 4ª. m) ante 4. 4ª. n) *deest* 1. o) Zribia 1. 2. 2ᵇ. 3. 4ª. 7. Zurbia 4. Ztribia 5. p) pessimus 1. q) itaque 1. r) *deest* 4. 4ª. s) *recenti manu superscr.* 1. t) tum si quando — capi possent, *desunt in* 3. 4. 4ª. 7. u) *corr.* A. v) bisque *def.* ita A. w) stacia 2ᵇ. 4. 4ª. spatia 3. 7. x) Zirbin 4. 4ª. Zribni 7. y) nitida A. nova vel nitida 1. s. g. nova 2. 3. 7. *in* 2ᵇ. 5. *a correctore additum* nitida. n. nova 4. 4ª. z) *deest* 4. 4ª. *) pluvia *subducto* pulvis 2ᵇ. a) sceleratus *corr.* secundus 2ᵇ. b) Durinch 2ᵇ. 5. Durincll 3. 7. During 4 Durinh 4ª. c) que *deest in* 1. 2. 3. 7. d) vitam A. vitam vel necesse 1. v. vel necem *rel.* e) domne *addunt* 4. 4ª. f) necari 2ᵇ. 4. 4ª. g) omnes 2. h) inquiunt *corr. ex* inquit 2. ait 4. 4ª. i) securi tenerum collum 4. 4ª. k) pacdagogus 4ª. l) interficit 7. m) Zirbin *addunt* 4. 4ª. n) abscidens A. 1. 2. 4. o) *corr.* A. p) *corr. al. manu* 1. q) *deest* 2. r) en en 1. s) *semel* 4ª. t) scintillula *corr.* A. scintilla *corr. alia manu* 1. u) *deest* A. v) et vos — protexi *desunt* A. w) et vosque *omisso* vestros 4. 4ª. x) utrosque *superscr. al. manu* vestrosque 1. y) sugendas 1. z) *deest* A. **) nobis quoque 3. 7.

1) In carmine populari p. 107:
Und die reiche Beute
Blinkt vor Neklans freudehellem Auge.

2) postero tempore Drahuss nominata. 3) Cfr. Dobner ad Haiec. II, 302. 4) ex Soraborum, ut videtur, populo oriundus. 5) Terentii Heautont. II, 3. 101.

nociturus iacet sine vestro sanguine victus[a].

Quin ite potius, accipite regnum ocius, quod sine metu possidebitis in sempiternum felicius. Et statim protulit caput in disco tenellum, in quo nichil adhuc vivi hominis fuit exterminatum, nisi tantum quod erat voce privatum. Expavit dux, corda tremuerunt comitum, confusum inhorruit murmur. Tunc dux torsit caput a munere nefando et solvit ora talia fando:

Aufer ab aspectu nostro tua[c] *dona sceleste,*
tua scelera excedunt modum et veniam, nec dignam inveniunt vindictam.
Ad hoc flagicium nec potest dignum excogitari praeiudicium, nec par supplicium.
An putas, quod facere non potuissem quod feci, si voluissem?
Michi autem fuit licitum occidere inimicum, sed non tibi dominum.
Hoc quod peccasti peccatum maius[d] *est, quam dici potest peccatum.*
Certe quicunque te occiderit vel occidere te iudicaverit[e]*,*
non solum peccatum sed duplex incurrit peccatum,
quia et peccatum quod occidaris[f]*,*
et peccatum quod occidisti dominum,
pro utroque peccato triplicatum portabit peccatum.

Verum si pro hoc tam scelere immani aliquod[g] *a nobis donativum sperasti, scias tibi pro magno munere hoc dari, ut unam de tribus quam velis eligas mortem. Aut te praecipites ex alta rupe, aut te manibus tuis suspendas in quavis arbore, aut scelerosam vitam tuo finias*[h] *ense.* Ad haec vir[i] ingemiscens ait: *Heu*[i]*! quam male virum*[k] *habet, cum praeter spem sibi evenit.* Et statim abiens in alta[l] alno se suspendit laqueo; unde alnus illa quamdiu non cecidit, quia iuxta viam erat, dicta est alnus Durinei[m]. Et quoniam haec antiquis referuntur evenisse temporibus, utrum sint facta an ficta, lectoris iudicio relinquimus. Nunc ea quae vera fidelium relatio commendat, noster stilus, licet obtusus tamen devotus, ad exarandum digna memoriae se acuat[n].

14. Anno dominicae incarnationis 894. Borivoy[o] baptizatus est, primus dux[p] sanctae fidei catholicus[6]. Eodem anno Zuatopulch[q], rex Moraviae, sicut vulgo dicitur, in medio exercitu suorum delituit et nusquam comparuit[7]. Sed revera tum[r] in se ipsum[s] reversus, cum recognovisset[t] quod contra dominum suum imperatorem et compatrem Arnolphum[u.8] iniuste et quasi immemor beneficii arma movisset — qui sibi non solum Boemiam, verum etiam alias regiones, hinc usque ad flumen[v] Ogram[w], et inde versus Ungariam usque ad fluvium[x] Gron[9] subiugarat[y] — penitentia ductus, mediae noctis per opaca, nemine senciente[z], ascendit equum, et transiens sua castra fugit ad locum in latere montis Zober situm[*], ubi olim tres heremitae inter magnam et inaccessibilem hominibus silvam eius ope et auxilio aedificaverant[a] ecclesiam[10]. Quo ubi pervenit, ipsius silvae in abdito loco equum interficit[b], et gladium suum humi condidit, et ut lucescente die ad heremitas ascendit[c], quis sit illis ignorantibus, est tonsuratus et heremitico habitu indutus, et quamdiu vixit omnibus incognitus mansit; ubi[d] cum iam se[e] mori cognovisset[f], monachis semetipsum, quis sit, innotuit et statim obiit. Cuius[11] regnum filii eius parvo[g] tempore sed minus feliciter tenuerunt, partim[h] Ungaris illud diripientibus, partim Teutonicis[i] orientalibus, partim Poloniensibus solotenus hostiliter depopulantibus.

15. Borivoy autem genuit duos filios Spitigneum[m] et Wratizlaum[n] ex ea quae fuit filia

a) *corr.* A. c) *deest* 4. 4ª. d) *corr.* A. e) in *syllaba alia manu supersecr.* A. f) occideris 7. g) *corr. al. m.* A. h) finies A. i) Zirbin *add* 4. 4ª. i') heu *repetunt* 4. 4ª. k) vir 4. 4ª. l) alto 4. 4ª. m) Durinici 7. n) *Hic in inferiori marg.* 2ᵇ. *alia manu scripta leguntur*: quae hic desunt adscribe. *Est autem in chartula separata narratio de Borivogii baptismo ex Christanno adiecta a verbis*: at vero homines Bohemi ipso sub *etc. usque ad verba* populum Christo Domini acquirentes. *D.* o) Borivy 1. Borwoy 4. p) Bohemise *in margine* 2. *alia manu.* Boemorum *addunt* 4. 4ª. q) Zuatbopluk 1. Zustoplick 2ᵇ. 7. Zwatopluck 3. Zvatopluc 4. 4ª. r) tum *linea confossum alio atramento in* 2. dum 7. refertur 5. s) *deest* A. t) cognov. A. u) Arnulfum 2. 2ᵇ. v) fluvium 7. w) *ita* A. Odram *rel.* x) flumen 4. 7. y) subiugaverat *corr. al. manu* 1. z) sciente *corr.* 1. 3. 7. *) a. Z. A. a) *syllabae* erant *al. manu additae* 1. aedificaverat 2. 4ª. c) interfecit 4. 4ª. d) accessit 1. 2. 4. 7. e) *ita* A. *deest* 1. nisi *rel.* f) *superscript. alia manu* A. *deest* 1. *addunt* 4. 4ª. b) et *addit* A. i) pauco 1. 2. 4. k) pariter 1. l) Theutonis 4. m) *ita* A. 2. Zpitigneum *rel.* n) Wratislaum 2ᵇ. 4ª. 7.

6) Anno 895. Borivoy ducem inter vivos non fuisse probant annales Fuldenses, in quibus legitur Spitigneum et Witizlam Boemorum duces ad Arnulfum regem Radisbonam venisse. 7) Nihil tale apud Reginonem aut Fuldensem scriptorem exstat. 8) Cf. Regino 890. 9) Gran. Vide Dobneri commentationem Von den Grenzen Altmährens in Bornii Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen VI, 1. et Dobrowskii Bemerkungen über das alte Mährische Reich in Monatsschrift des Böhmischen Museums I. Febr. p. 64. 10) Quo in monte postea conditum est monasterium S. Hippolyti. De eodem monte fusius disseruit notarius Belae c. 37. Schwandtner I, 24. 11) Sequentia sunt verba Reginonis.

Zlavoboris[a] comitis de castello Psov[b.12] nomine Ludmila[c.12]. Quo feliciter universae carnis 12
viam ingresso, successit paternum in principatum Spitignev[d]; post cuius obitum obtinuit Wratizlav[e] ducatum[14], qui accepit uxorem nomine Dragomir de durissima gente Luticensi, et ipsam saxis duriorem ad credendum, ex provincia nomine Stodor[f.15]. Haec peperit binos natos[g], Wenczlaum[h] Deo et hominibus acceptabilem, et Bolezlaum[i] fraterna cede execrabilem. Qualiter autem gratia Dei semper praeveniente et ubique subsequente dux[k] Borivoy adeptus sit sacramentum baptismi, aut quomodo per eius successores his in partibus de die in diem sancta processerit[l] religio catholicae fidei, vel qui dux quas aut quot primitus ecclesias credulus erexit ad laudem Dei, maluimus[m] praetermittere quam fastidium legentibus ingerere, quia iam ab aliis scripta legimus: quaedam in privilegio Moraviensis ecclesiae, quaedam in epilogo[n] eiusdem[o] terrae atque Boemiae, quaedam in vita vel passione sanctissimi nostri patroni et martiris[p] Wenczlai[q.16]; nam et escae execrantur quae saepius sumuntur. Inter[r] 16
hos autem annos quos infra subnotavimus[s] facta sunt haec, quae supra[t] praelibavimus; non enim scire potuimus, quibus annis sint gesta sive[u] temporibus[*.v].

16. Anno dominicae incarnationis 895. 895.
Anno dominicae incarnationis 896.
Anno dominicae incarnationis 897
Anno dominicae incarnationis 898.
Anno dominicae incarnationis 899.
Anno dominicae incarnationis 900.
Anno dominicae incarnationis 901.
Anno dominicae incarnationis 902.
Anno dominicae incarnationis 903.
Anno dominicae incarnationis 904.
Anno dominicae incarnationis 905.
Anno dominicae incarnationis 906.
Anno dominicae incarnationis 907.
Anno dominicae incarnationis 908.
Anno dominicae incarnationis 909.
Anno dominicae incarnationis 910.
Anno dominicae incarnationis 911.
Anno dominicae incarnationis 912.
Anno dominicae incarnationis 913.
Anno dominicae incarnationis 914.
Anno dominicae incarnationis 915.
Anno dominicae incarnationis 916.
Anno dominicae incarnationis 917.[w]
Anno dominicae incarnationis 918.[x]
Anno dominicae incarnationis 919.[y]
Anno dominicae incarnationis 920.
Anno dominicae incarnationis 921.
Anno dominicae incarnationis 922.

*) *Addit cod. 7. sequentia:* Interea deficiente nostra materia, quam nemo illius temporibus hominum, clericorum seu laicorum memoriae commendavit posterorum, rursus ad nobilia facta Romanorum imperatorum recurramus.

a) Zlauboris 2b. 3. 7. Zlaviboris 4. 4a. b) Psow 2. 2b. 4a. 5. 7. Pson 3. c) Luidmila 2b. Ludmilla 4. 4a. d) Zpitigneu 2b. 7. Zpitignen 3. e) Wratislav 2. Wratislau 3. Wratislaus 4. 4a. f) Stotor 7 g) *deest* 1. h) Wenceslaum 2. i) Boleslaum 2. k) *deest* 2b. 3. 4. 4a. l) processit 2. m) malumus 3. n) ephilogo 1. o) dem *addidit alia manus* A. p) Christi *addunt* 4. 4a. q) Wenceslavi 1. r) intra 7. s) *ita corr. al. manus* 1. subnotamus 2. 4. 7. *Omissis verbis* quos inf. subnot. *legit* 2b. annum videlicet dom. incarn. 895. et annum 929. *Inde annorum subnotationem omittit.* t) scripta 3. u) sunt gesta vel 2b. v) *Deficiunt in* 7. *omnia, quae legentur usque ad annum* 967. *Sequentium annorum numeri desunt* 7a. w) DCCCCXII. 1. x) DCCCCXIII. 1. y) DCCCCXIIII. 1.

12) Bssov eo loco loco situm quo hodie Melnik urbs exstat. 13) Iussu Dragomirae nurus die 15. Sept. 927, ut creditur, martirio obiit. Cf. Dobner ad Haiec. III, 544. 14) Tenebris vix dispellendis horum principum tempora premuntur. Dobner III, 502. Spitignevi obitum ad a. 922, Wratislavi ad a. 925 revocavit, quod vero coniectura magis quam certis argumentis innititur. 15) *Quae Hevelius dicitur.* Thietmar. IV, 20. Conf. quoque Adami Bremensis locum II, 18. 16) Est vita S. Wenceslavi quam conscripsit Gumpoldus episcopus Mantuanus Mon. Germ. SS. IV, 213.

Anno dominicae incarnationis 923.[a]
Anno dominicae incarnationis 924.
Anno dominicae incarnationis 925.
Anno dominicae incarnationis 926.
Anno dominicae incarnationis 927.
Anno dominicae incarnationis 928.

17. Anno dominicae incarnationis 929. 4. Kalend. Octobris sanctus Wencezlaus, dux
935. Spt. 28. Boemiorum, fraterna fraude martirizatus Bolezlav[17] in urbe[b],
intrat perpetuam coeli feliciter aulam[c.18].

Nam Bolezlaus, haud[d] dignus dici sancti viri germanus, quam[d] fraudulenter fratrem suum invitaverit ad convivium, quem potius machinabatur[e] ob regni retinendi gubernacula[f] necandum, aut qualiter coram hominibus sed non apud Deum, dissimulaverit fratricidii reatum, sufficienter dictum puto in passionis eiusdem sancti viri tripudio[19]. Cuius post vitae bravium alter Cain Bolezlaus heu! male adoptatum obtinuit ducatum. Haec autem inter convivia quae[g], ut supra retulimus, fraterna caede execrabilia, nascitur proles eximia ducis Bolezlai[h] ex coniuge egregia, cui ex eventu rerum nomen est inditum Ztrahquaz[i], quod nomen sonat *terribile convivium*. Quod enim terribilius potest esse convivium, quam in quo[k] perpetratur fratricidium? Ergo dux Bolezlaus, sceleris patrati[l] conscius, timens penas Tartari, mente semper recolens sagaci quoquo modo possit Deus super hoc crimine placari, votum vovit Domino dicens: *Si iste meus filius*[m], inquit, *superstes fuerit, ex toto corde meo Deo eum voveo, ut clericus sit et serviat Christo omnibus diebus vitae suae, pro meo peccato et huius terrae pro*[n] *populo.*

18. Post[p] haec genitor voti non inmemor, cum esset iam puer docibilis et multum parentibus amabilis, non ferens pater ut suis disceret[q] prae oculis, misit eum Radisponam[r] tradens sub regulares alas abbati sancti Emmerammi martiris[20]. Ibi ecclesiasticis et regularibus[s] sanctionibus est imbutus[t], ibi monachico habitu indutus, ibi usque ad virile robur est enutritus; de caetero eius vitae cursu in sequentibus sat manifestabitur. De actibus autem ducis Bolezlai nichil aliud dignum relatione percipere[u] potui nisi unum, quod vobis operae precium pandere duxi. Nam servus Dei Wencezlaus ecclesiam in metropoli Praga sub honore sancti[v] Viti martiris constructam non tamen consecratam, morte praeventus, reliquit. Hanc ut consecrare dignaretur, qui tunc praeerat Ratisponensi ecclesiae praesul nomine Michael, dux[w] Bolezlaus supplex, missis legatis cum magnis muneribus et maioribus promissionibus atque pollicitationibus, quo peticionem suam adimpleret, vix impetravit[x.21]. Quod utique[y] haud[z] annuisset praesul, nisi ob recordationem animae et salutem[a] Wencezlai amici sui iam interfecti id deliberasset fieri, quia vir Dei Wencezlaus, dum carne viguerat, nimio eum[b] affectu coluerat utpote patrem spiritualem[c] et benignissimum praesulem. Nam et[d] praesul Michael similiter hunc sibi adoptaverat in filium dilectissimum, tum[e] saepe instruens timore et amore[f] Dei, tum saepe mittens ei[g] sua donaria, quibus maxime illo in tempore indigebat nova ecclesia Christi. Mox ubi dux est factus compos voti, plebs universa et proceres atque clerici obviam advenienti episcopo ruunt devoti, et cum magno honore et laeticia recipiunt eum in[h]
Spt. 22. metropolis Pragae aedificia. Quid multa? 10. Kalend. Octobris dedicata est[k] S. Viti martiris[l] ecclesia, laetus repedat[k] praesul ad propria.

a) *Ab hoc loco desunt in codice* 4*a. aliquot folia usque ad verba:* honores fugio, pompas seculi despicio. *quae a* 994. *I,* 26. *leguntur.* b) in urbem, *omisso* Boleslaw 3. c) in aulam 2. d) *corr. al. manu* A. e) machinaretur 1. f) gubernaculum 2*b*. g) *omissum* 3 ut *deest* 4. h) Boleslavi 1. i) *ita* A. 1. Ztrahkwas 2. Strahquaz *alii.* k) i. q. *superscr. alia manu* A. l) c. sc. p. 1. m) Strahquaz *addit* 4. n) *deest* A. p) Pot 1. q) discederet 3. r) Ratisbonam 2. *hic et deinceps.* s) disciplinis et *additi collator* 2*b*. t) ibi ecclesiasticis — imbutus *desunt* 4 u) reperire A. v) *superscr. alia manu* 1. w) Boemorum *addit* 4. x) impetrat 2*b*. y) *deest* A. z) *corr. alia manu* A. 1. *) beati *addit* 4. a) cum 2. b) spiritalem 1. 4. c) *deest* A. d) tum — Dei *desunt* 4. e) timorem et amorem A. f) per *addunt* A. 2. g) in *deest* 2. h) *ita* A. *deest rel.* i) *deest* 3. k) *corr. al. manu* 1. repedabat 3.

17) Bunzlau. 18) Cf. Gumpoldi vita Vencezlavi c. 17—19. In constituenda chronologia longe a veritate aberravit Cosmas: S. Wenceslaus interfectus est a. 935. Conf. Jahrbücher des deutschen Reichs unter den Sächs. Kaisern. I, 2. p. 7. 19) i. c. in libro quo mors eius celebratur. 20) Michaeli, Ratisponensi episcopo et S. Emmerami abbati, qui munere suo functus est inde ab anno 944. Conf. annales S. Emmerami minores Mon. Germ. I, 94. 21) Gumpoldus ecclesiam temporibus S. Wenceslai a Tutone consecratam esse tradit c. 15. Tuto vero obiit non post annum 932, quo successor eius Isengrimus interfuit synodo Dingolvingae; vid. Mansi XVIII, 361. Ceterum conf. quae de hac re disseruit Dohner ad Hai. III, 624.

19. Anno dom. inc.[a] 930. Otto, filius Heinrici[b] imperatoris, Eggid[c] filiam Anglorum regis, duxit uxorem. Reg.
Anno dom. inc. 931. Heinricus imperator regem Abotridorum et regem Danorum effecit christianos[d].

Anno dom. inc. 932.[e] 4.[f] Nonas Martii translatum est corpus S. Wenceslay martiris de Mart. 2.
Bolezlav[g] oppido in urbem Pragam invidi fratris odio[22]. Siquidem frater eius Bolezlaus de [22]
die in diem peius faciens et peius[h], nulla compunctus sui facinoris poenitentia, mente non[i] tulit[k] tumida, quod per martiris sancti[l] Wenceslai merita Deus declararet innumera ad eius tumbam[m] miracula, clam sibi fidis clientibus mandat, quo eum in urbem Pragam transferentes, noctu in ecclesia sancti Witi humi condant, quatenus, si quae Deus mira suis ostenderet ad gloriam sanctis, non eius fratris, sed sancti Viti martiris asscriberetur meritis. Caetera eius malefacta nec duxi relatione digna, nec pro certo habui comperta. Unum tamen eius satis audax et memorabile facinus quod retro dierum in iuventute sua fecit, vestrae caritati referre cupimus. Fuit enim iste dux Bolezlaus — si dicendus est dux, qui fuit impius atque tyrannus saevior Herode, truculentior Nerone, Decium superans scelerum immanitate, Diocletianum crudelitate, unde sibi agnomen[n] ascivit *saevus Bolezlaus* ut diceretur[o] — tantae enim fuit severitatis, ut nichil consilio, nichil ratione regeret, sed omnia pro sua voluntate atque impetu animi ageret. Unde factum est ut in mente conciperet, quo sibi urbem Romano opere[23] conderet. Moxque populi primates[p] convocat in unum et usque ad unum, et deducens eos in lucum[q] iuxta flumen Labe[r][24], atque designans locum, aperit eis sui cordis secretum[s]. *Hic,* [21]
inquiens, *volo et iubeo ut mihi*[t] *opere Romano aedificetis murum urbis nimis altum per girum.* Ad haec illi, *Nos qui sumus,* inquiunt, *populi fauces*[25] *et tenemus dignitatum fasces, nos tibi abrenuntiamus, quia neque scimus neque volumus facere quod praecipis, neque enim patres nostri tale quid antea fecere*[u]. *Ecce in tuis conspectibus*[v] *assistimus*[w], *et potius tuo gladio quam importabili servitutis iugo nostra colla submittimus. Fac quod velis, non enim tuis obtemperabimus*[x] *iussis.* Tunc dux[y] diram exarsit in iram, et prosiliens stetit in putrido trunco, qui forte tunc ibi iacuit in luco[z], et evaginato gladio dixit: *O ignavi et patrum ignavorum filii. Si non estis semiviri aut*[a] *non viliores*[b] *peripsimate piri*[b], *factis dicta comprobate, et utrum gladio an servitutis*[c] *iugo sit levius*[d] *colla submittere temptate.* Erat res spectaculo digna et audacis procacitate ducis ammiranda. Nam si mille dextras in uno corpore[e] armatas haberet, non in tantum[f] tanta turma hominum trepidaret. Quos ut vidit dux[g] huxo prae timore pallidiores, unum, qui fuit primus inter seniores, apprehendens per cincinnos[h] verticis ut fortius valuit, percuciens amputavit[i] ceu teneri papaveris caput, et inquit:

Sic volo, sic faciam, sit pro ratione voluntas[26]. [26]

Caeteri hoc cernentes sero poenitentia ducti, ceciderunt ad genua ducis[k] veniam cum lacrimis postulantes. *Iam,* inquiunt, *domine nostris parce culpis, iam per omnia tuis obtemperabimus iussis, iam ultro*[l] *facimus quaecunque velis, ne sis nobis ultra crudelis.* Et statim ad ducis voluntatem aedificant civitatem spisso et[m] alto muro, opere Romano, sicut hodie cernitur, quae ex nomine sui conditoris Bolezlav[n] dicitur.

20. Anno dom. incarn. 933. Ungari orientales Francos et Alamanniam atque Galliam[p] devastantes, per Italiam Cost. Reges.
rodierunt.

Anno dom. inc. 934. Heinrichus[q] rex Ungaros[r] multa caede prostravit, pluresque[s] ex iis comprehendit.
Anno dom. inc. 935. Heinricus rex paralysi percutitur.
Anno dom. inc. 936. obiit Heinricus rex, cui successit[t] filius eius Otto imperator.
Anno dom. inc. 937. Arnolfus dux Bavariorum[u] obiit.
Anno dom. inc. 938. Ungari iterum a Saxonibus multa caede devastantur, et[v] filii ducis Arnolfi regi rebellant[w] Ottoni.
Anno dom. inc. 939. Ludwicus rex Gerpirgam viduam Giselberti[x] duxit uxorem[y].

a) incarnat. A. b) Henrici A. c) *corr.* A. Edgid *rel. deest* 5. d) *quae ad hunc et praecedentem annum leguntur, desunt* 4. e) DCCCCXXXI. 4. f) intra nonas 3. g) Bolezlau 1. *et deinceps.* h) prius A. i) nam 4. k) intulit 1. l) sui A. 4. m) tumulum 3. n) nomen 2. cognomen 2b. o) dr A. p) prim. pop. A. q) *ita* 4. r) Albe 1. *alia manu adscriptum.* Albim 2b. s) secreta 4. t) *deest* 4. u) *corr.* 1. v) aspectibus 3. w) consistimus 1. x) obtemperamus 2. 2b. y) Bolezlaus *addit* 4. z) luto 2. luco 2b. *postilo* to *super* co. a) non *addunt* A. 1. 2b. 4. b) cultores 3. b) pili *corr.* piri 2b. c) *corr.* A. d) levi 1. e) ac *addit* 4. f) i. t. *alia manu* 1. g) bolezlaus *addit* 4. h) *ita corr.* t. cinninos A. circinos *rel.* i) amputat 1. k) Bolezlai *addit* 4. l) *deest* A. m) *supersc.* A. n) Boleslaum 3. o) *Sequentia desunt in cod.* 7a. *usque ad annum* 967. p) Calliam 2. q) *ita* A. b. *i.* Heinricus 3. *et sic porro.* r) Ung. H. r. A. s) plerosque 3. t) in regnum *add.* 4. u) dux Bavariorum 2b. rex Bavarise 3. v) *deest* A. w) debellant 2. x) Gisalbum 3. Giselberti 4. y) Eodem anno cometes apparuit *addit* 4.

22) Gumpoldi vita S. Wenceslai c. 23. Quod a. 938 factum sit necesse est, si revera tribus annis post martirium S. Wenceslai ossa eius Pragam transtata sunt. 23) i. e. urbem muris lapideis munitam, cfr. Thietmar. I, 10. 24) Albis. 25) i. e. primates. 26) Iuvenal. Sat. VI, 223.

Cont. Regio. Anno dom. inc. 940. Heinrico, fratri regis, Lothariensis ducatus committitur, et eodem anno inde expellitur.
Anno dom. inc. 941.[a] Heinricus frater regis[b] cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat, sed nil nocere potuit.
Anno dom. inc. 942. sidus simile cometae per 14 noctes visum est, et immensa mortalitas boum[c] secuta est.
Anno dom. inc. 943. Otto dux obiit, cui Conradus filius[d] Werinheri[e] in ducatum[f] successit.
Anno dom. inc. 944. Ungari a Cerantanis[g] multa caede mactantur.
Anno dom. inc. 945. Bertholdus[h] dux Bawariensis[i] obiit, cui Heinricus frater regis successit.
Anno dom. inc. 946. Ludwicus rex a suis[k] regno expellitur[l].
Anno dom. inc. 947. Domna Edgid[m] regina obiit.
Anno dom. inc. 948. sinodus in Inglenheim[n] a 34 numero[o] episcopis habita est.
Anno dom. inc. 949. Liudolfo filio regis Machtildis[q] filia nascitur.
Anno dom. inc. 950. dux Boemorum Boleslaus regi rebellabat[r], quem rex valida manu adiit suaeque per omnia dicioni subdidit[s].
Anno dom. inc. 951. rex Otto in Italiam perrexit.
Anno dom. inc. 952.[t]
Anno dom. inc. 953.
Anno dom. inc. 954.
Anno dom. inc. 955.
Anno dom. inc. 956.
Anno dom. inc. 957.
Anno dom. inc. 958.
Anno dom. inc. 959.
Anno dom. inc. 960.
Anno dom. inc. 961.
Anno dom. inc. 962.
Anno dom. inc. 963.
Anno dom. inc. 964.
Anno dom. inc. 965.
Anno dom. inc. 966.

967. 15 Iul. 21. Anno dom. inc. 967[u]. Idus Iulii dux, cui agnomen[v] saevus Bolezlaus, male mercatum fraterno sanguine ducatum cum vita amisit. Cui filius eius aequivocus in principatum successit, multum dissimilis patri moribus bonis et conversatione spirituali[w]. O mira Dei clemencia[x]! O quam incomprehensibilia eius sunt iudicia! ecce de rubo uva, de spinis rosa, de tribulis ficus gignitur[y] generosa: videlicet de fratricida prodit christicola, de lupo agnus, de tyranno[z] modestus, de impio Bolezlao pius nascitur secundus Bolezlaus dux, nulli probitate secundus. Neque eum contaminat iniqui patris aequivocatio, in quo verus[a] Christi fervebat amor et pura dilectio[b]; nam sicut multi nomina sanctorum sortiuntur[c], nec tamen sanctitatem[d] assequuntur, quoniam neque sanctitas neque iniquitas ex nomine, sed pro merito haec utraque dinoscuntur[e] in homine[f].

22. Erat autem iste[g] princeps, secundus Bolezlaus, vir christianissimus, fide catholicus, pater orphanorum[h], defensor viduarum, gementium consolator, clericorum et peregrinorum pius susceptor, ecclesiarum Dei praecipuus fundator. Nam ut[i] in privilegio ecclesiae sancti Georii[k] legimus, 20 ecclesias christianae religioni credulus erexit, et eas omnibus utilitatibus quae pertinent ad ecclesiasticos usus sufficienter ampliavit. Huius fuit germana soror nomine Mlada, virgo Deo devota, sacris litteris erudita[l], christianae religioni dedita, humilitate[l] praedita, alloquio blanda, pauperibus et orphanis fautrix larga, ac omni morum ho[l]ate
27 decorata. Quae dum causa orationis Romam veniret[m], benigne ab apostolico[27] suscipitur[l] bi tempore aliquanto degens, monasticis sat disciplinis imbuitur, et ad ultimum domnus papa

a) dom. i. 941. *desunt* 1. b) Ottonis *addit supra textum* 2b. c) bovum 1. d) filius — successit *desunt* 5. e) Wernari A. Verneri 3. f) ducatu 2b. 3. g) Carinthiis 3. h) Berdoldus 1. Bertoldus 2. i) Bavariae 3. k) a suis *desunt* A. assuis suo 1. 4. l) exp. r. A. m) Edid *omisso* domina 3. domna Hedgyd 4. n) Ingelenheim 3. Inglinheim 4. o) numero *deest* A. XXXIIII 2a. 2b. 4. *sed in* 2b. *in margine:* alii 30. *In* 2. *post* Inglenheim *omnia omissa sunt, relicto rasurae vestigio.* q) Mechtildis 3. r) rebellat A. rebellavit 3. s) subiugavit 3. t) *Solos annorum* 952—966 *numeros exhibent antiquissimi duo codices* A. 1. *desunt prorsus in reliquis. In cod.* 2. *verba quae sequuntur ad a.* 967. de rubo uva — patris aequivocatio *perverse distributa sunt per annos* 952—957, *quod miro errore inductus in textum recepit Dobrowsky.* Anno dom. inc. 951. *repetit* 4. u) DCCCCLXII. *Sequuntur in* 4. *anni* dom. inc. 968, 969, 970, 971 *et ad annum* 972 *legitur mors Bolezlai. Quae ad annum* 967 *narrantur, leguntur etiam in* 7. 7a. v) cognomen 2b. w) spiritali 7. x) cl. D. A. y) *corr.* A. z) tirranno 1. a) *corr.* A. b) dilecio 1. b) sociuntur 1. c) sanctitate 7. d) dinoscitur A. e) nomine 4. f) *corr.* A. g) et *addit* A. h) uii 2b. i) Georgii 1. k) s. l. e. *desunt* 5. l) humilitati 2. humilitate — larga *desunt* 5. m) ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli *addit* 4.

27) Iohanne XIII.

suorum cardinalium consilio[a], immo volens novae ecclesiae benigno[b] subvenire[c] suffragio, 967.
consecrat eam abbatissam[d], mutato nomine Mariam[e], dans ei sancti Benedicti regulam et abbacialem virgam. Post haec nova abbatissa novam et sanctam illatura[f] Boemiae terrae monachicam[g] regulam, accepta licentia et benedictione apostolica, equitat in dulcem patriam cum suo comitatu valde laetificato. Ventum erat ad regiam urbem Pragam, et dux Bolezlaus diu desideratam honorifice recepit sororem amantissimam, et inter se manibus consertis subeunt regalia tecta; ubi simul residentes diu mutuis alternatim sermonibus dum fruuntur, dum multa quae vidit Romae sive[h] audivit relatione digna et admiratione[i], fratri suo refert[k]; insuper litteras ex parte apostolici sibi directas obtulit[l], quarum formula huiusmodi fuit: *Iohannes*[m], *servus servorum Dei*[n], *Bolezlao*[o] *catholicae fidei alumno apostolicam benedictionem. Iustum est benivolas aures iustis accommodare peticionibus: quia Deus est iusticia, et qui diligunt Deum*[p] *iustificabuntur, et omnia diligentibus Dei*[q] *iusticiam cooperantur in bonum. Filia nostra, tua relativa*[28], *nomine Mlada, quae et Maria, inter caeteras haud*[r] *abnegandas peticiones cordi nostro dulces intulit ex parte tui preces, scilicet ut*[s] *nostro assensu*[t] *in tuo principatu ad laudem et gloriam Dei*[u] *ecclesiae liceret fieri episcopatum. Quod nos ulique laeto animo suscipientes, Deo gratias*[v] *retulimus, qui suam ecclesiam semper et ubique dilatat et magnificat in omnibus nationibus. Unde apostolica auctoritate et sancti Petri principis apostolorum potestate, cuius licet indigni, tamen sumus vicarii*[w], *annuimus et collaudamus*[x] *atque incanomizamus, quo ad*[y] *ecclesiam sancti Viti et Wencezlai martirum*[z] *fiat sedes episcopalis; ad ecclesiam vero sancti Georii martiris, sub regula sancti Benedicti et obedientia filiae nostrae, abbatissae Mariae, constituatur congregatio sanctimonialium. Verumtamen non secundum ritus aut sectam Bulgariae gentis vel*[a] *Ruziae*[b.29], *aut Sclavonicae*[c] *linguae, sed magis sequens*[d] *instituta et decreta* 29
apostolica, unum pociorem locius ecclesiae ad placitum eligas in hoc opus clericum, Latinis adprime litteris eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium scindere et triticum bonae operationis serere atque manipulos frugum vestrae fidei Christo reportare sufficiat. Vale. Et statim, ut iussum fuerat, consilio ducis et abbatissae sancti Viti[e] ecclesia[f] decernitur futuro episcopo[30], ecclesia vero sancti Georgii martiris[31] ad praesens datur abbatissae, ducis sorori, 31
Mariae.

23. Igitur quidam de Saxonia vir mirae eloquentiae et literalis scientiae, nomine Detmarus[g], presbiter promotione, monachus professione, olim in antea diebus causa orationis venerat Pragam: qui dum ducis secundi Bolezlai deveniret[h] ad noticiam, in brevi tempore magnam eius gratiam adeptus fuerat et amiciciam. Et quoniam Sclavonicam perfecte[i] linguam sciebat, hunc per suos legatos dux advocat, clerum, primates terrae et populum convocat, atque suis precibus et monitis efficit, ut eum sibi in episcopum omnes communi assensu[k] eligant. Postera[l] autem die ut duci placuit, favorali[m] acclamatione ab omnibus in

a) ex c. *card* A. b) benignus. 3. c) *in margine* A. *appositum.* d) *corr.* 1. e) Maria 3. f) ilatura 1. g) monachicam 1. h) seu 2b. i) digna et admir. *desunt* 4. k) *corr. al. manu* 1. l) tradit 2b. *supra vero* obtulit. m) *addit* 7 *pistola mutilata in* 5. n) servorum Dei servus A. o) duci *addit* 4. p) eum 7. *In* 2b. *notavit* cottal[illegible] q) Dei dilig. A. r) *corr.* A. aud 1. non 7. s) in 1. *corr. al. manu* ut. t) assensu 1. u) [illegible] *addit* [illegible] v) grates 1. 4. 7. w) v. s. A. x) laudamus 2. y) quod A. 2b. z) ita A. 1. sancti V. W. [illegible]at sancto [illegible]iti et Wenceslai martyrum 2b. 3. 7. sanctorum Vit. Wenc. Adalberti 4. a) monialium A. b) et 2b. [illegible]. Rusciae 4. c) Slavonicae 2b. d) sequentes 4. e) eccl. s. Viti A. f) *in margine* A. *appositum.* g) Dietmarus 2. Diehtmarus 7. h) veniret 3. i) l. *pert.* A. perferre 1. k) affectu A. consensu 2b. l) *r alio manu superscript.* 1. m) favorabili 2b.

28) Cum Dobnero IV, 173. supplendum esset *filia*, ita ut bulla non Bolezlao II. sed Bolezlao patri missa videri posset, nisi aeque ac Cosmas Dobnerus etiam supposita hac epistola deceptus esset. Genuinam huius epistolae originem primus in dubium vocavit Assemanus Orig. eccles. Stud. t. III. p. 2. p. 169, quod quum ille argumenta sua non attulisset satis mihi probasse videtur Pubitschka Gesch. von Böhmen III, 7. Palacky Würdigung p. 26. eorum sententiam amplexus est, quibus Cosmas verbis *formula huiusmodi fuit* indicasse videbatur, se non ex exemplari sed e memoria tantum textum reddidisse. 29) His verbis tenet falsatorem Pubitschka: nam temporibus Ioannis XIII. papae Bulgari catholicae ecclesiae addicti erant et Russi nondum profitebantur fidem Christianam. 30) Minime anno 967, sed non ante annum 973. ope et consilio S. Wolfgangi, qui a. 972. sedem Ratisponensem adeptus est, cuius rei testis est Heinricus IV in diplomate ab ipso Cosma II, 37. transscripto, quo legitur Pragensem episcopatum ab Ottone primo et a Benedicto papa (scilicet VI, qui sedit annis 972—974.) confirmatum esse. Et large et acute de hac re disseruit Dobner IV, 213. Vide praeterea Pubitschka III, 18. Othloni vitam S. Wolfgangi c. 29. Mon. German. SS. IV. et Ann. S. Emmerami Mon. Germ. I. 31) a Wratislawo I. duce in arce Pragensi constituta.

967. episcopum Dethmarus eligitur, ad imperatorem christianissimum Ottonem[32], filium Heinrici imperatoris[a], ex parte ducis et tocius cleri atque plebis cum his transmittitur litteris[b]:

O gloriosissime[c] imperator et christianae religionis maxime cultor[d], suscipe nostras clemens et tocius cleri atque populi preces, et hunc virum per[e] omnia abprobatum[f], nomine Dethmarum[g], quem nobis[e] in pastorem eligimus[h], vestra sanctissima collaudatione ac[i] iussione, ut ordinetur in episcopum, suppliciter exoramus.

Tunc imperator, sicut erat divinae legis amator, consilio ducum et principum sed praecipue praesulum, consulens saluti et novitati christianae plebis, iussit Maguntinum archiepiscopum[33] qui tunc praeerat curti, ut eum ordinaret in[k] episcopum. Tunc praesul[l] mitra redimitus novus novam redit laetus tocius Boemiae in parrochiam, atque ut ventum est metropolim Pragam, iuxta altare sancti Viti intronizatur ab omnibus[m], clero modulante: *Te Deum laudamus.* Dux autem[n] et primates resonabant: *Christe keinado[o], kirie eleison, und di hallicgen alle helfuent unse; kyrie eleison* et caetera; simpliciores autem et idiotae clamabant *Kyrieleyson*[p]: et sic secundum morem suum totam illam diem hylarem sumunt[q].

968. Anno dom. inc. 968. obiit Vok comes[r].

24. Post haec praesul Dethmarus ecclesias a fidelibus in multis locis ad Dei laudem constructas consecrat, et populum gentilem baptizans quam plurimum facit Christo fidelem: nec
969. post multos dies, anno scilicet dom. inc. 969[34]. 4. Non. Ian.[35] vinclis carnis absolutus, talen-
2. Ian. tum sibi creditum Christo reportavit centuplicatum[s].

25. Interea rediens philosophiae de castris, ubi[36] decem aut plus militarat[t] annis[37], secum haud[u] modicam librorum copiam referens, aderat spectabilis heros, nomine Wogtech[v], adhuc ordine subdiaconus; qui velut tener agnus inter oves sui pastoris super[w] morte moerentes, sedulus exhibebat exequias funebres; orationibus diurnis instans simul et nocturnis, animam patris universalis elemosinis commendabat Deo largis et precibus sacris. Quem dux Bolezlaus et eius optimates[x] in tam bono opere devotum cernentes et in futurum devotiorem fore sperantes, gratia Spiritus sancti inspirante, iuvenem[y] nimis renitentem rapiunt et adducunt in medium, atque inquiunt: *Nolis, velis, noster episcopus eris, et Pragensis[z] vel invitus episcopus vocaberis. Tua nobilitas, tui mores et actus optime concordant cum honore pontificatus.*
[38] *Tu nobis talos a vertice notus ad imos*[38].
Tu bene scis nobis pandere viam, qua itur ad coelestem patriam. Iussa tua nobis quam posse sequi, tam velle necesse est. Te dignum omnis clerus, te universus idoneum episcopatu acclamat populus. Facta est autem haec electio non longe ab urbe Praga Levigradec in oppido 11. Kal.
982. Mart. eodem quo obiit Dethmarus episcopus anno[a].
19. Febr.

983. 26. Ea[b] tempestate[39] rediens de Saraceno bello adiit[c] Veronam urbem praecellentissimus imperator Otto secundus, pacis amator, iusticiae cultor, gloriosissimo patre primo Ottone gloriosior[d], qui in omnibus praeliis extitit victoriosissimus[e] victor. Ad quem Sclavonica[f] manus Boemiae cum electo pergit episcopo, ferens ex parte ducis legationem et tocius cleri

a) primi regis *manus rec. apposuit in margine 7.* b) *corr.* 1. c) O gloriosissime — exoramus *exciderunt* 5. d) *superscr. alia manu* A. e) *verba* per omnia — nobis *desiderantur in* A. quem *alia manu superscriptum.* f) probatum 3. g) Diethmarum 1. *et alias.* h) elegimus 2b. i) *deest* 1. k) *deest* A. l) venerandus Diethmarus *addit* 4. m) hominibus 7. n) Bolezlaus *addit* 4. o) Xpe keinando kirie† unddi gallihceuslfe helfuent unse kyrie†. *Haec est lectio antiquissimi cod.* 1. Christe keinado et cetera *habent* 2. 2a. 3. Christe keynado *desunt* 2. *sed in margine* 2b. Christe keynado. Christe kreynat et cetera 4. C. keynado e. c. 7. Christo keynado 7a. p) krilesu A. krlesu 1. 2b. 4. kyrieeleyson 3. krlesu 7. krlesu 7a. q) *In cod.* 7. *sequitur fundatio ecclesiae Wissegradensis a.* 1070; *reliqua desunt omnia usque ad II,* 37. r) Wok comes A. 2b. *in margine.* Wolkomes 3. comes Wok 4. s) centuplum A. t) militaverat 3. militavit 4. u) *corr.* A. v) *sita* A. Woytiech 2. Woytech *alii.* w) de A. A*. x) obtimantes 1. y) woytech *addit* 4. z) *deest* A. urbis *addit* 4. *) tempore et anno, *omisso* episcopus 3 anno *deest* 4. a) vero *addit* 4. b) abiit 1. c) gloriossior 1. d) *deest* A. *corr. al. man.* 1. e) munifica 2.

32) Othlone teste l. l. tempore Ottonis medii i. e. II. primus episcopus Pragensis electus est, quod Palackio I, 229. paschali festo a. 973, quod Otto I Quedlinburgi celebravit, factum esse videbatur; cfr. Ann. Quedlinb. Mon. Germ. SS. III. 33) Ruotbertum. 34) Iterum errat; Dethmarus episcopus usque ad annum 982 vitam duxit, ut patet ex vita S. Adalberti c. 8. l. l. quod pluribus argumentis probavit Dobner ad Hai. IV, 284. Eundem errorem iam Annalista Saxo ad a. 982. Mon. Germ. SS. VI. in auctore nostro reprehendit. 35) De die consentit necrologium Bohemicum apud Dobnerum Monument. Bohem. II, 9. 36) Magdeburgi Otrico magistro. Vid. Iohannis Canaparii vita S. Adalberti c. 3. Mon. Germ. SS. IV, 582. 37) *Quot annis studuerit, incertum est.* Ibid. c. 5. 38) Cfr. Hor. Ep. II, 2, 4. 39) *Ea tempestate — obsedit Kathedram* ex vita S. Adalberti c. 8 desumta sunt paucis ab auctore de suo additis.

atque populi peticionem, quo[a] imperiali nutu eorum communem confirmet[b] electionem. 993.
Igitur serenissimus[c] imperator condescendens eorum dignae[d] peticioni 3. Non. Iunii[e] dat ei 3. Iun.
annulum[f] et pastoralem virgam[g]: et, cuius suffraganeus erat, Willigisus[h] Maguntinus archi-
praesul[i], qui[k] ibi[l] forte aderat, iussu imperatoris consecrat eum in episcopum nomine Adal-
bertum. Nam archipraesul[k] Adalbertus Magidburiensis[m] ecclesiae olim confirmans crismate,
hoc proprio suo vocitarat[n] eum nomine. Consecratus[o] autem 3. Kal. Iulii[p] [40] cum suis sequa- 40
cibus[q] equitat in[r] dulcem patriam, et ut pervenit ad[s] civitatem Pragam nudo pede et humili
corde, clero et omni plebe prae laeticia modulante[t], episcopalem obsedit kathedram. Huius
tam praeclari pastoris Adalberti consilio et praedictae atque dilectae suae sororis abbatissae
Mariae[u] interventu dux Bolezlaus, quicquid praesul Pragensis usque hodie in suo possidet
vel obtinet episcopio, vel quicquid abbatissa optavit dari et fieri utilitatis in suo coenobio, gra-
tuita utrique[v] concessit pietate et canonum sacra confirmavit auctoritate[w].

27. Anno dominicae incarnat. 970

Anno dominicae incarnationis 971.

Anno dominicae incarnationis 972. sanctus Oudalricus migravit a seculo[x] [41].

Anno dominicae incarnationis 973.

Anno dominicae incarnationis 974.

Anno dominicae incarnationis 975.

Anno dominicae incarnationis 976.

Anno dominicae incarnationis 977.[y] obiit Dubrauca, quae quia nimis improba fuit,
iam mulier provectae aetatis cum nupsisset Poloniensi duci [42], peplum capitis sui deposuit, et 42
puellarem coronam sibi imposuit: quod erat magna dementia mulieris.

Anno dominicae incarnationis 978.

Anno dominicae incarnationis 979.

Anno dominicae incarnationis 980.

Anno dominicae incarnationis 981. obiit Slavnic[z], pater sancti Adalberti[a], cuius de
moribus et vita licet plurima eniteant memoriae[b] digna, ex quibus tamen ut referamus[c]
pauca, coepta intermittimus nostra. Erat enim[d] vir laetissimus ad omnes facie, in consiliis
serenissimus mente[e], alloquiis blandissimus[f], locuples diviciis quam secularibus tam spiri-
tualibus. In domo[g] illius honestas[h] fulgebat et sincera dilectio, iudiciorum rectitudo et
procerum multitudo[i]. In operibus eius erat legum cognitio, pauperum refectio, moerentium
consolatio, peregrinorum receptio, viduarum et orphanorum[k] defensio [43]. Huius[l] tam in- 43
signis ducis metropolis fuit Lubic [44], sita loco ubi amnis Cydlina[m] [45] nomen perdit suum, in-
trans liberioris aquae[n] in fluvium Labe. Habuit autem sui principatus hos[o] terminos. Ad
occidentalem plagam contra Boemiam rivulum Surina[p] [46] et castrum quod est situm in monte
Oseca[q] iuxta flumen Msam[r]. Similiter plagam ad australem contra Teutonicos orientales
has urbes habuit terminales: Hinov[s] [47], Dudlebi [48], Netolici[t] [49] usque ad mediam silvam. Item 49
solis ad ortum contra Moraviae regnum castrum sub silva situm, nomine Luthomisl[u] [50],
usque ad rivulum Svitawa[v] qui est in media silva. Item ad aquilonalem plagam contra Polo-

a) qui 2. b) *ita* A. 1. 3. confirmaret 2. *rel.* c) serenimus 1. d) *deest* A. e) *deest* 5. f) an. dat ei A. g) curam A. A*. h) Willegisus 2b. i) archiepiscopus 4. k) qui — archipraesul *alia manu in margine* A. *adscripta sunt.* l) tunc *add.* 4. m) Magburgensis 1. 3. n) vocitaverat A. A*. o) est autem sanctus Adalbertus *addit* 4. p) *Ita unus* 4. *reliqui omnes* 3. Idus Iunii. q) sequentibus 3. r) suum *addit* 3. s) sanctam *addit* 4. t) kyrieleyson *addit* 4. u) Mariae *ab.* A. v) utrisque A. w) *Reliqua usque ad annum* 994 *desunt in* 7b. x) *Haec verba desunt* A. 2a. 5. y) *Quae sequuntur, ad priorem annum leguntur in Frekero.* z) Zlaunik 1. 2b. Slawnik 2. Zlaunik dux 4. *) XV. Kal. Apr. *addit* 4. a) memoris 2b. a') refferamus 1. b) *deest* A. c) vitae 3. c') *a. b. desunt* 5. d) in domo — defensio *desunt* 5. e) honesta 4. *et corrector* 2b. f) *corr. al. man.* 1. g) et orph. *desunt* 4. h) bius 1. i) Cidlina 1. 3. Cidlinia 2. Cydlina 4. k) atque 1. l) os *corr. al. manu* hos 1. m) Sirina *corr.* 1. Surma 3. n) Ossieka 2. o) Maie 2. p) Chinov 1. 2b. 4. Hinoa 3. q) Netholici 1. Netolicti 2. Notholici 2b. *prius, sed correctum* Netholici *et deleto ultimo* i *supra scriptum* e. Netholici 3. r) Lotomisl 1. 4. Liutomysl 2. Lutomizl 2b. Lutomin vel, *omisso* nomine 3. s) Zuitaua 1. 2b. Zuitawa 2. Suttawa 3. Zwitawa 4.

40) Recte; consecratus est S. Adalbertus festo SS. apostolorum Petri et Pauli i. e. 3. Kal. Iul. confr. vita Adalb. c. 8. 41) Obiit die 4. mens. Iulii 973. cfr. Gerhardi vita S. Udalrici c. 27. Mon. Germ. SS. IV. p. 414. 42) Miseconi; conf. quae apud Thietmarum IV, 35. 36. de Dubrauca illa, filia Bolezlavi I. ducis Bohemorum, leguntur, et Roepell. Geschichte von Polen I, 622. 43) Conf. Vita S. Adalberti c. 1. 44) Libicz in circulo Bidaschowensi, cfr. Schaller XVI, 21. 45) Czidlina fluvius qui prope Libicz in Albim cadit. Ibid. 46) Bila qui prope Aussig in Albim exundat. Ibid. V, 14. 47) Cheynow. 48) Daudleb. 49) Netolitz. 50) Leutomischl.

981. niam castellum Cladzco[a. 51], situm iuxta flumen nomine Nizam[b. 52]. Hic dux Slavnic, quamdiu vixit, feliciter vixit.

28. Anno dominicae incarnat. 982.

Anno dominicae incarnationis 983.

53 Anno dominicae incarnationis 984. obiit[53] Romae caesar Otto secundus. Huic imperatori[c. 54] Adalbertus praesul Pragensis adeo fuit familiaris et carus obsequiis, ut in pascha Domini[d], quod celebravit rex Aquisgrani in palatio coram omnibus episcopis, hac eum[e] officii celsitudine sublimaret, quo sibi coronam inponeret et maiorem missam celebraret, quod solum fas erat ut archiepiscopus faceret[55]. Post festum vero, cum iam acciperet[f] a caesare licentiam redeundi ad patriam, sevocat[g] eum caesar in secretarium, et faciens suorum confessionem peccaminum, commendat se piis recordationibus eius orationum. Insuper dat ei paramenta, in quibus missam celebrarat[g'] in pascha, scilicet albam, dalmaticam, casulam, cappam et faciterium[h], quo ea habeat sui ob memoriam. Quae usque hodie in Pragensi ecclesia honorifice habentur et dicuntur paramenta sancti Adalberti.

Anno dominicae incarnationis 985.[i]

Anno dominicae incarnationis 986.

56 Anno dominicae incarnationis 987. obiit Strezizilava[k. 56], sancti Adalberti mater venerabilis et Deo acceptabilis matrona, tantae et tam sanctae sobolis[l] dici mater et esse digna.

Anno dominicae incarnationis 988.

Anno dominicae incarnationis 989.

Anno dominicae incarnationis 990[57]. sanctus Adalbertus Romae ad sanctum Alexium, inscio abbate quis esset, factus est monachus.

Anno dominicae incarnationis 991.

Anno dominicae incarnationis 992.

Anno dominicae incarnationis 993.

Anno dominicae incarnationis 994.

29. Nec[m] transsiliendum censeo quod ab aliis praetermissum video. Nam praesul Adalbertus videns, quod grex sibi commissus semper in praecipicium iret, nec eum ad rectam viam convertere quiret, timens ne et ipse cum pereunte[n] plebe periret, non ausus est cum eis amplius stare, nec passus est suam ulterius incassum praedicandi operam dare[o]. Sed cum
58 iam iamque[p] Romam iter arripere vellet[58], forte fortuna tempore in ipso Strahquaz[q], de quo supra retulimus, sui abbatis cum licentia venerat de Radisbona[r], post multos annos visere patriam dulcem et cognatos atque fratrem suum Boemiae ducem. Cum quo vir Dei praesul Adalbertus secretum peciit et colloquium tenuit, multa conquestus de infidelitate et nequicia populi, de incesta copula et super illicita discidia[s. 59] inconstantis coniugii, de inobedientia et negligentia cleri, de arrogantia et intollerabili potencia comitum. Ad ultimum omnem intencionem sui cordis sibi aperuit[t], quod vellet Romam apostolicum[60] consultum ire, et ad gentem apostatricem[u] nunquam redire. Inter haec et ad[v] haec haec addidit: *Et bene est*, inquit, *quod tu frater nosceris esse ducis, et huius terrae ex*[x] *dominis*[y] *originem ducis*[z]*: te plebs ista mavult*[*] *dominari, et tibi magis obedire quam mihi. Tu*[a] *consilio et auxilio tui*[b] *fratris superbos*

a) Kladzcho 1. 2b. Kladsko 2. Kladaco 3. Glecx *addit man. rec.* 5. b) Nisam *corr. al. man.* Nizam 1. Mzam 2. Nizzem 3. Nizan 4. c) secundus *addit* 4. d) *deest* 3. e) cum 2. f) accepisset 3. g) clam vocat 4. g') celebravit 4. celebraret 3. *cum correctore* 2b. h) facitersium *corrector* 2b. facitergium 3. i) *Numerus alia manu in margine* A. *adscriptus.* k) Zrezislaua 1. 2b. 4. Strziezislawa 2. Zrezislana 3. Ztrehzislaua 5. l) *corr.* 1. m) *Hic iterum incipit cod.* 7a. n) perheunte 1. o) *corr.* 1. p) iamque *deest* 1. 3. q) Ztrahquaz 1. 4. r) Radispona 1. s) dissidia 2b. 3. 4. t) aperit A. A'. u) apostaticam 3. v) *supersc.* 1. x) et *corr.* ex 1. y) dominis *corr.* domini 1. z) et huius — ducis *desunt* A. A'. *) magis vult 4. a) tu consilio — poteris *desiderantur in* 4. b) *deest* A. A'.

51) Glatz. 52) Neisse. 53) Constat eum anno praecedenti obiisse. 54) potius Ottóni tertio; cf. vita S. Adalberti c. 22. 55) Minime de coronatione Ottonis III, sed de impositione coronae, quae in diebus festis fieri solebat, cogitandum esse, ex ipsis auctoris verbis satis apparet; quod quo tempore factum sit non liquet. Ottonem a. 995. pascha Aquisgrani celebrasse tabulae eius probant ap. Boehmer reg. n. 746; eodem fere tempore S. Adalbertum in Germania fuisse, auctor vitae eius innuere videtur c. 19. 20. 56) Ex claro genere Sclavorum nobilissima; conf. Brunonis vita S. Adalberti c. 1. 57) Iam tempore nativitatis Christi a. 988. S. Adalbertus Romae commoratus esse videtur; conf. Wilmans Otto III. p. 92. 58) Primum erat S. Adalberti iter Romanum; itaque cum Cosma minime ad annum 994 referri potest. 59) Vita S. Adalberti c. 12. 60) Iohannem XVI annis 985—996 sedentem.

comprimere, negligentes arguere, inobedientes corrigere, infideles increpare poteris. Tua dignitas et scientia, tui habitus sanctimonia multum[a] *concordant ad pontificalia regimina. Quod ut fiat ego tibi cum*[b] *Dei voluntate et mea potestate concedo, et ut liceat me vivente istic episcopus ut sis, aput apostolicum omnibus votis intercedam*[c]. Et quem forte manu tenebat episcopalem baculum, ponit sibi in sinum. Quem ille, quasi furibundus, in terram proiecit, et haec verba insuper adiecit: *Nolo ut*[d] *aliquam dignitatem habeam*[e] *in mundo*[f], *honores fugio*[g], *pompas seculi despicio: indignum me iudico episcopali fastigio, nec tantum pondus pastoralis curae ferre sufficio. Monachus sum; mortuus sum: mortuos sepelire non possum.* Ad haec praesul[h] respondit: *Scias, frater*[i], *scias, quod modo non facis cum bono, facies autem postea, sed cum tuo maximo*[k] *malo.* Post haec praesul[l], ut proposuerat, Romam iter arripit, et gentem suis praeceptis inobedientem relinquit[m]. Et quia tunc temporis dux non erat suae potestatis, sed 995.
comitum[n], comites versi in Dei odium, patrum iniquorum pessimi filii, valde malum operabantur facinus[o] et iniquum. Nam sub quadam festiva die[p. 61] furtim irrumpunt urbem Lubic, et
in qua frat es sancti Adalberti et milites urbis universi velut oves innocentes assistebant sacris missarum solempniis festa celebrantes. At illi ceu lupi inmanes urbis moenia irrumpente, masculum et feminam usque ad unum interficientes, quatuor[q] fratribus sancti Adalberti cum omni prole ante ipsum altare decollatis, urbem[r] comburunt, plateas sanguine perfundunt, et cruentis spoliis ac crudeli praeda onerati[s] hilares ad proprias[t] redeunt[u] lares. Interfecti sunt autem in urbe Lubic quinque fratres sancti Adalberti[v] anno dom. incarn. 995, quorum nomina[w] sunt haec: Sobebor, Spitimir[x], Dobrazlav[y], Porey[z], Caslav[*].

30. His ita[a] peractis, dux Bolezlaus inito consilio cum clericis, Maguntinum praesulem[b] his sollicitat verbis: *Aut nostrum pastorem Adalbertum ad nos revoces, quod magis volumus, aut alium nobis in loco sui ordines, quod inviti poscimus*[c]. *Nam*[d] *Christi ovilia adhuc in hac gente fidei novicia, nisi eis assit vigilans pastoris custodia. cruentis*[e] *lupis opima recta*[f] *fiunt*[g] *edulia*[h]. Tunc metropolita Maguntinus sollicitus ne populus nuper[i] Christo adquisitus, relapsus in antiquos pereat sacrilegos ritus, mittens legatos ad apostolicum clamat ut aut viduatae Pragensi ecclesiae maritum remittat[62], aut alium in loco sui ordinari[k] permittat. Et quo- 62
niam servus Dei Adalbertus, iussu apostolici factus liber a custodia gregis dominici, in coenobio sancti Alexii[l] cum senatoribus coeli infra amoenam curiam terreni conversabatur[m] Elisii,

Hunc domnus papa, suus et pius insinul abba[63],
Talibus alloquiis[n] moestum solantur amicis:

O fili dulcissime — *et frater amantissime*[o],
per caritatem Dei te deprecamur[p], *et per amorem proximi obtestamur,*
ut ad tuam parrochiam[q] — *dignanter redeas*
regimenque tuarum ovium — *diligenter recipias.*
Si te audierint, Deo gratias: — *si te non audierint, fugientes te*[r] *fugias,*
ne cum pereuntibus pereas, — *et ad nationes exteras praedicandi licentiam habeas.*
Hac praesul[s] valde — exhylaratus[t] sententia,
quod sibi sit[u] data docendi — exteras gentes licentia,
non sine magna moesticia — fratrum dulcia linquit[v] consortia.

Et cum viro summae discretionis praesule[64], nomine Nothario[w], adiens[x] archiepiscopum Ma- 64
guntinae urbis, in palatio rogat, quo per eius missos scire posset, si se suus grex[y] recipere vellet[z].

a) multum *deest* 2. b) *deest* 3. c) intendam 3. d) *ita* A. 1. 4. e) *deest in omnibus cod., alia manu supersc.* 1. f) possideam 4. g) *A verbis* nores fugio *continuatur chronicon in cod.* 4ª. h) Adalbertus *add.* 4. 4ª. i) Zrahquez *add.* 4. 4ª. k) *deest* A. A*. l) Adelbertus *addit* 4. m) reliquit 2. n) ducum A. ducis A*. o) scelus 4. 4ª. p) die festivo A. A*. festivitate 4. 4ª. q) universis 3. r) Lubic *add.* 4. 4ª. s) *corr. al. manu* 1. t) *ita* A. 1. u) recedunt A. A*. v) praesulis *addunt* 4. 4ª. w) quorum nomina *deest* 2. *Per verba:* Anno dom. incarn. 995. *linea alio atramento ducta est.* x) *olim* Spitimur 2. Spitimir 4. 4ª. y) Bohrezlau 1. 2ᵇ. Bobrezlau *olim in* 2. *mutatum vero alterum* b *in* h, *delethum* re *at suprascriptum* u, *et ita correctum* Bohuslau. Bohrezlau *collator* 2ᵇ. Drobozlau 3. Pobrezlau 4. 4ª. z) Poreii 3. *) Caslav 1. *vel.* Czaslau 2. Chazlaw 5. a) itaque 2ᵇ. b) *deest* A. c) possimus *corr. alia manu* poscimus 1. d) nam — edulia *desunt* 5. e) rapidis vel rabidis cruentis 1. f) recto 2ᵇ. 4. 4ª. g) fient 2ᵇ. 3. 4. 4ª. h) edilia 2. *correctum alia manu* edulia. i) a *addit* 2. k) suo ordinare 4. 4ª. l) confessoris *add.* 4. 4ª. m) conversabantur *corr.* -batur 1. n) eloquiis 1. o) Adalberto *addit* 4ª. p) deprecor 1. q) *littera* o *al. manu supersc.* 1. r) *deest* 4. 4ª. s) Adalbertus *add.* 4. 4ª. t) h *alia man. supersc.* 1. u) est 1. v) liquit 2ᵇ. w) Votharino *corrector* 2ᵇ. Notario 4ª. x) *deest* 4. 4ª. y) *Verba* grex — suus *alia manu in margine* A. *apposita.* z) *corr. al. man.* 1.

61) S. Wenceslai; cfr. Brunonis vita S. Adalberti c. 21; sed hoc post secundum eius iter Romanum factum est anno 996. 62) Vita S. Adalberti c. 18. 63) Leo abbas monasterii S. Alexii. 64) Leodiensi;

995. Quo facto, quid sibi suus grex responderit,
aut quam ob causam eum non receperit,
vel ad quas gentes inde transierit,
quantae etiam frugalitatis omnibus diebus sui episcopii fuerit,
quanta morum honestate enituerit,
scire poterit, qui vitam eius seu[a] passionem legerit.
Nam mihi iam dicta bis[b] dicere non placet ista.

Tunc Ztrahquaz[c] frater ducis, de quo supra meminimus, videns episcopum quasi iure et regulariter[d] a sua plebe repudiatum, tumido fastu exarsit in episcopatum. Et quia facile est volentem cogere, protinus hunc ydiotam et sicophantam populus nequam in episcopalem levat[e] kathedram. Sic enim, sic Deus saepe[f] permittit per sui providentiam pravorum hominum invalescere potentiam, sicut in hac inregulari[g] electione ludicra[h] praevaluere[i] Cereris generi[a. 65]. Nam fuit hic Ztrahquaz veste compositus, mente tumidus, actibus dissipatus, oculis vagus, verbis vanus, moribus ypocrita, et tocius erroris mandrita, atque in omnibus operibus malis iniquorum archigeronta[l].

Plura referre pudet Ztrahquaz de praesule pseudo.

Sufficiunt[m] pro multis pauca. Ventum erat Maguntinae sedis ad[n] archipraesulem[o]: ubi peractis omnibus quae agenda erant per ordinem, sicut fieri solet, post examinationem episcopalem, choro letaniam[p] modulante, dum procumbit super tapecia archipraesul infulatus ante altare, et post eum inter duos suffraganeos

qui ordinandus erat Ztrahquaz dum[q] prosternitur in medio,
heu dira condicio, arripitur atroci daemonio:
et quod servus[r] Dei[s] olim sibi praedixerat clanculo,
palam fit coram clero et omni populo.

Hactenus haec inseruisse sufficiat[t. 66].

996. 31. Anno dom. inc. 996[67]. postquam insignis signifer Christi, praesul Adalbertus, retibus fidei cepit Pannoniam simul et Poloniam, ad ultimum, dum in Pruzia[u] seminat verbum Dei,
Apr. 23. hanc praesentem vitam pro Christo feliciter terminavit martirio 9. Kalendas Maii, feria 6[v].
Apr. 25. Eo anno fuit pascha 7. Kalendas[w] Maii[68].

997. Anno dom. inc. 997. saepe memoratus dux Bolezlaus videns Pragensem ecclesiam suo pastore viduatam, dirigit legatos suos ad imperatorem tercium Ottonem, rogans[x], ut Boemiensi ecclesiae sponsum meritis dignum daret, ne[y] grex Christo noviter mancipatus redeat ad pristinos vanitatis ritus et ad iniquos actus; quippe profitetur non haberi in tota Boemia tunc temporis clericum episcopatu dignum. Mox caesar[z] augustus Otto sicut[a] erat in divinis humanisque rebus prudentissimus, annuens peticioni eorum coepit curiosius cogitare, quem [69] de suis potissimum in hoc tam arduum opus dirigeret clericum. Forte aderat in regali curia[69] capellanus nomine Theadagus[b], actibus probis et moribus decoratus, liberalibus studiis adprime eruditus, genere de Saxonia, lingua perfecte[c] imbutus Sclavonica[d]. Hunc quia sors obtulerat, omnis regiae aulae senatus et ipse caesar valde laetificatus in pontificem Pragensis ecclesiae eligit et collaudat, et mittens ad Maguntinum archipraesulem, quo eum celeriter in episcopum consecret, mandat.

998. Anno dom. inc. 998. Nonis Iulii consecratus est Teadagus, honeste a clero et populo[e]
Iul. 7.

a sive 2. b) bis 1. c) Strahquas 2. *et sic deinceps.* d) regaliter 2[a]. e) locat 3. f) Deus sic saepe 3. saepe *deest* 4. 4[a]. 5. g) *syllaba* in *al. manu supersc.* A. regulari 4. 4[a]. h) ludrica A. ludicitus 3. i) praevalere *corr. alia man.* praevaluere A. praevalere 4. 4[a]. k) genere *corr.* generi A. l) archigeron 4. m) sufficiunt 2[b]. 3. 4. n) *supersc. al. manu* A. o) episcopum 3. p) laetamini *corr.* laetaniam 2[b]. laetaninæ 3. q) *deest* A. r) serus *corr. al. man.* servus 1. s) Adalbertus *addunt* 4. 4[a]. t) sufficiant 3. hactenus — sufficiat *desunt* 5. hactenus — 996. *desunt* 7[a]. u) Brussia 2. 3. v) *Reliqua huius libri pars penitus desideratur in* 7a. *Sequitur fundatio ecclesiae Wissegradensis a.* 1070. w) VI. Cal. 3. x) *deest* 3. y) ut — non redeat 2. z) r *addid. al. man.* A. a) *deest* 2. b) Thegdagus 1. 3. *et deinceps; corr.* Thedgadus 2[b]. c) Slavica 4. 4[a]. d) et populo *omittit* 2[b].

cfr. vita S. Adalberti c. 21; quod factum est in secundo itinere Romano a. 996; auctor duo illa itinera in unum confundit. 65) i. e. diaboli. 66) Meram hoc fabellam esse Pubitschka probare conatus est III, 224. 67) S. Adalbertus obiit anno 997. cfr. Palacky Würdigung p. 28. 68) Vita S. Adalberti c. 30. Pascha anni 996 die 12. mensis Aprilis celebratum est. 69) Non in imperatoris sed in Bolezlavi II. ducis aula versabatur Theadagus, qui monachus Novae Corbeiae arte medica peritus, duci sanitatem restituerat; cfr. Thietmar. VII, 41. qui vero confirmat ab Ottone Theadagum sedem Pragensem regendam accepisse.

Pragensis ecclesiae recipitur, atque cum magno gaudio ad cornu altaris sancti Viti introni- 998
zatur. Dux valde congratulatur, quia pastor bonus suo gregi arridet, et grex laetus pastori novo[a] alludit.

32. Rexit autem iste excellentissimus princeps Bolezlaus post patris obitum 32 annis ducatum, quia quae iusticiae, quae catholicae[b] fidei, quae christianae religionis sunt, erat ardentissimus executor, apud quem[c] nullus ecclesiasticam, nullus mundanam dignitatem obtinuit per pecuniam[d]. Fuit etiam[e], ut res probat, in praeliis victoriosissimus victor, sed victis clementissimus indultor atque praecipuus pacis amator. Cui erant maximae opes, bellica instrumenta et dulcia armorum studia. Nam plus diligebat[f] ferri rigorem, quam auri fulgorem, in cuius oculis nemo utilis displicuit, nunquam inutilis placuit, suis mitis, hostibus terribilis fuit. Habuit autem hic gloriosissimus dux[g] Hemmam sibi in matrimonio iunctam, quae genere fuit caeteris nobilior[70], sed, quod magis laudandum est, nobilitate morum multo[h] praestancior. Ex qua duos[71] filios suscepit elegantissimae indolis, scilicet Wenczlaum et Bolezlaum; sed Wenczlaus ab ineunte aetate hanc[i] fragilem vitam mutavit aeternitate. Bolezlaus autem post discessum patris sedis suscepit gubernacula principalis, ut in sequentibus declarabitur[k]. 10

33. Factum est autem, cum appropinquarent[l] dies supra memorati ducis[m] Bolezlay, quo iam aeternam commutaret morte vitam[n], vocat aequivocum suum et superstitem natum[o], et adstante coniuge Hemma[p][72], et multa procerum turma[q], iam interrumpente[r] singultu 72
verba, prout potuit, his dulcem affatur filium dictis: *Si fas esset matri sui[s] uteri infanti, ut lactis ubera, sic sapientiae dare munera, non natura, sed homo creatus dominaretur in creatura. Attamen nonnulla Deus sua concessit hominibus dona, sicut Noe, Ysaac, Thobiae atque Mathatiae, ita duntaxat, ut quos illi benedixerunt[t], benedixit illis Deus, et quos praeordinaverunt[u] ad bonae conversationis vitam, contulit et illis Deus perseverantiam. Sic et hodie, fili mi, si non assit sancti Spiritus clementia, parum prodest meorum verborum iactancia. Ducem te, inquit Deus, constitui[v]: noli extolli, sed esto quasi unus ex illis[w], id est[x], si te caeteris sublimiorem sencias, mortalem tamen[y] te esse[z] cognoscas, nec[a] dignitatis gloriam, qua in seculo sublimaris, aspicias, sed opus, quod tecum ad inferos deportes, intendas. Haec praecepta Dei in corde tuo scribe, et haec mandata patris tui non omitte. Ecclesiae limina frequenter visita, Deum adora, sacerdotes eius honora, ne sis sapiens apud temetipsum, sed consule plures, si sapiant in id ipsum[b]. Pluribus ut placeas, sed qualibus stude.*

Omnia cum amicis, sed prius de ipsis tracta.

Iuste iudica, sed non sine misericordia. Viduam et advenam ne despice ad tuum[c] stantes ianuam.

Dilige denarium, sed parce dilige formam.

Res enim publica, licet sit[d] nimis adaucta,

per formam[e] nummismatis falsam cito erit ad nihilum redacta. Est aliquid, fili mi, quod Karolus, rex sapientissimus et manu[f] potentissimus, haud[g] aequiperandus[h] nobis hominibus valde humilibus, cum filium suum Pipinum post se in solio sublimandum disponeret, cur terribili eum[i] sacramento constringeret, ne in regno suo subdola[k] et prava taxatio[l] ponderis[l] aut monetae fieret. Certe nulla clades[m], nulla pestilencia[n], nec mortalitas, nec non si[o] hostes totam terram rapinis[p], incendiis devastarent[q], magis populo Dei nocerent, quam frequens mutacio[r] et fraudulenta peioratio nummi. Quae pestis, aut quae infernalis Herinis inclementius spoliat, perdit et attendat christicolas, quam fraus in nummo herilis? Atqui[s] post haec senescente iusticia et

a) suo 2b. b) chatolicę 1. c) christianae *repetit* 1. d) pro pecunia 2b. 3. 4. 4a. e) et 2b. 3. 4. 4a. f) diligebat *corr.* -bat 1. g) Bolezlaus *addunt* 4. 4a. h) *corr. al. man.* 1. i) hanc *deest* 2. 2b. 3. k) declaratur A. l) appropinquaret 3. m) ducis *deest* 2. 2b. 3. n) com. m. v. set. A. o) natu 4. 4a. p) Hemma 2. q) turba 2. r) interrupente A. s) suae utli infantis 1. t) benedixerit 2. *corr.* -erunt 3. u) praeordinaverit 3. v) *alia manus addit* t 2. w) eis 4. 4a. x) .i. A. y) tamen *add. alia man.* A. *deest* 2b. 3. 4. 4a. z) esse *deest* 4a. a) ne 2. 2b. 3. b) sed — ipsum *desunt* A. c) *corr. al. man.* 1. d) *deest* 4. 4a. e) autem *manu superscripsit recentior manus* 1. f) *deest* 4. 4a. g) *corr.* A. *Verbis* haud — humilibus *superscriptae sunt in* 2. *hae glossae Bohemicae* gasto mi nizizi hide nemnozem si geczin wrolonsti. h) *ita corr.* A. equipperandus 1. i) cum terribili eum 2. 2b. eum terribili cum 3. k) *superscripta glossa Bohemica* chytra. l) *glossa Boh.* czena. m) *glossa Boh.* promiena. n) *gl. Boh.* wshy-zabuba. o) *gl. Boh.* mor. p) si 4. 4a. non *a correctore* 2b. *subductum.* q) et *addunt* 2b. 3. *gl. Boh.* lupezem. r) devastantes 3. s) *In* 2. *difficilis lectio, ita ut potius* invitatio *quam* immutatio *legas. In margine vero* mutatio. t) aut qui 4. 4a.

70) Dobner IV, 452. eam filiam Conradi regis Burgundiae fuisse coniicit. 71) quatuor potius; praeter nominatos Iaromirus et Udalricus, quos Bolezlavi III. filios fuisse falso opinatur Cosmas, erant filii Bolezlavi II, teste Thietmaro V, 15. 72) Valde vexavit Emmae huius origo satis obscura rerum Bohemicarum indagatores. Vid. Pubitschka III, 153. Palacky I.

999. *invalescente nequicia surgent non duces, sed fures, non rectores populi Dei, sed nequam exactores, avarissimi sine misericordia homines, Deum omnia cernentem non timentes*[a], *qui ter vel quater in anno monetam mutando*[b] *erunt*[c] *in laqueum*[d] *diaboli*[e] *ad perdicionem populi Dei. Talibus enim nequam artibus et per legum insolentiam coangustabunt huius regni terminos, quos ego dilatavi usque ad montes, qui sunt ultra Krakov*[f] *nomine Triti*[g], *per Dei gratiam*[h] *et populi oppulentiam. Nam*

Divitiae plebis sunt laus et gloria regis,
Nec sibi sed domino gravis est, quae servit[i] *egestas*[73].

Plura locuturus erat: sed extrema hora diriguerunt[k] principis ora, et cicius dicto obdormivit Febr. 7. in Domino, atque magnus super eum factus est planctus; dies autem sui obitus est 7. Idus Februarii anno dom. inc. 999.

34. Eodem anno Gaudentius[l], qui et Radim[m], frater sancti Adalberti, ordinatus est episcopus[n] ad titulum Gnezdensis[o] ecclesiae[74]. Hic gloriosissimus dux secundus Bolezlaus, vere et hodie haud[p] plangendus satis[q], cuius memoria in benedictione est, in quantum ampliando dilataverit[r] ferro sui terminos ducatus, apostolica testatur auctoritas in privilegio eiusdem 76 Pragensis episcopatus[75]. Post cuius obitum filius eius, tercius Bolezlaus[76], ut supra relatum est[s], successit in ducatum; sed non eisdem rerum successibus, nec paternis auspiciis terminos adquisitos obtinuit. Nam dux Poloniensis Mesco[t][77], quo non fuit alter dolosior homo, mox urbem Kracov[78] abstulit dolo, omnibus quos ibi invenit Boemiis[u] extinctis gladio. Fuerunt 79 autem duci[v] Bolozlav[w] ex coniuge nobili duo fratres[x], foecundae[y] matris gloria, nati[79] scilicet Udalricus[z] et Iaromir. Sed Iaromir iuvenis patris est nutritus in aula, Udalricus[a] autem a puericia[a] traditus erat imperatoris Heinrici[b] in curiam, quo addisceret mores[c] et eorum[d] astuciam ac Teutonicam linguam[80]. Post haec transacto non longo tempore[81] supradictus uterque dux Mesco et Bolezlaus in condicto[e] loco conveniunt ad colloquium, et data fide ac iuramento firmata inter se pace, dux Mesco invitat Bolezlaum, quo dignaretur venire ad 82 suum[f] convivium. At ille, sicut erat vir columbinus et sine felle[82], suorum consilio familiarium dixit se omnia facturum velle. Sed quae pestis nocentior quam familiares inimici? Quorum quia non potuit contraire dolosis consiliis, immo iam suis fatis, hah mens praesaga ducis! vocat ad se nobiliores, et quos relicturus erat in regno, qui videbantur sibi fideliores, et his eos affatur dictis: *Si quid forte mihi, quod absit, aliter et praeter fidem atque spem in Polonia evenerit, hunc*[g] *meum natum Iaromir vestrae fidei committo, et mei in loco ducem vobis relinquo.* Sicque dispositis regni negotiis it cariturus lumine, et intrat urbem Kracov sinistro omine[h] perfidi ducis Mesconis ad[i] convivium. Nam mox inter prandendum pax, fides, ius hospitale rumpitur, dux Bolezlaus capitur atque oculis privatur[83], suosque omnes alios trucidant[k], alios obtruncant, alios carceri tradunt. Interea ducis Bolezlai domestici et familiares 84 inimici, gens invisa, generatio mala, Wrisovici[l][84], operabantur[m] abhominabile malum et

a) metuentes 3. b) *deest* 5. c) ruunt 3. eunt 4. 4ª. d) *gl. Boh.* kosidla. e) *gl. Boh.* diablowa. f) Crakov 1. *et sic deinceps.* Krakou 3. g) Trit A. Trytri 1. Tryn 2. Tryti 2ᵇ. *sed corrector* Trnin. Triti 3. Tritri 4. 4ª. h) misericordiam A. i) premit *supersc. recentior manus* 1. quem gravat qui s. 3. 4. k) dirigunerat 3. l) archiepiscopus *addit* 4ª. m) Radun 3. n) episcopus *deest* 4. 4ª. o) Genezdensis 1. p) *corr.* A. q) satis *deest* A. 1. 2. 2ª. 4. 4ª. 5. haud *et* satis *desunt* 2ᵇ. r) dilatando ampliaverit 2ᵇ. s) retulimus 4. 4ª. t) Mesko 1. *et ita porro.* u) *deest* 3. v) *deest* A. w) Bolezlao 1. x) duae, *omisso* fratres 3. y) secundae 2. 4ª. z) Ôodaldricus 1. Udalricus 2ᵇ. Oalricus 3. *et sic deinceps.* Ôdelricus 4. Oudalricus 4ª. Dedalricus 5. a) Ôdaldricus 1. a) a puericia *desunt* A. b) Henrici A. c) *ita corr.* 1. morem A. *rel.* d) *deest* A. e) concilio 1. f) ad s. ven A. g) *erasum* 1. h) homine 1. i) ad *deest* 4. 4ª. k) alios trucidant *desunt* 4. 4ª. l) Wirsouici 1. Wirseuici 2ᵇ. Versovici 3. Wrssovici 4. 4ª. m) operantur 4. 4ª.

73) Lucan. Phars. III, 152. 74) Iam in tabula anni 999 Gaudentii archiepiscopi mentio fit; cfr. Wilmans Otto III. p. 113. 75) Dubito nūm Cosmas ex descriptione dioecesis Pragensis in privilegio pontificis merito coniecerit, Bolezlavum ferro regni fines ampliasse. 76) cognomento Rufus, teste Thietmaro V, 7. 77) immo Bolezlaus cognomine Chrabry, filius Mesconis. 78) Krakau. 79) Hoc falsum esse vide supra. 80) Aufugerant in Germaniam, quia Bolizlavus Iaromirum evirari, Udalricum in balneis suffocari iusserat; cfr. Thietmar. V, 15. Ex ipso rerum ordine patet, Heinricum illo tempore minime imperatorem sed Bavariae ducem fuisse. 81) i. e. anno 1003; fugit Cosmam, Bolezlaum a. 1002. Bohemia expulsum et anno 1003 a Bolezlavo Polono restitutum esse, quum medio tempore Wladiboi Polonus et Iaromir regnum paucos menses obtinuissent. De his omnibus cf. Thietmar. l. l. 82) Thietmaro V, 7. est immensae impietatis auctor; et merito; confer quod idem narrat V, 18. 83) Oblit anno demum 1037, ut testantur annales Pragenses. 84) Est patronymicum, *filii, posteri Wrs;* cfr. Palacky Gesch. Böhmens I, 166. 363.

antea retro seculis inauditum[85]. Quorum primus et quasi caput tocius iniquitatis erat Kochan[a], 85
vir sceleratissimus et omnium malorum hominum pessimus. Hic et sui propinqui, homines
iniqui[b], ducis cum filio Iaromir venientes venationis ad locum, qui dicitur Weliz[c.86], postquam
referente fama perceperunt[d] quae facta sunt de duce in Polonia: *Quis iste est*, inquiunt, *homun-*
cio[e] *alga vilior*[87], *qui super nos debeat*[f] *esse maior et dominus vocari? An non invenitur inter*
nos melior, qui et dignior sit dominari? Ah mala mens, malus animus! Quod ruminant sobrii,
palam faciunt ebrii. Nam iniquitas eorum ut[g] incaluit et assumpsit cornua mero, capiunt
dominum suum et crudeliter ligant, atque nudum et resupinum[h] per brachia et pedes ligneis[h]
clavis affigunt humi, et saltant saltu[i] ludentes militari, saltantes in equis trans corpus sui[k]
heri[l]. Quod videns unus de conservis[m] nomine Dovora[n], velociter currens in Pragam,

Quod factum fuerat ducis[o] nunciavit[p] amicis:

et eadem hora[q] deducit eos ad turpe bravium sine mora. Quos[r] ubi[s] viderunt iniquitatis
operarii armatos super se repente irruere, diffugiunt ut vespertiliones per silvarum latebras[t].
At illi, ut invenerunt[u] ducem male muscis laceratum, seminecem, nam[v] ut examen apum,
sic ascendebat agmen muscarum super corpus nudum, solventes eum et vehiculo ponentes
deferunt Wissegrad[w] in urbem. Servo autem Dovorae, omni laude digno ducis amico, talis
gratia redditur[x] pro merito. Nam voce[y] praeconica[z] indicitur ubique per fora, ut quam ipse
Dovora tam eius proles postera, sit inter nobiles et ingenuos[*] in aeternum et ultra. Insuper
dant ei et dignitatem venatoriam, quae pertinet ad curtem Stebecnam[a.88], quam ex tunc et 88
usque modo per generationes eius possident nepotes.

35. Dum haec geruntur in Boemia, dux Mesco veniens cum valida manu Polonica inva-
sit urbem Pragam, et per duo spacia annorum, scilicet anno dom. inc. 1000, anno dom. inc. 1000.
1001, obtinuit eam[89]. Sed Wissegrad[b] urbs duci suo fidelis[c] mansit imperterrita et inexpu- 1001.
gnabilis. Hisdem[d] vero diebus idem[e] dux Mesco mittit legatos ad imperatorem, dans ei et
promittens[f] infinitam pecuniam, quo filium ducis Bolezlai, nomine Udalricum[g], qui erat eius
in obsequio, catenatum mitteret[h] in custodiam[90]. O invictissima fames auri! ubi est potentis-
simum ius Romani imperii? Ecce possessor auri pressus ponderibus auri ducis obtemperat
iussis, et tortor fit ac carceris mancipator auro corruptus imperator. Nec mirum, si ille pa-
ruit duci[i]: cum nostris temporibus[91] Wacek[i], sub mola rusticana natus, tercium Heinricum[92],
regem potentissimum — o indignum[k] facinus[l]! — catena aurea ut molossum traxit in Boe-
miam; et quod iubet famulorum famulus, paret dominorum dominus, atque Borivoy[m] ducem
iusti tenacem[93], virum veracem, usque ad genua compeditum rex mittit in custodiam, ceu 93
iniquum[n] hominem et mendacem. Sed haec in suo[n] loco plenius exarabuntur stilo.

36. Factum[o] est autem anno dom. inc. 1002.[94] iam Christo Boemos respiciente[p], et 1002.
sancto Wencezlao suis auxiliante, incertum est nobis, utrum clam fuga elapsus an iussu im-
peratoris dimissus, dux Oudalricus[95], rediens in[q] patriam, intrat munitissimum[r] castrum, no-
mine Drevic[s.96], unde militem mittit[t] sibi fidelem, et anmonet, quo intrans urbem Pragam 96
per noctem clangore[u] bucinae perterrefaciat incautum hostem. Mox fidelis cliens iussa facit,

a) o *supersor. al. man.* A. Kohan 1. 2b. 4. 4a. Cohan 3. b) homines iniqui *desunt* A. 1. c) Velix 2. Welix 2b. 3.
d) perceperat 3. e) h *supersor. al. manu* 1. f) debet A. 2. 4. g) *supersor.* A. h) ligneis *deest* 2b. 4. 4a.
i) *deest* 4. 4a. k) *omittunt* 4. 4a. l) eri *corr.* heri *al. man.* 1. m) suis *addit* 3. n) Hovora 2a. *et sic deinceps.*
Dowora 4. o) duci 2. p) nunciat A. 2. 2b. 3. 4. 4a. q) ora *corr.* hora 1. r) Quod 4. s) *deest* 2.
t) tenebras A. u) viderunt 4. 4a. v) *deest* 2. w) Wisegrad 1. Wissograd 2. x) *deest* 2. y) *falso repetit* 1.
pro merito. z) praeconia A. 3. 4. 4a. *) ducis amicos *addit corr.* 2b. a) Steberznam 2. Sibecnam 3.
Sibecnam 4. 4a. b) Wisschrad 4. 4a. c) fideliter 3. d) isdem 1. e) i. *supersor. al. manu* isdem A.
f) et promittens *desunt* A. g) Ôsldricum 1. h) filius ducis Boleslai — catenatus mitteretur 4. 4a. i) ducis sussio-
nibus *corr.* 2b. e *supersor. al. man.* i') Waceo 1. Wack 2. 2a. Wak 2b. Vecek 3. k) ob indignum 2. o dignum 4. 4a.
l) scelus 4. 4a. m) Udalricum *corr.* 2b. *deest* 5. n) inimicum *alia manu supersor.* iniquum A. n') *al. manu*
supersor. A. o) actum 2b. 3. p) s *supersor. al. manu* 1. q) ad A. 2. 2b. 3. r) invictissimum 3. s) Drevis 3.
Drewic 4. 4a. t) mittit mil. A. u) clangorem 2.

85) Quod quo tempore factum sit non satis liquet. Dobner V, 57. ad annum 1012. scelus revocat. 86) Postero tempore hoc loco praepositura exstabat S. Iohanni baptistae dedicata, quae haud procul a Rakonicz sita in bello Hussitico diruta est. Cfr. Pubitschka III, 205. 87) Hor. Serm. II, 2. 8. 88) Zbečna in circulo Sacensi. 89) Annis 1003. et 1004. tenuit Pragam dux Poloniae, vid. Annal. Quedlinburgenses et Thietmar. VI, 9. 90) Aliter rem se habuisse narrat Thietmar. V. 19; non a Polonorum parte stetit Heinricus, sed exsules Bohemorum principes adiuvit. 91) Anno 1110. cfr. infra III, 32. 92) Quintus est Heinricus. 93) Hor. Od. III, 3. 1. 94) Anno 1004. 95) Thietmaro teste V, 9. Iaromirus erat qui Pragam expugnavit. 96) Situm erat inter Roćow et Kornhaus, Palacky I, 259.

1002. et ascendens noctu in media urbe eminenciorem locum, qui dicitur[a] Zizi[b] [97], tuba intonat et [98] clara voce clamans ingeminat[98]: *Fugiunt*[c], *fugiunt Polonii*[d] *confusi turpiter, irruite, irruite armati Boemi acriter.* Ad quam vocem irruit super eos formido et pavor, quod erat mira Dei permissio et sancti Wenceslai intercessio. Diffugiunt omnes, alius oblitus sui et[e] armorum, nudus nudum insilit[f] equum et fugit, alius ut dormivit, etiam[g] sine bracis[h] accelerat fugam. Fugientesque nonnulli praecipitantur de ponte, quia pons erat interruptus ad insidias hostibus: aliis fugientibus per[i] praeruptam viam, quod vulgo dicitur per caudam urbis, in arta posterula prae angustia exitus ibi innumeris oppressis[99], vix ipse dux Mesco cum paucis evasit. Sicque fuit, ut solet fieri, quando homines fugiunt[k] prae timore — etiam ad motum aurae pavent, et ipse pavor timorem sibi auget, — ita, hos[l] nemine persequente[m], videbantur eis saxa et parietes post se clamare et fugientes persequi. Postera luce dux[n] Oudalricus[o] intrat urbem Pragam, et isdem[p] familiaribus inimicis, de quibus supra retulimus, fraudulen-
2 ter suggerentibus[q]; fratrem suum Iaromir tercia die privat lumine[2]. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infecunditatem coniugis; sed ex quadam femina nomine Bozena[q], quae fuit Cresinae[r], filium praestantissimae formae suscepit, quem Bracizlau[s] appellari fecit[3]. Nam quadam die de venatu cum[t] rediret per villam rusticanam, hanc, quam praediximus, feminam ad puteum lavantem pannos vidit, et intuitus eam a vertice usque ad talos, hausit pectore ignes amoris non modicos. Erat enim corporis eius habitudo[u] insignis, nive candidior, mollior cygno, nitidior ebore antiquo, pulchrior saphiro. Hanc continuo mittens dux tulit in sua, nec tamen antiqua solvit conubia, quia tunc temporis, prout cuique placuit, binas vel ternas coniuges[v] habere licuit: nec nefas fuit viro rapere alterius uxorem, et uxori alterius nubere marito. Et quod nunc ascribitur pudori, hoc tunc fuit magno dedecori[w], si vir una coniuge aut coniunx uno viro contenti viverent. Vivebant[x] enim quasi[y] bruta animalia, conubia habentes communia.

37. Eodem anno

Caesar ab hoc mundo migravit tercius Otto.
Vivat ut[z] in coelis, ubi vivit quisque fidelis.

4 Huic successit filius eius[4]. Heinricus imperator, qui inter caetera[a] quae fecit in vita sua pro Christi nomine magnalia, construxit claustrum[b] in quodam monte, non modico sumptu empto a possessore loci, nomine Pabo, unde traxit nomen[c] Bamberk[d], quod est Pabonis

a) qui dicitur *deest* 2. vocitatur. Zicis 4. 4ª. b) Zizi *cum punctis super* z *utrumque* 2. Sizi 2ª. Zizi 2ᵇ. *Corr. in margine addit:* modo Strabow c) fugiunt *semel* 4. 4ª. d) Poloni 2ᵇ. 3. e) et *deest* 4. 4ª. f) in *addit* A. g) et 2ᵇ. 3. h) braccis *corr.* 2ᵇ. 3. i) per *deest* 4ª. k) prae t. f. A. l) ita ut hos, *eraso* ut A. ut hos t. ita homines 2. ita hos *rell.* m) prosequente 2. 2ᵇ. 3. n) dux 1. A. o) Odalbicus 1. p) His 2ᵇ. 3. q) Boziena 2. r) Krezine 1. 2. Krezmae 3. Krizine 4. 4ª. s) Brzicczislaum 2. Bratizlau 2ᵇ. Brecislaum 3. Brazizlau 4ª. Bratislaw 5. t) *deest* 4ª. u) abitudo *corr.* albitudo 1. habitudo *rell.* v) *al. manu in margine* A. *appositum.* w) *ita* 1. 2ᵇ. 3. decorari *corr.* decori A. decori 2. 4. 4ª. *sed in posterioribus de erasum.* x) videbant A. *corr. al. man.* vivebant. y) *in margine* A. *alia manu appositum.* z) *deest* 4. 4ª. *) filius eius *desunt* 2. a) cuncta 2. b) castrum 1. 2. 2ᵇ. 3. 4. 4ª. c) n. tr. A. d) Babenberk 1. Pabenbergk 3. Babenberg 4.

97) *qui nunc Strahovia dicitur.* Pulkawa. 98) In carmine populari *Udalrich und Jarmir* p. 155:

Geht ein Hirt als früh der Morgen dämmert,
Ruft hinauf, dass man das Thor ihm öffne.
Hört des Hirten lauten Ruf die Wache,
Oeffnet ihm das Thor am Moldaustrome.
Auf die Brücke tritt der Hirt, laut bläst er; —

Testis Thietmaro campanis Wissegradensibus seditionis signum datum est. 99) In carmine populari l. l.

Schreck ergreift die Polenkrieger alle:
Ha, die Polen greifen nach den Waffen,
Ha, die Grafen führen mächt'ge Streiche!
Und die Polen sprengen hierhin dorthin,
Rennen im Gedräng' zum Thor durch Gräben,
Rennen, rennen vor den tapfern Streichen.

1) gente Wrissovici, cfr. I, 34. 2) Octo annos Iaromirus Bohemiae regnum tenuit, anno demum 1012. a fratre expulsus, lumine a. 1034. privatus est. Thietmar. VI, 45. et Ann. Hildesheim. 3) Quum Cosmae hoc post ducatum adeptum factum esse videretur, Udalrici nuptiae cum Bozena sine dubio cum Dobnero post annum 1012. reiiciendae sunt. 4) Quam longe Cosmas hic a veritate aberraverit, neminem latet. Unde sequentem fabellam hauserit nescio. Eandem paulo ante Cosmam Leo Ostiensis II, 47. non de S. Georgio sed de S. Laurentio narravit, et post eum Adalbertus in vita S. Heinrici c. 33. Ambo eandem fere rem longe aliis expresserunt verbis, ita ut nullum societatis vinculum inter tres hos auctores intercedere possit. At eandem narratiunculam iisdem ut apud Cosmam verbis legimus apud Crusium in annalibus Suevicis II, 186. qui haec testatur: *Haec in illo magno volumine, quibus ecclesiastica et monastica gens non tantum pro summa liberalitate grata esse erga benefactorem* [illegible] *cohuit, sed etiam alios proceres et divites ad similem et parem beneficentiam invitare.* Sed monasterium ubi hic libellus scriptus sit tacet. At quum Cosmae sermo rythmicus in eodem fragmento legatur, sine dubio non genuinum sed ex ipsius chronico est desumtum.

mons. Ibi etiam constituit[a] episcopatum, quem in tantum ampliavit facultatibus et dignitatibus pontificalibus, ut in tota orientali Francia non ultimum sed secundum post primum habeatur episcopium[b]. Aedificavit etiam[c] ibi et templum mirae magnitudinis in honore[d] sanctae Mariae virginis et sancti Georgii Christi martiris, quod similiter in tantum adauxit dotalibus ecclesiae et ornatibus auri et argenti et caeteris regalibus[e] aparatibus, ut mihi videatur de his tacere melius, quam dicere minus et quam habeatur in re. 1002.

Utile de multis factum referam tamen[f] unum.

Haud[g] longe ab urbe praedicta quidam erat anachoreta[h], sanctarum virtutum archimandrita, ad[i] quem imperator, saepe fingens quasi venatum ire vellet, saepe[k] faciens aliquam occasionem, clam cum solo cliente veniebat et se eius orationibus commendabat. Hunc cum intellexisset caesar[l] quia[m] causa orationis Hierosolymam[n] ire vellet, committit ei dominici corporis et sanguinis calicem aureum, qui pro sui magnitudine, ut facile possit a quoquam levari, duas ex utroque latere habuit ansas, quod nos vulgo dicimus aures, quem ut intinguat[o] sub trina[p] mersione in Iordane, ubi[q] Christus baptizatus est a Iohanne, praecipit imperator et rogat, dans ei pecuniam quantum sufficeret ad viam. Quid multa? Homo Dei vadit Ierosolimam, iussa facit ter mergens calicem Iordanis in unda[r].

Post rediens per Constantinopolim, transibat[s] per Bulgariam.
Ibi quidam erat[t] heremita, sancta degens vita[u].
ad quem ille veniens Hierosolimita,
post multa et dulcia atque sancta colloquia,
suppliciter rogabat eum, ut pro incolomitate imperatoris Heinrici oraret Deum[v].

Ad quem ille: *Non est*, inquit, *pro incolomitate eius orandum, quia ex hac convalle lacrimarum translatus est iam in requiem beatorum.* At ille instat et rogat, ut sibi dicat, unde hoc sciat. Et ille: *Hac*, inquit, *proxima nocte, dum nec adeo vigilarem nec omnino dormirem, sustulit me alta visio ad magnum campum valde planum et nimis latum atque iocundum; et vidi ibi malignos spiritus teterrimos, quorum ex ore et naribus exibat sulfurea[w] flamma, qui imperatorem Heinrichum per[x] barbam invitum et quasi ad iudicium[y] trahebant[z]: alii collum eius furcis ferreis inpingentes[a] laeti clamabant[b]: „Noster est, noster est.“ Quos a longe sequebatur sancta Maria et[b] sanctus Georgius, quasi tristes et quasi eripere eum volentes et cum eis litigantes, donec suspensa est in medio campo trutina, cuius capacitas lacior fuit quam duo milliaria[c]. Ad sinistram maligna pars magna et immensa pondera et innumerabilia, quae sunt[d] mala opera, inponebant. At contra sanctum Georgium vidi monasterium magnum cum toto claustro inponere, vidi aureas cruces preciosis lapidibus graves, vidi tot plenaria gemmis et auro grandia, vidi candelabra[e] aurea et turibula atque pallia innumera[f], et quicquid boni rex in vita fecerat. Sed adhuc maligna pars praeponderabat et clamabat: „Noster est, noster est[g].“ Tunc sancta Maria accepit aureum calicem magnum de manu sancti Georgii, et concutiens ter caput inquit: „Certe[h] non vester, sed noster est[i]“; et cum magna indignatione proiecit calicem ad parietem ecclesiae, et[k] fracta est una[l] ansa calicis. Ad cuius tinnitum[m] mox evanuit agmen ignitum[n], et accepit sancta Maria per manum dexteram et sanctus Georgius per sinistram imperatorem[o], et eduxerunt[p] secum, ut credo, in coelestem[q] habitationem.* At ille Hierosolimita corde revolvens ea quae dicta sunt, descendit ad sarcinas et invenit fractam calicis ansam, sicut praedixerat heremita. Qui usque hodie magni miraculi pro testimonio habetur Bamberk sancti Georgii[r] in monasterio[s].

Anno dominicae incarnationis 1003. Hic interfecti sunt Wrissovici[t 5]. 1003.

a) construxit 1. b) episcopatum 2. c) Aedificavit etiam — monasterio *desunt* 5. d) honorem 2b. 3. e) *ita* 1. regaliter *rell.* f) *deest* A. g) *corr.* A. h) anachorita 1. i) at A. k) *ita additis verbis* ad venacionem 1. saepe ad venationem faciens A. 2. 2b. *erronee* adventationem 2. ad venationem iter 3. ad venatum ire vellet 4. 4a. l) Heinricus *addit* 4. m) quod 2b. n) Iherosolimam 1. 4a. Ierozolymam 2. 4. o) intingat 2b. 3. p) terna 2b. 3. 4. 4a. q) Iesus *addit* 4. r) undam 4. 4a. s) transiebat A. 4. t) er. quidam A. u) sanctam gerens vitam A. sanctam degens vitam 3. v) dominum A. w) fulgurea 1. x) et 1. y) et — iudicium *desunt* A. z) habebant 3. a) urgentes A. 4. 4a. inpingentes urgentes 1. b) dicentes *addunt corrector* 2b. 4. 4a. c) omissum 2. c) milia 1. d) quae sunt *desunt* 4. 4a. e) *ita* 1. cand. argentea A. 2. 2b. 3. 4. 4a. f) *corr.* 1. g) noster est *desunt* 1. h) *superscr.* 1. i) *omissum* 4. 4a. k) ubi 3. l) pars *add.* 2. m) tremitum 3. n) *superscr.* 1. *alia manu.* o) Henricum *add.* 4. 4a. p) duxerunt A. 2. 2b. 3. 4. 4a. q) patriam vel hab. A. r) martiris 4. s) in ecclesia S. Georgii A. t) Wrisovici 1. *rell. ut supra.*

5) Sine dubio crudelissima est illa clades Boleslavi III. iussu perpetrata, quam retulit Thietmarus V, 18.

1004. 38. Anno dominicae incarnationis 1004.[a] Benedictus cum sociis suis martirizatus est[b]. Temporibus[c] Heinrici[d] imperatoris, qui post Ottonem tercium rexit Romanum imperium, in partibus Poloniae quinque fuere monachi et heremitae, veri[e] Israelitae, Benedictus, Matheus, Iohannes, Ysaac, Cristinus[f], et sextus Barnabas: quorum non est inventus in ore dolus nec in manibus pravum opus. Horum de vita patrum scripturus multa, malui pauca, quia semper dulcius sumitur quae parcius apponitur esca. Erat enim eorum[g] conversatio laudabilis, Deo acceptabilis, hominibus admirabilis et eam sectari volentibus imitabilis[h]. Nam ad[i] hoc merita sanctorum[k] ammiramur[l], ut eos imitando ipsi ammirabiles reddamur. Hos quippe viros quinque non[m] incongrue aequipparare possumus sive quinque porticibus probaticae piscinae, sive quinque prudentibus virginibus oleo habundantibus misericordiae[m], quia pauperes ipsi pauperibus Christi, quos in suis confovebant mansionibus[n], prout poterant, subministrabant misericordiae sumptibus. Ipsis autem virtus talis erat abstinentiae, ut alius bis, alius semel in sabbato, nullus tamen dietim[o] sumeret cibum. Cibus autem eis[p] holus propriis elaboratum manibus; panem raro habuere, sed piscem[q] nunquam, legumina aut[r] milium non[s] nisi in[t] pascha[u] sumere licuit, lympham incorruptam, et hanc libant ad mensuram, carnis esca eis abhominabilis[v] et feminae visus execrabilis. Vestis hyrta et aspera[w], contexta de cauda et equinis[x] iubis. In lectulo lapis pro sustentaculo capitis, et matta pro lectisternio, et haec vetus nimis et singularis.

Nec fuit ulla quies, stant tota nocte lugentes
Tam proprium quam plebiculae scelus atque reatum.
Nunc sonant pectora crebris tunsionibus livida,
nunc[y] sudant[z] corpora[*] innumeris genuflexionibus[a] fessa,
nunc manibus expansis et oculis erectis,
vivat ut in coelis precibus unusquisque instat anhelis.
Nunquam locuti sunt ad invicem, nisi venientem ad hospitem,

et ad hunc paucis. Vere legis factores, non auditores erant, vere semetipsos cum viciis et concupiscentiis mundi crucifigentes, et crucem Christi mente et corpore baiulantes, gratum Deo sacrificium non ex[b] pecore alieno, sed ex corpore proprio offerebant[c], quia cottidie vicissim vapulabant. Talis enim

Mos erat illorum simul unaquaque[d] dierum[e],
Post primam dorsum mollirier[f] usque deorsum.
In faciemque cadens ad fratrem frater[g] aiebat:
Si parcis peccas, cum tangis, ne michi parcas,

et stans cum flagello respondit: *Sicut*

Vis, fiat, Christumque rogat, fratremque flagellat,

dicens:

Haec per facta[h] *pius solvat tua crimina*[i] *Christus,*
Atque cadens iterum praebet sua terga vicissim.
Nec *Doluit, frater*, dum[k] frairem verberat alter,
Sed *Miserere mei Deus* aut *Benedicite* cantat.
Nam suffert leviter patitur quod quisque libenter.
Horum Deus ex alto prospectans pacientiam
et vitae innocentiam, atque fidei et operis perseverantiam,
cum iam laborum sanctorum suorum[l]
mercedem reddere vellet et ut per viam mirabilem

a) sanctus *add.* 4. 4ª. b) quinque fratres martyrizati sunt 3. c) *sequentia omnia usque* atque Iohannes *desunt* 5. d) Heinridi 1. e) viri A. 2. 2ᵇ. 3. f) Crispinus 3. g) *in margine* A. *appositum.* h) *quae sequuntur, usque ad verba:* Passi sunt autem *desunt* 3. *Post verba tamen* sectari volentibus imitabilis *addit:* Hactenus haec. i) ob A. k) eorum A. l) amiramur 4ª. m) *Hunc locum ita dedit cod.* A. Hos quippe viros V prudentibus virginibus oleo habundantibus misericordiae et eos *(expunctum)* non *(alia manu superscriptum)* incongrue equipparare possumus sive V portionibus (onibus *expunct. superscr.* tibus) probaticae piscine quia *etc.* n) eis *add.* 4. 4ª. o) dictim 1. p) erat *addunt* 4. 4ª. q) pisces 4. 4ª. r) autem 1. s) *deest* 2. t) *deest* A. u) aut pentecosten *addunt* 4. 4ª. v) habom. 1. w) et *addit* A. x) dequinis 1. y) tunc *corr.* nunc 1. z) fundant 1. *) pectora A. a) *corr. alia manu* A. b) *superscr. al. manu* A. c) offerrebant A. d) unaquaeque 1. 2. 2ᵇ. 3. 4. e) die A. f) mollirier 2. *in textu. Alia manus, ducta per vocem hanc linea, in margine adscripsit* detegunt. Mollire 4. 4ª. g) frater fratri *omisso* ad 2. h) perfecta 2ᵇ. praefata 4. 4ª. i) tormina 2ᵇ. k) cum A. l) ipsorum *pro* sanctorum suorum 4. 4ª.

6) De iisdem viris sanctis egit Petrus Damiani in vita S. Romualdi supra SS. T. IV. pag. 852.

eos ad patriam reduceret[a] exultabilem. 1004.
Dux Mesco audiens bonam famam eorum et conversationem sanctam,
venit cum paucis, ut se commendaret hominibus sanctis.
Et ut[b] eorum cognovit inopiam, dat eis magnam census copiam[7], 7
scilicet marsupium centum marcis plenum.
Et accipiens ab eis fraternitatem, et orationum communitatem,
laetus abiit ad suam aulam[c] multum[d] rogans et commendans se, ut sui habeant memoriam.
At illi nesciunt[e], quid faciant[f] de pecunia, quia tale quid nunquam habuerant. Stant stupefacti, et quia iam per dimidium annum nihil fuerant ad invicem locuti, unus ex illis aperuit os, et ait:

Est laqueus[g] mortis argenti pondus et auri,
et quibus super[h] habundat mordax crumena,
his non facile patebunt loca elysey amoena,
sed horrore[i] plena infernalis poena
illos cruciabit[k] in Ethna[l].
Nimirum haec est temptatio humani generis inimici,
ut nos faciat inimicos Christi.
Nam qui amicus est mundi, inimicus constituetur[m] Dei[n]. Matth. 6, 24. 25
Deo namque[o] contradicunt, qui eius mandata non custodiunt.
Nam Deus dixit: „Nemo potest[q] duobus dominis servire,“
et quasi exponens adiunxit: „Non potestis Deo servire et mammonae.“
Iam mammonae erimus servi, qui hactenus fuimus parsymoniae liberi.
An non ad motum aurae portans aurum pavebit?
An non cantabit vacuus coram latrone viator[r.8]? 8
Nonne multociens ad nos latrones venerunt[s],
et[t] ob quam rem nos interficerent non invenientes? aliquando plagis nobis impositis, aliquando benedictionibus acceptis abierunt? Certe iam volat fama per mundum, nos diligere mundum, et ea quae sunt mundi. Clamat contra nos et haec ipsa, quae nunquam scit tacere pecunia, et iam iamque aderit inproba manus latronum in ianua, quia quod faciunt domini sciunt plurimi, quin[u] potius eiciatur cicius mortis[v] fomentum, mali nutrimentum, animae detrimentum, et referatur ad eum, cuius est hoc argentum. Et mittunt unum de fratribus, cui nomen Barnabas, qui semper exteriores tractabat causas, ut haec[w] ex parte fratrum referat duci: *Licet nos peccatores et indigni sumus[x], tamen vestri memoriam in nostris orationibus habemus continuam. Argentum nunquam habuimus, nec habere volumus. Dominus enim noster Iesus Christus a nobis non argentum, sed bonae operationis duplex exigit talentum. Monachus si habet obulum, non valet obulum. Ecce quod tuum est accipe argentum, nobis illicita possidere non est licitum[y].* Illo abeunte ducis ad curiam, mox in prima noctis vigilia affuit manus inimica, et irrumpentes valvas[z] domus subito, inveniunt eos cantantes et psallentes Domino. Quorum adactis iugulo gladiis inquiunt:

Vivere si vultis cum pace bona, quod habetis
Argentum nobis date nunc et parcite vobis.
Scimus enim vere vos censum regis habere.

At illi teste Deo iurant, censumque negant constanter et aiunt: *Pecunia, quam quaeritis, iam est in camera ducis, quia non fuit necessaria nobis. Quod si non creditis, ecce domus nostra, quaerite quantum placet vobis, tantummodo[a] nolite male facere nobis[b].* At illi rigidiores saxis: *Non est opus,* inquiunt, *verbis, aut nobis reddite ducis pecuniam, aut[c] diram mortis subibitis sententiam,* et statim crudeliter eos ligaverunt et per totam noctem diversis poenis affecerunt, ad ultimum in ore gladii simul omnes interfecerunt. Sicque furor impiorum transvexit eos ad regna polorum. Passi sunt autem hi fratres quinque, Benedictus, Matheus, Ysaac, Cristinus atque Iohannes[d] anno dominicae incarnationis 1004. 3.[e] Idus Novembris.

a) perduceret 2b. b) cum A. c) aulam curiam 1. *sed expuncta vox* curiam. d) multis 2b. e) nescientes A. f) facerent A. g) laqueus est A. 2. h) semper 4. 4a. i) horroris 4. 4a. k) cruciabat 2. l) Hetas 1. m) est A. constituitur 4. 4a. n) *loco erasi verbi* 1. o) *loco erasi verbi* 1. p) autem *corr.* namque A. q) Non potestis A. r) cor. latr. vac. viator A. s) veniunt 4. 4a. t) *deest* 2b. u) etiam *addit* 2. v) mortes A. w) *deest* 4. 4a. x) indigni sumus A. simus 4. y) licet A. z) valvas 1. *) quicquam *addit* A. a) *superscr. al. manu* 1. b) *quae haec nomina propria desunt* 3. c) II. 2. 2b. Id. Nov. A.

7) Secundum Romualdum aurum eis datum erat, ut Romam profecti coronam regiam sibi a summo pontifice impetrarent. 8) Iuvenal. Sat. X, 22.

39. Anno dominicae incarnationis 1005.

1006. Anno dominicae incarnationis 1006.[a] princeps Hemma, feminei sexus gemma, febre correpta[b], a vinculis carnis est[c] erepta. Cuius epitaphium his versiculis aut vidi, aut vidisse me[d] memini editum[e]:

Quae fuit ut[f] gemma, vilis iacet en cinis Hemma.
Dic, precor: *Huic animae da veniam, Domine.*

Anno dominicae incarnationis 1007.
Anno dominicae incarnationis 1008.*
Anno dominicae incarnationis 1009.
Anno dominicae incarnationis 1010.
Anno dominicae incarnationis 1011.**
Anno dominicae incarnationis 1012.
Anno dominicae incarnationis 1013.
Anno dominicae incarnationis 1014.***
Anno dominicae incarnationis 1015.†
Anno dominicae incarnationis 1016.

1017. Iun. 10. Anno dominicae incarnationis 1017. 4. Idus Iunii[g.9] obiit Teadagus, quartus episcopus[h] Pragensis ecclesiae. Fuit autem hic[i] Teadagus sancti praesulis Adalberti successor[k] idoneus, corpore virgineus, moribus aureus, actibus purpureus, sui antecessoris sequens vestigia, commissae plebis persequens flagicia, et si non corpore, mente tamen tulit martirium: nec obiit more[l] hominum, sed secutus Dominum in pace in id ipsum dormit[m] et requiescit, cui[n] 1018. anno dom. inc. 1018.[o] successit Heccardus[p] praesul[10].

Anno dominicae incarnationis 1019.[q]
Anno dominicae incarnationis 1020.

40. Interea natus ducis Bracizlaus, de puericia transcendens in iuventutem, ibat de virtute in virtutem; cui prae caeteris prosperitas operis[r], proceritas corporis et formae pulchritudo, ac virium[s] sapientiaeque magnitudo, in adversis fortitudo, in prosperis temperata inerat mansuetudo. Hisdem temporibus Teuthonicis in partibus fuit quidam comes valde potens, cognomine albus[t] Otto, sanguine de regio prodiens stemmate patrio. Unica huic [11] erat gnata[u], nomine Iudita[11], pulchritudine

Sub Phebo cunctis quae sunt praelata puellis:

quam bonus pater et eius optima mater, quo addisceret psalterium, tradiderant in coenobium quod dicitur Zuinprod[v.12], loci situ et moenibus munitissimum. Sed quae[w] turres, quamvis altissimae, aut quae moenia firmissima[x] amori resistere et amantem possunt excludere[y]?

[13] Omnia vincit amor[13]: rex et dux cedit amori.

1021. Igitur[z] Bracizlaus, iuvenum pulcherrimus, heros acerrimus, multis referentibus audiens de nimia pulchritudine et morum probitate ac generositate parentelae supra dictae puellae, ultra non habebat spiritum et intra semetipsum coepit cogitare, utrum eam vi rapere[*] temptet, an dotalibus conubia paret. Sed maluit viriliter agere quam supplicando colla submittere. Perpendit enim innatam Teutonicis superbiam, et quod semper tumido fastu habeant despectui Sclavos et eorum linguam. Sed quanto fit semper difficilis aditus ad amorem, tanto amanti filius Veneris ignem[a] incutit validiorem. Fluctuat[b] mens iuvenis igne succensa Vene-

*) Stephanus rex Ungarorum claruit. 2. 2ª.
**) Dedicatio Babinbergensis ecclesiae. 2. 2ª.
***) Rex Henricus imperator consecratur. 2. 2ª.
†) Imperator Henricus Bolesiaum Poloniae ducem subegit. 2. 2ª. 2ᵇ.

a) *quae sequuntur, priori anno in* 4. 4ª. *annexa sunt.* b) correcta 1 c) *deest* 4ª. d) me *supersor. al. manu* 1, *omissum* 2. e) *omissum* 3. f) in 1. g) *ita* 1. 2. IIII. Id. Iunii *desunt* 4. 4ª. h) sanctae *add.* 4. 4ª. i) *deest* 4. k) *in margine* 1. *al. man.* l) morte 1. m) dormivit 4. 4ª. n) amen *pro* cui 2ᵇ. eodem anno 4. 4ª. o) mill. XVIIII. 1. p) Eccardus 1. 4ª. *a recentiori manu correctum* Erhardus. Ekkardus 2. Eckardus 4. q) *desideratur haec lin.* 1. r) opis 3. s) virtutum 1. t) Albertus 3. u) nata A. 2. 4. 4ª. v) Zuinprid 1. Zumbrod 3. Zuinbrod 4ª. w) *deest* 3. x) fortissima 4. y) extrudere 2. 2ᵇ. z) interea 4. 4ª. *) capere A. a) *verba ignem — iuvenis desiderantur* 2; *manu recenti in margine apposita sunt.* b) fluctuatque 2ᵇ. 3.

9) Consentit Thietmarus VII, 41. et Necrologium Bohemicum. 10) antea abbas Nienburgensis. Consecratus est die 6. Oct. Thietmar. VII, 48. 11) Erat filia Heinrici et soror Ottonis marchionis de Suinford. Vide stemma genealogicum quod dedit Schwarz in annotatione 108. ad Cosmam. Vide etiam Pubitschka III, 265. 12) i. e. Suinford, ubi sanctimonialium monasterium ab Eila, Iudithae avia, conditum fuisse probat Ann. Saxo ad a. 1015. 13) Virg. Eclog. X, 69.

ris[a], velut ignibus aestuat Ethna. Et hanc[b] apostropham[c] eufonizat secum: *Aut ego coniugio* 1021.
fungar egregio, aut ego[d] *ludibrio mergar perpetuo, fieri non poterit*[e], *ut mea non fuerit Iuditha, nobilibus edita natalibus, virgo spectabilis, multum amabilis, solis luce*[f] *clarior, vita mihi carior; vivat ut superstes laus Deo sit perpes.* Et statim quos inter[g] suos novit manu promptiores et sibi fideliores, iubet probatos et laboris patientiores aptari equos, et fingit se ad imperatorem cito iturum et cicius rediturum. Iussa viri faciunt, sed quid dominus suus moliatur nesciunt. Mirantur inter se quod tam celeriter vadunt, et quasi septem dierum iter agentes, vice hospitum[h] intrant praedicti coenobii atrium. Interdixerat enim suis omnibus ducis natus, ne alicui eum, quis vel[i] unde esset, innotescerent, sed quasi unum ex ipsis se ipsum haberent. Cedat Ithacus callido ingenio investigasse natum Thethidis[k] [14], nec se iactet[l] Iliacus pastor Tyndaridem[m] rapuisse Amiclis, quia hic iuvenis Bracizlaus ambos it prae[n] et animositate et audacis facti immanitate. Nam postquam data est eis ibi pernoctandi licentia, sicut lupus, quando obambulat ovilia, quaerens qua parte irrumpat ut nitidam rapiat agnam; sic et[o] heros Bracizlaus visu[p] sagaci et animo illustri lustrans claustrum, vult vi irrumpere sed non audet, quia secum tantam copiam militum[q] non habet. Forte fortuna affuit dies festa, et ecce mille votis optata cum suis coaevulis de claustro exit[r] virgo Iuditha, sicut puellae solebant[s] tenellae ad vesperas pulsare campanas in medio ecclesiae. Quam ut vidit audacissimus raptor, sui prae gaudio factus[t] immemor, ceu lupus qui ex occulto irruit et rapit agnam, et conscius facti fugit submittens caudam[u], petens ulteriorem latebram, sic et ille rapta virgine fugit: et ut venit ad portam, invenit eam catena[v] molendinari fune grossiori[w] praestrictam et viam exeundi praeclusam. Mox exempto gladio ut festucam praecidit acuto, quae usque hodie cernitur sectio fortissimi ictus pro testimonio. Caeteris autem sociis id minime scientibus et adhuc in papilionibus manentibus, ab irruentibus inimicis comprehensis, aliorum crutis oculis et naribus abscisis, aliorum manibus et pedibus truncatis, dux cum paucis et virgine rapta per noctis vix evasit opaca. Rapta est autem virgo Iudita anno dominicae incarnationis 1021.[15] Et ne daretur[x] Teuthonicis iusta occasio calumpniandi Boemos, quasi pro illata iniuria, ilico heros[y] Bracizlaus cum nova[z] nupta, patre salutato duce Oudalrico[*], recta via proficiscitur in Moraviam[16]. Nam antea[a] pater sibi totam illam terram tradiderat in potestatem, fugatis cunctis de civitatibus[b] Poloniis[c] [17], ex quibus multos comprehensos, centenos et centenos ordinatim catenatos vendi iusserat in Ungariam et ultra; quia revera post obitum secundi Bolezlai sicut urbem Pragam, ita totam Moraviam vi obtinuerant Polonii.

Anno dominicae incarnationis 1022. in Polonia facta est persecutio christianorum[d] [18] 1022.

Anno dominicae incarnationis 1023. 6. Idus Augusti Occardus[e] quartus episcopus[f] Pra- 1023. Aug. 3.
gensis ecclesiae transivit[g] ab hac luce victurus perpete vita[h]. Fuit autem hic[i] praesul[k] contra potentes erectus, erga humiles et mansuetos[l] pius[m] et modestus, facundissimus praedicator, largus elemosinarum dator, dominicae familiae in mensura tritici fidelis dispensator.

a) cupidinis A. *in* 1. *verbis* igne a. Ven. *manu coaeva superscriptum est* telo lesa cupidinis. *Eodem modo in* 2. 5. telo igne 4. telo igne, *subducta tamen voce* telo, *legit* 4ª. b) ahnc 1. c) apostrapham 3. 4ª. d) *deest* 1. e) potuit 3. f) vice 3. g) *deest* 1. h) hospitii 3. i) et A. 2. k) Tethidis 2ᵇ. Cheridis 3. Thechidis 4. Tchechidis 4ª. l) iacet *corr. recentiori manu* iactet 1. m) i. Helenam *superscr.* A. *al. manu.* n) praeit 3. 4 4ª. o) sicut 2. sic *omisso* et 2ᵇ. 4. p) nisu 4. 4ª. q) *deest* 2. r) exiit 4. 4ª. s) *corr.* 1. t) *omissum* 4. 4ª. u) causam 2. *sed* s *erasum.* v) *deest* 3. w) *deest* 3. x) Et ne iusta A. y) *deest* 4. z) *deest* 4. 4ª. *) Ôdaldrico 1. *et sic deinceps.* a) ante 2ᵇ. b) de civitatibus *desunt* 4. 4ª. c) Polonis 1. 3. d) chr. pers. A. *nihil ad hunc annum* 4. 4ª. e) Oggardus 2. Okkardus 2ᵇ. Ekardus 3. Eccardus 4. Heccardus 4ª. f) sanctae *addunt* 4. 4ª. g) transiit 4. 4ª. h) perpetua v. A. perpetem vitam 3. i) *deest* 4. k) Hoccardus *add.* 4. 4ª. l) mansuetus *omisso* et 4. 4ª. m) et *deest* 2. 2ᵇ. 3.

14) Cfr. Statii Achill. II, 44. 15) Hunc annum a Cosma falso prolatum esse sequentibus ipse probavit, quibus apparet Iuditham post Moraviam a Bohemis expugnatam raptam esse. Moravia vero sine dubio eodem anno 1029. recepta est, quo Conradus II. imperator arma contra Polonos movebat, quod probavit Dobner V. 156. et post eum Roepell I, 166. De filio Braciziai et Iuditha anno 1031. nato cfr. infra. 16) Donatio quaedam apud Boczek cod. dipl. Moraviae I, 111. sine notis chronologicis scripta est *tempore quo dominus noster B. dux venit Olomucie cum formosa sua conlectali coram choro terrae suae nobilium numeroso.* 17) Non de Polonis solum sed de Ungaris, qui illis Moraviam eripuerant, Bracizlaum victoriam reportasse, ipse testatur princeps ille in tabula quadam, qua se ducem Moraviensem appellat apud Boczek cod. dipl. Moraviae I, 112; sed desunt notae chronologicae; actum est Olomuci. Quo loco Bracizlaum a. 1031. cum coniuge sua et filiolo Spitigneo habitasse probat alia tabula a. 1031. Boczek I, 114. 18) Confirmat Necrologium Bohemicum. 19) Hoc factum est anno 1034. post mortem Miseconis II; cfr. Annales Hildesheim.

1023. Hic constituit ut pro decimatione unusquisque, sive[a] potens sive dives sive pauper, tantum qui de suo pheodo[b] vel allodio[c] araturam haberet, duos modios quinque palmarum et duorum digitorum, unum tritici et alterum avenae episcopo solveret. Nam antea, sicut primo episcopo Dethmaro[d] constitutum erat, pro decimatione duos messis acervos dabant; dicimus enim[e] acervum quinquaginta[f] manipulos habentem. Huius post obitum Izo[g] obtinuit
Dec. 29. episcopium[h], qui ordinatus est eodem anno 4. Kal. Ianuarii ab archiepiscopo Maguntino[h. 20].

1024. 41. Anno dominicae incarnationis 1024. 4. Idus Iulii obiit Heinrichus rex[i].

Iul. 12. 1025. Anno dominicae incarnationis 1025. 15. Kal. Iulii obiit Boleslaus rex[m. 21].

Iun. 17. Anno dominicae incarnationis 1026. *

Anno dominicae incarnationis 1027.

Anno dominicae incarnationis 1028.

Anno dominicae incarnationis 1029.

1030. Anno dominicae incarnationis 1030. Hoc anno dux Bracizlaus[n] magna caede prostravit
Ian. 30. Ungaros et terram eorum usque ad urbem Strigoniam[22] devastavit. Eodem anno 3. Kal.[o] Februarii Izo[23], quintus episcopus Pragensis ecclesiae,

Transit[p] ab hoc mundo bravio fruiturque[q] iocundo.

Hic fuit nobilis genere, sed nobilior opere, qui prior fecit quae facienda praecepit. Nam nulli magis est nota propria sedes, quam sibi carcer et infirmorum erant aedes. Nec eum[r] latuit quot hominum capita vitae sint reddita,

Vel quot mors animas ad furvas[s] mitteret umbras.

Praeterea solitus erat cottidie quater denos pauperes pascere, quibus habunde procurans cibum et potum ipse benedixit et ipse hilariter[t] distribuit. Erat enim et corporis eius pulchritudo insignis, caput capillo albius cigno, unde cognomen obtinuit, ut diceretur albus atque blandus episcopus Izo. Post hunc

Severus praesul successit in ordine sextus,

qui tempore iuventutis mirae enituit decore agilitatis: quia quotquot erant in curia ducis, omnes suis praecellens obsequiis, sedulum suo domino et magis gratum, quia[u] fidele, exhibebat servicium. Primus enim fuit officiis[v] clericorum, nec minus deditus studiis laicorum; semper aderat comes individuus[w] duci in venationibus, primus enim affuit in occisione silvatici apri, et abscidens eius[x] caudam, purgat et parat, ut ducem velle norat, paratamque venienti domino ad vescendum donat, unde dux Oudalricus saepe sibi fertur dixisse: *O Severe, dico tibi vere, pro hoc tam dulci edulio dignus es episcopio.* His atque huiusmodi studiis habuit gratiam ducis et placuit universis.

1031. Iun. 29. Anno dominicae incarnationis 1031.[y] sanctorum apostolorum Petri et Pauli in natalicio ordinatus est Severus episcopus a Maguntino archiepiscopo. Eodem anno natus est Spitigneus[z] filius Braciztai ducis.

Anno dominicae incarnationis 1032. **

Anno dominicae incarnationis 1033.

Anno dominicae incarnationis 1034.

Anno dominicae incarnationis 1035.

Anno dominicae incarnationis 1036.

Anno dominicae incarnationis 1037. obiit dux Bolezlaus[a], quem Mesco[b] lumine privarat[b. 23].

*) Conradus rex Romae consecratur. 2. 2ª. 2ᵇ.

**) Initium Sazaviensis ecclesiae[c]. 2. 2ª.

a) sive *omissum* 4. 4ª. b) *al. manu superscr.* A. c) allidio 4ª. d) Diethmaro 1. e) *deest* A. 4. f) vel *pro* quinquaginta 3. *videtur in suo codice fuisse* L *quod scribis legit* vel. g) Izzo 1. 2. 2ᵇ. 3. h) episcopatum A. 2. 3. i) *al. manu superscr.* A. k) ab arch Mog. *desunt* 4. 4ª. l) IV. Id. 1. — rex *desunt* 5. Theutonicorum *add.* 4. 4ª. *transpositis aliquantum reliquis vocibus.* m) XV. Kal. 1. — rex *desunt* 5. *In* 2ᵇ. *subducto* rex *supra adscriptum est* dux. *In* 4ª. rex *recentius erarum.* n) Bolezlaus 1. o) *ita* 1. Kal. *corr.* Id. A. p) transiit 4. 4ª. q) frugiturque A. r) enim 4ª. s) furias A. furnas 3. 4. 4ª t) hylarum 1. u) et *pro* quia 4. 4ª. v) iis *al. manu supercr.* 1. w) individuis A. x) *deest* A. y) 1032. 4ª. z) Zpitigneu 1. 2ᵇ. Zpitigneus 4. Spitigneus 4ª. *et sic porro.* a) Bolezaus 1. b) Mesko 2. 4ª. b) privavit 4. 4ª. c) *Ad sequentem annum* 2ᵇ: Factum est initium *etc.*

20) Probant Annales Quedlinburg. 21) Cfr. Roepell Gesch. Polens I, 162. 22) Gran, ubi Grana in Danubium exundat. Illud videtur bellum esse de quo vide supra not. 17. 23) Consentit Necrologium Bohemicum.

42. Eodem anno 5. Idus Novembris[24] dux Oudalricus, 1037. Nov. 9.
linquens terrena captat coelestia regna[25].

Tunc Iaromir, de quo supra meminimus[a], lumine orbus, cui dux Oudalricus destinaverat, ut degeret[b] Liza[d. 26] in viculo[c], audiens quod frater suus ab hoc migrasset seculo, surgit diluculo, et imperat ut se deducant ad urbem Pragam veiculo. Quo cum pervenit, iam fratrem suum ad ecclesiam delatum[f] sancti Georgii[g] invenit, ad cuius funus stans iuxta feretrum, omnium circa astancium movit et concussit[h] corda huiusmodi elogii lamento:

Ei mihi! quid dicam, nisi saepius: Heu mihi! dicam?
Hei[i] mihi! germane, hey dira conditio mortis amarae!
Mortuus ecce iaces, nec ego nec tu modo gaudes
Huius terreni fugitivo[k] culmine regni.
Nudius tercius[l] dux nobilis, hodie truncus inmobilis,
cras vermibus esca, post tenuis favilla[m] et inanis eris fabella.
Lumine privasti me, nec fratrem ut frater amasti,
Non fecisse modo quod fecisti mihi malles.
Nunc scio, si posses, mihi lumina reddere velles,
cum tua sunt[n] nuda et[o] aperta seu bene seu male facta.
Sed nunc ex toto tibi, frater, corde remitto,
Ut pietate sua Deus omnipotens tibi parcat,
Spiritus atque[p] tuus post hac in pace quiescat.

Post expletis[q] rite funebriis[r] exequiis[s] accipit[t] Bracizlaum fratruelem, et ducit eum ad sedem principalem: et sicut semper in electione ducis faciunt, per superioris[u] aulae cancellos decem milia nummorum aut plus per[v] populum spargunt, ne[w] ducem in solio comprimant, sed potius sparsos nummos rapiant. Mox duce locato in solio et facto silentio, tenens dextram sui fratruelis Iaromir dixit ad populum: *Ecce dux vester!* At illi[x] succlamant ter[y]: *Krilessu*[z], quod est Kyrieleyson[*]. Et iterum Iaromir ad populum: *Accedant*, inquit, *de gente Muncia*[a]*! accedant de gente Tepca*[b]*!*[27]; et vocat eos nominatim, quos norat armis potentiores, fide meliores, milicia fortiores et divitiis eminentiores. Quos ut sensit adesse, dixit: *Quoniam me mea fata non sinunt ut sim vester dux*[c]*, hunc assignamus vobis in ducem*[c] *et collaudamus, quo ei obediatis, ut dignum est duci, et debitam fidelitatem exhibeatis, ut decet*[d] *suo principi. Te autem, fili, moneo, et repetens iterum*[e] *iterumque monebo, istos colas ut patres, hos diligas ut fratres, et in omnibus negotiis tibi consiliarios habeas. His urbes*[f] *et populum ad regendum committas, per hos enim Boemiae regnum stat et stetit atque stabit in sempiternum*[g]*. Ast illos, qui sunt Wrissovici, iniquorum patrum nequam*[h] *filii, nostri generis*[i] *hostes domestici, familiares inimici, ut coenosam rotam devites et consortia eorum declines, quia nobis nunquam fuere fideles. Ecce me innocentem et suum principem inprimis ligaverunt et diversis affecerunt ludibriis, post sibi innatis versuciis et fraudulentis consiliis id egerunt, ut fräter fratrem me hisce privaret oculis. Habeas, fili mi, semper in memoria sancti Adalberti praeconia, qui eorum ob facta crudelia ter ut fiant super eos excidia sancto ore confirmavit*[28]*, et excommunicavit eos in*[k] *ecclesia. Quae nutu Dei iam bis sunt facta, tercio ut fiant super eos excidia*[l]*, adhuc sunt sollicita fata*[m]*.* At illi audientes haec dissecabantur[n] cordibus, et fremebant dentibus in eum ut leones: nec post multos dies Kohan, de quo supra retulimus, misso lictore[o] suo, dum ille caecus purgat ventrem in necessario noctis[p] in hora, acutissima sica perforat eum in poste-

a) mem. Iaromir A. b) destinarat 4. 4ª. c) *expunct. et al. man. supersor.* daretur A. d) Licza 1. Lissa 2. 4. Lizza 3. e) *ita* 4. 4ª. vinculo *rell.* f) monasterium A. ecclesiam *al. manu in margine appositum.* in eccl. *desunt* 2. 2ᵇ. *sed corr. additil* ad monasterium. g) martyris *addunt* 4. 4ª. h) convertit 3. i) Heri 3. k) fruitori 4. 4ª. l) concius 1. m) et iam es *inserunt* 4. 4ª. n) sint 4. 4ª. o) nuda et *omissa* 2ᵇ. p) utque 2ᵇ. q) hexpl. *corr.* expl. A. r) funebriis A. 4. 4ª. funebris *corr.* funeriis 1. s) obsequiis 2ᵇ. t) accepit 2ᵇ. 3. 4. 4ª. u) superiores 4ª. v) in 2ᵇ. w) ut — non 2. x) isti 2ᵇ. 3. y) subclamabant 4. 4ª. z) Kryelesu 1. Krlesu 2ᵇ. Kirlessu 3. Krlessu 4. 4ª. *) *desunt* A. a) Muncina 4. 4ª. b) Tepea 2ᵇ. c) ducem *corr. al. manu* dux A. c*) iudicem 3. d) *ita* 1. *manu coaeva in rasura.* par est *rell.* e) atque *addit* A. f) *corr.* 1. g) i. semp. *desunt* A. h) *decet* 2. i) generi 1. k) ex *corr.* 2ᵇ. l) *ita* 1. *desunt in rell. omnibus.* m) facta 1. n) discalceabantur 2. *ab antiqua manu deletum et in margine scriptum* dissecabantur. o) litore *corr.* lictore 1. p) notis *corr. al. man.* noctis A.

24) De turpi eius morte vid. Annal. Hildesheim. 1034. 25) Extrema Udalrici fata non bene nota fuisse Cosmae docent Annales Hildesheimenses. 26) Lysa castrum. 27) Ex Palackii sententia I, 168. scribendum est Munici; sunt posteri Mun et Tepta. 28) Cf. Brunonis vita S. Adalberti c. 21.

1038. riora usque ad cordis[a] interiora. Sicque iustus vir, velut[b] Dei martir, dux Iaromir obiit anno
Nov. 4. dominicae incarnationis 1038. pridie[b] Nonas Novembris[29].

Hactenus acta antiquitus liber continet primus.

Sed quia, sicut ait beatus Hieronimus[29*], aliter visa, aliter audita[c], aliter narrantur ficta[d], quae melius scimus, melius et[e] proferimus, nunc[f] auxiliante Deo et sancto Adalberto ea fert animus dicere, quae ipsimet vidimus, vel quae[g] ab his referentibus[h] qui viderunt, veraciter audivimus.

EXPLICIT LIBER PRIMUS DE CHRONICIS BOEMORUM.

INCIPIT PROEMIUM AD CLEMENTEM BREUNOVENSIS[i] ECCLESIAE ABBATEM[k].

Spiritali[l] Breunensis[m] coenobii patri Clementi, sic ex re nomen habenti, semper theoriae[n] inhaerenti, Cosmas, haud dignus dici decanus, angelici[o] consorcia[p] senatus. Cum multa mecum revolvens supersederem, quid potissimum caritatis viro tantae sanctitatis transmitterem, quippe cui pondera auri et argenti sordent, solaque quae sunt spiritualia placent, optimum fore[q] duxi tuae tantummodo voluntati obsequi. Intellexi enim per tuum[r] clericum nomine Deocarum, qui mihi clam innotuit familiariter, quod meas naenias, quas olim Gervasio[s] scripseram, velles videre libenter. Hac oblata occasione roboratus, immo cari amici persuasione conpulsus, non solum quod optasti[t], verum etiam secundum eiusdem narrationis, ut ita dicam, libellum, quem similiter prout scire licuit[u] a tempore Bracizlai, filii ducis Oudalrici, usque ad eius aequivocum filium regis Wratizlay digestum, tuae paternitati pandere praesumo. Licet enim, pater ó venerande, divinas non cesses epotare scripturas, et profundos philosophiae semper exhaurias fontes, tamen hoc tam tenui liquore

Non dedigneris tua sacra proluere labra.
Saepe enim fit, ut post fortia vina et soporifera[v] pocula,
naturalis quandoque homini incidat[w] sitis,
fitque[x] haustus puri[y] laticis suavior dulcibus poculis.
Saepe fit ut Martis[z] miles qui sudat in armis[*],
Gaudeat[a] virgineis se commiscere[b] choreis,
Aut iuvat in circo[c] puerili[d] ludere throco[e].
Sic tu, ó sanctissime pater, iam grandia et sillogistica volumina linque,
et haec mea opuscula sensu puerilia, stilo rusticalia, perlege:
ubi nonnulla subsannatione et derisione[f] digna invenies,
quae utique idcirco memoriae commendes,
ut ea tibi a Deo collata sapientia quandoque ad unguem[g] emendes.

Quod autem in quibusdam locis quasi metricos versus invenis, scias me scienter nescium fecisse, dum feci versus. Vale.

INCIPIT LIBER SECUNDUS[k].

1039. 1. Igitur dux Bracizlaus iam in paterna sede vigoratus, quam Deo tam hominibus beneplacitis actibus calcans vestigia[i] patrum, et eos praecellens contigua arce[k] virtutum, sicut sol in[k'] virtute sua sydereum[l] lumen et lunae nimio splendore occulit et ebetat[m], sic novus Achilles, novus Thitides[n] Bracizlaus novis triumphis fortia acta et victoriosissimas atavorum

a) noctis A. 1. *al. manu superscriptum* A. cordis. *deest* 2. corporis 2ᵇ. ventris 3. 4. 4ᵃ. b) vel *et* pridie *superscr. eadem man.* A. pridie *deest* 1. c) mandata *recenti manu superscr.* audita A. d) *alia manus in* 2. *supra i apposuit a.* e) *deest* A. f) nam 1. g) quia 3. h) ferentibus 1. i) Breunensis 1. k) prohemium ad Clementem Breunensem abbatem 4. 4ᵃ. l) Spirituali 2ᵇ. 3. 4. 4ᵃ. m) Breunovensis 4. n) theorice A. o) angelica 3. p) consortii 4. 4ᵃ. q) *omissum* 4. 4ᵃ. r) tyrum 2. s) magistro *addunt* 4. 4ᵃ. t) optari 1. u) debuit 1. v) sopifera 4. 4ᵃ. w) incidit 2. 2ᵇ. 3. x) sicque 1. y) purae 4. 4ᵃ. z) mortis *corr.* fortis 1. *) mis *al. man. superscr.* 1. arvis 2. 2ᵇ. 4. 4ᵃ. a) *ita* 4. gaudet *rell.* b) commiscens 1. c) in c. *desunt* A. idcirco 4. 4ᵃ. d) puerili 4ᵃ. e) trocho 3. f) irrisione 2ᵇ. g) uem *al. man. superscr.* A. h) l. l. s. in chronica Boemorum 4. i) vestigium 3. k) arte 3. k') *deest* A. l) syderum 4. 4ᵃ. m) ebethat 1. bebetat 3. n) Tithides 2. Tydides 2ᵇ. Tychides 4. 4ᵃ. novus Tith. *omissa* 3.

29) Confirmat Necrologium Bohemicum. 29*) Opera Hier. ed. Vallarsi II. 521.

palmas attenuat et obscurat. Nam Deus talem sibi gratiam contulit, ut quas singulis hominibus particulariter, has quoque huic indeficientes virtutes largitus est generaliter. 1039.

Quippe hanc virtutum obtinuit accumulationem,
ut in rebus bellicis strennuitate praecelleret Gedeonem,
corporis viribus exsuperaret Samsonem,
quadam speciali praerogativa sapientiae praeiret Salomonem.
Unde factum est, ut in omnibus praeliis victor existeret ceu Iosue,
auro et argento locupletior esset regibus Arabiae,
et undique inexhaustis affluens diviciis,
atque in largiendis muneribus non deficiens,
assimiletur aquae, quae nunquam deficit amne.
Huic coniunx luditha nobilissima genere, fecundissima prolis germine,
genuit quinque iuvenes, corpore insignes
et supereminentes, ceu Ehematiae[a] montes,
sapientia singulares, probitate nulli comparabiles,
moribus acceptabiles, in delinquentes placabiles[b],
in universa virtutum honestate laudabiles.

Fuit autem primogenitus[c] nomine Spitignev, secundus natu Wratizlav, tercius stemmate Conradus[d], quartus genitura Iaromir[e], quintus et ultimus Otto pulcherrimus. Horum[e'] de vita et gloria, prout affluet verborum copia, sufficienter in suis locis explicabitur. Quos adhuc positos annis[f] in puerilibus sed studiis pollere[g] virilibus pater valde miratur:

Cernens egregium decus et par nobile fratrum[30]. 30
Nec minus angebant matrem sua gaudia laetam[h]

de tanto provectu[i] filiorum et magnificae gloriae statu.

2. Ea[k] tempestate[31] Kazimir[l] Poloniensi nobilissimo duce ab hac subtracto luce, filiis eius Bolezlao et Wladizlao[32] adhuc in infantia positis ad ubera lactis[m], una[n] erat spes salutis in misera fuga fugientibus per diversa loca Poloniensibus. Quod animadvertens[o] dux Braciz- 33
laus, quarto anno sui ducatus[33], optimum fore ratus ne differret oblatam occasionem calumpniandi suis inimicis, immo ulciscendi de illatis iniuriis, quas olim dux Mesco[p] intulerat Boemis, quantocius[q] potuit, inito consilio cum suis, eos invadere statuit statimque[r] terribilem dictat sentenciam, tocius Boemiae per[s] provinciam[t] mittens in signum suae iussionis torquem de subere[u] tortum, ut quicunque exierit in castra segnius dato signaculo, sciret procul dubio tali torque se[v] suspendendum in patibulo. Quibus in momento, in ictu oculi congregatis in unum et usque ad unum, intrat terram Poloniae suo viduatam principe et eam hostiliter invasit, ac velut ingens tempestas furit, saevit, sternit omnia; sic villas caedibus, rapinis, incendiis devastavit, in[w] municiones irrupit. Krakov autem eorum metropolim ingressus a culmine subvertit, et spolia eius obtinuit[x]; insuper et veteres thesauros ab antiquis ducibus in aerario absconditos evolvit, scilicet aurum et argentum infinitum nimis. Similiter et caeteras urbes igne succendit et usque ad solum destruxit. Cumque pervenissent ad castrum Gedec[34. y], castellani et simul qui illuc confugerant villani[z], non valentes ferre impetum 34
ducis, exeunt ei obviam auream gestantes virgam, quod erat signum dedicionis, et ut eos pacifice cum suis peccoribus et caeteris[*] rerum appenditiis transferat in Boemiam, supplici-ter rogant. Quorum dux peticionibus adquiescens, postquam perduxit[a] eos in[b] Boemiam,

a) Hematiae 1. Hemacie 4. b) moribus — placabiles *desunt* 2. 2ᵇ. 3. c) primus A. d) Chonradus 1. 2ᵇ. Cuonradus 4. 4ᵃ. e) Ianimir 4ᵃ. e') quorum A. f) annis *omissum* 3. g) studere A. h) leta 1. i) profectu 2ᵇ. k) vero *addit* 4. l) Casimir 4. 4ᵃ. m) *deest* 1. n) nulla 4. 4ᵃ. o) igitur advertens 4. 4ᵃ. p) Bracislaus *erasum* 1. q) quanto cicius A. r) dux Bracislaus *addunt* 4. 4ᵃ. s) *deest* A. t) provinciae A. u) subure 2. 2ᵇ. 4. 4ᵃ. *corr.* 1. v) se *deest* 4. 4ᵃ. w) vi *pro* in 4 4ᵃ. x) ti *supersc. al. man.* A. *in rasura* 1. y) *ita corr.* A. *pro* Gnezden. Gradec 1. Gdec 2. 2ᵃ. Gdee 2ᵇ Goec 4. 4ᵃ. z) ni *al. man. supersc.* 2. *) *corr.* A. caeterum 4. 4ᵃ. a) duxit A. b) ad 2ᵇ.

30) Hor. Serm. II, 3, 243. 31) Male confundit Cosmas res Polonorum; Kazimir obiit post Bracizlaum a. 1058, neque reliquit filios pueros, sed ipse relictus est puer a patre Misecone II; cfr. Martinus Gallus I, 48. ed. Bandtkie. 32) Praeter hos duos alios habebat filios Kazimir Miseconem et Ottonem. Cfr. Martin. Gall. I, 19. 33) i. e. ex ipsius Cosmae computatione a. 1041; cfr. supra I, 42; sed hoc loco errat, ut ex accuratioribus notis de translatione S. Adalberti II, 5. patet. 34) Quod ubi situm fuerit non satis liquet; coniecerunt nonnulli esse Giecz, quam ducalem quondam arcem inter Gnesnam et Posnaniam sitam esse scribit Dlugosz. Cfr. Roepell I, 177.

1039. dat eis partem silvae, quae vocatur Crinin[a. 35], non modicam, constituens eis unum[b] ex ipsis praefectum[c] et iudicem, et decernit, ut sub lege quam in Polonia habuerant, tam ipsi quam eorum posteri in sempiternum vivant, atque nomine ab urbe derivato usque hodie nuncupan-
37 tur Gedcane[c. 36].

3. Nec[a] longe a praedicta urbe ventum erat ad metropolim Gnezden[37], natura loci et antemurali firmam, sed facilem[f] capi ab hostibus, raris[g] eam inhabitantibus civibus, ubi tunc temporis[h] in basilica sanctae Dei genitricis Mariae perpetuae virginis preciosissimus[i] quiescebat thesaurus, scilicet beatissimi Adalberti martiris[k] corpus. Qua mox Boemii sine Marte[l] potiuntur urbe, et cum magna laeticia intrant[m] sanctae ecclesiae adita[n], atque omni praeda[o] posthabita, solam sibi poscunt dari pro Christo passam sacri corporis preciosam massam.
38 Quorum praesul Severus ut vidit temeritatem, et[p] pronam in omne fas[q] nefasque[38] sensit voluntatem, talibus alloquiis temptat eos revocare ab illicitis ausis[r]: *Fratres mei et filii ecclesiae Dei, non tam ex facili constat, sicut vos aestimatis, ut sacram corporis glebam, Dei virtutibus plenam, quis mortalium tam temere praesumat tangere. Timeo enim valde, ne percellamur aut mentis oblivione aut caecitate aut aliqua membrorum debilitate, si id temere praesumpserimus[s] agere. Quapropter[t] prius triduo ieiunate, de peccatis vestris poenitenciam agite, et[u] ab omnibus abhominationibus, quas ipse abhominatus est in vobis, abrenunciate, et[v] ex toto corde, quod eas ultra non faciatis, promittite. Spero enim in misericordia Dei et nostri patroni sancti Adalberti, quod non privabimur spe peticionis nostrae, si persistimus fidei[w] in[x] devotione et precum assidua oratione.* At illis visa sunt praesulis verba quasi deliramenta, et continuo aures suas continentes[w'] fecerunt impetum ut raperent sacrum corpus, et quia post altare[x] iuxta parietem conditum fuerat, et aliter evelli non poterat, nisi altare[y] destrueretur[z], manus[a] inproba cum mente ferina operantur profana; sed non defuit ultio divina. Nam in ipso[a] opere suae temeritatis steterunt sensibus obstupefactis[b], nec erat vox nec sensus nec visus per trium fere horarum spacia, donec iterum propiciante Dei gratia rehabuere pristina officia. Moxque licet sero poenitencia ducti faciunb iussa episcopi, et quanto erant divino nutu evidentius castigati, tanto devotius perstabant precibus infatigati, triduo ieiunantes et veniam postulantes.

4. Tercia nocte Severo episcopo post matutinalem syriaxim quiescenti sanctus praesul in visione apparens Adalbertus[c]: *Dic*, ait, *ista duci[d] et eius comitibus: Pater de coelis dabit quod petitis, si non repetitis mala, quibus abrenuntiastis in fonte[e] baptismatis[f].* Hoc mane cum praesul[g] innotesceret duci et eius comitibus, mox exhilarati intrantes ecclesiam sanctae Mariae, et ante sepulchrum[h] sancti Adalberti[i] humi[k] prostrati, diu fusa comuni oratione surgit dux[l], et stans in ambone[m], hac rupit silentia voce[n]: *Vultis praevaricationes vestras emendare, et a pravis operibus resipiscere?* At illi obortis clamant[o] cum lacrimis[p]: *Emendare parati sumus quicquid in sanctum Dei[q] patres nostri vel nos[r] praevaricati sumus, et a pravo opere omni[s] cessare.* Tunc dux[t] extendens manum suam super sacram tumbam, sic orsus[u] est ad populi turbam[v]: *Extendite, fratres[w], simul[x] vestras ad Dominum[y] dextras et ad meos attendite sermones, quos volo ut vestrae fidei sacramento confirmetis. Ergo hoc meum proximum[z] et primum sit decretum, ut vestra conubia, quae actenus habuistis ut lupanaria, et ceu brutis animalibus communia, amodo iuxta canonum scita sint legitima; sint privata, sint insolubilia, ita duntaxat ut[a] una vir coniuge et coniunx viro uno contenti vivant. Si autem coniunx virum aut*

a) Cirum 2. *quamvis et legi possit* Ciruin; Cirain 2a. 4. Ciruin 2b. b) us. eis A. c) perfectum *corr.* praef. 1. d) Gedesne 2b. 3. e) non A. f) facile 4. 4a. g) ratis *al. manu superscr.* pvucis 1. h) *deest* A. i) preciosissime 1. k) *deest* 2. l) morte 1. m) adeunt intrant 1. *supra* intrant *manus alia scripsit* adeunt 2. n) limina adita 1. adita *alia manu suprascript.* limina 2. adyta 2b. limina 4. o) *corr. al. manu* 1. p) et *rasum* 2. q) fasque 4. r) *corr.* A. *pro* causis. s) praesumamus 2. t) karissimi *addunt* 4. 4a. u) et poenitentiam agite ab omnibus 4. 4a. v) *deest* 2. v') federi 4. 4a. w) *deest* 2. w') continuentes A. continnientes 2. x) *litterae* ar *al. manu superscr.* 1. y) prius *add.* 4. 4a. z) destrueret 2b. 3. ') *ita* 1. 2. a) *ita corr.* A. *pro* inpio. b) obstupefacti 4. 4a. c) sanctus Adalbertus in visione apparens 4. 4a. d) Bracislao *add.* 4 4a. e) fronte *erasa* r A. f) in baptismate A. A*. g) Severus *add.* 4 4a. h) c *supersc.* 1. i) martyris *add.* 4. 4a. k) humo 4. 4a. l) Bracislaus *pro* dux 4. 4a. m) umbone 3. dicens *add.* 4. 4a. o) clamant *repetitum* 1. *sed erasum.* p) dicentes *add.* 4. 4a. q) Adalbertum *add.* 4. 4a. r) peccatores *add.* 4. 4a. s) animo 1. t) Bracislaus *add.* 4. 4a. u) exorsus A. A*. v) tumbam *corr.* turbam 1. turmam 4. 4a. w) karissimi *addunt* 4. 4a. x) *omissum* 4. 4a y) Deum *add.* 4. 4a. z) maximum A. A*. 2. 2b. 3. 4. 4a. ") sunt *inserunt* 4. 4a. a) *al. manu superscr.* A.

35) Quae fuerit illa silva, non patet. Diversorum sententias vide apud Pubitschkam III, 301. 36) Vel hodie duas exstare villas in circulo Raconicensi Hedečko et Hedčany observat Palacky I, 280. 37) Gnesen. 38) Lucan. Pharsal. V, 313. VI, 147.

vir coniugem spreverit, et rixa inter eos usque ad discidium efferbuerit[a], *qui ex eis*[b] *in priorem* 1039.
copulam legitime celebratam redire noluerit, nolo ut secundum ritum nostrae terrae huius rei violator[c] *in servitutem redigatur, sed potius nostri inmutabilis decreti per angariam, qualiscunque sit person , redigatur in Ungariam, et nequaquam liceat ut precio se redimat aut in hanc terram redeat, ne unius contagio oviculae totum Christi serpat per ovile.* Severus episcopus dixit: *Quicunque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia sint plectendae virgines et viduae et adulterae, quae nomen bonum amisisse et pudorem corrupisse ac per scortum concepisse dinoscuntur. Nam cum liberum nubendi habeant arbitrium, cur committunt adulterium et conceptus suos abortivant*[d], *quod est pessimum scelus scelerum?* Tunc dux[e] subiungens inquit: *Si vero mulier proclamaverit*[f] *pari vice non amari, sed inclementer a viro suo*[g] *affligi et profligari*[h], *detur inter eos iudicium Dei, et qui inventus fuerit reus, solvat poenas rei. Similiter et de his, qui homicidiis infamantur, archipresbiter comiti illius civitatis nomina eorum asscribat, et comes eos conveniat; et si sunt*[i] *rebelles, in carcerem redigat, donec aut poenitenciam dignam agant, aut si negant, ignito ferro sive adiurata aqua, utrum culpabiles sint examinentur; fratricidas autem et parricidas sive sacerdotum interfectores et huiusmodi capitalibus criminibus irretitos, archipresbiter assignet eos comiti vel duci, sive*[k] *per manus et ventrem ferratos de regno eiciat, ut ad instar Cain*[l] *vagi et profugi circueant*[m] *terram.* Severus episcopus dixit: *Ista ducis deliberatio iusta sit anathemate firma. Nam ad hoc vobis ducibus*[n] *mucro pendet in femore, ut manus vestras*[o] *saepius*[p] *lavetis peccatoris in sanguine.* Iterum dux[q]: *Tabernam*[r], inquit[s], *quae est radix omnium malorum, unde prodeunt furta, homicidia*[t], *adulteria*[u] *et caetera mala, et qui parat et qui paratam*[v] *comparat,* Severus episcopus dixit: *Anathema sit.* Et dux[w]: *Qui,* inquit, *comprehensus fuerit huius violator decreti tabernarius, in medio foro ad palum suspensus, et usque ad fastidium praeconis caesus depiletur: res tamen eius non infiscentur*[x], *sed potus*[y] *tantum in terram proiciatur*[z], *ne quis*[a] *execrabili haustu polluatur. Potatores autem, si deprehensi*[b] *fuerint, non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis unusquisque 300 nummos componat.* Severus episcopus dixit: *Quae dux iudicat, nostra auctoritas firmat.* Adhuc dux[c] prosequitur dicens: *Fora autem dominicis diebus omnino ne fiant interdicimus, quae ideo maxime in his celebrant regionibus, ut caeteris diebus suis vacent operibus. Si quis autem quam dominicis tam festis*[d] *diebus*[e] *publice ad ecclesiam feriari indictis in aliquo servili opere inventus fuerit, ipsum opus et quod in opere est inventum archipresbiter tollat tumentum*[f], *et 300 ducis*[g] *in fiscum solvat nummos. Similiter et qui in agris sive in silvis suos sepeliant mortuos, huius rei praesumptores archidiacono*[h] *bovem et 300 in fiscum ducis*[i] *solvant*[k] *nummos*[l]*: mortuum tamen in poliandro*[m] *fidelium humi condant denuo. Haec sunt, quae edit Deus, haec sanctus Adalbertus pertesus*[n], *nos*[o] *suas deseruit oves et ad exteras maluit ire docturus gentes. Haec ut ultro non faciamus, nostrae simul et vestrae fidei sacramento confirmamus.* Sic ait dux. Et praesul[p] sanctae Trinitatis nomine invocato et malleo assumpto, caeteris[q] clericis septem[r] psalmos et alias huic sancto[s] operi competentes orationes ymnizantibus, coepit molliter destruere summa sepulchri, destruens eum usque ad ima thesauri sacri, et cum aperuissent sarcophagum, omnes qui in ecclesia aderant tanta flagrantia[a 39] suavissimi odoris sunt refertí, ut per tres dies quasi opimis[t] ferculis refecti obliviscerentur cibo réfici, quin etiam et[u] infirmi sanati sunt eadem ora[v] quam plurimi. Tunc dux[w] et episcopus[x] et pauci comitum inspicientes, ut viderunt sanctum Dei[y] ita vultu et habitu clarum, et sic corpore integrum per omnia, ac si eadem die sacra missarum celebrasset solempnia, clerici. *Te Deum laudamus,* laici *Kyrieleyson*[z] modulantur, et resonant voces eorum usque ad ethera[a]. His ita peractis dux prae gaudio faciem perfusus lacrimis, sic orat[b]: *O*[c] *Christi martir, beate Adalberte*[d], *nostri semper et ubique miserate*[e], *nunc solita nos respice pietate, et nobis pecca-*

a) b *al. man. superscr.* A. efferuerit 2. 3. b) his A. A*. c) praevaricator 4. 4a. d) avorcivant A. 3. e) Bracislaus *add.* 4. 4a. f) perclamaverit 4. g) suo *deest* 3. h) profligari *corr.* A. 1. 2. i) *al. manu superscr.* A. k) vel — sive A. seu 2b. sive 3. l) canum 3. m) circuerant 1. *sed corr.* n) dulcibus *corr.* ducibus A. o) *omissum* 2. p) sit *addit* 4a. q) taberna A. r) *deest* 4. 4a. s) hunicidia 4b. t) fornicationes, ebrietates *addunt* 4. 4a. u) partam A. 1. 2. v) iterum *add.* 4. 4a. w) confiscentur 2b. x) potius A. y) seu potius — proiciantur 3. z) de *inserunt* 4. 4a. *) haustu *corr.* 1. *pro* hastu. a) de presensi 1. *corr. al. man.* b) Bracislaus *add.* 4. 4a. c) tam dominicis, quam festivis 4. 4a. d) dom. diebus 1. f. A. e) *deest* A. A*. f) duci 4. 4a. g) archidiaconus 4a. h) duci 4. 4a. i) solvat 4. k) *omissum* 1. 2. l) r *al. manu superscr.* A. 1. polyando 2. 4. m) perosus 2. n) vos 2b. o) Severus *add.* 4. 4a. p) *omittunt* 4. 4a. q) VI. 4a. r) *deest* 3. s) fragancia 1. 4. t) optimis A. 4. 4a. u) et *deest* 2. v) *ita* 1. die *rell.* w) Bracislaus *add.* 4. 4a. x) Severus *add.* 4. 4a. y) Adalbertum *add.* 4. 4a. z) krilës A. kyrï 4. *a) hetä 1. a) dicens *addunt* 4. 4a. b) *deest* 1. c) Adaberte 1. d) miserere 3.

39) i. q. fragrantia.

1039. *toribus propiciare, atque ad*[a] *tuam sedem*[b] *Pragensis ecclesiae per nos quamvis peccatores referri non dedignare.* Mira res et valde stupenda, cuius tumbam nudus tercius contingere non poterant, continuo dux et episcopus sine inpedimento corpus eius sarcophago levant et serico cooperientes in superiori altari locant, ut plebs sua vota solvat[c], quae Deo et eius sancto voverat, atque eadem die[d] compositae sunt 200 marcae altaris in arce[e].

O Deus omnipotens, mundum per secla revolvens,
Qui semper regnas, solus qui cuncta gubernas,
Nil fit, nec fuit in mundo nec erit, bone Christe,

tuo sine nutu. Quisnam mortalis hoc unquam credere posset, ut ad gentes apostatrices iam in celesti regno laureatus corpus suum referri sineret, quarum[f] aspernatus facinora aufugit[g] consortia, cum adhuc viveret. Sed si maiora Dei et antiqua miracula[h] perpendimus, quomodo populus Israeliticus sicco vestigio transivit mare, qualiter de sicca rupe fluxerunt[i] aquae, vel qualiter factor orbis apparuit in orbe natus ex Maria virgine; non ammirari, sed potius Deo, qui fecit et facere potest quae vult, nos decet humiliari et eius gratiae totum assignare, cuius gratia inspirante ascendit in cor ducis, ut similiter transferret[k] corpus archipraesulis eiusdem
39 civitatis, nomine Ga dencii[39], qui in eadem forte[l] ecclesia quiescebat. Hic, utique[m] superius retulimus, non solum carnali verum et spirituali[n] coniunctione[o] frater sancti Adalberti et comes individuus in omni labore et erumna fuit, et si cum eo non corpore martirium[p], mentis tamen compassione tulit. Nec enim fieri poterat ut[q] gladius animam eius non pertransiret, cum germanum suum rompheis paganorum in frusta[r] concidi videret, et ipse pariter occidi valde optaret[s]. Item[t] visum est[u] duci[v] et episcopo, ut[w] quinque fratrum reliquias sancto corpori adiunctas, quorum de vita ac passione satis supra retulimus[x. 40], qui[y] in eadem civitate sed in alia ecclesia quiescebant, pariter[z] cum summa diligentia transferant. Quid multa?

Aug. 24. 5. Ventum erat cum omni sacra sarcina in prosperitate et laeticia Boemiam, et in vigilia[a] sancti Bartholomei apostoli prope metropolim Pragam castra metati sunt circa rivulum
41 Rokitnicam[a][41], ubi lucescente die clerus et universa plebs cum processione occurrit, cuius longam seriem latus vix explicuit campus. Talis enim processio fuit: Dux ipse et episcopus humeris subnixi dulce pondus portant martiris Christi Adalberti; post simul abbates ferebant reliquias quinque[b] fratrum, deinde archipresbiteri gaudent onere Gaudentii archiepiscopi, quos electi 12[c] presbiteri, vix sustentantes pondus[d] aurei crucifixi, secuntur — nam dux Mesco ter[e] semetipsum hoc apponderarat auro —, quinto[f] loco ferunt tabulas tres graves auro quae circa altare, ubi sanctum corpus[g] quievit, positae fuerant. Erat enim maior tabula quinque ulnarum in longitudine et decem palmarum in latitudine, valde adornata lapidibus pre-
42 ciosis et cristallinis sachis[42]. Cuius inscriptus fuit hic in margine versus:

Ter centum libras apponderat hoc opus auri.

Postremo plus quam centum plaustris ducunt inmensas campanas et omnes Poloniae gazas, quas sequitur innumera nobilium virorum turma, asstricti[h] manicis ferreis et contriti colla bagis[i.43], inter quos, heu! male captus, adductus est meus attavus[k],

Consors in clero, presbiter officio.

O dies illa, dies[l] Boemis honoranda et per secula memoriae commendanda,
sacris mysteriis frequentanda, dignis praeconiis celebranda,
laudibus devotissime[m] veneranda,
divitibus laetabunda, debilibus exoptanda,

a) *deest* 3. b) sanctae *addunt* 4. 4a. c) solvant *corr* solvat A. d) *deest* 3. e) alt. in arce *desunt* A. f) quorum 4. 4a. g) aufugerat 2b. h) *supersc. al. manu* A. i) fluxerint 2b. k) transferat A. 2. 2b. 3. 4. 4a. l) fere A. m) *ita* 1. uti *rell.* n) spiritali 1. o) coniunctione 1. compunctione 4. p) sustinuit *addunt* 4. 4a. q) *deest* 1. r) frustra *erasa r litera* A. 1. s) optaret *corr.* optaret A. t) iterum 1. u) nobilissimo *inserunt* 4. 4a. v) Bracislao *addunt* 4. 4a. w) sanctorum martyrum *inserunt* 4. 4a. x) Deo donante relaturi summa 3. y) non *al. manu supersc.* A. z) par. q. A. *) vigilia 4. 4a. a) Kocitnicam 2. Rokitnicam 2b. b) sanctorum *inserunt* 4. 4a. c) XX. 4. 4a. d) corpus 2. e) *deest* 1. f) to *supersc. al. man.* A. g) positum *inserit* 2b. h) astrictis 4. 4a. i) bogis 4. k) meus atavus *desunt in* A. 1. 2. 2a. 2b. 3. *leguntur* 4. 4a. l) dies *deest* 4. 4a. m) devotissimae 1.

39) Huius ossa loco reliquiarum S. Adalberti a Polonis pia fraude data et a Bohemis translata esse probare conatus est Dlugosz et post eum alii; sed e parte Cosmae Polonus stat auctor Martinus Gallus I, 19. Cfr. Balbini epitome rer. Bohem. III, 4. Dobner ad Haec. V, 235. Meinert Wiener Jahrbücher XLVIII. Anz. p. 48. 40) Cf. I, 38. 41) Rokytnice. 42) i. e. rebus? 43) i. e. circulis ferreis.

pauperibus iocunda,
et omnibus bonis[a] studiis excolenda,
refulgent accumulata.
olim sacro duce[c] sublimata,
a Domino Deo tibi collata
et per has binas
fama volas[e] ultra Soromatas[f] atque Sarigas[g].
datione elemosinarum decoranda, 1039.
in qua festis festa
O nimium[h] felix metropolis Praga.
nunc beato praesule[d] decorata,
excipis gaudia geminata,
misericordiae olivas

Facta est autem haec translatio beatissimi Christi martiris Adalberti anno dominicae incarnationis 1039.[44. h] Kal. Septembris[i]. Sept. 1.

6. Sed his prosperis a Deo[k] concessis inprobus delator non defuit[l], qui apostolico uti gesta haec erant retulit[m], divinas sanctiones et sanctorum patrum traditiones violasse ducem Boemiae et episcopum promulgavit; et si hoc inultum domnus papa[45] praetermitteret, iura apostolicae sedis per totum mundum observanda imminueret. Continuo sacer conventus celebratur, canones recitantur, sacrae scripturae scrutantur. Dux et episcopus, quamvis absens, de praesumptione arguitur: alii ducem omni dignitate privatum per tres annos in exilium decernunt, alii episcopum ab omni pontificali officio suspensum, quoad usque vivat, in claustro monachorum degere iudicant, alii ambos gladio anathematis feriendos clamant.

7. Interea legati ducis et episcopi Boemorum ex parte totius populi et ipsorum Romam adveniunt, ferentes mandata magis muneribus oblita[a], quam facundiae verbis[o] polita. Quibus ubi data est copia fandi, in conspectu[p] apostolici et sacri concilii tali sermone causam suae legationis sunt prosecuti[q]. *O fidei catholicae et sedis apostolicae sanctissime rector, et o patres in libro vitae[r] conscripti, quibus a Deo collata est potestas iudicandi simul et miserendi, miseremini peccasse confitentibus, parcite poenitentibus simul et veniam postulantibus. Fatemur enim quod illicita et contra canonum statuta egimus, quia de tam[s] longinquis partibus ob tam breve temporis spacium ad tam sanctum negotium vestrum[t] nequivimus habere nuncium. Sed quicquid est illud quod fecimus, sciatis, o patres, sciatis[u], conscripti, nos non ex temeritate, sed pro magna utilitate Christianae religionis atque bona intentione id fecisse. Aut si unquam bona intencio cadit in vitium, o sanctissimi patres, secundum vestrum iudicium parati sumus nostrum emendare flagicium.* Ad haec apostolicus paucis: *Si poenitet*, inquit, *haud nocet error.* Mox legati summoti a concilio[v] potiuntur hospicio, sequenti die redditurі rationem in iudicio. Illa autem nocte ducis missi et episcopi, circueuntes[w] corruperunt pecunia cardinalium astuciam, auro subplantant iusticiam, mercantur precio clementiam, muneribus leniunt[x] iudicialem sentenciam. Postera autem die iterum legatis sacri concilii in capitolio[y] praesentatis, domnus apostolicus os aperuit sacrum, ponderosis verbis et auctoritate plenum. *Sicut*, inquit, *pertinacibus in impietatis culpa[z] est saevior exerenda[a] vindicta, ita reatum suum recognoscentibus et poenitenciam desiderantibus facilem praebemus assensum[b], et ab hoste[b] inflictis vulneribus misericordiae adhibemus[c] antidotum. Magnum enim peccatum est aliena rapere, sed maius christianos non solum spoliare, verum etiam captivare et captivos[d] ceu bruta animalia vendere, nimis est abhominabile: quod vos perpetrasse in Polonia, nobis relatum est per veridica nuncia. Quod autem nulli liceat sine nostra permissione de loco ad locum sacrum transferre corpus, testantur canones, prohibent[e] patrum decreta, et praesumptores huiuscemodi[f] rei divina iubent eloquia gladio anathematis ut feriantur. Sed quia vos sive per ignorantiam sive bonae intentionis ob gratiam hanc rem fecistis, praecipimus[g] ut pro hac tam temeri[h] praesumptione dux vester et episcopus coenobium omnibus ecclesiasticis usibus et honoribus sufficienter amplificatum in competenti[i] loco construant, probatasque personas ac officia servientium clericorum ex more constituant, ubi Deo sedulum servicium tam pro vivis fidelibus quam pro defunctis in sempiternum exhibeatur, ut saltem vel sic in conspectu Dei reatus vestri transgressio deleatur.* Mox

a) *deest* 3. b) omnium A. *sed corr.* 2. c) Wenceslao *addunt* 4. 4a. d) Adalberto *addunt* 4. 4a. e) volat 4. 4a. f) *ita* 1. Solamatas A. Foramatas 2. 2a. Sarmatas 2b. Sauromatas 3. Soramatas 4. 4a. g) Isrygas 3. h) 1030. 9. K. Sept. 2b. VIII. 4. 4a. i) regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium in secula seculorum. Ameo. *addunt* 4. 4a. k) Domino A. l) destitit 3. m) *deest* 3. n) oblata A. o) facundis verborum 3. p) conspectum 2. 4. 4a. q) persecuti 3. r) *deest* A. s) terra 1. t) *omittunt* 4. 4a. u) *ita* 1. *deest in reli.* v) *ita* A. ad concilio 1. negotio 2. concilio *reli.* w) circuientes A. x) emunt *corr.* 1. y) capitulo 4. 4a. z) impietatibus *pro* culpa 4. 4a. a) exercenda 2b. 4. 4a. b) hostibus 2b. c) h *al. manu supercr.* 3. *ut saepius.* d) captivatos 2b. 3. e) perhibent 2b. f) huiusmodi 2b. 3. g) per sanctam obedientiam *addunt* 4. 4a. h) temera 3. i) competi *corr. al. man.* competenti A.

44) Consentiunt Annales Pragenses. 45) Benedictus qui sedit a. 1033—1048.

1039. legati valde[a] exhylarati proficiscuntur et referunt duci iussa apostolici. Quibus dux, velut divinis iussis obtemperans, sub honore sancti Wenceslai martiris in urbe Boleslau[b] iuxta flumen Labe[45], ubi idem sanctus[c] olim feliciter consummavit martirium, venustissimum fabricavit coenobium, in quo, sicut et hodie cernitur, Deo servit caterva fratrum numerosa, et habetur praepositura et basilica valde religiosa[46].

1040. 8. Anno domin. incarn. 1040. Fama, qua nullum peius malum viget in mundo[47], et quae mendaciis pinguescit, et miscens plura paucis, falsa veris, volando crescit, perfert ad aures imperatoris secundi Heinrici[47*] cencies plus, quam verum fuit, pondus auri et argenti Boemos de Polonia asportasse. Tunc imperator[d] coepit quaerere occasiones adversus eos, quoquomodo[e] ab eis quod sibi dictum fuerat[f] eriperet aurum. Et mandans per quaestionarios, ut argentum, quod in Polonia rapuerant, nisi infra statutum terminum usque ad unum obulum[g] sibi mittant, minatur bellum. Ad haec Sclavi inquiunt: *Semper salvo tenore nostrae legis fuimus et hodie sumus sub imperio Karoli regis et eius successoribus, nostra gens nunquam extitit rebellis, et tibi in omnibus bellis mansit et semper manebit fidelis, si iusticiam nobis tantum*[h] *facere velis. Talem enim nobis legem instituit Pippinus*[48], *magni Karoli regis filius, ut annuatim imperatorum successoribus* 120 *boves electos et* 500 *marcas solvamus — marcam nostrae monetae* 200 *nummos dicimus*[49] *— hoc testatur nostratum aetas in aetatem*[i]*; hoc omni anno sine refragatione*[k] *tibi solvimus et tuis successoribus solvere volumus. At si aliquo praeter solitum legis*[k] *iuga nos aggravare voluerit, mori potius prompti sumus, quam insuetum ferre onus.* Ad haec imperator respondit[m]: *Regibus hic mos est semper aliquid novi legi addere anteriori, neque enim omnis lex est constituta tempore in uno, sed per successores regum crevit series legum. Nam qui regunt leges non reguntur legibus, quia lex, ut aiunt vulgo, cereum habet nasum*[n]*, et rex ferream manum et longam, ut eam flectere queat, quo sibi placeat. Pippinus rex*[o] *fecit quod voluit; vos autem nisi quod volo faciatis, ostendam vobis, quot*[p] *pictos habeam clipeos aut quid bello valeam.*

9. Et statim mittens litteras per totum regnum, valde fortem colligit exercitum[50]. Altera via qua itur per[q] Zribiam[r], et est exitus de silva in istam terram per castrum Hlumec[s.51], iussit Saxones intrare Boemiam, quorum tunc temporis dux[t] erat Occardus[u.52], cui omnis Saxonia tanquam regi paruit per omnia. Fuit enim vir magni consilii, et in ordinandis[v] regni negotiis singulari sollertia praeditus et rebus bellicis a puericia deditus, sed nunquam belli felices obtinuit successus. Ipse autem caesar castra metatus est ex utraque parte fluminis Rezne[w.53]. Postera autem[x] die pertransiens castrum Kanb[y.54] cum admoveret aquilas silvae quae dirimit Bawariam atque Boemiam[55], ut[z] cognovit quod obstruerent Boemii vias per silvam[a], indignatus parum tacuit, concuciensque caput ter concipit iras[55*] caesare[a] dignas[b], atque in haec verba solvit ora: *Licet exstruant muros silvis*[c] *altiores, licet elevent turres sublimes usque ad nubes, uti frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, sic nichil valent contra Teutonicos obpugnacula Boemorum*[d].

Aut si ascendent super nubila, aut si includant[e] *se inter sidera,*

a) *deest* 2. b) Boleslaw 2. Boleslai 3. Boleslai 4a. c) Wenceslaus *addunt* 4. 4a. d) Henricus *addunt* 4. 4a. e) quomodo 2. 2b. 3. 4. f) ut *addit* A. g) obßlum 1. h) t. n. A. tantummodo 2b. i) nostrarum etas etatum A. aetate 2b. 3. 4. 4a. k) reflagratione A. 1. l) regis 4. m) respondens dixit 2b. n) quia ut — lex nasum *desunt* A. o) Francise *addit* 2b. p) quod *corr.* quot A. 1. qhot *super* quod 2b. q) ad 2b. r) Zrbiam 3. s) Hlymec 1. Hlymeo 2. 2b. Hlumer 3. t) princeps 4. 4a. u) Okhardus 2. Okardus 3. *semper.* v) ordinandi 4. 4a. w) Rezene 1. x) vero A. y) *ita corr.* A. Kamb 1. 2. 2b. Kamba 4. 4a. z) quod *fecerit* 2. a) silvas 4. 4a. b) caesari 4. 4a. b) *haec verba a correctore in* A *ita mutata:* cepit irasci, *syllabis* con *et* sare *erasis, vox* dignas *expuncta est.* c) *corr. al. man.* 1. d) Boemii pugnare A. e) includent A.

45) Alt-Bunzlau ad Albim. 46) Haec res anno demum 1046 diiudicata est. 47) Virg. Aen. IV, 174. 175. 47*) Heinricos imperatores numerat Cosmas. 48) Karolus erat, Karoli Magni filius, qui a. 805 expeditionem in Bohemos fecit teste Einhardo in annalibus. 49) Dobner ad Haec. II, 433. docet nummum unum illorum temporum idem valuisse quod nostris diebus quatuor et dimidium nummos cruce signatos (Kreuzer), Bohemicum igitur censum fuisse 7500 florenos nostrae monetae. 50) Primam Bohemicam expeditionem Heinrici III. a. 1039. auctor silentio transiit, qua Bretislaus filium primogenitum obsidem dedit. cfr. Hermann. Aug. a. 1039. 51) Nomen servatum esse in hodierno Kulm, castrique rudera in monte Geyersberg superesse coniicit Dobner V, 256. Vide quoque commentationem Kropfii in Monatschrift der Gesellschaft des vaterländischen Museums in Böhmen 4. Decemb. p. 37. 52) marchio Misnensis. 53) Regen. 54) Kamb in Bavaria. 55) De loco quo haec Bohemorum victoria reportata sit fusius disseruit Dobner l. l. In limitibus Bavariae et provinciae Pilsensis, haud procul ab urbe Tauss, proelium commissum esse putat. 55*) Cf. Ovid. Metamorph. II, 50. I, 166. I, 181.

perditam et miseram gentem nihil ista iuvabunt. 1041.
Sic ait et iussit cunctos irrumpere silvam,
et ipse[a] eos praecedens ascendit montem[b] altum in me ia silva situm. sedensque in tripode dixit[c] ad astantes tocius regni principes:

Hac in valle cohors ignava latet Boemorum,
quasi mus agrestis in suis receptaculis

antrorum. Sed fefellit caesarem sua opinio[d], nam ultra alterum montem fuit illorum munitio. Tunc unumquemque caesar appellans nomine, prius marchiones, dehinc quosque nobiliores armatos praemittens, iubet pedestres ire in pugnam, his verbis pollicitans eis victoriam: *Non est,* inquit, *vobis opus laborioso certamine; tantum descendite, certe ipsi fugient[e] prae timore, nequeunt enim vestrum impetum ferre. Ite mei, ite, falcones, pavidas capite palumbes, et ut feroces leones, more luporum, qui dum irrumpunt ovilia ovium[f], non curant de numero, et non nisi toto grege mactato pociuntur edulio.*

10. Mox secundum iussum regis ruunt loricata[g] agmina; de primo loco pugnae certant proceres,
Conspicuae[h] nitent acies ut lucida glacies,
et ut sol refulsit eorum in arma, resplendent frondes silvarum ab eis et cacumina montium. Descendentes autem in vallem neminem inveniunt, quia hinc et illinc spissa silva et inpenetrabilia sunt loca; et sicut solet in omni certamine fieri, subsequentes etiam invitos inpellunt ad pugnam praecedentes, sic iam fatigati proceres iterum conpelluntur[i] a subsequentibus transcendere alterum montem. Sed iam aestu[k] et siti sicco[l] lingua adhaeret palato; vires deficiunt, dexterae languescunt, anhelitus aegros de pectore trahunt, nec tamen sistere queunt[m] gradum. Alii super scuta suas[n] loricas deiciunt, alii stant appodiati arboribus, frustra inanem auram captantes, alii iacuere ut trunci, homines crassi et insueti itinere certamine pedestri, et cum applicuissent munitioni, exoritur undique clamor[58], ascendit ut nebula super [58] silvam fatigato de corpore vapor. Quod videntes Boemi ad breve tempus haesitaverunt, moxque, ut intellexerunt viribus eos defecisse, audacter prosiliunt[o] de munitione. Audatiam

Dabat eis invicta soror fortunae Bellona.
O fors[p] fortuna! nunquam es perpetuo bona,
Instabilique rota magnates mergis in ima.
Fortunatorum en ora[q] verenda virorum
Ungula ferrata[r] saltantium foedat equorum,

et ventres in deliciis ac lumbos baltheis bis[s] cocco[t] tinctis[u] praecinctos[v] runcinus[w] [57] pede [57] rumpit, et distrahit intestina et exta ceu[x] fasciam aut ligamina cruris.

Plura referre pudet de tantae[y] nobilitatis
Morte repentina nec scriptis promere digna.

Tanta enim nobilium ibi[z] facta est strages virorum, quanta nec in campis Emathiae[a] [56], nec in tempore Sillae, nec aliqua[a] mortalium peste, nec hostili unquam gladio[b] fertur simul Teutonicorum interisse nobilitas. Interea caesar sedens montis in supercilio, suae mentis fallitur augurio. Nam dum suos vinci non aestimat ab hoste, victores ut vidit adesse cruentos, insi- liens tergo sonipedis[c], incumbit iubis et

Admovet[d] lumbis calcar quadrupedis caesar;

quem nisi habuisset promptum, eadem hora descendisset in orcum sine mora Romanus imperator[59].

11. Dum haec ibi geruntur, Saxones cum duce Okardo[e], de quo supra dixi, Boemiam 1040. Aug. 22. ingrediuntur et unam parvam regionem, quae est circa fluvium[f] Belinam[g], hostiliter demoliuntur. Interea dux eorum famam ut percepit sinistram, Sclavos de caesare habuisse victoriam, fixit[h] gradum ad pontem Gnevin[i.60] iuxta fluvium Belinam[k], valde sollicitus utrum [60]

a) super *addit* A. b) magnum et *inserunt* 4. 4a. c) dux 1. dixit *corr. man. recentior.* d) oppinio A. e) fugiunt 4. 4a. f) omnium 4. 4a. g) ta *alia manu supersc.* 1. h) prospicuae A. i) *sta corr.* 1. cogustur *rell.* k) *deest* 3. l) sicca 2b. m) queunt *alia manu superscript.* A. *deest* 1. 2. 2b. 3. valent 4. 4a. n) sua A. o) unt *al. manu supersc.* 1. p) sora 4. 4a. q) opa A. *alia manu supersc.* t, *ut sit* operta. r) ferrea 4. 4a. s) his A. t) q̊q ; *supersc. al. manu* A. u) tinctus 2. v) praecinctis 4. 4a. w) rancinus 2b. x) *deest* A. y) detentę *corr. al. man.* detantę 1. z) *omittunt* 2b. 3. a) Amathiae 4. 4a. a) equila 2. b) *deest* 3. c) semipedia A. 1. 2. 3. d) t *alia manu minio supersc.* 1. e) Okarado 1. f) *omittit* 4a. g) fluvium quae est circa Belinam 2. 2a. fluvium, qui est circa Belinam 2b. h) fecit *corr. al. manu* fixit A. i) Gneum 3. Gnevin 4. 4a. k) Bilinam 4a.

56) Virg. Aen. XII, 756. 57) equus. 58) Lucan. maiores. 60) Gnenin, Brüx, ad Bilau. in circulo Pharsal. I, 1. 59) De Heinrici clade die 22. m. Satzensi; cf. Pubitschka III, 319. Aug. 1040. facta cfr. Hermann. Aug. et Ann. Sang.

1041. bello fortunam temptaret, an cum[a] tanto dedecore[b] repatriaret. Maluit tamen prius experiri[c] animum ducis, et per nuncios temptans eum verbis suadet amicis: *Qui te modo pugnando[d] vicisse gaudes, si supplicando vicisses, melior multo[e] victor[f] fuisses; propterea noli temetipsum super te inaniter exaltare, quia durum est tibi contra stimulum calcitrare. Nam qui modo, quasi parcendo vobis et miserando, vestram terram cum paucis intrabat, eius interim gratiam nisi inveneritis[g], cito cum tanta multitudine exercituum superveniet, quibus nec fontes vestri sufficient, et quos vestra terrula vix capiet; tunc erunt novissima peiora prioribus. Unde iterum admoneo te et consilium do, ne totum, quod possidere videris, amittas. Reginam[h]*
61 *pecuniam[61], quae omnia superat, iratos placat, inimicos reconciliat, per tibi fideles amicos[i] non modicam caesari mittas, quatenus pro te ipsa intercedat et eius tibi[k] gratiam acquirat.* Ad haec dux Bracizlaus ira commotus salubres sprevit monitus, et innixus manum capulo sic ait: *Dicite vestro[l] Occardo[m]: Consilii satis[n] est mihi, neve[o] monendo profeciste putes. Audiant te[p] Saxones saxis rigidiores, et si qui sunt inconsulti[q] homines, qui te sapere aliquid putant. Ego autem, nisi his in tribus diebus hac de mea provincia sine omni violentia exeas, hoc[r] ense caput tuum abscidam, et tua ora ponam tibi ad posteriora.*

Caesaris in curte quid agatur, non mihi curae est[s].

Quamdiu in femore Bracizlai pendet ensis, non lac sed similis fluet sanguis ex latere caesaris. Quae cum[t] duci[u] relata fuissent, quamvis nimis aegre id tulisset, tamen invitus ceu lupus, qui[v] cum amittit praedam et investigantibus canibus submittens caudam repetit silvam, sic dux Occardus cum magno dedecore repedat in Saxoniam. Item relatum est duci Bracizlao[w] de Pricos[x] comite, qui praefuit[y] Beline[z] in urbe, quod corruptus Saxonum pecunia non stetisset ex adverso munitionis in custodia; sed ubi sunt nemora hostibus pervia, ibi posuisset[a] praesidia[62]. Hunc enim dux praefecerat toti[b] cohorti quae fuit de Moravia, et tribus legionibus quae fuerant[c]
63 missae in auxilium de Ungaria[63]. Quem statim[d] dux[e] iratus, erutis oculis, manibus et pedibus abscisis, iussit praecipitari[f] in abyssum[g] fluminis[h], anno dominicae incarnationis 1041.[*]
1041. 12. Anno dom. inc. 1042.[64] Heinricus imperator, semper magnificus triumphator, volens ulcisci suorum ruinam inclitorum, intrat tribus itineribus terram Boemorum, et eam fere totam hostiliter devastat, ac multas civitates, quas illi defendere non valentes deseruerant, igne succendit. Et ut pervenit ad urbem Pragam, ante ipsam ex adverso fixit aquilas Sibé-
65 nica[i] in monticulo[65]. Ibi nichil actum dignum relatu comperi[k], nisi quod praesul Severus

Caesaris ad castra clam noctu fugit ab urbe,

timens, ut aestimo, ne quasi domino suo rebellis privaretur sedis honore pontificalis. Quod videns dux Bracizlaus

Nescit quid faciat, mentem dolor undique turbat,

Iam poenitet eum olim pugnasse contra caesarem[l], iam poenitet eum sprevisse[m] monita ducis Occardi, iam mavult[n] precibus pugnare, et eum[o] precibus superare[p], quem olim pugnando superarat; atque his verbis temptat diram deflectere caesaris iram:

Bella geris, caesar, nullos habitura triumphos[66].

Nostra[q] terra tua est camera, nosque tui sumus, et esse tui[r] cupimus. Nam qui suos in subiectos saevit,

Hoste crudeli crudelior noscitur esse;

si spectas ad robur tui exercitus, nos tibi nec momenta rerum sumus. Cur ostendis potentiam tuam quasi contra folium, quod a vento rapitur? Nam ventus deficit ubi nichil sibi officit. Quod vis[s] ut sis, iam victor es,

[*]) Imperator Henricus pugnat cum duce Brziecislao et turpiter fugatur. 2. 2ª. 2ᵇ.

a) de *addit* 4. b) dolore 2ᵇ. c) experire *corr.* experiri A. 1. d) pugnare 1. e) *al. manu supersc.* A. f) *omissum* 4. 4ª. g) ne *syllaba al. man. supersc.* 1. h) regina 3. i) *repetit fideles sed expunxit* 1. k) *omittunt* 4. 4ª. l) viro 1. m) Okardo 2. *et deinceps.* Ockardo 4. 4ª. n) satis cons. A. o) ne 2. ne me 4. 4ª. p) se 4. q) inconsulto 4. 4ª. r) *corr.* 1. s) *supersc. al. man.* A. t) dum 2. 3. u) *deest* A. Ockardo *addunt* 4. 4ª. v) *deest* 4. w) Bracislavo 1. x) Prikos 1. Prycos 2. 2ᵇ. Picos 3. y) fuit 4. 4ª. z) Belin 1. 2. 4. Bolin 3. *) posuissent 1. a) tote 4. 4ª. b) fuerant 4. 4ª. c) *deest* 4. 4ª. d) Bracislaus *addit* 4ª. e) praecipitare 3. f) abissum 1. g) ad hanc rem pertinet annus dom. incarn. MXLI. *add.* 4ª. h) Sibenico 1. Sybenico 4. 4ª. i) comperit 4. 4ª. k) iam poenitet — caesarem *omissa* 4. 4ª. l) verba sprevisse — eum in marg. A. *apponit alia manus.* m) maluit 2. 2ᵇ. 3. n) exsuperare 4. 4ª. o) as 2. 2ᵇ. 3. p) *deest* A. q) *deest* A.

61) Hor. Epp. I, 6, 37. 62) Anno 1043 Eppo est praefectus Bilinensis; vide tabulam Boczek I, 116. 63) a Petro Ungarorum rege Bracizlai socio. Quae quum Annales Hildesh. ad annum 1041. referant, dubitari non potest quin proditio comitis Pricos et numerus anni 1041. in textu ad II, 11. revocandus sit. 64) Anno 1041. haec gesta sunt; cfr. Herm. Aug. et Ann. Sang. 65) Mons Zizka postea nominatus. 66) Lucan. Phars. I, 12.

Iam tua iam cinge victricia[a] *tympora*[b] *lauro*[67].

Insuper ei promittit mille et quingentas marcas denariorum, quod erat tributum trium annorum iam[c] praeteritorum[68]. 1042.

Mox velut insignis cum flammis aestuat ignis,
ai quis nimiam desuper fundit[d] aquam, paulatim impetum eius confundit, et praevalentibus undis deficit ignis: Sept. 29.

Haud secus[e] extinxit regina pecunia caesaris iram.

Nam qui olim hanc terram intraverat inmitis, accepta pecunia revertitur mitis, pace interposita.

13. Anno dominicae incarnationis 1043. tanta fames fuit in Boemia, ut tercia pars populi interiret fame. 1043.

Anno dominicae incarnationis 1044.

Anno dominicae incarnationis 1045. obiit Gunter monachus 7. Idus Octobris[69]. 1045. Oct 9.

Anno dominicae incarnationis 1046. dedicatum est monasterium in urbe Bolezlau 14. Kal. Iunii[f] a Severo Pragensis[g] ecclesiae sexto episcopo[70]. 1046. Mai. 21.

Anno dominicae incarnationis 1047.

Anno dominicae incarnationis 1048.

Anno dominicae incarnationis 1049.

Anno dominicae incarnationis 1050.

Anno dominicae incarnationis 1051.

Anno dom. inc. 1052. obiit Bozena[h] coniunx Oudalrici[i] ducis, mater Bracizlai[k]. 1052.

Anno dominicae incarnationis 1053.*

Anno dominicae incarnationis 1054.[l] urbs Wratizlav[m.71] et aliae civitates a duce[n] Bracizlao redditae sunt Poloniis, ea conditione ut quam sibi tam suis successoribus quingentas marcas argenti et 30 auri annuatim solverent. 1054.

Anno dominicae incarnationis 1055.[o] 1055.

Dux Bracizlaus[p] virtutum culmine clarus,
Gemma Boemorum[q], patrum lux clara suorum,

cum adiuvante Deo totam sibi subiugasset Poloniam, nec non bis victor, iam tercia vice proposuerat invadere Pannoniam[72], dumque praecedens suum exspectat exercitum, Hrudim[r] in urbe acri pulsatur aegritudine; quam ut sensit magis magisque ingravescere, et sui corporis vires evanescere, convocat eos qui forte aderant terrae[s] primates, quibus astantibus verbis fatur talibus: *Quia me mea fata vocant, et atra mors iam prae oculis volat, volo vobis assignare et vestrae fidei commendare, qui*[t] *post me debeat rem publicam gubernare. Vos scitis quia nostra principalis*[u] *genealogia, partim sterilitate partim pereuntibus in*[v] *inmatura aetate, me usque*[w] *ad unum*[x] *fuit redacta. Nunc autem, ut ipsi cernitis, sunt mihi a Deo dati quinque nati, inter quos dividere regnum Boemiae non videtur mihi esse utile, quia omne regnum in se ipsum*[y] *divisum desolabitur. Quia*[z] *vero ab origine mundi, et ab initio Romani imperii, et usque ad haec tempora fuit fratrum*[a] *gratia rara, testantur nobis exempla rata. Nam Cain*[b] *et Abel, Romulus et Remus, et mei atavi Bolezlaus et sanctus Wenceslaus, si spectes quid fecerint*[c] *fratres bini, quid facturi sunt quini*[d]*? Hos ergo*[e] *quanto potiores ac potenciores intueor, tanto mente praesaga peiora augurior. Heu mens*[f] *semper pavida genitorum de incertis*

*) Sanctus Procopius abbas[73] obiit. 2. 2a. 2b. 73

a) victrici 2b. 3. b) tempora 2. 2b. 4. tempora 3. c) *deest* 2b. 3. 4. 4a. d) fundat 2b. 3. e) sexus *corr.* secus A. f) IIII. Calend. Ianuarii 3. g) a domino Severo sanctae Pragensis 4. 4a. h) Bona *al. manu supersc.* ze A. Boziena 2. i) Odalrici 2. Udalrici 2b. k) *haec ad* 1050. A. l) *in margine superiore* A. *alia manu adscriptum sed falso* MLIII. m) Wratislaw 2. Wratislai 3. Wratislau 2b. 4a. n) Boemico *add.* 2b. 4. 4a. o) Mill. LIII. *al. manu supersc.* A. p) Boemorum *add.* 4. 4a. q) Sclavorum 4. 4a. r) Chrudim 2. Hrudin 3. s) sui 2. t) *eorum et supersc.* A. u) *deest* A. v) *deest* 2. 3. 4. 4a. w) *corr. al. man.* A. x) imum 2. y) i. e. ipso *al. man. in margine* A. *oppositio.* z) quod 2b. *) oriente 1. a) *omissum* A. 1. 2. 2a. 4a. *legunt* 3. 4. *et in mar ne* 2b. b) Chain 1. c) fuerint *pro* fecerint 3. d) quinterni 3. e) *ita* 1. 4. ego *rell.* f) in *al. man. supers.* t.

67) Virg. Aen. V, 539. 68) Autumno in festivitate S. Michaelis Heinricum ad Pragam cum Bohemis pacem fecisse testatur Annalista Saxo a. 1042. 69) De Guntario eremita in silva Bohemica vide Herm. Aug. 1045. Vitam S. Godehardi ep. Hildesh. ap. Leibnitium I. 487. et praeceptum Bratislai a. 1045. Boczek I, 120; vitam S. Guntheri Act. SS. Oct. IV, 1068. 70) Vide supra II, 7. et praeceptum Bratislai Boczek I, 125. 71) Breslau. 72) Dubitat Palacky I, 291, num Bratislaus revera bellum contra Ungaros tempore hiemali suscipere voluerit. 73) Sazavien is.

1055. *satis natorum. Unde providendum*[a] *est ne post mea fata*[b] *aliqua inter eos oriatur discordia propter obtinenda regni gubernacula. Qua de re rogo vos per Dominum*[c], *et obtestor fidei vestrae per sacramentum, quatinus inter meos natos sive nepotes semper maior*[d] *natu summum ius et solium obtineat in principatu, omnesque*[e] *fratres sui, sive qui sunt orti herili de tribu, sint* 74 *sub eius dominatu*[74]. *Credite mihi, nisi monarchos*[f] *hunc regat ducatum, vobis principibus ad iugulum, populo ad magnum deveniet*[g] *damnum*[75]. Dixerat, et inter astancium manus corpo-
Ian. 10. reos artus linquens petit ethera flatus eius 4. Idus Ianuarii[h.76], ac magnus planctus est desuper illico factus[i]. Quantae autem dux iste Bracizlaus frugalitatis[k], vel quantae discretionis in divinis legibus[l] et humanis iudiciis, aut quam largus dator[m] elemosinarum et quam pius fautor ecclesiarum sive viduarum fuerit, facundia Tullii prius defecisset, quam singula eius quaeque merita explicuisset[n].

14. Post cuius obitum filium eius primogenitum nomine Spitignev[o] omnes Boemicae gentis, magni et parvi, communi consilio et voluntate pari eligunt sibi in ducem[p], cantantes kirieleison cantilenam dulcem. Erat enim vir valde speciosus, caesarie pice nigrior atra, barba[q] prolixa, facie laeta[r], genae eius candidiores nive, et parum rubentes per medium. Quid plura?

Vir bonus et talos a vertice pulcher ad imos

77 erat[77]. Prima[s] die qua intronizatus est, hic magnum et mirabile ac omnibus seclis memorabile fecit hoc sibi memoriale; nam quotquot inventi sunt de gente Teutonica, sive dives sive pauper sive[t] peregrinus, omnes simul in tribus diebus iussit eliminari de terra Boemia[78], quin etiam et genitricem non tulit remanere suam, de qua supra meminimus[79], Ottonis natam, nomine Iuditham. Similiter et abbatissam[80] sancti Georgii, Brunonis filiam, eliminat, quia haec olim antea eum verbis offenderat acerbis. Nam dum pater eius Bracizlaus reaedificaret moenia tocius urbis Pragae per girum, et hic[u] supradictus heros a patre sibi concessam Satec[v] haberet[w] provinciam, forte[x] exiit ut cum suis circa sancti Georgii claustrum componeret murum. Et cum nullo modo recte poni posset murus, nisi destrueretur fornax abbatissae qui ibi[y] forte stabat, iactata fune in media, tunc aliis hoc facere cunctantibus, accessit natus herilis, et quasi risum sibi faciens, cum magno cachinno[z] iussit eum deicere subito in torrentem Bruzincam[*], dicens: *Hodie domina abbatissa calidas non gustabit placentas.* Quod agnoscens abbatissa exiit irata de claustro, et valde moleste eius dicta ferens, sic eum yronicis aggreditur et confundit dictis:

Nobilis, insignis, vir fortis et inclitus armis,
Quam magnas turres nunc expugnavit et urbes,
Et sibi famosum fert de fornace triumphum,
Timpora iam lauro victricia cingat et auro.
Clerus multimodas campanis[a] *personet*[b] *odas,*
Dux quia deiecit[c] *fornacem miraque fecit.*
Ah[d]*! pudet effari*[e] *quae non pudet hunc operari.*
Corpore diriguit vir, vox et faucibus haesit[81],
Indignansque[f] *suam gemitu compescuit iram*[82].

83 Haec quoniam[g] abbatissae dicta dux alta in mente reposita[83] reservarat[h], postquam est intronizatus, priusquam[i] sancti Georgii ecclesiam intrarat[k], abbatissam expellit[l] man-

a) providendum A. b) facta *corr.* Iata A. c) Deum 2b. 3. d) minor 3. e) et omnes 4. f) monachos *al. manu supersc.* solus 1. nec monarchos 2b. si monarcha 3. g) deveniret *eraso r* 1. h) *deest* 4a. i) est *hoc loco supersc.* A. k) fragilitatis *corr.* frugilitatis A. l) regibus 1. m) dator *repetit* 1. n) explicuissent A. o) Zpitignev 1. 2b. Spitigneu 2. Zpignuen 3. Zpitigneum 4. Spitigneum 4a. *et sic porro.* p) iudicem *omisso in* 4. 4a. q) barbara *corr.* barba A. r) laeta 4. s) autem *inserunt* 4. 4a. t) seu 4. u) haec 1. v) Satc 1. Satea 2. Sate 2b. Satbec 4. 4a. w) h *supersc. al. man.* 1. x) sorte 2. 4. y) *corr.* A. *omittunt* 4. 4a. z) chachinno 1. 4a. *) Brusnicam 1. Bruznicam 2b. 4. 4a. Brucitucam 3. a) campanas *corr.* campanis A. campanas 4. 4a. b) personat 3. c) deicit 4a. d) Ach 4. e) ea fari 4. 4a. f) n *supersc.* 1. indignamque 3. g) quum 2b. 3. h) reservaret 1. i) ꝑq̄ 1. k) intrat A. intraret 4. 4a. ad *addit* 1. l) *ita* A. *superscripsit alia manus et coaeva illa; deest in rell.*

74) Hanc legem Cosmas infra III, 13. vocat *iustitiam Bohemorum.* 75) Hunc rerum ordinem a Bratislao non in ipsa morte constitutum esse, docet tabula quaedam a. 1054. scripta, in qua mentio fit Wratislai, filii eius, ducis Moraviensis; Boczek I, 130. 76) Consentit Necrologium Bohemicum. 77) Hor. Epp. II, 2, 4. 78) Sed non omnes Teutonicos expulit e Bohemia, potius Vitum abbatem Saxaviensem Slavica natione oriundum munere privavit, et abbatem Teutonicum in monasterium induxit, ut refert monachus Saxaviensis. 79) I, 40. 80) Dobner V, 329. ex diplomate quodam Ottocari I. effecisse videtur ei nomen Adlaidae fuisse. 81) Virg. Aen. III, 48. 82) Lucan. Phars. IX, 166. 83) *Virg.* Aen. I. 26.

dans sibi talia[a]: *Nunc potius convenit clerum resonare odas et pulsare campanas, cum abbatissa foras et[b] de terra hac eicitur[c], quam cum fornax eius deicitur. Ecce vir fortis et inclitus armis non turres, non urbes expugnando, sed te abbatissam[d], illius fornacis[e] dominam, hodie eiciendo[f] fert[g] famosum triumphum, et cingit tempora lauro.* Et ut iussum fuerat, super bigam inposita fertur velociter abbatissa, et cicius dicto eicitur huius terrae de confinio. 1055.

15. His ita[h] peractis, vadit novus dux novum disponere Moraviae regnum, quod olim pater eius inter filios suos dividens, partem dimidiam[i] Wratizlao[k.84] 84
rado[l] et Ottoni[m] dederat; Iaromir autem adhuc deditus studiis inter scolares versabatur alas. Praemisit autem dux Spitignev illius terrae[n] ad primates litteras, in quibus nominatim vocat trecentos viros, quos ipse novit[o] meliores et nobiliores[p] ex omnibus civitatibus, et ut sibi ad urbem Hrudim[q] occurrerent[r], per salutem capitis sui mandat. Iussa viri faciunt, et iam[s] ultra portam custodiae in agris Grutov[t.85] duci obviam veniunt, quos statim dux[u], iratus quia non ad condictum locum occurrerant, iussit comprehendere, et catenatos iussit ad custodiendum, dividens eos per singulas civitates Boemiae, equos autem et arma eorum inter suos distribuit, et tenuit viam in Moraviam. Quod audiens frater eius[v] Wratizlaus valde eum timuit, et secessit in partes Pannoniae[w.86], relicta coniuge Olomuc[x.87] in urbe. Quem 87
rex Andreas gratanter suscepit, et quamdiu secum[y] fuit, honorifice eum habuit. Ergo dux Spitignev, postquam ad suum placitum[z] omnia ordinavit in Moravia, fratres suos accepit, ut essent secum in curia, Conradum[a] praeficiens venatoribus, Ottonem vero posuit super pistores atque cocos magistrum[b]. Nurum autem suam comprehensam misit in quoddam castrum[c] munitissimum nomine[d] Lescen[e.88], committens eam ad custodiendum comiti nomine[f] Mstis[g], quam ille, non ut decuit talem dominam, custodivit, nam omni nocte eius pedem suo cum pede[h] munivit compede. Quod vir eius audiens aegre tulit, et quid mercedis comiti pro tam temeri facto postea reddiderit, in sequentibus patebit[89].

16. Post unum vero mensem[k] evolutum interventu Severi episcopi et comitum nurum suam dimittit, et[l] dans ei conductum, fecit eam[k] redire ad suum maritum. Quae quoniam[l] vicina partui erat, dum ire properat[m], matricem viciat, et infra spacium trium dierum spiritum[n] exalat pulcherrima mulierum[o], quia non potuit[p] uteri exponere pondus inmaturum. Cuius de morte rex[q] Andreas[r] cum videret suum hospitem usque adeo moerentem,

His iuvenem dictis moestum solatur amicis[90]: 90

O mi care hospes, Deus faciat, ut sis sospes. De caetero, iacta super Dominum[s] curam tuam, et spera in eum, et ipse faciet, ut hic moeror cicius[t] vertatur in gaudium. Saepe enim fit, ut, unde homo minus proficui[u] sperat, inde plus commodi[v] ferat. De obitu autem tuae consortis esto vir fortis, nec dolendo excedas modum, quasi tibi soli aliquid contingerit novum, cum omnibus hominibus constet notum,

Omne redire[w] suum humanum corpus ad hortum.

Dixerat et tristem secum ducit[x] ad mensam hospitem, ubi opimis ferculis reficiuntur[y] atque mero leni efficiuntur laeti. Forte fuit huic regi[z] unica[aa] gnata[a], nomine Adleyta[91.b], iam[b] thoro 91
maritali[d] tempestiva, valde formosa et multis procis nimium spes invidiosa. Hanc hospes ut vidit misere adamavit, quod rex bonus non recusavit, atque[e] post paucos dies matrimonio sibi eam copulavit. Quod cum audisset dux Spitignev, sagaci ingenio praecavens, ne forte

a) 3. *sic legit:* abbatissae mandat talia. b) *omittunt* 4. 4a. c) eicitur d. t. A. d) m *supersc. al. manu* A. abbatissa 3. e) n *supersc.* 1. f) eici ipio 1. g) *corr.* 1. h) *corr.* A. itaque 1. i) *corr.* A. k) Wratizlavo 1. l) Conrado A. 2. Chonrado 2b. 4a. Cunrado 4. m) Otoni 1. n) *al. man. supersc.* A. o) vidit 2. p) et nobiliores *omissa* 4. 4a. q) Grudim 1. r) *ita* A. occurrant *rell.* s) etiam 4. 4a. t) Grutou 2. 2b. Chroton 3. Grothou 4. 4a. u) Spitignens *addunt* 4. 4a. v) suus A. w) Polonise 4. 4a. x) Olomucz 2. 4. 4a. y) *corr.* A. z) palaticum 4. 4a. a) Conratum 1. Cunradum 4. 4a. b) posuit pistorum atque cocorum magistrum 4. 4a. c) castellum A. d) *omittit* 3. e) Leeszen 2. e) *omittit* 4a. f) Mstis 1, 2. 4. g) cum pede *desunt* 2. h) mensem; n *supersc. al. man.* 1. i) *manu alia et coaeva supersc.* A; *deest in rell.* k) *deest* 4. 4a. l) quia 4. 4a. m) te *al. man. corr.* ire 1. dum te properat 2. 2b. dum properat 3. n) spiritus 2. o) *corr.* 1. p) poterat 3. q) audiens *add.* 2. r) *deest* 2. s) Deum 2b. 3. t) tuus 3. u) profectus 3. v) *corr.* 1. w) reddere A. x) duxerat 3. y) *corr.* 1. z) regis A. aa) *deest* A. a) nata A. b) Adlegta A. A*. c) h *supersc. al. man.* 1. d) *deest* 4. 4a. e) atque—copulavit *desunt* 1. paucos *omittunt* A. 2. post dies aliquot 3.

84) Wratizlaus sedem habebat Olomuci, Conradus Znaymi, Otto Brunnae; cfr. Boczek I, 129. 85) campi Grutauvienses, ultra Chrudim oppidum siti; longius quam dux iusserat iter fecerunt Moravienses. Vid. Pubitschka III, 359. 86) Die 20. mens. Aprilis 1055. Wratizlaus adhuc residebat Olomuci, ut probat eius tabula Boczek I, 132. 87) Olmütz. 88) Lesten. 89) II, 19. 90) Virg. Aen. V, 770. 91) Erat soror Andreae I. regis Ungarorum, filia Ludislai; cfr. Pubitschka III, 361.

1053. invaderet frater suus totam[a] cum Ungaris Moraviam, mittens nuncios revocat eum de Un-
92 garia, et reddidit sibi[b] civitates, quas ei ante[c] pater suus dederat in Moravia[92]. Erat enim dux[d] Spitignev vir prudens[e] rerum in discrimine, sciens arcum suum tendere et laxare in oportuno[f] tempore. Cuius inter caeteras virtutes hoc praecipuum studium memoria dignum, posteris vero imitabile exemplum proferimus[g] in medium. Talis enim mos suus erat, sem-
per quadragesimali tempore[h] aut monachorum aut canonicorum degens in claustro, elemosinis vacabat, divinis officiis instabat, vigiliis et oracionibus[i] inhaerebat, sic tamen, ut ante matutinalem melodiam aut cum extensione manuum aut cum genuflexionibus totam ruminaret psalmodiam. Post completorium vero ad instar monachorum servat[k] silentium usque ad primae statium[l]. Et quamdiu ieiunus fuit, ecclesiastica disponit[m] negotia, post prandium autem secularia tractat[n] iudicia[o]. Pelliciam autem[p] episcopalem et tunicam clericalem, quam desuper induens[q] in capite ieiunii per totam quadragesimam gestabat, in coena Domini suo capellano cubiculario eam dabat, bene et religiose reputans, ut qui tempore poenitenciae particeps laboris[r] fieret, in die magnae festivitatis[s] non immunis habiret.

17. Anno dominicae incarnationis 1056.

Annò dominicae incarnationis 1057.

1058. Anno dominicae incarnationis 1058. 4. Nonas Augusti[93] Iudita coniunx Bracizlavi, ductrix
Aug. 2. Boemorum, obiit, quam quia filius suus Spitigneus eiecerat de regno suo, cum non posset aliter ulcisci[t] iniuriam suam in filio, ad contumeliam eius et omnium Boemorum nupserat
94 Petro regi Ungarorum[94]. Haec postea[u] a filio suo Wratizlao duce inde translata et sepulta est[v] Pragae iuxta virum suum Bracizlaum, sanctorum martirum Viti, Wenceslai, Adalberti[w] in ecclesia honorifice[x].

Anno dominicae incarnationis 1059.

1060. Anno dominicae incarnationis 1060. cum ad festum sancti Wencezlai dux Spitignev
Sept. 28. venisset Pragam, videns ecclesiam sancti Viti non adeo magnam nec capessentem populum concurrentem ad festivitatem sanctam, quam videlicet ipse sanctus Wencezlaus construxerat[y] ad similitudinem[z] Romanae ecclesiae rotundam, in qua etiam eiusdem corpus sancti Wenceslai quiescebat; similiter et aliam ecclesiolam[a], quae fuit contigua et quasi in porticu sita eiusdem ecclesiae, cuius in medio nimis in[b] arto loco erat mausoleum[c] sancti[d] Adalberti; optimum ratus fore, ut ambas destrueret[e] et unam utrisque patronis magnam[f] construeret ecclesiam. Continuo per longum gyrum designat ecclesiae locum, iacit fundamenta, fervet[g]
95 opus[95], surgit murus; sed eius felicia coepta in subsequenti mox anno intercipit mors inepta. Eiusdem anni tempore, quo legiones procedunt ad bella[96], cum iam levatis signis miliciae dux[h] quasi unius[i] diei iter ageret, obviam habuit[k] viduam, quae flens et eiulans ac pedes eius deosculans, currens[l] post eum clamabat dicens:

Domine, vindica me de adversario meo.

Et ille, *Faciam*, inquit, *cum de*[m] *expeditione redeam.* Et illa: *Quid si*, ait[n], *non redibis, cui me vindicandam*[o] *dimittis*[p]*? Aut cur tuam mercedem a Deo accepturus omittis?* Qui statim unius viduae ad peticionem intermittit expeditionem, eamque iusto iudicio vindicavit de adversario. Quid ad haec vos, o moderni principes, dicitis, qui tot viduarum, tot pupillorum ad clamores non respicitis, sed eos tumido fastu superbiendo despicitis? Talibus, ut supra diximus, misericordiae visceribus dux Spitignev hoc agnomen sibi ascivit, ut ab omnibus diceretur pater clericorum, defensor viduarum. Sed quia saepius videmus occulto De iudi-

a) totam terram M. c. U. A. b) redidit 1. reddit ei 4. 4a. c) antea 2b. 3. d) *deest* 3. e) prudentissimus 4. 4a. f) importuno 4. in portuno 4a. g) proferemus 2. 2b. 3. h) tempt 1. i) ieiuniis 4. 4a. k) servabat 3. l) spacium A. m) exponit A. disponebat 3. n) tractabat 3. o) negotia A. p) *deest* A. q) induitus 3. r) *deest* 2. s) resurrectionis Iesu Christi domini nostri *addunt* 4. 4a. t) ulcirisci A. *sed corr.* u) post 4. 4a. v) *omisso* et *et* est 4. 4a. w) V. W. A. 1. x) *ita* A. *deest rell.* y) construxerat 1. z) sanctae *add.* 4. a) *deest* A. b) in arto c. l. m. A. c) mauseolum 2b. 4. 4a. d) beati 3. e) construeret 1. f) *deest* A. g) *corr.* 1. accelerat 4. 4a. h) Spitigneus *add.* 4. 4a. i) *corr. al. man.* 1. k) quandam *inserunt* 4. 4a. l) r *supersc. al. man.* A. m) *supersc.* 1. n) *deest* 2. o) miserum *add.* 4. 4a. p) remittis 2b.

92) Tabula quaedam apud Boczek I, 135. probat Wratizlaum anno 1059. Olomuci commoratum esse. 93) Probat Necrologium Bohemicum. 94) anno 1046. regno privato et caecato; sed tunc vivebat prior eius uxor, vid. Herm. Augiens. 1046. Nuptias illas in dubium vocat Pubitschka III, 330. 95) Virg. Georg. IV, 169. 96) Ni fallor Andreae regi Ungarorum cum exercitu Teutonicorum adversus Belam ex consilio Heinrici regis auxilium laturus erat, quod de duce quodam Boemorum anonymo, cuius adventum Teutonici non exspectaverint, litteris mandavit Lambertus 1061.

cio malos relinqui, bonos subtrahi[a] de medio, hic vir tantae[b] probitatis est[c] ab hac luce 1061.
subtractus 5. Kal. Februarii[96*], anno sui ducatus 6, anno vero[d] dominicae incarnat. 1061[e*]. Ian. 28.

18. Post cuius obitum frater eius[f] Wratizlaus, omnibus Boemis faventibus, sublimatur in solium, qui confestim[g] Moraviae regnum inter fratres suos dividit per medium, dans Ottoni orientalem plagam[97], quam ipse prius obtinuerat, quae[h] fuit aptior venatibus[i] et abundantior piscibus, occidentalem vero[98], quae est[k] versus Teutonicos, dat Conrado, qui et 98
ipse sciebat Teutonicam linguam. Regio[l] autem illa est planior et campestris atque fertilior frugibus. Interea sole morante in prima parte piscium, bonae indolis Iaromir iuvenis, audita nece fratris sui Spitignev, quem non[m] minus quam[n] ut patrem timore et amore coluit, iam deposito puerili metu rediit[o] de studio, sperans aliquam portionem[p] se habiturum haereditatis in patrio regno. Quem dux Wratizlaus frater suus, ut sensit magis affectari[q] laicalem quam sacrae doctrinae militiam, his verbis castigat eius pertinatiam: *Noli*, inquit, *frater[r], noli a capite, cuius effectus es membrum, per apostasiam[s] abscidi[t] et[u] proici in infernum. Olim divina gratia per sui providentiam[v] elegit[w] te in sacerdotii gradum, propterea et genitor noster tradidit te ad literarum exercicium, ut successor idoneus Severi episcopi habearis, tantummodo Deo favente si superstes fueris.* Moxque intrante Martio mense, prima sabbati die, Mart.
quando celebrantur[x] sacri ordines, quamvis invitum et coactum atque nimis renitentem totondit eum, et in praesentia ipsius ducis ordinatus est usque[y] ad diaconatus officium, legitque publice euangelium, et pontifici missam celebranti[z] iuxta morem ministravit[*]. Post haec novus diaconus, immo[a] antiquus dicendus[b] apostata Iulianus, parma[c] sacrae militiae non bene abiecta[99], et gratia[d] quam per inpositionem manus acceperat neglecta[e], sumpsit mili- 99
tare cingulum, et aufugit cum suis sequacibus ad ducem Polonicum[1], mansitque secum usque Severi[f] episcopi[g] ad obitum.

19. Ea tempestate Mztis comes urbis Belinae[h], filius Boris, vir magnae audatiae, maioris eloquentiae, nec minoris prudentiae, quamvis non inmemor, quod suspectum ducem habuerit[i], quia eius coniugem sibi quandoque a domino suo comissam in custodia tenuerit[k] [2], tamen[l] audacter palatium ducis ingressus, rogaturus eum his verbis suppliciter est aggressus: *Fratris tui*, inquit, *per gratiam in honore sancti Petri apostoli aedificavi ecclesiam, cuius ad dedicationis sollempnitatem quo dignemini adventare[m], simul et urbem adventu tuo laetificare, supplices meas ne despice[n] preces.* Ille quamvis non inmemor acceptae iniuriae, quam olim sibi fecerat in coniuge[o], tamen propter novitatem suam dissimulans in corde[p] quam habuit iram[q], dixit: *Ego veniam, civitatem laetificabo meam[r], et quod res et iusticia postulat, faciam.* Hoc verbum, quod locutus est princeps, non intellexit comes[s], et magnas duci agens grates[t] laetus abiit, et parat quae sunt necessaria ad magna convivia. Venerat dux et episcopus[u], et ecclesia, quae est sita[v] in suburbio, mox dedicata, ascendit dux in urbem ad prandium[w]; episcopus vero et comes in sua curte, quae fuit ante ecclesiam, similiter positis mensis epulis discumbunt. Et inter prandendum[x] venit nuncius qui diceret in aure[y] comiti: *Ablata est tibi urbis praefectura et data est Koyatae[z], filio Wsseboris[**]*, qui tunc temporis primus erat in palatio ducis. Ad haec comes respondit: *Dux est et dominus, de civitate sua faciat quod[a] sibi placet. Quod autem mea ecclesia hodie habet, auferendi dux potestatem non habet.* Qui nisi illa nocte consilio praesulis[b] et auxilio[c] aufugisset, procul dubio[d] oculos et pedem suum, quem olim compedivit cum pede coniugis ducis, amisisset[e].

20. Anno dominicae incarnationis 1062. 6. Kal. Februarii obiit ductrix[f] Adleyth[g], mater Ian. 27.

*) Obiit Spitigneus dux Bohemorum. 2. 2a.

a) subthai 1. b) tale *corr.* tante 1. c) *deest* 2b. 3. d) *ita* A. *deest rell.* e) LXI. *deest* 1. f) suus 2b. g) statim 4. 4a. h) qui 2. i) venationibus 3. k) *omissum* 4. 4a. l) *corr.* 1. m) *supersc. al. manu* A. n) *deest* A. o) redit A. p) partem A. q) *corr.* 1. affectare A. 3 4. 4a. r) fr. inq. A. s) apostaciam 1. t) abscindi 3. u) *supersc. al. man.* 1. v) pro sui providentia 2b. w) eligit 2. x) celebrabantur 2b. y) *deest* 3. z) cel. miss. A. *) celebravit 2. a) *corr.* A. b) *omittunt* 4. 4a. dic. ant. A. c) *ita* A. per arma *rell.* d) gratiam A. 2b. 3. 4. 4a. e) neglectam 2b. 3. 4a. f) *omittunt* 4. 4a. g) *deest* A. a) Relinae 2. i) habuit 2b. k) tenuit A. tenuerat 4. 4a. l) *deest* 2b. 3. m) advenire 4. 4a. n) c *supersc.* 1. o) sua *add.* A. p) suo *add.* A. 4. 4a. q) suam A. r) *deest* 4. 4a. s) Mztis *add.* 4. 4a. t) gratias 2b. u) Severus *add.* 4. 4a. v) *omissum* 4. 4a. w) prandendum 4. 4a. x) prandium 2b. y) in aurem A. 2b. 3. z) Kovate *corr.* Koyate A. Coyate 1. Koiethe 4. Koietae 4a. **) Wseboris 1. 4. 4a. Vseboris 2b. 3. a) quid 2b. 3. b) Severi *add.* 4. c) et auxilio *desunt* 4. d) procul dubio *desunt* 1. e) *ita* 1. pr. d. amisisset *rell.* f) nomine A. g) Adiegth 1. Adleyta 3.

96*) Consentit Necrologium Bohemicum. 97) i. e. Olomucensem. 98) i. e. Brunnensem. 99) Hor. Od. II, 7, 10. 1) Boleslaum II. 2) II, 15.

1063. Iudithae et Ludmilae, similiter et Bracizlai iunioris et Wratizlai, qui in[a] primo flore iuventu-
Nov. 19. tis occidit[b] 13. Kal. Decembris. Evoluto autem fere unius anni spatio[3] post obitum ductricis Adleythae, Wratislaus dux accepit uxorem nomine Zuatavam[c.4], Kazimir Poloniorum ducis natam, Bolezlai vero et Uladizlai germanam, ex qua habuit quatuor liberos, bonae indolis viros, Bolezlavum, Borivoy, Wladizlaum[4], Soberlavum[c.5]. De quibus in suis locis, uti Deus dabit, satis copiose tractabitur.

21. Anno dominicae incarnationis 1063.
Anno dominicae incarnationis 1064.
Anno dominicae incarnationis 1065.
Anno dominicae incarnationis 1066.

1067. Anno dominicae incarnationis 1067. 5. Idus Decembris Severus sextus Pragensis eccle-
Dec. 9. siae episcopus

6 Migrat[f] ab hoc mundo[e], bravio fruiturque iocundo[6].

Hic utramque fortunam prosperam et adversam satis expertus est; nam aliquando a duce Bracizlao captus, catenatus, carceri mancipatus[g], utrumque simul in occulto et in aperto[h] martirium tulit. Hic fere omni tempore sui praesulatus sine aliqua refragatione[i] et sine omni contradictione Boemiae et Moraviae quasi unum et individuum episcopium[k] rexit, et rexisset, si non post obitum Zpitigneu[l], nimia devictus efflagitatione Wratizlai ducis, consensisset promoveri Iohannem episcopum in Moravia[8]. Prius tamen multorum sub testimonio huiusmodi[m] deliberato pheodo et allodio sive concambio[n], scilicet ut Pragensis praesul 12 villas quae sunt in omni Boemia potiores pro illo episcopio[o] eligat, insuper et centum marcas argenti annuatim de camera ducis accipiat; curtem autem quae est in Moravia ad Sekircostel[p] cum suis appendiciis, ut antea sic et in posterum, possideat, similiter[p] et villam Sliunicam[q] cum foro, atque castrum ibidem situm in media aqua Zuratka[r] nomine, Podivin[s.9] dictum a conditore suo Podiva, Iudaeo sed postea catholico[10]. Fertur autem quod fuisset in Moravia ante tempora
11 Severi quidam episcopus, ut reor, nomine Wracen[t.11]. De qua parrochia quantum con-

a) *deest* A. b) cecidit 3. c) Swatauam 2. d) et *add.* 4. 4a. e) Zobslavum 1. Sobieslaum 2. Zobezlaum 2b. 4. Sobeslaum 3. Zobislaum 4a. f) *ita* A. 3. 4. migravit *rell.* g) de hoc oculo 4. 4a. h) *repetit sed expunxit* 1. i) refragatione A. 2. *corr.* reflagracione *corr.* 1. k) episcopatum 2. 2b. l) Spingnei 3. Spitigni 4. 4a. m) *deest* 1. n) ut *expunct.* 4. *add.* 4a. o) episcopatu 2. 2b. p) ad Sekirkostel — similiter *desunt* A. cästel 1. Sekyrkostel 2. Sekir costel 3. Sekyrcostel 4. 4a. q) *ita* A. 1. 2b. Sliuincam 2. *ob defectum punctorum super* i *etiam aliter legi possit;* Slinicam 3. r) Zuartka A. 1. 4. *corr.* Zuratka A. Zwartka 2. Zwarka *addito* c *super* r 2b. Zurecha 3. s) *in* 2. *legi potest* Podun *et* Podiun. Podium 3. t) Wracen 1. 2b. 3. 4. 4a. Wraczan 2.

3) anno 1063. 4) i. e. Swatislawa. 5) Cosmas praetermisit commemorare filiam Iuditham, ex eodem matrimonio procreatam, quae nupta fuit Viperto comiti Groicensi, qui postea marchio Misniae et Lusatiae fuit. Cum vero Iuditha haec una cum marito suo Viperto condidisset celebrem abbatiam Pegaviensem, parentum etiam et fratrum Iudithae anniversaris ibi celebrata sunt. Sic enim in Calendario Pegaviensi legimus: 19. *Kal. Febr. Fratislaus rex, pater fundatricis, mille talenta.* Et: *Kalend. Sept. Zwatislawa regina, mater fundatricis nostrae.* SCHWARZ. Cfr. infra II, 40. 6) De die et anno consentiunt monachus Gradicensis, series episcoporum Pragensium et Necrologium Bohemicum. 7) fortasse quia duce relicto ad imperatorem transierat, II, 12. 8) i. e. Olomucensem. Haud immerito coniecisse videtur Palacky I, 301. consilium de constituendo Olomucensi episcopio initum esse Olomuci sub finem anni 1062; apud Boczek enim I, 138. exstat tabula quodam de concambio, in qua haec leguntur: *Praesentibus fratribus meis* (Ottonis) *Wratislao et Cunrado illustribus, venerabili episcopo Severo et pluribus comitibus de Boemia et Moravia. Actum in Olomuc anno dom. inc.* 1062. 12. *Kal. Ian.* Anno 1065. 4. Kal. Iul. ap. Boczek I, 139. *Iohannis primi episcopi de Olomus* primum facta est mentio. 9) Observat Dobner superesse hodie Podivin locum in Moravia, haud procul a Lundenburg. a quibusdam Kostel nominatum. 10) Aut fallitur Cosmas aut studio Pragensis ecclesiae deductus a veritate aberravit, quod videbatur Palackio l. l. Apparet enim ex Hildegardi Gradicensis chronico msc. Boczek I, 139. curtem illam Sekyr-Kostel et castrum Podivin a Pragensi episcopo Olomucensi revera traditum esse. Anno demum 1068. Otto dux Moraviensis *restituit* (sunt verba alius tabulae Boczek I, 140.) *electo Pragensi episcopo, pro denegatis eidem per ducem centum marcis annuatim de camera solvendis, castrum Podivin in Moravia cum foro civitatis Sekure adiacentis, qualiter tempore b. Adalberti ex unione parochiarum cesserat in ius Pragensium.* 11) Duorum episcoporum Olomucensium servata est memoria ante Severi tempora. Ioannis archiepiscopi, qui missus est in terram Moravorum, mentio facta est in litteris Theotmari archiepiscopi Salisburgensis ad Ioannem IX. papam a. 900. circiter datis. Alius Silvester occurrit circa annum 940. in codice qui nominatur *Gratum catalogi praesulum Moraviae.* Anno 974. episcopus quidam Moraviensis, cuius nomen non servatum esse dolemus, interfuit synodo a Willigiso archiepiscopo Moguntino habitae cfr. Gudeni cod. dipl. I, 352. quem episcopum Wracen illum fuisse coniecit Dobner IV, 245. Vide Richter seriem episcoporum Olomucensium p. 5 sqq.

flictum cum praedicto praesule Iohanne successor Severi Iaromir habuerit in loco suo declarabitur.

22. Tunc Conradus et Otto audientes Pragensem episcopum migrasse ad Christum, mittunt et revocant fratrem suum Iaromir de Polonia, et discingunt eum zona militari, et iterum recipit[a] habitum et tonsuram clericalem. Interea dux Wratislaus praecavens sibi in futurum[b], et[c] timens ne germanus suus, cum praesul factus foret, cum praedictis fratribus contra se conspirarent[d], coepit tacitus secum tractare, quoquo modo posset eum episcopio defraudare. Erat autem tunc temporis in curia ducis quidam Lanczo[e] capellanus, de Saxonia nobili prosapia natus, vir personatus[12] et admodum literatus, ac praepositura Lutomericensis[f] ecclesiae sublimatus, moribus et vita non contradicens honori pontificatus; et quia duci semper fidelis mansit, omnibus modis dux elaborabat[g] his Pragensis praesul ut sit. Interim Conradus et Otto veniunt de Moravia fratrem suum Iaromir secum afferentes[h] et subnixe[i] ducem pro eo[k] postulantes, quo sit[l] memor germanitatis, memor paternae institucionis[m], memor sacramentorum, quibus pater suus obligarat fidem comitum, quod post Severi praesulis obitum Iaromir sibi eligerent[n] in episcopum. At ille, sicut erat in simulandis et dissimulandis rerum causis vir ingeniosus atque dolosus, ut vulpecula quae non[o] illuc fugit[p] quo suam iactavit caudam[q], ita dux aliud clausum retinens in pectore, aliud promit[r] suis fratribus ore. *Non est*, inquit, *unius hominis tractare hoc negotium, quod postulat communis ratio omnium. Sed quoniam nunc interim iam pars*[s] *maior populi et procerum miliciae processit in castra, nusquam melius, ut reor, hac tractabitur de causa quam istius*[t] *terrae ad custodiae claustra*[13]*: ibi omnes*[u] *maiores natu huius gentis, ibi proceres*[v] *et comites, ibi qui sunt in clero meliores aderunt, quorum in arbitrio stat episcopalis electio.* Hoc ideo dux fecit, ut ibi inter suos milites, septus armis, munitus praesidiis, posset contraire[w] suorum voluntati fratrum, et hunc quem volebat Lanczonem[x] sublimaret in episcopum. Sed frustratur[y] sinistra intencio ducis[z], quia omnis potestas a Deo est, et esse praesul non potest, cui a Deo praedestinatum aut permissum[a] non est.

23. Quid multa[b]? Ventum erat ad custodiae portam qua itur in Poloniam, et in loco qui dicitur Dobenina[c][14] dux convocat populum et proceres[d] in coetum, et fratribus suis[e] a[f] dextris et a sinistris assistentibus[g], clericis vero et comitibus per longum gyrum considentibus[h], et post eos cunctis militibus asstantibus, vocat Lanczonem, et stantem in medio laudat et commendat[i] eum populo, sic ei clara voce dicens: *Egregia tua fides mihi spectata cottidie exigit*[k] *hoc et cogit me ut faciam, quod facturus sum hodie, et ut per hoc discant posteri, quantum dominis suis debeant fideles fieri*[l]. *Accipe en anulum et baculum, esto sponsus Pragensis ecclesiae et pastor sanctarum ovium.* Fit murmur in populis[m], nec resonat vox congratulationis, sicut semper solet in tempore episcopalis electionis. Tunc Koyata[n], filius Wsebor[o], palatinus comes, hoc nimis inpatienter ferens, sicut erat verax in sermone et simplex in verbo, stans a dextris Ottonis fratris ducis, fortiter inpingit latus eius dicens: *Quid stas?* An ὄνος λυρας[p][15]? *Quare*[q] *non adiuvas fratrem tuum? An non vides quia*[r] *frater tuus, filius ducis, repudiatur, et proselitus*[s] *atque advena, qui in hanc terram sine femoralibus*[t] *venit, in solium sublimatur? Atqui si*[u] *dux violat patris sui*[v] *sacramentum, absit a nobis*[w]*, ut manes*[x] *nostro-*

a) recepit 4. 4a. b) in f. sibi A. c) *deest* 2b. d) conspiraret 3. e) Ianczo 2. f) Lucomiricensis 3. Lutomiricensis 4. 4a. g) elaborat A. h) offerentes A. 1. 2b. 4. *in* 2. o *correctum in* a. i) subnixe *corr.* subnixe A. k) pro eo *desunt* A. l) sic 1. m) instructionis 3. n) g *supersc.* 1. o) nisi 2b. p) fingit 1. q) caud. isct. A. r) *ita* 1. 2. 4. promisit *reil.* s) par 1. 2. t) illius 2b. u) *al. manu supersc.* A. v) proceres 1. w) contravenire 2b. x) n *supersc.* 1. y) *corr.* 1. z) duc. int. A. a) et A. b) promissum 1. b) quid plura 4. 4a. c) Bobenina A. Dobenina 2b. Debonina 4. 4a. d) proceres et populum 3. e) *deest* 4. 4a. f) addextris A. 1. g) stantibus 4. 4a. h) consedentibus 2. residentibus 4. 4a. i) commendat *corr.* commendat 1. k) erit *expuncto alia manus supersc.* exigit A. l) fier *corr. al. manu* fieri 1. servi 4a. m) populo A. n) *ita corr.* A. *pro* Kogata; Coyata 1. Koystha 4. Koytha 4a. o) Vsebor 3. Swebor 4. p) Ἀνάνοςάγραρ A. ananoe agpac 1. A nanoe aypac 2b. ananocaypac 3. Ana. noc sipac 4. 4a. q) Cur 2b. 3. 4. r) quod 2b. s) proselita A. proselytans 2a. A pr. 2b. t) femoribus *alia manus supersc.* al 1. u) si *deest* A. sc quasi 4a. v) *deest* 4. 4a. w) vobis 2b. x) inanes 2. *in textu, sed in margine ab antiqua manu* i. sic manes (id est animae manes). manus 3.

12) i. e. ut videtur, vir corporis dignitate et decore praeditus. 13) alias clusae, montium angustiae. 14) Ex coniectura Palackii hodie Düberle, haud procul a Trautenau, in via qua itur in Silesiam. 15) Ita legenda atque petita esse illa verba ex Boethio I, 4. primus vidit Dobrowski, qui antea in corrupta illa lectione Bohemica verba sibi deprehendisse videbatur. Cfr. commentatio eius in Monatsschrift der Gesellschaft des vaterländischen Museums in Böhmen I, 48. K. Vide Diogeniani cent. VII, 33. et Leutschii notam in Paroemiographis Graecis p. 291. GROTEFEND.

1067. *rum parentum apud Deum pro hoc*[a] *sacramento reddant rationem aut supplicium luant. Scimus enim*[b], *et ad hoc nitimur ut possumus, quod genitor vester Bracizlaus nos et patres nostros sub fidei sacramento constrinxit, quo*[c] *post obitum Severi episcopi frater vester*[d] *Iaromir praesul sit. Aut si tibi displicet frater tuus, cur sordet nostratum clerus non modicus, scientia aeque praeditus ut iste Teutonicus? O si tot habeas episcopatus, quot cernis cappellanos hac in terra progenitos episcopio*[e] *dignos! An putas quod alienigena plus nos diligat et melius huic terrae cupiat quam indigena? Humana quippe sic est natura*[f], *ut unusquisque, quacunque sit terrarum*[g], *plus suam quam alienam non solum diligat gentem, verum etiam si quiret, peregrina flumina in patriam verteret. Malumus ergo, malumus*[h] *caninam*[i] *caudam aut asini merdam*[k], *quam Lanczonem locarier*[l] *super sacram kathedram. Frater tuus, beatae memoriae Spitigneu, aliquid sapuit, qui una die omnes Teutonicos hac de terra extrusit. Vivit adhuc Romanus imperator Heinricus, et vivat; quem tu temetipsum*[m] *facis, cum eius potestatem usurpans das baculum et anulum*[n] *episcopalem famelico cani. Certe non impune*[o] *tu et tuus episcopus feret, si Koyata*[p] *filius*[q] *Wsebor vivet*[r].

24. Tunc Zmil filius Bozeni[s], qui fuit praefectus in urbe Satec, simul et Coyata[t] accipientes per dextras Conradum[u], Ottonem et Iaromir[v]: *Eamus*, inquit, *et videamus utrum unius versucia et simulata aequitas praevaleat, an iusticia et mira aequitas praecellat trium fratrum, quos par aetas, una voluntas, eadem potestas sociat, et maior militum copiositas iuvat.* Fit per castra commotio non modica populi, *Arma*[w], *Arma* clamant singuli, omnibus est odio illa inconsulta episcopalis electio. Ideoque maior pars excercitus cessit ad illos tres dominos, metatique sunt castra oppidum Opocen[x.16] et infra. Et quia iam altera pars militum praecesserat in silvam, videns dux[y] quasi se destitutum[z], nec satis fratrum ab inpetu fore tutum, fugit quam celerius potuit, timens ne ipsi praeoccuparent Pragam aut Wissegrad[a] urbem. Mittit tamen de via ad fratres nuncium dicens: *Non propter Koyatae filii*[b] *Wsebor magniloquam linguam aut Zmil filium Bozen, cuius est in ore mel et in corde fel, quorum pravis atque dolosis consiliis quod factum est feceram — quos ego, si vixero! — Sed*[c] *reprimam me*[d]*; verum*[e] *nunc magis paternae traditionis memor, sacramentorum eius, quod iusticia, quod fraterna dilectio poscit, faciam. Tantummodo sequimini me*[f] *ad urbem Pragam.* Qui advenientes castra fixerunt in pratis iuxta villam Gostivar[g.17] et mittunt ad ducem[h], si factis dicta comprobare velit. Quos ille pacifice suscipiens, fratrem suum Iaromir eligit[i] in episcopum, Conradum vero et Ottonem, datis et acceptis inter se sacramentis, dimittit cum pace in Moraviam. At vero Zmil[k] et Coyata, quamvis inter principes concionati sint vera et iusta, tamen, nisi noctu elapsi delituissent fuga[l], sine omni audientia dux eos ut hostes[m] rei publi-
1068. cae[n] punisset. Facta[o] est autem electio haec anno dom. inc. 1068. sole intrante vigesimam
Iun. 15. quintam[p] partem Geminorum[q.18].

25. Nec mora, dux Wratizlaus mittit comites Severum, Alexium, Marquardum Teutonicum cum fratre suo Iaromir iam electo ad imperatorem secundum Heinricum[19]. Qui venientes
Iun. 23. in vigilia sancti Iohannis baptistae adeunt caesarem in[r] urbe[s] Maguntia[t], tractantem cum episcopis et principibus inperialia negotia, et offerrentes electum suum rogant ex parte du-
Iun. 30. cis et tocius populi, quo sua auctoritate dignetur eorum electionem confirmare. Quorum peticioni caesar annuens, tercia die, id est[u] 6. Kal. Iulii, feria[v] secunda, dat[w] ei anulum et
Iul. 6. pastoralem virgam, et in proximo die dominico 6. Nonas Iulii[v.20] a praesule Maguntino

a) hac *corr.* hoc 1. b) 1. 2. *pro* enim *habent magnum* N, *quod alias* nomen *significare solet.* c) quod 3. d) frater vester *desunt* A. e) episcopatu 2. f) nat. sic est A. *repetit* 1. g) *corr.* 1. h) *deest* A. i) rati *inserit* 2b. k) s. asininam m. A. caninam merdam aut asininam caudam 4. 4a. l) locari A. 4. 4a. m) tu metipsum 2. tu met te ipsum 4a. n) et anulum *desunt* 4. 4a. o) impute *corr. al. manu* impune 1. p) *corr.* A. q) *deest* 4a. r) Certe—vivet *omissa* 2. s) fil. B. Zmil A. Boren 1. Bozen 4. t) *corr.* A. u) Conrandum et A. 4. v) Iaromirum A. w) *deest* 4. x) Opoczen 2. Opecen 2b. y) Wratislaus *addunt* 4. 4a. z) destutum A. *supersc. al. manus* tu. ') et A. *omissum* 4. a) Wisegrad 1. b) filium 1. c) *supersc. al. manu* A. d) ne *corr. al. man.* me A. reperiam 4. 4a. e) *in margine* A. *al. manu adscriptum; haec omnia in rasura* 1. f) *al. man. supersc.* A. g) Gostiuar 1. 4. Gosliuar 2b. 3. Gostiuuar 4a. h) aducem 1. *corr. al. man.* ad d. i) elegit 4. 4a. k) Kmyl 1. Smil 2. l) *deest* A. m) *supersc. al. manu* 1. n) publice 4. 4a. o) Acta A. p) quartam A. q) geminorum *corr. al. man.* geminorum A. genitorum *corr.* gemin. 1. r) *supersc.* 1. s) *corr.* 1. t) Magoncia 1. Magontina 2. Magontia 2b. Maguntina 4. u) scilicet 2b. v) feria—Iulii *alia manu, sed coeva in margine inferiore* A. *adscripta.* w) da 1.

16) Opočno. 17) Hostiwař in circulo Kaurzimensi. 18) diem 15. esse mensis Iunii, quo celebrabatur S. Vitus, ernit Dobner V, 394. 19) Neque imperatorem fuisse Heinricum neque secundum, inter omnes constat. 20) Neque dies 6. Kal. Iul. in secundam feriam neque 6. Non. Iul. in diem

Iaromir, mutato nomine Gebeardus[a], ordinatus est in episcopum. Eodem die transfretantes[b] 1068.
Renum, cum post prandium quidam suus miles Willalmus[c] super ripam[d] sederet[e] demissis[f]
pedibus in alveum, accessit retro clam novus episcopus, et nesciens quod ibi lateret profunda
aqua, deiecit eum[g] in Reni[h] fluenta dicens: *Denuo te baptizo, Willalme.* Qui[i] diu submersus,
tandem emersus, caput rotando et undas captando dixit: *Si sic baptizas, valde deliras, episcope*[k]. Hic nisi bene natare scisset, una die et sumpsisset episcopium[l] et amisisset praesul
Gebeardus.

26. Qui[m] cum pervenisset Pragam, eo die quo iuxta morem obsedit episcopalem kathedram, dat Marco capellano suo eiusdem[n] ecclesiae praeposituram, qui secundum hominis
genituram nobili ortus erat attavorum prosapia, ducens originem de gente Teutonica, pollens
sapientia prae cunctis quos tunc habuit terra Boemica[o]. Nam in omnibus liberalibus artibus valde fuit[p] bonus scolasticus[q], qui potuit dici et esse multorum magistrorum didascalus,
in divina vero pagina interpres mirificus, in fide catholica et in lege[r] ecclesiastica doctor
magnificus. Quicquid enim religionis, quicquid regularis[s] institutionis[t], quicquid honoris
hac est in ecclesia, hic sua erudivit et ordinavit prudentia[u]. Prius enim erant irregulares
et[v] nomine tantum canonici, inculti[w], indocti, et in habitu laicali in choro servientes, velut
acephali aut bestiales centauri[x] viventes. Quos vir prudens Marcus suis verbis et exemplis
instruens, et e multis meliores, quasi de prato excerpens flores, ope divina cooperante 25
fratres ordinavit, dans eis religionis habitum et secundum regulam aequalem cibi et potus
mensuram. Sed cum saepe aut negligentia ministrorum aut occasione aliqua magistrorum[y]
intermitteretur fratrum praebenda, et inde saepe fratres eum[z] affligerent sua querimonia[a],
volens placere eis per omnia, decimationis illorum quartam partem sibi asscribens, tres inter
fratres dividit, ita ut unusquisque frater annuatim 30 modios tritici et totidem avenae, insuper et 4 denarios[21] ad septimanam pro carne[b] sine intermissione haberet. De cuius Deo 21
placitis actibus plura poterant dici[c] relatu[d] digna, sed melius est, ut de his sileam, quam
videar e multis dixisse pauca. Hic beatae memoriae praepositus[e] post 30 annos[22], quibus
huius ecclesiae rexit praeposituram, iam in coelesti regno beatam commissi talenti recepturus usuram 18. Kal. Decembris Nov. 14.

Migrat[f] ab his tenebris ad lucis amoena perhennis[f.g].

*) Anno[c] dom. inc. 1070. [23] dux Wratislaus in moribus Deo carus et hominibus, nec non in 23
rebus bellicis miles praeclarus, inspiratione divina commonitus, monasterium in metropoli
Boiemiae urbe, Wissegrad vocata, quae omnium terrae illius civitatum quasi mater et domina est, Deo iuvante construendum pia mente proposuit. Ad cuius propositi efficientiam
non mediocri animo consilia pertractans, dignum duxit, quatenus monasterium, quod gratia
Dei cooperante conficiendum devote promiserat, sanctae Romanae ecclesiae pontifici regendum omnique ab adversitate diligenter protegendum, simul cum canonicis eiusdem ecclesiae
commendaret. Igitur Petrus, ecclesiae sancti Georii praepositus, Romam missus devota

a) Gebeheardus 1. Gebhardus 2. Gebehardus 2b. 3. 4. 4a. b) transferantes *corr.* 1. c) Willehalmus 1. 2b. 3. Wilhelmus 2. Wilehelmus 4. 4a. *et sic deinceps.* d) fluminis *inserit* 4a. e) sedet 2b. f) dimissis 2. 4. g) *desunt* 2. h) Rheia 2. *prima manu* 2b. i) *corr.* A. k) *desunt* 3. l) episcopatum 2. 4. 4a. m) qua *corr.* qui A. n) dem *al. man.* A. o) Boemia 1. p) *al. manu supersc.* A. q) scolatricus *al. atramento corr.* scolast. 1. r) in lege *desunt* 4. 4a. s) singularia 4. 4a. t) quidquid reg. inst. *in margine* A. *alia manu adscripta.* u) sapientia 3. v) *desunt* A. w) et *add.* 4. x) ceu tauri 4. 4a. y) aut — magistrorum *alia manu in margine* A. *adscripta.* z) eum fr. A. a) ipse vero in Deo *adiunt* 4. 4a. b) debetur *add.* 1. c) poterant *omisso* dici 3. d) relatu *corr.* relata 1. e) Marcus *add.* 4. 4a. f) migravit 2. 4. 4a. g) ad lucem amena perhennis A. *supersc. al. man.* amenaque p. paradisi. *Quae hic de fundatione Wissegradensi ecclesiae sequuntur, leguntur in duobus tantum codicibus 7. 7a.*

dominicum incidit, quod observarunt rerum Bohemicarum indagatores Assemani, Pubitschka, Dobner, qui cum Assemanio feriam secundam et diem dominicum secutus utroque loco restituere voluit 2. *Kal. Iul.* et 2. *Non. Iul.* 21) 4 denarios plus minus 20 cruciferos aequasse observat Dobner. 22) l. c. 1098. 23) Num Wissehradensis ecclesia anno 1070. revera condita aut condi coepta sit, eo maior exoritur dubitatio, quum omnes posterioris aetatis scriptores, quibus nulla ut Cosmae interpolatori inhaeret suspicio, ecclesiam anno demum 1088. fundatam esse uno ore profiteantur, et ipsum Wratislai praeceptum fundationis apud Boczek I, 183. etsi chronologicis signis omnino caret, hoc eodem anno scriptum esse episcoporum nomina, quorum mentio facta est, probent. De quo vid. Dobner ad Haj. V, 540. Et hoc bene observavit Dobner, subsequentem Alexandri II. bullam esse suppositam, neque ab eo tale privilegium dari posse satis apparere ex iis quae Gregorius VII. ad Wratislaum de ecclesia Wissehradensi a. 1074. scripserit: *De reliquiis et privilegio unde nos rogasti, cum nuncius tuus finita et perfecta ecclesia consecrationis consilium a nobis quaesierit, voluntati tuae satisfacere benigne procurabimus.*

1070. Sed ecce[a], dum nostra[b] tractamus stipendia, longe digressi sumus ab incepto opere viarum per dispendia. Nunc autem[c] ad ea quae supra promisimus[d] redeamus, et quae causa tanti conflictus inter duos angelicos viros efferbuerit, videamus. O avaritia et ambitio seculi, pestis execrabilis et inimica humano generi, quae etiam appetis tuis artibus sacerdotes Dei[e]

Anno dominicae incarnationis 1069[f].

Iun. 8. 27. Anno dominicae incarnationis 1070. 6. Idus Iunii praesul Geboardus consecravit ecclesiam suam[g] in nova curte quae dicitur Zricinaves[h].

21 nuncia sui ducis domino apostolico fideliter insinuavit[24]. Quo audito venerabilis papa Alexander II[k] Deo gratias pro tam felici praefati principis desiderio retulit, moxque synodum convocavit, in qua 72 episcopi fuerunt. Quibus postquam omnia praedicti ducis verba recitavit, cuncti unanimi corde et voce glorificantes Deum, qui sanctam suam ecclesiam in toto orbe terrarum dilatare non cessat, responderunt: *Amen*. Dominus ergo papa Petrum praepositum domino suo cum privilegio in haec verba remisit:

Mai. 9. „Alexander servus servorum Dei, urbis Romae episcopis et papis suis successoribus[25], nec non catholicis episcopis sanctaeque Romanae ecclesiae subiectis cunctis, utriusque vitae prosperitatem et apostolicam benedictionem a summo Deo cum omnibus sanctis. Ea, quae dominus Deus suam per clementiam ad augmentum apostolicae sedis condonare dignatus est, ad agnitionem omnigenarum linguarum hoc sub chirographo propagari volumus, primum quidem misericordiam Dei super nos diffusam liquide annunciamus. Boemorum dux Wratizlaus, vir christianus, fidei integerrimus amator, rebus in bellicis magnificus triumphator[26], quod serenissime ubique terrarum claruit, limina apostolorum Petri et Pauli honestos per nuncios cotidie visitans, nos caeterosque in Dei servitio devotissimos omni beneficio non minime praeteriens piae mentis devotione innotuit: *Multa ante tempora votum Deo voci, quod adhuc nequaquam impleri. Ecclesiam in honorem Salvatoris nostri, cuius ubique protectione munitus, vestrae pietatis auxilio aedificare cupio.* Dictis talibus auditis, pontificalis
27 apex ut adcresceret, sanctorum patrum[27] numero 72 communi consilio penitus collaudavimus. Igitur ad haec perficienda Iohannem episcopum Tusculanensem fundamentum dare misimus, cujus in praesentia ipse praefatus dux cophinos[28] terra onustatos 12 propriis humeris portasse videbatur[28]. Locus ergo, in quo est erecta, Wissegrada cognominatur, quod sonat litteraliter altior civitatibus[29]. Quam sacrosanctam ecclesiam totius provinciae caput dici, venerari sanximus, praediis, mancipiis, auro, argento caeterisque ornamentis decenter ditatam comperimus. Episcopi eius sub dominio suis de decimis 300 homines
30 ad eandem ecclesiam segregaverunt, praesul[30] Pragensis 200, Olomucensis 100, fratrum suorum Conradi, Ottonis consensu. Hoc itidem asylum tutamini beati Petri, principis apostolorum, cunctisque in eius sede sessuris firmiter commendavit. Marcas 12 de eadem ecclesia ad pedes universalis papae, quicunque erit, omni anno offerendas sub Christi testimonio destinavit. Huius vero conditionis gratia cunctis celsior in eadem regione ut videretur ecclesiis, qualicunque apparamento septem cardinales altari sancti Petri ministrare student, mitra, sandaliis, simili modo ipsius ecclesiae praepositum, presbyterum, diaconum, subdiaconum incedere praecipimus. Laudes, quas sub diademate statutis diebus proclamare solemus, solummodo in ista ecclesia astante duce summa diligentia Christum collaudare permittimus. Chrisma baptizandi, consecrationem clericorum episcopus loci illius invidia diaboli attactus abnegare si praesumpserit, nostri decreti iudicio apud quemlibet episcopum inveniat et accipiat. Nemine autem praepediente omnem iniuriam in Romana synodo libere proclamet. Scripta istarum litterarum sigillo impresso supra venerandum corpus beati Petri apostoli posuimus, maxime ea pro causa, ut si quis Dei inimicus mandatorumque eius contemptor hoc divellere voluerit, sciat se ab omnipotenti Deo in perpetuum condemnatum, ac cum coetibus sanctorum nil commune fore, sed cum diabolo inextinguibili gehennae incendio aeternaliter concremari. Data haec in manus Petri praepositi sancti Georgii in palatio Lateranensi sub Henrico rege, filio Henrici gloriosissimi imperatoris, 7. Idus Maii[l].

a) *in margine* 4: R de WF qualiter construxerit Wissegrat ecclesiam. b) de nostra A. 1. 2. 2a. c) *deest* 1. d) promisimus 1. praemisimus 3. e) *ita* A. 1. *deest in rell.* f) *deest* 3. g) Serczinaues 2. Sercinawes 2b. Sremaves 3. Scircinawes 4. 4a. h) *numerus manu recentiori subscriptus* 7. i) *Hic desinit codex* 7a. *In* 7. *ab hoc loco usque ad annum* 1086. *omnia deficiunt.*

24) De vera causa Petri legationis vide quae Cosmas infra II, 29. narrat. Cfr. etiam Cosmae primam continuationem ad annum 1129. 25) Quam longe hoc exordium recedat a genuinis pontificum Romanorum bullis nemo non videt. 26) Redeunt in papae bulla verba interpolatoris quae supra ad a. 1070. leguntur. 27) Verba *patrum—collaudavimus* descripta sunt ex Cosmae continuatore primo ad a. 1129. 28) Verba *cophinos—videbatur* indidem desumta sunt. 29) Bene observavit Dobner ridiculam esse contradictionem, quod ecclesiae postero tempore condendae licentia data etiam conditae ecclesiae fundamenti mentio facta sit in eodem diplomate. 30) Verba *praesul—destinavit* quibusdam mutatis descripta sunt ex Wratislai fundationis litteris Wissehradensi ecclesiae datis, cfr. Boczek I, 183.

Anno dominicae incarnationis 1071.[31] 1073.

Anno dominicae incarnationis 1072.

Anno dominicae incarnationis 1073. Postquam praesul Gebeardus[a] vidit, quod labor suus cessit in cassum, quia[b] nec precibus[c] nec muneribus[d] nec per amicos flectere quivit fratrem suum Wratislaum, ut suum reciperet concambium[32] et Iohannem eliminaret episcopum, atque iterum utrumque[e] coadunaret episcopium[33], vertit se ut Prometheus in alterius technae formam: *Quoniam quidem*, inquit, *iam per quatuor annos aut plus supplicando nequeo efficere quod volo, faciam quod queo, et teste Deo, aut utrumque coadunabo aut utroque carebo episcopio*[f]. Nec mora, disponit ire in curtem suam, quae est ad Zekir costel[g] in Moravia, et deflectens iter iam iamque palam nociturus et quasi fratrem suum[34] visitaturus, adiit[h] Iohannem praesulem Olomuc[i] in urbe. Quem ille suscipiens grata vice hospitis: *O si*, inquit, *scissem tuum adventum, parassem tibi episcopale pulmentum.* Ille vero velut leaena quam exagitat fames[k] iam dudum scintillans torvis oculis in eum, respondit: *Aliud tempus est, dum sumitur esca, nunc aliud negocii agitur. Sed eamus*, inquit, *opus est, secretum colloquii*[l] *ineamus locum*[m]. Tunc praesul[n] nescius futurorum ducit eum in cubile suum; non[o] aliter videres[p], ac si mitis agnus rabidum[q] lupum duceret in stabulum, sponte semetipsum[r] offerens[s] ad mactandum. Ubi ante lectum ut vidit Iaromir formaticam semésam et serpilli particulam, et cepe super scutellam ac tostam panis buccellam, quae forte superaverant[t] praesuli post hesternam genticulam[u], tanquam magna et cruce digna inventa sit culpa, nimis indignans[v] ait: *Cur vivis parce? Aut*[w] *cui parcis, ó miser et mendice? Me*[x] *hercle non decet episcopum vivere parce.* Quid tum[y]? Oblitus sacri ordinis, oblitus fraternitatis, inmemor humanitatis, ceu leópardus lepusculum aut leo agniculum rapit, ita ille furibundus hospes ambabus manibus per capillos fratrem suum episcopellum[z] alte sustulit, et ut manipulum proiecit in pavimentum. Repente, qui ad hoc facinus parati erant, alius super collum sedit, alius super pedes, tercius dum flagellat episcopum subridens aiebat: *Disce pati, puer centum annorum, invasor alienarum· ovium.* Humilis at[a] monachus dum vapulat, sicuti in claustro solitus erat, *Miserere*[b] *mei, Deus*, cantat[35]. Talia cernenti magnus erat risus plaususque maligno, qui nulli risit nisi quem male agere vidit; et veluti si[c] quando miles acer noctu hostium castra irrumpit audacter[d], et eos invadit dormientes hostiliter, ac ne capiatur ab eis aufugit celeriter, ita praesul Iaromir, fratre[e.30] dedecorato[f] et felle suae improbitatis dulcorato[g], relicta civitate[h] it in curtem suam[i], ad quam olim condixerat ire[k].

a) Gebardus 1. b) quod 2b. c) nec precibus *desunt* 4. 4a. d) nec muneribus *desunt* 3. e) iterumque 3. f) episcopatu 2. g) Zekircastel 1. Zekir Kostel 2b. quae dicitur ad Sekir Costel 3. Sekircostel 4. 4a. h) *corr.* 1. i) Olomucę 1. Olomuc 4. k) famas *corr.* fames 1. l) *deest* A. m) secr. loc. in A. n) Iohannes *inserunt* 4. 4a. o) nam 1. p) videlicet 3. q) rapidum A. 4a. r) semet 2b. s) off. sem. A. t) superfuerant 2b. u) refectiunculam 4. 4a. v) indignas 1. w) t *al. manu adscriptum* A. x) te 4. y) tuum 1. z) Iohannem *add.* 4. 4a. a) aligenarum g *eraso* A. a) humiliatur A. b) miserere A. c) *deest* A. d) audaciter A. e) suo Ioanne *inserunt* 4. 4a. f) decollato *supercr. al. man.* capillato A. g) dulceratus *corr. al. man.* A. h) Olomuc *inserit* 4. Olomuc 4a. i) ad sua *inserunt* 4. 4a. k) *supercr.* A.

31) Praetermisit ad hunc annum annotare gravem dissensionem, quae inter Poloniae et Bohemiae duces tunc exorta fuit; de qua vide Lambertum ad h. a. SCHWARZ. 32) i. e. ea quae data erant Gebhardo ob pensandum damnum, quod ex Olomucensi episcopatu condito acceperat ecclesia Pragensis. 33) Servata est Alexandri II. ad Wratislaum ducem epistola, qua eum ut concordiam cum fratre suo ineat adhortatur, et se de lite illa compescenda iam saepius scripsisse testatur, Boczek I, 141. Neque minus probatur testimonio Hildegardi Gradicensis, cuius fragmentum dedit Boczek I, 142, ubi servatus anni 1071. numerus, initium contentionis illius revocandum esse ad annum 1071. Cui accedit epistola Sigefridi archiepiscopi Moguntini, quam ex codice Udalrici dederunt Dobner et Boczek I, 145; ex his enim litteris patet Alexandrum II. papam Gebhardum excommunicasse. Haec vero verba Sigefridi apponere iuvat: *Denique eidem sanctissimo patri* (Alexandro) *de fratre et suffraganeo nostro episcopo Pragensi sinistra relatione suggestum est, et me ignorante ab inimicis apud eum accusatus est; unum et hactenus insolitum ab eo exiit edictum, ut eundem fratrem et coepiscopum nostrum, nec inter fratres suos prius canonice auditum, nec canonice ad se vocatum, nec obedientiae culpa denotatum, non solum ab officio suo suspenderit, sed etiam rebus et redditibus suae ecclesiae omnino spoliaverit et extruserit, ita ut missis nunciis publice nuntiari fecerit in clero et populo, ut eum qui excommunicatum habentes, nihil quod episcopi esset vel quaererent vel acciperent ab eo. — — Nunc autem frater noster et coepiscopus a sede sua vagus et profugus* etc. Wratislaum fratri suo praeposituram et castrum S. Vinzlai eripuisse ex Gregorii litteris anno 1074. datis apparet. 34) Ottonem. 35) Gregorius VII. in epistola ad Wratislaum die 16. m. Aprilis 1074. data Gebhardum Romae hanc protulisse excusationem dicit: *quod ipse Ioannem Moraviensem episcopum non percusserit, neque servientes eiusdem episcopi decapillari aut barbas eorum abradi praeceperit.* Vide Boczek I. 152. 36) i. e. Ioanne.

1073. 28. Haec fuit[a] prima causa et[b] fomes atque inicium tocius discordiae, quae post[c] inter duas[d] columnas ecclesiae orta est huius ex occasione calumpniae. Nam praesul Iohannes tanta suscepta iniuria, mox dirigit nuncium suum, sollicitans ducem Wratizlaum tali querimonia: *Si contumeliam mihi a fratre tuo Gebeardo inhumanitus illatam[e] aequo animo spectas, fac periculum[f] ut omnes sciant non meam hanc esse[g] sed tuam iniuriam[h]. Quid enim ego deliqui aut quid merui, qui nil nisi quod placuit tibi[k] feci? Ecce ego licet indignus, tamen dictus per tuam gratiam episcopus, flagellis caesus praeconis usque ad fastidium, mallem nunquam attigisse pontificale fastigium. Certe[l] aut me meo abbati redde[k], quamvis tarde, aut mecum aequanimiter hanc contumeliam comportando divide, et me aut nunchum meum ad apostolicam sedem dirige.* His auditis dux Wratizlaus zelo accenditur magno, nec se continet a lacrimis in discrimine rerum tanto. Mox mittitur militum legio pro Iohanne episcopo, ut sine vitae suae dispendio posset adesse ducis in colloquio. Timuit enim dux[l] ne frater suus Iaromir per insidias tolleret eum de medio. Fuit autem in capella Iohannis episcopi clericus nomine [37] Hagno[m], vir Teutonicus, philosophiae domesticus[37], Tullianae eloquentiae alumnus. Hunc dux seorsum vocat et multis promissis obligat, atque multa sibi super fratre suo Gebeardo[n], multa super illata iniuria Iohanni episcopo, multa super statu ecclesiastico scriptis pariter et dictis, ut ea referat apostolico, commendat. Qui cum iter ageret, transiens per Ratisbonam[o] sinistro omine[p] hospitatus est[q] apud quemdam civem nomine Kompoldum[r], qui fuit miles Gebeardi[s] episcopi, habens annuatim ab eo beneficium[t] 30 marcas argenti. Hic post coenam inter pocula, ut solet hospes ab hospite, inquirens quis aut unde esset, vel quae causa sit viae callida ab eo mente investigat. Et ut cognovit quod adversus praesulem Gebeardum ageret legationem, non tulit hanc deferri[u] contra dominum suum delationem[v], et mittit post illum altera die[w] latrunculos, ut[x] aliqua molestia impedirent viae eius intentionem. Qui comprehendentes eum in via, spoliant censu, detruncant naso[y], et nisi revertatur adactis iugulo gladiis mortem minantur.

Qui timens quamvis turpem amittere vitam,

reversus est ad praesulem suum[z] in Moraviam.

29. Mox ex magna maior crevit indignatio ducis[a], et iterum decernitur Romam legatio, sed cauciori consilio et tuciori[b] viae subsidio. Erat enim ducis in capella quidam Petrus presbiter, patre genitus Podiwa, pollens sancti Georgii[c] praepositura, et caeteros[d] praecellens[e] scientiae literatura[f], atque utramque linguam sciens aeque Teutonicam simul et Romanam. Hunc[g] dux cum comite nomine Preda[h], filio Bys[i], non sine grandi pecunia Romam dirigit, primas et novissimas a fratre suo sibi et[k] episcopo Iohanni illatas iniurias literali compendio inclusas insinuans eis[l], quo eas ad apostolici aures deferant. Qui ut tucius iter agere possent, committit eos Romani inperatoris palatino comiti nomine Rapotae[m], rogans eum nimio supplicatu, quo sui legati irent Romam et redirent sub eius conductu. Nam tantae potestatis hic comes erat, quod[n] usque Romam per continua loca proprias villas seu praedia et per castella milites sibi devotos habebat; qui etiam ex parte ducis praedicti 150 marcas argenti annuatim pro beneficio accipiebat. Cuius per conductum cum venissent[o] Romam legati, offerunt apostolico literas 200 marcis delibutas. Quae cum a notario coram omnibus recitatae essent[p], interrogat Romanus pontifex eos, si verbis probant quod literae sonant. Aiunt legati valde inconveniens fore, *aliud literis, aliud ut[q] promamus ore.* Tunc is[r], qui post papam secundus erat sessione, consulens omnes qui aderant[s] in contione, iudicat tale scandalum ab ecclesia exstirpandum apostolica iussione.

1072. Mox dirigitur in Boemiam Ruodolfus[t] apocrisarius et consiliarius Gregorii papae[38], quod, si

a) sunt 1. b) *deest* A. c) prius A. d) eos ac si inter columnas A. e) non *supersc. al. man.* A. e*) *expunctum* A. f) causam A. g) sciant *hoc loco* A. h) sibi 1. i) ecce 3. k) redde s. A. l) Wratislaus *inserunt* 4. 4a. m) Hegno 1. Ahno 3. n) multa — — Gebeardo *desunt* 4. 4a. o) Radisponam A. 1. *corr.* Ratisbonam A. p) homine 1. q) cum 2. r) Komboltum 1. Kamboldam 3. Komboldum 4. Compoldum *rell.* s) Iaromir 3. *et sic porro.* t) *deest* 2b. u) differri 2b. v) deliberationem 2b. w) die A. x) et *supersc.* ut 1. y) nasu *corr.* naso 1. z) Iohannem *inserunt* 4. 4a. *) Wratislai *addunt* 4. 4a. a) tutioris 4. 4a. b) merty ris *addunt* 4. 4a. c) et caeteros *omittunt* 4. 4a. d) cellens 4. e) scientis literarum 4. 4a. f) nam *corr.* hunc A. g) Podiva A. h) Bur 3. i) sibi et *desunt in* 3, sibi *omittit* 2. k) *deest* A. l) Rapothae 1. 4. 4a. m) q 1. n) vçoissent A. o) erant 1. p) ut *supersc. al. manu* A. q) his 1. r) erant 4. 4a. s) *ita* 1. Rudolfus A. 4. Rodolphus 3.

37) scholae, ut videtur, praefectus. 38) Immo ab Alexandro II. missus est Rudolfus a. 1072; Gregorii enim legati quorum iam in epistola die 8. m. Iulii 1073. mentio fit, Bernardus erant et Gregorius. Boczek I, 143.

ita res se habeat, uti summo pontifici relata fuerat, vice ipsius errata corrigat, inobedientes 1073.
arguat, infideles increpet[a], negligentes anatemathe feriat; et si qua sint quae modum excedant correctionis, ea[b] differat et compellat ad maiorem audientiam apostolicae sedis.

30. Quo cum pervenisset missus apostolici, invenit ducem Wratizlaum in urbe Praga, cui offerens apostolicam benedictionem et universalis patris adoptivam[c] filiationem[39], tanta 39
auctoritate usus est et potestate, ac si idem[d] summus pontifex ipse praesens fuisset. Denique iussit ducem ut[e] omnes principes terrae simul et abbates ac praepositos ecclesiarum[f], nec non et Iohannem episcopum Moraviensem ad sinodum convocaret sacram. Ad quam praesul Gebeardus semel et bis ex nomine vocatus renuit[g] venire, et ad ultimum tale fertur dedisse[h] responsum: *Iusta canonum scita, salva pontificali dignitate et iusticia, ad tua non venio placita, nisi ubi affuerit meus magister Maguntinus metropolita*[i 40] *et aliorum coepiscoporum praesens frequentia.* Sciebat enim, quod ibi[k] incideret in laqueum et in retributiones[l] et in scandalum. Videns autem Romanus missus se esse despectum et dehonestatum, ira motus suspendit eum ab omni officio sacerdotali et dignitate privat episcopali. Quod audientes[m] non solum canonici verum etiam per capellas clerici, omnes sciderunt sua oraria[n 41] et denudaverunt[o] 41
ut in parasceue altaria. Matris[p] ecclesiae sulcatur frons[q] ruga non modica, quia[r] silent sacerdotalia officia, et nisi pastori suo restituatur pristinus[s] honor et gradus, totus clerus mavult in perpetuum suos amittere gradus. Videns autem cardinalis magis tumultum in populo fieri, necessitate compulsus reddidit[t] episcopo tantummodo sacerdotale officium; et nisi episcopus uterque eodem anno de inductis causis reddat[u] rationem pontifici Romano, ambos constringit[v] banno[42]. Nec mora, proficiscuntur episcopi praedicti[w] Romam, et offerunt apo- 1074.
stolico suarum literarum formam; quibus recitatis, nec admissa nec repulsa nec discussa eorum causa, iussi sunt ire ad hospicia[x] sua, quoad usque revocarentur[y] ad generalem sinodum die constituta.

31. Hisdem diebus venerat Romam Machtildis[z] potentissima domina, quae post obitum patris sui Bonifacii tocius Longobardiae simul et Burgundiae suscepit[a] regni gubernacula, habens potestatem eligendi et intronizandi sive eliminandi 120 super[b] episcopos[43]. Huius 43
quasi propriae dominae[c] ad nutum omnis[d] senatorius ordo parebat, et ipse Gregorius papa per eam divina et humana negotia disponebat, quia erat sapientissima consiliatrix et in omnibus adversitatibus sive necessitatibus Romanae ecclesiae maxima fautrix. Cuius de genealogia[e] materno sanguine[f] praesul Gebeardus descendens[g] duxit affinitatem[44]. Quo 44
ipse[h] de se referente, ut recognovit praedicta domina quod suus esset consanguineus, coepit eum valde honorare et domno[i] apostolico commendare, ac quasi fratrem suum prout potuit honorifice tractare. Et[k] certe praesul Gebehardus nomen bonum et honorem cum gradu amisisset, si[l] haec Romae non affuisset; qua interveniente et multis apostolicum precibus fatigante, facta est pax inter praedictos episcopos ea ratione, ut in pace quieti et propriis episcopatibus contenti vivant; sin autem, post 10 annos iterum ad apostolicam sedem[m] hac de eadem causa iudicium accepturi[n] redeant[45]. Et ita per Gregorium papam agente Mah- 45
tilda[o] restitutus est praesul Gebehardus in pristinum gradum et honorem anno dominicae

a) increpat 1. b) *ita* 2b. 4. 4a. illa 3. c) ad optimam 3. d) eidem 2b. e) *deest* 4. f) Dei *addunt* 4. 4a. g) renuit 1. h) dixisse A. i) t *alia manu supercr.* 1. k) *deest* 2. l) retributionem 4. 4a. m) audiens *corr. alia manu* audientes 1. n) *deest* 4a. o) dimidiaverunt 2. p) sanctae *add.* 4. 4a. q) fons 2. r) quod A. et 4. 4a. s) *deest* A. t) reddit A. 2. 2b. 3. Gebehardo *inserunt* 4. 4a. u) reddant 4. v) constrinxit A. *corr. alia manu* confringit 1. w) praed. ep. A. x) ospicia 1. y) *corr.* 1 z) Mahtildis 1. 2. 4. a) suscipit 2b. b) *supercr. alia manu* A. c) *deest* 1. d) analogia A. 1. e) materno sanguine *omittunt* 4. 4a. f) *deest* 1. g) ipse *corr.* A. h) dno A. i) *deest* A. k) si — affuisset *alia manu in margine adscripta* A. fuisset 4. 4a. l) fidem 1. m) accepturi 1. n) Mathilde 1.

39) Alexander II. mitram Wratislao misit. Vide Gregorii epist. Boczek I. 144. 40) Quomodo Sigefridus archiepiscopus Moguntinus se his rebus immiscuerit vide supra et Gregorii VII. ad eundem litteras, quibus valde eum increpuit, vide Boczek I, 150. 41) vestes sacerdotales. 42) Haec revocanda sunt ad annum 1074; Gregorius litteris d. 31. m. Ian. 1074. scriptis Gebhardum in ramis palmarum apostolica limina adire iubet, Boczek I, 149. 43) Hoc rumore populari exaggeratum esse nemo non videt. 44) Quale fuerit illud affinitatis vinculum non satis liquet; aliam viam in eo probando iniit Schwarz, aliam Pfeffel in commentatione sua in Abhandlungen der Bayer. Academie I, 185, aliam Dobner; Palacky secutus est Pfeffelium, qui hoc sibi repperisse videbatur, Mathildis aviam Mathildem et matrem anonymam Iudithae, uxoris Bracizlai ducis, fuisse filias Herimanni II. ducis Sueviae. 45) Cosmas duo itinera Romana episcoporum illorum in unum confudit. Gebhardus iam anno 1074. coram papa se ab accusatione illa defendere conatus est, cfr. supra annot. 35. In alia quadam epistola

1074. Aug. incarnationis 1074.[a] sole intrante 15. partem Virginis. Adhuc etiam et[b] hoc efficiente Mahtilda, domnus papa[c] legatis Boemorum tradit[d] apices literarum, in quibus mandat et praecipit duci[e], ut fratrem suum[f] Iaromir honorifice suscipiat et ei quasi patri suo et pastori per omnia obediat, atque in pace cum Dei benedictione vivant.

32. Sed quoniam incidit nobis mencio de Mahtilda[g], unum quod fecit femina viriliter, breviter[h] referam, ne lectori fastidium inferam. Igitur cum praedicta puella semper existens victrix[i] inter multa bella, patris[46] sui post mortem[k] vitam ducens celibem[47], nimis amplum[l] Longobardiae[m] sola[n] regeret[o] regnum, visum est principibus terrae et comitibus atque episcopis, ut eam[p] persuaderent quo sibi acciperet virum, ne sine herede regalis celsitudo simul cum prole deficeret. Quae[q] adquiescens eorum consiliis, misit ad ducem Sueviae nomine[r] Welphum[48] literas multa paucis continentes[s] verbis[48]: *Non ego feminea levitate aut temeritate[t], sed tocius regni mei pro comoditate dirigo tibi has literas, quas cum[u] acceperis me accipe et tocius regnum[v] Longobardiae[w]. Dabo tibi tot civitates, tot castella, tot palacia inclita, aurum et argentum nimis infinitum[x]; super omnia haec habebis nomen praeclarum[y], te si facies mihi carum[z]. Nec tamen me notes audacitatis elogio, quod nunc agredior te prior alloquio[a]. Licet enim tam virili quam femineo sexui[b] legitimum appetere coniugium. Nec differt[c] utrum vir an femina primam amoris lineam tangat; tantummodo indissolubile contingat conubium. Quod aliter non fit, nisi utrorumque[d] per consensum. Vale.* Quid autem ad haec dux Welpho responderit, aut qua ratione ei consenserit, aut quot milia armata domina Mahtildis ad suscipiendum ducem in fines Longobardiae praemiserit, aut quam honorifice ipsa eum susceperit, vel quanto[e] apparatu convivium fecerit, si quis scire vellet[f], prius lux diurna deficeret, quam haec omnia periegerit[g]. Cedat rex Assuerus cum suis apparatibus, qui suis militibus fecit magnificum per 120 dies[h] convivium; cesset regina Saba admirari[i] mensam et cibos regios Salomonis; nam quod illic totum, hic centesima pars[k] maior fuit toto. Quid multa? Nox aderat, cubiculum intrant, super alta strata gemini se locant, dux Welpho sine Venere cum Mahtilda virgine. Ubi inter alia et post talia inter tales qualia fiunt, dux Uelpho ait: *O domina, quid tibi voluisti, quare me vocasti, ut risum de me faceres, et me in sibilum populis et in commotionem capitis[49] poneres?*

Plus te confundis, tu me confundere si vis.

Certe aut tuo iussu aut per tuas pedissequas aliquod maleficium vel in tuis vestimentis vel in lectisterniis latet. Crede mihi, si frigidae naturae fuissem, ad tuam voluntatem nunquam venissem. Haec cum prima et secunda nocte dux[l] obiceret dominae, tercia die sola solum ducit in cubiculum, ponit in medio tripodas et desuper mensalem locat tabulam, et exhibuit se sicut ab utero

a) LXXIII. 2. 2b. *quamvis in hoc vestigia rasurae a recentiori manu appareant, quae conata est ex* III *efficere* IV. b) *deest* A. 4. 4a. c) Gregorius *add.* 4. 4a. d) tradidit 2b. 3. e) Wratislao *add.* 4. 4a. f) *deest* 1. g) Machtylda 4. h) *deest* 4. i) semper — vitam *desunt* 4. victrix *deest* 4a. k) obitum A. l) ampliavit A. m) fines et *add.* A. n) *deest* 3. o) reseral 1. p) ei 4. 4a. q) q *add.* 1. r) *deest* 4a. s) continentem 2. t) aut temeritate *desunt* 1. u) *alia manu superscr.* A. v) regni mei A. w) fines *superscripsit alia manus* A. x) et *add.* 4. y) clarum 2. z) casum *corr.* carum 1. a) *corr.* A. a) eloquio 3. b) sexu 1. c) r *superscr. alia manus* 1. d) virorumque 1. e) quando 1. f) velit 4. g) perlegeret 2b. 3. 4. 4a. h) *superscr.* 1. i) admirati *corr.* admirari 1. k) maxima *add.* 2. l) Welpho *add.* 4. 4a.

Gregorii 6. Non. Mart. ind. 13. (1075.) data haec leguntur: *Haec enim causa* (Gebhardi et Ioannis) *cum in secundo pontificatus nostri anno, residentibus una nobiscum in basilica S. Salvatoris multis fratribus, convocatis etiam et coram positis supradictis episcopis, ad audientiam nostram et totius ibidem congregati concilii perlata sit, diu et multum inquisita atque rimata tanta ambiguitate et perplexionibus involuta videbatur, ut ad sinceram veritatis et iustitiae explorationem per ea quae tum adhibita sunt indicia, perduci non posset. Verum ne illorum altercatio absque pacis intercentu diutius aut fraterna odia aut aliqua periculosa hinc vel illinc studia ascenderent, cum consilio fratrum nostrorum causam ita ex aequo dirimi constituimus, ut omnia, de quibus inter eas contentio foret, per medium dividerentur, et hic unam, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec, si apertiora indicia sive scripto aut congruis testibus invenire possent, diligentissime investigarent. Ad quod faciendum, ne forte suscitandae litis infinita alterutri daretur occasio, terminum quoque decem annorum praefiximus, ut qui certis approbationibus ad iusticiam se pertinere posse confidit, intra praelibatum terminum proclamandi et consequendi ius ecclesiae suae licentiam et potestatem habeat* etc. Boczek I, 158. In annalibus Pragensibus Gebhardi restitutio ad annum 1074. refertur. 46) Bonifacii marchionis Tusciae. 47) Fugit Cosmam eam Gozeloni duci Lotharingiae nupsisse. 48) Welfum iuniorem a. 1089. demum matrimonium cum Mathilda iniisse et a. 1095. divortium fecisse affirmantem se eam numquam tetigisse testis est Bernoldus. Cfr. monachus Weingartensis p. 789. Stenzel fränk. Kaiser I, 553. Longo itaque hoc loco aberravit Cosmas a veritate rumore populari deceptus. 49) Capitis commotio est ludibrii et cavillationis signum.

matris nudam et inquit: *En quaecunque*[a] *latent, tibi omnia patent, nec est, ubi aliquod male-* 1074.
ficium lateat. At ille stabat auribus omissis, ut iniquae mentis asellus[50], aut carnifex, qui longam accuens macheram stat in macello super pinguem vaccam excoriatam, cupiens exenterare eam. Postquam vero diu sedit mulier super tabulam, et velut anser cum facit sibi nidum, huc et illuc vertens caudam frustra, tandem indignata surgit femina nuda, et apprehendit manu sinistra anticiput[b] semiviri, atque exspuens[c] in dextram palmam dat sibi[d] magnam alapam, et extrusit eum foras dicens:

I[e] *procul hinc, monstrum, regnum ne pollue nostrum.*
Vilior es galba[f]*, proiecta vilior alga*[51]. 51
Si mihi visus eris cras, morte mala morieris.

Taliter confusus dux Welpho fugit et reportat omnibus suis confusionem in sempiternum. Haec sufficit breviter dixisse, quae utinam non dixissem[g]!

33. Factum est autem, postquam praesul Gebeardus reverteretur ab urbe Roma, proceres quotquot erant sui clientes, de reditu eius valde gratulantes, occurrunt ei obviam sub ipso exitu silvae. Quibus in iocunditate susceptis[h], dum refert[i] quae gesta fuerant Romae, et qualiter sit[k] fretus ope Mahtildae dominae, uni eorum, quem prae caeteris diligebat, nomine Belec[l], alludens ait: *Vide qualem barbam reporto*, et permulcens eam manu: *Certe*, dixit, *est caesare digna.* At ille: *Placet*, inquit[m], *omne*[n] *quod laudas, domine; sed plus laudarem, si animum mutatum cum barba reportares*[o]*;*

Quem o[p] *si mutasses, posthac in pace fuisses.*

34. Nec tacere cupio quod eodem anno nobis adhuc positis in scolis contigit audire et videre. Quadam vero[q] die, dum psalmiculos ruminarem stans in cripta sanctorum martirum Cosmae et Damiani, venit quidam vir portans cereum et filum argenteum, quo secundum iussum visionis metitus erat[r] sui corporis artus, et accedens ad me[s]: *Heus*, inquit, *indica mihi, bone puer, ubi iacet sanctus Radim, sancti Adalberti frater.* Ad quem ego dixi: *Quem tu dicis sanctum, adhuc non est per apostolicum incanonizatus*[t]*, adhuc*[u] *missam eius ut pro defunctis celebramus.* Et ille: *Talia ego*, inquit, *nescio, sed unum scio, quia*[v] *cum essem Krakov*[w] *in urbe per tres annos positus in subterraneo carcere, in quo una fenestrula*[x] *desuper erat, qua mihi panem raro et aquam porrigebant, hac in augustia dum vita mea versabatur, quadam die astitit vir coram me, cuius vestes erant sicut nix albae*[y] *et facies eius ut sol fulgebat; tantum memini, et statim fui in extasi, et quasi de somno gravi evigilans ante urbem stare me sensi. Et qui mihi*[z] *in carcere apparuit, stans*[a] *iuxta me dixit: „Perge Pragam, ne timeas quenquam, et intrans sancti Viti*[b] *ecclesiam in cripta sanctorum martirum Cosmae et Damiani, offer manus tuum ad meam tumbam, ego sum Radim sancti Adalberti frater.“ Haec mihi dixit, et statim ab*[c] *oculis meis evanuit. Ecce isti crines et vultus mei macies testantur quia*[d] *vera sunt, quae tibi referuntur.* Praeterea saepe in eadem cripta vident visiones custodes ecclesiae, dum visitant candelam quae ibi accenditur nocte[52]. 52

35. Nec praetereundum censeo quod dux Wratizlaus et sui fratres Chounradus atque Otto contra orientalem marchionem Lupoldum[e], filium Lucz[53], commiserunt bellum[54]; sed 1082.
prius videndum est, unde ortae sunt[f] tantae inimiciciae inter Lupoldum[g] et Chonradum diarcham Moraviae, nam antea semper fuerant amici ad invicem[55]. Cum enim utrarumque 55
provinciarum terminos non silva, non montes, non aliqua obstacula dirimant, sed rivulus, nomine Dia[h], fluens per plana[i] loca vix eas disterminat, semper noctibus mali homines

a) en quaec. *desunt* 1. b) sinciput 4. 4a. c) *deest* 3. d) ei A. e) *corr.* A. id est vade *omisso* I 2. f) I *supersor. alia manu* A. glaba 1. g) Haec sufficit — dixissem *desunt* 4. 4a. h) *ita* A. *deest in rell.* i) serit 1. k) fuerat A. l) Belecs 1. 4. m) inq. placet A. n) omen 3. o) reportas 1. p) *deest* 4. 4a. q) *ita* 1. *deest* A. ergo *rell.* r) est 2. fuerat 2b. s) ad me *alia manu supersor.* A. t) canonizatus 4a. u) *deest* 3. v) quia *deest* A. 2. 2b. w) Krakow 2. x) fetistrula *corr.* fenstrula 1. y) alba 3. z) *deest* 2b. *) in carc. m. A. a) *corr.* A. b) martyris *add.* 4. 4a. c) ex A. d) quod 2b. e) Leupoldum 2. Ludolphum 3. f) sint 2b. 3. *deest* 4. 4a. g) Luppoldum 1. h) Dya 2. 4. Dyia 3. i) *deest* 1.

50) Hor. Epp. I, 9, 20. 51) Virg. Eclog. VII, 42. 52) Recte observavit Schwarz bella a Bohemis Heinrico auxilium laturis contra Saxones gesta, quae uberius narrant Bruno, Lambertus, Bernoldus, a Cosma silentio hoc loco praetermissa esse. 53) Immo erat filius Ernesti marchionis, qui in proelio ad fluvium Unstrut anno 1078. commisso occisus est. 54) Hoc bellum anno demum 1082. commissum esse testatur Cosmas infra; vide annales Hildesheimenses et chron. Claustroneoburgense. De anno 1082. cfr. etiam Dobner ad Haj. V, 495. 55) Vera causa Cosmam fugit; Leopoldus marchio Heinrici IV. fautores expulerat, qua de re Wratislaus consilio regis arma in illum movit, ut testatur auctor vitae Altmanni episcopi Passaviensis.

1082. alternatim latrocinantes[a], pecora[b] diripientes, villas vastantes ex utroque populo praedam[c] sibi faciebant. Et sicut saepe parvula scintilla magnum excitat ignem, ita[d] isti, de quibus diximus, domini, quia noluerunt nocivum[e] extinguere fomitem, ex his minimis rebus ad magnam suorum[f] deveniunt perniciem. Nam cum frequenter Chounradus ad marchionem[g] huiusmodi de[h] compescenda mitteret seditione[i], et ille tumido fastu despiceret eius verba, supplex adiit fratrem suum Wratizlaum ducem Boemorum, rogans eum sibi in auxilium contra superbiam Teutonicorum. Qui suis[k] quamvis non diffidens viribus, tamen Ratispo-
56 nensis episcopi[56] unam scaram ex electis militibus precio conducit[l] sibi in auxilium. Nec celat marchionem dux adventum suum, sed[m] mittens unum de satrapis quasi per antiphrasin loquens ei mandat, ut sibi paret grande convivium, seque ipsum pollicetur aleam Martis cito venire lusum. Ad haec marchio efficitur laetus, et a subulco usque ad bubulcum[n] armatos[o] omnigena specie ferri, a subula usque ad stimulum, omnes iubet paratos esse ad bellum. Venerat dux Wratizlaus cum Bohemis[p] simul et Teutonicis qui erant praesulis Ratisponensis[q]; ast alia de parte Otto et Conradus adiungunt se cum suis omnibus qui sunt in tota Moravia militibus. Quos ut vidit marchio longe in plano occurrere campo, praeordinat suos lignei in modum cunei, et corroborat animos eorum huiusmodi monitis alloquii[r]: *O milites, quorum vires per multas satis expertus sum fortunae pugnas, ne timeatis illas fugitivas umbras, de quibus valde doleo quod eis patet*[s] *campus in fugam. Scio enim quia non audent vobiscum comittere pugnam. An non videtis quoniam*[t] *illos arguit inertia virium, quos timor compulit in unum globum? Nulla species ibi apparet armorum; oves sunt, ut reor, et esca luporum. Quid statis, o lupi rapaces et catuli leonum feroces? Irruite in greges ovium et diripite corpora, quae stant sine sanguine, prius casura quam bellum visura, atque cito milvos nostros et vultures pascitura. O inferne, quantas tibi hodie dabimus victimas! Relaxa tuas officinas ad suscipiendas Bohemorum animas. Scio*[u] *enim*[v] *quod Deo et sanctis eius sunt odibiles sine misericordia homines, qui*[w] *ad hoc hanc terram intrant*[x]*, ut non solum nostra bona, sed et uxores nostras et earum soboles diripiant, quod Deus procul avertat. Atqui si alicui*
57 *vestrum contigerit mori, una mors est haec*[y] *beatior omni morte, dulci pro patria mori*[z]. 57.
Plura locuturus erat, sed eius verba impetus Boemorum adbreviat. Nam dux Wratizlaus ut vidit hostes non cedere loco[a],

Iussit Teutonicos[b] dextrum irrumpere cornu,

fratres vero suos Chounradum et Ottonem ordinat pugnare in sinistra ala[c]. Ipse autem ubi erat confertissima hostium acies[58], in ipsa fronte Martis[59] iubet exercitum suum descendere, et pedestri congressione cum adversariis decertarier[d]. Qui cicius dicto ab equis dissilientes[e] et clamore exhortationis[f] dato, sicut ignis in siecam stipulam immissus furit[60] et in momento cuncta comburit, ita vires adversariorum ferro conterunt[g] terraeque[h] eos prosternunt, et de tanta multitudine vix residuus fuit, qui cum ipso marchione aufugit. Sicque greges ovium lactaverunt catulos leonum, et paucis ex suis amissis Boemi de plaga orientali famosum referunt[i] triumphum. Hac in caede occisi sunt Ztan[k] cum fratre Radim[l], et Gridon[m] filius Zanek[n], et Dobrogost[o] filius Hines[p] et alii non adeo[q] multi[61] anno dominicae incarnationis
Mai. 12. 1082. 1082. 4. Id. Mai.*

1083. 36. Anno dominicae incarnationis 1083.

1084. Anno dominicae incarnationis 1084.**

*) Rex Henricus Romam obsedit biennio 2. 2a. 2b.
**) Rex Henricus fit imperator 2. 2a. 2b.

a) latrocinantes 4. 4a. b) pecora — vastantes *desunt* 1. c) *deest* A. *alia manus supersc.* dampnum. d) *alia manus supersc.* A. e) novicium A. nocuum 2. 2b. 4. 4a. f) *deest* 4. 4a. g) h *supersc. alia manu* 1. h) pro huiusmodi 4. 4a. i) vel seditione vera 1. werra *pro* seditione 4. 4a. k) *deest* A. l) conducti 2. 2b. conduxit 3. m) *deest* 2b. n) publicum 4. 4a. o) armatos — subula *desunt* A. p) Polonis A. q) Redisperonensis 1. r) alloquendo *corr. alia manu* A. s) paret 1. t) quomodo 2b. u) sic *alia manu supersc.* cio 1. v) etenim 4. w) quod 2b. x) intraverant 2. 4a. y) *deest* 4. z) sua A. *) loca *corr.* loco 1. a) Teutonicis 4. b) alia 1. 2. 4. 5. c) decertare A. decertari 4. 4a. d) desilientes 4a. e) exhortandi 4. 4a. f) contter 1. g) comburit *add.* 1. h) ferunt 4. i) Zdan 2. Zihan 4. 4a. k) Radvim 1. l) Grydon 1. 2b. Grdon 3. m) Zanec 1. Zanek 2b. Ianek 3. n) Dobrobost 2. filius Zanek et Dobrogost *omissa* 4. 4a. o) Hynes 1. 2. Hones 3. p) in tantum 2. 2b. 3. et alii multi 4a.

56) Ottonis. 57) Hor. Od. III, 2, 13. 58) Cfr. Sallust. Catil. 60. 59) Lucan. Phars. VII, 220. 60) Virg. Georg. III, 99. 61) Die 12. m. Maji 1082. apud Mouriberch i. e. Mailberg; Vita S. Altmanni.

Anno dominicae incarnationis 1085. 8. Kal. Ian. obiit Iuditha[a 62] coniunx Wladizlai ducis Poloniorum[b], quae fuit filia Wratizlai ducis Boemorum. Haec cum esset sterilis, semetipsam semper mactabat offerens[c] vivam hostiam Deo cum lacrimis, vacans elemosinis, viduis subveniebat et orphanis, aurum et argentum nimis large dispartiens[d] per monasteria, commendabat se orationibus sacerdotum, ut per suffragia sanctorum qua.n[e] natura negaverat ex divina gratia prolem obtineat. Praeterea[f] mittit capellanum suum nomine Petrum, qui et eius vota sancti Egidii[g] ad sepulchrum et alia munuscula abbati et fratribus suis deferat[h], quatenus per intercessionem eorum Deus exaudiat eius peticionem[63]. Qui mox, ut dominae suae implevit iussa, cum iam repatriare vellet, sic ei abbas quasi prophetico ore fertur dixisse: *Vade cum Dei benedictione et dic tuae dominae: „Spera in Deum et nichil in fide haesites, quia concipies et paries filium.“ Nullus est[i] enim qui[k] non obtinuit, quod sanctum Egidium fideliter[l] petivit. Sed timeo ne forte Deum offendamus, cum contra fata precibus eum fatigamus, licet ipse per merita huius nostri patroni[m] nonnunquam petentibus annuat quod natura vetat.* Qui cum dominae suae haec retulisset, tempore suo concepit, et postquam peperit[n] filium, tercia die obiit in prima galli cantu supra praenotatae[o] diei. Filius autem eius post in baptismate nomine sui patrui[p] Bolezlav est vocatus[q]. 1085. Dec. 25. 63. Dec. 23.

37. Anno dominicae incarnationis 1086. iubente et peragente Romanorum[r] imperatore tercio Heinrico augusto celebrata est sinodus magna in urbe Moguntia[s. 64], ubi 4 archiepiscopi et 12 praesules, quorum nomina post docebimus, simul cum abbatibus monasteriorum et ceteris fidelibus residentes, plurima decreta super statu sanctae[t] ecclesiae scriptis roboraverunt. In quo conventu idem caesar omnibus sui regni optimatibus, ducibus, marchionibus, satrapis et episcopis assentientibus, et collaudantibus, ducem Boemorum Wratizlaum tam Boemiae quam Poloniae[65] praefecit, et inponens capiti eius manu sua regalem circulum, iussit archiepiscopum Treverensem[u] nomine Egilbertum[v], ut eum in sede sua metropoli Praga in regem ungat et diadema capiti eius inponat[66]. In eodem concilio Pragensis praesul Gebeardus[w] scripta suae antiquae querimoniae repraesentat de Moraviense episcopo Iohanne supra memorato. Qui quamvis eodem anno iam ab hoc seculo migrarat[66'], tamen valde praecavens in futurum praedictus praesul, et agens per amicos pulsat aures caesaris, ne iterum in eodem loco alius subrogetur episcopus, replicat coram omnibus privilegium olim a sancto Adalberto episcopo, suo antecessore, confirmatum tam a[x] papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore. Ad cuius iustam querimoniam imperator motus precibus ducis Wratizlai, fratris eiusdem episcopi Gebeardi, et consilio archiepiscopi Maguntini Wezelonis[y] et aliorum honorum, qui iusticiae favebant, novum antiquo fere eiusdem tenoris addit privilegium et signo imperiali confirmat, ut in sequentibus patebit. Cuius privilegii formam si huic operi[z] nostro inseramus, non superfluum fore aestimamus; continet enim aut hunc aut huiusmodi textum: 1086. Nov. 25.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus tercius divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Regio nomini et imperatoriae dignitati congruere novimus, ut[a] ecclesiarum Dei utilitatibus[b] ubique opitulantes, dampna vel[c] iniurias earum quacunque necesse fuerit propulsemus. Quapropter[d] universis[e] Dei nostrique regni fidelibus, tam futuris quam praesentibus, notum esse volumus, qualiter fidelis noster Pragensis episcopus Geheardus saepe confratribus[f] suis et coepiscopis caeterisque principibus nostris ac novissime nobis con- 1086. Apr. 29.

a) ductrix *inserunt* 2b. 4. 4a. b) Polonorum 2. c) *deest* 2. d) dispensans A. dispertiens 2b. 3. 4. 4a. e) quod 2b. f) propterea 4. 4a. *corr.* praeter ea A. g) confessoris *inserit* 4a. h) defferat 1. i) *deest* 4. k) *deest* 4. 4a. l) *deest* A. m) Aegidii *add.* 4. 4a. n) concepit A. o) notatae 3. p) patris *corr. al. man.* patrui A. patris 1. *deest* 3. q) vocitatus 2a. 2b. 3. Filius autem eius potitus est in baptismate nomine sui patris Bolezlau 4. 4a. r) *omittit* 2. *Sequentia usque ad II, 38. leguntur etiam in cod.* 7. s) Maguntiae A. Maguntie 4. Mogoncia 7. t) *deest* A. u) *deest* A. Treverensem i *expuncto* 1. v) Egelbertum 2b. w) Iaromir 3. Gebehardus *alii.* x) *deest* 4. y) Wezelonis 4. z) opere 1. *) et individuae *desunt* A. a) *al. man. superscr.* A. b) dignitatibus 2. c) dampnabiles iniurias 4. 4a. d) quapropter 1. e) *deest* 4. f) cum fratribus 4. 4a.

62) Erat filia Adleythae, vide supra II, 20. 63) Eodem fere modo Martinus Gallus p. 78. Kadlubek p. 17 de hac re retulerunt. 64) Hanc synodum non confundendam esse cum altera ab Heinricianis episcopis Moguntiae anno 1085. habita probavit Dobner ad Haj. V, 515. 65) Non satis patet quomodo Heinricus illo tempore Wratislaum Poloniae praeficere potuerit, quum eodem fere tempore Wladislaus, dux Poloniae, Iuditham imperatoris sororem in matrimonium duxerit. Vid. Roepell Gesch. v. Polen I, 208. 66) Monachus Pegavensis narrat Wratislaum regiam dignitatem 4000 marcis argenti ab Heinrico emisse, eumque Wirziburgi ab episcopis Moguntino, Constantiensi et Wiraiburgensi coronatum esse. 66') 7. Kal. Dec. teste antiquo catalogo episcoporum Olomucensium in Richteri serie epp. Olomuc. p. 11.

1086. *questus est, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum*[a] *Boemiae ac Moraviae ducatum*[b] *unus et integer constitutus, et tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore sic confirmatus est, postea antecessorum suarum consensu, sola dominantium potestate, subintronizato intra terminos eius novo episcopo, divisus esset et imminutus. Qui cum Maguntiae coram legatis apostolicae sedis, praesentibus nobis ac pleriaque regni nostri optimatibus, eandem querimoniam intulisset, ab archiepiscopis Wezlone Maguntino, Sigewino*[c] *Colonienši, Egilberto Treverienši, Liemaro*[d] *Bremensi, ab episcopis quoque Tiedrico*[e] *Virdunensi, Chounrado*[f] *Traiectensi, Oudalrico*[g] *Eistetensi*[h]*, Ottone Ratisponensi, cum assensu laicorum, ducis Boemorum Wratislai, et fratris eius Chounradi, ducis*[i] *Friderici*[k]*, ducis Lutoldi*[l]*, palatini comitis Rapotonis*[m]*, et omnium, qui ibidem convenerant, primitiva illa parrochia cum omni terminorum*
87 *suorum ambitu Pragensi sedi est adiudicata. Termini autem eius occidentem versus hii sunt*[67]*: Tugost*[n.68]*, qui*[p] *tendit ad medium fluminis Chub*[69]*, Zelza*[q.70]*, Zedlica*[r.71] *et Liusena*[s.72] *et Dasena*[t.73]*, Lutomerici*[u.74]*, Lemuzi*[v.75] *usque ad mediam silvam, qua Boemia liminatur. Deinde ad aquilonalem*[w] *hii sunt termini: Psovane*[x] [76]*, Ghrvvati*[y]*, et altera Chrowati*[z.77]*, Slasane*[a.78]*, Trebowane*[b.79]*, Bobrane*[c.80]*, Dedosane*[d.81] *usque ad mediam silvam, qua Milcianorum*[e.82] *occurrunt termini. Inde ad orientem hos fluvios habet terminos: Bug*[e.83] *scilicet*[e] *et Ztir*[f.84] *cum*
87 *Cracoua*[g] *civitate provinciaque cui Vag*[h] *nomen est, cum omnibus regionibus ad praedictam urbem pertinentibus, quae Cracova*[i] *est. Inde Ungarorum*[k] *limitibus additis usque ad montes,*
85 *quibus nomen est Tritri*[l.85]*, dilatata*[m] *procedit. Deinde in ea parte, quae meridiem respicit, addita regione Moravia usque ad fluvium cui nomen est Wag, et ad mediam silvam cui nomen*
87 *est Moure*[n.86]*, et eiusdem*[o] *montis, eadem parrochia tendit, qua Bavaria liminatur*[p]*. Mediantibus itaque nobis et communi principum aspirante suffragio factum*[q] *est, ut dux Boemiae Wratizlaus*[87] *et frater eius Chounradus supradicto Pragensi episcopo*[r]*, fratri suo, parrochiam iudiciario ordine*[s] *requisitam ex integro et*[t] *reprofiterentur et redderent. Proinde nos rogatu eiusdem episcopi racionabiliter inducti, Pragensis episcopatus redintegrationem*[u] *nostrae imperialis auctoritatis edicto*[v] *illi et successoribus eius confirmamus et stabilimus, inviolabiliter*

a) per totum *desunt* 7. b) ducatuum 7. c) Sigeuino 2. Siceuino 2ᵇ. d) Lyemaro 4. 4ª. e) Tietrico 1. Liederico 3. Theoderico 4. Thyederico 4ª. f) Cunrado 4. Cůnrado 7. g) Ôdaldrico 1. Ôdalrico 4ª. h) Cistetensi A. Heystheteusi 4. 4ª. i) Ch. ducis, 1. k) *al. man. in margine* 1. *adscriptum.* l) Lutholdi 4. 4ª. m) Rapothonis 1. 2ᵇ. 4. 4ª. 7. Rapotae 3. o) Tugest 1. 2. 2ᵇ. Iugast 3. Tugoze 4. 4ª. Cugast 7. p) quae 2ª. 2ᵇ. 3. 4. 4ª. 7. q) *deest* A. 3. Zeyza 4. 4ª. r) Zedlca 3. Zedlicane 4. 4ª. *Omissum* 2ª. 7. *Videnturque haec duo nomina Zelza et Zedlica unius vocis lectiones variantes esse.* DOBR. s) *In* 2. *legi potest* Liusena *et* Luisena. Luisena 2ᵇ. Liusena 3. 7. Luesane *omisso* et 4. 4ª. t) *ita* A. 1. 2. 2ᵇ. 3. 7. *add.* 1. Dacane, Decane 2. *In* 2ᵇ. *corrector in margine adnotavit:* aliter Decane. Daciene 4. 4ª. u) Liutomerici 2. 3. 7. Luthomirici 4. 4ª. u*) Lemuci 4. v) aquilonem 3. 4. 4ª. 7. w) Psovane 2. x) Ghrouuati 1. 2ᵇ. Chouuati 3. Crouati 4. Chowati 7. y) *deest* A. 1. Chrouati 2. 4. 4ª. Hrouati 3. z) Zlasane 1. 2. 4. ') Trebousne 2. 3. 4. 4ª. Trewobsne 7. a) Boborane 1. Boborane 2. 2ᵇ. 4. 4ª. 7. Poborane 3. b) Dedosese 1. 2. 2ᵇ. Dedosene 3. Dedosesi 4. 4ª. c) Milcanorum 4. 4ª. d) Buo 7. e) feliciter 1. f) Ziz 2ᵇ. Zur 4ª. g) Krakova 1. Krakovis 2. Krakona 2ᵇ. 7. Cracoua 3. Chracona 4ª. h) *ita* A. Wag *roll.* i) Krakow 2. 2ᵇ. 3. k) Ungariorum 4. 4ª. l) Tatri 2ª. m) dilata 4ª. n) Md're *signo contractionis appositio super* d 2. *ita ut* Md're *legi possit* Mudre. More 2ª. Mderre 2ᵇ. Mure 4. 4ª. Mŏre 7. o) eius A. p) limitatur 2. 4. *Hoc loco sequuntur in* 5. Qualiter autem hec parochia dilatata fuerit et confirmata, qui vult aliter scire, queret in privilegio eiusdem ecclesie. *Reliqua desunt.* q) per *erasum* factum A. per factum 1. pectum 3. factum 4. 4ª. 7. r) Gebehardo *inserunt* 4. 4ª. s) iure A. t) *ita* A. u) reintegrationem 2. 4. v) edicto 1.

67) De geographica huc descriptione Pragensis episcopatus vid. Dobner ad Hajec. IV, 217—229. Palacky I, 227. 68) Est saltus, qui vocatur Fichtelgebirge. 69) Eger. 70) Dobner in hoc nomine fines episcopatus Citicensis sibi deprehendisse videbatur. Kropf in commentatione supralaudata regionem Pilsenensem. 71) Elbogensis circulus. 72) Idem esse videbatur viris doctis, quod Luczane vel Luczko, cuius saepius mentionem fecit Cosmas, i. e. Satecensis regio, quod ego in medio relinquo. 73) Teschenensis circulus; Dobner dubitavit, num praeferat Dux, quod veteribus erat Daxan, medio inter Satecium et Lutomericium situm. 74) Leitmeritz. 75) Quid sit, incertum est; Dobner num iure Zittaviensem regionem hic reppererit dubito. 76) Num eadem regio de qua supra I, 15? 77) Chrowatia. 78) Silesia ad montem Zobten. 79) Dobnero videbatur territorium Goerlicense. In nomine Trebouane latere opinabatur Drenow de quo contin. Cosmae ad 1131; quod nam stare possit dubito. Kropfio est Triebel in Lusatia inferiori. 80) Regio ad fluvium Bobet. 81) Inter Oderam et Boberam; cfr. Thietmar. IV, 28. 82) In Lusatia superiori; cfr. Thietmar. I, 9. 83) Bug. 84) Styr qui in fluvium Bipetz exundat. 85) apud Dlugossum saepius occurrens; montes Karpatici, Tatra. 86) Matra. 87) Difficultas, quae inde nascitur quod Wratislaus paulo ante regis nomine salutatus hoc in diplomate dux nominatur, Dobnero V, 517 ita solvi posse videbatur, ut diceret hoc factum esse ob Clementis papam reverentiam, qui nondum regalem Wratislai titulum agnoverat. Idem testatur diplomati fundationis Wissehradensis duplicem sigillum appensum esse, in quorum altero Wratislaus rex, in altero dux appelletur.

decernentes, ne ulla posthac cuiuslibet conditionis persona, vel ulla societas hominum, Pragensi 1086.
ecclesiae quicquam sui iuris in praenotatis terminis alienare praesumat. Cuius redintegrationis et confirmationis[a] auctoritas, ut omni aevo stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi, quam, sicut infra apparet, manu propria laborantes[b] impressione signi nostri iussimus insigniri[c]. Data[d] 3. Kal. Maii anno ab[e] incarnatione Domini[f] 1086, indictione 9.[g] anno autem[h] domini Heinrici regni quidem 32, imperii[i] vero 3.

Signum domini Heinrici[k] tercii  *Romanorum imperatoris augusti,*

quod ego vidi ipsum caesarem suis manibus annotantem in privilegio Pragensis episcopatus.

38. Similiter eodem anno Heinrico imperatore demandante et Maguntino archiepiscopo Wezlone[l] interveniente, per legatos[m] apostolici[n], qui eidem interfuerunt concilio, domnus Clemens[o] papa secundum praedictos terminos suo privilegio corroborat[p] Pragensem episcopatum, id efflagitante[q] et suggerente Gebehardo episcopo per suum capellanum nomine[r] Albinum, quem cum legatis apostolici ex Maguntia hac[s] de eadem causa miserat Romam. Eodem anno 5. Idus Iunii[t] [88] obiit Otto dux Moraviae, frater Wratizlai ducis Boe- Iun. 9.
miae[u]. Interea Egilbertus[v] Treverensis archiepiscopus[w] iussis obtemperans imperatoris[x] adveniens metropolim Pragam, 17. Kal. Iulii inter sacra missarum sollempnia regalibus Iun. 15.
fascibus indutum unxit[y] in[z] regem Wratizlaum, et inposuit diadema super caput tam ipsius quam eius coniugis Zuatavae[a], ciclade regia amictae, clericis et universis satrapis ter[b] acclamantibus: *Wratizlao regi tam[c] Boemico tam Polonico* [89], *magnifico et pacifico, a Deo coronato, vita, salus[d] et victoria[e]*. Post haec tercia die archipraesul secundum regiam magnificentiam inmenso pondere auri et argenti ditatus[f] et caeteris xeniis[g] ac[h] muneribus donatus, cum magno honore laetus[i] ad propria remeat.

39. Anno dominicae incarnationis 1087. rex Wratizlaus collecto exercitu intrat Zri- 1087.
biam[k] [90], quam olim imperator Heinricus in perpetuum sibi habendam tradiderat, et dum[l] quoddam castrum nomine Gvozdek[m] [91] prope urbem Missen[n] reaedificat[o], aliis insistentibus 91
operi, mittit duas scaras ex electis militibus cum filio suo Bracizislavo ultum ire olim sibi illatae iniuriae[p]. Nam quodam[q] retro dierum tempore, dum redit imperatoris de curte, casu contigit in quadam villa nomine Kileb[r] valde magna eum pernoctare, ubi noctu orta seditione inter suos et cives, occisi sunt a villanis duo fratres, primi inter primates, huius patriae in manes columnae, virtutum clari lumine[s], Nacarat[t] et Bznata[u], filii Taz[v] comitis. Mox secundum regis iussum qui missi fuerant festinantes die et noctu, tercia die[w] summo diluculo

a) et conf. *al. manu superscr.* A. b) *deest* 1. roborantes 4a. c) insigneri 4. d) datae 2b. e) *deest* 4. f) dominicae incarnationis 3. 4. 4a. g) VIII. 2. 7. h) *deest* 4. 4a. i) imperatorii 2. k) Heinricici 1 k') *in* 4 *monogrammatis loco circulus flavo colore descriptus et vacuus. Ceterum monogrammatis lineae alternatim nigro, flavo, rubro colore descriptae sunt* A. l) Wezelone 1. 2. Wezolone 3. Wezelone 4. 4a. m) pro legatis A. n) ex Magoncia *addit* 1. *sed expunxit.* o) *deest* 2. p) corroborarat 4. 4a. q) flagitante 2b. r) n. 7. s) se 1. t) Iulii 4. 4a. u) Boemorum 4. 4a. v) Kilbertus 1. w) episcopus 1. 7. x) imperatori *corr.* A. Henrici *add.* 4. 4a. y) duxit A. z) *deest* A. a) Suatauae 2. Zuathave 4. 4a. Zuataweae 7. b) quam *pro* tam 1. 2b. 3. *omittunt* 4. 4a. c) *corr.* A. d) laus *pro* salus *omisso sequenti* et 7. e) *hic desinit* 7. f) est *al. man. superscr.* A. g) exsulniis 1. h) xenia ac *desunt* A. ac *deest* 1. i) *deest* 3. k) Zebiam 3. l) cum 1. m) Guozdec 2. 2b. 4. 4a. Guezdee 3. n) Misen 1. Mienam 4. Misn 4a. o) redificat 1. p) illatam iniuriam 4. 4a. q) quoddam 1. r) Kyleb 1. 2. s) nomine 3. t) Nakarat 2. Nacharat 4. 4a. u) Wznata 2. v) Iaz 3. Thaz 4. 4a. w) *ita corr.* 1. luce *rell.*

88) Probat necrologium Bohemicum. 89) Ita nominatur quia pars Poloniae Oderanae i. e. Silesiae in potestate erat Wratislai. In Wratislai praecepto de fundatione ecclesiae Wissehradensis a. 1088. apud Boczek I, 183 haec leguntur verba: (Confirmatio) *domini etiam Egilberti Trevirensis archiepiscopi a quo simul et unctionem regalis consecrationis accepi.* 90) I. e. marchiam Missenensem quam Heinricus teste Lamberto a. 1076 Ecberto marchioni ademerat et Wratislao ob spectatam fidem commiserat. 91) Guoz burzwardium in pago Nisceni. Cfr. etiam commentationem Pelzelii inscriptam: Ueber die Herrschaft der Böhmen in Meissen in collectione Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften 1787. p. 39.

1087. invadunt cum magno impetu praedictam villam, et dirripiunt omnia bona illorum, ipsos quoque et uxores eorum usque ad corrigiam[a] calciamenti spoliant, et funditus aedificia subvertunt igne comburentes, atque equis et peccoribus simul abductis illaesi viam tenuerunt. Facta autem meridie, dum transirent quoddam flumen, filius herilis nactus amoena loca fluminis, iussit cum praeda scutarios[b] praecedere, viros autem bello fortiores secum invitat ibi[c] prandium sumere[d]. Et quia magnus aestus erat, filius ducis nimio calore exaestuans, dum post prandium in aqua paulisper refrigeraretur nataris, mittit[e] ad eum Alexius comes
92 ita mandans: *Non hic*, ait, *in Wltava[f] aut in[g] Ogra tua natas. Tolle moras*[93], *fortium portas virorum gazas.* Ad haec iuvenis: *Naturale est*, inquit, *senibus ad aurae[h] motum semper trepidare, et quamvis sibi iam imminentia, plus tamen quam iuvenes, timere fata.* Quod cum relatum esset Alexio, *Deus*, inquit, *faciat, sed eventu prospero[i], ut talis assit nunc et inevitabilis fortunae occasio, ubi iuvenes videant utrum senes an ipsi magis fata timeant.* Dum haec loquitur praedictus comes, ecce plus quam 20 apparent equites missi a Saxonibus, ut eos provocarent cimbello[k], sicut mustela hostem suum aspidem strangulare volens provocat umbra caudae suae de antro. Quos ut[l] viderunt nostrates, inconsulti homines, plus audaces quam perspicaces, Alexio nimium refutante et prohibente eos ac revocante, ruunt in sua fata persequentes[m] inimicos. Nam statim ferrea legio Saxonum[n] prosilit ex insidiis, et nec unus, qui persecuti sunt hostes, evasit ex nostris. Cumque hi qui remanserant in ea tris, viderent in coelum ascendere quasi per turbinem globum pulveris, et licet repentini et subitanei casus etiam fortissimos viros in bello conturbare[o] soleant[p], tamen arma quam[q] cicius arripiunt[r],
93 hostes virliter excipiunt, pugna[s] summa vi conseritur, fragor armorum[93] et clamor virorum usque ad nubes exoritur[94], hastilia[t] in primo[u] congressu franguntur, res gladiis agitur[95], donec Deo opem[v] ferente Saxones versi sunt in fugam, nostrates habuere[w] victoriam sed nimis cruentam. Quia vero secundi ordinis milites cum praeda iam praecesserant[x], in hac pugna soli tantum nobiles interierunt, Alexius[y], Ratibor gener suus[z], Branis[*] cum fratre Zlava et alii quam plurimi; Preda comes amisso pede vix mortem evasit. Filius vero ducis vulneratus est sub dextro pollice, et nisi capulus ensis, quem manu tenuit, ictui obstitisset, ex
Iul. 10. toto manum amisisset. Acta est autem haec strages 6. Nonas Iulii.

1088. 40. Anno dominicae incarnationis 1088[a].

Hisdem temporibus haec acta quibus referuntur,
Quidam miles erat qui Beneda nomen habebat,
Magnanimus iuvenis praestanti corpore talis,
Hector erat[b] qualis pulcher vel Turnus in armis,
Ex lurata[c] natus, cui primus Taz[d] fuit avus.

Nescio qua de re tunc offenso quoque rege Wratizlao, fugiens in Poloniam factus est miles
96 domnae Iudithae, coniugis ducis Wladizlai[96]; iamque duobus annis evolutis[e] remeans[f] de Polonia, adiit Wigbertum generum regis[97] rogans[g], ut per eius suffragia pristinam domini sui[h] possit redire in gratiam. Sed quia hic Wigbertus vir erat in rebus valde discretus, nolens[i] ut in aliquo socerum suum offenderet, dat ei consilium, monens ut interim apud Mis-
98 senssem[k] episcopum nomine Bennonem[98] tucius[l] maneret, et eum sibi similiter[m] interces-
sorem pararet. Interea contigit ut iterum rex Wratizlaus Zribiam cum suo exercitu intraret[n], quo praedictum castrum Gvozdec in alium firmiorem locum transferret; et ut cognovit

a) gi *alia manu supersor.* A. b) scrutarios 2. 2a. *r erasa* 2b. 3. c) ad A. d) *deest* A. e) misit 4. 4a. f) Wlytaua 1. 2b. Wltavia 2. Wltaua 3. 4. 4a. g) *deest* 3. 4. 4a. h) adore 1. i) propicio vel prospero 1. 2. prospero A. 3. 4. 4a. propitio 2a. 2b. *in margine* Alius prospero. k) *ita* A. cimpello 1. cum bello 2. 2a. 2b. cum dolo 3. cymbello 4. 4a. l) *expunct.* et *al. manu supersor.* eum A. m) prosequentes 2. n) Sexonum 1. o) turbare A. p) solent 4. 4a. q) quanto 2b. r) corripiunt A. 2. 2b. 3. *deinde correctum* arripiunt. s) *deest* 4. t) astilia 1. u) immo 2b. v) *supersor.* h 1. ferente *deest in margine al. manu* ente Boemis. w) hab. n. A. x) praecesserunt 3. y) comes *inserunt* 4. 4a. z) gener suus *deest* A. *) Branis 2b. Bratus 3. a) *anni numerus sec.* A. 1. 4. *cum capite* 40. *videtur contungendus;* hisdem A. 1. 4. H *minuscula scriptum.* his 3. b) *deest* 3. c) lurzata 2. d) laz 3. Thaz 4. 4a. e) evolutus *corr.* evolutis 1. f) remanens *corr. alio atramento* remeans A. g) *omissum* 3. h) Wratizlai *add.* 4. 4a. i) nollens 1. k) Misnensem 1. 2. 2b. 3. 4. 4a. l) tutus A. m) similibi A. n) t *al. manu adscriptum* 1.

92) Lucan. Phars. I, 281. 93) Lucan. Phars. I, 569. 94) Virg. Aen. II, 313. 95) Sallust. Catil. 60. 96) quae obierat a. 1085. Vide supra II, 35. 97) Cfr. supra II, 20. Quibus rebus motus in Bohemiam venerit Wipertus marchio, narrat auctor vitae Wiperti c. 2. in Hofmanni script. rerum Lusaticarum. 98) sedi suae restitutus anno 1088.

rex, quod Beneda in urbe Missen[a] esset, mittit pro eo, quo[b] veniat ad eum sub fidei[c] pacto. 1088.
Quem statim venientem rex ut vidit, qualiter eum dolo caperet cogitare coepit. Ubi post multa verba promiscue dicta et quaedam convenienter ficta, accepit eum fraudulenter rex manu dextra et ducit seorsum extra castra, quasi ibi secreta locuturus. Tunc videns[d] capulum et caput[e] ensis aureum, quo erat miles[f] praecinctus, intra talia quaerit ab eo, quanti[g] valeat gladius suus. Et ille, *Molam,* inquit, *si ponas super galeam, utramque[h] simul et caput atque corpus usque ad femur in uno ictu hoc ense dimidiabo.* Miratur rex dolo, et laudat ensem, atque rogat ut eum[i] sibi ostendat. At ille nihil mali[k] suspicans, dat regis in manum exemptum[l] de vagina gladium; quem rex arripiens[m] et manu vibrans: *Quid,* inquit, *ais[n] nunc, o fili mulieris ultro[o] virum appetentis?* Et astanti camerario, qui solus erat cum eo, homo peior pessimo, Vito Seliboric[p] ait: *Rape hunc, rape sublimem et liga quadrupedem.* Sed quia semper in audaces audacia non est tuta, audax miles[q] mox arripiens de femore camerarii per capulum ensem, praecidit lumbos eius per medium, qui calcitrans humum[r] iacuit semivivus. Nec fugit miles acer, quamvis aufugere poterat, sed velut Hercules circa Lerneam ydram assiliens et resiliens[s]

Ter vili regem[t] paulisper vulnerat ense,
Ipse tamen nullum dextra ducis excipit ictum,

donec ad clamorem de castris ruunt.

Cucata sed primus prae cunctis advolat unus,

et ceu silvaticum porcum super se irruentem lato excipit venabulo[u] militem. Tunc rex[v], quasi in mortuo[w] possit ulcisci, iussit eum[x] equi ad caudam per pedes ligari, et sic huc et illuc per tribulos trahi.

41. Anno dominicae incarnationis 1089.* 1089.

Anno dominicae incarnationis 1090. Antiquus ille chelidrus[y] humani generis inimicus, 1090.
qui nunquam dormitat, sed semper quietos inquietat,

Non tulit ulterius pacatos vivere fratres,

regem[z] scilicet Wratizlaum et praesulem[a] Gebeardum. Hunc vexat vana gloria et ambitio[b], illum exagitat arrogantia et tumido fastu superbiae, ita tamen ut nec ille huic cederet nec hic illum exsuperare quiret. Iste non vult fratrem sibi[b] habere parem[c], ille non vult minor fratre haberi; iste vult praeesse, ille non vult subesse; iste vult quasi rex dominari et praecellere, ille non vult iussis suis obtemperare, sed soli imperatori suum profitetur servicium, a quo acceperat episcopium[d]. Qui in tantum virili animositate inter se aliquando dissidebant, ut saepe festis diebus rex episcopum non haberet, qui sibi coronam imponeret. Hac necessitate[e] simul[f] et ambitione rex compulsus, non ratione sed sola dominatione iterum subintronizat capellanum suum nomine[g] Wezlonem[h] in territorio Moraviensi episcopum[99]. Quo in[i] facto[k] palam se fecit notabilem[l], non solum[m] sprevisse quod ipse coram imperatore et eius episcopis collaudaverat, ut unus foret uterque episcopatus, verum etiam papae Clementis violasse privilegium, quo[n] eiusdem terminos episcopii roboraverat[o]. Hanc ut apploraret[p] apostolico illatam ecclesiae iniusticiam, praesul Gebhardus[q] iturus erat Romam, sed consilio cum suis familiaribus inito, prius adit antiquum amicum Wladizlaum regem Pannonicum, et patefaciens ei suae ecclesiae iniuriam[r], postulat ab eo ad Romanum iter[s] auxilium,

*) Erectio ecclesiae Vissegradensis 2ª. 2ᵇ.

a) Misen 1. b) ut A. 1. quod 4. 4ª. c) fideli 4ª. d) rex *addit* 4. e) et caput *desunt* A. f) Beneda *add.* 4. 4ª. g) quanta 4. h) utrumque 3. i) eum *corr.* eum 1. k) *omissum* 4. 4ª. l) *corr. A.* m) dat regis — — arripiens *omissa* 4. 4ª. *quae tamen in margine* 4ª. *supplere tentavit manus recentior (patris Georgii Feri S. I.) ex* 3. *D.* n) agis 1. 4. *corr.* ais 2. o) ultra 4. 4ª. p) Vseborio 3. q) Beneda *addunt* 4. 4ª. r) h *supersor. al. manu* 2. s) *desunt* 2. t) Wratislaum *add.* 4. 4ª. u) ven. exc. 1. v) Wratislaus *addunt* 2. 2ᵇ. 4. 4ª. w) *corr.* 2. x) *desunt* 1. y) chelydrus 2ᵇ. 3. z) *desunt* 3. 4ª. a) *desunt* A. b) *ita* 1. 4. 4ª. ambitione *reli.* b) e sibi 1. *Sequentia usque* virili *in textu* 1. *alia videntur manu scripta.* c) par. hab. A. d) episcopium 2. *et sic porro.* e) necessitate *corr. al. manu* 1. f) *desunt* 4. 4ª. g) *desunt* 3. h) Weclonem 1. 2. Weczlonem 4. 4ª. i) *erasum* A. k) pacto 3. qui 4. l) notabilem *alia manu* o *supersor.* 1. palam fecit notabile 3. m) se *addit* 3. n) qui 4. 4ª. o) corroborauerat 3. p) apploret A. approbarat 2. q) Isromir 3. r) *ita* A. dampnum vel iniurium 1. 2. damnum 2ª. 4. *In* 2ᵇ. *supra* damnum *scriptum est* iniurium. s) pecuniam auxilium 1. 4. *In* 2ᵇ. *supra* auxilium *scriptum* pecuniam. pecuniam et aux. 4ª.

99) Hoc discidium iam anno 1088. factum esse probat privilegium ecclesiae Wissehradensis, quod confirmarunt Isromir episcopus Pragensis et Vecelo episcopus Olomucensis. Quod inde potius factum est, quia Wratislaus rex Clementis papae partibus relictis ad Urbanum II. transierat.

1090. Inscius heu fatum sibi iam superesse propinquum.

Nam prima die qua regem adiit, nimiam corporis incidit molestiam, et quia prope urbem erat Strigoniam[a], illuc mittit eum rex navigio[b], committens curam eius illius urbis episcopo.

Pertulit heu[c]! quales sex lucibus[d] ipse dolores
Inpedior lacrymis nec possum promere dictis[e].

Septima die iam advesperascente[f],

26. Iun. Sol Iulii senas qua tangit luce Kalendas[g],
Gemma sacerdotum, cunctorum lux Boemorum,
Dogmate praeclarus, pius antistes Gebeardus
2 Vivat ut in Christo mundo migravit ab isto[1].
Moribus et vita de cuius dicere multa
Fert animus mihi, sed desunt in[h] pectore sensus.
Pauca tamen fari libet haec, quae vidimus ipsi.

42. Tempore quadragesimali talis mos erat suus, semper cilicium habens subtus, desuper veste episcopali indutus, diebus pascit[k] humanos obtutus, noctibus vero sacco vestitus, latenter ecclesiam ingressus et super pavimentum humi[l] prostratus, tamdiu perseverat in precibus, quoadusque largo ymbre lacrimarum madida fuit[k] cui incubuit[l] humus. Inde consurgens ad agapen[m] faciendam[n-3], et priusquam ruminet psalmos, quotquot ante ecclesiam invenit miseros, boni operis[o] per copiam supplet[p] eorum inopiam; finito psalterio idem facit. Post matutinas autem quadraginta panis quadrantes et totidem allecia, sive alicuius edulii partes dividit inter pauperes. Quarta autem vice iam adpropinquante luce, ad numerum apostolorum lavans[q] pedes 12 peregrinorum,

Dividit his formas bis senas denariorum.

Quibus ad horam[r] prandii in abdita stuba vel casa positis habunde ipse necessaria apponit, et dextra sua cibum et potum eis benedicit, deinde ad publicam mensam[s] vadit, et secum 40[t] egenos pavit. Similiter ad sedem suam Pragae constituit cottidie 40 pauperes pascen-
4 dos, et bis in anno vestiendos[u] a corrigia calcei usque ad mastigam[v-4] pilei. Item nonnullos adventantes hospites et pauperes clericos nimiis dationibus obligat, ut per totam quadragesimam secum manentes tam pro vivis quam pro defunctis psalteria legant[w]. Ad singula quaeque[x] missarum sollempnia, quotquot in capella quaque die fuerint celebrata,

Trina dari[y] fecit nummismata denariorum.

Omnibus autem diebus dominicis 12 nummos, festis vero apostolicis et in aliis maioribus sollempnitatibus 200 offert[z] super pixidem sanctarum reliquiarum argenteos. Quamque fuerit largus, si te delectat o prudens scire lector, pelliciam[a] episcopalem nunquam integrum per annum portabat, sed unam hiemalem[b] in pasca, alteram aestivalem[c] in festo sancti Wenczlai suis capellanis donat; sic et in caeteris donativis largum fuisse scias. Post cuius obi-
1091. tum anno dominicae incarnationis 1091. 4.[4] Nonas Marcii Cosmas electus est in episcopum
Mart. 4. tam a rege Wratizlao quam[d] omni clero ac populo Boemorum, tercio Heinrico imperante[e] augusto, sed in Longobardia hisdem temporibus imperialia tractante negotia.

Apr. 17. 43. Eodem[f] anno 15. Kal. Maii, 4. feria in secunda ebdomada paschae[5], combustum est monasterium sanctorum martirum Viti Wenczlai atque Adalberti[h] in urbe Praga. Eodem anno[i] rex Wratizlaus valde iratus est[k] contra fratrem suum Chounradum, quia his, non inmemor mutuae dilectionis, favebat parti[l] filiorum fratris sui Ottonis, Zuatopluc[m] videlicet[n]
6 et Ottik[o-6], quibus expulsis de paterna haereditate, filio suo Bolezlao rex urbem Olomuc et

a) Ztrigoniam 4. b) magoigio A. remigio nacis 4. 4a. c) eu 2. d) in *rasura alia manu scripsum* 1. e) verbis 3. 4 f) adnesperante 2. g) *deest* 4. h) pascis 1. i) umi 1. k) madita *corr. al. inst.* madida 1. l) incumbit A. m) *ita corr.* 1. agape faciendum A. n) vadit *add.* 4. 4a. o) op. boni A. p) supplex 2. q) lauat 4. 4a. r) oram 1. s) missam A. 4. 4a. t) XII. A. u) vestigendos g *erasa* A. 1. v) mastigiam 2. 4. 4a. w) perlegant pe. A. 4. 4a. x) quoque 4. 4a. y) *corr. al. atramento* A. z) r *al. manu superscr.* 1. a) lect. ac. A. a) pellicinam 1. b) genialem 1. c) festinalem 2. d) nonas omisso IIII. 4. e) a *duarii* 2. 50 f) imperatore 4. 4a. g) Eodem — Praga *in margine inferiore* A. *adscripta.* h) monasterium *hoc loco* A. i) XV. Kal. Maii *inserunt* 4, 4a. k) *deest* A. l) pati 1. m) Zustoplik A. Zvatoplic 1. Zustoplik 2. n) *deest* 4. o) Otic 2. Otik 3a. Ortik 3.

1) Consentit necrologium Bohemicum, et in catalogo episcoporum Olomucensium legitur 10. Kal. Iul. 2) Palacky Gebhardi mortem ad annum 1089. revocavit. 3) i. e. ad elemosynam pauperibus praebendam. 4) i. e. fibulam. 5) Haec signa chronologica minime inter se cohaerere observavit Palacky I, 321, ideoque delendam putavit numerum XV. ante Kal. Mai. et S. Viti incendium ad annum praecedentem referendum esse, neque minus ea quae sequuntur de Wratislai bello Moravico. In Pragensibus annalibus S. Viti incendium anno 1091. annotatur. 6) quibus addendus est tertius qui-

alias civitates tradiderat, ubi non longo post tempore in praedicta urbe inmatura praeventus est morte 3. Idus Augusti[z]. Et quoniam illi[a] tres fratres, scilicet[b] Iaromir, Otto et[c] Chounradus, quamdiu fuerunt vitales, ita erant unanimes, ut per nullas posset eos[d] rex divellere artes, — et sicut fertur leo pertimuisse tres iuvencos inter se collatis cornibus stantes, ita nunquam ausus est rex invadere suos fratres[e], — postquam vero vidit solum Chounradum post obitum fratrum ex omni parte fraterno aminiculo privatum, ingressus est cum exercitu Moraviam, ut eum similiter expelleret de provincia, quae sibi sorte ac[f] funiculo haereditatis et per concessionem iure acciderat[g] paternam. Ventum erat ad urbem cui nomen Brnen[h.8], ubi rex circumstantibus[i] terrae magnatibus[k] disponens obsidionem per girum, dum designat loca ubi quisque comes tentoria figat, Sderad[l] villicus, sicut erat homo versipellis, ex obliquo innuens regi oculis, iuvenem Bracizlaum inter satrapas coram patre suo stantem denotat carbone[m] confusionis. *Quoniam quidem*[n], inquiens, *tuus, o domine rex, natus libenter aestate ludit in flumine et natat, si placet tuae maiestati, iuxta fluvium*[9] *hac ex parte urbis cum suis papiliones ponat.* Haec ideo dixit, quod[o] olim[p] in partibus Saxoniae, dum meridie natat praedictus iuvenis in flumine, hostes ex adverso irruunt et eos invadunt, ut supra retulimus[10]. Hoc verbum nimis alte in corde iuvenis[q] sedit, et non minus doluit quam si toxicata sagitta cor eius vulnerasset. Tristis abiit in[r] castra, et[s] non sumpsit cibum usque noctis[t] ad astra. Nocte autem sub opaca, turma suorum advocata, pandit cordis sui vulnera, consulens qualiter in villico ulcisci possit iniquo[u]. Eadem etiam nocte clam mittit ad patruum suum Chounradum, dedecus sibi et[v] a quo sit illatum exponens, quid opus sit facto, quaerit ab eo consilium. At ille, *Si te*, inquit, *quis sis cognoscis, ignem me non minus quam te urentem extinguere*[w] *noli timere; negligere laudabile non est.* Non enim latuerat Chounradum, quod rex haec omnia ageret Zderad per consilium. Cumque nuncius dicta patrui Bracizlao retulisset, favent omnes et assenciunt, et quasi a Deo sibi datam laudant ducis sententiam, quoniam et ipsi identidem[x] prius consuluerant. Quid multa? Tota nocte illa agitur quod mane peragitur.

44. Nam lucescente die Bracizlaus mittit ad praedictum villicum demandans ei, ut, ubi sibi[y] placeret, secretum consilii[z] simul ineant. Qui nichil mali suspicans, accepto comite Drisimir[*], tantummodo soli[a] duo procedunt. Quos ut[b] vidit a longe iuvenis, tantum a suis prosiliit[c] obviam eis quantum iactus[d] est lapidis; dederat enim suis militibus signum, ut quando suam cirotecam illius proiceret in sinum, facerent quod facere spoponderant[e]. Ubi[f] pauca exprobrans illi[g], quibus saepe offenderat eum, *Quam*, inquit, *pollicitus sum, en abrenuncio tibi fidem meam*, et avertens equum, proiecit in faciem eius cirotecam[h]. Non aliter quam cum[i] iratus leo erexit iubas[11] et submittens caudam, nodo, qui est in extremitate caudae, percuciens frontem suam, et stimulo, qui est sub cauda sua, pungens[k] posteriora[l], fertur in omne quod obstat: ita prosiliunt ilico ex agmine ardentes et armati iuvenes, Nozizlau[m] et frater eius Drisikray[n], filii Lubomir, et tercius Borsa, filius Olen, atque[o] frustra fugientem[p] Zderad ternis hastilibus alte in aera sustollunt, et ut manipulum in terram deiciunt, et calcant equorum pedibus, et iterum atque iterum vulnerant ut affigunt corpus humi[q] telis. Tali morte suae de

Summitate rotae fallax fortuna deiecit

amicum suum Zderad 5. Idus Iulii. Comes autem Drisimir[r] pallidus advolat in castra, et Iul. 11.

a) Hi 4. 4ª. b) *deest* 4. 4ª. c) *omittunt* A. 3. 4. d) rex eos posset A. e) fr. suos A. f) aut A. *al. man. supersor.* ac. g) *corr.* 1. h) Brinen 1. Brno 2. Brynen 2ᵇ. Bruen 3. Broeu 4. *in ras.* Brnen 4ª. i) circumstantibus 3. k) primatibus 3. l) Zderad 1. 2. 2ᵇ. 3. 4. 4ª. m) elogio A. 2. 2ᵇ. 3. elogio vel carbone 1. elogio carbone 4. 4ª. n) quandoquidem 4ª. o) quia 4. 4ª. p) *corr. al. atramento* 1. q) invens 1. r) ad 4. 4ª. s) *deest* A. t) *deest* 4ª. u) in aliquo 4. 4ª. v) et — sit *desunt* A. w) extingue 4ª. x) itentidem 2. 2ᵇ. y) *deest* A. *corr.* 1. z) consilium 3. *) Drysimir 1. Drsimir 3. Disimir 4. 4ª. a) illi 4. 4ª. b) *al. manu supersor.* A. c) prosilit A. d) ictus A. e) *a verbis*: a suis prosiliit *paulo aliter* 4. 4ª.: a suis militibus secessit, ut signum possent cognoscere, quod facere se spoponderat. f) Un A. *in rasura alio atramento.* g) ei A. h) cyrotecam 1. 4. cyrothecam 2. 4ª. i) *deest* A. erexerit 4. k) pugnens 1. l) pectora A. sua *add.* 4. 4ª. m) Nosislaw 2. 4ª. Nozislaus 3. n) Drysimir 1. Dyrzkray 2. Drsikrai 4 4ª. o) at 4. p) fugiente 3. q) *deest* 4. 4ª. r) Dyrzimir 2. Drisimir 2ᵇ. Drsimir 3. Disimir 4. Drzimir 4ª.

dam filius Bracizlaus, ut patet ex donatione quadam Euphemiae matris, quam fecit Gradicensi et Raygradensi monasteriis pro anima Ottonis *in die sepulturae charissimi mariti.* Notae chronologicae desunt. Boczek I. 176. 7) Boleslaum filium regis iam anno 1089. obiisse testis est Hildegardus Gradicensis apud Boczek I, 185. Monachorum litteras consolatorias ad Wratislaum datas vide ibid. p. 184. 185. 8) Brünn. 9) Switawa. 10) II, 39. 11) *Mox ubi se saevae stimulavit verbere caudae Erexitque iubam* (leo). Lucan. Phars. I, 208.

1091. nunciat[a] regi[b], quae fuerant facta. Solus rex moeret et plorat, omnes iuvenem[c] laudant[d], quamvis[e] aperte laudare[f] non audeant. Bracizlaus autem non longe ultra unum monticulum separatim sua transfert[g] castra, quem maior pars exercitus et fortior[h] bello[i] est secuta.

12 45. Interea coniunx Chonradi nomine Wirpirk[k] [12], una mulierum de numero prudentum, inscio marito suo venit in castra regis. Quae cum nunciata esset regi, convocat[l] rex proceres in coetum, et

Iussa venire stetit[m] coram rege, large perfusa[n]
faciem[o] lacrimis [13], et singultibus verba interrumpentibus tandem eluctata in vocem sic est locuta[p]:

Haud[q] ego iam digna dici tua, rex pie[r], nurus
Supplex ad genua nunc non[s] tenere tua veni.
Et cecidit in faciem et adoravit regem.

Quae iussa surgere stetit et ait: *Nullam[t], domine mi rex, his in partibus belli invenis mate-*
11 *riam, nullam de praelio hinc[u] reportas victoriam, bellum plus quam civile geris* [14]. *At si nos et[v] nostra bona tuis militibus praedam esse decernis, in te tua vertis tela, cum fratrem tuum, cui debeas[w] esse tutela, spolias rapina cruenta. In Deum vadit, qui suos invadit. Nam quaecunque hic longe in tuis finibus spolia quaeris habenda, ostendam tibi pociora in medio tui regni posita. Nusquam enim melius[x] ditaberis[y], nec amplius magnificaberis[z], quam in suburbio Pragensi et vico Wissegradensi[*]. Ibi[a] ludei auro et argento plenissimi, ibi[b] ex omni gente negociatores ditissimi, ibi monetarii opulentissimi, ibi forum, in quo praeda habundans superha-*
15 *bundat tuis militibus. Aut si te delectat, qualiter Troia arserit* [15] *videre, nusquam magis Vulcanum videbis furentem* [16], *quam cum[c] utramque urbem praedictam videas ardentem. Atqui: „Illa mea sunt", dicas. Ista autem quae hostiliter devastas, cuius esse putas? Nonne nos et nostra tua sunt? Sin autem solummodo tua fulmina acuis in iugulum tui fratris, absit ut alter Kain[d] habearis. Salva tui[e] gratia fratri tuo patet Grecia, patet Dalmatia, ipse mavult peregrinari quam te fratricidio criminari. Quin pocius accipe quae tibi mittit, iam non frater, sed quasi tuus[f] servus;* et protulit de sinu forcipes[g] et fascem ex virgultis. *Et si quid[h]*, inquit[i], *frater in fratrem peccavit, emenda; terram autem[k] quae tua est, cui mavis commenda.* Dixerat, et ita cor regis tetigit et movit corda principum, ut nullus se continere posset[l] a lacrimis. Quam rex[m] ad latus suum iubet ut sedeat, sed priusquam sederet: *Quandoquidem,* inquit, *inveni gratiam in oculis tuis, adhuc unam peticionem posco, ne confundas faciem meam quaeso. Pro magno peccato filii paululum supplicii satis est patri.* Tunc rex: *Scio,* ait, *quo pergis. Sed perge potius, et adduc ocius fratrem meum et filium[n] ad me[o] in osculo sancto et in[p] vinculo pacis.* Et osculatus est eam. Timuerat enim rex valde[q], ne frater suus et filius conspirarent contra eum. Qui cum venissent[r] per conductum dominae Wirpirk[s] ad regem, dans eis pacis osculum, rex ait ad filium suum: *Fili mi, si bene egisti, nulli melius quam tibi erit: sin autem male, peccatum tuum in foribus aderit[t].*

46. Post haec Bracizlaus intelligens, suum patrem non ex corde sed pro necessitate fecisse pacem, cum omnibus qui suam transierant in aciem, secessit in partes urbis[u] Gra-
17 dec [17], et ibi morabatur frustra expectans incertam fortunae vicissitudinem. Quotquot enim secuti eum fuerant, nullus ausus est proprios revisere[v] lares, quia regem, quem offenderant, valde metuebant, ne captos aut[w] in vincula mitteret aut capitali sentencia dampnaret. Videns autem rex, quod non posset, uti volebat, iram suam ulcisci in filio nec in eius sequacibus[x], advocat fratrem suum Chounradum, et congregat terrae maiores[y] natu, atque corroborat

a) nunciant 1. n *expuncto.* b) *deest* A. c) Bracizlaum *addunt* 4. 4ª d) et glorificant *inserunt* 4. 4ª. e) vis *al. manu superscr.* A. f) laudant 1. g) transferet 1. h) ferocior 2ᵇ. i) *deest* 3. k) Wirbirk 3. l) convocat — rege *desunt* 1. m) et iussit eam venire. Stetitque 4. 4ª. n) profusa 3. o) facie A. 4. 4ª. p) dicens *addunt* 4. 4ª. q) aut *corr. al. atram.* haud A. r) pie *omissum* 4. s) nec non 2ᵇ. t) nulla 4. u) hic 1. v) nos et *desunt* 1. w) debebas 3. x) *deest* 1. y) dicaberis *corr.* ditaberis 1. z) nec amp. magnif. 4. *desunt* 4ª. *) Uisegr. 1. Wissogradensi 2. a) *corr.* A. *al. manu.* b) *deest* 4ª. c) *deest* 3. d) Cain 1. e) tua 4. 4ª. f) *omittunt* 4. 4ª. g) forpices A. h) exiquid *superscripto* e 1. i) *omittit* 4ª. k) tuam *addit* 1. l) se *al. man. superscr. hoc loco* A. m) Wł *addit* 4. n) et filium *desunt* 4ª. et filium meum 4. o) ad me *desunt* 1. 3. p) *omittit* 4. q) ulde 1. r) convenissent *corr. al. manu* cum vent. 1. s) per — Wirpirk *desunt* A. Wirpyrk 1. Wirbik 3. t) sin autem — — aderit *desunt* 4. 4ª. u) *omittit* 2. v) visitare A. w) atque 2. *deest* 3. x) sequatibus A. y) maiores terrae A.

12) Nomen ei erat Hilburg, ut patet ex diplomate Conradi ducis, Boczek I, 188. 13) Virg. Aen. XII, 64, 65. 14) Lucan. Phars. I, 1. 15) Virg. Aen. II, 581. 16) Ibid. V, 662. 17) Königgrätz.

omnium sacramento comitum[a], quod[b] post suum obitum[c] frater eius Chounradus obtineat 1091
solium ac Boemiae ducatum. Tunc rex roboratus fratris sui[d] consilio simul et auxilio, coepit aperte machinari, qualiter ulciscatur in filio. Nec[e] hoc latuit Braczlaum filium eius[f], et sine mora congregati sunt ad eum plus quam tria milia fortium virorum, et accelerantes metati sunt castra circa Rokitnicam[g] rivulum[18], in crastinum parati contra regem committere praelium. Praemiserat enim ad patrem suum nuncium dicens: *En ego, en assum longe quem quaesiturus[h] eras, quod facturus es posthac, hodie fac.* Nec[i] praetereundum est sub silentio, quod eiusdem noctis in conticinio[k] divina operari dignata est revelatio. Nam si acta hominum nostrae scientiae pro modulo pandimus, indignum est, ut ea quae ipsi[m] vidimus magnalia Dei taceamus.

47. Igitur nocte praefata dum inter principes ea quae praediximus geruntur, nostri patroni, videlicet sanctus Wenczlaus et sanctus Adalbertus, visitant in carcere positos, et eos nimia afflictione contritos sua sanctissima dignatione taliter liberant. Postibus inprimis anterioribus simul cum ianua erutis, mox ipsius carceris velut ferream posterulam[n] cum suis vectibus frangunt, nec non et cippum, in quo dampnatorum pedes crudeliter constringuntur, fractum forinsecus proiciunt[o], statimque auribus dampnatorum vox pia insonuit dicens: *Hactenus vobis et huic patriae nostra suffragia defuere, quia gratia Dei indigni[p] extitistis[q], ex quo bellum hoc plus quam civile inter Boemiam et Moraviam principes isti habuére. Sed quoniam[r] gratia Dei et misericordia et respectus est in sanctos Dei[s] et electos illius, nosque eò dirigimur quo ipsa respexerit, pro certo nusquam nostri praesentia suffragando adesse poterit, ubi illa prius miserando non affuerit[t]. Quare iam certi de misericordia Dei exsurgite[u], ad ecclesiam Dei[v] properate, nosque nominatim sanctum Wenczlaum et sanctum Adalbertum vos absolvisse et pacem aportasse omnibus nunciate.* Qui mox quasi de gravi somno excitati et[w] a[x] vinculis absoluti, adhuc custodibus dormitantibus[y] liberi exeunt iussaque perficiunt Hac etiam ipsa die aliud item miraculum enituit, quia[z], ut supra sanctorum martirum revelatio retulit, Chounradus frater regis pacem inter ipsum regem et filium eius composuit. Nam antea in tantum discordabant[a], ut uterque ab utrimque[b] suspecti, iste ne solio privaretur, ille ne a patre caperetur, valde invicem timerent. Sed illum par aetas iuvenum et maior pars procerum, manu quidem promptiores et bello forciores comitabantur[c], istum vero episcopus Cósmas et praepositi ecclesiarum omnesque terrae magnates aetateque[d] provectiores et consilio utiliores cum omni milicia plebis favebant[e] et nimio affectu venerabantur. Et profecto illa tempestate post conditam urbem Pragam pessimum facinus patratum fuisset, si non[f] ad votum omnem principum et populi motum[g] sancta dignatio beatissimi Wenczlay et magna miseratio omnipotentis Dei composuisset.

48. Quod videntes qui in castris remanserant[h] comites, mittunt ad Braczlaum dicentes: *Si tu credulus patri tuo pristinam cum eo redis in gratiam, nos nequaquam credimus ei, quia callidam eius sat[i] novimus astuciam. Plus enim eius amicicias timemus quam inimicicias. Nam veluti ursus nec minimum[k] ictum patitur inultum, ita ille nunquam cessabit a vindicta, donec omnia quibus eum offendimus, usque ad unum iotha non dimittet inulta. Qua de re[l] aut nos quovis terrarum abire dimittas[m] cum tui gratia, aut nobiscum ubicunque terrarum alciora quaeras palacia. Nulli enim magis[n] quam tibi nostro parati sumus servire domino.* Videns autem Braczlaus, quia sicut miles sine armis suo officio caret, sic dux sine militibus nec nomen ducis habet, mavult cum eis extraneum quaerere panem, quam solus sine milite[o] cum patre domesticam habere pacem. Nec mora, congregatis omnibus tam peccoribus quam mancipiis, plus quam duo milia militum cum Braczlao duce proficiscuntur ad regem Pannonicum[p]. Quem rex Wladislaus[q] recognoscens cognatum sibi[r] benigne suscepit, et concessit

a) communi 2b. fidem 4. 4a. b) quo 4. 4a. c) ob. suum A. d) *deest* A. e) hec A. f) *deest* A. g) regis 4. h) Rokytoiczam 2. Rokitiocam 3. i) quae *in margine* A. k) *deest* 4a. l) concilio 1. m) ibi A. n) portulam A. o) proterunt 4a. p) *al. manu superscr.* A. q) existitis 2b. r) quia 2b. s) *deest* A. 3. 4. 4a. t) *desiderantur in* 1. *extrema libri secundi et initium libri tertii usque ad verba* quorum succenderat animum *etc.; unus, ni fallor, quaternio excidit et 4 folia, iam saeculo XVII. ut videtur, amissa; adscripsit enim in margine sec. illius manus:* hic multa desunt. u) ei *addunt* 4. 4a. v) *ita* A. *deest reli.* w) *ita corr.* A. etiam a 2. 2b. 4. x) auctoribus 3. y) dormientibus 3. 4. 4a. z) quod 2. a) discordabantur 3. 4a. *corr.* 4. b) utroque 3. *deest* 4. c) aetaue 2. aetate 4. d) faciebant 3. e) regis *addunt* 2b. 3. 4. f) votum 2. g) *deest* 2 h) satis 2. 2b. 4. 4a. i) nimium A. *expunctum al. manu superscr.* minimum. k) qua de re *desunt* A. l) *omissum* 2. m) *deest* A. n) militibus 3. o) Wladislaum *inserunt* 4. 4a. p) Wratislaus 3. q) suum 2. 2b. 4.

18) haud procul a Praga urbe.

militibus eius inhabitare locum qui dicitur Banoy[a] iuxta castrum nomine Trencin[b.19]; locus in mediis silvis atque in montibus est situs[c], et nimium[d] aptus atque opimus[e] venationibus. Victualia[f] autem et caetera naturae adminicula per praeceptum regis[20] ab adiacentibus subministrabantur eis regionibus, ipsum autem Bracizlaum cum paucis secum rex habuit in deliciis aulae regalis[g].

49. Anno eodem rege Wratizlao disponente Cosmas electus[h] ad Pragensem ecclesiam et Andreas similiter ad Olomucensem sedem[21] per conductum palatini comitis Rapothae[22] veniunt Mantuam[23], et praesentantur imperatori tercio Heinrico augusto, inchoante anno dominicae incarnationis 1092. in Kal.[i] Ianuarii. Secunda[k] autem Nonas eiusdem mensis, mediante praedicto comite Rapothia, sedens in palatio Mantuano, episcoporum atque comitum ordine non modico ex utroque latere collocato[l], et electis iam praedictis episcopis positis in medio, diu tacita pulcher caesar pulchra labia aperit[m] dicens: *Hos fratres ad nos misit noster fidelis amicus Wratizlaus rex Boemicus, ut secundum canonicam et apostolicam institucionem nostra auctoritate eorum[n] confirmemus electionem, quam sine vestro consensu nolumus[o] facere diffinicionem.* Tunc praesul Monasteriensis[24], qui isdem temporibus venerat de Hierosolimis, surgit et apodians se mensae, in qua baculi, anuli episcopales atque reliquiae sanctorum erant positae, ait: *Periculosum est valde a paucis destrui, quod multorum sanctione confirmatum est. Multi enim interfuimus episcopi, multi et principes imperii Romani atque apostolicae sedis interfuere legati, quando vestro privilegio confirmastis, ut uterque episcopatus, Pragensis simul et Moraviensis, sicut fuit ab inicio, ita unus et integer permaneat.* Ad haec caesar ait: *Sine modo, ut quod me[p] meus rogavit[q] amicus faciam; de his autem postea suo tempore in suo[r] discutiam.* Et statim desponsat eos anulis ad singulas ecclesias, dans eis pastorales virgas. His ita peractis, iussi sunt ambo episcopi redire Weronam[25] et ibi expectare, donec patratis[s] regalibus negociis palatinus comes Rapotha iterum reduceret eos secum[t] ad patriam.

50. Interea sinister rumor nostras diverberat aures, regem Wratizlaum 19.[u] Kal. Februarii[26] migrasse ad Christum[27], et eius fratrem Chounradum successisse in principatum. Qui statim cursorem mittit ad imperatorem, et promittens ei pecuniam rogat cassari[v] episcoporum electionem, quorum supra fecimus mentionem. Sed caesar magis consulens iusticiae quam iniquitatis consentiens pecuniae: *Quod feci*, inquit, *feci, nec possum meum mutare factum.* Tristis abiit legatus nomine Woclin[w], quia non obtinuit quod peciit ex parte ducis. Episcopi vero secundum iussa caesaris morati sunt Veronae usque ad inicium quadragesimae, expectantes reditum et conductum praedicti comitis Rapotae[x]. Post haec advenientes Pragam in ipsa die palmarum, suscepti sunt[y] a clero et populo honorifice, et adeunt ducem Chounradum in urbe Bolezlau[z] tercia feria eiusdem ebdomadae. Quos dux[a] iam mutato animo benigne suscepit, et celebravit cum eis pascha[28] in urbe Wissegrad. Et in ipsa paschae ebdomada circa Kalend. Aprilis descendit maxima nix, et tantum inhorruit frigus mixtum cum glatie, quantum raro in media contigit[b] hieme. Gesta autem huius[c] ducis[d] non habemus plurima ad scribendum[e], quia post 7 menses et dies 17[f] eodem anno quo suscepit ducatum 8. Idus Septembris cum vita amisit[29]. Cui successit iunior[30] Bracizlaus[g], quem advenientem in urbem Pragam laetis choreis[h] per diversa compita dispositis tam puellarum quam iuvenum modulantium[i] tibiis et timpanis, et per ecclesias pulsantibus campanis, plebs laetabunda suscepit[k]. Ipse autem Cosmas episcopus[l] cum clero et magnifica

1091.

1092. Ian. 1. Ian. 4.

Ian. 14.

Febr. 7. Mart. 21.

Mart. 28.

Apr. 1.

Sept. 6.

a) Banow 2. Banou 2b. Banon 3. Banov 4. 4a. b) Trencsin 2. Orenem 3. c) consitus 3. d) at nimirum 3. e) locus in insidiis silvarum (et 4a.) in montibus est situs et nimium aptus atque optimus 4. 4c. f) victualia ministrabantur eis regionibus ipsum *etc.* 4. g) *deest* 4a. h) est *inserunt* 3. 4. 4a. i) tertia Kal. 2b. III. Kal. *pro* in Kal. 3. k) pridie 4. l) collato 4. 4a. m) aperit lab. A. aperuit labra 3. aperuit 4. n) *deest* 2. 4a. o) noluimus 2b. 3. p) *deest* 4. q) rogat 2. 3. 4. 4a. nimis rogat amicus 2b. r) post suo tempore disc. A. A*. postea t. in s. *rell.* s) peractis 4a. t) *deest* A. u) XVIII. 2. v) cessari *corr. al. manu* cassari A. w) *al. manu supersor.* A. Wiclin 2. Wizlin 4. 4a. x) *deest* A. y) *deest* 3. z) Bolcslai 3. a) cont. i. m. A. contingit 2b. b) *deest* A. 3. c) Conradi *add.* 2b. Cunradi *add.* 4. 4a. d) ad scr. p. A. e) XVI. 4. 4a. f) succesit *al. manu supersor. hoc loco* A. Brecislaus 3. g) choris 3. h) in *addunt* 2. 4. 4a. i) suscipit 2. k) electus 2. *omissum* 2b.

19) Trenčin. 20) Ladislai. 21) Wecelonis ultra nulla fit mentio apud scriptores. 22) Cfr. Ekkehardi et Ernoldi chronicon 1099. 23) Vide Heinrici IV. diploma apud Boehmer 1944. 24) Erpo. 25) De hoc conventu vide annales Augustanos 1091. 26) Consentiunt Necrologium Bohemicum et Calendarium Pegaviense. 27) Eum in venatione ex equo lapsum esse, testantur monachus Pegaviensis et Annales Hildesheimenses. 28) Incidit in diem 28. mensis Martii. 29) Probat Necrologium Bohemicum. 30) i. e. secundus.

processione suscipiens eum in porta civitatis ante templum sanctae Mariae[31], deducit[a] ad solium, et secundum ritum huius terrae ab universis comitibus et satrapis est intronizatus dux iunior Bracizlaus 18. Kal. Octobris. 1093. Sept. 14.

51. Eodem anno facta est eclipsis solis 12. Kal. Octobris, 6 feria post meridiem[32]. Eius in Kal.[b] Octobris quidam pseudoepiscopus nomine Routpertus[c], veniens in hanc terram referebat se in Vasconia provincia Kavellonam[33-d] multis annis rexisse ecclesiam; et quoniam recognovit eum[e] frater noster Ozel[f], qui et Asinus, et eum olim episcopizasse perhibuit[g], quando de Ungaria secum iter ageret[h] Hierosolimam, dux Bracizlaus et Cosmas electus gratanter eum recipiunt, et divinum officium sive cursum episcopaliter agere permittunt. Quid multa? Multas ecclesias consecrat, multos mense Marcio clericos ordinat[34], et in coena Domini sacrosanctum[i] crisma exorcizat[k]. Ad quem quidam in pascha venit clericus, nimirum sui erroris conscius, et nescio quid sibi clam innotuit. Mira res, nec dux, nec electus impetrare potuit, ut saltem parvo tempore ibi staret, quin in ipsa ebdomada paschae cum festinatione[l] tenuisset viam versus Saxoniam. Postea vero cum innotuisset quod pseudoepiscopus fuisset, mittunt[m] unum ex Latinis nomine Constancium[n] in Vasconiam, per quem Kawallonae ecclesiae nomine Desiderius praesul demandat litteris, quod illa ecclesia nunquam habuisset episcopum nomine Routpertum. Miserunt etiam ad papam nomine[o] Clementem, eius consulentes auctoritatem, 1093. Sept. 23. Oct. 1. Mart. Apr. 17.

Quid sit opus facto[p] rerum in discrimine tanto?

Quibus ille remandans iussit ecclesias ex integro reconsecrare, baptizatos crismate pseudoepiscopi non rebaptizari[q], sed tantum confirmare, similiter ordinatos non reordinari, sed solummodo inter ordinandos stare ad ordinationem[r], et per solam manus impositionem recipere benedictionem. Sicque inflicta ab hoste vulnera matri ecclesiae curata sunt antidoto iusticiae, statum fidei catholicae regente[s] papa tercio Clemente, Iesu Christo domino nostro cum Patre et Spiritu sancto regnante per[t] omnia[u] secula seculorum Amen[v].

Siste gradum, Musa, chronicis es iam satis usa.
Carmine completo dic lector amice[w] valeto[x].

EXPLICIT[y] LIBER SECUNDUS DE CHRONICIS BOEMORUM.

INCIPIT APOLOGIA EIUSDEM DECANI SUPRA[a] PRAETITULATI[b] IN TERCIUM LIBRUM ITENTIDEM[c] OPERIS[d].

Iam pietate Dei promissa favente peregi
Me quaecunque reor fore pollicitum tibi[e], lector.

Iam de retro actis causis sive transcursis[f] temporibus pauca ex multis commemorans, ystoriam meae narrationis usque ad tempora[g] ducis Bracizlai iunioris perduxi. Quare autem operae[h] precium duxi iam ab instanti opere cessare, non est ab re[i]. Nam de modernis hominibus sive temporibus utilius est ut omnino taceamus, quam loquendo veritatem, quia veritas semper[k] parit odium[35], alicuius rei incurramus[l] dispendium[k]. Si autem a veritate deviantes aliter quam se res habeant[l] scripserimus, cum pene omnibus notae sint causae, nichilominus adulationis et mendacii notam incidimus. Siquidem huius temporis homines virtutibus nudi solis laudibus gestiunt vestiri[m], quorum ea est maxima[n] dementia[o], favoribus

a) deduxit 2b. ducit 4. b) eiusdem anni in Kal. 4. 4a. eius tertiis Calend. 2b. 3. *Sed in illo delelo* tertiis *supra adscriptum* in. c) Rd'pertus, *signo contractionis super à apposito*, 2. Rupertus 2b. Rutpertus 3. 4. 4a. *et deinceps.* d) Kawalone 2a. Cauellonam 3. e) *al. manu superscr. A* f) Ozsel 2. Ozzel 3. 4. 4a. g) prohibuit 3. h) peragueret 2b. i) sacrosanctum 2b. k) conficit et exore. 4. 4a. l) festivitate *corr. alia manu* festinatione A. m) mittit 4. 4a. n) Constantinum 4. 4a. o) *ita* A. *deest in vell.* p) factu 2b. 3. q) rebaptizare 3. r) ordinem 4. 4a. s) regnante *corr. al. man.* regente A. 4. t) in A. u) *deest* A. v) *deest* 3. w) amico 4. 4a. x) *totus hic versus deest in* 3. y) explicit — operis *minio scripta* A. 4. z) *deest* 2b. *) titulati 4a. a) ittendidem A. huius 2b, eiusdem 4a. b) apollogia eiusdem decani in tertium librum chronicorum 4. apologia ad lectorem 3. c) tibi pollicitum pie lector, *scripto super* pie, bone, *pro* fore poll. tibi lector 2b. d) transactis 4. 4a. e) ipis *corr. al. manu* tempora A. f) opere A. g) abs re 2b. 4a. h) *superscripta duo vel tria verba sed erasa* A. i) ignoramus A. *expunctum, in margine* incurramus. k) stipendium A. 2. 2a. 3. *sed in* 2. *ab antiqua manu correctum* dispendiam. l) habeat 2. 4. m) ditari 4. 4a. n) *deest* 4. 4a. o) clementia 4.

31) Est ecclesia in Teyn. 32) Errat; eclipsis factum est ut e superioribus patet anno 1093. facta est die 23. Sept. 1093. teste Bernoldo. 35) Terent. Andria I, 1, 41.
33) Cavaillon in Provincia situm. 34) quod

velle decorari[a], et quae sunt favore digna minime[b] operari. Atqui non ita erat aput[c] veteres, qui quamvis dignissimi laude fuissent, tamen fugiebant, quas[d] moderni appetunt laudes, et quod illis extitit pudori, hoc istis habetur honori. Horum nos si ad liquidum[e] stilo exequamur[f] acta, quia quaedam non sunt cum Deo facta, procul dubio offensam non effugiemus quorundam, qui adhuc superstites sunt homines neophiti[g] atque itaci[h. 36], qui ad vocem ducis nichil aliud tam promptum in ore habent quam *Ita, Domine*, alius[i] *Ita est, Domine*, tercius *Ita fac, Domine*. At non ita olim fuit. Illum enim[k] dux maxime coluit, qui ratione iusticiae ex adverso clipeum iniquitati opposuit, et qui malos consiliarios et a tramite deviantes aequitatis uno compescuit verbo veritatis. Tales nunc aut nulli aut pauci sunt: et si sunt, dum tacent, quasi non sunt. Par namque est vicium atque iudicium, seu tacuisse veritatem seu concessisse falsitatem. Unde videtur nobis multo tucius narrare somnium, cui nemo perhibet testimonium, quam praesentium gesta scribere hominum. Quapropter posteris lacius explananda eorum[l] relinquimus facta; sed tamen ne ab aliquo culpemur praeterisse intacta, summatim annotare curabimus pauca.

INCIPIT LIBER TERCIUS EIUSDEM OPERIS[m].

1. Ergo novus dux Braczlaus iunior, sed maturus[n] aetate, sensu maturior, postquam huius terrae secundum ritum debitis obsequiis digne sancti Wenczlai sui patroni in urbe Praga celebravit[o] natalicium, et omnibus satrapis atque comitibus magnificum per tres dies exhibuit convivium; ubi pro novitate[p] sui quantum valuit quaedam ad utilitatem ecclesiae decernens, quaedam ob comoditatem huius terrae instituens, sicut olim ab ipso suae aetatis tyrocinio omnem spem habuit in solo Dei patrocinio, ita modo principatus sui in exordio christianae religionis zelo succensus nimio, omnes magos[q], ariolos[r] et sortilegos extrusit regni sui e medio, similiter et lucos sive arbores, quas in multis locis colebat vulgus ignobile, extirpavit et igne cremavit. Item et superstitiosas instituciones, quas villani adhuc semipagani in pentecosten tertia sive quarta feria observabant, offerentes libamina super fontes mactabant victimas et demonibus immolabant, item sepulturas, quae fiebant in silvis et in campis, atque scenas[s. 37], quas[t] ex gentili ritu faciebant in biviis et in[u] triviis, quasi ob[v] animarum pausationem[38], item et[w] iocos profanos, quos super mortuos suos, inanes cientes manes[x] ac indutí faciem larvis bachando exercebant; has abhominationes et alias sacrilegas adinventiones dux bonus, ne ultra fierent in populo Dei, exterminavit[y]. Et quia semper solum Deum et verum puro corde coluit et eius zelum habuit, universis Dei amatoribus placuit. Erat enim princeps spectabilis, dux in castris acceptabilis[z], miles in armis inexpugnabilis. Hic quocienscunque Poloniam invasit, semper cum magno triumpho remeavit.

Quam utique anno dominicae incarnationis 1093, sui vero ducatus primo, ita[*] crebris incursionibus demolitus est, ut ex ista parte fluminis Odrae a castro Recen usque ad urbem Glogov[a. 39] praeter solum Nemci[40] oppidum, nullus habitaret hominum. Nec tamen cessavit ab eius vastacione, donec princeps Poloniae Wladizlaus cum magna supplicatione praeteriti et praesentis anni tributum usque ad unum solveret obulum; cuius census haec summa fuit: 1000 marcae argenti et 60[b] auri[41]. Qui etiam dux idcirco civitates, quae pertinent ad provinciam Kladsco[c] nomine dictam, tradens filio[d] suo Bolezlavo, committit eum per manus traditionem et fidei sponsionem duci Braczlao, quatenus obsequendo suo avunculo a patre sibi creditam cum pace[e] possideret provinciam. Ipse autem dux Wladizlaus dat sacramentum, quod tributum olim duce Braczlao constitutum, 500 marcas argenti et 30 auri annuatim sibi pro concessa pace solveret determinato tempore.

a) dicorari 3. 4a. b) *corr.* A. c) erant *pro* erat apud 4. 4a. d) quasi *corr.* quas A. e) aliqui dum 2. aliquidem 2a. aliquando 3. f) exequimur 2b. g) neophytici 3. h) ytaci 4. vertaci 4a. i) *deest* A. k) *deest* A. l) *deest* 4. m) *minio scripta* A. unde supra 2. chronicae 2b. Incipit liber tertius 3. Incipit liber tertius chronicorum 4. 4a. n) maturis 2. o) suum *add.* 2. p) natiuitate 3. q) et *add.* 3. 4a. r) *corr.* A. s) cenas 4. 4a. t) quas *deest* 3. u) *omissum* 4a. v) ad 4. 4a. w) ut est 4. x) inanescentes manes 3. inanes cientes manes ac *desunt* 4. 4a. y) exterminat 2b. z) spectabilis A. *expunct. al. manu superscriptum* acceptabilis. *) in 4. a) Glogou 2b. 3. 4. b) quadraginta 1. 4a. c) Kladsko 2. Kladzko 3. Kladzco 4. 4a. d) *in margine* A. e) patre 2.

36) Quid sit itacus ipse Cosmas declarat. 37) i. e. apparatus, pompas; cfr. quae leguntur apud Suetonium in Caligula c. 15. 38) i. e. requiem. 39) Glogau. 40) Nimtsch. 41) Vide supra II, 13. Aliter de eadem re retulit Martinus Gallus p. 82. Cfr. Palacky I, 340 et Roepell I, 217.

2. Anno dom. inc. 1094. adhuc imperatore tercio Henrico ultra montes in Longobar- 1094.
dia[a] tractante imperialia[b] negotia, indicta est generalis synodus ab universis episcopis et principibus Romani imperii infra mediam quadragesimam in urbe Maguntina[c], ad quam dux Bracizlaus transmittit electos Cosmam et Andream episcopos, committens eos et tradens per manus palatino comiti iam saepe dicto[d] Rapotae, rogans ut eos offerat Maguntino archiepiscopo[e] ordinandos. Quo pro eis interveniente, et coram archiepiscopo et universali synodo testimonium perhibente, quod olim per imperatorem in urbe Mantua[f] corroborata sit[g] eorum electio, omnibus suffraganeis collaudantibus ordinati sunt Cosmas[h] et Andreas episcopi 4. Mart. 12.
Idus Marcii ab archiepiscopo Moguntino nomine Routardo[i].

3. Eodem anno fuit mortalitas hominum[k], sed maxima[l] in Teuthonicis partibus[42]. Nam redeuntibus praedictis episcopis de Maguntia[m], dum transirent per quandam villam nomine Amberk[n], parrochiam ecclesiam[o] quamvis satis amplam, quae est sita extra villam, non potuerunt intrare, ut audirent missam, quia totum eius[p] pavimentum usque ad unum punctum erat cadavere plenum. Similiter in urbe Kaker non fuit domus, ubi non essent tria aut quatuor cadavera hominum, quam praetereuntes non longe ab urbe in medio pernoctavimus campo. Eodem anno dux Bracizlaus in mense Septembri quandam matronam de Sept.
Bavaria nomine Lukarth[q 43], Alberti comitis sororem[r], duxit in uxorem. Item eodem 43
anno et eodem duce iubente Cosmas episcopus 5. Kal. Octobris consecravit altare sancti Viti Sept. 27.
martiris[s], quia monasterium adhuc non erat perductum ad ultimam manum.

4. Anno dominicae incarnationis 1095. aquilonalis[t] plaga per multas noctes in coelo 1095.
apparuit rubicunda.

Anno dominicae incarnationis 1096. 18. Kal. Maii[u] iubente gloriosissimo duce Boemo- 1096.
rum Bracizlao, a venerabili episcopo Cosma consecratum est monasterium sanctorum martirum Viti Wencezlai atque Adalberti. Eodem anno tanta fuit commotio[v], immo divina compunctio in populo Hierosolimam proficiscendi, ut perpauci in Teutlionicis partibus et maxime in orientali Francia per urbes et villas remanerent[w] coloni. Qui quoniam propter multitudinem exercitus una via simul ire non poterant, quidam ex eis per hanc nostram terram dum transirent, permittente Deo, irruerunt super Iudeos, et eos invitos baptizabant, contradicentes vero trucidabant. Videns autem Cosmas episcopus contra statuta canonum haec ita fieri, zelo iusticiae ductus frustra temptavit prohibere ne eos invitos baptizarent, quia non habuit qui eum adiuvarent. Nam dux Bracizlaus eo tempore cum omni exercitu suo in Polonia super ripam fluminis nomine Nizam[x], castro eorum destructo nomine Brido[y 44], longe inferius eiusdem fluvii similiter aedificabat firmissimum castrum super altum scopulum, unde nomen traxit Kamenec[z 45]. Quod autem Iudei non post multos dies reiecerunt a se iugum Christi, et spreverunt gratiam baptismi[*] atque salutem fidei catholicae, et iterum submiserunt colla iugo legis Moysaicae, sed[a] episcopi et praelatorum ecclesiae poterat hoc asscribi negligentiae. Iamque condito praedicto castro Kamenec, priusquam inde abiret dux Bracizlaus, Mutinam filium Bosa[b] suum collateralem et secretarium[c] apprehendens seorsum et multa exprobrans sibi, quibus[d] saepe eum offenderat, dixit: *Ego si non Deum offendere metuerem[e], uti meritus es, profecto oculos[f] tibi eruerem[g]; sed nolo, quia grande nefas est corrumpere, quod Dei digitus operatus est in homine.* Et permittens secum duos milites tantum ab aspectu suo et latere amovit eum, et mittens in Boemiam omnem eius iussit infiscari substanciam. Nec mora, dum rediret, misit dux[h] manus, ut apprehenderent[i] Bosey[k], filium Cac, cognatum Mutinae, semper enim illam nationem Wrissovici[l] habuit exosam, quia scie-

a) posito A. *sed expunctum.* b) nuptialia 3. c) Magontia 2. 2[b]. 4. 4[a]. d) *al. man. in margine* A. e) episcopo 3. 4[a]. f) Mantoua 2. 4. g) esset 4. 4[a]. h) episc. C. et And. A. Cosma 2[b]. 4[a]. i) Rd'thardo 2. k) in Bohen a *addunt* 4. 4[a]. l) maxime 4. m) Magutia A. n) Ainbeck 3. Hamberk 4. Bamberk 4[a]. o) *deest* 4. 4[a]. p) erat A. *expunct.* q) Lukardam 2. 2[b]. 4. 4[a]. r) *omissum* 3. 4. s) in urbe Praga *addunt* 4. 4[a]. t) aquilonaris 4. u) Kal. Mail 3. *desunt* 4. 4[a]. v) christianorum *addunt* 4. 4[a]. w) permanerent 3. x) Nizzam 3. y) Brydo 2[b]. Byrdo 3. Bryd 4. 4[a]. z) Kamenez 2. Kamene 2[b]. Camener 3. *) bestissimi *corr. al. man.* baptismi A. a) sed *omittunt* A. 2[b]. 3. 4. 4[a]. b) Boza 2[b]. c) consecrarium 4. 4[a]. d) quia 2[b]. e) si non — timerem A. f) oculos prof. A. g) eruerem tuos A. h) rex 2. i) apprehenderet 3. k) Boxicy 2. Boten 4. 4[a]. l) Vrssenics 2. Wrysouic 2[b]. Vrssouiae 3. Wirssowic 4. 4[a].

42) *Cfr.* Bernoldi chronicon ad annum 1094. Mon. Germ. SS. V. 43) De eius origine satis obscuro vid. Pubitschka IV, 72. 44) Wartha in confiniis comitatus Glacensis et Silesiae. 45) Ad fluvium Nissam non procul a comitatu Glacensi castellum Camenecium, postea coenobium ordinis Cisterciensis. SCHWARZ.

1096. bat eam superbam esse valde et dolosam. Quem cum apprehendissent statim, ut iussum fuerat, inpositus puppi cum uxore et duobus filiis relegatus[a] est in Zribiam[b], et exinde perrexit in Poloniam, et ibi invenit fratrem suum Mutinam, quos dux Poloniae satis recepit benigne.

1097. 5. Anno dominicae incarnationis 1097. dux Bracizlaus vocans ad se Oudalricum filium Chonradi[46] iussit eum capere et misit in castrum Cladsco ad custodiendum.

1098. Anno dominicae incarnationis 1098. delatum[c] est duci Bracizlao, quod quidam ex Iudeis lapsi fuga, nonnulli furtim divicias suas subtraherent partim in Poloniam, partim in Pannoniam. Unde dux valde iratus, misit camerarium suum cum aliquibus militibus, ut eos a vertice usque[d] ad talos[e] expoliarent. Qui veniens convocat[f] ad se maiores natu Iudeos, et sic exorsus est ad eos:

47 *O gens progenita manzeribus[g][47] Ismahelita,*
Ut sibi dicatis dux mandat, cur fugiatis
Et partis[h] gratis cur gazas attenuatis?
Interea quaecunque mea sunt, sunt mea cuncta.
Nullas de Solimis res diviciasve tulistis.
Uno pro nummo ter deni Vespasiano
Caesare proscripti, sparsi sic estis in orbe.
Macri venistis, macri quo[i] vultis eatis.
Quod baptizati sitis, Deus est mihi testis.
Non me[k] sed domino sunt ista iubente[l] patrata.
Quod autem iterum relapsi estis in Iudaismum,
Cosmas episcopus videat, quid inde agere debeat.

Dixerat haec ex parte ducis, et statim irrumpentes everterunt domos, acceperunt thesauros et quicquid suppellectilis optimum invenerunt. Nihil nisi[m] quod solum[n] pertinet ad victum granum frumenti eis reliquerunt. O quantum pecuniae eis miseris Iudeis illa die[o] est sublatum, nec ex succensa Troia tantum diviciarum in Euboyco littore fuit collatum.

Dec. 10. 6. Eodem anno 4. Idus Decembris[48] Cosmas episcopus migravit ad Christum. Fuit autem iste praesul humilis, simplex, patiens et multum misericors et illatas a quovis homine iniurias aequanimiter sustinens, recognoscentibus suas culpas pius indultor, viduarum non surdus auditor, orphanorum non tardus adiutor[p], infirmantium sedulus visitator, ultimae sortis non inmemor, exequiarum promptus extitit executor.

7. Post cuius obitum dux Bracizlaus habens curam animarum, et perpendens collatam sibi a Deo potestatem eligendi ecclesiae sponsum, coepit sollicitus et[q] pervigil secum tacita mente suorum inspicere mores clericorum[r], vitam et conversationem discutere singulorum, quem ex eis potissimum proveheret ad[s] summum[t] sacerdotii gradum. Et quamvis ipse nosset inter suos[u], quid esset in quoquam[v] clerico[w], tamen recolens illud Salomonis dictum: Ecclesiast. 32, 24. *Omnia, fili[x], fac cum consilio[y]*, advocat Wigbertum, suum per sororem generum, virum sapientem et in talibus negotiis eruditum valde et perspicacem, cui et[z] ait: *Tu tempore patris mei regis[a] Wratizlai semper in curia primus inter amicos fuisti, tu mores et vitam Boemorum perspexisti, tu non solum laicos, verum etiam clericos omnes[b] intus et in cute nosti, tuo consilio nunc episcopum eligere volo.* Ad haec[c] heros in propria verba non inproprie respondit: *Olim*, inquiens, *dum rex pater tuus viguit, meum consilium valuit; nunc horum vivunt homines morum[d], qui semetipsos putant aliquid esse, cum nichil sint, et quibus nullius nisi quod[e] ipsi sapiunt placet[f] consilium. Sed vos melius scitis, quod in tam sancto negotio, qui consulunt sanctae[g] ecclesiae utilitati, vacuos decet esse ab ira et odio, a misericordia et amicitia[h], nam ubi ista officiunt animo, humana[i] fallitur opinio[48*]; me autem nec alicuius amicicia obligat, nec misericordia supplantat, nec odium exagitat, nec ira inflammat, quo minus coram*

a) revelatus *corr. al. man.* revectus A. b) Zbriam 3. Zirbiam 4. Zrbiam 4ª. c) relatum 4. 4ª. d) *in margine* A. *al. man.* e) plantas 4. 4ª. f) venientes vocat 4. g) manseribus 2. mansoribus 3. h) partas 4. 4ª. *et corrector* 2ᵇ. i) quoque 3. k) ne 2. l) iubente sunt ista 2. m) *deest* 3. n) *deest* 2ᵇ. o) *al. man. in margine* A. p) adiutor *corr. al. atramento* A. orphanorum n. t. a. *desunt* 3. *In* 4. 4ª. *post verba* sedulus visitator *inserta sunt. Pro* adiutor 4ª. *legit* auditor. q) *deest* 2. r) et *add.* 3. s) *al. manu supersor.* A. t) *deest* A. u) inter suos *alia manu in margine* A. v) quoque 2ᵇ. w) *hoc loco* esset *al. manu supersor.* A. x) *deest* 3. y) et post factum non poeniteberis *add.* 4. 4ª. z) *deest* 2ᵇ. *) *deest* 2ᵇ. a) *deest* A. b) quem A. c) hominum mores 3. d) *in margine* A. e) *corr.* A. f) *deest* A. g) a mis. et amicitia *desint* A. h) *deest* A.

46) ducis Brunnensis. 47) i. e. filiis scorti. 48) probante Necrologio Bohemico. 48*) Sallust. Catilina c. 47.

vobis eloquar iusticiae quod postulat ordo. Est patris tui et nunc tuus capellanus, quem vos 1098.
melius nostis, nomine Hermanus. Hic semper fuit regis in servicio[a] constans, in commisso fidelis, in legationibus agendis fidus executor, castus, sobrius, humilis et modestus, non[b] vinolentus[c], non ambitiosus, non elatus, et quae prima est in clerico virtus, adprime literatus, et quantum spectat ad humanam opinionem, cernitur esse bonus vir et perfectus ad unguem[d], si solummodo[e] non obsit quod hospes sit. Tunc dux[f] ammirans suam et eius unanimem voluntatem, ait: *Haud[g] aliter cor tuum atque meum sapit. Et quia hospes est, plus ecclesiae prodest; non eum parentela exhauriet, non liberorum cura aggravabit, non cognatorum turma despoliabit[h] quicquid sibi undecunque veniet, totum sponsa eius et mater ecclesia habebit.*

Hic ergo faciam Pragensis episcopus ut sit.

Nec mora, convocatis primatibus terrae simul et praepositis ecclesiae Bolezlau in urbe ad placitum[i] ducis, collaudante clero cuncto[k] populoque favente, Hermanus promotione diaconus, praepositura Bolezlavensi sublimatus, sublimiorem invitus subrogatur[l] ad episcopatus honorem. Facta est autem haec electio anno dom. inc. 1099. pridie Kalend.[m] Marcii. 1099. Febr. 28

8. Et quia eodem anno imperator tercius[n] Henricus celebravit pascha Ratisponae[49], Apr. 10. iussus est dux Bracizlaus cum electo suo illuc venire, qui celebrato pascha in urbe Wissegrad, tercia die post octavam paschae venit[o] Ratisbonam. Qui quia ante festum caritative Apr. 19. praemiserat[p] donaria tam caesari quam eius atrapis[q], quotquot erant de eius amicis in curia, obviam ei veniunt ad tria ferè[r] miliaria, et ita deducunt eum in[s] civitatem cum[t] magna honorificentia. Cuius ad primam[u] peticionem caesar confirmat Boemorum electionem, dans Hermanno anulum et virgam episcopalem. Item et hoc[v] obtinuit precibus[w] apud caesarem, ut eius fratri Borivoy vexillum daret et eum Boemis omnibus, qui cum eo venerant, assignaret, quo post obitum suum fratrem eius[x] Borivoy sublimarent[y] in[z] solium[50].

9. Eodem anno idem[a] dux Bracizlaus veniens cum exercitu in Moraviam, reaedificat castrum Podivin[b], et reddit id[b], sicut antea fuerat, in potestatem Hermanni episcopi, atque ibidem in villa Zlaunica[c] pentecosten celebravit. Deinde occurrens Pannonico regi Cholomanno[d] in campo qui dicitur Luczko[e], multa sunt[f] invicem concionati, placitantes[g] ad placitum utrarumque[g'] parcium. Ac inter se inmensis[h] mutuatim datis muneribus, renovant antiqua amiciciae et pacis[i] foedera et ea sacramentis confirmant. Ibi dux Bracizlaus suum electum Hermannum diaconum[k] committit Seraphim[l] archiepiscopo ordinandum. Qui veniens ad sedem suam urbis Strigoniae tempore quo sacri ordines celebrantur, 3. Idus Iunii Iun. 11. ordinat eum presbiterum, et me, quamvis indignum, similiter ad eundem promovit gradum. Dux autem, post habitum concilium rediens, castra metatus est iuxta urbem Brnen[m]; erat enim valde iratus filiis patrui sui Conradi, Udalrico et Lutoldo[n]. Qui fugientes a facie eius oppilaverunt se in[o] munitis oppidis, et mittentes tradunt ei caeteras civitates, timentes ne hostiliter devastaret terram. Interea dux Bracizlaus dispositis praesidiis per civitates quas sibi tradiderat, et eas fratri suo Boriwoy comittens, reversus est in Boemiam; Ottonis[51] autem filii Suatopluc[p] et Otto[q] cum matre sua Eufemia[52] multum obedientes duci erant et [52] fideles. Item eodem anno dux Bracizlaus in nativitate Domini Bolezlaum per sororem sibi Dec. 25. propinquum invitat ad convivium quod e at in urbe Satec dispositum, ubi in ipso festo, consentientibus omnibus comitibus Boemiae, factus est Bolezlaus ensifer avunculi sui. Quem post festum dux remittens ad propria, dono[r] dat sibi et constituit quatenus ensiferae dignitatis pro ministerio[s] ex tributo, quod pater suus Wladizlaus solvebat annuatim semper, 100 marcas argenti et 10 auri talenta habeat[t].

a) *in margine* A. b) nec 2ᵇ. c) violenti *corr.* vinolentus A. viol. 2. 2ᵇ. d) *corr.* A. e) solum A. 2ᵇ. 3. 4. f) Bracislaus *addit* 4ᵃ. g) aut *corr.* haud A. h) *ita corr.* A. *et* 2ᵇ. despoliet *rell.* i) palatium 4. 4ᵃ. k) cunctoque populo 2ᵇ. l) rogatur 3. m) II. 3. 4. 4ᵃ. n) *deest* 2ᵇ. o) in *addunt* 4. 4ᵃ. p) praemisit 2ᵇ. q) *corr.* A. r) *omittunt* 4. 4ᵃ. s) ad 2ᵇ. t) *al. man. supersor.* A. u) immam 2ᵇ v) hic 2ᵇ. w) *deest* A. x) *corr.* A. suum. y) sublevarent 2. 2ᵇ. 3. 4. 4ᵃ. z) ad 2ᵇ. *) ibidem 3. a) Podwin 2. Podiwin 2ᵇ. 4ᵃ. b) eum A. 2. *deest* 4. c) Zliunica 2. 2ᵇ. Zluinica 3. Slivnica 4. Slaunica 4ᵃ. d) Chlomanno 2ᵇ Colomanno 3. Colmanno 4. e) Lucnco 4. f) sibi in 2ᵇ. g) *deest* A. g') utrumque 4. h) *deest* 2. 2ᵇ. 3. i) et pacis *omittunt* 4. 4ᵃ. k) episcopum A. diaconum *rell.* l) Seraphyn 4. m) Brinen 2ᵇ. Bruen 3. n) Luitoldo 2ᵇ. 3. o) *deest* 3. p) Zwatoplik 2. Zuatopiyk 2ᵇ. Zuatopluk *rell.* q) *ita* A. Otick 3. Ouik *rell.* r) dona 2ᵇ. 3. 4. 4ᵃ. s) ni *supersor. al. man.* A. t) habebat *corr.* habeat A.

49) Vide Heinrici IV. diploma Ratisbonae datum constitutam, cfr. supra II, 13. 51) ducis Olomucensis. 52) Erat filia Belae I. regis Ungariae. 50) quod factum est apud Boehmerum 1959. contra legem de regni successione a Bracizlao I.

1100. 10. Anno dominicae incarnationis 1100. dux Bracizlaus quibusdam referentibus habens
Apr. 2. compertum pro certo, quod imperator in urbe Maguntia pascha celebrare vellet, optimum ratus fore ut illuc electum suum[a] Hermannum mitteret, qui et munera sua caesari deferret et quam expectabat a magistro suo benedictionem acciperet, et committens eum Wiberto, qui similiter debuit interesse caesaris palatio, rogat ut in[b] omni suo faveret negotio tempore oportuno. Sed quoniam archipraesul Routhardus simoniaca haeresi infamatus, relicta Maguncia hisdem temporibus[c] morabatur in Saxonia, iubente imperatore et collaudantibus omnibus suffraganeis Maguntinae[d] ecclesiae, a cardinali Rouperto, Clementis papae apocri-
Apr. 8. sario, qui forte ibi aderat, ordinatus est[e] Hermannus[f] episcopus in octavis paschae 6.[g] Idus Aprilis.

53 11. Eodem[53] anno admirabile et seclis commemorabile quod divina gratia per merita sanctissimae[h] matris[i] Ludmilae[k] dignata est revelare miraculum, uti ipsi vidimus, vestrae caritati pandimus. Nam domna abbatissa[54] Windelmuth, famula Deo devota, ecclesiam sancti Petri apostoli, sitam in territorio eiusdem monasterii cui praeerat, ex vetustate a fundamento dirutam usque ad perfectionem deducens reaedificavit. Quam ut consecraret praesul[l] cum impetrasset abbatissa, dum ex more reliquias sanctorum collocat in pixide, inter alia obtulit domina praesuli pannum unius palmae latum, quem acceperat de peplo sanctae Ludmilae, rogans ut similiter inter reliquias sanctas ponat eum in pixide. Tunc praesul quasi indignans ait: *Tace, domina, de eius sanctitate! dimitte anum[m] aviam[n] quiescere in pace.* Ad haec[o] abbatissa, *Noli*, inquit[p], *domine, noli[q] talia dicere; multa enim Deus per eius merita cottidie operatur magnalia.* Mox iussu praesulis sartago affertur[r] magna, prunis ardentibus plena, ubi invocato sanctae Trinitatis nomine, praesul iniecit pannum super flammivomos carbones. Mira res, fumiculus et flammicula circa pannum emicuit, sed minime nocuit. Et hoc etiam magni fuit in augmentum miraculi, quod propter nimium ardorem diu non potuit pannus de flammis eripi, et tandem ereptus sic visus est integer et firmus, ac si eadem die foret textus. Quo tam evidenti praesul et omnes nos perculsi miraculo, lacrimas fundimus[s] prae gaudio, et gratias retulimus Christo. Dedicata est autem ecclesia in honore sancti Petri
2. Oct. apostoli[t] 5. Non. Octobris.

18. Oct. 12. Item eiusdem anni 15. Kalend. Novembris Borivoy, frater ducis Bracizlai, in urbe
55 Znogem[u.55] faciens permagnificum convivium, duxit uxorem nomine Helbirk[v.56], orientalis marchionis Lupoldi[57] sororem. Et quia hisdem diebus filius Conradi Lutoldus[w] per concessum Gotfridi[x.58] admissus in castrum Rakouz[59], multas Borivoy inferebat iniurias, singulis noctibus devastans eius villas, et refugium habens in praedictum castrum, unde dux Bracizlaus valde iratus iterum coadunato exercitu movit castra in Moraviam, volens ulcisci fratris iniuriam. Sed prius mittit ad Gotfridum obtestans eum per antiquae amicitiae[y] foedera, quo[z] sibi Lutholdum aut vinctum mittat[a] sine mora, aut de castello suo eum expellat eadem hora. Quod cum non lateret Lutoldum, castellanis per fraudem foras exclusis, ipse cum suis militibus vi obtinuit castrum. Tunc Godfridus[b] cum legatis, qui ad eum missi fuerant, occurrit duci iuxta oppidum Wranov, et coram omnibus clamat, Lutoldum perfidum esse et rei publicae inimicum, castrum vero sibi[c] sub fide amicabiliter[d] praestitum, iam hostiliter ad expugnandum postulat ducis[e] auxilium. Cuius peticioni dux non abnuens admovit exercitum urbis per circuitum, ubi per sex ebdomadas vi summa nocte et die conseritur pugna,
60 donec fames, quae firmas expugnat urbes[60], praevaluit in castro. Ea[f] victus Lutoldus et bello fractus noctu clam elapsus vix solus aufugit, omissis[g] ibi[h] suis militibus[i], qui facto mane semetipsos et castrum tradunt in manum ducis. Interea dum haec pugna geritur,

a) suum el. A. b) *deest* 4. 4ª. c) diebus 2. 2ᵇ. 3. 4. 4ª. d) Maguncie A. e) dominus *incarnat* 4. 4ª. f) ermannus A. g) VII. A. h) sanctissima 3. i) mris 1. k) Ludmillae 3. l) *deest* 4. m) suum 3. dominam 4ª. *deest* 4 n) *deest* A. o) *desunt* A. p) abbatissa *h. l.* A. q) noli dom. A. r) offertur 2ᵇ. s) lacrymis fundimur 2. fudimus 4. t) VI. 3. u) Znoyem 3. v) Helbyrk 2. Hellock 3. Kerberk 4. 4ª. w) Lultoldus 2ᵇ. Lutholdus 4ª x) Godfridi 3. y) fidei A. z) quod 4. a) corr. A. b) Gothfridus 4. c) *deest* 3. c) amic. sub fide A. d) in *addit* 2. e) victa *add.* 4. victoria *add.* 4ª. f) amissis 3. g) omnibus *corr.* ibi A. h) mil. suis A.

53) Patet ex sequentibus Ludmillam a. 1100 nondum inter sanctarum numerum sine ulla contradictione receptam fuisse. 54) monasterii S. Georgii. 55) Znaym. 56) Cfr. Chron. Claustroneoburgense apud Pezium. 57) sancti, filia Leopoldi Pulchri. 58) Frater, ut videtur, Adalberonis episcopi Wirciburgensis, filius Arnoldi comitis qui castrum Lambacense ad Trunam tenebat. *Cfr.* Vita Adalberonis Pez. II, 7. 59) Retz in Austria. 60) Cfr. Lucan. Phars. IV, 410.

Paulic[a], filius Marquardi[b], paedagogus Wladislai, sagittatus moritur, item Dobes[c], filius 1100.
Lstimir[d], dum

Per vicem suam servat vigilias noctis,

occiditur. His duobus amissis et reddita urbe Gotfrido, dux victor cum suis remeat in Boemiam.

13. Iamque Christi nativitate adpropinquante, et propter venacionem in villa Stibecna[e] duce morante, quadam die inter prandendum fertur dixisse dux[f] ad quendam venatorem[g], qui non longe ab eo ad quartam sedebat mensam: *Heus Cucata! putas me nescire, quis sit inter vos qui[h] me quaerit interficere?* Et ille, sicut homo erat vehemens in verbis, clamat[i]: *Procul Deus hoc avertat nec tuus oculus parcat, quin ipse cicius occidatur qui talia machinatur.* Ad haec dux: *Ah[k]! bone vir*, ait, *nulli fas est evitare inevitabile fatum.* Postera autem die, quia sancti Thomae apostoli erat vigilia, mane audita missa it venatum, et cum Dec. 21
in nocte iam rediret, occurrunt ei ante villam apparitores cum laternis et facibus[l]. Moxque Lorck[m], impius latro missus a diabolo, prosilit ex latibulo praecinctus gladio, et ut fortius valuit, inter ipsa ilia ducem[n] percussit venabulo[o]. Non aliter dux[p] cadit in medio luco[q], ac,

Si clarus Lucifer coelo cecidisset ab alto.

Advolat extemplo[r] lugubris turma suorum,

et extracta hasta[s] seminecem levant ducem. Ille autem minister Satanae, dum accelerat fugam per noctem opacam, praecipitatur cum equo in cisternam,

Quam praeceps torrens decurrens fecerat ymbre.

Incertum est utrum ipse manu sua an gladius lapsus de vagina ita eum praecidit per[t] mediam alvum, ut omnia sibi effluerent exta. Fit tumultus per villam, alii insiliunt equos, alii cum armis huc et illuc[u] discurrunt, investigantes tanti mali machinatorem. Mox quidam invenit eum semivivum, et quamvis satis ad mortem habuit[v] vulnus, tamen amputat ense caput eius dicens:

Inferni furvas[w] non insons ibis ad umbras,
Et Cereris[x] genero mea facta referre memento[61]. 61

Dux autem[y], licet in tanto dolore sit positus et moerore, illa nocte et insequenti die non relaxabat spiritum et ora a laude Dei, nunc lacrimosam poenitenciam offerendo, nunc[z] sua peccata confitendo tam episcopo Hermanno quam aliis sacerdotibus Dei. Tributum autem quod eo tempore fuit de Polonia allatum, et quicquid in sua invenit[a] camera, per manus episcopi fecit dari[b] per monasteria. Et cum disposuisset omnia quae erant disponenda pro anima: *Date*, inquit, *filiolo meo lituum meum et iaculum, caetera non est meum sibi dare, quae Deus posuit in sua potestate.* Et ita[c] in sequenti nocte post gallicinium inter manus sacerdotum 11. Kal. Ianuarii, velud bonus Dei[d] athleta, utramque hominis substanciam in Dec. 22.
sua divisit exordia, quem procul dubio credimus aut iam[e] accepisse aut iam accepturum coelestia consortia. Cuius feretrum unus ex clero sequens usque ad sepulchrum, huiusmodi planctum[f] iterabat dicens: *Anima Bracizlái sabáóth ádóndy vivát éxpérs thándtòn Bracizlaus yskiroc*[62]. Mira res, sic fletu suo clerum et populum concitabat[h] ad fletum, ut dum fleres magis flere velles. Sepultus est autem cum maximo planctu suorum in polyandro[i] sancti Wencezlai ecclesiae forinsecus ante portam a sinistris, uti ipse disposuerat. Ubi soror eius Ludmila, Deo devota famula[k], supra testudines construxit arcuatam in honore sancti Thomae apostoli capellam, et constituit ut cottidie ibi celebraretur missa pro defunctis. Et quoniam statim percrebuit fama in populo, ducem[l] esse interfectum Bosey[m] et Mutinae consilio, quos antea expulerat dux[n] de regno suo, dubitari a quibusdam solet utrum soncior[o] sit qui consilium dat, an qui consentit ut faciat; sed revera uterque reus, veruntamen soncior is est qui homicidium consiliatur, quia et se ipsum de alium criminatur. Ergo vos Bracizlaum occidistis, qui ut occideretur, consilium dedistis. Mittunt ilico praesul et comites cum festina-

a) Paulik 2. 2[b]. 3. 4. 4[a]. b) Markwardi 2. c) Doles 3. d) Lystimir 2. Istimir 3. Lstimir 4. 4[a]. e) Stbecnas 2. Stebna 2[b]. Sebecna 3. Sbencns 4. 4[a]. f) dux dixisse A. g) *deest* 4. 4[a]. h) qui inter vos A. i) proclamat 4. 4[a]. k) Ach ach 4. l) fascibus *corr.* facibus A. et armis *addunt* 4. 4[a]. m) Lork 2. Lark 4. 4[a]. n) Bracislaum *add.* 4. 4[a]. o) *corr.* A. p) Bracislaus *add.* 4. 4[a]. q) luto A. 2. 2[b]. 4. r) extimplo A. s) asta A. t) in 2. u) et *hoc loco* A. illucque 4. v) habuerit 2[b]. w) furiss A. furuss 4. 4[a]. x) ceris A. *al. man. supersc.* Cereris. y) Bracislaus *add.* 4. 4[a]. z) nunc — confitendo *al. manu in margine* A. *) invenit in sua A. a) dare 3. 4[a]. b) sic 3. c) dei bonus A. d) *deest* 3. e) *omittunt* A. 4. 4[a]. f) planctu 3. g) yskyros 3. yschyros 4. 4[a]. h) ciebat 2. 2[b]. 3. 4. 4[a]. i) podiandro A. polyandrio 3. k) fam. Deo dev. A. l) Bracislaum 4. m) Bozsey 2. *et sic deinceps.* n) dux exp. A. *deest* 3. o) sanctior 2. *in textu, sed in margine manu antiqua correctum* sontior.

61) Virg. Aen. II, 549. 62) Ἰσχυρός.

1100. tione in Moraviam ad Borivoy legatum[a], quo acceleret sibi a caesare olim[b] datum tocius
Dec. 25. Boemiae accipere ducatum. Qui festinus veniens in ipsa die nativitatis Christi omnibus simul faventibus intronizatur. Tunc Cillenia[c] delet[d] omnino sua[e] vestigia, quae vix inpressa reliquerat[f] in Boemia, cum exosa terras peteret coelestis. Iusticia enim erat Boemorum, ut semper inter principes eorum maior natu solio potiretur in principatu.

1101. 14. Anno dominicae incarnationis[g] 1101.[h] Udolricus et Lutoldus, filii Conradi, expulsis praesidiis de[i] Moravia, quae ibi Borivoy abiens reliquerat ob custodiam, rehabuerunt civitates suas, similiter Bosey et Mutina redeunt de Polonia, quibus duce Borivoy non ex corde, sed pro necessitate temporis concedente gratiam suam[k], recipiunt civitates suas quas antea habuerant, Bosey Satec, et Mutina Lutomerice[l].

15. Eodem anno Oudalricus adit[m] imperatorem in urbe Ratisbona, et cum per amicos sollicitat[n] precibus et fatigat inmensis promissionibus, quo sibi restituat iniuste[o] praereptum[p]
62 a fratre suo iuniore[62*] Borivoy Bohemiae ducatum. A quo caesar accepta pecunia, dat sibi[q] ducatus insignia et vexillum; sed in ducem eligendi obtentum ponit in arbitrio Boemorum. Tunc Uodalricus mittens legatum valde disertum[r] virum, Neusse[s] nomine, filium[t] Dobremil, arguit fratrem suum Borivoy, increpat comites et minatur eis, iactat se esse aetate maiorem, et secundum patriae morem debitum, sibi iniuste[u] sublatum per fratrem iuniorem[63] poscit principalis sedis honorem. Qui quamvis iustam causam habeat[v], tamen frustra caudam captat[w], cum cornua[x] amittat[w]. Sic Udalricus fratrem[y] suum Borivoy iam[z] confirmatum in solio tarde nititur pellere de regno. Postquam vero suo referente legato animadvertit Udalricus, nec fratrem suum cedere solio, nec comites acquiescere suo consilio, hoc solum obtinuit precibus, ut caesaris per licentiam liceat[a] sibi debitam vi invadere[b] provinciam; cuius[c] mox associantur in contubernium viri in rebus bellicis strenui, Sigardus comes de
64 oppido Sala, et eius frater Frisensis[c] episcopus nomine[d] Udalricus[64], atque suus per sororem gener nomine Fridricus. Quorum succenderat animum ad belli studium promittens eis aureos montes, et pollicitans suos esse fautores omnes Boemiae natu maiores. Praeterea[e] undecunque potuit, non paucos sibi in auxilium acquirit Teutonicos, qui pro sui stulticia aestimabant in Boemia auri et argenti pondera fore in plateis sparsa et exposita. Quibus in-
Aug. simul coadunatis, Oudalricus cum fratre[f] Lutoldo[g] Augusto mense intrant partes Boemiae, sed sinistro homine. Nam Borivoy collecto exercitu occurrens eis castra metatus est[h] supra
65 duos colles iuxta oppidum Malin[i.65], paratus in crastinum cum eis[k] comittere bellum. Teutonici vero non longe ex altera[l] parte rivuli Vysplisa[m] applicuerunt castra, ita ut uterque ab utrisque possit[n] videri exercitus. Qui postquam animadverterunt unanimem esse cum[o] duce Borivoy[p] constanciam Boemorum, inquiunt Udalrico: *Ubi sunt illi Boemiae natu maiores, quos dicebas tuos esse fautores? Recte mentitus es in caput tuum, et nos decepisti atque in magnum deduxisti periculum.* Reverti volunt, sed nequeunt, quia eadem via post illos Suatopluk[q] cum fratre suo Ottone ducens secum duas scaras veniebat duci Borivoy in auxilium. Quid facerent? Magna undique[r] coartati[s] angustia, per angustam viam et nimis artam semitam, qua itur trans silvam ad Gabr[t.66], turpem noctu maturaverunt fugam. Ibi episcopus
67 Frisensis[u] amisit capellam suam[67], ibi propter difficilem viam omnem[v] exercitus cum rebus usualibus proiecit sarcinam. Mane autem facto advenientes Boemi, hoste carentia[w] diripiunt

a) legatos 4. 4ª. b) olim sibi a caesare A. 2ᵇ. 3. 4. 4ª. c) Cyllenia 2ᵇ. 3. 4. 4ª. d) dolet A. e) deleta *al. manu superscr.* A. f) liquerat A. g) Christi 2. h) Mill. CII. A. *falso.* i) in A. k) *deest* 4. 4ª. l) Lutomiericie 2. Lutomiricae 3. 4ª. m) adiit 4. 4ª. n) salutat 2. o) *omissum* 2. p) praereptum *corr.* praereptum A. praereptum 2. 2ª. 2ᵇ. 4ª. q) sibi tradat *in margine al. man. corr.* tradit A. r) disertum valde *omisso* legatum 4. 4ª. s) Neussa 4. 4ª t) *deest* 4. 4ª. u) proiuste 2. v) habeas 2ᵇ. 3. 4. w) —tas *reil. et* A. *corr.* —tat. x) cornu 3. y) *al. manu* A. z) *deest* 3. a) *deest* 4. 4ª. b) invaderet *omisso* vi 4. 4ª. c) Frisiensis 2. d) et 3. e) propterea 4. 4ª. f) suo *add.* 2ᵇ. g) Lutholto 1. h) metati sunt 4. i) Malyn 1. k) illis 4ª. l) alia 2. 2ᵇ. 4. 4ª. m) Wyzplisa 1. 2ᵇ. Wyzplina 2. Wzalsa 3. Walipsa 4. Walypsa 4ª. n) posset A. o) *deest* 1. p) Boryvoy 1. q) Zuetoplik 1. r) unde 3. s) coartari A. t) ADGABR 1. u) Oudalricus *inseruni* 4. 4ª. v) omnis 3. 4. 4ª. w) carentes 2ᵇ.

62*) Eos fratres non fuisse nemo non videt. De quo loquendi usu vid. Pubitschka IV, 101. 63) i. e. hoc loco iuniorem filium patrui. 64) Inter Frisingenses episcopos illius temporis Udalricum non inveniri observavit Schwarz; illo munere Heinricum functum esse annis 1098. usque 1137, qui erat Friderici comitis de Pilstein frater, probat tabula quadam apud Meichelbeck hist. Frising. I, 2. a. 1282. 65) ubi hodie sita est urbs Kuttenberg. 66) Haberu quo itur in Moraviam. 67) Vasa et ornamenta sacra quibus sacerdotes ad sacra peragenda utuntur, itemque capsula qua reliquiae sanctorum asservantur. SCHWARZ.

spolia. Erant autem illo tempore Borivoy et Suatopluk concordes et ad invicem unanimes, 1101.
sed unde orta sit inter eos discordia, parum superiora repetens exordia, referam pauca.

16. Anno dominicae incarnationis 1102.[a] Wladislaus dux Poloniae habens duos filios, 1102.
unum de concubina progenitum, nomine Sbignev[b], alterum ex Iuditha Wratizlai regis filia
editum, nomine Bolezlaum, hos inter[c] suum regnum[d] dividit per medium[68]; sed quoniam 68
iuxta vocem dominicam, *omne regnum in se ipsum[e] divisum desolabitur*, et domus supra do- Luc. 11, 17.
mum cadet, et sicut vulgo dicitur, duo catti uno[f] sacco capti[g] insimul esse non possunt,
anno dominicae incarnationis 1103 Sbignev post obitum patris mox contra fratrem suum 1103.
sumit arma, et promittens pecuniam associat ducem Borivoy sibi[h] in auxilium. Qui statim
misit post Zuatopluk[i] in Moraviam, et convenientes simul castra metati sunt iuxta oppidum
Recen[69]. Quod audiens Bolezlaus mittit[k] pedagogum[l] suum Skribimir[m.70], et rogat ducem
Borivoy ut sit memor affinitatis, se[n] sibi per luditam, eius sororem, dicit propinquiorem;
et insuper offert ei[o] ad manum 10 marsupia 1000 marcis plena. O pecunia tocius mali[p]
regina, fraudis amica, fidei hostis et inimica! Tu iusticiam comprimis, recta iudicia subver-
tis. Te corrupti Grabissa et Protiven[q], ducis Borivoy consiliarii, compellunt ipsum ducem
fidem[r] Sbignev promissam abnuere. Qui statim accepta[s] pecunia reversus est ad propria[t],
et quia nec unum obulum dedit Zuatopluk, indignatus valde et succensus ira discedens fertur
dixisse: *Incendium meum ruina[u] extinguam*[71]. 71

17. Anno dominicae incarnationis 1104. Iohannes[72] electus est in episcopum Moraviae. 1104.
Eodem anno mittit Suatopluk in Boemiam indagatores nequitiae, delatores iusticiae, semina-
tores[v] discordiae et omnium malarum arcium inventores, qui[w]

Possent unanimes armare in praelia fratres[73].

Hii fere universas Boemiae civitates circuientes, alios pecunia corrumpunt, alios muneribus,
alios promissionibus obligant, et quos sciebant novarum rerum avidos, aut dignitatibus pri-
vatos, aut versatiles et animo inconstantes, omnes[x] suis versuciis asciscunt[y] in partes Sua-
topluk ducis. His ita patratis[z], anno dominicae incarnationis 1105. sole morante in decima 1105.
parte Librae, intrat Zuatopluk cum suo comitatu[a] Boemiam, et occurrunt sibi perfidorum Oct.
agmina; quidam vero ex eis expectant ut eum aperta ianua urbis Pragae recipiant infra
moenia. Sed prius eadem die dux Borivoy valde diluculo veniens praeoccupat urbem, et
ponit in ea fortia praesidia, atque episcopo Hermanno eam[b] comittens, se cum suis ad Vis-
segrad contulit. Et ecce Zuatopluk[b] ordinatim[c] pulchre instructis cum sex legionibus appa-
ret in campo, et quia nullus obviam sibi venit ab urbe, incertus et dubius parum substitit, et
mox transvadantes[d] fluvium Wltavam infra villam quae dicitur Bubni[c.74], applicuerunt urbi, 74
sed inveniunt clausas portas et super muros fortiter resistentes milites. Ibi a quadam ancilla
super muros astanti turpiter confusi, eadem via repedantes figunt tentoria inter utrasque
urbes, in loco ubi sabbato fiunt mercimonia[75], aestimantes quod ex utraque urbe sui coniu-
ratores illa nocte confluerent ad eos. Quod cum minime fecissent, mane facto coetu con-
vocato Suatopluk sic orsus est ad eos: *Quamvis non vacet modo ut prolixo utar alloquio,
pro re tamen pauca loquar, ne mortis occasionem timere alicui videar. Timidis enim et igna-
vis, quibus misera vita[f] habetur[g] suavis, aptissima mors est, forti autem[h] viro mortem subire
in praelio dulcius est nectare liquido. Nam ego olim mecum deliberavi aut potiri pane et
honore potiori, aut pugnando honestae succumbere morti. Sed*[76] *vobis sola nunc est mors ista* 76

a) Mill. C.III. A. b) Iabigneu 1. *ita et deincepa*; Zbingneu 3. Zpitigneu 4. 4a. c) inter hos A. d) regnum s. A.
e) ipso 2b. *omittit* 4a. f) in uno A. g) positi A. h) *al. manu supersor.* A. i) Zuatopluc 1. k) ad *inserunt*
2. 4a. l) legatum A. m) Zribimir 1. Zkrybimir 2. Zkribimir 2b. Zkarbimir 3. Zkrbimir 4. 4a. n) sui *corr.* se A.
o) sibi 2b. p) mundi 3. q) Protyven 1. Protiwen 2. 2b. 3. 4. 4a. r) fidei 2. s) fide 1. *expunctum.* t) pa-
trium A. u) rugina *corr.* ruina A. v) nequitiae et *erasa* A. w) quique 1. x) omnibus *corr.* omnes 1.
y) afficiunt 1. z) Zuatoplik *repetit* 1. a) exercitu 4. 4a. a) ea 2. 2b. 3. 4. 4a. b) ic desunt nonnulla *anno-
tavit saec. XVII. manus in margine* 1. *desiderantur duo, ut videtur, folia quae continebant sequentia usque cap.* 21. *ad verba*
corruptus et avarus *etc.* c) oratim A. d) transuadentes 3. e) Bubin 2. 2b. 3. Buroi 4. 4a. f) captus oculis
et mentula est privatus, *haec verba in textu* A. *sed expuncta.* g) videtur 4. 4a. h) *alia manu supersor.* A.

68) Sbigneo a patre data erat Masovia, Bolezlao regni sedes principales in Cracovia, Sandomiria et Wratislavia, ut refert Martinus Gallus II, 8. De dissensione fratrum cfr. ibidem II, 24. 69) Rützen in regine Troppaviensi. 70) Apud Martinum Gallum Skarbimirus palatinus. 71) Sallust. Catil. 31. 72) tertius. 73) Virg. Aen. VII, 335. 74) Buben. 75) In dextra ripa Moldavae, in ea Pragae urbis parte ubi hodie sunt sepulchra Iudaeorum. Palacky I, 353. 76) In sequentibus iterum Sallustium in oratione Catilinae c. 58. imitatus est.

1105. *cavenda, ne quis vestrum captus et manibus post terga*[a] *ligatus*[b], *atque spectaculum hostibus factus, veluti bos ad victimam ductus, cadat securi peremptus. Victis enim una*[c] *est victoria et digna laude memoria, ne incruenta hostibus contingat victoria*[d]. Dixerat, et continuo cum suo comitatu vertens iter[e] Moraviam, sic fatur Wacek[f] ad comitem: *O miserabilis fortunae conditio, qua*[g] *nunc cogor*[h] *humi residere ut noctua, qui visus*[i] *eram veluti agilis aquila ascendisse*[k] *fere usque ad nubila.* Cui Vacko: *Non*[l] *te,* inquit, *domine*[m] *mi, frangat ista adversitas, quam cicius felicior sequetur*[n] *prosperitas, quia et solis post aquae*[o] *nubem magis nitet claritas. Talis enim vicissitudo omnium rerum est in mundo.* Quos abeuntes dux Borivoy cum suis prosequitur[p], et quamvis septies plus de militibus habebat, tamen non audet cum eis committere praelium, quia timuit suorum[q] perfidiam, ne sua castra deserentes ad hostium se transferant miliciam. Prosecutus est autem eos a longe usque ad introitum silvae[77].

1106. 18. Anno dominicae incarnationis 1106. inventore discordiarum diabolo seminante discordias per universum[r] orbem terrarum, quidam sui cooperatores extiterunt ex Teutonicis proceres[s], qui seducentes filium imperatoris, regem videlicet Henricum quartum, persuaserunt ut contra genitorem suum arma sumeret. Qui filii sui a facie fugiens, in urbe Ratisbona cum paucis munivit se armis, et mittit pro duce Borivoy, ut sibi in auxilium cum exercitu suo veniat. Nec mora, venientes Boemi non longe a Ratisbona metati sunt castra iuxta fluvium Reznam; ex altera autem parte eiusdem fluminis erant castra filii imperatoris. Tunc qui videbantur esse fautores caesaris, primus Lupoldus marchio orientalis lapsus fuga noctu
78 nepatriat cum suis, Depoldus[t.78] autem et Berengerus[u.79] marchiones[v] transferunt se ad castra regis Henrici iunioris. Videntes autem Boemi se undique esse destitutos, nichilominus celerius ut potuerunt, simul noctu maturaverunt[w] fugam. Quod videns imperator deserit[x] Ratisponam, et transiens per australem plagam via qua itur ad Netolic[y.80], intrat Boemiam, quem dux Borivoy honorifice suscipiens[z], sicuti ipse caesar disponebat, versus Saxoniam dat sibi conductum per terram suam caesare dignum, deducens eum usque ad generum suum
81 Wicbertum[a.81]. Inde per Saxoniam transiens et Renum perrexit Leodium, ubi non post mul-
Aug. 7. tos dies cum vita amisit imperium 7.[b] Idus Augusti.

19. Eodem anno Suatopluk convocans eos qui secuti eum fuerant de Boemia, quid opus sit facto iam in incepto negotio quaerit consilia. Tunc Budivoy[c], filius Hren[d], caeteris aetate senior linguaque disercior[e], in adversis et prosperis vir aequanimis[f], et in talibus negotiis ab ineunte aetate vir eruditus ac plenus versuciis, his usus est alloquiis: *Varius est eventus in praelio, et*[g] *nunc hi, nunc illi praevaluere bello. Nos autem, fratres, nondum usque ad sanguinem pugnavimus, nondum fecimus capitibus nostris*[h] *pontem, quo*[i] *itur ad solium, quem*[k] *utique et facturi sumus, si sors facere compulerit. Sed quoniam non semper armis, sed saepius dolis ad ardua honoris venitur fastigia, nunc positis armis utamur dolis. Talibus enim artibus Troya ab Argis*[l] *est in decimo anno capta, et Prudentius refert in Psihomahia*[m] *dicens:*

„*Nil differt armis contingat palma dolisve*[83].“

Nec mora, mittitur alter, ut ita dixerim, versipellis Sinon[n] in Boemiam, multimodis in-
83 structus dolis, nepos Gapatae[o], qui paratus in[p] utramque fortunam[83], casus[q] non timuit mortis, cui apte sonat nomen virilis, quia viriliter egit. Nam sicut olim Sinon Argivos armatos equo inclusos per sua mendacia traxit Troyae in moenia, ita per istius falsidica commenta duci Suatopluk victa patuit Boemia. Hic ut pervenit ad ducem Borivoy, genibus provolutus, fictis lacrimis rigat pedes ducis, et tandem surgere iussus talia fatur: *O me miserum, vix*

a) post terga manib. A. b) *deest* A. c) *deest* 4. 4a. d) *corr.* A. e) *versus* tuerunt 4. 4a. f) Wecsek 2. Vecek 3. g) quia A. 4. h) color *corr. al. manu* cogor A. i) usus A. 2. 4. 4a. k) ascendere A. l) *omissum* 4a. m) dux 2b. n) sequitur 2b. o) *corr* A. aquam 2. aqueam 2b. aquosam 3. aquam et 4. 4a. p) persequitur 2b. 4. q) *deest* 2. 2b. 3. r) *ita* A. *deest reli.* s) proceris 4a. t) Dupoldus 2b. Dispoldus 4. u) Berengerus 2. 2b. Regaerus 3. v) *deest* A. w) matur. simul nocta A. x) urbem *add.* 4a. y) Netolicz 2b. Necholic 3. Netholic 4. 4a. z) suscepit A. *corr. al. man.* suscipiens. a) Wigbertum 2. b) VI. 4 4a. b) Borivoy 3. c) Chren 4. 4a. d) discretior 2. e) sequanimus 2. 2b. 3. 4. f) *omittit* 4a. g) vestris 2. h) viam qua 4. 4a. i) quam 4a. k) Agris 2. ab Ar. est *al. man. in margine* A. *falso in textu* ab agris talibus enim talibus est — Argis in *reli.* l) Psicomachia 4. m) Symon 4. n) Gapati 2b. Sapacae 3. Gapathe 4. 4a. o) ut 2. p) casum 2b.

77) Hoc iam anno 1104. factum esse probant Ann. Hildesheim. et Ann. Saxo. 78) comes de Vohburg, marchio Nordgaviae, qui iam priori tempore [illegible] metalliferos. Cfr. monachum Opatovicensem ad Heinricum iuniorem transierat. Cfr. Ann. Hildesheim. 1104. 79) Sulzbacensis. Consentit de his Ekkehardus in chronico 1106. 80) Netolitz. 81) usque ad montes Wissechore i. e. montes Saxonie ad a. 1105. in Palacky Würdigung p. 55. 82) v. 550. 83) Virg. Aen. II, 61.

Delituisse fuga, et[a] *vix evasisse scelestas* 1106.
manus impii Suatopluk, qui si me cepisset, procul dubio hosce oculos mihi eruisset. In quo quoniam me aliter ulcisci nequeo, ô Deus omnipotens, fas mihi sit eius secreta detegere, fas mihi sit omnes qui sunt in hac terra eius familiares prodere. Sicque miscens vera falsis multis criminatur Suatopluk flagiciis, et ut sibi magis credatur, dicta sua confirmat sacramentis. Talibus artibus atque insidiis vir bonus et simplex dux[b] Borivoy deceptus et multum mendaciis credulus, ramos robustos quibus et ipse innixus sedit et honorem[c] us pependit[d], incaute praecidit, et ab alto culmine cecidit[e]. Nam amicos suos fideles Bosey et Mutinam saepe capere et ut hostes rei publicae punire voluit, sed quia consiliarios suos Grabisam et Protiven[e] plenos rimarum habuit, velle suum praedictos comites non latuit. Qui statim transferunt se ad fratrem eius Wladizlaum et iam[f] frementi et saevienti[g] addunt stimulos, ut magis saeviat contra germanum suum Borivoy, cui iam abrenuntiaverat fidelitatem et fraternitatem suam et amiciciam, et palam miserat ad[h] Suatopluk in Moraviam Vilalmi[i] fratrem nomine Pulonem[k]. Quem advenientem Wladizlaus et caeteri comites[l], heu insensati! et quasi suimet hostes et patriae inimici, ad suam perniciem trahunt rabidum lupum in ovile[m] ovium, qui non solum oves, verum etiam ipsos dilaniaret[n] oppiliones. Ergo Borivoy mitis ut agnus, regno privatur, et Suatopluk saevior tigride, ferocior leone, intronizatur anno dominicae incarnationis 1107.[85] pridie Idus[o] Maii. 1107. Mai. 14.

20. Hoc novum nec prius in Boemia factum circa[p] adiacentes mirantur gentes, et peiora in futurum Boemis vanae mentis per praesagia auguriantur[q]. Hinc filii Pannoniae Cassandri laetantur, inde Poloniae nequam trapi[86] incircumcisis labiis gratulantur, quia, dum isti principes semetipsos inquietant, illi quiete potiuntur. Multi autem ex comitibus, quos ipse Borivoy de proselitis[87] fecerat comites, comitabantur eum et secum in Poloniam proficiscuntur. 87
Videns autem quae fiebant Sobezlaus[r], tercius natu post Borivoy[r'], iam bonae indolis iuvenis, secutus est fratrem[s] in Poloniam. Hisdem temporibus rex Heinricus quartus forte aderat in Saxonia[88], ad quem Borivoy accelerat et illatam sibi iniuriam applorat, et ut ei iniuste sublatum restituat Boemiae ducatum, immensa auri et argenti pondera promittit se daturum[89]. Protinus rex mittens unum de satrapis, sic mandat Suatopluk paucis: *Per coronam capitis mei mando tibi et praecipio*[t], *ut sine dilatione ad me venias, aut si venire tardaveris, procul dubio ego*[u] *in iusticia*[v] *te et tuam Pragam celeriter*[w] *visitabo.* Qui mox coadunato exercitu veniens, sub ipso introitu silvae iuxta oppidum Hlumec[x] convocat proceres et satrapas, et proponit eis fratrem suum Ottonem dicens: *Ego solus ibo, et mei capitis periculo scrutabor ancipites*[y] *amicos regis. Vos hic expectate dubios*[z] *casus incerti eventus; de caetero Deus omnipotens*[a] *nostros*[b] *praeveniat et subsequatur actus.* Et assumptis secum paucis, it temere in[b] apertum ruiturus laqueum. O stulta sapientia viri, immo audax audacia ducis! Vadit[c] haud[d] ignarus, quid sibi facturus rex auro corruptus[e] et avarus[f] ut infernus. Quem advenientem sine omni audientia rex iussit retrudi in custodiam, et convocans eos qui secum venerant, tradit eis Borivoy ducem, ut reducentes eum in urbem Pragam iterum relevent[g] in principalem cathedram. Qui remeantes cum eo, tercia die metati sunt castra iuxta castellum[h] Donin[90]. Audiens haec Otto[i], ait ad suos: *Quid expectamus hic? iam quod timebamus evenit, et quod verebamur accidit. Eamus et videamus novum ducem, si regis dextra eum nostra*[k] *defendat ab asta*[l][91]. Et ordinans ex electis militibus sex legiones[m], noctu transcendens montes, mane diluculo irruit in castra Borivoy. Sed ille[n] praescius iam lapsus fuga delituerat, quia quidam profugus ex castris Ottonis causam sibi clam innotuerat. 91

a) *desunt* A. b) *desunt* 3. c) honorem suspendit A. d) excidit 2. e) Protucen 3. f) etiam 2. g) ulcisci 3. h) *ita* A. per 3. pro *vell.* i) Wilhelmi 2. Willehalmi 2b. 3. Willalmi 4. 4a. k) Polonem 2. l) *omissum* 4. 4a. m) buarum *addunt* 4. 4a. n) dilaniaverunt 4. 4a. o) Id. Idus 2b. 3. 4. 4a. p) ita 3. q) augurantur 2b. 3. r) Sobieslaus 2. Zobezlaus 2b. 4. 4a. Zobeslaus 3. *et sic deinceps.* r') tercius — Borivoy *desunt* A. s) suum *inserunt* 4. 4a. t) et praecipio *omisso* 3. u) *desunt* 3. v) et iudicio *addunt* 4. 4a. w) *desunt* 3. x) Hlimecz 2. Hlymecz 2b. y) ancipes *corr. al. man.* A. z) expectat dubius 4. a) vestros 2b. 3. 4. 4a. b) *desunt* 3. c) *omittum* 2. d) *corr.* A. e) *bibliopegi errore sequentia folia in* 1. *diriecta sunt.* f) averaus 1. g) relevant *corr. al. atram.* 1. eum *add.* 4. h) nomine *inserit* 3. i) audiens *repetit* 1. k) vestra 2b. l) ista 2. 2b. 3. hasta 4. 4a. m) ordinatis — legionibus 3. n) ille iam A. horum *inserit* 4.

85) Consentiunt Annales Pragenses; cfr. quoque Heinricus. cfr. Boehmer n. 1981. 89) Vide Annales Hildesheimenses 1107. 90) Dohna. 91) i. e. pannus, igitur hoc loco homines abiectissimi. hasta.
86) trapus est diploma apud Boczek I, 191.
87) advenis. 88) Meuse Iulio Goslariae residebat

1107. 21. Praesul autem Hermanus, vir prudens et iustus, inter varios casus utriusque ducis quasi inter Scillam et Caribdim positus, ne videretur utramvis partem eorum incertam secutus, secessit ad amicum suum Ottonem Babenbergensis[a] ecclesiae episcopum. Borivoy autem, licet quod pecierat non obtinuit, tamen quam promiserat regi pecuniam persolvit[b].

92 Quia vero omnes homines, uti res se habent, ita[c] magni atque parvi sumus, ecce dux[92] magni nominis positus in custodia cuiuslibet parvissimi hominis obtemperat iussis, et a minus[d] dignis laceratur[e] obprobriis.

Ach! secum quantas curas in pectore versat[93],

quotiens per primos palacii iram regis flectere temptat? Sed quoniam manu vacua frustra pulsatur regum ianua, manus vero uncta frangit adamanta, promittit regi[f] decies mille marcas argenti. Ah! quid non dabit homo imminente[g] cervicibus[h] gladio? Quis in angustia constitutus[i] non libenter daret pro se[k] quicquid haberet? Atqui[l] si rex ab eo cencies mille talenta exigeret, nichilo stulcius esset, si pro vita sua etiam montes aureos non promitteret? Huius gratia rei accipiens[m] ab eo rex[n] sacramentum[m] fidei, dimittit eum et mittit secum ex clientibus unum, qui acciperet censum denominatum. Qui cum venisset Pragam, continuo sacra spoliat delubra, ornamenta contrahit muliebria, et quicquid micabat auri et argenti in Boemia corrasit, et vix collegit 7 marcarum milia; de caetero fratrem suum[o] Ottonem dat regi obsidem. Similiter et praesul Hermannus adveniens[p], de dote sanctae ecclesiae praestitit duci[q] 70 marcas obrizi auri; item eiusdem ecclesiae 5 pallia cum limbis Ratisbonae apud Iudeos sunt posita in vadimonio pro 500 marcis argenti. Certe non abbas[r], non praepositus, non clericus, non laicus[s], non Iudeus, non mercator, non trapezeta[t], non citarista fuit, qui non conferret invitus aliquid duci[u] de sua apoteca. Post paucos vero dies Otto elapsus fuga, regressus[v] est ad fratrem suum de curte regia, quod valde regi displicuit.

1108 22. Anno dominicae incarnationis 1108. sicut saepe fit, ubi mas et femina uno lecto cubant duo,

Gignitur extimplo tercius ut sit homo,

94 ita coniunx nobilis[94] Zuatopluc ducis

Edidit et tenerum suspendit ad ubera natum[w].

Pro quo rex Heinricus post quinque menses misit, et de sacro fonte baptismatis eum levat, atque nomine suo Heinricum vocat. Quem remittens ad patrem[x], omne debitum, scilicet 3000 talentorum, compatri suo Suatopluk dimisit, et praecipit ut paratus sit secum in expeditionem contra saeviciam Ungarorum[95]; quia rogatu quorundam Teutonicorum illuc proposuerat ultum ire necem Hierosolimitanorum, quos illa gens ob crudelitatem[y] suam alios

Sept. gladio interemit, alios in servitutem[z] redegit. Iamque mense Septembri, dum moratur Suatopluk dux cum rege in Pannonia iuxta civitatem Possen[96], Borivoy cum Polonis hostiliter intrat Boemiam, Wackone[*] et Mutina in fugam versis cum suis praesidiis[a] de municione, quae fuit firmiter posita versus terminos Poloniae; nam dux Suatopluk abiens duobus his omnem curam suam comiserat, et ut essent in tutelam Boemiae cunctis eos praefecerat. Cumque Wacko socium[b] Mutinam vidisset non acriter pugnare, nec viriliter hostibus resistere super municionem, ex hac occasione ratus quod consilio eius Borivoy Boemiam intraret, mox unum ex militibus clam misit, qui haec omnia duci Suatopluk intimaret. Similiter alium militem instruxit dolis, et misit in castra Borivoy ducis; qui paratus in utrumque

97 Et versare dolos simul aut succumbere morti[97],

veniens ad praedictum ducem Borivoy finxit se fugisse[c] de castris Zuatopluk ducis, et nunciat iam[d] de Ungaria eum redisse, atque in crastinum[e] cum eis pugnaturum confirmat[f] per

a) bbbg A. Bambergensis 2. Bambergensis 2. 3. b) solvit 4. c) ut *inserui* 4. 4a. d) *ita* 1. *supercr. al. man.* *in illo* a minimis. animus A. 2. 2b. 4. 4a. e) lac. dig. A. f) *deest* A. g) inmitente 1. h) cervici 4a. i) positus 4. k) pro se *desunt* 3. l) aut qui 1. atque 3. m) acceptis — sacramentis 3. 4. n) rex *deest* A. 2. 2b. 4a. o) *deest* A. p) advenientes 4. q) Zwatopluk *addunt* 4. 4a. r) habbas 1. s) non laicus *omittit* 3. t) trapezita 1. u) regi 1. *deest* 4. v) *ita* 1. reversus *rel.* w) nomine Waceslaum *addunt* 4. 4a. x) suum *addunt* 4. 4a. y) credulitatem *corr.* crudel. A. z) suam *addit* 4. *) Wecskone 2. Veckone 3. *et deinceps.* a) praedictis A. b) suum *addit* 3. c) sufugisse 4. d) eum iam A. e) in castrum 3. f) confirmans 4. *dopt* par.

92) Swatopluk. 93) Virg. Aen. V, 702. 94) Ex Annalista Saxone nonnulli sibi persuaserunt uxori Zuatopluci nomen fuisse Ita, sed sine dubio annalistam in errorem duxit vocula *ita*, quam hoc loco apud Cosmam legimus, qua ille nomen indicari falso opinatus est. 95) Almus a fratre Colomanno rege expulsus auxilium petierat ab Heinrico V; cfr. Ekkehard. Uraug. 96) Presburg, vide diploma Heinrici V. die 29. mensis Septembris 1108. eodem loco datum, Boehmer 1991. Ekkehardo est Bresburg castrum, Ottoni Frisingensi VII, 13. Posonium. 97) Virg. Aen. II, 62.

suae fidei sacramentum. His mendaciis illi[a] perterriti, eadem nocte in Poloniam sunt reversi. 1108.
Quibus auditis rex Heinricus fertur dixisse compatri Zuatopluk: *Nisi tuas iniurias in Poloniis ulciscar, proiecta vilior alga*[b. 98] *semper habear.* Interea Zuatopluk inflammatus ira, absens 98
in absentem Mutinam dentibus stridet, oculis scintillat, et alte suspirat. Vix diem expectat quo in illum suam effundat iram; pro nichilo reputat, si unum Mutinam puniat, iam diris promissis[c] cum iuramento se obligat, quod illam totam generationem ut lucernam gladio extinguat, et quia quosdam ex illis in obsequio suo[d] prae oculis habet, corde dolet, vultu autem ad omnes se hylarem[e] exhibet. Cui post advenienti sub ipso exitu silvae, iuxta oppidum Lutomisl[f], Wacek cum Mutina occurrunt. Nunciatumque est illa die ter ab amicis suis Mutinae, quod nisi aufugeret, procul dubio aut vitam aut oculos amitteret. Sed quia iam eum premebant sua fata, visa sunt sibi verba amicorum suorum quasi deliramenta[g]. *Neque est,* inquit, *vir fortis, fatum qui timet mortis.*

23. Ut autem intraverunt castrum Wratizlau[h. 99], postera luce summo mane convocat 99
omnes proceres in coetum; quibus congregatis in unum, sicut leo de sua emissus cavea in teatrum stat rugiens et erectis iubis expectat edulium, sic Zuatopluk intrans stubam, sedit in medio super truncum fornacis, plus succensus ira.

Quam fornax, qui[i] sepcies succenditur flamma,
et circumspectis omnibus, intuens torvis oculis Mutinam, taliter indignantia solvit ora[99']:

O gens invisa propagoque Diis odiosa!
o nequam filii Vrisovici[k]*, nostri generis familiares inimici! An unquam*[l] *mihi excidet de memoria, quod super atavum*[m] *meum Iaromir in monte Veliz*[n] *vobis quidem ludicra, nobis autem*[o] *fecistis sempiterna ludibria*[1]*? An inmemor ero, quod fratrem meum*[p] *Bracizlaum*[q]*, quasi eximium sydus in toto orbe ducum, tu et frater tuus Bosey fraude maligna*[r] *necastis*[2]*? Quid autem meruit frater meus Borivoy, qui sub vestra potestate regnabat, et per omnia vobis ut proprius empticius parebat? Atqui per innâtam vobis superbiam ducis non sustinuistis modestiam, et me quantum solitis versuciis inquietastis, donec vestris pravis acquiescens consiliis, peccans in fratrem meum Borivoy, valde peccavi, quia*[s] *solio eum privavi! Et hoc est unum mihi quod dolet atque dolebit in aevum. Adhuc etiam atque etiam audite, o mei proceres, quid filius iniquitatis et caput tocius impietatis fecerit iste Mutina, quem ego nuper, cum vobiscum irem*[t] *in expeditionem, post me secundum reliqui huius terrae praesidem et praeceptorem. Ille autem bonus vir fingens se ire*[u] *venatum, non pertimuit noctu ire in Poloniam Zvini*[v. 3] *ad* 3
oppidum, ut cum suo patruo Nemoy ageret consilio, quo me pelleret de solio. Fit murmur confusum[w], et ardentem ira ducis animum magis magisque ut ardeat per suum succendunt assensum. Tunc dux[x] assianti et conscio sui conatus lictori ex obliquo[y] innuens, exiit[z] foras. Qui statim super Mutinam nichil tale metuentem irruit. O mira pacientia comitis! Ad duos ictus sedit immobilis, ad tercium vero cum surgere[a] conatur[b], capite plectitur. Eadem hora et in eadem stuba capti sunt Unezlav[c], Domasa[d] et duo filii Mutinae. Unus autem Neussa[e], qui erat ex altera natione, valde tamen familiaris Mutinae, videns quae fiebant fugit; et[f] aufugeret[g] iam[h] extra urbem fugiens[i] per arbusta, si non eum notah lem redderet rubra tunica; qui ilico captus, oculis et mentula est privatus[k]. Et sicut saepe fit cum irrumpit cruentus[l] lupus in ovile ovium, saevit, mactat, nec prius rabiem suam[m] placat aut a caede cessat, quam[n] omnibus mactatis o· bus: ita Zuatopluk oblitus unius caede hominis, exarsit in iram et iussit ut omnis illa natio sine aetatis discretione et sine temporis dilatione plecteretur capite, et astante comitum agmine dixit: *Qui non aborret mea implere iussa, dabitur et crassa auri massa. Qui autem Bosey et eius filium interficiet, centuplum accipiet et haeredi-*

a) *desunt* 4. b) *desunt* 2. 2ᵇ. c) praemissis 4ª. d) *al. man. in margine* A. se 2. se *supra postilo* sibi, *addito in margine* forte suo 2ᵇ, sibi 3. suo 4. 4ª. e) ylarem 1. hilari 2ᵇ. f) Liutomysl 2. Luconie 3. Lutomisl 4. 4ª. g) liramenta 3. h) Vratislu 1. Wratislai 3. i) quae 3. k) Wrisowici 1. Wrissovici 2ᵇ. Wersovici 3. Wrssowic 4. 4ª. l) *corr.* A. m) *repetit et delet* 1. n) Welis 1. 2. o) quidem 2. p) *desunt* 3. q) *superscr. al. manus* A. *loco* Boleslau. r) malicia 1. s) quod 2ᵇ. t) veni 3. u) se *desunt* 3. ire *desunt* A. 2. 2ᵇ. 4. v) Swidnics 2. Zwini 2ᵇ. 4. Swini *repetito* noctu ire *ante vocem* Swini 4ª. w) confusum A. x) Zwatopluk *addunt* 4. 4ª. y) ex obl. *desunt* 2ᵇ. z) exit 2. 3. 4. *) fugere 3. a) *repetit et delet* A. b) Unislaw 2. Uinslau 2ᵇ. Unislau 3. Unislau 4. Unislaw 4ª. c) Domassa 2. 4. Damassa 3. d) Neussa 1. 4. Neussc 3. e) et *corr. al. manu* ut A. ut *inserunt* 2. 4ª. f) sufugerat 2ᵇ. 3. 4ª. g) iamque A. h) fugerat A. i) qui — privatus *desunt* A. k) *omittunt* 4. 4ª. l) *deest* 2. 4ª. m) quo nodo 4.

98) Virg. Eclog. VII, 42. 99) Wratislaw haud procul ab urbe Hohenmaut. 99') cf. Ovid. Met. VII, 190. 1) I, 34. 2) III, 13. 3) Schweidnitz.

1108. *tatem illorum possidebit.* Non ocius evolant venti, quando[a] rex eorum Heolus[b] perforat cu-
4 spide latera montis[c] sub quo inclusi[c] tenentur, quam[d] proceres Vacula[e], Hermannus, Kirassa[f] et alii quam plurimi insiliunt equos[g], et volant praepeti[h] cursu in fata Bosey et filii eius; caeteri per terram discurrunt et investigant, ut totam[i] gentem illam de medio tollant.

24. Interea Bosey in villa Lubic heu! ignarus fatorum dum se locat cum filio et uxore ad prandium[l], astitit puer qui diceret: *Ecce, domine, multi sine ordine accurrunt per campum festinando.* At ille: *Veniunt,* inquit, *de expeditione; veniant ad nos cum Dei benedictione*[m]. Dum haec loquitur, ecce truculentus[n] Kyrasa[o] aperit ostia, et fulgurans evaginato gladio clamat[p]: *Exi, sceleste, exi, male conciliate, qui meum cognatum Thomam occidisti sine causa in tempore quadragesimae.* Et surgens filius eius Boruth[q]: *Quid,* inquit, *fratres, agitis? Si iussi sumus ut capiamur, sine armis et tumultu capi possumus,* et excipit incautus gladium capulotenus[r] per mediam[s] alvum. Nec mora, et adhuc nati

Sanguine madentem[t] iugulo pater excipit ensem.

At illi invasores, velut urbium[u] expugnatores[v], inmensas diripiunt gazas, et, sicut ait Cato:

Labitur exiguo quod partum est tempore longo;

namque[w] de tantis diviciis nec unus superfuit pannus quo eorum tegeretur corpus. Sed sine sarchophago et obsequio[x] funebri Bosey[x] et eius filius[y] Boruth, velut iumenta sunt nudi in
Oct. 27. fossam praecipitati 6. Kal. Novembris[6]. Scire mihi non licuit, quot capita ex gente[z] illa leto sunt dedita, quia nec in una die nec uno in loco sunt perempti. Alii namque in forum
6 ducti, ceu bruta animalia sunt mactati, alii in monte Petrin[6] decollati, multi in tectis sive in plateis sunt[a] trucidati. Quid autem referam de morte natorum Mutinae, quorum mors visa est omni[b] crudelior morte? Erant enim bonae indolis pueruli, vultu spectabiles, visu[c] amabiles, quales nec sagax artifex in albo ebore nec pictor in pariete valet exprimere. Vidimus enim eos miserabiliter in forum trahi et saepius clamantes[d], *Mater mi! Mater mi!* cum cruentus carnifex[e] ambos ceu porcellos sub ascella interficeret cultello[f].

Diffugiunt omnes sua pectora percutientes,

ne viderent[g] carnificem tam crudele facinus operantem. Caeteri vero qui superstites fuerunt ex gente illa, delituerunt fuga; alii in Poloniam, alii fugientes in Pannoniam, de quorum excidio simul et discidio[h] licet amplam[i] habeamus ad scribendum materiam, sed ne videamur velut
7 hircino[k] cantu explicuisse tragediam, redeamus unde paulô digressi sumus, ad chronicam[7].

25. Factum est autem, postquam rex Heinricus reverteretur soluta obsidione a civitate Possen, Colmannus[l] rex Ungariae non longo post tempore volens sibi illatas a Zuatopluc duce ulcisci iniurias, intrat Moraviam et eam hostiliter devastare coepit. Nam cum rex Heinricus intentus bellicis armis ex omni parte cingeret obsidione[m] urbem Possen, dux praedictus
8 cum suis Boemis, quicquid erat ex hac parte Vag[n] fluminis a Trencinopoli[8] quoad usque praedictus amnis influat[p] Danubium, nichil reliquerat incombustum. Saepe etiam speculatores[q] sive exploratores a rege Pannonico missos idem dux comprehensos naso privaverat et visu. Quadam similiter die plus quam mille viros ex[r] electis[s] militibus a praedicto rege ad hoc[t] directos, quatenus per insidias aut pabulantes scutarios[u] caperent, aut super incautos Teutonicos noctu irruerent, dux Zuatopluk praeagnoscens ubi inter paludes[v] latitabant, repente irruens, omnes usque ad unum, velut pisces missa sagena captos, alios interfici, alios in oculeo suspendi iusserat[w], paucis vero, accepta magna pecunia, vitam concesserat. Talia ob facta et alia huiusmodi, quibus Ungaros afflixerat[x] dux Zuatopluk, ut audivit regem

a) cum 2b. b) golus 1. c) *deest* 3. d) *deest* 2. 4a. e) Vacl's *quod legendum* Vacula 2. Wsculs *rell.* f) Kyrassa 1. 2. Kraissa 4. 4a. g) eos 2. h) perpeti 3. 4. 4a. i) *deest* A. l) prandendum 4. m) veniant — benedictione *desunt* 2b. n) truncolentus 2. 4a. o) Kirassa 1. 4. p) dicens *addunt* 4. 4a. q) Boruch 3. r) *deest* 2b. s) medium 4. t) madantem 2. madente nati sanguine 4a. u) in *add.* 1. v) inpugnatores 2. w) *ita* 1. iamque *rell.* x) Bosei 1. y) fil. eius A. z) gente ex A. a) Petrzin 2. b) omnium 2b. c) iusti 2. d) ac plorantes *addunt* 4. 4a. e) artifex A. 1. f) cutello A. g) videant A. 2. 2b. 3. 4. 4a. h) dissidio 2b. i) apostolicam 1. k) yrcino 1. l) Colomannus 1. 2b. Cholomannus 3. Colmannus 4. m) obsidionem 4. n) Wag 2. o) Atrentinopolim 2. a Trentinopolim 2b. Atrenemopolim 3. a Trencinopolim 4. p) influit 2. 3. 4. 4a. q) faculatores 2. r) *deest* 2. s) electos 2. t) ad haec 2. u) *ita corr.* A. scuarios 1. 4a. scrutarios 2. 2b. 3. 4. v) palludes 1. w) interfici iussit, alios in oculeo suspensos 3. x) afflixerat 1.

4) Virg. Aen. I, 81. 5) Probat Necrologium Bohemicum. 6) Mons S. Laurentii prope Pragam. 7) Cfr. quae de eiusdem gentis crudelissima clade retulerunt Dodechinus ad 1108. qui tria millia virorum occisos esse testatur, et monachus Pegaviensis qui hoc consilio Heinrici V. factum esse vult. 8) Trenczin.

videlicet Colomannum invasisse Moraviam, confestim coadunavit[a] utrumque exercitum Boemiae atque Moraviae; cumque festinasset in opaca nocte per silvam, ardens latenter subire inimicum et cum eo in crastinum committere pugnam, inter tot milia militum[b] secum festinantium: mira res, ipsius ducis in pupilla[c] oculi male prominens praecisus ramus tam fortiter fixus est, ut, surculo vix eruto simul et oculo, semineeem tollentes ducem, reversus est exercitus ad propria moestus pridie Idus Novembris. 1108. Nov. 12.

26. Anno dominicae incarnationis 1109, 10. luna mensis Februarii, quia grande inhoruerat frigus et omnes aquae erant congelatae valde, dux Suatopluc iam eruti sanato vulnere oculi, continuo iterum coadunato[d] exercitu, tribus diebus et tribus noctibus continuo festinans, intrat Ungariam, et nemine eorum praesciente, ex inproviso applicuit cum exercitu ad urbem Nitram[g]; et irrupisset[e] in eam, si non vigiles qui semper ibi sunt custodientes clausissent portam. Depopulato igitur et succenso eius suburbio, redeuntibus occurrunt eis agmina multorum in curribus et in equis fugientium ad praedictam urbem. Quibus insimul, quasi manipulis in agro[f] collectis, villis eorum combustis, omni illa regione[c] devastata, maxima onustati iumentorum et caeterarum rerum copia[h], hylares ad proprios reversi sunt lares. 1109. Dec. 9

27. Eodem anno excellentissimus rex[i] Heinricus[k], memor irae suae et indignationis contra ducem Poloniae nomine Bolezlaum, memor pollicitationis quam pollicitus erat compatri suo Zuatopluc[l] iuxta urbem Possen[m], uti supra retulimus, iter agens per Saxoniam, duxit secum Bawaros[n] simul et Alamannos[o] atque Francos orientales, et eos qui sunt circa Renum infra Agripinam Coloniam usque ad occidentales sui imperii terminos; nec defuerunt[p] Saxones saxis rigidiores cum longis hastis[q]. Quibus etiam Boemiis adiunctis mense Septembri[10] intrat Poloniam[11], et circa primum eius oppidum Glogov[r] disposita obsidione, devastat eam[s] ex utraque parte fluminis Odrae, a praedicto oppido usque ad castrum Recen[12], et iterum cum magna praeda reversus est ad castra. Ibi cum iam disposuisset, uti in crastinum ducem Zuatopluk et eius dimitteret exercitum, totam in regalibus negociis usque ad noctem deduxerunt[t] diem. Affuit interim[u] in castris quidam miles audacissimis[v] audacior, et, ut post a referentibus audivimus, missus a Iohanne filio Csta[w] de gente Wrissovici[x.13], qui in utrumque[y] paratus Aug. 24. 12

Aut partam[z] magnis ausibus[a] acquirere famam,
Aut cum morte ducis[a] simul hanc amittere vitam,
stetit sub patula fago[14] iuxta viam qua itur ad regalem curiam,
observans reditum ducis, dum rediret de curte regis.
Quem ut vidit primo[b] iam noctis in crepusculo
stipatum ingenti[b] caterva militum obsequentium,
insiluit equum, et paulisper se inmiscuit agmen in medium.
et toto annisu virium inter scapulas ducis[a] vibrans[c] iaculum,
Intima fatifero rupit praecordia[15] ferro. 13
Qui cicius quam tangeret humum exalavit spiritum,
Scilicet undenis Octobri mense Kalendis. Sept. 21.
Corpus et exanime[d] sua non sine turma moerore
Sublevat et plorat, flens ad sua castra reportat,
In castris multus per noctem fitque tumultus.

Nam huc et illuc palantes[e] diffugiebant et iterum redibant, donec a rege missus Purcardus[f]

a) coadunat 2b. 3. b) milium 1. c) pupila 1. d) coad. iterum A. A[c]. e) irruisset 3. f) agris 4. g) reg. illa A. b) copia *corr. al. man.* copia 1. i) rex exc. A. k) Heinricus *deest* 3. rex *deest* 4a. l) Zuatoplyk 1. m) Bossen 3. n) Bavarios 1. 2b. 3. o) Alamnnos, a *superscr. al. man.* A. Almannos ©. Alemannos 2b. p) defuere 4. 4a. q) sustis *corr.* hastis 1. r) Glogow 2. Glogou 4. s) *deest* 2. 4a. t) duxerunt 2. 2b. 3. 4a. u) *deest* 4. 4a. v) audacissimus 1. w) Cysta 1. 2. 2b. x) Wrissovic 1. Vrsevicx 2. Werssevic 2b. Warsovici 3. Wrsowic 4. y) utroque 4. 4e. z) aut partam *desunt* A. a) ausis 2b. *in margine.* b) Zwatopluk *inserunt* 4. 4a. b) ingente 3. 4a. c) *ita corr.* A. *et* 3. 4. librans *rell.* d) exanimem 2. exanimum 2b. exanime, *omisso* et 3. 4. 4a. e) balantes 4. f) Purchardus 1.

9) Neitra. 10) Annales Hildesheim. 1109. At iam die S. Bartholomaei apostoli i. e. d. 24. Aug. Oderam transiit Heinricus teste Martino Gallo. 11) Vide Martini Galli chron. III, 82, et de expeditione Heinrici V. in Poloniam excursum 10. apud Roepell I. 669. 12) Ritschen. 13) Eum a Wiperto comite Groicensi missum esse legitur in chronico Pegaviensi. 14) Virg. Eclog. I, 1. 15) Virg. Aen. VII, 347.

1109. incertos motus plebis vix compescuit. Mane autem facto venit rex [a] ut lugeret super compatre suo[b], et astantibus universis [c] Boemis concessit, ut quemcunque voluissent [d] suorum ex filiis principum sibi in ducem eligerent. Tunc Wacko, sicut erat lugubris, rogat [e] obortis [f] lacrimis, ut fratrem interfecti principis Ottonem decernat [g] eis ducem. Quem illico rex collaudat, et populus insipiens per castra ter *Kirieleison* clamat. Nec mora, paucis scientibus filius Bugsa [h] nomine Detrih [i] currit curriculo [k], atque quarta die summo diluculo adducit Pragam Ottonem, quem Vacko [l] et [m] universi qui erant de Moravia satagebant principalis sedis provehere ad fastigia. Quod quia sine consensu Boemorum et episcopi efficere conabantur, frustratur eorum temeritas, et sacramenta olim exhibita in medio concilio recitantur. Nam cum Zuatopluk ducem inthronizarent [n], cuncti Boemi sacramentis confirmaverant, ut post eius obitum Wladizlaus, si superstes esset, proveheretur ad solium.

28. Hos inter tantos populi motus Hermannus praesul et Fabianus comes, qui habuit in urbe Wissegrad praefecturam — hii quia caeteros sicut dignitate, ita et sapiencia praeminebant — consilio praevalu[e]runt et toto annisu effecerunt, ut et sacramenta fierent [o] inviolata, et Wladizlaus iura principatus iure adoptata omnibus assentientibus obtineret; elevatus
Oct. 2. est autem in solium sole morante in nona parte Librae. Cuius de virtutibus et gloria mihi videtur ut interim sileatur, dum in hac vita conversatur, ne aut adulationis notam incurramus, aut dum minus de laudibus suis [p] scribamus, derogationis offensam incidamus. Unde quidam admonet dicens: *Lauda virtutem ducis, sed post huius bravium lucis.* Ut autem audivit Borivoy, quod frater eius iunior Wladizlaus post obitum Zuatopluk regni potiretur solio, continuo descendens a Polonia, pe[r]exit in Zribiam ad Wigbertum suum per sororem generum. Cuius consilio fretus et auxilio, nec non et quorundam perfidorum ex nostris promisso
Dec. 24. confisus adminiculo, in vigilia nativitatis Domini mane diluculo nemine resistente urbem [q] ingressus est Pragam, heu! ad perniciem et exhauriendam multorum crumenam.

29. Hoc inoppino rerum eventu urbani valde turbati trepidant [r] incerti, quas partes inter repentinos fortunae casus sequi debeant. Multi eorum [s], quorum sors fortunatior erat,

Rebus in urbe suis cara cum prole relictis,
Aufugiunt, nec scire queunt quae castra sequantur.

Multi novarum rerum cupidi gaudent et exultant fugientibusque [t] insultant, quia bona eorum duce Borivoy permittente diripiebant. Praesul autem Hermannus in suo palatio deprehensus, quasi hostibus septus, ita a suis pacificis servabatur obclusus; sciebant enim quod libenter aufugeret, si aufugere quiret. Hos inter ancipites populi metus, Fabianus urbis Wissegrad praefectus [u], quo se verteret [v] incertus,

Maluit habire [w] quam praesto nefanda videre,
Et sibi comissa discedens urbe relicta,
De re communi curae sibi quae fuit uni
Plurima conquestus, stans fatur talia moestus:
Vae tibi Boemia, quae non adeo nimis ampla,
Cum [x] sis communis dominis subiectaque multis,
Herili de stirpe sati sexuque virili
Iam sunt bis deni, nisi fallor ego, dominelli.
16 *Unde poeta catus fertur dixisse Lucanus* [16],
Non sibi sed populo gravis est nimis aucta potestas,
Nam quidcunque [y] *duces delirant, plectitur hoc plebs* [17].

Dixerat et, ut supra dictum est, relicta [z] Wissegrad civitate, morabatur per villas in eius vicinitate, fortunae suspensus ambiguitate,

18 Ocior interea ventis et fulmine fama [18]

a) Heinricus *add.* 4. b) Zwatopluk *inserunt* 4. 4a. c) immensis 3. d) voluisset 1. e) t *alia manu* 1. f) exortis A. abortis 2. g) decernat *corr. al. man.* decernat 1. h) Bosa 1. Busa 2. 2b. 4. 4a. Bussae filius 3. i) Detrisek 1. 2b. 4. 4a. Dietrzisek 2. Detrisik 3. k) clanculo *supersor. al. man.* 1. l) Uacek 1. m) *excidérunt folia duo vel tria cod.* 1 *cum iis, de quibus supra, connecta; desunt omnia usque ad* III, 32. frater eius Wladislaus. n) *desst* A. o) essent 3. p) eius 3. 4a. q) *omittit* 2b. r) trepidabant 4. 4a. s) *ille* A. *deest rell.* t) fugentibusque A. u) praef. W. A. v) *ita corr.* A. vertat *rell.* w) audire *corr.* habire A. audire *rell.* x) Heu 4. y) quodcunque 2. 4. z) *deest* 4.

16) Pharsal. III, 152. *Non sibi, sed domino gravis est, quae servit, egestas.* 17) Hor. Epp. I, 2, 14.
18) Virg. Aen. V, 319.

Diversis omnes implet rumoribus urbes[19], 1109.
In populo multus per terram fitque tumultus.

Multi enim, quibus bonae desunt artes, rerum novitate gaudentes, huc et illuc per villas palantes[a] et eas devastantes, expectabant ambiguos fortunae casus; ast alii, quibus mens erat altior et fides purior, tendunt ad principalem sedem in urbem Pragam. Quid facerent? Haut inscii in apertam ruunt foveam, et[b] nolentes volentesque[c] accedunt ducis Borivoy ad fatorum aleam[20]. Quos ille benigne suscipiens, obligat sacramentis et promissionibus multis. et committens eos Grabissae[d] comiti, eadem die transfert se cum aliis ad tuciora urbis Wissegrad moenia. Inde mane ad horam primam in ipso festo die regreditur Pragam, et cum magna Dec. 25.
cleri processione suscipitur, atque ibi audita missa iterum reversus est ad praedictam urbem.

30. Eadem nocte Otto, frater Suatopluc, et Wacek comes, venientes de castro Gradec[e] cum tribus scaris militum, castra metati sunt circa Rokitnicam[f] rivulum. Mane autem facto Wissegrad oppido applicuerunt, et omnes vias circumquaque custodibus oppilaverunt[g], ita ut nec egredi posset nec ingredi quisquam[h] in auxilium Borivoy. Disposuerat enim antea dux Wladislaus, quod in praedicta urbe Gradec ipse natale Domini celebraret. Sed quia interim regis Henrici vocatione[i] debuit in octavis[k] Domini interesse regali synodo Ratisbonae[21], Isa. 1.
praeceperat Wacek comiti, ut quam studiosius posset, Ottoni, quem invitarat ad festum, amministraret convivium. Ipse autem propter iussum regis accelerans, in civitate Plizen[l] cum caeteris comitibus festis diebus mansit duobus, tercia autem die, ut cognovit ea quae geren-
bantur in urbe Praga, distulit et postposuit regis iussa, et in festo sancti Iohannis apostoli et Dec. 27.
euangelistae, cum his[m] qui secum fuérant in curte[n], ad moenia praedictae urbis advolat, sed clausas invenit portas,

Vidit et armatos secum pugnare paratos.
Ad quos excelsa per propugnacula stantes

sic orsus est dicens: *Pacificus ad vos venio, recognoscite me, et aperite vestro[o] ianuas domino.* Ad haec verba ducis cum nullus respondisset, valde iratus[p] et multum eis minatus, flectit[q] iter trans torrentem Bruznicam[r], et ut ascendit supercilium montis, vidit a longe[s] in campo longam seriem armorum, in quibus Wacezlau[t][22], filius Wigberti, veniebat in auxilium Borivoy. Et mittens unum de satrapis[u] explorat, utrum ex adverso an pacifici veniant. Ut autem per internuncium[v] utrique recognoverunt se adinvicem, praedictus iuvenis expavit, et non aliter retorsit[w] gradum ac si durum in vepribus latentem calcaret ydrum, et convocans suos in unum manipulum[x] dixit: *Nullus nobis patet locus fugae, nec latet nos invitos[y] subire aleam pugnae. Hoc solum facite, ne hanc pugnam illi[z] inpune ferant.* Dixit, et expandunt[a] vexillum, atque[b] clamant[c] sanctam Mariam[d] sibi in auxilium. Dux autem[e] per innatam[f] sibi probitatem semper exosus civilia bella, clamorem eorum et ipsos parvi pendens, volebat[g] praeterire eos.

31. Tunc Detrisek, filius Busa[h], fomes mali, incentor[i] sceleris, *Si te*, inquit, *non mordet nec tangit tua iniuria a minus dignis tibi illata, saltem nobis ignoscas, ut cognoscas utrum[k] viva an mortua caro simus.* Ad haec Wladislaus dux, *Si*, inquit, *non gratiae sed ignaviae hoc asscribitur, hac hora videbis[l]*

Illic quot victibus meus hic iterabitur ensis.

Et cicius dicto[k], arrepto clypeo[l], primus longe prosiliit ex agmine, primus in adversa fulminat acie, et veluti setiger sus turba canum septus, ita dux inimicis circumventus hos proterit, illos prosternit, Donec humano perfusus sanguine totus,
uno amisso comite Wacena[m], victor venit in sua castra iam ad radicem urbis Wissegrad

a) balantes 4. b) fide puriores *add.* A. *deest reli.* c) volantes nolentesque A. d) Grabissi 4. 4a. e) Gradeck 3. f) Rokytnicsám 2. Bruznicam 3. g) oppitulaverunt, *eraso* tu A. et omnes — oppilaverunt *omisso* 4. 4a. h) nec egredi nec ingredi posset quisque 3. nec egredi quisquam posset, nec ingredi quisquam 4. 4a. i) natione 2. k) nativitatis *inserit* 2b. l) Plsen 2. Pilzen 3. Pirzen 4. 4a. m) eis 4a. n) urbe 2b. o) vestros 4a. p) Borivoy *inserunt* 4. 4a. q) vertit 2b. r) Bruzinecam 2. s) a longe *desunt* 3. t) Wacslaw 2. Waceslaus 3. u) de satrapis *desunt* A. v) nuncium A. w) retrorsit A. 1. 2. x) maniplum 2. y) *deest* A. z) *deest* 2. a) expendunt 3. b) nimis *inserit* 3. c) et S. Wenceslaum *add.* 4. 4a. d) *deest* A. e) igastam *corr. al. man.* ius. A. e) nolebat 3. f) Bussae 3. g) inventor 3. h) utram 3. i) videbitis A. k) dux Wladislaus *inserunt* 4. 4a. l) gladio 2. *in textu, in margine* clypeo. m) Wacsesa 2. Wocena 3.

19) Virg. Aen. VII, 549. 20) Lucan. Phars. V, 7. 21) In epiphania Domini Heinricum cum principibus colloquium Redisponae habuisse testatur Ekkehardus. 22) In vita Wiperti et in calendario Pegaviensi duo tantum Wiperti filii occurrunt, Wipertus et Heinricus, ut observat Schwarz, qui conjicit Boh morum Waceslaum Misnensibus fuisse Wipertum iuniorem.

posita. Fit ingens clamor in castris prae gaudio, quia salvum ducem receperunt de praelio. Filius autem[a] Wigberti, velut anguis[b] quem pastor[c] sua peda[23] medium fregit, ille[d] attollens caput amissa cauda vix serpit, ita praedictus puer quibusdam amissis, quibusdam vero[e] graviter vulneratis,

Corde moerens valde subit[f] ardua moenia[24] Pragae.

Res similis prodigio, quotquot vulnerati fue unt, omnes interierunt. Quid admiramur[g] si propter unum scelus filiorum Pelonis[h] sol suos oculuit et obumbravit radios super civitatem Argos, cum inter has contiguas urbes tot peiora sunt patrata scelera? Crudelius enim civili geritur bello, ubi filius patrem cimbello[i] et pater filium provocat duello, alius cit[k] suum germanum ad monomachiam, alius fratrem ceu hostem captum ligat et expoliat, alius cognatum suum obtruncat, alius amicum quasi inimicum trucidat, ubique foeda res agitur[l] et abhominabile scelus patratur. O Iesu, bone Domine! quae pateris in homine? Quam pacienter expectas quo minus habeas[m] quos pro merito punire debeas[n]?

32. Interea dux Wladizlaus iam dudum praemiserat[o] Hermannum et Zezeman[p] comites
Dec. 25. ad regem Henricum, qui forte in urbe Bamberk proximum celebrabat[q] natale Domini. et promittens ei 500[r] marcas argenti[25], rogat suplex quo dignaretur, aut per se aut per suos nuncios, a fratre Borivoy instinctu Wicberti sublatum sibi restituere[s] ducatum. Rex autem, licet[t] eo tempore valde iratus esset Wicberto, magis tamen succensus amore denominati
1110. census, continuo exercitu concitato, inchoante dominicae incarnationis 1110. anno, in Ka-
Ian. 1. lendis[u] Ianuarii ingressus est[v] Boemiam. Et praemittens duos marchiones Depoldum[w] et Berngerum[x], mandat ut interposita pace Borivoy et frater eius Wladizlaus, simul Hermannus praesul atque filius Wicberti[y] caeterique Boemiae maiores natu, occurrant sibi ad curtem episcopi in villa Rokican[z]. Quo cum secundum regis iussum advenissent, sine omni audientia Borivoy et filius Wicberti capitur[a], praesulis autem causa probatur esse iusta, manu[b] regis auro uncta. Post haec omnes fautores Borivoy, iubente duce Wladizlao[b], alii visu privantur et censu, alii tantum[c] rebus substancialibus expoliantur, caeteri qui hanc cladem evadere valuerunt, ad Zoblezlaum filium regis in Poloniam fugierunt. Inter quos Iohannes, filius
26 Csta, de gente Wrissovic captus, de quo supra retulimus[26], iubente Vacek[d] visu privatus est et naso. Privitan[e] quoque similiter in eadem comprehensus seditione, qui videbatur senior esse in urbe Praga, cuius super humeros alligato[f] maximo cane scabioso et hesterno iure crapulato[g], raptus per barbam ter circa forum ductus est, cane reboante et suum demerdante[h] baiulum, et praecone acclamante: *Talem honorem portat, qui Wladizlao duci promissam fidem derogat.* Atque omni foro spectante, praecisa super tabulam eius barba, relegatus est versus Poloniam in exilium.

33. Nec tamen idcirco defuerunt infideles et discordiae seminatores, qui inter unanimes
27 fratres[27], Wladizlaum scilicet[i] et Ottonem, tantas discordiarum seminaverunt spinas[k], ut ad invicem mutuas pertimescerent insidias. Unde Otto invitatus a fratre[l] pertimuit venire ad
Apr. 10. Mai. 1. festum paschae. Post pascha vero in Kal.[m] Maii ad terciam vocationem Otto, suorum militum munitus praesidiis, venit ad fratrem suum Wladizlaum in condictam villam, quae dicitur Tinec[n][28] super monticulos. Ibi tota die de diversis causis concionati, datis et acceptis inter se sacramentis, uti visum est, sunt reconciliati. Sed quoniam idem Otto nobis interdixerat forum in villa Sekir Kostel[o], quod pater suus et mater pro remedio animarum suarum Deo et sancto Wencezlao nobis famulantibus[p] perpetuo habendum tradiderant, ego missus ex

a) *deest* 4. 4a. b) agnus A. 3. c) quem pastor *desunt* 2. d) *omissum* 4a. e) *deest* 2b. f) subiit 4. g) ammiramus 4a. h) Pelei *super* Pelonis 2b. Pelopis 4. i) inbello A. cum bello 2b. bello 3. *omissum* 4a. k) scit, *eraso* s A. citat 4a. l) *deest* 2. 2b. 3. m) habebas *corr.* habeas A. n) debebas *corr.* debeas A. o) *ita supersor. al. man.* A. *expuncto* proposuerat. p) Sazemam 2b. 3. 4a. q) celebrarat 2. 2b. 3. 4. 4a. r) X A. s) regnum vel *addunt* 4. 4a. t) *supersor. al. man.* A. u) III. Calend. 3. v) rex Heuricus *add.* 4. 4a. w) Diepoldum 2. 4. 4a. Diepuldum 2b. Dipoldum 3. x) Perngerum *corr.* Berng. A. Bereng. 2. Beringerum 4. 4a. y) Wigberti 1. z) Rokyczan 2. Rokitzan 3. a) capiuntur. 4. 4a. b) manus A. b) Wladizlu 1. Wladislaw 2. Wladislao 3. 50 c) autum A. d) Wack *supersor.* o *alia manu* 1. e) Priwitan 2. Priwithan 4. Priuithan 4a. f) allito 1. g) maximo — crapulato *desunt* 1. *sed manu recenti in margine adscripta.* h) demerdare *corr.* demerdante A. immundante 4. 4a. *sed in illo ab alia manu, quae vetus vocabulum, ut videtur, pudoris causa erasit.* i) scilicet W. A. k) sp. s. A. seminaverunt discordias *omisso* spinas 3. l) Wladislao *inserunt* 4. 4a. m) III. Cal. 2b. 3. n) Tinecz 2. Teynecz na Hurkach *in margine addit explicationis causa* 2b. Tynec 4. 4a. o) Costel 1. p) famiiaribus 1.

23) i. e. vestigio humani pedis, pede. 24) Virg. Aen. XII, 745. 25) Cfr. supra I, 35. 26) III, 27. 27) Patrueles erant. 28) Teynec ad Albim.

parte fratrum, coram duce et eius comitibus conquestus sum super Ottone[a], quod[b] lucernam parentum suorum, quam debuerat accendere, extinguebat. Et ille, *Ego*, inquit, *lucernam genitorum meorum non extinguo, sed nolo[c] ut in potestate episcopi sit, quod vobis specialiter datum esse scio. Et nunc non episcopo, non[d] alicui personae, sed Deo et sancto Wenceslao vobis famulantibus[e] praedictum forum restituo.* Et ita coram duce[f] et eius comitibus restituto[g] nobis[h] foro, post diem alteram Otto reversus est in Moraviam. 1110.

34. Item eiusdem anni 3. Idus Iulii indicta est generalis sinodus cunctis principibus terrae Boemorum[i] ad curtem Saczcam[k], quae sita est in medio pratorum. Ad quam similiter Otto vocatus, venit incaute cum paucis, confisus valde de nuper datis inter se et acceptis[l] sacramentis; ubi tercia die, iam definitis omnibus[m] negotiis, mane surgens Otto in castris praecipit[n] quaestionariis, ut sint parati cum suis necessariis ad repetendam viam. Ipse vero ascendit in curiam[o], accepturus a fratre suo licentiam. Quid multis moror? Cur non cicius quod sine mora factum est eloquor[p]? Ilico ceu ferocissimus[q] leo capitur[r] Otto velut a mitissimo agno duce Wladizlao. Cui cum sui consiliarii instarent, ut eum lumine privaret: *Nequaquam*, inquit[s], *assimilabor[t] duci Poloniensi Bolezlao, qui fratrum suum Sbigneu[u] sub fidei sacramentis advocavit dolis, et eum tercia die privavit oculis. Ego autem nolo cum fratre meo perpetuas inire discordias, sed volo castigare eum, ut castigatus resipiscat et cognoscat, atque sui posteri discant, quod terra Moravia et eius dominatores semper Boemorum principis sint sub potestate, sicut avus noster piae memoriae Bracizlaus ordinavit, qui eam primus dominio suo subiugavit.* Sed quid fortius forti viro? Ecce vir fortis inter armatas manus Otto tripudiat, et vinculis mancipatus laeta[v] facie et iocundo vultu, quasi ad epulas invitatus ibat[w], usque dum retruditur urbis Wissegrad in custodiam[x]. Ibi fertur dixisse ad eos, qui erant eum observantes per vigilias milites: Iul. 13.

Assimilantur[y] api linguae mendacis amici,
Cuius ab ore fluit mel, cauda sed[z] ultima pungit;
Me fore per talem deceptum credite fraudem,
Sed casus variae fortunae ferre necesse est.
Nec facit ista meus frater mihi[a], sed vir iniquus
Sic voluit Wacek, agitur sic iudice Prostey[b].
Quos ego! si vivam; me modo sed reprimam.

Post haec tempore non longo, reaedificato firmissimo castro Krivoplat[c][29] in silva iuxta fluvium Msam[d], traditus est ibi Otto armatis militibus ad custodiendum annis fere tribus. 30

35. Eodem anno duce Wladizlao et universa plebe Boemorum cum iocunditate et laeticia sui patroni[e] Wenceslai celebrantibus natalicia, nuncius affuit duci qui talia retulit: Sept. 28.
Vobis hic in tranquillitate et securitate convivantibus, sed fratre tuo[f] Sobezlao[g] et duce Poloniorum Bolezlao terram hanc depopulantibus, et populum quasi viles messis acervos diripientibus, ego vix solus aufugi[h], ut haec nunciarem tibi. Accelerate[i] viam, iam[k] claudite vestra promptuaria, linquite convivia, Mars vocat vos ad praelia, cras aderunt hostium armata[l] mille[m] milia. Qui continuo surgentes de convivio, et celeriter exercitu collecto, occurrunt eis ex ista parte amnis Cydlina[n] iuxta pagum qui dicitur Lucica[o][31]. Ast[p] alia de parte eiusdem amnis sine rapinis et sine incendiis ibant incedentes[q] Poloniorum phalanges, quoad usque pervenientes iuxta oppidum Oldris[r] applicuerunt ad undam Labe fluminis; inde mittunt ad ducem Wladizlaum dolo[s] dicentes: 31

Non nos hostilia portamus astilia[t],
nec venimus pugnare, sed te fratre[u] cum tuo pacificare.
Sin autem nostris monitis adquiescere non vis,
cras transibimus flumen, et caetera post haec Amen.

a) Ottonem A. b) quia 4a. c) volo 3. d) nec episcopo, nec 4a. e) familiaribus 1. f) Wladizlao *inserunt* 4. 4a. g) restituo 1. h) nobis rest. A. vobis 1. i) Boemis A. k) Saczkam 1. 2b. 4. 4a. Saczkam 2. Sacakam 3. l) et acceptis *desunt* A. m) *omittit* 2. n) praecepit 2b. o) curtem 4. 4a. p) cur — eloquor *desunt* 2b. q) fortissimus A. r) dominus *inserunt* 4. 4a. s) *deest* A. t) assim. sit A. assimulabor 2b. 3. 4. 4a. u) Ibigneu 1. 2. Zpigneum 4a. v) et a 3. w) gaudens *add.* 4. 4a. x) custodia A. y) assimulantur 2b. 3. z) eius 4. *) pungat 1. a) *deest* 4. b) Rosethey 1. 4. Rosciey 3. Waethey 4a. c) Krziwoklat 2. Krinoklat 2b. 4a. d) Msam 2. e) *deest* A. 1. sancti 2. 2b. 3. sanctissimi 4. 4a. f) vestro A. g) Sobieslao 2. Zobeslao 2b. 3. Zobeslao 4. h) efugi 2b. i) accelerat 4. k) *deest* A. l) *deest* 2. 2b. m) *deest* A. n) Cidlina 1. 2. o) Lucsica 2. p) est 2. q) incendentes A. r) Olokis 4. 4a. s) *deest* 4. t) arma 4. 4a. u) fr. te A. fratrem 2.

29) Cfr. Martini Galli chronicon et Roepell 1, 260. 30) Bürglitz. 31) in regione Chlumec.

1110. Ad haec dux Wladizlaus paucis respondit:

Non erit hoc anno puto[a] *pax sine sanguine magno,*
Ad foedus pacis[b] *quia nemo venit in armis.*
Transibis[c] *flumen, post caetera non erit Amen;*
Flumen transibis, sed non inpune redibis[d].
Caetera quae dicis faciam, fac caetera quae vis.

Et statim male credulus verbis hostium dolosis,
cum suis nocte illa transvadantes fluvium ante ortum solis,
ex adverso applicuerunt ripis[e] eiusdem fluminis.

Poloni[f] autem ut viderunt dolos suos[g] profecisse[h], fecerunt impetum super terram, et eam devastantes incendiis et rapinis, inmensa[i] praeda onerati iuxta pontes Criucy[k] sunt castra metati. Nostrates autem, quia illa nocte nimis fatigati fuerant, nec tam cito retransvadare[l] poterant, stabant stupefacti.

36. Ut autem dux[m] Wladizlaus se dolo deceptum intellexit, et suorum quorundam desides animos ad pugnandum sensit, ira et indignatio et conscia virtus in duce[n] exarsit, et quasi tuba[o] vehemens, quae ad bella milites concitat, ita eius oratio torpentes suorum mentes excitat: *O Boemi*, inquit, *olim fama terra marique incliti, virtutibus egregii, triumphis exhimii! Nunc vestri tributarii, quibus semper fuistis timori, vobis adhuc spirantibus insultant* 32 *et terram vestram devastant. An vobis tilienses*[p] 32 *pendent in femore enses? An soli Polonienses habent ferreos enses? Quo vobis*[q] *adhuc vivere? O sempiternum nobis et nostris posteris dedecus! Ecce Ceres vestra*[r] *favillat, Lares vestri usque ad nubila fumigant, Vulcanus tota terrae in superficie furit, et tamen adhuc corda vestra gelidiora glacie non urit? Aut si cor vestrum tabescit, saltem stomachus, qui iam fame languescit*[s]*, cur zelo iusticiae non exardescit? An non movet vos femineus planctus et ululatus,*

Qui raucis clamoribus ardua sydera tangit?

Quis lactentium[t] *singultus aut praegnantis*[u] *gemitus sive uxoris raptae a paganis non amaro corde percipit? Quis temperet*[v] *se a lacrimis, cum infantes suos ceu agnellos*[w] *vagientes*[x] *interfici, aut matris*[y] *ab ubere viderit abici? Atqui minus dolendum esset, si non a minus*[z] *dignis illatus dolor iste fuisset. Certe si tria tantummodo scuta habeam, non intermittam hodie ancipitem fortunam belli intemptatam.* Moxque ipse[a] dux[b] et totus simul exercitus, sicut unusquisque stabat in ripa, iam non quaerunt vada, sed sine ordine prosiliunt et transnatant aquam[b], optant mori pro patria. Vires dabat eis dolor et illata iniuria, festinant quoquo modo possent, etiam vitae suae per dispendium, inimicorum laetum disturbare 33 triumphum. Sed dux saepe dictus Poloniae postera die transiens rivulum Trutinam[33], quia his non ubique est pervius, iussit cum praeda suos et quosque debiles praecedere. Ipse vero in loco ad pugnam sibi apto[c] cum expeditis equitibus pro defensione suorum stetit repugnare[d] paratus. Haec ita fieri cernens Detrich[e], filius Busa[f], cuius supra saepe[g] mentionem fecimus, secedens in unum locum cum his qui suo lateri adhaerebant militibus, dixit ad eos: *Fratres mei et commilitones, quicunque pavidam aut mori timidum habet aliquam in suo carunculam corpore*[h]*, necesse est ut eam prius aut abscidat, aut nunc ab agmine nostro discedat*[i]. *Nam vilior est alga maris, qui nescit quam pulchrum sit*[k] *mori in armis.* Quorum ut vidit animos ad pugnam alacres, erant enim fere centum milites, velut lupus qui quaerit clam ex latibulo irrumpere[l] gregem, ita ille de[m] inproviso impetu cum magno ex nudo latere irruit in hostes. Ubi fere mille prostratis adversariis, fertur ut rabida tigris praedictus miles in confertissimos[n] hostium cuneos, et eos a[o] dextris et a sinistris obstantes, quasi spicas[p] tenerae segetis, acuto metit[q] gladio, donec inmani[r] vi telorum obrutus cecidit super ingentem occisorum struem. Boemi vero, qui in adversa fronte Martis pugnaverunt, heu! insueta lapsi fuga, terga dederunt. Sobezlau[s] cum Polonis infausta, quia plus quam civili, potitus est

a) *deest* 3. b) *supersc.* A. c) transibitis 4a. d) abibis A. redibis *supersc.* abibis 1. e) rupis 2. f) Polonii 1. g) non *inserunt* 4. 4a. h) perfeciase 2b. i) universa 3. k) Criuici 1. 3. Cryncsi 2. Criuci 2b. Kruici 4. 4a. l) transadare 1. 2b, transvadere 3. m) *omissum* 3. n) ducis 4. 4a. o) *al. man. in margine* A. p) tylienses 4. q) nobis A. 2. 3. 4. 4a. r) nostra 4. 4a. s) languescet 1. 2. t) lactantium 4. 4a. u) praegnantium 3. v) tempertet A. w) angellos 1. angelos 2. x) vaginantes A. y) matres 1. z) minis 4a. a) *deest* A. b) Wladislaus *add.* 4. 4a. b) atque *add.* 2b. c) aperto 4. 4a. d) pugnare A. e) Detrich 1. 4. f) Bosa 1. Busae 3. Buza 4. 4a. g) saepius 3. *deest* 4a. h) *vir* 3. *al. man. supersc.* A. *deest* 1. 2. 2b. 4. 4a. i) abscedat 3. k) est A. l) in *addit* 4. m) ex A. 3. 4a. n) confortissimos 4. o) ad 1. p) *deest* 2. q) mittit 2. r) nimia 3. s) Zobezlav 1. *et deinceps.*

32) tiliacei s. tilaginei, i. e. strepentes tantum, acie carentes. 33) Trautenau.

victoria. Facta est autem haec[a] strages 8. Idus Octobris, in qua Nosizlav[b] et Drisicray[c] fratres[d], filii Lubomir[e], et alii quam plurimi ceciderunt. 1110. Oct. 8.

37. Anno dominicae incarnationis 1111. regina Svatava[f] inter natos suos satagente, 1111. et episcopo Hermanno mediante, atque Wacek palatino comite, licet contra suam salutem id favente[g], dux Wladizlaus fratrem suum[h] Sobieslaw[i] revocavit de Polonia, et dedit ei civitatem Satec cum omni ad eam pertinente provincia.

38. Anno dominicae incarnationis 1112. regum antiquorum iuxta statutum[k], regis 1112. Heinrici quarti ad nutum dux Wladizlaus nepotem suum, Bracizlai filium et aequivocum, cum armata 300 clypeis legione[l] misit Romam[34]. Sed quoniam iam rex longe antea praeces- 1110. serat, praedictus puer cum suis transiens Bawariae alpes, invenit regem in urbe Werona, ibique cum eo celebravit pentecosten[35]. In Augusto autem mense intravit rex Romam cum[m] 1111. ingenti multitudine diversarum nationum atque linguarum, accepturus inperiales fasces iuxta Mai. 21. Aug. morem regum[36]. Et quia idem rex olim surrexerat in suum patrem, idcirco Paschalis[n] papa Apr. 13. iudicans eum infamem, nolebat eius implere voluntatem; quem rex ilico iussit capi, et adacto ense[o] iugulo coepit mortem minari. At ille timens mori, consensit eius voluntati, atque tercia die adinvicem pacificati, tocius Romani populi et cleri favorabili acclamatione imperator[p] augustus vocatur et ordinatur[37]. Altera autem die novus imperator tanta mittit apostolico Febr. dona[q], ut pro sui magnitudine humanae crederentur sufficere cupiditati. His ita peractis reversus est imperator in Bawariam, et nostrates ad suam incolomes rediere patriam.

39. Anno dominicae incarnationis 1113.[r] quibusdam hominibus qui vana et incerta 1113. libentius referunt, relatum est Sobezlao, quod frater suus, dux Wladizlaus, vellet eum capere, id suggerente et consiliante contra eum Wacek comite. Quibus ille respondit: *Aut ego moriar, aut qui talia molitur prius morietur quam ego capiar.* Et unde rem relatam magis opinaretur[s] veram esse, eadem hora[t] venit nuncius vocans eum fratris ad curiam. Qui acciens fere trecentos milites, adit[u] fratris curtem[v] cum paucis, caeteros non longius quam unius stadii spacio fecit stare cum armis. Ubi fratre salutato et prandio sumpto dux praecessit, praecipiens fratri suo ut eum sequeretur ad civitatem Wissegrad. Non enim longe, sed quasi 10 stadiis distabant[w] ab urbe. Tunc Sobezlaus mittens rogat Wacek comitem, quo per viam simul[x] gradientes sermocinarentur adinvicem. Quo facto, parum per viam[y] sermone communicato, ex utroque latere atque post tergum Wacek comiti incauto et innocenti

Rumpunt fatifero praecordia vulnere terno,
Mense quater denas Quintili intrante Kalendas.

Statimque Sobeslau reversus ad suos, tenuit viam volens per Zribiam transire in Poloniam, Iul. 18. valde enim timuit fratris sui praesentiam. Cumque transisset silvam, occurrit ei Erkembertus[z], praefectus de castro Donin, fallacis[a] Sribiae plenus versutiis, fingens multa amicabiliter pollicetur[b] ei, quod caesaris per gratiam omnem suam obtineret[c] iusticiam, si ad eius perveniret praesenciam, atque supplex invitat eum dolis, quatenus cum paucis secum ad convescendum[d] ascenderet in oppidum; erat enim ea tempestate praedictum castrum caesaris sub potestate. Mox inter prandendum, armata manu adhibita, super hospitem clausit[e] ostium, et post paucos dies vinculatum mittit versus Saxoniam in quoddam firmissimum castrum, nomine ....[f], tradens eum suo clerico, nomine Wondalrico[g], ad custodiendum. Videntes autem miliciae[h] contubernales dominum suum fraude captum, diffugiunt alii in Poloniam, alii reversi sunt in Boemiam.

Post unum mensem, sed[k] Christi per pietatem,

Sobeslau ab eodem clerico noctu sic absolvitur. Superioris domus inter cancellos ad colum-

a) *omittit* 4ª. b) Nozislav 1. 4. Noziclaw 2. Nozislau 2ᵇ. Nozislau 3. c) Drisykray 1. Driskray 2ᵇ. Dreikray *omisso* et 3. Drsicray 4. 4ª. d) *deest* A. e) Liubomir 2. Labomir 3. f) Zustaua 1. Swataua 2. g) *ita* A. 1. 4. faciente *rell.* h) fratrem s. W. A. dux *inserit* 2. i) Sobeslaum 3. Sobeslaum 4. 4ª. k) tum *al. man. superscr.* A. l) regione 2. m) *ita* A. in *rell.* n) Paschalus *corr. al. man.* 1. *deest* 3. o) ensis *corr. al. man.* 1. p) et *add.* 1. 4. q) *ita* 1. donaris *rell.* r) a *add.* 4ª. s) crederet A. crederetur 4. 4ª. t) ora 1. u) adiit A. v) curiam 4. 4ª. w) distabat A. 4. 4ª. x) secum A. y) per viam *desunt* 4. 4ª. z) Erkenbertus 4. *) *ita corr.* 1. pellacis A. 2 4. a) pollicitus 4. 4ª. b) contineret *corr.* obt. A. c) vescendum A. 2. d) clausum 2. 4ª. e) nomine *deest* A. 3. 4. *relictum vero est spatium vacuum in* 1. 2. 2ª. 2ᵇ. 4ª. f) Odaldrido 1. g) nuliere 2. h) *deest* 4. 4ª.

34) Hoc iam anno 1110. factum esse constat; cfr. Stenzel Fränk. Kaiser I, 630. 35) Anno 1111. ut annales Hildesheim. et tria Heinrici V. praecepta probant, data Veronae diebus 19—22. Maii 1111 Cfr. Boehmer 1999—2001. 36) Die 13. Aprilis Heinricus coronatus est imperator. 37) Iam mense Februario anni 1111. hoc factum est. Vid. Annales Romani Mon. Germ. SS. V, 474.

1113. nam fune ligata[a] dimissus est per murum in sporta, atque per eandem[a*] funem praedictus clericus similiter[b] dilapsus, cum quodam milite Counrado, filio Rivin[c], qui etiam et ipse conscius facti eadem nocte sub murum adhibuerat equos, et, sicut avicula emissa de cavea fugit et repetit silvam, ita illi lapsi celeri[d] fuga tendunt in Poloniam.

Dec. Eodem anno mense Decembri dux Wladizlaus fratrem suum Ottonem solvit a vinculis, et quam olim post obitum fratris sui Zuatopluk habuerat, reddidit ei dimidiam tocius Moraviae cum suis civitatibus provinciam.

1114. 40. Anno dominicae incarnationis 1114. mense Maio, iubente domno Ottone, Prostey[e]
Mai. et eius gener, qui cognominabatur[f] lenis Wacek, de quibus supra diximus[38], ambo privati sunt lumine[g].

Eodem anno Sobezlau quibusdam Polonis secum assumptis veniens ad castrum Kladsco[h], temptat precibus et promissionibus multis, quo[i] sibi cives aperirent portas urbis. Quibus non consentientibus, sed viriliter resistentibus, iuvenis praedictus[k] ira inflammatus succendit palacium quod prope murum situm erat. Vento autem incumbente ex adverso, inflammata sunt propugnacula in summitate turris, quae forte in antemurali stabant[l] propinqua muris. Unde urbani valde[m] turbati, iam desperantes saluti, rogant pacificam dari dextram pro vita tantummodo incolomi et singulari. Quibus concessa pace vix periculum[n] mortis evadentibus, combusta et funditus est eversa[o] civitas tota.

1115. 41. Anno dominicae incarnationis 1115. mense Ianuario dux Poloniorum Bolezlaus[p]
Ian. avunculo suo Wladizlao precarias[q] mittit litteras, scriptas in haec verba: *Si valuerint penes te preces meae, et obtinuerint fratri tuo germano Sobezlao locum indulgentiae, credo quod firmum sit et stabile nostrae pacis vinculum et amiciciae. Nam si pro inimicis te[r] exorarem, certe deberes facere, quanto[s] magis nunc liceat mihi intercedere, ut sitis concordes, quos mater sub uno corde portavit ventre? Equidem[t] sancto Petro sciscitanti[u] utrum fratri dimittat*
Matth. 18, 22. *septies in die peccanti, dictum est a Domino: „Non usque sepcies, sed usque[v] septuagies sepcies.“ Ergo hoc exemplo inbuimur, ut fratribus nostris tociens indulgeamus quot illi in nos non[w] possint[x] peccare[y] vicibus.* His exemplis et precibus dux Wladizlaus compulsus, immo innata
Mart. sibi super fratre suo[z] commotus[*] pietate, mense Marcio iterum pristinam revocat eum[a] ad[b] gratiam, et dat ei civitatem Gradec et totam circa adiacentem[c] cum quatuor castellis pro-
Iul. vinciam. Eiusdem anni mense Iulio dux Wladizlaus et fratres eius Otto et Sobezlau iuxta fluenta amnis Nizam[d] cum duce Poloniorum Bolezlau indictum[e] conveniunt[f] ad placitum, atque inter se datis et acceptis sacramentis confirmant foedera pacis. Altera autem die immensis muneribus mutuatim adinvicem oblatis, hylares ad proprios remeant lares. Interea-
Iun. 5. Wdalricc[g], ducis Cuonradi[h] filio, inevitabili fato e medio sublato[39], fratre vero eius iuniore Lutoldo olim antea similiter ab hac luce subtracto, filiis autem illorum[i] adhuc aetate parvulis, dux Wladizlaus germano suo Sobezlao dat totam illam[k] cum suis civitatibus provinciam[40], quam quondam pater praedictorum fratrum Cuonradus habuerat.

1116. 42. Anno dominicae incarnationis 1116. Ungara gens viribus ingens, opibus pollens, armis bellicis praepotens[l], et cum quovis rege terrarum pugnare sufficiens, regis sui Colo-
41 manni post obitum[41] principes eius mittunt[m] ad ducem Wladizlaum, quatenus cum rege novello nomine[n] Stephano[o.42] renovaret et corroboraret antiquam pacem et amiciciam. Quorum dux voluntati adquiescens, ea quae pacis sunt se facturum spopondit[p]. Ventum erat Olzavam[q] ad rivulum, qui tam Pannoniae quam Moraviae dirimit regnum. Et iam Ungara
43 gens innumerabilis, velut harena maris aut[r] pluviae stillae[s], in campo Lucsco[t.43] totam su-

a) ligatam 3. ligato 4a. a*) eundem 3. 4a. b) *deest* A. c) Ritan 2, *spatium vacuum* 2a Kram 2b. d) clerici *erasum* *supersc.* celeri A. e) Rosctey 1. Rosetey 2b. Rosethey 4. Rosethey 4a. f) cognominatur 1. g) oculis 4. 4a. h) Kladzko 1. i) quod 4a. k) Sobezlaus *add.* 4. 4a. l) stabat 2. 2b. 4. 4a. m) *deest* A. n) pro vita — periculum *desunt* 2b. o) eversa est A. p) Belezlaus 1. q) precatorias 4. 4a. r) te pro A. s) non *add.* A. 2. 2b. 3. 4. t) et quidem 1. *corr.* 4. u) sciscitante A. 3. 4a. v) *deest* A. w) *deest* 4a. x) possunt 2b. 3. y) *al. manu supersc.* A. z) *ita* 1. 4. *deest reli.* *) *deest* A. a) *deest* A. b) *ita* 1. in *reli.* c) circumiacentem 4. d) Nizzam 3. e) in condictum A. in dictum locum 4. 4a. f) veniunt A. g) Odaldrico 1. h) Conradi A. i) eorum 2b. k) tot. illam prov. A. l) praeponens *corr. al. man.* praepot. 1. m) intrant 3. n) *ita* A. 1. 4a. seu *id est* sancto 2. 2a. scilicet 3. o) et *add.* A. p) respondit 2. 4a. q) Olzawam 1. 2. Olzausm 3. Olzanam 4. 4a. r) ut 1. s) *deest* 3. t) Luczko 1. 2. 4. Luzko 2b.

38) III, 34. 39) Nonis Ianuariis, ut probatur ca- lendario Pegaviensi. 40) Brunnensem et Znay- mensem. 41) Obiit anno 1114. 42) Stephanus secundus. 43) Ut Palacky I, 380. coniicit, apud Hluk inter locos Brod Hungaricum et Ostrau.

perficiem terrae cooperuerant sicut locustae; dux autem alia ex parte praedicti amnis[a] metatus est castra. Sed[b] sicut ait scriptura, *Vae terrae, cuius est puer rex*, principes[c] eius per innatam sibi superbiam aberrantes, ad pacifica ducis verba remittunt[d] responsa magis rixam provocantia quam pacis osculum ferentia; unde dux illa die ad placitum distulit ire. Illi autem hoc indigne ferentes et aliter fieri suspicantes, tres armatas quas vocant hospitum legiones iubent extra castra ire et pro defensione sua[e] stare ex adversa parte amnis. Dux autem[f] aestimans[g] eos ad pugnam prorumpere, iussit suos arma capere[h], et cicius dicto contra eos terminalem transiliunt amnem. Mox inopina et inprosperata[i] nec praecogitata atrox et cruenta conseritur pugna, in qua filius Sdan[k], cuius supra meminimus, nomine Iurik[l], praefectus urbis Satec, miles acerrimus, cum aliis eiusdem civitatis proceribus acriter pugnando occubuit 3. Idus mense Maio[m]. Ast aliis terga vertentibus etiam ipse[n] dux est in fugam compulsus[o]. Otto autem et Sobezlau, habentes robustas quatuor phalangas[p], et totidem de Boemis fortes[q] accipientes cohortes[r], circuierunt[s] monticulum qui eos forte dirimebat, et repente irruerunt magno impetu super Ungarorum castra, ubi rex et sui proceres cum episcopis, nihil scientes de pugna[t] quae facta fuerat, sedebant et bibebant et epulabantur splendide. Quid multa? Nisi archiepiscopus Laurentius[44] cum rege cicius[u] aufugisset, nec ipse periculum mortis evasisset. Certe tot nobiles et ignobiles ibi interierunt Ungari[v], quot nec tempore sancti Oudalrici iuxta fluvium Leh[w] interisse referuntur[45]. Illae autem quas praediximus hospitum[x] legiones, quae etiam contra nostrum ducem bello praevaluerant, revertentes a caede, ut viderunt suos profugatos, alios coacervatim prostratos et hostes in castris tripudiantes[y], turpem inierunt fugam. Quos ut a longe aspexere[z] in castris[y] regis — iam enim ultra pontem Belim[*] posita erant castra[a] in campis, — aestimantes hostiles acies adhuc se insequi, multo plures submersi sunt in flumine Wag prae timore fugientes. Nostrates autem potiti victoria, in castris eorum nocte illa figunt tentoria, diripiunt milites Ungaricas gazas, scilicet ambiciosam in vasis aureis et argenteis habundantiam,

Inque suos vulgus bona caetera distrahit usus.

43. Anno dominicae incarnationis 1117, 3. Nonas Ianuarii[46], quinta existente feria, hora iam vespertinali, terrae motus factus est magnus, sed multo maior in partibus Longobardiae. Nam, uti fama referente percepimus, multa ibi aedificia ceciderunt, multa castella sunt diruta, multa monasteria sive delubra corruerunt[b] et multos homines oppresserunt.

Eodem anno,

Rerum[c] cunctarum comes indimota mearum,
Bis[d] Februi quinis obiit Bozetecha[e] Kalendis.

Similiter[f] eodem anno[g] et semper regnante domino nostro Iesu Christo, cuius in manu corda sunt regum, quo[h] etiam clementer inspirante, dux Wladizlaus recordatus est fratris sui Borivoy[47], cuius humilitatem iam Dominus[i] prospectans[k] arcis de throno ethere[l], misertus erat afflictionis eius et miseriae, et quia cui[m] Deus[n] miseretur homo non potest non misereri, statim praedictus dux iam nutu instinctus divino et Hermanni episcopi faciens omnia consilio[o], mittit et revocat mense Decembri fratrem suum Borivoy de exilio, et satisfaciens sibi ac semetipsum[p] eius submittens dominio, iterum collocat eum in principali solio. O mira ducis benignitas, sed magis admiranda aequanimitas, quem nec secularis delectat dignitas, nec contristat posita honoris sublimitas!

1116. Eccl. 10,16.

Mai. 13.

1117. Ian. 3.

Ian. 23.

Dec.

a) annis *corr. al. man.* amnis 1. b) *in margine* A. c) *corr.* 1. d) rem. verba resp. A. e) *corr.* 1. f) Wladislaus *add.* 4. 4a. g) est. eos A. h) rapere 4. i) inprospera A. inopinata et insperata 4. 4a. k) Stan 1. 2. Scan 3. Sthan 4. 4a. l) Iursik 2. Turick 3. m) Iunio 3. n) Wladislaus *inserunt* 4. 4a. o) compunctus 1. p) phalanges 2b. 3. q) *superscr. al. manu* A. r) choortes 1. s) circumierunt 3. t) depuna *corr.* de pugna 1. u) *deest* A. v) Pannones A. Pan. *superscr.* vel Ungari 1. Panones *vell.* w) Lech 4. 4a. x) *deest* A. hospitae 3. y) tripudiantes — castris *desunt* 2b. z) apparuere A. *) pontem Belin *al. man. superscr.* A. Belun *corr.* Belin 1. Bebin 3. Belin 4. 4a. a) regis *add.* A. b) *corr.* 1. c) *hi duo versus desunt in* 5. d) *al. man. superscr.* in 1. e) Bozetcha 1. Bosetcha 3. f) *deest* 4. 4a. g) volente omnipotente *inserunt* 4. 4a. h) qui 2. i) Deus 3. k) n *superscr. al. man.* 1. l) eię 1. m) cuius 4. 4a. n) misertus — Deus *desunt* 3. o) cum cons. A. p) semet 4.

44) Granensis. 45) Vita S. Udalrici c. 12. Mon. Germ. SS. IV. 400. 46) De terrae motu consentit Dodechinus; sed erat feria quarta, nisi statuas Cosmam more Bohemico horam solis cadentis primam diei horam habuisse; cfr. infra c. 49. et Pubitschka IV, 187. 47) In vinculis detinebatur in castro Hammerstein usque ad annum 1116.

1117. Iuvit sumpta ducem, iuvit dimissa potestas.
Talia quis unquam[a] audivit, dic rogo, facta?

Utinam haec audiret Colomannus[b] rex Pannonicus, si viveret! qui metuens ne germanus suus Almus post eum regnaret, ipsum et filium eius mentula privavit et lumine[48]. Borivoy autem[c] non inmemor accepti beneficii, dat fratri suo dimidiam sui ducatus partem, quae sita[d] ultra fluvium Labe[e], tendit ad aquilonem, eratque fratri suo licet iuniori[f] in omnibus obediens, et semper[g] eum praeveniens nichil sine suo[h] consilio gessit.

1118. Sept. 44. Anno dominicae incarnationis 1118. mense Septembri tanta fuit inundatio aquarum[i], quantam non reor fuisse post diluvium in orbe terrarum. Nam noster ille[k] fluvius Wltava repente praeceps erumpens de alveo, ah![l] quot villas, quot in hoc suburbio domus[m], casas et ecclesias suo impetu rapuit! Aliis namque temporibus tametsi hoc raro evénit ut unda alluens[n] vix tabulata pontis tangeret, haec autem inundatio altius quam 10 ulnis super pontem excrevit.

1119. Iul. 30. 45. Anno dominicae incarnationis 1119, 3. Kal. Augusti, feria vero quarta, cum esset iam inclinata[o] dies, ventus[p] vehemens, immo ipse Satân in turbine ab australi plaga repente irruens super solarium ducis in urbe Wissegrad, antiquum murum et eó firmissimum funditus subvertit. Et inde magis est admirandum, ex[q] utraque parte anteriori et posteriori integra et inconcussa manente, medietas palacii solotenus est eruta, et cicius quam tu festucam frangeres, trabes inferiores et superiores simul[r] cum ipsa domo impetus venti fregit in frusta et dispersit[s]. Fuit autem haec tempestas âdeo valida, ut quacunque parte incubuit, huius terrae silvas et arbores plantatas[t] et caetera sibi obstantia suo[u] impetu prostravit.

1120. 46. Anno dominicae incarnationis 1120.

Nunc, mea Musa, tuum digito compesce labellum.
Si bene docta sapis, caveas ne vera[v] loquaris,
Ut mecum sapias, breviter solummodo dicas:
Est Borivoy rursus regni[w] de culmine pulsus.

Aug. 16. Augusti quarta[x] post Idus sunt ea facta.

1121. 47. Anno dominicae incarnationis 1121. nimis[y] attenuatae sunt segetes propter nimiam siccitatem, quae fuit per tres[z] continuos[*] menses, Marcium scilicet et Aprilem atque Maium.

Eodem[a] anno dux Wladizlaus reaedificavit[b] oppidum Donîn[c], similiter et Podwîn[d] castrum, quod est in[e] Moravia[f] situm infra fluvium Zuratka[g].

48. Eodem anno quidam ex Teutonicis[h] infra terminos Boemorum in silva, ad quam itur per villam Belâ, in praerupta[i] rupe aedificant[k] castrum. Quod[l] audiens dux Wladizlaus[m], acceptis tribus scaris ex electis militibus, repente ex improviso irruens obtinuit castrum[l], ubi in primo accessu missis de muro sagittis vulnerati sunt, non tamen ad mortem, duo milites ducis, Oudalricus[n] filius Wacemil[o] et Olen filius Borsa. Illos autem Teutonicos, qui erant in castro capti, nisi comes Albertus[p] superveniens multis precibus et innata sibi sagacitate liberasset, procul dubio iam dux[q] in eadem silva omnes suspendi iusserat.

Eiusdem anni[r] fuit hiemps nimis ventosa[s] et calida et aquarum inundatio magna.

1122. Mart. 24. 49. Anno dominicae incarnationis 1122, 9. Kal.[t] Aprilis, fuit eclipsis lunae media nocte, qua Iudaicum erat pascha[u]. Eodem anno

Vir sacer Hermanus, doctrinae lumine clarus,
Ter subiit quinis Octobris fata Kalendis[49],

Sept. 17. dominica iam illucescente[v] die in[w] festo sancti Lantberti[x] episcopi et martiris, cuius dum vixit festum devotissime coluit, quia Traiectensi vico et ex eadem Lothrinia[y] ortus fuit prosapia.

a) *deest* A. b) Cholomannus 1. Kolmannus 4. Colmannus *rell.* c) *deest* A. d) est *al. man.* 1. e) et *superscr. al. atram.* 1. f) Wladizlaus *inserunt* 4. 4a. g) honore *add.* 4. 4a. h) *deest* 3. i) in Bohemia *inserunt* 4. 4a. k) *ita* 1. iste *rell.* l) ach ach 4. m) domos 3. dom'os 4. n) *ex margine antiquioris codicis add.* 2. i. invadens; *errore scribae pro .i.* (id est) inundans; *legit etiam* inundans 2b. *in margine.* o) inclita A. p) *deest* 4. q) *delet* A. r) *ita* A. *deest rell.* s) discerpsit 4. 4a. t) plantas 2b. u) *deest* 3. v) falsa *in margine ab alia manu* 2. w) regis 2b. x) quarto 3. y) nimio 3. z) *deest* A. *) contiguos 1. a) *ab hoc loco usque ad vocem* Zuratka *omnia desunt* 4. 4a. b) reaedificat 2b. c) Douin 3. d) Podwin 2. Podiwin 2b. Podium 3. e) *deest* A. f) Moravie A. g) Zuracka 3. h) heotonis 2. i) interrupta 3. k) aedificavit 2. 2b. 3. l) Quod audiens — castrum *desunt* 4. m) *corr.* A. n) Ôdaldicus 2. o) Wacemil 2. Wacemi 2b. Vecenul *omisso sequenti* et 3. p) Adalbertus 4. 4a. q) iam dux *desunt* 2. Wladizlaus *inserunt* 4. 4a. r) eodem anno 4. 4a. s) ventuosa 2. 4. 4a. t) *deest* A. 1. 2. 2b. 3. u) phase 1. 2. 4. pasche 2b. v) illucente *corr. al. man.* illucescente A. w) *deest* 2. x) Lamberti 1. 2. 4. y) *ita* A. 1. *corr. rec. manu* A. Lotharingia 4. de Lothrimia 4a.

48) Cfr. vita S. Ottonis ep. Bamberg. III, 42 49) Confirmat necrologium Bohemicum.

Hic nonam vicem sedis pontificalis gerens, rexit hanc ecclesiam annis 22, mensibus 6, die- 1122.
bus 17[a]. Erat enim spectabilis, incognitis formidabilis, domesticis affabilis, morum qualitate incomparabilis, lucerna lucens in mundo et ardens, nec sub modo sed super candelabrum posita, illuminabat corda non[b] credentium verbo doctrinae et exemplo, de cuius et aliis probis actibus, licet plura relatu digna eniteant, tamen ea intacta relinquimus propter instantis temporis homines, qui nichil boni ipsi operantes, aliorum benefacta credere audita renuunt. Verumtamen non videatur esse absurdum, si praepostero[c] ordine referamus, quae antea referre debuimus. Nam praedictus praesul[d] cum suam aegritudinem invalescere sentiret, et pauco familiares circa lectum[e] astare[f] videret[g], ingemuit et ait: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi, ve mihi*[h]*!* et obticuit. Illi autem stabant stupefacti[i], et intuebantur vultus suos adinv em taciti. Et pauló post iterum praesul aperuit os suum et inquit: *Olim debueram, cum sanus fueram, haec fari stando in ambone quae nunc compellor fateri iam spiritus mei in agone. Fateor enim quia*[k] *ego peccator*[l] *compeccantes de peccato suo non redargui, et potentes inique agentes et delinquentes non solum honoravi, verum etiam amavi, quos increpare, et si non obedirent, excommunicare debui. Postquam enim occubuit Bracizlaus*[m] *iunior*[50]*, quo nec fuit nec erit dux melior, hac in terra floruit iniquitas, germinavit superbia, pululavit fraus, dolus et iniusticia, et ego semper dolens dolui, quod mihi cum bono duce non licuit mori. Vae mihi!*[n] *quia*[o] *silui, quia*[p] *apostatricem gentem non revocavi, nec in gladio anathematis pro Christo dimicavi; sed me ipsum et populum christianum passus sum per tactum manus cum gente non sancta pollui, sicut scriptum est: „Qui tangit inmunda*[q]*, inmundus erit,“ et „qui* Levit. 22, 4. Eccl. 13, 1.
tetigerit picem, inquinabitur[r] *ab ea“ aut „quae conventio Christi ad Belial?“* 2. Cor. 6, 15
Apostatricem gentem dico Iudeos, qui per nostram negligentiam post baptismum relapsi sunt in iudaismum. Unde valde timeo ne Christus mihi[s] *hoc*[t] *obiciat, et inferiorem me proiciat in orcum. Nam huius intempesta noctis vox mihi audita est dicens: „Tu non ascendisti ex adverso, nec obposuisti murum pro domo Israel, ut stares in praelio in die*[u] *Domini; et gregem dominicum non auro, non argento, verum Christi precioso*[v] *sanguine redemptum, per unam morbidam ovicu-lam passus es contaminari et a coelesti regno exterminari.“ Heu mihi misero! qualem me esse vellem, quam diversum ab illo qualis olim eram, et nunc ipsemet mihi displiceo, quia parum boni me fecisse video.* Dixerat, et statim, ut supra retulimus,

Spiritus in vacuas fugiens evanuit auras[51]. 51

Post hunc Megnardus[w] fit praesul in ordine denus.

50. Eodem anno mense Marcio comes Bznata[x] de Ierosolimis[y] simul et de Galacia Mart.
rediit, et eiusdem anni 17. Kal. Novembris obiit. Item in[z] eodem anno mel et vindemia Oct. 16.
pleno cornu habundavit et segetes satis creverant, sed in aristis[a] granum non redundavit. Hunc annum secuta est hyemps calida, unde in sequenti aestate cernimus custodita glacie.

51. Anno dominicae incarnationis 1123. mense Marcio comes Dlugomil[a] et Gumpreht[b] 1123.
et Gilbertus[c] et Heinricus qui et Sdic[d], et[e] cum eis alii Hierosolimam perrexerunt[f], ex quibus quidam mense Novembri[g] redierunt, quidam ibi interierunt. Nam comes Dlugomil[h] Nov.
iam[i] in[k] revertendo 8. Idus Iulii obiit; similiter et Bertholdus[l] cliens Heinrici, filii mei, Iul. 8.
8. Idus Augusti moritur[m]. Aug. 6.

Impedior lacrimis nec possum promere scriptis,
Quis furor unanimes aut quae discordia fratres
Ceu geminos apros[n] in diram compulit iram.

Nam dux Wladizlaus inmani motus ira, contra fratrem suum Sobezlaum mense Marcio movit Mart.
arma, et eum[o] cum suis omnibus expulit de Moravia, et reddidit Conrado filio Lutoldi haereditatem suam[52]. Partem autem quartam illius regni, quam habuit tetrarcha Oudalricus[53],

a) VII. 3. b) *deest* 3. c) pre *al. man. superscr.* 1. d) Hermannus 4. e) suum *add.* 4. 4a. f) assistere A. g) videret *corr. al. man.* videret 1. h) *ita* A. v. n., *desunt vell.* i) obstupefacti 3. k) quod 2b. l) et indignus *inserunt* 4. 4a. m) dux *add.* 4. n) vae mihi *repetunt* 4. 4a. o) *ita corr.* A. quod 2b. p) quod 2b. q) immundam 2. immundum 2b. 3. 4. 4a. r) inquinatur 3. s) mihi 1. t) *deest* 1. u) in die *desunt* A. domo 2. v) *deest* 3. w) *ita* A. 4. Meynardus 1. 2. *et vell.* x) Wznata 2. 4. 4a. y) Hieros. 1. z) a *verbis* Eodem anno *usque ad* hunc locum *omnia desunt* 4. 4a. a) *ita corr. al. man. pro* astris A. a) Dlygomil 1. 2b. Dlabomil 2. b) Gumperht 1. Gumpreth 3. c) Gisilbertus 4. 4a. d) Zdik 2. Sdik 3. 4. 4a. e) atque A. f) per. Hier. A. g) Septembri 2. *in quo recentissima manus delelo* Sept. *supra scripsit* Nov. h) Dlygomil 1. 2. Dligomil 2b. i) *deest* 4. 4a. k) *deest* A. l) Bertoldus 1. 2. 4 m) obiit 3. n) *ita* A. tauros *superscr.* vel apros 1. tauros *vell.* o) *deest* 3. 4a.

50) Cfr. supra III. 13. 51) Virg. Aen. IV, 278. 52) provinciam Znaymensem. 53) provinciam Brunnensem.

1123. frater supradicti Lutoldi, addidit Ottoni, Suatopluk ducis fratri. Sobizlav autem fugiens a facie sui germani, adiit imperatorem in Maguntia urbe[a], sed parum sua[b] profecerunt negotia, quia sine pecunia apud omnes reges vanae sunt cuiuspiam preces, et legum obmutescit iusticia. Tunc veluti lupus, qui inhians invadit[c] gregem, et frustra captans cum nil prehendit[d], submittens caudam repetit silvam[e], sic Sobezlaus apud caesarem infecta causa tendit[f] ad Wicpertum, et apud eum[g] per septem menses conversatus est[h]. Deinde mense
Nov. Novembri transiit[i] in Poloniam; quem dux Bolezlaus honeste in sua recepit, coniugem[54] autem eius Almuse, ducis gnatam[k], Stephanus rex Pannonicus gratanter recepit, recognoscens cognatam suam[54].

Item in quadragesima fere per universum orbem[l] aeriae potestates quasi plurimae stellae, etsi non ceciderunt, visae sunt tamen cecidisse[m] in terram, huic simile Dominus dicit
Lucae10,18. in euangelio: *Videbam Satanam, quasi fulgur de coelo cadentem.*

52. Eodem anno maxima fuit ubertas tam autumno quam vere seminatis in frugibus, nisi quod grando locis nocuit in pluribus; mel autem in campestribus fuit habunde, in silvestribus locis minime. Hiemps aspera fuit nimis[n] et nivosa. Iamque eodem vergente[o]
55 anno[p], marchionis Dedii[q.55] extrema stirpe fato extirpata[56], imperator quartus Heinricus praedicti Dedii marchionatum[r] putans haerede desolatum, dederat Wicperti sub potenciam. Sed erat in Saxonia quidam[s] nomine Conradus[57], ex tribu eiusdem Dedii natus, ad cuius manus iure pertinebat ille marchionatus; unde dux Lutera[t] et alii Saxones valde indignantes contra imperatorem, susceperunt bellum adversus Wicpertum.

53. Hisdem diebus dux Wladizlaus et Otto, sicut praeceperat eis imperator, tam Boemiae quam Moraviae coadunato exercitu transeuntes silvam, metati sunt castra ultra[u] oppidum Guozdec[v] ex adverso praedicti ducis. Praesul autem Maguntinus et comes Wicpertus
58 citra[w] fluvium Mlidava[x.58] stabant gravi cum[y] multitudine armata; Saxones autem positi castra in medio dirimebant eos, nec sinebant[z] insimul coire adversarios suos[a]. Tunc dux Boemiae et Otto miserunt ad Saxones dicentes: *Non nos per superbiam contra vos sumpsimus arma, sed iussu imperatoris venimus in auxilium Maguntino archiepiscopo*[b.59] *et Wicperto comiti. Sed quoniam hii non assunt, qui adesse et primam committere pugnam debuerant, vos*[b] *tantummodo cedite nobis loco, ut habeamus occasionem revertendi*[c]*, videlicet et vos cessisse, et nos stetisse*[d] *et expectasse eos*[e] *in condicto loco.* Ad haec Lutera[f] dux respondit dicens: *Miror vos prudentes viros apertos non deprehendere*[g] *animo dolos, quibus inducti frustra contra nos movistis arma innocuos. An ulla*[h] *putatis carere dolis consilia Maguntini archipraesulis Adalberti? An nondum eius Atticam prudentiam satis experti estis? Sic*[i]*, sic notus est vobis Wicpertus, alter Ulixes*[k]*, qui circa eiusdem praesulis callipodium informatus est. Cur ipsi non veniunt, nos*[l] *ut salutent qui libenter eos resalutant? Sed tucius est a longe expectare, quam manu committere bellum, et alterius incommodo*[m] *suum comparare*[n] *commodum. Certe,*
60 *quivis*[o] *lippis*[p] *potest perspicere*[q] *oculis*[60]*, quid*[r] *ipsi machinantur suis dolis. Sciunt enim et bene sapiunt, quia, si vos vincitis, quod non*[s] *sine magno vestri dampno*[t] *dabitur vincere Saxones*[u]*; sin autem vobis*[v] *potenter*[w] *praevalere poterimus, Boemiam suis defensoribus*[x] *viduatam facilius invadere*[y] *quibunt. Hoc vult imperator, hoc praesul Maguntinus consiliatur*[z]*. Sic semper vester gener Wicpertus Boemis amicatur. Nam germanus suus*[aa] *Sobezlaus, quem nuper Wicpertus ob*[a] *voluntatem tuam*[b] *dolo abegit in Poloniam, nisi cito ad eundem Wicpertum revertatur, amplius mihi non credatur. Nos autem sciatis magis paratos congredi praelio quam vobis cedere loco.* His auditis male creduli verbis dolo compositis Boemi, depopulata regione quae
Nov.24. est circa urbem Misen, reversi sunt ad propria, sole morante in 15. Sagittarii parte[c].

a) *ita* 1. in urbe Maguntina 4. *deest rell.* b) *deest* A. c) *deest* 4. d) comprehendit 2. 4a. prendit 3. 4. e) *repetit* silvam subm. caud. cum nil preh. A. f) tetendit 4. 4a. g) mensit A. A°. *hoc loco.* h) *deest* A. i) transit 2. 2b. 3. k) natam *corr.* A. l) urbem 1. m) recidisse 3. n) *deest* 4. 4a. o) urgente 2. 3. vigente 2b. p) an. verg. A. q) Deda 3. r) tum *al. man.* 1. s) quid. in Sax. 1. t) Ludera *corr.* Lutera A. u) circa 2. v) Guozdecz 2. w) circa 3. 4. x) Multana 3. Mildeua 4. 4a. y) *deest* 3. z) videbant 4. 4a. aa) nec — suos *in margine* 1. a) *ita* 1. archipraesuli *rell.* b) *deest* 1. c) referendi 3. d) et nos stetisse *desunt* 1. e) vos 4. 4a. f) *corr.* A. Ludera 2. 4. g) reprehendere 1. h) nulle 4. 4a. i) si sic 3. k) Ultres 2. Ulyxes 2b. l) nos *corr.* hos A. nos 1. *rell.* m) incommodum *corr. al. m.* 1. n) parare 2b. o) *ita* A. *corr. al. man.* quis 1. *rell.* p) lippus est 4. 4a. q) prospicere 3. r) quod 2b. s) *deest* A. t) non A. *i. l.* u) Saxones 1. v) *ita corr.* 1. nos A. *et rell.* w) poter 1. x) *corr.* A. y) inquirere 2. z) consiliator 1. aa) tuus 4. a) ad A. b) suum 2. 2b. 3. c) arce 1.

54) Nomen ei erat Adelheidae. Stephanus rex erat filius Colomanni, fratris Almi ducis. 55) De erat Heinricus iunior marchio Missnensis. Cfr. vita Wiperti c. 11. 57) comes Wettinensis. 58) Mulde. tribu Buzici cfr. Thietmar. VI, 34. 56) Ultimus 59) Alberto. 60) Hor. Serm. I, 3, 25.

54. Anno dominicae incarnationis 1124, 2. Idus Februarii Hermannus, frater Willalmi, et Lutobor[a], filius Martini, perrexerunt Hierosolimam. Eodem anno[b] 1124. Febr. 12.

Dux[d] Borivoy Nonis bis binis mense Plutonis[61], Febr. 2.
Exul in Ungaria carnis compage[e] soluta[f],
Ad Christum migrat pura quem mente colebat,
Cum quo nunc ampla coeli laetatur in aula.
Huius post omnes[g] vitae mundique labores,
Exul ter quinis quos[h] degens pertulit annis,
E quibus est passus bis ternos[i] carcere clausus,
Bis sublimatus solio, cur bis[k] reprobatus[l]
Non mihi rimari[m] fas est vel talia fari;
Scit qui cuncta creat Deus atque creata gubernat.
Qui legit haec dicat: *Borivoy dux nunc ibi vivat*[n],
Est ubi sanctarum pars[o] *et requies animarum*[p].

Sepultus est autem in Praga metropoli, anno tunc labenti[q] bissextili[r] pridie Idus Marcii, ad principalem ecclesiam sanctorum martirum Viti, Wencezlay atque[s] Adalberti in cripta sancti Martini episcopi et confessoris[t]. Mart. 14.

55. Item eiusdem anni in quadragesima, 9.[u] Kal. Aprilis, praesul[v] Megnardus[w] casu reperiens in sacrario ossa Podiwin[x] condit humi in capella, quae est sub turre inter altare sancti Nicolay episcopi et confessoris[y] et tumulum Gebeardi episcopi. Hic fuit cliens et individuus comes in labore et aerumpna sancti Wencezlai martiris, de cuius actibus in vita sius sancti[z] satis declaratur scire volentibus. Tempore enim[a] suo Severus sextus huius sedis episcopus ampliorem dilatans[b] capellam, circa sacram praedicti patroni tumbam ossa praedicti clientis effodiens, quia aliter non poterat fundari murus, et collocans ea in sarcophago, posuerat in camera, ubi ecclesiastica servabantur xenia. Item 8. Idus Aprilis in die paschae caesar Heinricus quartus mittens epistolas ad omnes regni sui principes et episcopos, praecepit, quatenus omni occasione postposita 4. Non. Maii in urbe Bamberch[c] ad suam coadunarentur curiam[62]. Mart. 24. Apr. 6. Mai. 4.

56. Interea Sobezlau, nostri ducis frater, linquens Poloniam, tenuit cum suis omnibus[d] viam ad ducem Saxoniae Luteram[e], sperans tanti viri consilio simul et auxilio potiri. A quo honorifice suscipitur hospicio, et optato[f] suae spei potitur solatio. Nam praedictus dux, ut cognovit principem Boemiae[g] regali interesse curiae[h], misit legatum cum hospite suo ad caesarem dicens: *Regiae potestati et imperatoriae dignitati congruit, patientibus iniuriam clementer subvenire, et eam facientibus iusticiae rigore regaliter obviare*[i]. *Cuius gratiae experimentum et principalis censurae nobis et cunctis*[k] *gentibus dabitis*[l] *documentum, si huic innocenti viro et iniuriam pacienti Sobezlao iusticiam faciens, fratri suo eum reconcilies.* Unde caesar valde indignatus, respiciens ad omnem coetum suum[m] dixit[n]: *Satis pro imperio iste*[o] *locutus est marchio; ipse nobis facit iniuriam, et ulcisci poscit iniuriam. Nam si mihi congruit, ut*[p] *ipse fatetur, alienas ulcisci iniurias, cur non prius ulciscar meas? Aut quaenam maior potest esse iniuria, quam quod ipse vocatus non venit ad nostra concilia? Ergo quemcunque*[q] *zelus iusticiae et haec mordet iniuria, spondeat nunc fidem super sacra plenaria, quod sua tollat arma, et sequatur me post festum sancti Iacobi apostoli in Saxoniam.* Assenciunt omnes et collaudant principes, atque coniurant bellum adversus Saxones secundum edictum caesaris. Iul. 25.

a) Liutober 2. 2ᵇ. 4. 4ª. b) *a verbis* II. Idus *usque ad hunc locum omnia desunt* 4. 4ª. d) Boemorum *insecuti* 4. 4ª. e) compaga *corr. al. man.* compage 1. f) saluta *corr. al. man.* soluto 1. g) omnis 4ª. h) quo 1. i) *ita* 1. 4. 4ª. *supersc. eodem m.* 1. *in textu* sex annos: *ita quoque* A. *et rell.* k) torbis 2ᵇ. bis 3. l) reprobatur 3. m) *ita* A. scrutari *supersc.* vel rimari 1. *eadem manu* scrutari *rell.* n) *ita* 1. *supersc. ead. man. loco* requiescat, *quod* A. *et rell.* o) *super vocem* pars *adscriptum* pax 2ᵇ. p) *deest* à cersus A. q) habenti 2. r) sextali A. s) *deest* 3. 4ª. t) episcopi et confessoris *desunt* A. u) VIII. A. 2. 4. v) *deest* 3. w) Meinardus 1. Meynhardus 2. Meginhardus 2ᵇ. x) Podiuen 1. 2ᵇ. 4. 4ª. Pediuen 3. y) et confessoris *desunt* A. z) *deest* A. 3. 4ª. *) autem A. a) *recentiori man. supersc.* fabricavit 1. b) *in margine* A. Bamberk 1. Babenberch 4. c) omn. suis A. d) *ita* 1. Ludersm A. e) et op. *erasa* 1. f) *deest* A. g) Wladislai *addit* A. *deest in rell.* b) *corr.* 1. i) omnibus 4. k) dabis 2ᵇ. l) suum coet. A. m) dicens *corr.* dixit A. 1. dicens 2. n) *deest* 2ᵇ. o) uti 2. 2ᵇ. 4. p) quaecunque 4. 4ª.

61) 4. Non. Febr. testibus calendario Pegaviensi et necrologio Bohemico. K. — Macrob. Saturn. I, 13: *secundum (mensem) dicavit Februo deo, qui lustrationum potens creditur; lustrari autem eo mense civitatem necesse erat, quo statuit, ut iusta Diis Manibus solverentur.* Cf. Ovid. Fast. II, 33 sq. Plut. Numa 20. Iohanne Lydo auctore (de mens. p. 68.) Februus apud veteres Etruscos deus inferiorum erat, aut pater Plutonis, aut idem qui Pluto. GROTEFEND.

62) Cfr. Ekkehardi chronicon.

1124. Hisdem diebus[63] moritur gener Wratizlai regis Wicbertus, de quo supra satis meminimus[a].
Mai 22. Videns autem Sobezlav, quia fortuna et regis[b] censum[c] magis iuvat fratrem suum maiorem
64 natu, vertit iter ad Wiperti natum[64], quo consolaretur[d] de obitu sui patris[e] suum per sororem cognatum, et[f] exinde misit ad Poloniae principem[g] Stephanum comitem: per hunc enim sua omnia disponebat consilia. Qui cum transiret silvam quae est inter Saxoniam et Poloniam, incidit in armatas latronum manus. Qui a longe stantes inquiunt ad eos: *Parcimus et miserescimus vobis atque concedimus vitam, ite vestram cum pace viam; equos autem et omnia quae portatis linquite nobis, neque enim pauci multis resistere aut fugere quitis.* Quibus Stephanus imperterritus: *Parvum,* inquit, *date nobis*[h] *spacium inire consilium.* Illis autem concedentibus, dixit comes: *O fratres et o socii, ultimae iam*[i] *sortis ne timeatis casum fortunae mortis, quisnam nobis suum*[k] *franget panem versis*[l] *in fugam turpem? Aut post continuatam turpiter vitam quis nobis tribuet necessaria vitae? Ei*[m] *utrum hanc barbari*[n] *nobis*[o] *concedant ignoramus. Heu frustra sero poenitebit*[p] *nos non occubuisse viriliter, cum diversis poenis affectos, hunc naribus truncatum, alterum oculis privatum, dabunt nos*[q] *in parabolam et fabulam cunctis gentibus.* At illi unanimiter inquiunt: *Moriamur, moriamur; sed videamus ne inulti moriamur.* Quos ut viderunt pagani magis ad pugnam quam in fugam aptare[r] arma, repente irruunt[s] super eos. Fit monstruosa pugna inter quinque ancilia et[t] quinquaginta fortium scuta. Presbiter autem ex eis, cui animas suas commendaverant, habens arcum et faretram, fugit; quem unus ex latronibus, videns virum[u] inhermem, insequitur fugientem. At ille[v] non valens evadere, misit retro sagittam, et percussit equum in mediam frontem, ceciditque equus et ascensor eius retro. Sicque solus presbiter evasit, et nunciavit in urbe Glogov[w] quae facta fuerant. Praefectus autem illius urbis nomine Nozizlav[x], cum[y] multis[z] accelerans illuc armatis, invenit Stephanum semivivum in media aqua Bobr[65] super frutices haerentem — nam barbari, ut viderunt multos de suis interfectos et alios vulneratos, irati valde praecipitaverunt eum in[a] praedictum fluvium —; quem praefatus praefectus suscipiens[b]
Iun. 1. et eius socios adhuc semivivos tulit in castrum suum, ibique[c] Stephanus in[d] Kal. Iunii dominica die moritur. Sobezlau autem hisdem temporibus apud Wiperti filium morabatur, quia post obitum patris sui praedictus puer[66] atrociter ab inimicis undique[e] coartabatur.

Iul. Eodem anno mense Iulio dux Wladizlaus natam suam primogenitam nomine Suatavam[67], cum magno muliebri cultu et nimio census apparatu, dat nuptum cuidam inter Bava-
68 ros[f] primates famosissimo viro nomine Fridrico[68].

57. Eodem anno Christi[g] Dei virtus et Dei[h] sapientia, cuncta suo[i] nutu gubernans subsistencia, hanc terrulam dignatus est sua eruere clemencia a laqueo Satanae[k] et eius filii Iacobi Apellae[l][69]. Cuius picea dextra quaecunque[m] tetigerit, inquinat, et oris anelitus, ceu basilisci foetidus, quos afflat, necat[n]; de quo etiam plurimi testantur veridici homines, quod saepe visus sit[o] Sathan in humana effigie eius lateri adhaerere atque sua obsequia exhibere. Unde eum in tantam suis artibus extulit audaciam, immo demenciam, ut excedens suum modum tam sceleratissimus homo post ducem vicedomini[p] fungeretur officio; quod erat magnum cahos christiano populo. Hic idem[q] post baptisma factus apostata, altare quod erat aedificatum et consecratum in sinagoga eorum in nocte destruxit, et sumens sacras reliquias, non est veritus eas in suam mittere cloacam. Hunc talem[r] sacrilegum atque maleficum dux
Iul. 22. Deo plenus Wladizlaus, zelum Christi zelans[s], 11. Kal. Augusti tenuit atque sub arta iussit eum constringi custodia. Ah[t]! quantum de mammonâ iniquitatis ex domo eiusdem subplantatoris sublatum est et in fiscum ducis[u] redactum! Praeterea sui compares in scelere Iudei,

a) memini 3. b) *corr. al. manu* A. c) census 2ᵇ. censura 3. d) eum *supersc. al. man.* 1. e) fratris *corr. alia manu in margine* patris A f) *deest* A. g) princ. Pol. A. h) *deest* 3. i) *deest* A. k) *deest* 4. 4ᵃ. l) inversis 1. *sed corr.* 3. m) ea 1. n) babati 1. o) nobis hanc A. p) poenitebis 1. q) vos 2. r) aptarier 1. *corr.* aptarier 2. aptari 4. s) *corr.* A. t) inter *add.* 3. u) virum vid. A. v) *deest* 4. w) Gloglou 4. x) Voyslav 1. Voyslau 2ᵇ. 3. Woyslaus 4. 4ᵃ. y) *al. manu supersc.* A. z) *deest* A. a) Boler 3. Borb 4. 4ᵃ. a) ipsum A. b) suspiciens *corr. al. m.* suscip. 1. c) ubi 4. 4ᵃ. d) tertio 2ᵇ. III. 3. e) undique ab in. A. f) Bavaricos 1. in turba varios 2. g) *vita* 1. X A. h) *deest* 3. i) sub 4. k) satanęę 1. l) ocroicnica *vel tale quid supersc. al. man.* 1. m) quemcunque 4. 4ᵃ. n) afflauerat *omisso* necat 3. o) est 2. p) vice Deum 3. vicedomni 4. 4ᵃ. q) Iacobus *inserunt* 4. 4ᵃ. r) Iudaeum *inserunt* 4ᵃ. s) zelatus 4. 4ᵃ. t) ah *repetunt* 4. 4ᵃ. u) Wladislai *add.* 4. 4ᵃ.

63) 11. Kal. Iun. Consentiunt vita Wiperti c. 12 et calendarium Pegaviense. 64) Heinricum. Wipertus filius maior natu ante patrem obierat. 65) Bober. 66) i. e. iuvenis, ut observat Schwarz; interfuit enim iam anno 1115. proelio Welfesholzensi, cfr. vita Wiperti c. 11. 67) Germanis Lultgarda. 68) comiti Bogensi. 69) i. e. Iudaei, ex Horatiano: *Credat Iudaeus Apella.*

ne praedictus manzer capite plecteretur, tria milia argenti et centum auri libras compo- 1124.
suerunt duci[a]. Quod autem[b] dux, gratia Dei instinctus, christiana mancipia ab omnibus Iudeis redemit, et ut nullus ultra christianus serviret eis[c], interdixit, amen, amen, inquam; quicquid unquam deliquit, totum in hoc laudabili facto delevit et nomen sibi aeternum ascivit.

O[d] Christi famula pia Magdalena Maria,
Semper devota tibi promit plebs sua vota,
quoniam in tuo festo eruta est ab hoste infesto.

Item eodem anno 3. Idus Augusti 11. hora diei solis eclypsis fuit, et secuta est maxima pesti- Aug. 11.
lentia boum ovium atque[e] suum; apes multae interierunt, penuria mellis fuit nimia. Segetes[f] autumnales defuerunt simul et vernales, praeter solum milium et pisam.

Eodem anno dux Wladislaus, vir[g] praeclarus et venerandus, natale Domini et epipha- Dec. 25. o
niam in villa Stebecna celebravit. Deinde, quoniam[h] infirmabatur, transfert se[i] in urbem Isn. 6.
Wissegrad, ibique[k] ad suum obitum mansit. Eiusdem hiemis intrante vere vehementissimi incubuerunt venti per totam lunationem mensis Marcii[l].

58. Anno dominicae incarnationis 1125. Sobezlau audiens fratrem suum[m] graviter in- 1125.
firmari, inito consilio amicorum salubri, immo sic iam disponente Dei nutu, cum omni suo comitatu de Saxonia rediit, et 4. Nonas Februarii prope urbem[n] Pragam in silva, quae est Febr. 2.
circa coenobium Brevnov[o], noctu applicuerat. Latet causa, quid ipse hac in re faciendum disposuerat; neque enim tantae indolis heros tam temere hanc terram intrasset, si non aliqui[p] ex comitibus extitissent, quorum consilio id, ut reor, egerat. Namque eadem nocte retro pedem torquens, huc et illuc, nunc[q] per silvas, modo per villas latenter circuibat terram, nemini vim inferens aliquam, sed semper[r] fratris sui quaeritans[s] gratiam. Omnes quidem Boemi primi et secundi ordinis[t] eum diligebant et eius parti[u] favebant, sola autem ductrix[69] et pauci cum ea adiuvabant Ottonem. Qui, quoniam sororem eius[70] sibi copularat[v], 69
omnibus modis nitebatur, quo post virum suum Otto potiretur solio. Ducis autem magis magisque invalescens morbus nimis eius exhauriebat corpus. Inter haec primates terrae conturbati[w] ceu pisces in turbida aquā, incerti dum mente titubarent[x] consternati, regina Suatava[y] mater ducis praemonita et instructa Sobezlai[z] ab amicis venit, ut visitaret filium suum, et sic locuta est ad eum: *Mater ego tua cum sim et regina, supplex et timida ad tua venio genua, et quibus te tenerum excepi, pro[a] fratre tuo[b] coram te iam tremulis procumbo genibus. Nec enim ea quae iure possint negari peto, sed quae sunt et[b] Deo placita et hominibus accepta. Placet enim Deo, sicut ipse dixit: „Honora patrem tuum et matrem", ut meas aniles placide suscipias preces, et hanc rugosam lacrimisque obortam[c] precor ne confundas faciem. Liceat mihi vetulae matri apud filium suum[d] impetrare quod rogat et postulat prostratus laôn universus Boemiae, liceat mihi decrepitae vos videre pacatos, quos pari conditione ex meo utero generatos video, gratia[e] Dei, bene educatos. Contingat mihi aniculae cito morituraе non prius mori[f], quam huic incomparabili meo Deus conferat solamen moerori. Merito quidem moereo[g], quia fera Herinis hac in terra regnat, et vos fratres, olim unanimes, nunc in praelia armat*[71]. 71
Quis enim ignorat, quod camisia propior sit corpori quam tunica? Natura quippe quae fecit propinquiorem genitura, facit ut sit suis propicior et in omni rerum procurata. Ille autem, ille[h] quem tibi fratrem facis, et cui modo tuae sobolis et carae coniugis curam iniungis et in tutelam committis, crede mihi matri, ipse primus erit eis in laqueum et in foveam et in scandalum. Iste autem quem a te elongas et quasi alienum reputas, cum sit tuus germanus, multo

a) *deest* 4. 4ª. b) quod accipiens 4. 4ª. c) Iudaeis 4. 4ª. d) o pia Chr. A. e) *deest* 4. 4ª. f) Segetes — pisam *desunt* A. g) dux 3. *omittunt* 4. 4ª. h) quandoquidem 2ᵇ. quia 3. i) transferri se iubet 4. 4ª. k) neque *add.* 2ᵇ. 4. 4ª. l) Marci 1. *In cod. A. sequuntur hi versus uncis inclusi, qui desunt in reli:*

[Anno milleno sexageno que deno
Anglorum mele crinem sensere comete.
Anno milleno centeno quo minus uno
Hierosolima Franci capiunt virtute potenti.]

m) Wladislaum *add.* 4. 4ª. n) *deest* A. o) Brzewnów 2. Breunen 2ᵇ. Brounou 3. Breunev 4. 4ª. p) alii 2. q) *deest* A. r) *deest* A. s) *deest* A. t) ordines 1. u) *al. man. in margine* A. *in textu* patri. v) copulavat A. w) turbati A. x) titubarunt 3. y) Zuatava 1. Zwatava 4. z) Sob. ab am. A. a) cum A. b) ex 1. c) abortam 2. obrutam 2ᵇ. d) si non 3. e) *corr.* A. f) *corr.* A. g) mereor 1. morior 4. 4ª. h) *deest* 4. 4ª.

69) Richsa filia Heinrici comitis Bergensis. Vide Pubitschka IV, 157. 70) Sophiam. 71) Virg. Aen. VII, 335.

1125. *clemencior in tuos*[a] *erit, quam tui patrui natus, cui post te decernis paterni solium ducatus.* Dixerat,

Et flebat natumque[b] suo[c] angebat ploratu.

Quem ut vidit simul collacrimantem, haec adiecit dicens: *Non tua, fili mi, inevitanda homini deploro fata*[d], *verum fratris tui miserabiliorem morte vitam defleo, qui profugus, vagus et exul mallet*[e] *nunc feliciter mori quam infeliciter vivere.* Cui natus[f], perfusus faciem lacrimis, *Faciam*, inquit, *mater mea, faciam quod hortaris, non*[g] *sum adamante vel execrabili*[h] *genitus Caribdi, ut non reminiscar uterini fratris*[i]. Interea rediens praesul[k] Bambergensis[l] ecclesiae Otto, miles Christi indolis[m], victis et destructis Pomoranorum idolis, visitat ducem iam viribus prae infirmitate deficientem. Cui dux[n] cum sese et animam suam per sanctam confessionem commisisset, non prius posse dari aut consequi indulgentiam praesul[o] spopondit, quam fratri suo pacem veram et firmam promisisset et[p] gratiam. Moxque praesul praedictus curam animae ejus et causam perficiendae[q] pacis Megnardo[r] iniungens episcopo, iuxta principalem munificentiam valde donis honustatus tenuit viam; festinabat enim, ut ante Domini
72 coenam[s] pervenret ad sedem suam[72]. Mittitur ilico pro Sobezlao[t], iamque palam in populo agitatur, quod olim clanculo machinabatur.

Talia ut sensit princeps Moraviae Otto

fieri, qui semper adhaerebat ducis lateri[u], timens ne forsan[v] caperetur, tristis revertitur in
Mart. 25. Moraviam. Pacificatus est autem Wladizlaus cum fratre[w] quarta feria maioris ebdomadae.
Apr. 12. Post octavas autem[x] paschae 2. Idus Aprilis[73], dominica die, quae tunc fuit *Misericordia Domini*, pius et misericors dux Wladizlaus non sine magno suorum planctu migravit ad Christum, et quam semper pro nomine Christi in pauperes exhibuit, nimirum iam ab ipso misericordi Domino consecutus est misericordiam. Sepultus est autem in ecclesia sanctae Mariae virginis, quam ipse aedificans Christo et eius matri omnibus ecclesiasticis xeniis sufficienter auxit, et satis honorificam monachorum ibidem[y] constituit abbaciam; loci nomen est Cla-
71 dorubi[z. 74].

Dux fuit hic quantus[*], rexit dum spiritus artus,
Ex eius gestis iam scriptis scire potestis,
Qua dignus laude sit, quove colendus honore.
Sit libri finis, nostri ducis est ubi finis[a].

59. Quoniam quidem primi[b] in exordio libri memini me dixisse, hanc chronicam sub temporibus Wladizlai ducis et Hermanni praesulis editam esse[c], quibus iam ex hac convalle[d] lacrimosa[e] fato transvectis ad loca forsan deliciosa, sed adhuc gestarum rerum exuberante materia, utrum ibi[f] figam littori[g] anchoram, an etiam

Nunc furentibus euris[h] in altum carbasa tendam,
Consule formosa mea doctrix nunc mihi Musa.

Tu enim, quae nunquam senescis, me senem ad iuvenilia studia[i] inquietare non quiescis, haud[k] ignoras, quod in uno[l] quocunque[m] sene, sicut in me, puerilis est sensus et debilis animus. O si mihi iam octogenario praeteritos Deus referat annos[75], quibus olim[n] Leodii sub Francone[o] magistro tum grammaticae tum dialecticae artis in viretis[p] pratis mecum lusisti satis! O nimium[q] amabilis iuvenibus et suavis, semper pudica, sed nunquam vetula, cur me repetis senem? Cur hebetem incitas mentem? Iam mihi annosa aetas dorsum incurvat, iam rugosa[r] cutis faciem deturpat, iam pectus velut sonipes fessus anhelat, iam vox rauca ceu anser sibilat, et morbida senectus meos enervat sensus. Certe plus me delectat[s] mollis panis et tosta buccella, quam tua sophismata, quae quondam sub vestra molliter cubantes asscella, suaviter ex tua tenera suximus papilla. O sophistica cornupeta, ultro viris

a) inter vos 4. 4a. b) nsumque 1. c) suum 3. d) facta 1. e) valet *al. man. superscr.* vellet 1. malit 3. f) Wladizlaus *inserunt* 4. 4a. g) nec 3. 4. h) *ita* A. ex Caribdi *rell.* ex *desunt* 3. 4a. i) mei *add.* 4. 4a. k) praesul red. A. l) Bamberiensis 1. Babenbergensis 4. m) inclytus 3. 4a. n) Wladislaus *inserunt* 4. 4a. o) Otto *add.* 4. p) *deest* A. 2b. 3. 4. 4a. q) perficiente *corr.* perficiende 1. r) Meginardo 1. s) coen. Dom. A. t) Bolezlao 2. u) lat. duc. A. v) forte 2. forsitan 4. 4a. w) suo Sobezlao *add.* 4. 4a. x) *deest* A. y) ibi 3. z) Kladroby 2. Kladoruby 3. *) quintus 3. a) *Hic sequuntur in* 2a. *verba:* Incipit prologus in quartum librum. *In* 4. *legitur:* Explicit liber IIIus. Incipit IIIIus de chronica Boemorum, *quae* 4a. *in margine a manu tamen recentiori adscripta sunt.* b) *deest* 3. c) esse ed. A. d) vallé A. e) lacrimarum A. f) sibi 2. g) lectori 2a. h) curis 4. i) studia *corr. al. man.* studie 1. k) aut *corr.* haud A. l) viro 3. m) unoquoque 2b. n) enim 2. o) Francorum 4. 4a. p) virentibus A. viroctis 1. 4. q) omnium 2. r) rugosae 3. s) delectant 2b.

72) Rediit in ipso sacrosancto paschae sabbato, ut tradit Ekkehardus 1125. 73) Probat necrologium Bohemicum. 74) Kladrau. 75) Virg. Aen. VIII, 560.

syllogisticis appetenda, nobis autem iam satis experta, sine senes, pete iuvenes tui similes, 1125.
ingenio acutos et in arcium artibus argutos, qui nuper ad magnam mensem dominae[a] philosophiae[b] deliciosis pasti epulis, et exhaustis tocius Franciae thesauris, novi philosophi redeunt! Tales oratores inclita virtus ducis Sobezlai expectat, qui eius mirifica gesta stilo aureo mirifice deaurare queant[c]; quibus et ego senex, quicquid inepte deliro, usque ad unguem elimandum[d] supplex comitto. Horum et omnium ista legencium cum licentia, liceat mihi praefati ducis

Pluribus ex gestis aliquid contingere scriptis.

Et qui me senem vituperas, ipse cum sis sapiens, thesaurum tuae scientiae in lucem proferas, et hunc rudem textum pro materia habeas[e].

60. Regnante domino nostro Iesu Christo, trino et uno omnipotente Deo, uti supra retulimus, duce Wladislao ex hac luce subtracto, frater eius Sobezlau, aetate quidem[f] iunior, sed maturis[g] sapiencia maturior, manu largus, civibus acceptus, plebi utriusque sexus et aetatis gratus, omnibus Boemis insimul faventibus, 16 Kal. Maii iure haereditario in principatus Apr. 16.
solio[h] elevatus est avito.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Quisnam[i] speraret vel quisnam credere posset,
Quod pax hoc[k] anno fieret sine sanguine magno,

praesertim cum domnus Otto, quorundam instructus[l] consilio, tali se obligaverat sacramento[m], quod non prius ab urbe Wissegrad cederet, quam aut victus plecteretur capite, aut victor potiretur principalis sedis culmine. Sed dominus noster Iesus Christus, qui dissipat et reprobat consilia principum, sanctissimi martiris Wencezlai[n] per meritum ita misericorditer disposuit, uti me supra referente satis caritas vestra novit. Quapropter iam bonus dux desinat super fratre suo simul et Ottone irasci et[o] indignari, credat omnia ratione Dei[p] gubernari, et nichil sine ipso posse fieri. Sed quoniam, Salomone testante, ira in sinu stulti Ecclesiast. quiescit, absit hoc a reverentissimo[q] duce, ut per iram et indignationem suas virtutes eximias commaculet, aut per inpacientiam[r] probabiles suos contaminet actus. Quos revera si quis[s] ob laudem[t] sui[u] singillatim[v] exprimere satageret, prius diurna lux et pagina deficeret, quam inceptum[w] opus perficeret. Verumtamen nos unum et praecipuum eius memoriale vestrae caritati pandimus, in quo nimirum omnibus pene praeferendus est actu, quod tantae potestatis dux nunquam

Mentis praedone poluit[x] sua labra medone[76].

Certe non modica est virtus cuippiam potenti viro os suum refrenare, et naturalis potus non amurcam, sed eius illecebras spernere.

61. Eodem anno 13.[y] Kal. Iunii, 4. existente feria, in ebdomada sacrosancta pentecosten[77], magna nix in quibusdam silvestribus locis descendit, et sequentibus diebus grande frigus inhorruit, atque omnigenis et maxime in autumno seminatis frugibus, simul[z] et vineis, nec non et arboribus multum nocuit, ita ut[a] in multis locis arbusta radicitus exaruissent, et minores gelu rigescerent[b] amnes. Eius ebdomadae in sabbatho 3.[c] Kal. Iunii[78] imperator Mai. 23.
Heinricus quartus obiit, ibique eius et[d] imperialis genealogia desiit, partim sterilitate feminei[e] sexus, partim ab ineunte aetate omni virili[f] stirpe regali fato conclusa exiciali.

62. Interea per Dei gratiam inclito duce Sobezlao in toto suo composita pace regno, dum[g] heroycis cessamus a chronicis[h], referamus qualiter presbiter quidam crudi per incendium holeris incentivas extinxerit[i] flammas pectoris; ipse enim clam mihi narravit familiariter, et ut nulli eum nomine proderem per Christum me rogavit amicabiliter, cui ita ego

a) deonae 4. b) philosophyę 1. c) quent *corr. al. man.* queunt 1. d) *ita corr. al. man.* 1. eliminandum 3. e) *In 2a. sequuntur verba:* Incipit liber quartus de sublimatione Sobeslay in ducem Bohemorum. f) *deest* 2. g) *deest* 2. h) in pr. solio A. i) *omissum* 4a. k) eo 4. 4a. l) *ita corr.* 1. instinctus A. 2. 2b. 4. 4a. m) iuramento 2b. n) W. mart. A. o) non 4. p) Dei rat. A. Dei *omissum* 4. 4a. q) reverendissimo 3. r) patientiam 3. s) si quis *al. man. in margine* A. t) Iau 1. u) ob laudem sui *omissa* 2b. v) singulatim 3. w) incertum A. 2. 2a. x) pollait A. proluit 2. y) *ita* 4a. XVI. 4. VI. *rell.* z) similiter 2b. a) *deest* 3. 4. 4a. a) ita ut *supersc.* A. b) g *al. man. supersc.* 1. et minores gelu rigescerent *desunt* 2. c) X. 4a. d) eiusdem 3. eius *omisso* et 4. 4a. e) feminei — ineunte *desunt* 1. f) h *al. man. supersc.* A. g) *deest* 3. h) *codices* 4. 4a. *omissis omnibus a verbis* Interea *etc. usque ad hunc locum haec inserunt:* Hoc in loco licet extra ordinem nostrae sit narrationis, quoniam tamen aedificationi fidelium convenire credimus *etc.* i) extinxerat 1. extinxit 2.

76) Potio melle mixta. 77) Incidit in diem 17. mensis Maii. 78) Obiit 23. Mai, cfr. Ekkehardus et Annalista Saxo 1125; qui dies incidit in sabbatum hebdomadae pentecostes. Non Cosmae videtur esse error, sed omnium nostrorum codicum mendum.

1125. uti mihi credo, quia vita eius laudabilis fidem praebet verbis. Aiebat[a] enim quod, postquam sibi presbiteram[b] Dominus tulerat, devota mente Deo voverat, quod nullam ultra cognosceret feminam. Sed quoniam valde difficile est assueta[c] funditus a mente[d] evolvere, nescio quot[e] post annos tanta eum temptacio carnis invaserat, ut pene voti oblitus quod Deo voverat, victus libidine in laqueum diaboli fere[f] ceciderat. Quid enim ageret? aliquando legerat in dialogo, qualiter sanctus Benedictus per incendium[g] urticae compescuit ardorem carnis inimicae. Cum subito superna gratia respectus et ad semetipsum reversus, quaerens[h] ad simile opus, et non inveniens secretum locum, furtim collegit de urticis manipulum, clam peciit cubiculum et super se clausit ostiolum, atque omne suum usque ad unum filum abiecit vestimentum. Ah! si quis tum[i] presbiterum sanum insanientem vidisset, etiamsi[k] eadem die carum parentem sepelisset, vellet nollet, utique rideret[l]. Certe non tantum saevus magister in discipulum, aut dominus iratus in servum saevit, quantum presbiter in se et contra se inflammatus, atque prae ira insensibilis factus, per genitalia sua simul et posteriora urticis saevivit. Exinde[m] redit ad cor, et multo crudelius circa praecordia saeviens, aiebat: *Tu me, tu, pessimum cor*[n], *semper crucias*[o], *ego te sic*[p] *modo cruciabo. Ex te enim exeunt cogitaciones malae, adulteria*[q], *fornicationes et libidines.* Sicque satisfaciens suo furori presbiter furibundus[r], tantis atrectatus[s] doloribus, per tres dies iacuit moribundus; nec satis se[t] fecisse reputans animae remediis, colligens[u] fasciculum de urticis, suspendit in sua camera, quatenus eas[v] semper haberet prae oculis, quas quotienscunque seu pendentes seu succisas sive iuxta viam pollentes conspexit, cor eius intremuit mensque mala memor mali penitus[w] evanuit. Nos autem huius presbiteri imitabilem saeviciam vertamus ad virtutum[x] custodiam, et quod ipse operatus est in corpore, nos operemur[x] mente. Sunt enim eloquia Domini eloquia veri-
Ioann. 5, 17. dica, quibus ait: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Ecce enim[y] presbiter, dum foris poenaliter[z] arsit, quod illicite ardebat[*] intus, per Dei gratiam extinxit, vicit peccatum, quia mutavit incendium[a].

Noverint omnes in Christo fideles, huius chronicae compositorem, scilicet[b] Cosmam
Oct. 24. reverentissimum Pragensis ecclesiae decanum, 12. Kal. Novembris obisse eodem anno, quo ducem Sobezlaum constat intronizatum fuisse[c]. Amen. Valete, fratres[d].

CANONICI WISSEGRADENSIS CONTINUATIO COSMAE.

1126. Anno dominicae incarnationis[e] 1126. Sobezlaus dictus venit in Moraviam, et ablata
79 Ottoni provincia Dedalrici[79], restituit filium eius Wratizlaum in paternam[f] sedem. Otto dux Moraviae convenit Luterum[g] in Ratispona[80]. Sobezlaus vastavit[h] Moraviam, partem Ottonis.
Ian. 2. Eodem anno 4. Non. Ianuarii lucescente die signum visum est fulguris[i]. Sed quibusdam visum est ante natale Domini, quibusdam in vigilia nativitatis Domini, sed plane visum est in nocte sancti Stephani prothomartyris. Eadem hyeme tanta magnitudo nivis fuit, qualem
Febr. 16. nullus hominum se vidisse dicebat, in qua multi homines mortui sunt. 14. Kalendas Martii inundatio aquae; glacies multis rebus nocuit. Hic Luterus[k] rex Saxonum[l], seductus ab Ottone duce Moraviae, inflatus magna superbia et avaritia pecuniae atque malitia et iniquitate, cum suo exercitu venit contra Bohemos iuxta oppidum nomine Chlumec, ubi Sobezlaus
Febr. 18. dux cum Dei adiutorio et suo comitatu 12.[m] Kalendas Martii prostravit quingentos primates illorum, exceptis scutiferis[n], inter quos ruit Otto dux memoratus. Et in tanto bello tres tantum Sclavi perierunt; regi autem Saxonum cum ceteris pepercit dimisitque eum in pace. Et sic dominus Sobezlaus et Bohemi cum magno honore et gloria illesi redierunt. Factum est

a) aigebat g *erasо* A. b) presbiterum *sed corr.* A. presbyteratum 2ᵇ. c) assueta A. d) *deest* 2. e) quod 1. 2. f) vere 2ᵇ. g) incentivum 4. 4ª. h) coherens A. i) tuum *corr.* tum 1. k) etsi 4ª. l) rediret 2, 45 m) exin 2ᵇ. n) pessime cur 2ᵇ. o) pess. cor s. cruc. *spatio vacuo relicto desunt* 5. p) si *corr. al. man.* sic 1. q) superbia *add.* 4. 4ª. r) *deest* 5. s) attenuatis 2ᵇ. attractus 4. 4ª. t) me *corr.* se 1. u) *corr.* 1. v) *corr. al. man.* A. w) *deest* 2ᵇ. x) ad virt. vertamus A. x) in *add.* 4. 4ª. y) *omittunt* 4. 4ª. z) poeniliter 2ᵇ. *) ardebit *corr.* ardebat 1. a) *Desinit cod.* 3. *his verbis:* Hucusque Cosmae decani Pragensis editio. b) *deest* 2ᵇ. c) *In* 2. *recentior manus addidit* M.C.XXV. — 4. 4ª. *ita:* Hoc eodem anno exemptus est vita huius chronicae compositor Cosmas reverentissimus Pragensis ecclesiae decanus XII. Kal. Nov. d) *ita* 1. amen A. e) Anno Domini 2ᵇ, *ut sic deinceps* f) patriam 2ª. g) Luderium 3. 2ᵇ. h) vastabat 2ᵇ. i) visum est fulgur 2ᵇ. k) Lotharius 2ᵇ. l) Saxoniae 2ᵇ. m) XVI. 2ᵇ. n) scuriferis 2.

79) i. e. Udalrici, cfr. Cosm. III, 41. 80) V. infra cont. Sazav. 1126.

autem inenarrabile[a] gaudium tam clericis quam laicis per totam familiam sancti Wenceslai, 1126.
quia[b] nec patres nostri nec avi nec atavi habuerunt talem honorem, qualem omnipotens
Deus sua gratia concessit nobis, suaque dextera et iusto iudicio vicit eos. Amen. Nolo
autem[c] vos latere patres et matres quod audivi, annuncio vobis veritatem auxilii omnipoten-
tis Dei, quae visa est pene ab utroque exercitu, quod aquila volans ea die, antequam bellum
fieret inter Saxones et Bohemos, sua voce clamabat super Saxones, praesciens nutu Dei
cadavera eorum, et campanam sonantem auditum est. Iterum circum astantibus[d] et custo-
dientibus[e] primatibus Bohemiensibus[f] et prepositis et capellanis pene centum hastam sancti
Wenceslai, inter quos unus capellanus, probus, nobili genere, nomine Vitus, qui tenebat
hastam eiusdem sancti prememorati[g], ut mos est, indutus lorica et galea, ut Achilles, lacri-
mans prae gaudio clamavit[h] ad suos: *O socii et fratres, constantes estote, video enim sanctum
Wenceslaum sedentem in equo albo et indutum candida veste super cacumen[i] sacrae hastae,
pugnantem pro nobis, etiam et vos videte.* Illi autem stupefacti[k] aspicientes hac et illac nichil-
que videntes — quia non omnibus, nisi dignis datum est a Deo illud miraculum videre —
tristantibus et lacrimantibus et ex toto corde gementibus ad Deum, et oculis et manibus ex-
pandentibus ad[l] coelum, et tamdiu clamantibus *Kyrieeleison*[m], dum Deus omnipotens sua
misericordia et suo sancto nuncio Wenceslao, nostro protectore, vicit nostros hostes. Amen[n].
Haec duce Sobezlao omnia agente, misit suum capellanum in villam quae vocatur nomine
Wirbcane[o], cui fuit nota res; qui invenit in pariete ecclesiae vexillum sancti Adalberti ponti-
ficis, et suspensum est in hasta sancti Wenceslai martyris in tempore belli contra Saxones,
ubi Deus[p] vicit eos. Amen[q].

Eodem anno 5. Nonas Octobris Zdik[r] ad sedem Olomucensem episcopus[s] secundum
instituta canonum electus, ab archiepiscopo suo Magontino[81] ordinatur, et in ordinatione, 81
ablato[t] nomine barbaro, Henricus appellatur.

Eodem anno Sobezlaus dux et Ungarorum rex Stephanus[82] convenerunt ad colloquium,
et munera dederunt adinvicem; rediens Sobezlaus ad sua, cepit Bracizlaum[u][83], kathenatum-
que duxit in[v] castellum nomine[w] Donin[84].

Eodem anno multi homines perierunt fame per totum mundum. Deinde transactis tri-
bus mensibus Bracizlaus in arce Iaromir[85] retrusus est. Eodem tempore[x] quasdam munitio-
nes Bohemi reaedificaverunt, quae Sclavice[y] Primda[z][86], Yzcorelik[a][87], Tachow[88] appellantur. 88
Eiusdem etiam temporis curriculo capella[b] in monte Rzip nuncupatur[c]. Sobezlaus dux sere-
nissimus destructam reconstruxit, quam Zdik, sanctae Olomucensis ecclesiae venerabilis[d]
episcopus, pristino[e] dotis iuri restauratam cum summ reverentia consecravit.

Anno dominicae incarnationis 1127. 7. Kalend. Martii, caput[f] sancti Adalberti martyris 1127.
et pontificis in civitate Gnezden[g] repertum est, eo quidem loco ubi martyr idem martyrio[h]
fuit coronatus et tumulatus[i]. Sobezlaus vero dux Bohemorum tunc temporis Lotario regi
Teutonicorum fuit reconciliatus[89], eiusque gratia et dilectione inductus, castrum Normberk[k] cum Mai. 22.
magna manu obsedit, et Bawariam fere[l] usque ad Danubium vastavit et[m] incendit. Decem heb-
domadis expletis[90], perfecto negotio cum magna pompa et triumpho ad propria remeavit.
Bawari vero et Swevi furore et indignatione accensi, ducem[91] Conradum sibi in regem con-
stituerunt, sicque novissimum errorem priore peiorem, proh dolor! in regno effecerunt.

Anno dominicae incarnationis 1128. Lutherius rex in die paschae levavit de fonte baptis- 1128.
matis filium ducis Sobezlai, factique sunt intimi amici. Cui parvulo post confirmationem Apr. 22.
filius[92] Wigberti[93] in exitu vitae suae promisit totum pheodum suum, astantibus ibidem pri- 93
matibus Saxonum.

a) mirabile 2b. b) quā 2. sanctus Wenceslaus quam 2a. quod 2b. c) *deest* 2. 2a. d) a circumstantibus 2b. e) custodibus 2. 2a. f) Boemorum 2b. g) praenominati 2b. h) clamabat 2b. i) cacumina 2b. k) et *add.* 2b. l) in 2a. 2b. m) kyr. 2. n) *deest* 2b. o) *ita* 2a. Wrbczane 2. in villam Wrbczany 2b. p) Dominus 2b. q) *deest* 2b. r) Zdiko 2b. *et sic deinceps.* s) Olomucensis episcopatus 2. 2a. t) *deest* 2b. u) Brzecislaum 2b. v) ad 2b. w) dictum 2b. x) anno 2b. y) Sclavonice 2b. z) Primda 2. Prinda 2b. a) Yzcorselik 2b. b) capellam — appellatam 2b. c) *deest* 2b. d) corpus 2b. e) Gnizno 2b. f) id. mart. *desunt* 2a. g) 7. Kal. — tumulatus *leni ductu calami transfixa sunt in* 2. h) Nuremberk 2b. i) *deest* 2b. k) *deest* 2.

81) Adalberto. 82) secundus. 83) filium Bracizlai II. ducis qui anno 1100. interfectus est. 84) Dohna. 85) Iaromierz in circulo Königgrätz. 86) Frauenberg in circulo Czaslaviensi. 87) Görlitz. 88) Dachau. 89) die festo pentecostes Mar- tisburgii; cfr. Jaffé Geschichte des Deutschen Reichs unter Lothar pag. 58. 90) Die 18. Aug. 1127. Lotharius Babenbergae commorabatur. Böhmer 2100. 91) Franconiae, Staufensem. 92) Heinricus. 93) Croicensis.

1128. Eodem anno expeditio facta est a Sobezlao in auxilium compatri suo Lutherio regi[94] contra regem Conradum, sequenti vero die rediit ad propria cum gratiarum actione. Non [95] post multum vero temporis[a] Conradus filius Liutoldi[95] captus est a Sobezlao, et inclusus est in claustro Wissegradensis ecclesiae[b]. Aestas sicca.

Eodem anno multi principes[c] Bohemorum capti et catenati atque inclusi sunt in custodia a duce Sobezlao. Bracizlaus ductus est in castellum Dacin[d,96], et Conradus ad Henricum filium Wigberti.

Eodem anno 5. Idus Novembris et Sclavonice Prosince[e] eclipsis lunae rubea; dicam quod quidam viderunt particulam quae remanserat iactantem se huc et illuc, donec defecit, et multae stellae circumdederunt eam, quarum[f] una circumvolavit lunam, altera proiecit se [96] ad aquilonem. Transactis decem diebus ad noctem rubea signa apparuerunt in coelo ab aquilone[g].

1129. Anno dominicae incarnationis 1129. Wratislaus filius Dedalrici captus est a Sobezlao, post haec[h] in exilium missus est. Kladsko castrum renovatum est atque firmatum a Sobezlao.

Eodem anno dux Sobieslaus renovavit Wissegradense monasterium, quod pater eius beatae memoriae rex[i] Wratislaus aedificavit pro anima sua et uxoris suae prolisque suae, collaudante et authoritate gloriosissimi papae Alexandri atque 72 patrum. Qui sanctae Romanae ecclesiae praenominatus pontifex ad corroborandam eiusdem sacrae institutionis [97] dignatus[97] per Iohannem Tuscolanensem episcopum et per Petrum praepositum sancti Georgii martyris praedictae ecclesiae ministris, videlicet presbytero[k], diacono, subdiacono et etiam praeposito[l] transmisit, et[m] ad insigne apostolicae authoritatis eis perpetuo hiis uti concessit, sandalia et mitras. Hiis vero ita dispositis et ordinatis, idem rex supra memoratus hoc praedictum monasterium subdidit sanctae Romanae ecclesiae, quod[n] tali modo fundavit, portans propriis humeris 12 cophinos plenos lapidibus in honore Salvatoris, ut Constantinus imperator fundavit Romanam ecclesiam. Ideo fecit eam liberam esse, quam Sobezlaus, ut diximus, renovavit, et renovatam in melius auxit, quia parietes depingi fecit, coronam auream in ea suspendit, quae ponderat 12 marcas auri, argenti vero 80, aes et ferrum sine numero, pavimentum pollitis lapidibus exornavit, porticus in circuitu addidit, laquearia in lateribus duobus affixit, tegulis summitatem totam cum tectis cooperuit, claustrum et omnes officinas cooperiri iussit; insuper et canonicos eiusdem ecclesiae multiplicavit stipendiis, praediis, aliisque bonis augmentavit.

Eodemque anno dominus Meynhardus episcopus Pragensis ecclesiae renovat[o] sepulcrum sancti Adalberti pontificis auro et argento et cristallo.

Eodem[p] anno Wencezlaus[98] filius Suatopluk[q] missus est in Ungariam a duce Sobezlao in auxilium regi[r] Stephano contra Graecos, sicque cum pace rediit; sed vivens per quatuor menses quartanis febribus excoctus pridie Kalendas Martii expiravit[99].

Dec. 25. 1130 Anno dominicae incarnationis 1130. ipsa nativitatis die surgente aurora Lucifer ortus est, quod nunquam visum vel auditum fuit. Hic dominus Megnardus episcopus Pragensis ecclesiae profectus est Ierozolymam causa orationis.

Eodem etiam anno dux Sobezlaus proficiscens Ratisponam ad colloquium Lutheri regis, in quodam rivulo nomine Regen[s] Dei gratia evasit mersionem, in illaque urbe manens per septimanam destruxit 20 munitiones, sicque sanus et laetus rediit ad sua. Haec domino duce Sobezlao agente, et ante et adhuc per omnia incolomi existente, pervenit in castrum Cladsko[t] cum multo comitatu, quo solertius quam antea et robustius munito, in Moraviam proficisci disposuerat. Sed Dei misericordia revelante, ut ipse ait: *Nihil opertum, quod*[u] *non revelabitur, neque absconditum, quod non sciatur* et caetera, insidiae et traditiones quae longe ante in eum machinatae erant, tunc in ipsa via patuerunt, sicque inceptum iter Moraviae ad tempus impediverunt. Proxima itaque die dominica 17. Kalendas Iulii in ipso itinere cognoscens duos satellites vitae eius insidiantes, vocavit comites suos, Zdeslaum[v] filium Blahonis[w],

Matth. 10, 26.

a) spatium *ada.* 2b. b) castro Wissegradensi 2b. c) primates 2a. 2b. d) Dacain 2. Dieczin 2b. e) et Sclav. Prosince *omissa* 2b. f) ex quarum 2. 2a. g) ad aquilonem 2a. h) posthac 2b. i) dux 2b. k) et *add.* 2b. l) et etiam praeposito *omissa* 2b. m) et *deest* 2b. n) *ita* 2b. qui 2. 2a. o) renovavit 2a. 2b. p) enim *add.* 2. q) Zustoplik 2a. 2b. r) duci 2b. s) *omissum* 2. 2a. *legit* 2b. t) Kladsk 2. u) ut 2b. v) Sdeslaum 2. w) Blagonis 2.

94) qui obsidebat Spiram. 95) Cfr. Cosmas III, 41. 96) dux Olomucensis. 99) 8. Kal. Mart. legitur 96) Tetschen. 97) Legendum videtur *dignitatem.* apud Anonymum Gradicensem. Richter series epp. De hac fundatione cfr. Cosmas ad annum 1070. Olomucens. pag. 23.

alterum Divis, rogans ab eis fidem, ne voluntati suae in quodam secreto contradicerent. Illi 1130.
vero duci fidem pro velle dederunt. Quibus sub oculis traditores manifestans ait: *Hii sunt vitae meae traditores*[a], *insidiatores et interemptores. Sicut mihi paulo ante*[b] *promisistis, impunitos usque ad praesentiam nostram ducatis, quatenus omnis traditionis tam suspectae quam manifestae veritatem plenius et lucidius cognoscamus.* Quorum alter cum hasta et sicca toxicata deprehensus fuit ferme duorum cubitorum longitudine, alter vero fuga elapsus est. Tunc dominus Sobezlaus per Dei sapientiam[c], ut Salomon praemonitus, quibusdam venatoribus suis advocatis rem tamen dissimulans ait: *Cuidam ex meis armigeris furata est mantica*[1], *mittite indagatores canes, ut sequantur vestigia praedonis.* Illi non spernentes iussa 1
domini, velociter insecuti sunt, atque in quadam villa ceperunt eum, vinctumque ad ducem adduxerunt habentem gladium infectum veneno. Qui praesentibus primatibus Bohemiae interrogavit nefandos latrones dicens: *Quam ob causam et cuius consilio tale et tam*[d] *nefarium scelus perpetrare voluistis? cuiusve milites estis?* Qui filii iniquitatis tam nefandam rem celare non potuerunt, sicque alter se militem esse Miroslai, filii Iohannis comitis, alterque fratris eius iunioris Strezimir[e] professus est. Haec autem verba fuerunt exordium maledictae orationis: *O bone et pie princeps, si causam quaeris et ordinem, omni nube mendacii remota haec est: Miroslaus nos infelices misit ad perdendam vitam inclytam tuam.* At Miroslaus qui in eodem itinere erat, vinculis durissimis est constrictus, Strezimir vero inito consilio cum fratre finxit matrem suam valde infirmam, licentiam domum eundi a duce de expeditione quaesivit. Qui similiter in quadam villa captus est, atque ambo cum fratre ducti sunt in Wissegrad. Hiis ita transactis dominus Sobezlaus proficiscitur in urbem Pragam metropolitanam causa orationis, discalciatis pedibus et vestibus mutatis, ut rex Ninivitarum, et ingredientem omnes laetanter[f] cum ingenti triumpho et honore eum suscipiunt, de eius salute quidem ut merito gaudentes, hymnumque angelicum canentes, nec non et campanis sonantes. Factaque ibi oratione discessit in Wissegrad, ibique a canonicis patris sui, scilicet regis Wratizlai, cum inenarrabili gaudio susceptus est. Altera vero die, quemadmodum apes convolare solent ad ducem et ad matrem suam, ita Bohemienses primates rescientes suum principem evasisse tanta pericula, convenerunt in altiorem urbem Wissegrad, ibique invenientes[g] eum, gaudent de eius salute, ut mater de unico filio. Sequenti vero die dux Sobezlaus congregavit nobiles et ignobiles in palatium Wissegradense, etiam Pragenses canonicos; atque nos ibidem fuimus. Fuit multitudo magna virorum in concilio illo pene tria millia. Ipseque monarcha Boemorum, stans in medio omnium nostrum, sicut filius supplicans patri de omni inobedientia sua, ita elevans vocem suam, sic cum lacrymis ait: *O Bohemienses proceres et scutum Bohemicae terrae! Non laudo neque extollo me, sed veritatem dico, quando fui profugus, Dei gratia ubique felix fui, et habui de hiis sufficienter quae mihi necessaria fuerunt; nunc autem flens dico, vivente fratre meo et duce Wladizlao, neque scuto neque alia vi istum ducatum et honorem percepi, sed Dei misericordia et electione fratrisque mei adhuc viventis vestrique omnium sum adeptus, hacque ratione et iustitia me iuste et rationabiliter arbitror possedisse. Quidam vero ex huius provincia*[h] *nobiliores instinctu Sathanae commoti*[i], *me, proh dolor! perimere voluerunt, veluti quondam illorum antecessores fratrem meum Bracizlaum ducem prudentissimum occiderunt, Suatopluk quoque sine causa perimerunt. Me vero, qui ad utilitatem patriae pariterque ad vestrum honorem enisus sum, nescio ob quam causam me perdere voluerunt, sed Dei gratia auxiliante perficere non valuerunt. Nonne videtis, quanta duritia quantaque impietas cordis eorum fuit? Quibus etenim uberiora dona meae gratiae impertiebar, et quos prae aliis cariori affectu venerabar, atque lateri meo decenter assidere faciebam, horum maligna voluntas mihi exitium molita est. Caeterum ne vel ambitiose vel pro invidia eos dampnare videar, proprii oris eorum alloquio dignitati vestrae audire complaceat.* Post haec autem praedicti filii Sathanae praesentati sunt principi simulque discumbentibus; illi vero qui vitam ducis a maioribus suis quaerere iussi fuerant, nefandam rem celare non potuerunt, sed Miroslaum filium Iohannis in hiis omnibus accusaverunt, iussu cuius omnia quae[k] facere voluerant sibi iniuncta esse dicebant, nam et servientes eius fuerant. Miroslaus autem conspectui ducis astare iussus est, praeceptumque est ut unus de primatibus

a) *omissum* 2. 2ª. b) paulo ante *desunt* 2ª. c) gratiam 2ᵇ. d) tantum 2. 2ª. e) *ita* 2ª. f) omnes ecclesiae laetantur 2. g) convenientes 2ᵇ. h) provinciae 2ª. i) commoniti 2. 2ᵇ. k) *deest* 2. 2ª.

1) vestis species.

1130. ab eo hanc causam inquireret, suane malitia an aliorum suggestione tale crimen excogitare ausus esset, quisve huius coniurationis magister fuisset. Ipse vero ad haec respondit: *Princeps piissime, nullatenus grande peccatum meum celare possum, quod per maximum infortunium praemeditatus sum, sed in praesentia vestri atque simul discumbentium manifestare volo. Nam quodam tempore unus de militibus Bracizlai nomine Bolesa causa huius mihi iniungendi peccati ter me visitavit, cuius ego consilio consentire nolui. Ad ultimum vero venit ad me Bosik[a], noster[b] capellanus, atque tali modo me monere coepit. „Nonne, charissime fili, patre tuo in hac provincia nullus nobilior nullusque sapientior fuit? tu autem inter alios huius terrae primates pro minimo haberis, insuper et germanum tuum tamdiu in vinculis pro nihilo multa mala perferre pateris. Ergo melius est, ut hoc duce superbissimo perempto, talem inthronizemus, a quo sine dubio cuncta quae nobis placuerint habere poterimus. Quod si mihi non credis, ad talem te deducam cui indubitanter credere poteris.“ Hoc sermone finito ego pro peccato meo admonitioni eius acquievi, et ita perduxit me ad episcopum Megnardum, qui in quadam villa manebat quae Sclavice[c] Zircinaves[d] appellatur. Hoc autem fecit ceu praesuli me cupiens in ministerium commendare, ibique totum initium huius coniurationis factum est.* Deinde a duce interrogatus de praedicta coniuratione, episcopum graviter in omnibus ita dicens accusavit: *Praesul Megnardus ob hanc causam, ut nos in hoc negotio constantes haberet, duos digitos super reliquias sanctorum posuit, verba huiuscemodi mecum habuit: „Si vitam ducis perdideris, inter ista quinque, scilicet Satec, Lutomerici et inter cameram et mensam et*
2 *agazoniam[e 2], quodcunque elegeris, me promittente duceque Bracizlao donante, sine dubio cum honore possidebis.*“ Deinde postquam se ipsum cum aliis proprio ore accusavit, de consilio cum sociis eductus est, sequentique die cum fratre Strezimiro et cum quodam medico omnibus membris in foro privati sunt. Duo autem praedicti filii Sathanae inauditum tormentum subierunt, scilicet in rotam strictius implexi, oculis erutis, manibus cum lingua amputatis, cruribusque confractis super columpnas positi quae interitui[f] eorum apparatae fuerant, miseram vitam finierunt. Kriwosud vero, qui patruus Miroslai fuerat, atque alii duo, quorum unus Wacemil[g] alter Henricus vocabatur — isti quidem qui a praefato Miroslao coram duce atque praedicto conventu accusati fuerant — ad iudicium destinati Pragae per ferrum incesserunt, et sic ab omnipotente Deo damnati, veraciter rei reperti sunt, ac proinde quatenus ca-
Iun. 21. pitalem subeant sententiam decretum est; tandem ducti ad forum 9. Kal. Iulii cum securi decollati sunt. Bosik capellanus[h] inter caetera populi multitudine quasi ad spectaculum affuit. Illud autem nescio, an ad abolendum sibimet scelus impositum venerit, an sicut diabolus inventor huius negotii fuit, atque ductor ipsius per omnia extitit, ita ad spectandum interitum sodalium suorum eum adduxit, volendo agonistam suum non diutius a consortio sociorum vagari. Nam qui antea conscius sibimet vagus et exul extiterat, modo per Dei gratiam manifestus omnibus apparuit; quem videns unus de primatibus tentum perduxit ad ducem, et interrogatus de causa, sermoni sociorum in nullo discrepuit, sicque cathena ferrea
Iun. 30. constrictus ad custodiam villico[i] regis deputatus est. Sequenti vero septimana 2. Kal. Iulii[k] Bracizlaus obcoecatus est.

Oct. 8. Eodem anno 8. Idus Octobris quoddam monstrum ad similitudinem serpentis uno momento, scilicet circa occasum solis, visum est volare per totam Bohemiam et per plurima alia loca. Post haec autem aliud signum visum est a quibusdam nimis lucidum matutinali hora. Wratizlaus filius Dedalrici reductus est de exilio.

1131. Anno dominicae incarnationis 1131. 4. Kal. Aprilis[3], id est in dominica qua cantatur
Mart. 29. *Laetare,* Lutherius rex cum multo comitatu tam clericorum quam laicorum in civitate quae Leodium vocatur convenit. In quo conventu Innocentium[4] profugum papam elegerunt, illum videlicet, quem Petrus[5] Leonis filius cum clero et populo Romanae ecclesiae de pontificali
6 sede pepulit. Quam ob rem episcopum Monasteriensis ecclesiae[6] miserunt[l], qui Petro papae[m] omnibusque Romanis regem Teutonicorum cum exercitu post quinque menses ad eos venturum nunciaret[n]. Qui ob metum falsi regis Conradi una a recta via deviando venit in Bohemiam,
Mai. 3. et in Wissegrad metropolitana civitate missam de inventione sanctae crucis magno cum honore nec non cum canonicis eiusdem ecclesiae celebravit; tandem a duce Sobezlao decen-

a) Bosik 2. 2ᵇ. b) vester 2ᵇ. c) *omistum* 2ᵇ. d) Zerzinewes 2ᵇ. e) agozoniam 2. gosinam 2ᵃ. f) interitu 2. g) Vicemil 2ᵇ. h) quoque *inserit* 2ᵇ. i) illico 2ᵇ. k) Junii 2. l) *deest* 2ᵃ. m) propter 2ᵃ. n) nunciare 2.
2) marescalci munus. 3) Aliis testibus papa iam die 22. Mart. Leodium venerat. Jaffé p. 97.
4) secundum. 5) Anacletus II. 6) Ekbertum.

ter donatus, per regionem Racudsis[a] marchionis transiit, sicque per multas provincias transiens rediit ad sua. Sed illa res[b] ad nichilum redacta, quasi pulvis a vento raptus, deperiit. 1131

Interea transcurrente tempore dux Sobezlaus ad radicem cuiusdam villae nomine Tachow in finibus Mesko castrum aedificavit, quod ex nomine adiacentis villae appellavit; aliud quoque aedificavit in partibus Milesko iuxta flumen Niza, appellavitque nomine Yzhorelik, quod antea et Drenow[c] vocabatur. Hic dominus Megnardus episcopus sanus et incolumis ad sedem episcopatus sui remeavit, se duci Sobezlao cum omnibus[d] primatibus Bohemiae causa expurgandi sibi impositi sceleris ad omnia iudicia tradidit. Quam ob rem duo de canonicis Pragensis ecclesiae, unus ex parte domini episcopi, videlicet ydiota qui vocabatur Heroldus, qui vicarius et capellanus Bambergensis episcopi et archipresbyter[e] Pilznensis, quod non decebat, fuit — quem Miroslaus filius Johannis in capella Zircinewsi, ubi iuramentum inter episcopum Megnardum et Bozik et Miroslaum factum est, affuisse dicebat, — alter Tutha ex parte ducis; hi duo ad archiepiscopum Magontinum et episcopum Bambergensem[6*] missi sunt, ut qualecunque iudicium Megnardo episcopo imponerent[f], ipse aequanimiter susciperet.

De duabus stellis vobis, o[g] Bohemi, ante 11 annos[h.7] memoratis, de ipsis postea nullo 7 modo sermone meo aliquid explicare potui, quia diverse ibant. Sed interim dum ab aliis negotiis penitus otior, quantum Spiritus sancti gratia sensui meo administraverit et qualiter vidi, explanabo. Stella, quae surgente aurora 8. Kal. Martii instante vere orta est, quam vos, Bohemi, Luciferum esse dicebatis, quae 7. Kal. Ianuarii in hyemali occasu[i] solis adveniente die occubuit.

Eodem autem anno altera stella lucidior 8. Kal. Augusti in ortu solis apparuit, quae paulatim inferius descendendo 2. Idus Ianuarii non apparuit. Quae igitur inter illas Lucifer diceretur[k], non credo homines esse qui sciant, sed Deus qui est creator omnium, per quem multa signa et prodigia videntibus nobis facta sunt, de quibus quaedam superius praenotavi[l], ipse scit. Eclypsis lunae, sed parva pars rema it, donec tota impleta[m] est.

Redeamus ad superiora. 4. Kal. Octobris praesul Bamberiensis[7*] et antistes Olomucensis[8] cum septem Bohemiensibus abbatibus, astante duce Sobezlao, cum populo et clero Megnardum sanctae Pragensis ecclesiae episcopum ab omni culpa, quae prius illata sibi fuerat, per depositionem suarum stolarum expurgaverunt, profitendo videlicet Megnardum episcopum nihil adversi duci Sobezlao cogitasse, nisi ad hoc solummodo elaborasse, quomodo Bracizlaus a vinculis[n] possit liberari. Megnardus episcopus remissa causa ad concilium[o] perrexit, in qua synodo[9] Innocentius papa[p] profugus supra memoratus cum quinquaginta episcopis praeter abbates fuit, ibique Petrum papam, qui tunc Romanae ecclesiae praerat, et[q] Conradum regem extinguendo lumina excommunicaverunt.

Anno dominicae incarnationis 1132. 19. Kal. Februarii rubea signa varie[r] in coelo ap- 1132
paruerunt ad septemtrionalem plagam. 14. Kal. Februarii domino Megnardo in quadam villa Chuchel[10] manente, in cuiusdam diei crepusculo inauditum horrendumque nimis accidit portentum. Cum enim iam sopore gravatus lectum conscenderet, et servientes sui coram eo starent, subito strepitus horribilis, quasi de spelunca veniens, domui in qua erat imminebat, auribus eorum insonuit; quo strepitu perterriti solo domino relicto[s] fugierunt, ipse vero nescius quid faceret, saliens de lecto, velut in extasi positus, iuxta murum camini constitit. Et ecce, lapis mirae magnitudinis de monte veniens, duos parietes simul cum lecto episcopi contrivit ibique resedit; et ita dominus episcopus illaesus evasit. Amen.

Eodem anno 4. Nonas Martii eclipsis lunae, et tota sanguinea fuit[t]. Dux Sobezlaus ad concilium regis Lotari Bamberk[11] profectus est. Cumque conventus totius concilii in regale 11
palatium convenisset, et rex Lotarius cum Sobezlao duce privatim in quadam camerula iuxta palatium posita sedisset, ecce, nescio si vetustate loci vel aliquo malo homine, regii[u] pavimentum palatii cum omnibus intus manentibus corruit, in qua ruina multi Theutonicorum

a) Racd'sis 2. Vacilsis 2a. Raedep 2b. b) illa re 2a. 2b. c) Orenow 2a. Drzewniow 2b. d) *deest* 2a. e) archipresbyteri 2a. f) imponeretur 2b. g) *deest* 2. 2b. h) annis 2. i) occasione 2. 2a. k) dicebatur 2. 2b. l) notavi 2a. m) repleta 2b. n) avunculus 2a. o) concilii 2. 2a. p) *ita* 2a. ppter *legitur in* 2. papa *deest* 2b. q) *deest* 2. r) veris 2b. s) relicti 2. t) *deest* 2. 2a. u) regis 2. 2a.

6*) S. Ottonem. 7) Legendum videtur *menses*, nam sine dubio haec respiciunt ad annum 1130. 7*) Litteras ab Ottone de hac re ad Meinhardum datas vide Boczek I, 202. 8) Heinricus. 9) Remis habita. 10) Kuchel in circulo Beraunensi. 11) ubi rex teste Annalista Saxone die festo Mariae purificationis i. e. 2. Febr. commorabatur.

1132. vulnerati sunt, alii graviter laesi interitum mortis vix evaserunt, Bohemi vero omnes incolomes extiterunt. Non multo post tempore rex Lotarius causa concilii in castro Plysn[a] cum multis Theutonicis convenit, rursum[b] palatium in quo convenerat cum omnibus corruit, sed gratia Dei omnes sani evaserunt.

Eodem tempore Goslarii concilium a rege factum est, ubi cum palatium cum omnibus
Apc. 10. ruisset, nullum Dei gratia vulneravit. Sequenti septimana post resurrectionem dominicam[c] thonitrua horribilia et inaudita fulmina apparuerunt, ex quibus turris sancti Wenceslai succensa est, sed Dei gratia protegente, et sanctorum martyrum Wenceslai, Adalberti oratione iuvante, sola turris tantummodo combusta est, ecclesia autem tuta ab igne permansit. Beatus Gothardus confessor et episcopus insignibus virtutum miraculis, quae per merita eius in
12 Hyldensi[d] urbe operata sunt, claruit[12]. Quo facto per multas fidelium gentes diffuso, plures propter videnda eius miracula, et maxime ut eius meritis et precibus universis criminum nexibus relaxatis, inter filios Dei computari mererentur, Hyldense[e] castrum petierunt.

Eodem tempore Ratispona civitas potentissima fere tota combusta est, praeter quadraginta domos, quae vix evaserunt. Multis etiam in locis ipso anno ignis maxime nocuit. Dux Sobezlaus regi Lotario Romam proficiscenti 300 milites in auxilium misit, Iaromirum filium Borivoy ducem[13] praefecit; qui de terra sua egressi, dum ad quendam locum Omberk[14] vocatum venirent, ibi cum Theutonicis foro praedicti luci pugnaverunt, quos Deo iuvante deviceruntWratizlaus dux de parte Moraviae quae vocatur Brninzco, filius Dedalrici, duxit uxorem de Rusia, pulchritudine sua Helenam Graecorum reginam superantem, quae quoque[e*] albi coloris specie nimium splendebat, ut rutilus fulgor auri albedinem corporis eius quibusdam rubeis notis inficeret.

Eodem anno dux Polonorum cum infinito exercitu in Ungariam profectus est, volens
16 filium[15] Colmanni, expulso rege coeco qui vocatur Bela[16], invitis Ungaris intronizare. Mater enim praefati iuvenis a marito suo, rege videlicet Colmanno, repudiata dum esset praegnans, rediit ad patrem[17], atque ibi puerum peperit. Hunc ergo dux Polonorum regem Ungaris praeponere cupiebat, sed eius propositum divina providentia destruxit; nam coecus rex cum exercitu suo ei occurrit[18], et Bolezlaus[19] cum suis perterritus, expectata nocte fugam iniit; quem Ungari insecuti, Deo auxiliante multos in ipsa fuga interfecerunt. Interea dux Sobez-
20 laus[20] Dei misericordia precibusque sancti Wenceslai munitus[f], Poloniam cum exercitu suo 15. Kal. Novembris intravit, totamque partem illius regionis quae Slezsko[g] vocatur penitus igne consumpsit. Multos etiam captivos cum innumera pecunia nec non indomitarum equarum greges non paucos inde secum abduxit[h], et ita Dei gratia favente cum ingenti triumpno atque tripudio repatriavit.

1133. Anno dominicae incarnationis 1133. 8. Kal. Martii luna passa est eclypsim, sed quarta pars eius denigrata fuit, et ita imminente ortu solis occidit; hanc eclypsim nimia mortalitas hominum secuta est. 17.[i] Kal. Februarii acer dux Sobezlaus secundo Poloniam invasit, eamque insigni trophaeo devastavit, multos inde captivos abduxit, villas fere trecentas succendit, tandem cum victoria Deo praestante ad propria remeavit.

Eodem tempore legatus apostolici veniens, Megnardum episcopum in multis detestandis criminibus accusavit, et accusatum ad audientiam apostolici, ut de imposito sibi crimine se expiaret, venire iussit; coniuraverant enim quidam ex eius monasterio perversi fratres contra eum, quatenus privatum sua dignitate turpiter pellerent a sede. Horum execrabile iniquumque molimen gratia Dei ad effectum venire non permisit. Dux Sobezlaus Ungariam leviro suo regi Ungarorum proficiscens, cis pagum nomine Vag castra metatus est, ibique multo tempore moratus, tandem perfecto[k] negotio suo ad propria rediit.

4. Nonas Augusti eclipsis solis mirum in modum apparuit, qui paulatim deficiens in tantum diminutus est, ut corona quasi crescentis lunae ad meridianam plagam perrexerit, quae

a) Plizn 2b. b) rursumque 2b. c) domini tam 2b. d) Wildensi 2. 2b. e) Hildessense 2b. e*) *ita legendum videtur P.* quoniam *ed.* f) *ita* 2a. 2b. invitus 2. *in margine* munitus. g) Slansko 2a. Slazko 2b. h) adduxit 2. i) XVIII. 2b. k) profecto 2.

12) Facta est hoc anno translatio S. Godehardi. Cfr. Annal. Hildesheim. 1132. 13) Olomucensem. 14) Augsburg. Haec clades facta die 28. Aug. 15) Borich filium Anastasiae, quae e gente principum Russorum orunda et a Colomanno in matrimonium ducta, ob perfidiae suspicionem a rege repudiata erat. Obiit Colomannus anno 1114. Cfr. Katonae historia critic. regum Hungariae tom. III. 16) secundus filius Almi. 17) Wladimiram Monomachum Russorum principem. 18) ad fluvium Saio. 19) tertius. 20) qui Adelheidam sororem Belae regis in matrimonium duxerat.

postea in orientem convertit, dehinc in occidentem, tandem in pristinum statum reformatus 1133.
est. Per multa loca etiam in Theutonicis partibus, si famae creditur, sanguis in hoc ipso die quasi imber defluere[a] visus est. Fertur quoque in quodam loco Theutonicarum partium in eadem hora particula[b] carnea simul cum sanguineo imbre descendisse, quae tantae magnitudinis fuit, ut vix 12 viri eam levare quivissent.

Post haec praesul Megnardus, sanctae pietatis alumnus, Maguntiam causa excusationis ad archiepiscopum suum profectus est, ubi etiam plures episcopi convenerant, in quorum audientia de impqsito sibi crimine se decenter expurgavit[c], et accusatoribus suis omne[d] facinus, quo in se insurgere praesumpserant, misericorditer condonavit.

Eodem anno rex Lotarius imperatoria insignia adeptus, a papa Innocentio est in Late- Inn. 4.
rano sancti Iohannis baptistae in monasterio consecratus. Non enim ad ecclesiam sancti Petri apostoli pervenire praesumpsit, timens Petrum Leonis filium, qui tunc sanctae Romanae ecclesiae praesidebat.

Eodem anno effraenae indolis tyro Wladizlaus, egregii patris[21] aequivocus, multis Bo- 21
hemicae terrae inclytis cum tyronibus Bavariae in partes fugam iniit.

Anno dominicae incarnationis 1134. Polonia male fortunata improvidi[e] ducis Bolezlai 1134.
sub munimine constituta, iam saepius a Bohemis nec non Moravis hostiliter depopulata, rursus depopulanda utrisque supradictis ab exercitibus, Bohemis videlicet et Moravis aditur atque hostili manu diripitur, penitusque igne et ferro usque ad flumen quod dicitur Odra devastatur; sed de Bohemis praeter Gradicenses, Chrudimenses, Boleslavienses, Czaslavienses, Gladcenses, plures non fuerunt. Inclytus princeps Sobezlaus tam virtute animi quam vi corporis conspicuus et quo frequentius praedicandus, in civitate quae Plzen[22] vocatur, cum im- 22
peratore Lotario pro colloquio convenit, cuius rei causa quidem talis fuit. Rex[f] Pannoniorum coecus episcopum Albae civitatis[23] nomine Petrum ad imperatorem magnis cum muneribus, et ut iniurias a Polonico duce sibi illatas coram audientia imperatoris eiusque principum proclamaret, miserat. Sed quia, ut solet in talibus negotiis fieri, parum aut nihil legatio minoris apud maiorem proficit nisi mediator intersit, praefatus episcopus ad Sobezlaum ducem in Bohemiam venit, quatenus eo mediatore ac intercessore legatio sua proficua fieret. Hanc igitur ob causam dux Sobezlaus profectus est ad imperatorem. Quo postquam pervenit benivole ac honorifice ab imperatore susceptus est, omnemque petitionem benigne consecutus est, videlicet ut de rege Ungarorum et duce Polonorum secundum voluntatem ducis Sobezlai imperatoria voluntas[g] procederet. Dona autem Ungarorum imperatori oblata haec sunt: duo albi[h] equi decenter fallerati, quorum sellae 26 marcas auri in se continebant, et alia quam plurima. Praedictus ergo Petrus Albae civitatis episcopus optata legatione potitus, insuper ab imperatore ac ab eius contectali[i,24] multis muneribus pretiosis donatus, laetus 24
repatriavit.

Interea Bohemi, quieti subiacere nescii, 4. Kal. Martii, et forte quinquagesimae[k] feria secunda evenerat, Poloniam intraverunt. Poloni vero iam propinquante initio quadragesimae nullum hostem iam venturum aestimantes, de castris diversisque munitionibus exierant atque in villis suis morabantur. Cum ergo quasi securi ab hostium incursu secunda[l] cuperent ducere tempora pacis, subito[l] ac impraemeditate hostes superveniunt, et velut oves de caulis nullo tutante diripiunt. Et licet Bohemi sine duce Sobezlao terram hostilem introissent, praedam tamen inde tantam reduxerunt, quae omnium Bohemiae ducum praedas, quas in Polonia fecerunt, exsuperat. O miserabilis regio duci subdita fatuo!

Quidquid enim delirant reges, plectuntur Achivi[25].

Saepe dictus rex Pannoniorum[m] Bela, impietate coecatus fraterna[26], a genero suo duce scilicet 26
Sobezlao petivit, ut iqfantem eius de fonte sanctae regenerationis levaret. Ob hoc autem mirari quispiam non debet, cum huiusmodi compaternitas inter levirum et generum eius, inter germanam et germanum componitur; adhuc enim posteri nostri mirabilius immo mirabilius secula procedere videbunt, dum, ut[n] iam in multis rerum eventibus claret, genitor

a) pluere 2b. b) patula 2. 2b. c) excusabat et purgabat 2b. d) *deest* 2. e) impavidi 2a. f) autem *inserunt* 2. 2a. g) dignitas 2b. h) *deest* 2a. i) conthorali 2a. 2b. i*) quadragesimae 2b. k) secura 2b. l) *deest* 2a. m) Pannoniae 2a. n) *deest* 2a.

21) Wladislai I. fratris Sobeslai. 22) Num hic locus Pilsen sit in Bohemia, ut quidam voluerunt, dubitatur; nam eodem fere tempore commorabatur Lotharius apud Saxones. Vid. Jaffé pag. 153. 23) Stuhlweissenburg. 24) Richenza. 25) Horatii Epp. I, 2, 14. 26) i. e. a Colomanno, qui erat frater patruelis Almi, patris Belae.

1134. nati sui compater efficitur. Nunc etenim alma fides, licet relictis mundialibus praesidiis astra petierit, aliquantulum tamen de supernis terrena contuetur, sed post haec, dum calamitiosior perfidiae[a] pestis magis inoleverit, tunc altiora petens latibula, ne visum quidem ad nos[a'] convertere voluerit. Rex vero Bela generum suum de infante sollicitavit, cuius petitioni dux Sobezlaus non abnuens, venerandum Pragensis[b] ecclesiae praesulem Megnardum caeterosque primates quam plurimos cum infante in Ungariam misit. Quo postquam ventum est, non minori honorificentia praesul Megnardus a rege Ungarorum susceptus est, quam cum primum pontificalibus infulis decoratus ad principalem episcopatus sui sedem venisset. Bapti-
Iun. 3. zato itaque in die penthecostes infante, cum praedictus pontifex plurimis pretiosis muneribus a rege remuneratus ad propria remearet[c], dumque servorum benignus remunerator fidelium Deus, imminente die, qua familiae suae fidelem ac idoneum dispensatorem Megnardum huius vitae de angustiis educens, in gaudium transferre disposuerat perpetuum, in hoc ipso reditu infirmitate astrictus[d] est. Invalescente vero aegritudine longius progredi nequiens, in villa ad episcopatum suum pertinente quae Sekyr vocatur in lecto se deposuit.

Interea dux Sobezlaus levirum suum regem Ungarorum rogabat, quatenus sororem
27 coniugis suae[27], videlicet reginae[28], principi Conrado Znoymensi in coniugium traderet, quo percussum foedus invicem huiusmodi causis corroboratum firmius perduraret. Qua desponsata, et audito antistite languore detento, primum quidem utpote visceribus pietatis redundans condoluit, dehinc quantocius redire festinavit, quatenus eum, quem intimo diligebat affectu, vivum invenire potuisset. Rediens igitur iam dictus princeps de Ungaria, venit ad episcopum suum, cui[e] infirmitate laboranti solatia pietatis, prout competens erat, impendit. At episcopus imminentem sui corporis dissolutionem praesentiens, cuncta quae a rege Ungarico susceperat dona suo duci tradidit, quibus acceptis et visitato suo pastore dux ad sua rediit. Post huius discessum venerabilis antistes Megnardus, pio amore semper recolendus, talenti sibi commissi lucra duplicato fructu cumulata summo creditori referens, de periculosis humanae vitae perturbationibus ad felices beatorum mansiones praemio laetaturus aeterno migravit. Cuius venerandum funus postquam metropolim pontificatus sui adductum est, Henricus Olomucensis episcopus, qui exequiis eius debitum exhibebat officium, lacrymabiliter obtestatus est ducem Sobezlaum omnesque ibi astantes tam clericos quam laicos, ut si aliquid maligno potius instinctu quam aliquo iure veritatis commoti, cum misero alienigena, dum vixit, quamlibet dissensionem habuissent, saltem miserando funeri indulgerent. Expleto itaque funeris obsequio, in ecclesia sanctorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti decenter sepelivit eum. Huius vitae seriem et multiplices adversitates, quas, machinante generis humani adversario bonorumque omnium destructore diabolo, in episcopatu suo pertulit, si quis cognoscere desiderat, ad superiora recurrat.

Interea praesule Megnardo, ut iam dictum est, de seculo mortis lege sublato, perplures extitere, occulti tamen, quorum quidam familiarium ac propinquorum interventu, quidam vero censu etiam sanctos corrumpente, ducem Sobezlaum et Lotarium imperatorem sollicitavere, eorum concessu divina sine voluntate sancti martyris Adalberti sedem aestimantes obtinere. Horum omnium iniquos Deoque odibiles affectus Iudex supernus, cunctorum inspector verissimus, occultorum vota destruendo iniusta[f], cuius providentia in sui dispositione non fallitur, cuius certa praedestinatio minime in quibuslibet frustratur, ducem Sobezlaum ab eorum molimine procul avertit, et ut suis fidelibus idoneum pastorem exquireret, suae potentia deitatis compulit. Itaque praedictus princeps discretionis spiritu refertus[g], ne ultra suo pontifice proprio careret, 3. Kal. Octobris in sua metropoli Praga concilium facit, in quo cuncti Bohemiae optimates tam clerici quam laici fuerunt; nam forte propter festum beati patroni nostri, Wenceslai martyris, ibidem convenerant. Cum ergo rumor divinae[h] contrarius rationi per concilium curreret, ut illi illum, et illi illum pontificatu dignum clamitarent, nullus ex hiis idoneum inveniret, tandem ante secula electus a Deo advocatur Iohannes. Hic eo tempore sanctae Wissegradensis ecclesiae praeposituram regebat, in persona cunctos praecellens, omnibus affabilitate complacens, et in caeteris moribus Deo acceptus et hominibus; merito itaque in culmen pontificatus eligi, atque subditorum pastor rectorque institui promeruit.

a) perfide 2. a') ad iras 2. 2a. b) Pragensem 2a. c) remeat 2. 2b. d) constrictus 2b. e) in *addit* 2. iam *addit* 2b. f) quippe *addit* 2a. g) *ita corrigo P.* refert *edd.* h) diversae 2b.

27) i. e. Colomanni; erat Maria de Serbia nata. 28) Helenae.

Hyems instabilis, ita ut nunc gelaret, nunc vernalis more temporis terra resolveretur, adeo ut Albis fluvius bis glacie astringeretur bisque liquefieret. Flumen vero Wltawa, quod metropolitanas nostras urbes Pragam et Wissegrad alveo suo dividit, quater gelatum est, et quater glacies eius dissoluta est; nivis autem penuria fuit. Haec intemperies aeris a mense Novembri incipiens, per totum circulum sequentis anni nullum mensem praeterivit, quin aut intrante aut exeunte unoquoque mense magno impetu saeviret. Tandem in altero anno 5. Kal. Novembris vespertina hora per totum mundum saevissima tempestas ventorum orta est, quae ita saeviens usque ad noctem, in primo crepusculo noctis ecclesias tam lapideas quam ligneas, nec non aedificia, sepes, cumulos in horreis, ita ut nec manipulus super manipulum remaneret, destruxit, arbores per sylvas funditus eradicavit. 1134.

Anno dominicae incarnationis 1135. electus sanctae Pragensis ecclesiae Iohannes ad imperatorem[29] profectus est, quatenus electio sua imperiali assensu et approbatione corroboraretur. Quo postquam ventum est, tanto culmine honoris honoratus est, ut imperator cum processione fecerit eum suscipi, dehinc ipse ei obviam exierit. Postquam vero pontificales dignitates, id est baculum et annulum sibi tradidit[30], ad archiepiscopum Magontinum misit illum, ut Deo dignum praesulem[a] ordinaret. Itaque praesul Iohannes 13. Kal. Martii ab archiepiscopo suo ordinatus cum laetitia et gaudio magno remeavit. Sed antequam metropolim episcopatus sui venisset, cuiusdam de primatibus ecclesiam consecravit[b], quae venienti forte in via erat. Peragente autem eo ex more mystica dedicationis officia, Nonis[c] Martii signum in sole apparuit, erant enim quatuor[d] circuli quibusdam complexionibus invicem colligati, unus in medio, qui erat aliis maior, secundus ad orientem, tertius ad occidentem, quartus ad aquilonem, infra quos multa signa quasi falsi soles circa verum solem apparebant, et ita fere trium horarum spatio permanserunt, vestigia quoque signi usque ad undecimam horam diei visa sunt. Praesul autem Iohannes praedicta ecclesia dedicata, dum ad sedem sui pontificatus venit, cum magno oleri plebisque tripudio susceptus est. 1135. 29

Eodem anno metropolis Bohemiae Praga more Latinarum[31] civitatum coepit renovari. Permanentibus itaque duce Sobezlao atque Bolezlao[e] in discordia, qua machinante humani generis inimico invicem dissidere coeperant, cum nemo de comparibus eorum inter eos congrue mediando pacem reformare potuisset, imperator Lotarius, utique Deo inspirante compulsus, utrumque ad curiam suam[32] venire statuto tempore fecit. Dum autem imperatoria iussa peracturi, festino cursu unusquisque suo cum ducatu pergeret, imperator multos per legatos adhortatus est compatrem suum Sobezlaum et fidelissimum regni fautorem, quatenus prius quam Bolezlaus veniret. Id vero gratia huius rei praecipue faciebat, ut compertum habuimus, in suo arbitrio ponere volens, quo vel quali honore ducem Bolezlaum reciperet. Veniente itaque duce Bolezlao, cum consilium de praedicta re ab imperatore ac principibus eius fieret, assurgens dux Sobezlaus[f] cunctis qui aderant audientibus dixit: *Quia duci Boleslao*[g] *nullus honor a Deo congruit, quam ut lictor imperatoris efficiatur*[h]. 33 Haec cum dixisset, cuncti principes Theutonici unanimiter responderunt, nullum imperatori adeo fidelem et familiarem ut ducem Sobezlaum, et cum prius pro infideli et inimico coram imperatore repu- 31 33
tatus fuerit, in hoc praesenti negotio amicissimus et fidelissimus eius fautor liquido patuerit. Venit ergo Bolezlaus, cumque in concilio sessum fuisset, dux Sobezlaus a dextris imperatoris sedit, ac[i] ex altera parte alii principes, Bolezlao autem ante conspectum eius sedes posita est tamquam lictori; tandem de multis causis multis consiliis[k] ibi pertractatis, imperfecta pace, sed positis induciis, unusquisque ad propria remeavit.

Eodem tempore legati regis Graeciae[34] ad imperatorem venerunt, multa et magna ferentes dona, hanc videlicet ob causam. Quidam enim dux nomine Rocherius[35], manens ultra Siciliam, partes Graecorum infestabat, et ut hunc imperator compesceret, rex Graecorum postulabat. Apud Duringiam, in quodam plano campo lapis mirae magnitudinis, ad modum magnae domus, per aera descendit, cuius sonitus praecedentium trium dierum spatio ab ad- 35

a) dignum praesulem *dorant* 2ª. b) dedicavit 2ª. 2ᵇ. c) nono 2ª. d) minores 2ᵇ. e) Poloniae *addit* 2ᵇ. f) Boleslaus 2ᵇ. g) Sobieslao 2ᵇ. h) efficiabatur 2. i) at 2. 2ᵇ. k) conciliis 2. 2ª.

29) qui ineunte mense Februario Quedlinburgi erat. Jaffé p. 277. 30) quod erat contra concordata Calixtina a. 1122. 31) i. e. Italicarum. 32) Merseburgii, ubi concilium habitum est inde a die 15. Augusti; cfr. Jaffé p. 164. 33) Boleslaus imperatori fecit hominium, eumque gladium ferens in pompa praecessit, testibus Ann. et Chron. Saxone. 34) Iohannis I. Comneni. 35) secundus, filius Rogerii I. primus Siciliae rex.

1135. iacentibus circa locum illum hominibus auditus est; hic postquam deorsum decidit, dimidia pars sui in ima terrae descendit, atque triduo fervidus tanquam chalebs ex igne retractus iacuit.

1136. Mart. 21. Anno dominicae incarnationis 1136. festum sancti Benedicti confessoris in die magno sabbati, hoc est in vigilia resurrectionis Domini celebrandum evenit, quod raro evenire solet. Rem detestabilem et raro auditam dicam, prout compertum habeo. Quodam tempore episco- 36 pus Olomucensis Henricus in villa quae Blansko[36] vocatur ecclesiam constructurus erat — haec enim villa multo ante tempore sub potestate praedecessorum eius fuerat — Wratizlaus autem, unus de ducibus Moraviae[37], bonum propositum boni pontificis ut cognovit, curiose pertractare coepit qualiter hoc propositum destruere posset. Hoc autem maxime moliebatur, quia plurima bona in apotheca sui pontificis in eadem villa reposita esse cognoverat, quae si quoquo modo rapere quiret avidissime curabat. Factum est itaque ut praefatus praesul nec non dux Conradus et dux Wratizlaus in quodam coenobio, quod Reyhrad vocatur, quaelibet concilia contractaturi[a], convenirent. Peractis autem negotiis dux Wratizlaus praesuli Henrico interdixit, ne ecclesiam in supradicta villa construeret, asserens eam sibi magis quam pontifici attinere; tandem post multa concilia ibi habita positis induciis imperfecta pace unusquisque ad propria redierunt.

Imperator Lotarius Romam iturus auxilium a Sobezlao duce petiit. Ille imperatoriae petitioni annuens, congregato exercitui Wladizlaw paulo ante de exilio reductum praefecit, cumque donativum militibus erogaret, Wladislao nongentas marcas denariorum tradidit, quibus ille acceptis cum suis complicibus fugam latenter iniit.

Eodem anno 17. Kal. Augusti stella quae Lucifer vocatur ad hiemalem ortum solis apparuit, quae superius cursum tenens ad eum locum tandem pervenit, quo sol 8. Kal. Iulii oriri solet, ipso videlicet die quo dies decrescere, noctes incipiunt augeri. Cum autem per aliquantum temporis in eo loco moraretur, quaedam nova stella post eam apparuit, quae nec nobis nec patribus nostris immo nec attavis nostris visa est, et in brevi spatio temporis priorem praecessit, et non multo post prior eodem itinere ad locum suum regressa est ibique occidit, haec vero recto tramite ad partes occidentis perrexit. Hoc ideo maxime tam modernis quam posteris recitandum praenoto, quatenus qui minus studiosi[b] sunt, novam stellam apparuisse noverint; si quo vero id ipsum pervigili studio notaverint, noverint Deum mirabilem in operibus suis et gloriosum praedicare, simulque orent ut cuncta quae visibiliter operatur, sic ordinare dignetur, quatenus in omnibus omnipotentiam eius laudantes, promissae ab eo salutis dona percipere mereantur. Ipsius enim haec opera sunt, de quo ille egregius auctor dicit:

Qui stellas numeras quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti.

1137. Anno dominicae incarnationis 1137. Libet supra[c] dictis paulisper omissis quoddam novum mirandum divinae pietatis ac potentiae opus inserere, quod relatu veridicorum cognovi. 39 In partibus Cazlau[d] est quaedam villa Beztuina[e, 38] vocata. In hac mulier quaedam a virginitate sua per plures annos cum marito suo vixerat, fidem ei et dilectionem prout decet observans; longo autem post tempore, aetate videlicet sua iam in senectute[f] vergente, morbo invasa est adeo grav ut nullo modo erecta procedere vel stare potuisset, sed manibus aliorum efferebatur et referebatur in grabato. Quid multa? Detenta est ab hac infirmitate per aliquot annos. Factum est autem, ut solemnia dominicae nativitatis, atque uti moris nostrae gentis est communibus vacare conviviis, praedicta mulier officio destituta, sola domi iacebat. Igitur vicinae mulieres convenientes ad eam, rogaverunt ut delata ab eis, et si sedere nequiret, saltem in conventu eorum utcunque[g] accumberet. Ipsa vero petitioni eorum non abnuens spopondit. Deportata ergo inter convivantes tamdiu iacuit, donec murmur multus et strepitus, uti inter convivas fieri solet, oriri coepit. Advocans itaque quendam sibi familiarem, petiit
Dec. 26. quatenus domum deportaretur, quod et factum est. Ipsa die festum erat beati Stephani protho martyris et dies sabbati, cumque sola domi sederet nec aliquis alius cum ea, subito suavem sonum audivit quasi sonum campanae, et aliquantulum indignans, *Heu*, inquit, *quantum*

a) tractaturi 2ª. 2ᵇ. b) custodiosi 2ª. c) super 2. d) ita 2ª. e) ita 2ª. f) senectatem? g) utique 2ᵇ.

36) Blankenstein in circulo Leitmericensi. 37) dux Brunnensis, filius Udalrici ducis qui obierat a. 1115. Cfr. Cosmas III, 41. 38) Die 17. Augusti Wirciburgi adhuc haerebat. Böhmer reg. 2159. 39) hodie Bestwin in circulo Czaslaviensi.

frater meus comessationibus inhiavit, quia tam intempestive officium divinum peragit! Nam 1137.
germanus suus parochianus ecclesiae ibidem constructae erat. Haec dum dixisset, ecce, ostium domus in qua sedebat apertum est, sonus autem quem audierat quasi campana in domo eius suspensa resonabat. Unde pavefacta cum ad ostium respiceret, vidit duos viros nobiles pontificali vultu et habitu indutos astare, quorum unus tangens eam baculo quem tenebat, *Surge*, inquit, *da gloriam Deo, ego sum Iohannes euangelista, cuius solemnia per orbem terrarum a fidelibus in crastinum celebranda sunt. Hic est frater meus sanctus Gotthardus. Scias te nostra prece sanatam;* et elevantes eam eduxerunt, assumptamque deduxerunt, ut divina virtus voluit, in villam quae vocatur Zlapi, in qua quidam nobilis et potens nomine Mladota basilicam in honore beati Gotthardi episcopi et confessoris construxerat. Quo postquam ventum est, deposuerunt eam ante templum, quae ita firmo gradu stetit, acsi nunquam ab infirmitate tacta fuerit. Tenentes itaque ipsam per manum introduxerunt intus, et ecce, viri praeclara facie candidis vestibus amicti Deo laudes canentes dicebant. Sed quantum odorem quantumve splendorem ipsa dixerit se ibidem sensisse, humana lingua effari nequit. Dum haec geruntur, maritus suus veniens de conventu vicinorum, non inventa uxore, aliqua maligni temptatione seductam aestimavit, et convocatis vicinis omnem circa villam per paludes et frutices quaerebant eam. Sed non invenientes, congregati domum lamentabantur sedentes. Interea illa oratione facta acceptas inaures super altare oblatura erat, quod sanctus Iohannes euangelista prohibuit dicens: *Cras populo conveniente ad missam in loco*[a], *tunc*[b] *offer has inaures super altare in ecclesia tua, et narra magnalia Dei, quae per nos gratia Dei in te operata est, nec ulterius cum viro maneas.* Hiis ita gestis iidem sancti reduxerunt eam, et ante portam domus suae statuerunt, statimque evanuerunt. Illa vero laeta domum suam ingressa invenit plorantes, narransque eis potentiam Dei, ostendit quae et quanta Deus in illa operatus fuisset. At illi mutata vice[c] non tantum de reditu suo, quantum de sanatione gaudentes fleverunt. Cumque crastina dies illuxisset, et tota vicinia mysteria missarum auditura concurreret, praedicta mulier, ut sibi a sanctis iussum fuerat, inaures suas coram omnibus illic astantibus super altare posuit, atque cuncta ordine quae in ea divinitus gesta fuerant enarravit. Qui haec audientes, illamque sanam videntes, immensas Deo et sanctis gratias egerunt.

Venerabilis antistes Henricus[d] ad sepulcrum Domini ire disposuit, sed[e] accepta a duce Sobezlao licentia festum natalis Domini Pragae cum fratre suo praesule Iohanne celebravit. Dec. 25.
Quo peracto uterque eorum Moraviam adierunt, ibique Olomuc in sede pontificatus festum epiphaniae egerunt. Iohannes quidem repatriavit, Henricus vero iter arripuit, cum quo pariter multi de utraque regione profecti sunt, inter quos et familiaris noster et fidelissimus Ian. 6.
hujus ecclesiae fautor erat Bolecay[f]. Verum quia Constantinopoli diu detenti sunt, nam forte imperator in longinquis partibus bella peragebat, ante sabbatum sanctum paschae Ierozolimam venire non potuerunt. Sed postquam ventum est, praesul quidem ibidem remansit, aliud festum paschae expectaturus. Porro socii itineris adorato sepulcro Domini remearunt, multa pericula in mari propter tempestates passi sunt. Unde plures eorum per mare errantes obierunt, inter quos praedictus Bolecay[g] defunctus, in quadam deserta insula tumulatus est, reliqui cum magno labore evaserunt. Apr. 11.

Eodem anno dux Sobezlaus in quadragesima levirum suum regem Ungariae convenit, Febr. 28.
cum quo multis causis diversisque pertractatis sanctum pascha in castro Olomuc celebravit, non enim in metropolim suam Wissegrad ante pascha venire potuit. Egregia ductrix Adleyta[h] ardenter cupiens festo beati Stephani regis et confessoris adesse, Pannoniam petiit, sed ibi Sept. 2.
diutius a fratre retenta est, donec patrem suum Almum sepelivit. Hic enim Almus a fratre suo Colmanno coecatus, in partibus Graeciae exulando vitam finivit, sicque intumulatum funus eius per decennium mansit, donec rex Bela filius suus, ab eodem praedicto tyranno luminibus orbatus, in regnum suum illud asportavit. Sepulto autem patre[i] Adleyt ductrix, Sept. 29.
quia ad festum sancti martyris Wenceslai repatriare nequivit, in praefato castro Olomucz eius festum egit. Princeps Sobezlaus et dux Bolezlaus in castro Kladsko, quod est in confinio Bohemiae, in festo pentecosten convenerunt, ibique foedus pacis inierunt, quo peracto ad Mai. 30.

a) tuo *addit* 2b. b) *deest* 2a. c) voce 2b. d) qui et Zdiko *add.* 2b. e) scilicet 2. 2a. f) *ita videtur legendum;* Boleslai 2. Boleslaus 2b. g) Boleslaus 2b. h) Adelheit 2b. i) fratre *in* 2. *primum scriptum erat, sed ab eadem antiqua manu correctum* patre.

1137. propria redierunt. Post festum autem filius Bolezlai Wladislaw[a] infantem filium ducis Sobezlai in castro Nemci de fonte susceperunt, cui Wenceslaus nomen indidit[b].

Sed dum causas mortalium rerum seriatim describimus, restat ut de supernis aliquantisper subiungamus. Et quia praecedenti anno de duabus stellis diximus, nunc etiam de tribus dicemus. Nam tertia stella claritate similis duabus praedictis 3. Idus Septembris apparuit, quae ante crepusculum diei orta est eo loco, quo sol in Leonis signo graditur. Secunda quae Lucifer dicebatur 5. Kal. Ianuarii orta est similiter ante crepusculum diei; tertia, quae priori anno visa fuerat, cum istis non apparuit. Imperator Lotharius principi nostro Sobezlao com-
40 paternitate iunctus, mortis iure de medio sublatus, in castello Rodburk[40] migravit ad superos[c], sepultusque in castello quodam nomine Brunsvik.

1138. Anno dominicae incarnationis 1138. 4. Kal. Martii quoddam signum ad modum serpentis post occasum solis per totam Bohemiam volare ad occidentalem plagam visum est, ipsumque subito evanescens, signa quasi rubea post se reliquit. Infra festum paschae 5. Idus Maii in aquilonali plaga rubea signa in coelo in modum columnarum apparuerunt, quae in duas partes divisa, quasi certantia modo concurrere modo refugere videbantur.

Electo itaque rege Conrado omnes principes et quique primates ac familiares regni sui statuerunt, quatenus in sancta sollemnitate penthecostes, quod erat 11. Kal. Iunii[d], curiam et concilium Bamberk in civitate facerent, et ut omnes ad regnum suum spectantes ibidem in praedicto tempore conveniant[41], et ut electio sua pariter corroboretur ab omnibus, et in-
42 signia regalia coram cunctis principibus a Ratisponense duce[42] reciperentur. Cumque, ut statutum erat, cuncti simul convenirent, Ratisponensis dux inesse conventui nec ipse voluit nec regalia insignia reddidit. Habito igitur concilio multisque negotiis pertractatis, cum unusquisque ad propria repedaret, regem adhuc in eodem loco morantem, noster dux Sobezlaus infra iam dictum festum adiit eum, receptusque a rege magno cum honore per aliquot dies ibidem stetit. Gratia quoque regis sibi favente id obtinuit, ut filius suus Wladislaus in regimen ducatus ei succederet. Cui licet puero vexillum praesente patre a rege traditum est, ad quod confirmandum omnes Bohemi proceres super reliquias sanctorum coram rege sacramenta fecerunt. Hiis ita peractis, dux Sobezlaus gaudio pro velle repletus, cum suis
Iun. 29. repatriavit. Cum autem sollemnitas apostolorum Petri et Pauli celebranda fidelibus adventasset, dux Sobezlaus primi et secundi ordinis militibus suis edicit, ut quantocius Saczka ad se conveniant; quod cum factum fuisset, dux ipse partim rogat partimque imperat, quatenus fidem, quam filio suo post mortem eius servare velint, se praesente sub sacramento confirmarent; quod et factum est.

Sept. 29. Eodem anno imminente festo beati patroni nostri Wencezlai, dux Sobezlaus filiam suam
44 nomine Mariam filio[43] Leupoldi[44] orientalis marchionis legitimo coniugio coniunxit, quam quingentis marcis argenti donavit. Factae sunt autem hae nuptiae in Moravia in Olomucensi parte. Pridie Idus Octobris primo crepusculo noctis rubea signa ad aquilonem apparuerunt. Secunda nocte Idus videlicet eadem hora similiter factum est. Tertia nocte 17. Kal. Novem-
45 bris circa auroram eodem modo apparuerunt. Dux Bolezlaus obiit[45].

1139. Anno dominicae incarnationis 1139. dux Sobezlaus ab uxore Wigberti aliquot castra 700 marcis argenti redemit. Addidit ei praeterea tertium denarium in castro Donin. Confirmatis[e] igitur militibus qui castra custodierunt[f], redeunte duce Sobezlao cum exercitu suo quodam die, cum esset in introitu terrae suae in media sylva, vehementissimus flavit ventus, qui non solum aedificia seu quaelibet obstacula, sed[g] etiam grandes sylvarum arbores radicitus eruebat. Interea in[h] magno periculo Bohemi constituti, adeo territi fuerunt, ut unus de castellanis appropinquans duci diceret: *Ecce, domine dux, coram Deo et sanctis eius, vestra quoque gratia teste, promitto, si omnipotentia Dei ab hoc periculo vita comite eripere dignabitur, quantocius monasticae professionis habitum me subiturum noveritis.* Sed Deo protegente non nisi septem homines de toto exercitu casu arborum interierunt, caeteris cum incolumi-

a) Wladislai 2ª. 2ᵇ. b) in castro — indidit *desunt in* 2. *legit autem* 2ᵇ. c) a superis 2. 2ª. d) Iulii 2ᵇ. e) confirmans 2. 2ª. f) custodirent 2. 2ª. g) et 2. h) *deest* 2.

40) Apud Breitenwang villam obiit; cfr. Mascov. comment. de Lothario p. 340. Alia nomina ab aliis proferuntur. Cfr. Jaffé p. 223. 41) Qui fuerint principes, inter quos etiam Sobezlaus legitur, qui Conradi partibus faventes convenerint, vide in praecepto quod Conradus ibidem scribi iussit, apud Herrgott geneal. gent. Habsb. II, 158. 42) i. e. Henricus Superbus dux Bavariae et Saxoniae, gener Lotharii. 43) Leopoldo. 44) quarti. 45) Obiit 28. Oct. 1139. Cfr. Roepell I, 297.

tate remeantibus. Septimo[46] Nonas Martii rubea signa insueto loco a principio noctis usque ad finem visa sunt. Hoc anno solemnia sanctorum martyrum Adalberti atque Georgii 9. Kal. Maii a fidelibus celebrata sunt[47]. Ipsa dies resurrectionis dominicae sollemnitate clarebat. 1139. Mart. 2.

Eodem tempore dux Sobezlaus levirum suum, Belam regem Pannoniae, convenit, nam idem rex Bela filiam suam[48] filio[49] regis Theutonicorum Conradi tradebat. Hae nuptiae in festo penthecosten celebratae sunt. Iun. 11.

Quarto decimo Kal. Augusti obscuritas aeris facta est, fumus enim inusitati foetoris quasi nebula exhalabat, sed neque die neque nocte fumigare cessabat, ea obscuritate sic per septimanam durante. 9. Kal. eiusdem mensis nigredo densior solito circa meridiem aerem obfuscavit putridissimo foetore, et velut ab inferis exeunte odoratus hominum persufflante. Fuerunt etiam nonnulli qui dicebant se quasi fissuram in sole vidisse.

Repugnantibus regi Conrado Saxonibus, suaeque electioni assensum et favorem praebere recusantibus, proposuit bellis temptatos regno suo subiicere[50]. Cumque per plures familiares supplementa exercitus colligeret, inter reliquos ducem nostrum Sobezlaum expetivit, ut cum suis praedicto bello interesset; plurimum enim spei de victoria in fortitudine pugnatorum eius reponebat. Congregatis[51] igitur rex et dux Sobezlaus diversis aditibus Saxoniam cum intrarent, illi vim adventantium non ferentes ad castra confugierunt, nec prius vultui regis apparere praesumpserunt, quam mediante duce Sobezlao[51] se ditioni regis subdentes, per omnia pacem eius adepti sunt. Sic salvo regis honore victoria sine armis peracta, inde redeuntes quendam locum vastaverunt et magnam praedam reduxerunt. 51

Ea tempestate Iohannes Pragensis episcopus longa maceratus aegritudine 6. Idus Augusti migravit ad superos[a]. Hic mense Martio languore tactus usque ad 6. Idus Augusti, ut diximus, infirmitate detentus est. Sepultus est autem in capella sancti Gothardi episcopi et confessoris, quam ipse perforato pariete ecclesiae sancti Wencezlai ad aquilonem construi iusserat. Cui Silvester, abbas Sazaviensis, infausto omine successit. Huius electio 3. Kal. Octobris facta est, sed quia consecratus non est prius quam dux vitam finiret, cuius voluntate fuerat electus, electio sua breviter duravit, ut in sequentibus clarebit. Post haec Sobezlaus dux curtem suam adiit quae Chuoyno[b. 52] dicitur, ibique manens castrum renovare coepit quod Hostin Hradec[c. 53] dicitur. Cogitabat enim si Deus voluisset inter se et duces Poloniae dissensionem facere, et fortasse ex aliqua parte ut[d] suo dominio eos subiugare posset, et ob hoc castra quae sunt ex parte illorum firmabat. Sed aliter convenire providentia divina disposuerat, nam prius quam praedictum castrum ad perfectionem duxisset, proxima dominica ante natalem[e] Domini infirmitate tactus letifera, lecto prosternitur. 53 Dec. 17.

Anno dominicae incarnationis 1140. dum gravius graviusque infirmitas invalesceret, sublatus de Chuoynow[f] portatus est in castrum iam supra dictum. Interea quanti rumores, quanta consilia Bohemiae proceres actitarent, silentio praeterire sanioris consilii aestimavi, ne forte singula ut fuerunt prosequendo odium fortasse alicuius incurram. Confluxerant enim cuncti primates Bohemi in urbem[g] Wissegrad, et die noctuque consilia tractantes, illi illum et illi illum eligere et inthronizare contendebant. Omnis tamen ille conventus solum Nacerat[h] intendebant, ut cuicunque ipse faveret, huic omnes pariter unanimiter subiacerent. Dum haec agerentur, hii qui circa ducem Sobezlaum erant, pariter cum domina coniuge eius nullum signum recuperandae sanitatis in eo notantes, oleo perunxerunt eum. Deinde magis magisque debilitate corporis invalescente, percepto viatico 16. Kal. Martii migravit a seculo. Proh dolor! quanta anxietate, quanta commotione Bohemia fuerit tunc agitata, ad enarrandum difficile manet. Merito quidem angebatur amisso tanto defensore et patre, quippe tanto patriae amore constrictus erat, ut omnium gerens curam paratissimus erat mori pro libertate subditorum et honore. Unde et lasciviam carnis omnibus modis[i] devitabat, quae pluri- 1140.

a) a superis 2. 2ª. b) Chwoyno 2. c) Goscin 2ª. Hoszcin Hradek 2ᵇ. d) et 2. 2ª. e) natale 2. f) Chwoyna 2ᵇ. g) urbe 2. 2ª. h) *ita* 4. Nazerath 2. 2ª. 2ᵇ. i) omnimodis 2. 2ª.

46) Legendum fortasse *sexto*. 47) quae incidunt in diem 23. Aprilis. 48) Sophiam. 49) Heinrico qui ante patrem obiit. 50) quae expeditio in concilio principum Argentorati die 28. Mai. habito constituta est. Cfr. Jaffé, Conrad III. p. 23. Ipsa expeditio coepta est die 25. Iul. teste chronico S. Pantaleonis. 51) neque minus mediante Alberone archiepiscopo Trevirensi. 52) Ex coniectura Palackii I. 413. Königinhof. 53) Arnau.

1140. mos virorum enervare[a] solet. Sobezlaus acer dux[b] prae omnibus in persona egregius, in loquela amabilis, in militia strenuus, in consilio providus, in eleemosyna largus — noverat enim referentibus sibi collateralibus suis capellanis beatum Gregorium dixisse: *Ad tribuendum ergo cur pigri estis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in coelo datis?* — pauperum quoque curam sollicite et diligenter gerebat, quippe non surdus euangelici praecepti
Matth. 25, 40 auditor erat: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Nam licet magna sollicitudine non solum sui principatus esset occupatus, verum etiam curam Moraviae et Sirbiae[c] impenderet, regi quoque Pannoniorum, sicut supra satis ostendi, in plurimis consilium suum praestaret, saepius tamen in semetipso retractabat, ne huiusmodi occupationibus anima irretita improvide[d] periret. Quapropter, velut instructus verbis sapientis cuiusdam dicentis:

Munera quae donat moriens, haec munera non sunt,

cum contectali[e] sua domina Adleyta salutiferum aggreditur consilium, quatenus ante diem exitus sui summum iudicem et inspectorem conscientiarum placare festinaret, praecipue reputantes post mortem suam nullum adeo fidelem, adeo familiarem sibi futurum, qui sic bona eorum pauperibus et Deo servientibus erogaret, ut ipsi viventes fecerunt. Quid plura? advocant[f] Vincentium capellanum, quo alter fidelior sibi non erat, cui sanctae cogitationis omne consilium ordine manifestant, et simul eundem iubent atque rogant, quatenus ex parte ipsorum sanctae Wissegradensis et Pragensis ecclesiae canonicos, nec non commilitones sancti Benedicti, moniales quoque rogaret cum omni clero intra urbem commorante, ut, sicut mos est, pro defunctis officia peragerent, scilicet prima et secunda et tertia et septima[g] die, et caetera usque ad anniversarium sic commemorationes facerent pro ipsis, alii missas pro salute vivorum, alii pro peccatis, alii pro fidelibus defunctis. Placuit itaque primum diem
Nov. 1. in festo omnium sanctorum statui. Ad comprobandum ergo quam affectuose quamque devote hanc eleemosynam laudabilis dux Sobezlaus faceret, veniente anniversario ipsemet in claustro Wissegradensi cum canonicis eiusdem monasterii et cum omni clero devoto e[h] suburbio collecto refectionem habuit, ibique in divite apparatu divitem[i] voluntatem ostendit. Idem egregius dux Sobezlaus inter caetera gestorum suorum magnalia Lotario imperatori et regi Conrado Saxones et Bavaros nec non caeteros Romano imperio aliquando contrarios subiugavit. Hiis et pluribus huiusmodi[k] honoribus circumfultus, 16. Kal. Martii dux praedictus est morte praeventus. Retributor ergo omnium bonorum Deus, pro cuius amore hoc bonum opus praedictus dux operatus est, secundum largam hilaris datoris voluntatem nunc animam eius confovere dignetur. Amen[l]. Cui Wladizlaus[55] successit. Silvester abbas amisit episcopatum. Wladizlaus cum suis convenit regem Conradum levirum suum[56] in urbe Bamberk[57], et ibi accepto vexillo a rege rediit ad sua.

Eodem anno Otto processit ad ordinationem episcopatus, quo accepto 5. Kal. Iunii in metropolitana urbe Magontia ab archiepiscopo Alberto, cum magno honore et laetitia rediit ad sua.

Eodem anno ductrix Adleyta moribus honesta et praeclara, non post multos huius vitae curriculos tacta cordis sui doloribus, siquidem vivens post obitum mariti sui septem mensibus, 17. Kal. Octobris migravit de hoc seculo.

Flumen Sazava 13. Kal. Decembris, quod vadit iuxta coenobium eiusdem nominis Sazawa, discerptionem[m] passum est, plus quam 20 stadiorum longitudine a summo usque deorsum; molendinum eiusdem coenobii, quod ab antiquo nunquam defecerat aquis, tunc stetit in sicco. Abbas et fratres illius coenobii et servientes venerunt ad littus, et miraculum considerantes, ad maiorem notitiam eiusdem miraculi, contra morem solitum magnos pisces et cancros in sicco fundo collegerunt. A prima autem hora usque ad sextam hac in mutatione[n] praedictum flumen divina dispositione continebatur.

Dec. 25. Anno dominicae incarnationis 1141. Wladizlaus dux habuit festum natalis Domini in
58 villa quae vocatur Siwohost[o], ubi puer Wladizlaus[58] ipso festo die, dum nox occupaverat totum mundum, iniit fugam ad avunculum suum nomine Bela, qui tunc regnabat in Ungaria.

a) *ita* 2b. enarrare 2. b) vir et dux sacer 2b. c) Scribiae 2. 2a. d) improvida 2. e) conthorali 2b. f) advocat 2b. g) sexta 2b. h) *deest* 2. 2a. i) diviti 2. k) huius mundi 2. 2a. l) digneris Domine 2b. m) disruptionem 2b. n) immutatione 2. 2b. o) Caijhosst' 2b. *in margine.*

55) secundus. 56) Wladizlai uxor erat Gertrudis, filia Leopoldi IV. marchionis Austriae, ex matre Agnete soror Conradi III. regis. 57) mense Aprili, ut videtur. Cfr. Jaffé, Conrad III. p. 47. 58) filius Sobezlai I. defuncti ducis.

Hyems tunc varia fuit. Bela rex Ungarorum obiit, et nostrates profugi submissis capitibus doluerunt. 1141.

Hoc anno in quadragesima per totam regionem Bohemiae multi suspensi sunt in patibulo, praecipui autem in monte Sibenica[59], ex quibus plures evaserunt et fugam inierunt. Mart. 17. Kal. Maii inundatio fluminis Wltava, quae fluit inter urbes Wissegrad et Pragam, nimia facta fuit, et vicinis rebus multum nocuit. 9. Kal. Maii novus Lucifer ortus est, sed dissimilis varietatibus priori Lucifero quem ante memoravi; ille 17. Kal. Augusti ortus est, iste 9. Kal. Maii visus est, et sic varios cursus peragit.

Hic praesul Zdico Olomucensis ecclesiae accipiens crucem de sancto altari sancti Petri, lacrymans prae gaudio et cantans hanc antiphonam: *Qui vult venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam* etc. ascendit equum cum suis contra paganos qui vocantur Pruzi, ut fidem sanctae Trinitatis eis insinuaret et baptizaret eos[60]; quod tamen[a] melius est silere de eius itinere, quoniam[b] in vanum laboravit, et de eius reditu gaudere. Marc. 2, 34. 60

Anno dominicae incarnationis 1142. regnante Conrado necdum imperatore Romano, inthronizato autem principe Bohemorum Wladizlao, qui patruo suo successerat illustri viro Sobezlao, oritur inter Bohemos vesana seditio, quae eos perfidiae stimulo turbatos in duas turmas divisit, et melior nobiliorque pars ad Conradum ducem Moraviae perrexit[61], inferior vero et iunior cum Wladizlao remansit. Hiis ita gestis subito pax abicitur, bellumque festinum indicitur; in condicto loco conveniunt, de Wladizlai depulsione et Conradi electione armati consulunt, et nullam concordiae pacisque firmitatem statuunt. In crastino autem Moravienses cum profugis Bohemis in Wladizlaum et fratrem[c] Theobaldum et Henricum[62] ex improviso insurgunt, in fugamque cum omni exercitu compellunt. Quibus resistentibus quantum valuerunt, maiores belli ductores Nacerat, Smil, Ben[d] et alii quam plures ex utraque parte ceciderunt[63]. Tunc Bohemi videntes Moravos invalescere seque auxilio Dei carere, omnes in evasionem fugierunt; Pragam vero metropolim civitatem ingressi cum Theobaldo, munitiones firmaverunt, Wladizlaum propere ad regem Theutonicorum pro auxilio adipiscendo direxerunt. Igitur Conradus ducatus concupiscentia accensus, fugitivos prosequens, Pragam obsidet, armatos circumquaque adhibet, machinas, balistas, sagittarios instruit, ad ultimum in monasteria, in claustra, in aedificia ignes mittit. Proh dolor! nefas invisum, inaudita angustia, tristitia insolita, curae, timor et tremor cives suburbanos affinesque eorum invaserunt, et moniales dilectae Deo et hominibus de coenobio sancti Georgii martyris sanctaeque Ludmilae martyris, omnia sacraria et habitacula sua combusta videntes, territae cum gemitu gravique suspirio semivivae, vix valentes oculos et manus ad coelum levare, clamaverunt: *Domine, miserere nostri et respice nos.* Et subito invento exitu de civitate fugientes, in locum unum sub Petrzin monte secesserunt, ac in ecclesia sancti Iohannis baptistae, quoad restaurationem proprii loci viderent, quasi exules, tristes et flebiles manserunt. 1142. 61

Evolutis igitur paucis diebus pro dolore et afflictione non computatis, regis Theutonicorum Conradi conductorumque eius Wladizlai ducis et episcopi Zdiconis, venerabilis et sanctae memoriae viri, adventus cum forti manu intonuit. Quo audito Conradus tetrarcha cum suis sequacibus in terram suam latenter effugit, et amplius non comparuit. Veniens ergo rex Conradus ducem restituit firma pace[64], sumpta promissa pecunia in propria profectus est. Tunc omnes qui in tristitia fuerant, quasi de gravi somno excitati, laetati sunt, coeperunt quae violata erant reaedificare, quae vero omnino consumpta, renovare. Itaque dominae moniales, sanctae et fidei catholicae filiae, in loco praedicto conversantes, die noctuque flebili voce secundum desiderium iusti Simeonis dicebant: *Quando hinc exibimus? quando in claustro manebimus? quando cum pleno gaudio Deum orabimus?* Mox exauditae a Domino audierunt relatione custodum murorum piscatorumque et pauperum in noctibus laborantium, vidisse flammas de earum[e] ecclesia exiisse et usque in coelum se protendisse. Hac auditione per Spiritum sanctum commonitae claustrum visitant, ecclesiam lustrant, altaria inspectant, 64

a) quid tum 2. b) quam 2. c) *Omnia quae sequuntur, in* 2b. *desiderantur.* d) Beneda 2. Ben 2a. e) eorum 2. 2b.

59) Hodie mons Žižka. 60) Vide de hac re litteras ab Innocentio II. papa ad Heinricum episcopum datas anno 1141. Boczek I, 212. 61) cui favebant reliqui Moraviae duces, Otto Olomucensis, Wratizlaus Brunnensis et alii. Cfr. Vincentius Pragensis ad h. a. 62) aeque fratrem Wladislai II. 63) quod factum est in pugna ad montem Wisokam, in circulo Czaslaviensi inter Suchdol et Maleschau, die 25. April. Vid. Vincentium Pragensem l. l. et Palackium I, 419. 64) Pragam intravit die festo pentecostes i. e. 7. Iun. teste Vincentio.

1142. et maxime reliquias sanctae Ludmilae patronae suae cum lacrymis quaeritant, accersito Wernhero lapicida et caementario, ut inter saxa et titiones requirat sollicitant. Ecce volente Deo Wernherus sarcophagum incorruptum nec igne tactum reperit, ad dominas laetus rediit, et prae gaudio remunerationem postulans, laetitiam nunciavit. O sancte Deus! o mirabilis in sanctis suis! o benedicte in operibus tuis! quanta exultatione famulas[a] tuas dignatus es replere, quali visitationis solatio perfundere, quam magno gaudio praesentationis laetificare! In terram Deo gratificantes corruunt, lacrymis loca perfundunt, et oblitae tristitiae ad levandam thecam currunt, sed quasi stupefactae praesumptionem reprimunt, et vocato sacerdote Pudone, cuius consilio et auxilio foras temptant efferre, et exeuntes ad portam civitatis inveniunt obstructam, seratam et quasi exitui oppositam, quam multo conanime quassatam nimiisque laboribus temptatam nullo modo aperiunt. Et hoc miraculo compunctae in locum unde exierant regressae sunt, missoque nuncio ad episcopum Ottonem supplicant ut veniat, quid agendum sit decernat. Qui respondit, se non audere facere, nisi prius mittat Romam. Iterum autem praesulem[b] Moraviae Zdiconem implorant, ut desiderium ipsarum impleat[c]. Qui se facturum promittit, si antistitis earum licentiam inveniat. Non cessantes ergo claustricolae a proposito, domini decani Pragensis Henrici Petrique archidiaconi caeterorumque de conventu consilio sarcofagum relevant, aperiunt, et praevisum iuxta altare laetanter recondunt. Nec hoc quoque praetereundum est, quod mirabile et in seculis praedicandum furtum Wernheri declaratur, qui ablata latenter parte corporis beatae Ludmilae, athletae Christi, repatriat, ad construendum templum Deo duos conducit, qui coepto opere mortui sunt, in sequenti enim alii duo, in tertio ipsemet defunctus est. Hiis visis filius eius iussu vicinorum propinquorumque Bohemiam intrat, Gervasio cancellario, consanguineo suo, gesta replicat, per quem ammonitus ablata ecclesiae reddidit, in nomine domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

MONACHI SAZAVENSIS CONTINUATIO COSMAE.

De chronica sancti Iheronimi et composicione annorum.

Beatus Ieronimus in chronica, quam propriis manibus contexuit, ita commemorat: Ab Adam usque ad diluvium anni 2242. A diluvio usque ad Abraham anni 942. Ab Abraham usque ad nativitatem Domini anni 2015. In quorum summa inveniuntur quinque milia et insuper centum nonaginta novem. Anni ab incarnatione Domini:

Ann. Quedl. 932. Eodem anno Hinricus rex Abotritos subegit.

958. Signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis autem qui derisui illud habebant, mortem inferens, illis autem qui pie et religiose illud venerabantur, nil mali intulit.

960. Isto anno venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, et deprecati sunt eum, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis, et professi sunt se velle recedere a paganico ritu et accipere nomen et religionem christianitatis. Et ille consensit petitioni eorum, et transmisit Adelbertum episcopum in fide catholicum. Illi per omnia mentiti sunt, sicut postea eventus rei probavit, quia ille praedictus episcopus non evasit letale periculum ab insidiis illorum.

Ann. Quedl.? 962. Tuto episcopus Ratisponensis ecclesiae obiit.

963. Magnum synodale concilium factum est Romae in ecclesia sancti Petri apostoli, ibique praesidebat Otto imperator augustus cum magna multitudine episcoporum, abbatum, monachorum, praepositorum, clericorum, illicque deiectus est Benedictus papa ab apostolica sede, et Adaldago episcopo commissus, in Saxoniamque est deductus, illicque vitam finivit. Et ipso in anno mortalitas invasit exercitum Ottonis imperatoris.

972. Sanctus Oudalricus episcopus Augustensis ecclesiae migravit ab hoc saeculo 4. Non. Iulii, cuius corpus sepelivit sanctus Wolfrangus episcopus Ratisponensis.

973. Otto imperator primus Theutonicorum pius, heu proh dolor! Non. Maii obiit, cui Otto filius eius successit.

975. Hyems durissima et importune longa. Et Idus Mai nix magna noviter lapsa terram operiebat.

Eodem anno Rudbertus archiepiscopus obiit, cui Willigisus successit.

a) familias 2. 2b. b) respondit — praesulem in uno 2a. *leguntur.* c) impleant 2.

985. Saxones Sclavoniam invaserunt, quibus ad supplementum Miseeho dux cum magno exercitu venit, qui totam Ann. Quedl.
erram Sclavonicam incendiis et caedibus devastarunt.

986. Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum venit in Sclaviam, et multis incendiis et caedibus devastarunt.

987. Eodem anno Saxones iterum Sclaviam invaserunt, et ad ultimum ipsi Sclavi regis ditioni subduntur, et castella iusta Albim flumen denuo restaurata sunt. Et ventus ingens aedificia multa stravit.

988. Isto anno aestatis fervor immanis pene cunctos fructus consumpsit, et mox grandis mortalitas hominum subsecuta est.

989. Eodem anno comete apparuerunt, quos pestilentia subsecuta grandis hominum et iumentorum, maxime boum.

990. Eclipsis solis facta est 12. Kal. Novembris, quinta hora diei. Eodem anno sanctus Adelbertus, episcopus Pra- Cosmas.
gensis ecclesiae sanctae, Romae ad sanctum Alexium confessorem et ad sanctum Bonifacium, inscio abbate quis esset, factus est monachus. Item eodem anno Nemet perdita est[65].

995. Atque in ecclesia sancti Bonifacii martyris sepulti sunt 6. Idus Octobris[66].

Anno dominicae incarnationis 996. sanctus Adalbertus, episcopus Boemorum secundus de Praga civitate, a- Ann. Quedl.
Pruzia glorioso martyrio 9. Kal. Mali coronatur, cui Theodagus successit.

998. Eodem anno, mense Iulio terrae motus factus est horribilis per totam Saxoniam, duoque lapides igniti ex tonitru ceciderunt, unus in ipsa civitate Magdeburgensi, alter ultra Albiam fluvium.

999. Eodem anno obiit Bruno papa, qui Romano more Gregorius vocabatur.

1000. Caesar vero Otto antequam patriam visitaret, humili devotione in Polonia sanctum Adalbertum episcopum et martyrem nuper Christo laureatum adiit, eius interventum obnixius petiit, ibique summo consilio a duce Sclavonico Boleslavone susceptus, xeniis omnigeni census obsequialiter honoratur. Dehinc in patriam imperator Otto reverititur, ac Quidilinburgensi[a] loco dominicam resurrectionis diem debitae venerationis obsequiis festive peregit.

1001. Dux Mesco Polonicensis obtinuit civitatem Pragam.

De exordio Zazovensis monasterii.

Hoc in loco congruum videtur non debere praetermitti, qualiter cenobium Zazavense 1038.
divinae dispositionis gratia exordium sumpserit, sub quibus principibus et qualiter ex tenui origine auctore Deo in tantam, ut hodie cernitur, amplitudinem excreverit, ut et in hoc, sicut in ceteris pietatis suae operibus, divinae bonitatis magnificentia ab omnibus fidelibus laudetur. Tempore siquidem praefati ducis Oudalrici, in divino cultu viri magnifici, fuit here- mita Procopius nomine, natione Boemicus de villa Chotun[67], Sclavonicis litteris a sanctis- 67
simo Quirillo episcopo quondam inventis et statutis canonice admodum imbutus; in seculo presbyter eximius, honesta vitae et casta mysteria celebrans, postmodum infula monasticae parmatus[68] professionis, solus cum solo Deo in fidei pignore inconvulsus deguit. Hic quippe pro amore Iesu Christi toto spiritus sui ardore fervens, vanitatem nequam huius mundi con- tempsit, et domum uxoremque, agros, cognatos atque amicos, immo semetipsum sibi abne- gans, versuciali seculo et pompis suis miserabilibus valedixit, a cuius tumultuoso turbine fugiens, secreta solitudinis petiit, atque supercilio cuiusdam desertae speluncae[69], quam mille dęmonia, ut fertur, inhabitabant, celestibus armis loricatus, consedit, ibique quibus se posset tueri obstaculis[70] virtutum constructis contra canes viciorum et impetum spiritualium nequi- 70
tiarum ac suggestionum sagittas, ad petram quae Christus est orationibus, vigiliis, ieiuniis allidens, viriliter pugnare cepit. Dum igitur in dilecta sibi solitudine a naufragio secularis tumultus liber ac ab omnibus occultus, per multum tempus Deo indefessus agonizaret, pia divinitatis dispositio civitatem in monte positam latére et lucernam sub modio abscondi minime voluit, sed ad laudem et gloriam nominis sui in propatulo exemplo multorum fide- lium lucere. Celesti namque gratia dictante, dum idem dux consueto more illum locum, quem ad venandum speciatim elegerat, quodam tempore venandi gratia adisset, interim dum venationi daret operam, unum ex multitudine cervum ad secretiora nemoris profugientem insecutus usque in verticem praedictae speluncae, reperit exili tugurio Procopium virum monachili sub habitu heremiticam excolere vitam. Primo igitur rei novitatem principalis celsitudinis modificato tenore, mentis alacritate, dulci verborum affabilitate singula ex ordine percunctatur, quis et quibus ab oris venerit, vel qua de causa vir talis tamque rarus eas solitudines incolere voluerit. Cuius ad interrogata Procopius breviter ac humiliter respon- dens, omnem sicut res erat veritatem seriatim exposuit, et ad ultimum subiunxit, se pro

a) Qüidiligensi 4°.

65) Nimtsch in Silesia. Cfr. Annales Pragenses et Wilmans Otto III. Exc. VIII. p. 219. 66) Scil. quinque fratres sancti Adalberti; est glossa ad Cosm. I, 29. 67) in circulo Kaurzimensi. Vi- tam sancti Procopii versibus Bohemicis descriptam, quam ex fontibus pervetustis fluxisse conficiebat Dobner ad Hajec. IV, 246. ex chronico Sazavensi esse derivatam docuit Palacky Würdigung p. 51. 68) i. e. munitus. 69) haud procul a Kaurzim ad fluvium Sazavam, qui in Moldavam exundat. 70) i. e. propugnaculis.

1038. amore Dei et spe supernae retributionis mundo funditus renunciasse, et in eodem deserto, si Deo placeret, finetenus velle persistere.

Princeps igitur prudens in Domino ammirans viri tam arduum propositum, et adtendens vultum sanctae religionis gratia praeditum, utrasque manus caelis tetendit, Deum lacrimis perfusus benedixit, deinde orationibus eius sese attentius commendat, et in spiritualem patrem sibi adoptat, et larga manu subsidium exhibens, ad militum stationem regreditur gaudens. Exinde igitur caelesti dictante gratia crescebat adeo longe lateque per cuncta compita fama virtutum illius, multiplici sermone discurrens, ut ad eius opinionem catervatim provinciae eiusdem homines xenia offerrent ipsiusque orationibus sese devote manciparent; qui caritatis flagrantia plenus, hospitalitate pie praeditus, prudentia sancta decenter ornatus, castimonia prus, humilitatis misericordia providus, temperantia clarus habundantia zeli fidei plenus, qui sermone praedicationis sanctae pectora audientium, ut imber temporaneus oportuno tempore infusus irrigabat, ac doctrinae suae vomere mentes utillime reformabat. Pauperes denique tanta pietatis largicione sibi divinitus ingenita suscipiebat, tamque prona et leta famulatus sollicitudine ministrabat, ac si manifestissime Christus adesset, ut omnis
71 territorii eius industria mendici atque pifaudi[71] pascerentur. Properabat equidem ad eum multitudo fidelium, habentes in desiderio animi sui seculi lucris renunciare, secum finetenus commanere, quos benigne amplectans fovebat, sicut gallina pullos suos sub alis. Brevi itaque temporis dilapso interstitio, felix pater Procopius, coadunatis quibus potuit sumptibus, iecit fundamentum in nomine Domini, et basilicam in honore sanctissimae Dei genitricis Mariae et sancti Ioannis baptistae construxit, et aggregavit quosdam fratres vita et moribus religiosos, quibus spiritualiter concordantibus unanimi caritate monastica fieri moderamina et mysteria divina iuxta exemplar almifici patris Benedicti constituit, ipse vero minimus in minimis effectus. Cuius quantum prudens et efficax diligentia mentis industriaque ac sollicitudo, et quam pia caritatis affluentia erga fratres extiterit, nullius facundia digne sufficit
72 enarrare. Dux igitur praedictus et primatus curialis[72] patrem vocitare usui suo commendaverunt, quem etiam paterna veneratione diligere decenter affectabant. Unde idem dux magnanimiter cum satraparum suorum ingeniositate perspicaci prudentique consilio discretionis inito[a], eum ad abbatiae investituram debere promoveri decrevit, quaedam cenobiali usui necessaria decenter coaptans, quaedam pollicens, quae tandem decenter complevit. Ille vero sese ceteris praeferre pertimescens, summo mansuetudinis humilitatisque emolumento omnino recusabat, semet asserens imperitum hominem et indignum operam obedientiae minime subiectis impendere valere, Deum, qui omnium occultorum solus cognitor est, intimae suae inspectionis testem praeponens.

Interim piae memoriae duce Oudalrico ex hac luce subtracto, Bracizlaus, filius eius, regni principatum optinuit, vir per omnia divinae religionis cultum diligens; opus, quod pater suus imperfectum reliquerat, omni sagacitatis diligentia ad perfectum consummare decrevit. Audiens namque beati viri sanctam opinionem, immenso tripudio ultra quam credi posset, cum optimatibus suis gavisus est, cuius sese gratulabundus commendans orationibus, seorsim assumpsit, et de suscipienda abbatiae infula commonuit; deinde iterata vice in praesentia omnis curialis dignitatis verbis persuasoriis aggreditur, et licet velit nolit, pastoralis curae moderamina suscipere deberet. Sed vir Dei in sibi solita perdurans pertinacia, omnino sese asserens indignum, nullatenus ad consensum ducis flecti potuit. Sed divinae ordinationi quis est qui contradicat? Victus namque omni instantia precum omnique dilectionis ammonitione atque affabilitate optimatum, violenter abbas ordinatur. Facta ergo celebri promotione, dux Bracizlaus primo quidem donationem, quam pater suus eidem patri adhuc ante susceptionem abbatiae fecerat, flumen videlicet subterfluens Amilobuz[73] usque ad speluncam, quae vulgo
71 Zacolnica dicitur, cum pratis et silva circumiacente, principali corroboravit auctoritate[74]; dein etiam hanc eandem donationem supervenientibus heredibus[b] et eam suo iuri usurpative vendicare molientibus, nolens paterna cassare statuta, semet opposuit, litem diremit, et eidem patri Procopio omnem utilitatem in aqua et silva a praedictis terminis redonavit, agros vero[c] et prata ex utraque parte adiacentia sub testimonio et confirmatione filii sui Wratizlai et

a) initio 4. 4ª. b) heresibus *erronee* 4. c) vero *deest* 4.

71) Idem videtur quod Gallorum *pifre*, i. e. gulosus, famelicus. 72) i. e. optimatum cohors.
73) Schaltero X, 128 est Sazava fluvius. 74) quae desideratur.

principum suorum 600 denariorum precio redemit, et abbati Procopio scriptis et legitimis testibus reconsignavit. Ad extremum quoque ex propria largitione terram, quae circa est usque ad silvam Strnounic, nec non villam Zcramnik et unum stagnum et structuram lignorum ad piscandum centum denariis comparatam eidem abbati et suis successoribus pro remedio animae suae in perpetuum possidenda contradidit.

Tam igitur felici processu iam factus abbas, non se super se extulit, sed firmiori virtutum soliditate fundatus, humilitatis quoque ac caritatis constanti excellentia stabilitus, tam hylaris et affectione benevolentiae continens extitit, ut a subiectis sibi plus amori haberetur quam timori, quibus tam publice quam singillatim salutaria ministrare monita multaque exemplis priscorum dogmata pigmentata[75] non desistebat. In tempore siquidem suo omnium rerum opulentia non defuit, qui tamen exercitio laboris manuum suarum sustentabatur, et pauperum inopiam refocillabat, atque in tristicia positorum curam supportans cunctorum, eos uti prudens medicus infirmos antidoto paterno et solatio recreabat. Qui dum tam beatam vitam et illustrem duxit, virtutum signis in templo Dei ceu sol usque ad consummationem vitae refulsit, quin immo sancti Pneumatis instinctu prophetiae mysterio claruit praesagus futurorum. Ante biduum siquidem suae terminationem resolutionis revelante divinitatis gratia praescivit, qui accersito bonae qualitatis nepote Vito et filio suo piae indolis Emmerammo, seriatim exposuit eis futura, sicuti et postea rei comprobavit successus, singultuose tali verbi nobilitate inquiens: *Karissimi mei filioli, quos utpote gallina pullos educavi, perpendite quia tempus meae resolutionis adest; tercia certissime die Domino annuente de huius carnis tabernaculo migrabo, vos commendans Deo, sed vestrae circumspectioni innotesco, quod post discessum meum fluctivagorum detractionum varietate impetuosa quassabimini, ac pestifero persecutionum tribulabimini naufragio, atque extorres efficiemini sex annis in terra aliena, et iste locus potestativa manu ducis tradetur possibilitati*[76] *alienigenarum. Vos autem, dilectissimi filioli, idcirco nolite a fide naufragare, fratres vestros confirmate, Deum expedibiliter*[77] *laudate, in prosperis benedicite, in adversis supplicate, in letis gratias agite, in tristibus querite eventibus, cuius pietatis magnificentia tandem consolabimini. Nam revolutis sex annis exilii vestri misertus, tranquilitatis reparabit vobis statum, ac detractoribus vestris talionem merito reddet, vosque ad portum consolationis reducet. Defuncto namque praesente principe pio Bracizlao succedet Zpitigneus, qui vos persequetur; quo mortuo Wratizlaus regimen principatus Boemiae suscipiet, vir timoratus*[78]*, benivolus. Hic reducet vos de exilio, et dabit vobis Iesus Christus dominus noster in loco isto pacem et securitatem omnibus diebus vitae vestrae. Amen.* Iam vero decedente die sequente, dum finita canonice vespertinali sinaxi et completorio resideret in lectulo, infirmitate vehementi correptus est, qui in articulo mortis positus, quanquam ultimum anhelitum traheret, tamen antiquum hostem orationis mucrone viriliter brachio extenso iaculari non cessabat. Adesse exinplo fratres iubet, quos in meroris[78*] afflictionem fletumque inconsolabilem conversos paternae informatione consolationis corroborat, commonensque eos, de corpore suo, de mundi huius naufragio, migravit ad Dominum, de servitio ad regnum, de labore ad requiem, de morte ad vitam sempiternam, praestante domino nostro Iesu Christo, qui in Trinitate perfecta vivit et gloriatur Deus unus per infinita secula seculorum. Amen. Consummavit autem beatus abba Procopius cursum vitae suae feliciter in Domino anno ab incarnatione Domini 1053, et eiusdem anni 8. Kal. Aprilis; praesente Severo Pragensi episcopo in ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae, quam ipse construxit, honorifice est sepulturae commendatus. 1053. Mart. 25.

Post discessum igitur beatissimi patris Procopii consors societas propria voluntate de congregatione Vitum nepotem eius elegit, qui electus sine dolo, sine venalitate ordinatus est, vir in humanis et divinis rebus idoneus, seculi huius inimicus, inclite morigeratus, sapientia pervigil, reverendus in vultu, affabilis alloquio, lenitate placabilis. Quo in abbatia expedibiliter degente, Bracizlaus dux ultimum mundo valedixit, cuius loco Zpitigneus monarchiae gubernacula suscepit. Quo tempore sancti patris Procopii vaticinii ordo completur. Instigante namque zelo Diaboli, multi emuli ficticia venenosa detractionum conspirantes, laqueos cavillationum in curia ducis contra Vitum abbatem et fratres eius astruere ceperunt, atque aures principis favorabiliter compositis mendaciis obfuscantes, eos multiphariis vituperiis publicabant, scilicet dicentes, per Sclavonicas litteras heresis secta ypochrisisque esse aperte 1053.

75) i. e. ornata, nam ita videtur legendum pro *pigmenta* quod codex exhibet. 76) i. e. potestati. 77) i. e. animo ad laudes Dei semper expedito. 78) Dei timidus. 78*) Ita legendum pro *memoris* codicis loctione.

irretitos ac omnino perversos; quam ob rem electis eis, in loco eorum Latinae auctoritatis abbatem et fratres constituere omnino esse honestum constanter affirmabant. O invidia, inextricabilis maliciae zelus! O invidia detestanda, omnimoda malicia conglobata, ignis inextinguibilis! Sed revera sicut tinea vestimentum consumitur, sic is qui illam zelatur, cui autem invidet, clariorem reddet. Vitus itaque abbas assumptis fratribus suis, quos unitas caritatis concordaverat, peregre profectus est in terram Hunorum. Nunc opere precium duximus unum ex multis beati viri miraculis compendio stili ac veridica relatione fidelium memoriae caritativae tradere, quod Domini nostri magnificentia per merita eius post mortem declarare dignata est. Memoratus namque dux, Vito abbate cum nepote suo Emmerammo et fratribus, quos unitas caritatis concordaverat, in terram Hunorum peregre proficiscentibus, propria fautorum suorum consiliaria diffinitione utens, in loco illo abbatem genere
79 Teutonicum constituit[79], hominem turbida indignatione plenum. Ubi dum nocte prima adventus sui ex more ad matutinalem sinaxin pergens foribus ecclesiae appropinquaret, apparuit vir sanctus Procopius infra ianuam oratorii appodians et dicens ei: *Unde tibi potestas hic degendi? Quid quaeris?* At ille: *Potestativa*, inquit, *ducis maiestas et eius primatum inconvulsa sublimitas meae possibilitatis regimini hoc cenobium usque ad finem vitae meae tradidit.* Cui sanctus pater, *Citissime*, inquit, *sine confusionis verecundia discede, quod si non feceris, ultio divinitus veniet super te.* Et haec dicens evanuit. At ille estimans esse delusionem Sathanae, omnino nichili pendebat. Qui dum sequenti et tercia nocte minacem parvi penderet, quarta nocte apparuit ei ad matutinum obsequium eunti sanctus vir, dicens: *Cur meis monitis amicabilibus obtemperare recusasti? Filius meis spiritalibus a domino impetravi hunc locum, non tibi qui supplantatim intrasti. Et si a domino tuo tibi duce haec hactenus potestas fuit inhibita, a*
80 *me sit amodo prohibita.* Et haec dicens, impetuose fortissimis ictibus cambutta[80], quam manu gestabat, illum ferire cepit, qui mox quasi Bellonae percussus oestro[81] sine dilatione locum mutavit, et volatili cursu ad ducem terrae pervenit, ac omnem rei eventum illi patefecit. At ille attonitus vehementi ammiratione vacillare cepit, et ambiguitatis laqueo irretitus usque ad finem vitae suae permansit.

1061. Defuncto igitur Zpitigneo duce, divinitas fideli suo servo Wratizlao memorali titulo ducatus gubernaculum tradidit, qui cum divinum ecclesiae diligeret unice cultum, etiam illum toto cordis affectu locum dilexit. Qui missis legatis Hunorum ad regem[82], de exilio Vitum abbatem et fratres eius cum honore reduxit et in loco suo decenter restituit. Quibus per merita et orationes beati patroni Procopii omnipotentis Dei propicia consolatio affuit, quae ipsum locum omnium rerum profectibus abundantem redundantemque in pristinum
83 immo in ampliorem honorem enceniavit[83]. Felix igitur abba Vitus, vir ingentis industriae consiliique, consensu fratrum, appropinquante vitae suae termino, arcisterii[84] sui commisit ius regiminis abbatialis Emmerammo consanguineo suo, viro sanctitate conspicuo, in placito
85 ducis[85] satrapumque eius. Ipse denique postea brevi transacto dierum spacio, diem clausit extremum, cum Domino victurus in eternum. Cuius corpus iuxta fores in sinistra parte, in ingressu ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae humatum est.

Post discessum igitur eius Emmerammus[a] abba benignus, homo simplicitatis columbinae, sanctae vitae meritis et virtutum gemmis effulsit; qui nequaquam serpentinae prudentiae animum admittens, fidei catholicae inconcussam dum vixit constantiam tenuit, ac multorum dubia corda in fide Christi stabiliter solidavit, vir per omnia perspicuae felicitatis in omnes et liberalitatis. Hic denique non aliter nisi malum nominabat pecuniam, quam ex toto nichili pendens nec manu tangere volebat, immo gressibus calcandam adiudicabat, sanctorum apostolorum vestigia secutus, qui precia eorum quae vendebantur sacris tangere dextris vitabant, sed pedibus gazam ut lutum calcandam fore nobis exempla reliquerunt. Igitur beatus abba cum iam monachilis militiae ordine apud homines pater egregiae perfectionis, sanctae conversationis praedicaretur, et affectione iusti amoris peroptime polleret

Matth. 5, 14. 15. — quia secundum Veritatem nec civitas in monte posita, nec lucerna sub modio latere potest — misit divinitatis dispensatio infirmitatum castigationes in omnia membra eius, ne laudantium

a) Hemmerammus 4ª.

79) Qui fuerit Spitignei erga Germanos animus vide apud Cosmam II, 14. 80) virga pastoralis. 81) Iuvenal. Sat. IV, 123. 82) Salomonem, ut videbatur Dobnero IV, 382, qui monachos a. 1064 revocatos esse censet. 83) i. e. initiavit, restauravit. 84) i. e. asceterii, monasterii. 85) Itaque Vitus ante annum 1086, quo Wratislaus regnum adeptus est, obiit.

extollentiam ei ingereret adulatio, ne mens eius elationes per humanas laudationes incurreret, donec post periculum navigationis hoc mari magno et spacioso securus ad felicitatis portum perveniret. Is ergo longo tempore, sicut Dominus noster voluit, multis calamitatum passionibus usquequaque afflictus, rebus humanis exemptus est, multis suis successoribus, quia discessit, flendus, sed quia ad regna caelestia pervenit, omni gaudio prosequendus. Hunc equidem fratrum unanimitas dextra parte ingressus ianuae supradictae ecclesiae sepelivit.

Hoc ita tempore rex Wratizlaus, piae memoriae commendandus, qui iam dicti claustri ecclesiam libenter ditabat, Boemiensis monarchiae arcem [a] regebat. Huius pia voluntate cum fratrum electione in loco patris Emmerammi Bozethecus abbatiae nactus est dignitatem, homo nimium circa omnes communis, liberalis in cunctos. Hic pingere venustissime meminit, fingere vel sculpere ligno lapideque ac osse tornare peroptime novit. Vir ingentis facundiae et promptae memoriae, sed gloriae popularis avidus, praesumptuosus, iracundus, aliquantulum vitiis deditus. Ipse siquidem locum illum laudabiliter omni ornatu, sicut hodierna die apparet, decoravit; ecclesiam longitudine, latitudine, altitudine venustissime ampliando fundavit, imo palliis, campanis, crucibus et omnibus monasticis rebus adornavit, cenobium totum omni ex parte edificiis et omni suppellectili renovavit. Huius siquidem studium ad omnia necessaria monasticae utilitatis vigilabat, unde magnus discordiarum fomes, Diaboli invidia instigante et famulante, inter fratres monasterii contra eum oritur, et lamentabilis ira scaturire cepit, scilicet per miseros fratres Demetrium et Cananum et Golissonem presbyteros, homines tunc ineptos et iniuriosos, et alios complices et fautores eorum, qui bachantes bachabantur, opere et sermone turpi contra eum truces existentes. Rex autem supradictus, homo christianissimus, unice diligebat eum, cuius gratia idem abbas in tantum sublimatus erat, ut fere omnes Boemienses abbates dignitate praecellere videretur. Quam ob rem idem abbas praesumptuose agens, episcopo suo officium praeripuit quadam summa festivitate. Nam regis supra nominati capiti coronam imposuit, quod praesul suus Comas [b. 86] facere debuit. Igitur iratus est episcopus Comas ei furore inextinguibili, quare sibi calumpniis illatis, eum degradare conabatur, sed optimatum regalium precibus continuis resistere non valens, vix debitori suo Bozethco abbati debitum iracundiae licet non ex toto corde dimisit, eo tamen tenore, uti respondit ei idem ad ultimum episcopus: *Sed quia tu, abba, bene nosti sculpere et tornare, per sanctae obedientiae nostrae praeceptum ob diluendam culpam tuam, quam ex contumacia tua praesumptuose perpetrasti, tibi praecipimus, quatinus tuae longitudinis et latitudinis magnum mensuram crucifixum factum, cum cruce in dorso tuo usque Romam deferas, et in ecclesia metropolitana sancti Petri apostoli ponas.* Haec ipse abbas lubenti animo cum cordis contritione perficere non tardavit et maiestati praesulari satisfecit. Post aliquantum tempus quantum cenobii fratres, de quibus superius praemisimus, contra eum zelotipiae venenum, velut mortiferi serpentes, conspiravere nullo more dicendum, nam unusquisque eorum accusationes querebat adversus eum, sed convenientia testimonia non inveniebantur. Nam idem fratres, membra Sathanae, existimabant, si abbas iam nominatus quoquomodo expelleretur, sperabant aliquem ex eis eorum errorum complicem abbatiae iura susceppturum. Rex autem Wratizlaus iam migraverat ad Dominum, cuius tunc successor Bracizlaus 1092.
sublimitate ducatus Boemiae pollebat. Huius aures cum supranotati fratres per se et per amicos multis ficticiis et innumeris vituperiis contra abbatem suum Bozethcum compositis obpulsando multiplicarent, idem dux nominatum abbatem de loco superius dicto extirpavit et fratres eiecit. Ibi impleta sunt verba Veritatis: *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.* Matth. 26, 31. Abbate itaque eiecto, eius fratres, qui proditionis auctores contra eum extiterant, ex tunc erraverunt usquequaque per incerta loca girovagi, donec ad ultimum aliqui corde compuncti vix in loco proprio recepti, eidem loco inepti vitam finierunt, et libri linguae eorum deleti omnino et disperditi, nequaquam ulterius in eodem loco recitabuntur.

1045. Obiit Guntherus monachus et heremita 7. Idus Octob., et sepultus est in monasterio sanctorum Adalberti atque Benedicti ante altare sancti Stephani prothomartyris.

1053. Procopius primus abbas Zazovensis monasterii felici fine cursum vitae suae consummans, 8. Kal. Aprilis huius mundi exivit stadium, aeternae felicitatis percepturus bravium.

a) aciem 4a. b) *ita legunt* 4. 4a.

86) qui anno 1091 episcopus electus est. Cfr. Cosmas II, 42

1070. 1070. Indictione 4. epacta 6. concurrente 2, tertio Kal. Iulii praesul Gebehardus consecravit ecclesiam in Zazoa in honore sanctae crucis, in cuius ara continentur reliquiae sanctae crucis, de vestimento sanctae Mariae, sancti Petri apostoli, sancti Stephani prothomartyris sanctique Georgii martyris.

86 1088. Sicque[86*] iustus vir, veluti Dei martyr, miles Beneda, obiit 5. Idus Iulii, et sepultus est in urbe Missin ante portam monasterii sancti[a] Iohannis apostoli et euangelistae.

1089. Obiit dominus Megnhardus, abbas sancti Adalberti monasterii Breunovensis, a quo constructum est, cui successit Adalbertus.

1091. Et in hieme neque nix neque pluvia fuit.

1095. Eodem anno 2. Idus Octobris consecratum est oratorium in Zazoa a venerabili sanctae Pragensis ecclesiae octavo episcopo Cosma, quod Bozetech eiusdem loci abbas, cuius supra meminimus, sui regiminis tempore construxit, habens inicium a dextris ab altari sancti Martini, a sinistris ab ara sancti Stephani prothomartyris usque in finem criptae. In medio vero oratorii, quo situm est altare, continet reliquias sancti Petri, sancti Pauli, sancti Andreae, sancti Bartholomei, sancti Thomae, sancti Iacobi, sancti Philippi, sancti Lucae euangelistae, sancti Barnabae et omnium apostolorum. Sequenti vero die, quod est Idus Octobris, consecrata sunt tria altaria, unum super criptam, in quo continentur reliquiae de sudario Domini, de spinea corona eius, de sepulchro eiusdem, de sancta cruce, sanctae Mariae, sancti Iohannis babtistae, sancti Iohannis apostoli et euangelistae; aliud altare sub cripta, in quo continentur reliquiae sanctorum Cosmae fratrumque eius; item in capella, quae est a sinistra parte ecclesiae, altare in quo continentur reliquiae sanctae crucis, sancti Laurentii martiris, sancti Blasii episcopi et martiris, sancti Mauritii martiris, sancti Pancratii martiris. Deinde tercia die, quod est 17. Kal. Novembris, consecrata sunt duo altaria, unum a dextris, in quo continentur reliquiae sancti Martini, sanctorum Iohannis et Pauli, sancti Tyburcii martiris, sancti Glebii et socii eius, sanctorum Benedicti, Iohannis, Ysaac, Mathei, Christiani, sancti Nykolai, sancti Ieronimi, sancti Uodalrici, sancti Fortunati[b], sancti Odolphii, sancti Lazarii; aliud altare a sinistris, in quo continentur reliquiae sancti Stephani protomartiris, sancti Andreae, sancti Thomae apostolorum, sancti Clementis papae et martiris, sancti Georgii martiris, sancti Pantaleonis martiris.

1097. Dux Bracizlaus cunctorum primatum terrae collaudatione et pontificis Cosmae electione cum magno gaudio titulum Zazovensis abbatiae Diethardo[c] Breunovensi[d] praeposito 3. Non. Ian. imposuit, viro Latinis litteris sufficienter imbuto, qui tunc in religione monachismi praeclarus habebatur. Homo egregius, vultu decens, sollers ingenio, animo gravis, moribus gratus, sermone cultissimus, ad loquendum parcus, infestus viciis, tranquilissimus adeo, ut nec vultum ex gaudio nec ex moerore mutaverit. A praesule igitur Pragensi Cosma abbas 8. Idus Marcii ordinatus est. Ad locum igitur, ad quem abbas attitulatus extitit, dum primitus advenit, rebus monasticae suppellectilis omnimodis adnichilatis, incommodum invenit in tantum, ut nec uno mense eo victu quem illic invenit, cum fratribus sustentari potuerit, nisi supra nominatus dux adiumentum ex propria camera sua praebuisset. Divina autem pietas, eodem abbate vivente, in eodem loco non defuit, per quem eidem loco adiutoria adaugendo bonis omnibus eum abundare redundareque fecit. Idem abbas libros, quos non invenit loco sibi commisso, praeter Sclavonicos ipsemet nocte et die immenso labore conscripsit, quosdam emit, quosdam scriptores scribere conduxit et omnibus modis acquisivit. Oratorium tegulis et aliis ornatibus renovavit. Praedecessorum suorum auctoritate dotalicia acquisita per ducum terrae praecepta et inconvulsa decreta roborando in perpetuum confirmavit, et
87 per se aucta, scilicet mansiones, possessiones, mancipia, cartulatos, offertos[87], servos et ancillas, terras et vineas, silvas cum montibus et planiciebus, aquis et aquarum discursibus atque piscariis. Hic siquidem opere manuum etiam ultra vires praesumebat laborans, maxime plantasiae intentus et cultui vinearum, et ad omnes monasterii res omnino pervigil, mente semper revolvens scripta patris stupendi: *Otiositas est inimica animae.* Tota vita sua ingratum habuit eum fratrem, qui ad iniunctum opus se impotem et pigritia hebetem fecit, dicens, esse quasi scelus ariolandi nolle obedientiae succumbere. Hic quamdiu vixit, omnes fratres in bona voluntate complectens consolabatur, in eis pie vivendo, ut pater in filiis, eos ad coe-

a) sancti *deest* 4. b) Portunati 4. c) Dethardo 4. d) Breunovensis 4.

86*) Cfr. Cosmas II, 40. 87) qui se suaque omnia monasterio obtulerant vel subdiderant.

lestia regna; sicut aquila provocans ad volandum pullos suos volitans, provocabat. In quo revera mutatio dextrae Excelsi est completa, dum vixit. Tandem ipso maturam iam aetatem subeunte misit Deus castigationem languoris in membra eius, prout ipse postularat, quia quem Dominus diligit corripit, unde fatigabatur in visceribus vexatione nimia nocte et die, donec universae carnis viam ingressus est 15. Kal. Ian. Rexit autem locum eundem annis 37, mensibus 9, diebus 11[a]. 1097. Dec. 18. 1134.

1116. Eodem anno,

Dum viget Hermannus Pragensi pontificatu,
Est sublimatus Silvester presbyteratu[b].

1122. Eodem anno 3. Non. Ian.

Pater eximius et Christi cultor honestus,
Koyatha mortalis subiit ius conditionis.

1123. Eodem anno 12. Kal. Aprilis Silvester divina dictante miseratione cenobialis vitae succensus ardore, exicialibus mundi renunciavit versutiis, et in monasterio Zazovensi sub regimine bonae memoriae Diethardi[c] abbatis mutato seculari habitu, totum se penitus divinis mancipavit studiis, post amplexus videlicet lippientis Lyae Rachelis delectatus pulchritudine, et post Marthae laborem Mariae consequi desiderans consolationem. Cuius quanta fuerit diligentia in divinis et ecclesiasticis rebus amplificandis, loco suo dicetur

1125. 12. Kal. Aprilis, in festo scilicet sancti Benedicti abbatis, Sylvester fecit professionem, et monachus effectus, in divinae religionis exercitio in tantum auctore Deo profecit, ut merito cunctis tam honorabilis quam amabilis haberetur. Unde postea factum est, ut tanquam secundus pater in congregatione decaniae sublimaretur honore.

1126. Igitur glorioso duce Sobezlao[88] in solium paternae gloriae cum omnium Boemiae principum exultatione sublimato, fit ingens omnium leticia, eo quod boni ducis principia superna, sicut cernere erat, comitabatur gratia, et quod eo anno, quod difficile credi potuit, inter ipsum ducem et Ottonem nulla fuit facta sanguinis effusio[89]. Sed proh dolor! urgente vesania antiqui hostis discordiam et intestina bella ubique seminantis, gaudia nostra contrarius excepit successus. Succedente enim anno dux praetitulatus Otto ultra modum anxiatus, quia spei suae voto fuerat frustratus, optimum ratus fore consilium, sed minus caute sibi providens in futurum, accelerat viam cum suis ad regem Lotharium et ad totius Saxoniae principes. Honore igitur condigno receptus[90], nacta loci temporisque oportunitate, causam sui itineris coram omnibus exposuit, Sobezlaum scilicet ducem Boemiam furtivis intrasse vestigiis, et principalem tronum sibi hereditario iure debitum et ab omnibus Boemiae primatibus designatum et sacramento confirmatum occupasse per violentiam; et ad ultimum haec breviter subintulit: *Vestrae ergo dignationis*[d], *optime imperator, super hac causa pietas providere non abnuat, vos ex omnibus totius regni principibus divinae dispositionis gratia imperatoriae dignitatis ad hoc sublimavit excellentia, quatinus a benignitate vestra omnibus pro quibuslibet suis incommodis requirentibus misericordia exhibeatur et iusticia. Scimus equidem nos vestrae maiestatis imperiis in omnibus subiacere debere, ideoque nichilominus iusticiae rationem nobis ex vestra dignatione non esse denegandam.* Ad haec rex benigna responsione mitigat ducis animum, et coram omnibus Saxoniae principibus his verbis dicitur usus: *Boemiae ducatus, sicut ab antecessoribus nostris didicimus, in potestate Romani imperatoris ab inicio constitit, nec fas fuit unquam electionem aut promotionem cuiusquam ducis in terra illa fieri, nisi quam imperialis maiestas suae auctoritatis gratia iniciaret, consummaret et confirmaret; unde qui contra hanc constitutionem praesumere nisus est, nostrae maiestatis contemptorem esse satis evidens est, nec tibi soli sed et nobis totique regno contumeliam non modicam esse irrogatam, quod minime equanimiter ferendum est.* Quid plura? Rex et omnes principes et primi quique Saxoniae duci Ottoni dant et confirmant fidem, quod non alius praeter ipsum in Boemia sit regnaturus. Interim callidus immo improvidus nimium dux singillatim quemque ex Saxoniae optimatibus convenire satagit, dona infinita et, ut dicitur, aureos montes promittit, quatenus omnium animos ad ferendum sibi praesidium potuisset habere promptissimos.

a) *continuant* 4. 4ª. Eodem anno dux *etc.* b) *Uxoris Cosmae memoriam delere voluit monachus Sazavensis, et versum loco suo in eam Cosmae III, 43 conposuit hoc adscripsit.* c) Dethardi 4ª. d) indignationis 4.

88) qui Ottoni Frisingensi aliisque est Udalricus. 89) Errat; anno 1125 exeunte Sobezlaus Moraviam bellica expeditione devastaverat. 90) Radisbonae, ubi Lotharius die 27. mens. Nov. 1125 commorabatur; Böhmer Reg. 2095. Otto regem iam anno praecedente convenerat.

1126. Relatum est igitur duci Sobezlao, regem Lotharium minari Boemiis bella parare, regni devastationem machinari, nisi citius Sobezlao depulso Ottonem sibi ducem intronizari consentiant. Sed dux Sobezlaus nichil penitus his motus rumoribus, modificata voce breviter respondit: *Spero in Dei misericordia et in meritis sanctorum martirum Christi Wenceslai atque Adalberti, quia non tradetur terra nostra in manus alienigenarum.* Ex hinc ergo prudentissimus dux iactans totum cogitatum suum in Domino, circuivit omnia monasteria, divina implorans in adversis eventibus sibi adminiculari praesidia. Postquam autem cognovit regem Lotharium cum valida Saxonum manu Boemicis appropiare terminis, festinavit ei occurrere ad castrum quod Hlumec[a] dicitur. Sequenti die consedente duce Sobezlao cum suis ad prandendum, venerunt qui dicerent: *Optime dux, tu deliciis ciborum intendis et minus caute agis, quia iam ecce, nisi ocius obvies eis, hostium enses cervicibus nostris dominabuntur.* Mox ergo fit clamor in castris, ut sit unusquisque paratus. Premittit interim dux Sobezlaus legatos Nazcerat, Mirozlaum, Zmilonem et alios ex primatibus suis ad regem haec verba deferentes: *Haec dicit Sobezlaus: „Discretionem tuam, bone imperator, scire convenit, quod electio ducis Boemiae, sicut ab antecessoribus nostris accepimus, nunquam in imperatoris, semper autem in Boemiae principum constitit arbitrio, in tua vero potestate Boemicae electionis sola confirmatio. Sine causa novae legis iugo nos constringere conaris. Scias, nos nullatenus ad id consentire, magisque pro iusticia pie velle occumbere, quam iniustis decretis cedere, et revera, nisi ab hac molitione desistas, in proximo est, omnipotentis Dei iudicium inter nos inposterum memorabile seculis ostendat prodigium.*“ Visa sunt autem haec dicta regi et omni exercitui eius quasi deliramenta. Dux siquidem Otto regi omnem spondebat securitatem, eo quod omnes sublimiores Boemiae fidei suae firmam ei fecissent sponsionem, nec dicebat armis opus esse, sed magis qui vellent cum falconibus et accipitribus[91] terram ingredi absque ullo offendiculo possent. Ergo 12. Kal. Marcii procedunt Saxonum male securi inter duos montes cuneorum globi[92], et quia densissima nix viae difficultatem fecerat, plurimi armis depositis pedites incedebant. Sed cum inter angusta faucium utriusque montis devenissent, ubi velut celitus eis inclusis omnis fugiendi sublata erat facultas, dux Sobezlaus dividens suos in tres scaras, subito impetu in eos proruit, et quotquot ex adversa parte constiterant, omnes in ore gladii excepit. Ibi dux Otto huius mali minister corruit[93], ibi plurimi Saxoniae optimates prostrati sunt[94], et vix quisquam elabi potuit, nisi forte qui ad sarcinas tuendas eminus vel circa latus regis constiterant. Peracta ergo illa die tam miserabili cede, dirigit rex nuncios[95] pro Sobezlao duce, mandans et rogans ut veniat ad se. Qui nichil adversi veritus, assumptis secum paucis ex primatibus regem adiit, et stans[96] prior his eum verbis affatur: *Non nostrae temeritatis insolentia nos, optime rex, ad tuas impulit iniurias, non superba nos presumptio ad effusionem sanguinis tuorum commovit procerum. Nullum sane dampnum vel dedecus tuae maiestati moliti fuimus, sed sicut saepius ante tibi per legatos nostros innotuimus, novae legis iugo, quod nec patres nostri portare potuerunt, nostras cervices subdere noluimus, et ecce, divinum iudicium utriusque nostrum iusticiae manifestum dedit indicium, et indebitae dissensionis omnemque utrarumque partium ademit occasionem. Cessent ergo vel iam causae omnis discordiae, redeat unitas concordiae. Omnis iusticiae debitum, quam antecessores nostri regiae maiestati exhibuerunt, nos quoque nichilominus rebus et persona nostra, loco et tempore impendere parati sumus.* Ad haec rex: *Nisi*, inquit, *dux Otto summa vi precum tuo proposito nos obviare compulisset, nulla prorsus ratione cogente animus noster ad hoc flecti potuisset, ut cuiquam principum nec digitum contra te extendere licuisset. Annuente ergo et favente Deo ducatus honore et solio fruere paterno, mutuae dilectionis et amiciciae vinculum nobis et toti regno conserves inconvulsum.* Et haec dicens transdidit[b] ei per manum insigne ducatus vexillum, et ita datis invicem osculis, dux Sobezlaus cum maxima gloria et honore suorumque ingenti tripudio ad dulcem suam rediens metropolim annis 16 optato potitus est solio.

a) Chlomec A^a. b) tradidit A^a.

91) Imitatus videtur esse Cosmam in I, 12 et II, 9. 92) In Annalibus Hildesheimensibus 1126 legitur: *Sylvae quae Bohemiam a Saxonia disterminant.* 93) In praecepto quodam anno 1126 scripto apud Boczek I, 200 haec leguntur: *Kal. Martii* 12. *Otto dux Moraviae paterno nomine nuncupatus in prelio peremtus est.* De die cfr. Jaffé Geschichte des deutschen Reichs unter Lothar p. 50. 94) quos enumerat Annalista Saxo. 95) Henricum de Groitzsch, nepotem Sobezlai, ut tradit Otto Frising. 96) ad Lotharii pedes provolutus, referente eodem Ottone.

Eodem anno 11. Kal. Marcii Iohannes[97], episcopus sextus sanctae Olomucensis ecclesiae, 1126.
vinculis carni absolutus, talentum sibi creditum Christo reportavit centuplicatum. Post hunc
Sdico[a] presul successit in ordine septimus, et eodem anno ordinatus est 6. Non. Octobris.

Eodem anno obiit Zvatava regina, mater Sobezlai ducis Kal. Septembris.

1127. Obiit domnus Clemens abbas sanctorum Adalberti atque Benedicti monasterii Breunovensis, cui successit Uodalricus.

Eodem anno Mileysi Deo devota famula, nulli pietate secunda, placitis Dei moribus cordetenus intenta, quatenus ex divina gratia excessuum suorum sibi daretur indulgentia, Romae sanctorum apostolorum adiit limina, et eodem anno reversa, felici consummatione huius vitae stadium est egressa 4. Idus Iulii.

1128.

1129.

1130. Meginhartus[b] episcopus Boemorum adiit Ierosolimam. Item hoc anno Kal. Marcii obiit Wacezlaus dux Moraviensis[98], totius christianitatis pater et clericorum amator. Eodem 98
anno 7. Kal. Maii immensum signum apparuit, et tonitruum horribile auditum est. Eodem anno 11. Kal. Iulii Sobezlaus dux Boemorum insidiatores vitae suae quosdam decollavit in foro Pragensi publice, quosdam pedibus ac manibus ac linguis et visu privavit. Bracizlaus, filius Bracizlai ducis, privatus est oculis.

1131. Elevatae sunt reliquiae sancti Godehardi[c] episcopi et confessoris, mirae sanctitatis viri. Eodem anno Sylvester prior Zazovensis monasterii adiit Romam.

1132. Pribizlawa[d], coniunx Groznatae, suae fecit terminum vitae. De cuius pia conversatione quaedam fidelium memoriae stili officio summatim commendare satis ad rem arbitramur pertinere. In cuius moribus, dum in carne vixit, et Deo placuisse confidimus, et hominibus Deum diligentibus omnigenae virtutis speculum constitisse vidimus. Totius namque vitae suae tempore familiare studium habuit cultum Dei intime diligere, nichil amori eius preponere, pauperum Christi ex visceribus pietatis matrem se exhibere, personis quoque Dei servitio mancipatis tota mentis sinceritate ac[e] devotione honorem et adiutorium, prout res exegisset, offerre. Bona quidem legali iuncta marito fuit, melior deinde in viduitate permansit, optima post lacrimabilem dilecti et unici filii sui Severi humationem effulsit. Haec desiderio videndi sepulchrum Domini flagrans, cum domno Megnhardo episcopo et cum aliis Ierosolimam adiit, et prospero successu ad sua rediit. Postquam vero tempus decessionis suae ex hac vita appropinquavit, et viribus corporis se destitui persensit, convocatis ad se cunctis suae cognationis natu et honore prioribus, villam Goztivar cum silva adiacente, agris et pratis et omni proprietate sua quam inibi possidebat, nec non et omnem familiam suam, villam etiam Bosakonic ad hospitale Deo et sancto Iohanni baptistae in Zazou, omnibus suis affinibus in id ip am consentientibus, obtulit et sub legitimis testibus confirmavit. Et sic paucis interpositis diebus in eodem cenobio generalis resurrectionis diem expectatura, felici requie fruitura, 5. Non. Maii exiit ex huius mundi pressura.

1133. Diethardus[f] abbas, cuius superius mentionem fecimus[99], in senectute bona 99
15. Kal. Ian. felicem animam Domino commendavit. Eodem anno Boemii vastaverunt Poloniam. Eodem anno eclypsis solis fuit media die.

1134. Obiit Bogudar Kal. Februarii. Silvester prior Zazovensis monasterii post depositionem pii patris Diethardi unanimi fratrum consilio et concordi voto 9. Kal. Maii in abbatem eiusdem monasterii electus est, vir morum honestate cunctis amabilis, colloquio plurimum affabilis, in abstinentia singularis, amicus humilitatis, intimus verae caritatis alumnus, toti fratrum congregationi adeo cum vinculo familiaritatis et dilectionis sese astringens, ut omnibus plus amori quam timori haberetur. Revoluto ergo eiusdem anni circulo, item 9. Kal. Maii, metropoli[g] per manum Sobezlai ducis abbatili suscepto baculo, a Iohanne venerabili episcopo ordinatus est. Divinitus igitur tam decenti sublimatus honore, bonus pastor ad suo moderamini commissa dulcia cum omnium suorum exultatione revertitur ovilia. Hic locus sese ob-

a) Zdico 4ª. b) Meginbertus 4. c) Gothardi 4ª. d) Pbrziava 4ª. e) ad 4. f) Dethardus 4. g) metropolim 4.

97) tertius; secundum necrologium Bohemicum obiit 9. Kal. Mart. 98) Consentit necrologium Bohemicum. 99) anno 1097. quo apparet auctorem hoc loco in anni numero scribendo errasse; obiit Diethardus a. 1134.

1134. tulit quod superius promisimus absolvere[1], quanto scilicet in sanctae religionis studio flagraverit amore, et quam diligens cura sibi fuerit in meliorandis et amplificandis rebus monasterii. In quantum siquidem prevaluit et novit, omnem monasticam disciplinam fratrum suorum suorum cordibus sepius inculcare solitus fuit. Res superfluas privatas contra licitum possidere gravissimum crimen esse docebat, dicens monachum victum et vestitum habentem his debere esse contentum. Specialiter quoque humilitatis et patientiae omnibus in se praetendebat exemplum, illud semper revolvens: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Hic tempore sui regiminis capellam sanctae Dei genitrici construxit, monasterium sancti Iohannis baptistae picturae venustate decoravit, muros cum absidibus in medio oratorii ab altaribus sancti Stephani et sancti Martini interposuit, pavimentum ecclesiae lapidibus politis de Petrino monte advectis adornavit, dormitorium, refectorium, cellarium et quoquinam atriumque claustri per circuitum cum columpnellis et absidiculis venustissime construxit. In villa 2 Mnichovici[2] nuncupata basilicam in honorem sancti Michaelis et omnium celestium virtutum edificavit. Quid plura? Omnis eius intentio, omne studium, omnis sollicitudo, quoad vixit, in hoc precipue perstitit, quatenus domui Dei in omnibus utilem se exhiberet. Eodem anno obiit dominus Megnhardus, decimus episcopus sanctae Pragensis aecclesiae, 5. Non. Iulii[3], monachorum et clericorum verus amator, pauperum et peregrinorum pius consolator, cui successit Iohannes.

1135. 3. Kal. Marcii facta est ordinatio domni Iohannis undecimi episcopi Pragensis. Eodem anno facta est confirmatio ordinis sancti Augustini ad Premonstratam ecclesiam per Mai 3. Innocentium papam in civitate Pysis 5. Non. Maii.

1136.

1137. Silvester abbas una cum domno Heinrico[a] Olomucense episcopo et cum aliis instinctu divinae inspirationis orationis causa Ierosolimam perrexit, interim cenobii sui gubernacula domino Beroni, eiusdem loci decano, procuranda committens. In eodem anno 9. Kal. Ian. prosperis austri flatibus rediit, in quo itinere miles Deo devotus Ruzin defunctus est 3. Idus Octobris. Eodem anno 2. Non. Decembris[4] Lotharius Romanorum imperator, pauperum et peregrinorum pius consolator, migravit ab hoc mundo, cui successit Cuonradus[b]. Lupoldus[c] 5 dux[5] pulsus est de Moravia.

1138.

1139. Domnus Heinricus, episcopus Olomucensis reverentissimus, Romam causa orationis profectus est. Eodem anno domnus Iohannes, episcopus undecimus sanctae Pragensis ecclesiae, clericorum et monachorum verus amator, pauperum et peregrinorum pius consolator, 6. Idus Augusti[6] migravit ab hoc seculo, cui eodem anno Silvester, Zazovensis ecclesiae abbas, vir vere Israelita, successit in episcopatum. Sed insequenti anno, Deo, a quo omnia bona pro- cedunt, inspirante, sano usus consilio, secum sepius retractans, semetipsum minus sufficere 2 Tim 2, 4. posse ad tam grande pondus episcopalis regiminis, et illud apostolicum: *Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus* et cetera, eundem episcopatum cum bona voluntate dimisit, suamque abbatiam recepit.

1140. Sobezlaus dux Boemicus 16. Kal. Marcii mortalibus exutus artubus, viam universae carnis ingressus, cui eodem anno 13. Kal. Marcii Wladizlaus, filius Wladizlai ducis, successit in principatu. Eademque tempestate renuente domno abbate Silvestro episcopatum Boemicum, Otto, Pragensis ecclesiae canonicus et prepositus, electus est in episcopum, et eodem anno ordinatus est 7. Kal. Iunii[7]. Eodem anno 17. Kal. Octobris obiit Adleyth ductrix[8].

9 1141. Spitigneus, filius Boriwoy[9] ducis, Mirozlau, Mukar causa orationis Ierosolimam perrexerunt mense Ianuario. Eodem anno fuit inundatio aquarum in Boemia.

1142. Nacerat[d] comes et alii primates Boemiae adversus ducem Wladizlaum conspiraverunt, et uniti Moraviensibus Boemiam magna manu hostiliter intraverunt. Deinde bello congressi, Boemis cedentibus, Pragam obsederunt, et monasteria sanctorum Viti Wencezlai atque Adalberti sanctique Georgii incendio vastaverunt. Tandem superveniente rege Romanorum

a) Henrico 4a. b) Chunradus 4a. c) Leopoldus 4a. d) Nazerat 4.

1) ad annum 1123. 2) Miechnow in circulo Kaurzimensi. 3) Probat necrologium Bohemicum. 4) Num die 3. an 4. mensis Decembris mortuus sit dubitatur. Vide Jaffé p. 224. 5) Olomucensis, qui obiit 1124. filius Borivoyi II. 6) Probante necrologio Bohemico. 7) Ita videtur corrigendum pro *Iulii* ex Cosmae continuatione prima ad a. 1140. vid. sup. p. 146. 8) Necrologium exhibet 15. Kal. Oct. 9) secundi,

Cuonrado[10] depulsi ab obsidione urbis recesserunt et Moraviam redierunt, et interventu car- 1142.
dinalis Widonis[11] et episcoporum Ottonis, Heinrici atque abbatum digna satisfactione in pacis 11
fedus convenerunt. Eodem anno synagoga Iudeorum et multa edificia combusta sunt[a]. In suburbio Pragensi visus est serpens volare. Eodem anno 3. Idus Iulii obiit Kerberk[b,12], coniunx Boriwoy.

1143. Wladizlaus dux Boemorum Moraviam incendio vastavit[13]. Eodem anno legatus apostolici separavit sacerdotes ab uxoribus[14]. Eodem anno inventio capitis sancti Adalberti episcopi et martiris in urbe Praga in ecclesia sancti Viti martyris, et cilicium sancti Wencezlai inventum est. Eodem anno venerabilis dedicatio monasterii sanctorum Viti Wencezlai atque Adalberti 2. Kal. Octobris a tribus episcopis, Ottone Pragensi et Heinrico Olomucensi et Babenbergense episcopo. Eodem anno religiosus papa Innocentius migravit ad Dominum.

1144. Gwido cardinalis et legatus apostolicae sedis, cassis quorundam incitatus delationibus, Silvestrum abbatem suspendit ab officio, sed sequenti anno per domnum Heinricum Olomucensem episcopum redeuntem restituit.

1145.

1146. Dedicatio capellae sanctae Mariae in Zazoa a venerabili episcopo Ottone, quam construxit domnus Silvester abbas.

1147. Venerabilis abbas Clarevallensis Bernhardus, Deo et hominibus carus, audiens invasionem et persecutionem, quam Sanguin[15] paganus fecit in confinio Ierusalem, sicuti Mathathias adhortabatur filios suos[16], sic adhortatus est regem Franciae Luodewicum[c] omnesque 16
Francigenas gentes armata manu in expeditione Dei ire Ierusalem, animasque pro fratribus ponere, nec non christianam gentem de gladio paganorum auxilio Dei liberare. Cuius admonitione Franciis gentes Francianae, Anglicae, Lotharingiae, Saxones, Boemienses, Suevienses, Bawarienses cum ferocibus Francis ad expeditionem Domini sunt paratae. Commotio christianorum facta est in paganos. Eadem tempestate verbiger Sdico episcopus Moraviensis adiit Pruzos[16*] cum Heinrico decano Pragensis ecclesiae ad predicationem, et eodem anno est reversus. Eodem anno 2. Idus Iunii obiit Izcizlaus[d], quintus abbas Postolopertensis ecclesiae, cui successit Bero Zazovensis monasterii decanus, et eodem anno ordinatus est 7. Idus Decembris.

1148. 6. Idus Iulii Otto duodecimus episcopus sanctae Pragensis ecclesiae obiit[17], cui 17
successit Daniel prepositus eiusdem ecclesiae.

1149. Ordinatus est Daniel episcopus a Maguntino archipresule.

1150. Vir clarus vita Sdico, septimus episcopus Olomucensis ecclesiae, subtrahitur ab hoc mundo[18], victurus perpete vita, cui successit Iohannes[19] canonicus de monte Ztragov[e]. Eodem anno obiit Gertrudis ducissa Boemiae[20].

1152.

1153. Obiit papa Eugenius[21], vir vita magnificus, cui successit Anastasius[22]. 22

1154. Iam die deficiente, crepusculoque noctis imminere incipiente, eclypsim luna passa est. Post haec maxima mortalitas in homines irrepsit.

1155. Fratres nostri Arsenius, Sizna, Radosta hac vita exempti sunt.

1156. Bero Postolopertensis abbas 5. Idus Maii, heu! immatura morte diem clausit extremum. Hic siquidem secunda etatis suae vigilia, Domini aspirante gratia, semetipsum in ara crucis Christi hoc in cenobio obtulit holocaustum Deo. Vir caritatis virtute plenus, simplex et castus in moribus, voluntariae paupertatis specialis amicus, qui ob meritum sanctae religionis primo apud nos honore decaniae, deinde Postolopertensis in monasterio per domnum Otto-

a) *interpunctionem* 4ª. *sequimur*; 4. *verba* in suburbio Pragensi *ad antecedentia retulit.* b) Kerbek 4ª. c) Ludwicum 4ª. d) Cacislaus 4ª. e) Zragor 4ª.

10) die pentecostes, probante Vincentio Pragensi. 11) *Guidonem diaconum cardinalem — quem pro enormitatibus corrigendis ad partes illas de latere nostro destinamus*, scribit Innocentius II. papa die 21. Aug. 1142. Boczek I, 215. 12) Necrologio, in quo legitur 4. Id. Iulii, est Gertrud; cf. Cosmas III, 12. 13) Cfr. Vincentium ad h. a. 14) Vide litteras a Guidone de hac re scriptas Boczek I, 223. 15) Zenghi Mosuliae princeps. 16) Exemplum ex litteris Eugenii III. papae de auxilio terrae sanctae ferendo datis desumtum est, Boczek I, 241; ibid. 255. vide epistolam S. Bernhardi ad ducem Wladislaum. 16*) Pomeranos, teste Vincentio. 17) Consentiunt necrologium et Vincentius. 18) 7. Kal. Iul. probante necrologio et catalogo epp. Olomuc. apud Richter p. 24. 19) quartus. 20) uxor Wladislai II, filia Leopoldi IV. ducis Austriae. 21) tertius. 22) quartus.

nem episcopum abbatiae est culmine sublimatus. Prefuit autem eidem ecclesiae annis 8, mensibus 4, diebus 35.

1157. 5. Idus Ianuarii Spitigneus dux, immo flos et honor ducum, proh dolor! nimis intempestiva morte vitae presentis accepit terminum, vir prae caeteris divinae pietatis dote magnifice preditus, et ut pace omnium dictum sit, totus ex omni virtutum elegantia compositus, cuius qui digne meminit, dolore et lacrimis nequaquam carere poterit. Cecidit quippe aureus ecclesiae Dei clypeus, clericorum pater, pupillorum mater, merentium intimus consolator, totius honestatis et bonitatis solertissimus indagator, cui virtus amor vitiuin fuit horrori, cuius in iudicio arcem victoriae misericordia et veritas semper obtinuit. Ad miserendum denique nullus eo facilior, ad irascendum et vindicandum in reos nemo difficilior. Quem etiam Deus virga benignae suae correctionis multo tempore in presenti flagellavit, sed baculum consolationis ad percipienda vitae futurae premia reservavit. Longa siquidem et difficilia apud exteras nationes passus exilia, tandem tam preceptione quam petitione Friderici Romani imperatoris a Wladizlao duce recipitur in patria, sed brevi temporis intersticio, fatis urgentibus, migrat ab hoc seculo, pro temporali dispendio felicitatis eternae beandus solatio.

Eodem anno 13. Kal. Febr. Fridericus abbas Postolopertensis, vir in divinis et humanis rebus summae discretionis, erga Deum et homines devotae sinceritatis, intimae ad omnes affabilitatis, peracto itinere cum domno Daniele pontifice in terram Hunorum abierat, quoniam videlicet idem antistes et Heinricus, frater Wladizlai ducis, cum aliis Boemicae terrae primatibus filiam[23] Ungarici regis[24] Friderico, filio eiusdem ducis, desponsandam detulerunt. In reditu in quandam villam suam pausandi gratia deveniens, post trium dierum egritudinem ultimum exalavit spiritum.

Eiusdem quoque anni 11. Marcii Kalendis Iohannes Olomucensis ecclesiae episcopus, qui de monasterio sancti Augustini Ztragov assumptus fuerat, vitam terminavit presentem, medio sane iuventutis constitutus flore, sed maturus morum nobilitate. Hic pro defensione iusticiae et statu ac honore sanctae Dei ecclesiae semper, quantum in ipso fuit, inconvulsus preliator perstitit, difficilis inobedientibus, facilis ac promtus et affabilis Deum diligentibus. Cui ex quo episcopalem suscepit infulam in corde, in habitu et sermone precipua semper extitit humilitatis custodia, adeo ut plerumque etiam ab humilioribus personis venerari refugeret, dicens, non oportere se exigere honorem ab hominibus, utpote qui de eodem luto conditus esset.

De probitate Wladizlai regis et fratris eius Theobaldi ducis.

Anno sub eodem Fridericus imperator, iuncto sibi duce Wladizlao et fratre eius Theobaldo, Poloniam exercitu valido intravit[25], principes eius Bolezlaum[26] et Mesconem[27] suae ditioni subiugavit, infinitam pecuniam in auro et argento accepit, et pro confirmatione et stabilitate deinceps pacis filios[28] eorum obsides suscipiens, victoria pro voto potitus rediit. Pro cuius sane pacis compositione precipue ducis Wladizlai institit illustris industria; tantum enim imperatoriae voluntati se tunc benivolum exhibuit, ut per se tantum et suos vel ad deditionem prefatos principes flectere vellet, vel si necessitas rei poposcisset, ipse primus cum illis pugnam anticiparet. Imperator vero[29], ut dictum est, cupito potitus honore, ad sedem suam reversus est. Iam, scilicet anno ab anno incarnat. 1158. initiato, quid Boemico duci pro labore suo compensationis exhibere debuisset, cum principibus regni consilium habuit[30]. Dum ergo plures eorum assererent, dignum sibi videri optimis muneribus auri et argenti iuxta imperatoriam munificentiam ipsum remunerari debere, imperator liberiori usus consilio, ducem ad se accersitum huius verbi nobilitate alloquitur: ***Virtutis tuae constantia nobis optime complacuit, nam et fidelitatis tuae erga nos sinceritas toti regno evidenter innotuit, quam fideliter, quam devote, et quam intime nostrum, immo totius regni integrum secundum Deum diligas statum, cum in nostris necessitatibus et totius regni rei publicae tui ipsius tuorumque vitam periculo obiicere nunquam hesitaveris. Hanc igitur egregiam virtutem in te con-***

23) Elisabetham. 24) Geisae II. 25) Die 22. Octobri Bisuntii commorabatur. Cfr. Böhmer reg. mensis Augusti Fridericus Oderam transiit teste Radevico, qui, ut Vincentius Pragensis, de hac expeditione fusius egit. 26) quartum. 27) tertium; sunt filii Bolezlai III. 28) immo fratrem Kasimirum aliosque nobiles probante Radevico. 29) Mense 2376. 30) Ratisbonae mensis Ianuarii die 16. data est Friderici I. tabula de circulo aureo Wladislao et omnibus eius successoribus concesso, quam vide apud Boczek I, 267.

siderantes ac diligentes, et de cetero te erga nostram imperatoriam serenitatem fidelem et in- 1158.
commutabilem haberi cupientes, honore quo ipse volueris te secundum nostram liberalitatem honorare decrevimus. Attamen quia terram tuam auro et argento et omnium preciosarum rerum copia scimus redundare, et nichil in talibus tibi rarum existere, accipe ex Dei gratia et nostra benevolentia tibi quam tradimus regni coronam et regiae potestatis et honoris dignitatem in regno tuo. Et haec dicens, iussit proferri coronam auream gemmis, preciosis lapidibus mire adornatam, qua videlicet ipse imperator in summis festivitatibus uti ferebatur[31]. Tali igitur divinitus honore sublimatus, gloriosus dux Wladizlaus cum ingenti tripudio et leticia suorum redit ad sua.

Deinde eiusdem anni mense Maio[32] profecti sunt rex et frater eius dux Theobaldus cum cesare Friderico in Italiam adversus Mediolanenses, qui tunc imperatorem pro quadam seditione contra Laudunenses ac Nolanae urbis cives[33] facta sibi graviter offensum habebant. Decreverat siquidem imperator non prius se cum exercitu ab urbe discessurum[34], quam hostibus suis igne et ferro meritam rependeret ultionem. Ibi gloriosus rex et vere glorificandus Wladizlaus cum suis optimatibus, veluti quondam Iudas Machabeus, modo frontes adversariorum conterendo, modo a tergo insequendo, modo etiam a dextris et a sinistris acriter insistendo, quot prelia laudabiliter ac victoriose peregerit, dictu longum est. Attamen quia in bellicis certaminibus victoriae proventus plerumque fit incertus, et varii casus vices diversas et difficiles in talibus ludunt, fieri non potuit, quin et ipse quosdam ex suis primatibus illic amitteret. Mediolani igitur cives egregiam eius virtutem et industriam considerantes, et quia cesari foret acceptissimus, legatis ad ipsum et precibus directis, mediatorem eum inter se et cesarem esse pro offerenda digna satisfactione et pacis compositione deprecati sunt[35]. Ipsius ergo annuente prudenti consilio et sedulitate, prefatae cives urbis potiti sunt pace.

1159. Daniel episcopus Mediolanum ad cesarem Fridericum profectus est[36], a quo benigne 36
et honorifice susceptus est, quem in obsequio suo suis et regni negociis biennio implicatum retinuit. Interim Romae defuncto Anastasio apostolicae sedis pontifice, gravi exorta seditione, duo ex contrariis partibus apostolicae sedi preficiendi electi sunt, Alexander[37] et Victor[38]. Pro qua dirimenda sedicione Daniel presul Romam dirigitur, ut videlicet utraque persona cesaris et totius regni concilio interesse debeat, et iuxta publicam et canonicam sanccionem ea quae magis competeret apostolicae sedis principatum obtineret. In[a] eo sane concilio[39] coram cunctis regni principibus et 150 episcopis Victor iusticiae victoriam obtinuit, et concordi omnium voto et acclamatione archisterium apostolicae sedis suscepit. His igitur rite terminatis, Daniel presul a cesare et apostolico multo sublimatus honore, excellentia quoque functus legationis apostolicae, proficiscitur ad regem Hunorum[40], et exinde ad propriam 40
Pragensis pontificatus sedem anno dominicae incarnationis 1160, in omnibus auctore Deo prospere agens, regreditur.

1161. 4. Idus Februarii Sylvester Zazovensis abbas regiminis sui 28. anno exiit a tenebris huius corporeae regionis ad patriam perpetuae mansionis, pro labor presentis vitae recepturus bravium beatae remunerationis. Vir omnium virtutum disciplina et morum elegantia decenter insignitus, atque adeo practicae exerciciis ac theoriae amori deditus, ut evidenter adverti potuisset, hominem licet adhuc in carne positum, totum tamen spiritus sui fervore iam in celestibus constitutum. Specialis enim erat amicus parsimoniae, qui lauciores dapes vel vini pocula ceu quasdam morborum materias abhorrebat, sed cibo simplici et pura fluminis unda delectabatur, convivia potentum et quarumlibet secularium personarum detestabatur, propter quod etiam a pluribus minus diligebatur, quia in talibus nulli se communem ex-

a) *In codice 4. in margine loci* In eo — suscepit *manus coaeva adscripsit verbum* mentiris, *littera una sub altera posita.*

31) Errat; hoc Friderici praecepto Wladislao permissum est, ut iisdem diebus festis quibus imperator corona, circulo ab episcopis Pragensi et Olomucensi publice ornaretur; sibi enim coronam vel diadema, Wladislao circulum vindicat. Hunc circulum veram fuisse coronam Dobnerus peculiari commentatione probare conatus est in libro Born Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen V, 1. 32) Die 14. Iun. 1158. Fridericus adhuc commorabatur Augustae; Böhmer 2402. 33) Nola est urbs Campaniae; de urbe Como cogitasse videtur. 34) Inde a die 6. Augusti 1158. obsessum est Mediolanum teste Radevico. 35) Constituta est pax die 3. mens. Septemb., de qua vide Vincentii Pragensis copiosam narrationem. 36) Anno praecedenti cum rege in Italiam venerat. 37) tertius. 38) quartus. 39) quod Ticini habitum est anno ineunte 1160. 40) Geisam II.

1160. hibebat. De cuius vitae laudabili qualitate multa quidem ad exemplum pie vivendi et honestatis formam dici possent, sed quia superius iam inde me ex parte dixisse memini, et maxime quomodo operum eius in eodem monasterio magnalia, quanta fuerint ei erga divini cultus honorem studia, evidenter extant testimonia perhibentia, hoc in loco ista sufficiant. Hoc tantum, salva omnium gratia, dixerim,

Quod locus ille patrem vix invenit sibi talem
Moribus et vita, qeu Silvester fuit abba.

Huius post obitum Bozata, eiusdem loci prior, eodem anno per Wladizlai regis et episcopi Danielis electionem in abbatiam successit, qui brevi tempore, exacto unius videlicet anni spacio, sui regiminis curam propria voluntate deposuit. Hic namque in cenobiali conversatione iam 30 compleverat annos, ac a tumultu secularium actionum adeo se alienum effecerat, ut nulla penitus ratione quid in seculo ageretur sese vel scire modicum pateretur, ideoque ad disponendas exteriores monasterii utilitates, vel ad popularium questionum examinanda iudicia prorsus extitit ignarus. Preterea tot et tam gravium infirmitatum detinebatur molestiis, ut vix aliquando quantacunque necessitas exegisset, pro utilitate ecclesiae extra monasterii septa procedere potuisset. His igitur et similibus devictus incommodis, post anni circulum onus deposuit suscepti regiminis.

41 Eodem anno ducellus Sobezlaus[41] noctu fecit irruptionem cum 60 armatis militibus in urbem Olomucz; omnes fere quos in ea reperit diversis obprobriis dehonestari fecit. Quae mox

Fama volans Wladizlai regis perculit aures,

qui collecto exercitu dictam circumdedit urbem; sed cum cerneret forti custodia militum inaccessibilem sibi suisque fore urbis aditum, cautius arbitratus est magis ex ingenio quam bello iuvenilem principis animum attemptare. Per internuncios ducem invitat ad pacem, immo spondet et firmat quam velit pacis accipere conditionem. Princeps igitur, ut simplicissimus agnus, nil adversi ratus, it regis in manus, pax et pacis conditio iuramenti confirmatur sacramento. Ibi Iohannes episcopus Moraviae, illic iurat omnis primatus Boemiae, sicut rex dictat pro pacis et fidei confirmatione. Sed ubi fides? Sacramenta violantur, pactio pacis exinanitur, rapitur, cathenatur princeps egregiae probitatis, et in castro munitissimo Prinda[42]
13 sub districtissima custodia multo tempore[43] macerandus retruditur.

1162. Divina annuente pietate, regisque Wladizlai ac etiam domni Danielis pontificis industria procurante, Regnardus abbas Zazovensis monasterii gubernacula suscepit. Hic primo
14 Syloense cenobium[44] admodum honeste rexit, proprioque labore in possessionibus diversi ge-
1148. neris magnifice ampliavit. Primo autem anno ordinationis domni Danielis episcopi insurrexerunt quidam viri iniquitatis contra eundem abbatem, virum venerandum, et quaecunque crimi- 35
nosa de ipso potuerunt confingere, auribus pontificis crebra et importuna delatione veriti non sunt inculcare, et quia, sicut beatus dicit Gregorius: *Animo in multis occupato facile ab adulatoribus subripitur*, rem ita, ut conficta erat, episcopus esse credidit. Vix itaque venerabilis Regnardus sine canonica audientia, nec accusatoribus seu testibus legitimis convictus, vel confessus de obiectione criminis, abbatiae privatur honore, reicitur de monasterio cum universa sibi dilecta congregatione. Mirum sane de tanto viro, domno videlicet episcopo, quod tam crudelem et tam precipitem in pastorem simul et ovile potui' dare sententiam, et quod nulli prorsus parcendum ob unius accusationem iudicavit, nisi forte, ut quidam tunc conicie- 40
bant, sicut et postmodum rerum probavit eventus, hac occasione id eum fecisse, ut quibusdam Augustiniani ordinis regularibus, de exteris ascitis nationibus, eundem locum commendaret. 45
Predictus vero domnus Reginhardus quarto decimo post depositionem sui regiminis anno, tribulationes eius et patientiam Domino misericorditer respiciente, Zazovensis cenobii abba constituitur, Metensis genere, discretissimus moderator vitae monas'icae, dilectionis et affabilitatis gratia preditus, humilitatis et mansuetudinis virtute constantissimus, omni morum elegantia melioribus per omnia comparandus. Cui pro hominum suorum defensione stare 50
vigilantissima semper cura fuit, cui pro assertione veritatis nec regia maiestas nec principum potestas terrorem vel ruborem unquam incutere valuit, cuius animum nec prosperitas ad inanem unquam emollivit leticiam, nec adversitas ad perniciosam deiecit mestitiam: vir in cunctis suis eventibus eundem leticiae semper preferens vultum. Universae congregationi

41) filius Sobezlai I. 42) Frauenberg in Pilsensi circulo. 43) usque ad annum 1173. 44) Selau in circulo Czaslaviensi. 55

plus amore quam terrore studebat preesse, tantum namque humilitati se subdiderat, ut cum esset omnium in congregatione dignior et sublimior, in omnibus suis actibus subiectione se exhiberet. Ad humilia etiam quaeque opera nullus eo promptior, nullus agilior, nullus efficacior; fuit in eo peritia pingere vel sculpere quaslibet imagines ligno vel osse vel etiam diversi generis metallo, fabrilis quoque non ignarus fuit artis, et omnis quae ex vitro fieri solet compositionis a). 1162.

CANONICORUM PRAGENSIUM CONTINUATIONES COSMAE.

In diebus illis regnante in regno Romanorum rege Conrado, et in Bohemia principante duce Sobieslao, Zdico qui et Henricus, bonae memoriae Olomucensis episcopus, habitum nostrum, quem Iherosolimis viderat, super sepulcrum vitae susceperat cum multo, sicut tradunt, imbre lacrymarum, et abdicatis ibi tam esu carnium quam caeteris vitae blandimentis, reportabat memorato duci et Bohemis sicut novum hominem ita et novum ordinem. Quo duce in brevi defuncto, successor ipsius illustris Wladislaus, nec non et uxor sua nobilissima Gedrudis, soror praedicti regis Conradi, succensi exemplo et hortatione praefati episcopi, novam ecclesiam novo conduxt ordini, erigentes fabricam venustissimam in monte Strahow, mutato nomine ipsius in monte Syon, anno Domini 1140, quibus optime cooperabatur idem episcopus, maxime in spiritualibus, coadunando undecunque posset religiosos fratres, quibus et praefecit inprimis quendam Blasium. Postquam vero liquido comperit de institutione Praemonstratensis ecclesiae, quod inde esset initium ordinis et magisterium vitae regularis, illico habita deliberatione cum ipsis fundatoribus, unanimi voto miserunt, et de Stenveldensi domo conventum postulaverunt. Et quidem tunc temporis ordo noster, licet necdum dilatatus, magno tamen fervebat zelo, tum in Praemonstrato tum in omnibus ecclesiis nostri ordinis, et maxime in Stenveldensi ecclesia, quae nullam habuit vel habet in religione secundam. Cuius tunc suavissimo tracti odore principes terrarum, undecunque gaudebant ecclesias fundare novas, et personas ordinis evocare ad illustrationem provinciarum suarum. Inter quos et isti fundatores, de quibus modo sermo est, porrigentes petitionem suam prius capitulo, deinde Stenveldensi ecclesiae, quod pie postulant pleno comprehendunt effectu. Nam committitur Stenveldensi praeposito, ut negotium eorum promoveat et desiderata concedat. Porro praepositus, vir Deo plenus, non tardat in hiis quae in mandatis acceperat, sed assumptis secum fratribus et domino Godeskalco, qui postea abbas in Sylva factus est, proficiscitur in Bohemiam. Pragam venit, devote suscipitur, obligat se ad susceptionem loci, tandemque repatrians, dimittit ibi memoratum Godeskalcum a latere suo cum fratribus, qui conventui habitacula praepararent interim lignea. Quibus paratis, iterum post anni circulum idem praepositus revertitur, adducens secum conventum clericorum una cum abbate quem elegerant, cui nomen Gezo, qui dominum Godeskalcum libenter apud se retinuisset, sed praepositus suus iubet eum redire in Stenvelt ad id expectandum, quod ei divinitus fuerat praeordinatum. Gerlach. 1184. 1140.

Nec absurdum puto, si paucis exprimam, qualiter idem Gezo, primus abbas Strahoviensis, primum in Stenvelt ad conversionem venerit, in hoc enim confitebuntur Domino misericordiae eius, qui miris modis praedestinatos suos vocat. Cum esset ipse in Colonia canonum custos et maioris ecclesiae, vir dives et delicatus, quadam nocte per somnium putabat fratres suos concanonicos tanquam in gyro consedere, seque in medio eorum, cum ecce adstitit ante eos quidam horribilis aspectu, qui virga quam manu gerebat percussit primum in capite, deinde alterum, tertio tertium, et ita flagellavit omnes hinc et inde a dextris eius et a sinistris; postremo, cum vellet percutere et istum, declinavit ictum, et sic evigilavit. Quam visionem secuta est mors ipsorum, et omnes in brevi ex hac luce sunt subtracti, eo videlicet ordine, quo visione fuerant percussi; quod ille videns et mori timens, fugit tamquam unicornis, et confugit in Stenvelt ad portum monasterii, conversatus ibi iuste atque regulariter usque in diem quo assumptus est in abbatem. Sane idem Gezo vir erat totius probitatis et industriae, providus dispensator tam in spiritualibus quam temporalibus, magnus zelator disciplinae, cuius institutione viget adhuc et regitur Strahowiensis ecclesia. Ita memoria eius in benedictione est, cum post mortem non moritur, et opera eius redivivа semper eum vivere protestantur.

Anno dominicae incarnationis 1154. rex Conradus viam universae carnis ingreditur, pro quo Fridricus suus patruelis, dux Sweviae, miles armis strenuus, in regem eligitur, qui totius orbis gubernacula regere coepit. Vincent.

Anno dominicae incarnationis 1155. dux Wladislaus a rege Fridrico in maximam recipitur gratiam. Filii autem Sobieslai exules domino regi Fridrico adhaerent fideliter, et ab ipso et principibus eius honorifice tractantur.

Anno dominicae incarnationis 1156. rex Fridricus collecta plurima principum et aliorum militum multitudine, Henrico duce Saxoniae et Fridrico, filio regis Conradi, aliisque principibus sibi adiunctis, Romam ad papam Adrianum, ut eum ad caesarem iure debito consecret, iter cum forti manu militum arripit. Cum autem in exitu Alpium ante Veronam civitatem ad Gervardam castellum inexpugnabile perveniunt, Veronenses tanquam de suo iure transitum sibi et suis prohibent, dicentes, eum non esse in caesarem consecratum, propter hoc eum ex eorum iure eis debere pecuniam persolvere, si inde Romam transire velit; postquam autem eum in caesarem consecratum receperint, ei tunc honorem ut caesari debitum persolverent, non ante. Haec rex Fridricus audiens iram reprimit, et eam dissimulans, verba dans bona, pecuniam quam exquirunt eis promittit, et tanquam super hoc securitate data, Veronam illaesis exercitibus suis transit. Regalibus itaque ultra positis exercitibus, mandat Veronensibus, ut pro debita pecunia veniant; qui verbis eius credentes, 13 nobiliores, plurimis nobilibus eis adiunctis, pro pecunia eis promissa ad regem dirigunt. Quos rex hilari vultu suscipiens, de promissa pecunia verbis datis optimis, eos capi praecipit. Et cum quidam ex eis de propinquiori linea cognatum eius se esse diceret, et hoc testimonio comprobaret, propter hoc eum altius tanquam nobilio-rem suspendi praecipit, posteris suis hoc relinquens exemplum, et caeteris timorem incutiens, ne talia contra dominos suos agere praesumant.

a) *Finitur hic in utroque codice* 4. 4°. *supplementum monachi Sazavensis. In* 4. *sequitur vita sanctae Ludmilae brevissima a Menkenio edita, in cuius demum fine leguntur verba:* Explicit liber IIIIus in chronica Boemorum.

1156. Vicerat. Interea Papienses, Cremonenses et tanquam domino suo carissimo cum multa electa militia occurrunt, et in servitium eius regiam viam proficiscuntur. Tandem rex optatum ingreditur Romam, et in constituto tempore a domino papa Adriano in imperatorem consecratur. Cumque consecratione peracta in stationibus regalibus, in planitie pulcherrima ante regiam urbem Romam positis, de eorum iure cibos sumerent, Romani antiquum fastum assumentes, de domini imperatoris consecratione tanquam contra eorum voluntatem facta indignati, forti manu contra ipsum armantur. Quid plura? Armatae acies contra Tyberim progrediuntur. Haec dum imperator audit, contra armat exercitus, et nullum in eos insultum fieri praecipit, quo usque in planum progrediantur. Lateranenses contra imperatoris exercitus in planum campum egrediuntur, a primis ictibus congrediuntur, ut pugnent; veruntamen cum imperator Fridricus cum filio regis Conradi et aliis principibus eos in fronte viriliter caederet, Henricus dux Saxoniae eos a ponte Tyberis a tergo, ut vir bellicosus, armis fortiter invadit, et cum iam ad ferream portam, quae in medio pontis est, fore pervenissent, Lateranenses hoc conspicientes, et inter duo mala minus malum eligentes, tam ab hostibus quam a suis ferream portam claudunt, et sic miserabiliter prostrati, quidam gladio, quidam naufragio interierunt, reliqui capti, domino imperatori numero 400 sunt praesentati. Quos dominus imperator Petro, Romanae urbis praefecto, qui ei fideliter adhaeserat, tradidit, cuius ipsi tam Romae palatia quam alias munitiones destruxerant, ex quibus praefectus urbis quosdam pro tanto suo punivit suspendio, a quibusdam ad destructa sua reaedificanda palatia plurimam accepit pecuniam, et sic imperator in planissimis campis optata potitus est victoria. Post haec itaque imperator victoriam, cum domino papa Adriano foedere et pacto inito, quod Romanos, qui hostes imperii se fecerant, nec ipsum regem Siciliae, qui imperio non obtudiebat, sine consilio et voluntate domini papae, nec e converso dominus papa sine consilio et voluntate domini imperatoris in gratiam eos reciperet, feliciter in Lombardiam revertitur. Mediolanensium itaque non immemor offensae, Terdonam civitatem, Spoleto non longe ab urbe Roma iam destructo, quae contra imperatorem cum Mediolanensibus iuraverat, obsedit, et forti militia eam cingens, Papiensibus, Cremonensibus et aliis Lombardiae civitatibus ei auxilium praebentibus, plurimis ex utraque parte peremptis, funditus destruit, victis solam salutem tribuens. Haec ista regalis et fortissima civitas Terdonae vicina, quae cum ea iuramentis Mediolanensibus astrinxerat, considerans, ad dominum imperatorem confugit, et secundum voluntatem eius omnes turres et munitiones suas destruens, cum suo placat servitio.

Anno dominicae incarnationis 1157. Fridricus imperator generalem curiam Wirzeburk in festo pentecosten principibus suis indicit, ubi dominam Beatricem, filiam ducis Burgundiae, specie et decore quodammodo quasi humanas formas superantem, tanquam divinam sobolem sibi iungit matrimonio. Hiis nuptiis inter alios principes dux Wladislaus cum domino Daniele Pragensi episcopo affuit; sicut tanti imperatoris decet, nuptiae celebrantur feliciter. Ubi dominus imperator intolerabilem superbiam Mediolanensium aperit suis principibus, qui hoc audito, ut tanquam hostes imperii digna corrigantur poena, dant consilium.

Anno dominicae incarnationis 1158. Fridricus imperator ducis Wladislai exulis Poloniae et sororis suae, quae ei matrimonio iuncta fuerat, miserius, ad eum ducatui suo restituendum in Polonia parat exercitus, quam cum plurimis intrans exercitibus crudeliter devastat. Principes autem Poloniae tantae fortitudini eius resistere non valentes, mediante duce Wladislao Bohemiae, ad gratiam eius veniunt, sic tamen, quod nudos gladios supra colla sua portantes, imperiali repraesentantur maiestati; in gratiam domini imperatoris recipiuntur, pro satisfactione datis obsidibus, et iuramentis receptis, quod contra Mediolanum 300 armatos milites in auxilium domino imperatori mittere debeant.

Anno dominicae incarnationis 1159. dominus imperator sollemnem curiam suis principibus in natali Domini Magdeburk indicit, ubi portatis regalibus et sollemnitate feliciter peracta, ut regii sanguinis sui memores ad conterendam Mediolanensium superbiam, ei suum praebeant auxilium, eos commonet et exorat. Quod principes eius unanimi voto ei fideliter promittunt. Wladislaus quoque dux Bohemiae tantos et tot principes contra Mediolanum in arma iam paratos esse considerans, in persona sua cum sua militia ei in adiutorium se venire promittit. Dominus quoque Daniel Pragensis episcopus cum suo duce hunc laborem contra Mediolanum suscipere non recusavit. Ob tantum laborem imperator Wladislaum ducem Bohemiae regio exornat dyademate, de duce regem constituens. Fridrici imperialis finitur curia, contra Mediolanum parantur arma, undique Mediolani sunt obsessio. In condicto tempore ad obsidendum Mediolanum de diversis partibus mundi moventur exercitus, Fridricus imperator et sui duces, marchiones et alii principes contra Mediolanum proficiscuntur. Wladislaus rex Bohemiae prior Alpes superat, et Veronam feliciter transiens, ante Brixiam civitatem regiam suos ponit exercitus. Brixenses contra eos exire nec tantae militiae se committere praesumentes, solummodo muros suos custodiunt. A Bohemis tota Brixiensis devastatur provincia. Post pauco tempore imperiales exercitus adveniunt, pro adventu imperatoris omnes exercitus tripudiant gaudio. Super Oleam flumen regium imperiales ponuntur exercitus. Ad Adusm flumen vehementissimum perveniunt, ubi pontes fractos inveniunt, et Mediolanensis provinciae maximam multitudinem hominum, transitum aquae eis prohibentium. Supra ripam iuxta praeruptum pontem imperialia ponuntur tentoria, quibus undique replentur campi; infra autem has stationes fere per milliare domini Wladislai regis Bohemiae et domini Danielis Pragensis episcopi et aliorum principum Bohemiae ponuntur tentoria, post tot laborem dulces capiuntur cibi. Interea Odolen filius Zris, miles strenuus, cum duobus militibus vadum invenire praetemptat, quod non inveniens mediis fluctibus se committit, uno tantum socio cum sequente, quos mediis fluctibus sic rotari vidimus, quod nunc ipsi super equos, nunc equi super eos rotari videbantur. Tandem Deo eos adiuvante incolumes flumen transeunt, tertius vero eorum socius, vel quia equum vel quis cor debile habuit, ad ripam revertitur. Haec dum regi Bohemiae referuntur, videlicet duos milites vadum invenisse, abiiciuntur tabulae, et tympanum, signum bellicum, percutitur, armantur milites, ipso Wladislao rege Bohemiae, strenuo et illustri milite, eos praecedente, inter medios praecipites fluctus suos impellunt destrarios, et sic divina pietate eos conservante, tam duros, tam praecipites superant fluctus, plurimis ibi militibus naufragio perditis. Sic rex Bohemiae superatis fluctibus sua forti armata militia suos irruit in hostes, eos ex omni parte armata militia circumdans, caeduntur, ligantur, capiuntur plurimi. Ex utraque parte ad coelum levantur clamores, Bohemorum laeti de victoria, Mediolanensium funesti de inopinata miseria. Imperatoris autem exercitus primo Mediolanenses putant suis in adiutorium venisse, veruntamen cum

Bohemos suos adversarios viriliter caedere considerant, laeti de tanta victoria laetos ad caelum clamores levantes, quomodo vel qua arte tam praecipites fluctus superaverint, mirantur. Bohemi sic eis superatis castella, villas, praedam capientes, plurima quae possunt igni committunt. Rex interea ad pontem imperatoria se transfert, pro reperando ponte sollicitus, ex utraque parte, tam imperatoria quam regia, trabes comportantur ponti utiles. Interea tantum laborem nox dirimit. Summo diluculo nuncius venit, Mediolanenses ad defendendum vadum suis in auxilium venisse. 1159. Vincent.

Non fit mora, armatur militia, pugnatur acriter, Mediolanenses victi fugam inemt; nec mirum, mos etenim in tali re vel ferro vel pedibus vitanda est. Bohemi, ex eis plurimis interfectis, 30 nobiliores de militia Mediolanensium capiunt, et eos regiae tradunt potestati, quos rex Bohemiae imperatoriae ad eius honorem tradidit maiestati. Dominus imperator per reparatos pontes cum suis exercitibus flumen Addam feliciter transit. Trenes firmissimum castrum Mediolanensium obsidet, quod in brevi capit. Inde venitur ad Laudam civitatem quondam valde nobilem, quam Mediolanenses funditus destruxerant. In medio civitatis destructae imperialis ponuntur tentoria, cuius imperator destructionem considerans, magis ad destructionem laborat Mediolani. Dum haec geruntur, Mediolanenses ad curiam domini imperatoris cum eius conductu veniunt, de suis excessibus condignam satisfactionem domino imperatori offerentes. Principes haec audientes, ut dominus imperator in gratiam suam eos recipiat, consuluntˣ. Surgens autem Anselmus, Ravennatensis ecclesiae archiepiscopus, contra haec respondit: *Non est*, inquiens, *vobis nota astutia Mediolanensium; dulcia quidem vobis verba et humilia offerunt, sed astutam vulpem sub pectore servant, mensura, qua alii mensi sunt, remetitur eis. Ecclesias Dei, civitates liberas imperatoris destruxerunt, et eorum destructor Mediolanum; nullam in eis fecerunt misericordiam, nec eam consequentur.*

Hoc dominus imperator cum suis principibus audiens, eius acquievit consilio, et per suos objectionem cyrothecae, ex more antiquorum imperatorum, eos publice in suum banuum mittit, per haec eos ostendens esse manifestos hostes imperii. Haec considerans laeta iuventus fremit in arma. Versus Mediolanum armata progreditur militia, ut in arma ad signum domini imperatoris tota militia sit praeparata, indicitur. Dies oritur, multis mortem, multis victoriam importans. In campis planissimis, iam ante Mediolanum exercitibus optimis, imperiales armantur exercitus. In prima itaque fronte militiae Ludovicus frater imperatoris, palatinus comes de Reno, in primo flore iuventutis suae, ex antiquorum suorum praecessorum[a] dignitate Suevorum armata militia, Papienses et Cremonenses, qui huius expeditionis fabricatores extiterant, sibi militia adhibita, in campestria progreditur. Secundum locum Fridricus, filius regis Conradi, in annis iuvenilibus, dux de Rotmbuk[b], cum sua forti militia possidet. Ad hunc exercitum suggestum Hugo marchio Montis Ferrati cum Veronensium, Brixensium, Mantuanensium forti militia accedit. Tertium locum obtinet Wladislaus rex Bohemiae cum suo exercitu, quem de tota militia sua in unum collecta collegerat, valde magno, forti possidet. Quarto loco Henricus dux Austriae cum suo maximo exercitu ponitur. Quinto loco Otto palatinus comes de Ratispona et cum Fridrico et Ottone, fratribus suis, et plurima Bavarorum militia. Sexto loco ipse imperator Fridricus cum suo exercitu, cuius longitudinem et latitudinem comprehendere difficillimum erat. Septimo loco Fridericus Coloniensis archiepiscopus, et exercitus Theutonicorum et Lombardise principum procedit, magna fortitudine collectus. Post haec multitudo principum, quem dinumerare nemo poterat, quorum tu, Deus,

Signa, potestates, currus, loca, tempora nosti. Cont. I. Cosmae 1136.

Sic tanti et tot exercitus, candore ferri horribiles, versum portam Mediolanensem — Romana porta dicitur — procedunt, Vincent.
et sic nullo impediente ad urbem diu optatam perveniunt. Mediolanenses autem in campis contra tot et tantos exercitus bello se committere non praesumentes, fossata sua et munitiones muniunt, quas circa muros fecerant, armata manu custodiunt. Dominus autem imperator videns eos extra munitiones non audere procedere, ante praedictam portam, quae Romana dicitur, nomine et re maior, sua figi praecipit tentoria. Et ut circa alias portas Mediolanenses aliorum principum figantur tentoria praecipit, et in brevi fit quod praecipit, ad diversas portas diversorum principum figuntur tentoria. Mediolanenses vero ex qua parte eos invadere possint considerant, et in prima militia exercitum Ludvici fratris imperatoris invadendum, qui ad portam sancti Dionisii suos posuerat exercitus, suum ponunt studium, et circa horam vespertinam armata manu ut fortius possunt ad bellum progrediuntur. Quibus praedictus princeps ut strenuus miles cum sua forti militia occurrit. Fit pugna ex utraque parte, fortissimi caeduntur milites, nunc hi vincunt, nunc illi. Haec audiens Wladislaus rex Bohemiae, tympanum, signum bellicum, percuti praecipit. Non fit mora, armatae militia, pugnantibus in auxilium progreditur. Ludvicus frater imperatoris Mediolanenses a se repellere fortius instat.

Interea Wladislaus rex Bohemiae in suis splendidis armis, cum sua militia primam militiam Mediolanensium aggreditur, ipsum principem eorum et vexilliferum, Dacium, medium lancea perfodit, qui ibi perfossus occubuit. Caeteri vero milites tam Bohemiae quam Theutonise, qua qui possunt, irrount in hostes. Umbo umboni allidítur, pes pede teritur, fortium virorum fortissimi resonant ictus. Ex utraque parte fortissimi caeduntur milites, a vespertina hora usque ad crepusculum durat praelium. Mediolanenses victi, plurimis interfectis et captis, intra muros se retrahunt. Tali a choraea militum Mediolanenses undique cinguntur. Dominus autem imperator singulis diebus cum exercitibus, ne aliqui inde exire possint, Mediolanum circuire non cessat, singulis diebus diversi in eos fiunt insultus; interfectionibus, captionibus artantur plurimis, quos intus pavor, foris vastabat gladius.

Anno dominicae incarnationis 1160. Ann. Prag.

Hoc Mediolano Daniel praesul redit anno.

Anno dominicae incarnationis 1161.

Anno dominicae incarnationis 1162. Theobaldus profectus est cum filio regis in auxilium imperatori, et Sobieslaus captus est[45]. Vincent. 45

Anno Domini 1163.

1164. Wladislaus rex terram Hunnorum intravit, regem Graecorum ex ea perturbavit, Ungarorum optimates pacificavit. Ann. Prag.

1165.

1166.

1167.

a) successorum *Dobr.* b) Rotennburg *Vinc.*

45) Hoc factum esse a. 1161. vide apud monachum Saxavensem.

Ann. Prag. 1168. Theobaldus dux, et Daniel episcopus in Italia obiit, cui Fridericus quartus decimus episcopus successit[46].
1169.
1170.
Gerlach. Anno dominicae incarnationis 1171. sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis martyrizatus est.
Ann. Prag. 1172. Wladislaus rex cum caesare Poloniam intravit[47].
1173.
48 1174. Sobieslaus a vinculis dimittitur[48], et dux constituitur.
1175. Odalricus dux, frater Sobieslai, profectus est Mediolanum.
1176. Sobieslaus dux vastavit incendio Austriam. Nimis siccitas attenuavit fruges. Sobieslaus pugnavit
Gerlach. contra Fridricum in Bohemia. Ipso anno 15. Kal. Februarii obiit rex Wladislaus, fundator Strahoviensis[49].
Ann. Prag. 1177. Odalricus dux a fratre Sobieslao capitur. Ipse Sobieslaus a Bohemis de solio pellitur[50]. Fridricus filius regis Wladislai inthronizatur. Sobieslaus in exilio obiit[51].
1178. Fridricus episcopus obiit[51*], cui Valentinus quintus decimus successit.
1179.
1180.
1181.
Gerlach. Anno Domini 1182. Strahoviensis ecclesia secundario dedicata est, videlicet 7.a Kal. Maii a venerabili domino Adalberto, Salceburgensi archiepiscopo, et hoc hac de causa, quia maius altare motum[b], et chorus fuerat sublevatus. Praesentes erant canonici Pragensis ecclesiae fere omnes et abbates multi, quorum unus et praecipuus, licet suo iudicio humillimus, abbas Godescalcus, tantam sollemnitatem sermone suo adornans. Inter alia quae locutus est haec quoque dixit: *Aszum*, inquit, *o fratres karissimi, en alteri dedicationi vestrae, qui primae quoque interfui, et videor mihi videre statum domus huius valde diversum ab eo, qui hunc erat. Tunc enim rebus pauper et meritis fuit dives, modo versa vice rebus crevit, et disciplina deperiit.* Atque in hunc modum reprehendenda reprehendens et ad honesta provocans, monita salutis porrigebat eis.
Ann. Prag. 1182. Valentinus episcopus obiit. Henricus sextus decimus successit, qui in episcopatu ducatum obtinuit postea.
52 1183. Conradus dux Moraviae Pragam obsedit[52].
1184. Bohemi cum Moravis bellum commiserunt[53].
1185. Wenceslaus dux Pragam coactus obsedit, et spe fraudatus recessit[54].
1186. Eclipsis solis fuit. Mortalitas hominum facta est.
1187. Fridricus dux cum omnibus primatibus terrae suae, similiter et dominus episcopus Henricus[55] cum abbatibus et universo clero vocati sunt ad curiam caesaris, et magna syno-
57 dus habita est[56]. Ipso quoque anno Theobaldus a fratre suo[57] Fridrico iussus est capi, sed a quibusdam fautoribus praemonitus, fuga lapsus est.
1188. Iherosolima a paganis obsessa est et tradita Saladino.
1189. Fridricus dux obiit. Conradus, Moraviae laudabilis dux, successit. Theobaldus recepit provincias suas. Romanus quoque imperator cum innumerabili multitudine christianorum contra paganos pugnaturus, ultra mare visus tenuit, et ibi in naufragio vitam finivit, et in Antiochia sepultus quiescit. Quem etiam multi nobiles Bohemicae terrae primates cum duce Theobaldo secuti, inopinata morte sunt praeventi.
1190. Dux autem Conradus cum filio imperatoris in Apuliam est profectus, ubi famosissimum de se referens triumphum, heu! immatura morte est praeventus,

Ossaque delata sua Pragae sunt tumulata,
Quique gemant flentes super hunc et corde dolentes:
Ach! ach! Conrade dux crebro commemorande,
Vivas in Christo mundo translatus ab isto!

1191. Wenceslaus dux in solio paterno[58] consedit, quod vix in tribus mensibus possedit.
1192. Wenceslaus dux de solio pellitur. Przemysl dux efficitur. Civitas Praga obsidione circumdatur, nec capitur. Tandem post tres menses, ipso duce Wenceslao permittente, per internuncium imperatoris nunciatur, in manus domini episcopi traditur. Dux autem Wenceslaus, dum in confinibus Zribiae iter ageret, per insidias versipellis[c] marchionis[59] eiusdem provinciae capitur, et in munitissima custodia claditur, solo Spitigneo[60] evadente. Eodem anno dux Przemysl[61] quorundam Theutonum[62] pro-
63 vinciam vastavit, et imperatorem[63] ex hoc in iram concitavit. Dominus quoque episcopus ad limina sancti Iacobi apostoli causa orationis viam tenuit, quem imperator propter pecuniam sibi pollicitam detinuit, et sic impeditus, reversus est in Bohemiam.
1193. intrante Martio dominus episcopus Henricus[d] ad imperatoris curiam regreditur, et intrante Augusto cum magna gloria et honore in Bohemiam cum ducello Spitigneo revertitur, gestans ab imperatore sibi tradita vexilla ducatus, non tamen obmittens nomen et dignitatem sui episcopatus.
1194.
1195.

---

a) VI. *Gerl.* b) novum *pro* motum *Gerl.* c) vrsipellis 2. d) *manu antiqua, non tamen coaeva, supra scriptum est* Brzyecislaus.

46) a. 1167. teste Gerlaco. 47) Immo a. 1157. cfr. continuatio Sazavensis. 48) Dimissus est a. 1173. 49) Mortuus est a. 1174. 50) teste Gerlaco anno 1177. 51) eodem teste 1180. 51*) eodem teste 1179. 52) Anno 1182. factum est. 53) quod Gerlacus anno 1185. fuse narrat. 54) anno 1184. 55) Henricus episcopus, filius Henrici, ut Fridricus dux, nepos erat Wladislai I. ducis Bohemiae. 56) Ratisbonae tempore quadragesimali, teste Gerlaco. 57) patrueli; Theobaldus filius erat Theobaldi I. et nepos Wladislai I. 58) Filius erat Sobeslai I. 59) Miaecensis Ottonis. 60) duce Brunnensi. 61) Wladislai II. regis filius. 62) Bavarorum. 63) Heinricum VI.

1. WENCESLAI I. REGIS HISTORIA.

Igitur rex Wenceslaus anno primo et pluribus annis regni sui clerum secularem et reli- 1228.
giosum multum dilexit, et ecclesias Dei ac ministros earum libentius honoravit. Procedente autem tempore, patre suo iam viam universae carnis ingresso, civitatem Pragensem fecit murari, et alias villas forenses, quae iuxta vulgare nostrum dicuntur civitates, muniri praecepit lignis vel lapidibus, compellens religiosos et seculares clericos ad earundem civitatum munitiones vel fossata constituenda. Quo regnante pluribus annis pax bona viguit. Praedones et latrones ecclesiarumque infestatores et alii quam plures malivoli gravamina vel molestias inferre cessaverunt, vel qui inferebant, deprehensi sententiam capitis subierunt. Sub eius etiam temporibus adinventus est in Bohemia ludus tornamentorum, 1245, regni autem 1245.
regis Wenceslai 15.[a] vel 16. Idem rex voluntati suae carnis deditus, coepit solitariam vitam amare, et castella vel domos ad hoc fabricatas cum paucis solus inhabitare, pace tamen bona et quiete per totum adhuc regnum eius vigente.

Sub eius etiam regni temporibus plures domus religiosorum fabricatae sunt in civitate Pragensi, videlicet fratrum praedicatorum ad sanctum Clementem, fratrum minorum ad sanctum Iacobum, pauperum dominarum ad sanctum Franciscum, templariorum ad sanctum Laurentium, hospitaliorum vel stellariorum ad sanctum Petrum in vico Theutonicorum, et plures domus earundem religionum in regno Bohemiae, rege praedicto annuente, sunt fabricatae.

Anno dominicae incarnationis 1249[64], regni autem Wenceslai regis 20, 2. Kal. Augusti Iul. 31.
nobiles terrae Bohemiae et natu maiores filium eiusdem regis Wenceslai nomine Premisl 1248.
sibi in ducem vel in regem acceperunt, et sibi fidelitatem in claustro Pragensis ecclesiae iuraverunt, patre penitus ignorante[65]. Quod dum pater audivit, aegre tulit, sed sibi innata discretione dissimulavit. Anno vero regis Wenceslai regni sui 21. praedictus rex cum copioso 1249.
exercitu Bohemorum et Australium et Ungarorum Bohemiam intravit, et in Wissegrad castro suo cum exercitu resedit Idus Februarii. Octava autem die inde recessit, et flumen Wltavam Febr. 13.
sub villa Buben cum omni exercitu suo secure transvadavit; et veniens in claustrum in monte Febr. 21.
Syon[66], aliquot diebus ibi mansit, exercitu suo circa et ultra montem et in claustro Brzewnow 66
commorante. Unde sexto die profectus, ad civitatem Zatecz accessit, et eam suo dominio sine Marte subiugavit, alias autem plures villas vastavit, praedavit, incendit. Circa finem anni praedicti et initio anni sequentis, in hyeme tamen, multa facta sunt incendia in regno Bohemiae.

Composita itaque pace et firmata iuramentis concordia, ac confectis super hoc instrumentis, rex viam tenuit versus Liutomierzicz, mandans universis ecclesiae Pragensis dioecesis praelatis et canonicis, ut infra octo dies sibi occurrant, pro viribus suis sibi assistere non obmittant, dato super eodem negotio a domino papa Innocentio IV. exsecutore domino Misnensi episcopo[67], quod si praelati ecclesiarum Bohemiae et canonici non curassent regi occurrere, et eidem pro viribus suis assistere, excommunicatione plecterentur et suis beneficiis tandem privarentur. Super eodem etiam negotio litera novi regis Almanorum[68] simi- 68
lem poenam continens fuit oblata, et canonicis et aliis clericis in ecclesia Pragensi publice fuit recitata. Filius autem regis credens illam pacem esse veram et non simulatoriam,

a) quinto 2.

64) Quae sequuntur a. 1248. gesta esse ex ipsa narratione apparet. 65) De his temporibus Otakarus in tabula quadam scripta a. 1256. quam laudat Palackius II, 131. haec refert: *Tempore afflictionis nostrae et miseriae, quando videlicet dira et crudelis persecutio parentum nostrorum nos extra terminos terrae nostrae despecta pietate et sine culpa nostra voluit effugare* etc. 66) i. e. Strahoviense. 67) Innocentii IV. litterae ad Conradum episcopum Misnensem datae die 22. April. 1249. exstant apud Boczek III, 106. in quibus haec leguntur: *Sed idem* (Otakarus) *quorundam baronum regni Boemiae — ductus iniquis persuasionibus et seductus una cum ipsis — crudeliter praedictum regem persequitur et hostili persecutione impugnat, in detrimentum personae ac status ipsius regni cum Conrado, nato Friderici quondam imperatoris, duce Bavariae, et aliis ecclesiae persecutoribus fedus amicitiae ac societatis damnabiliter iniendo, in quibus omnibus episcopi Pragensis et quarundam aliarum personarum ecclesiasticarum eiusdem regni dicitur esse manus.* Quibuscum coniungenda epistola sequens de rege absolvendo a iureiurando quod filio de regni cessione fecerat. 68) Willelmi.

1249. veniens cum suis Pragae habitavit, urbi et civitati firmissimam adhibens custodiam, ac deinde ad alia quae sibi in sortem evenerant transivit oppida et castella.

Interea rex moram faciendo in Liutomierzicz infra aliquot septimanas copiosum congregavit exercitum, ubi plures praelatorum ecclesiarum et quidam canonicorum eidem occurrerunt, ac suas eidem personas et xenia rerum varia cum servitio fideli praesentaverunt. Rege interim suam cum suis fidelibus curiam in eadem civitate celebrante, mittitur edictum et per omnia fora vicina proclamatur sub obtentu gratiae regalis ac poena sententiae capitalis evitanda, quatenus omnes iniuriarum molestiae, spolia villarum et rapinae cessare debeant, et omnes tam nobiles quam pauperes pace tranquilla gaudeant. Celebrata igitur curia et consilio valde secreto habito, rex cum suo exercitu iter arripuit procedens versus Saczska, in qua processione plures peregit noctes, quibus plurima gravamina pauperibus sunt illata, et plures villae omnibus rebus spoliatae, ac varia et inaudita commissa sunt facinora. Tandem perveniens Saczska in sua pausavit munitione, dicens se processurum versus Moraviam, deinde versus Ungariam; sed aliter rei probavit eventus.

Aug. 15. Imminente siquidem festo assumptionis gloriosae Virginis, filio regis interea in castro
Aug. 5. Pragae commorante, rex missis militibus suis Nonas Augusti civitatem[69] cepit, ut creditur, quibusdam civibus eam sibi tradentibus, et eodem die post meridiem eandem cum suis intravit. Cui episcopus Nicolaus cum fratribus minoribus solemniter occurrit, ac eum cum processione et magna utriusque sexus turba, signis per omnes ecclesias civitatis sonantibus, honorifice suscepit, et in ecclesiam sancti Francisci cum magno populi gaudio deduxit. Filius autem regis, qui tunc manebat in castro, intelligens placitum patris sui penitus violatum, et civitatem videns esse captam contra suam voluntatem, castro Pragensi fidelibus suis ad custodiendum commisso, se ad loca transtulit tutiora. Quidam vero de fidelioribus suis, quibus
70 episcopalis curiae[70] defensio erat commendata, videntes vires suas ad eius tutelam non posse sufficere, omnibus in ea rebus noctu sublatis, eadem nocte eam incenderunt, et onusti variis
Aug. 6. rebus ad castrum confugerunt. Sequenti vero die rex missis militibus suis turrim, quae sita est circa pedem pontis, et curiam episcopalem adhuc fumantem cepit nullo resistente, et in eis praesidium fortium virorum. Inde cum suis consilio habito et placito suo iam secundario violato, quod filio suo et nobilibus terrae bona fide promiserat, ordinavit exercitum ad expugnandam urbem[71] Pragensem, disponens viros bellicosos versus orientem, versus occidentem et versus aquilonem, qui praedictam urbem impugnarent[a], ac neminem urbem intrare vel exire permitterent. Viros etiam impios de Gihlaw[72] duxit, et machinas plures contra
73 urbem erexit; dominas etiam de claustro[73] exire mandavit. Nobiles autem quidam cum suis ministerialibus, qui ad custodiam urbis praedictae fuerant relicti, modis omnibus resistebant,
Aug. 15. et muros urbis viriliter defendebant arcubus et balistis. Superveniente autem gloriosae Virginis assumptione, rex militibus suis et castri defensoribus treugas imposuit, ut nullus de suis vel adversariis tam solemni die aliquid molestiae vel alicuius dolorem laesionis pateretur. Nemini tamen de habitatoribus castri ad civitatem veniendi licentiam indulsit. Fuit itaque nimia aquae penuria hominibus in castro obsessis, et pabuli defectus equis et pecoribus in tantum, ut si plures dies obsessio castri protraheretur, homines et equi ac pecora simul prae nimia aquae carentia ac pabuli defectu mori cogerentur. Transacta igitur solemnitate beatae
Aug. 16. Virginis secure et pacifice rex sequenti die suam festivitatem celebravit, et magnificum suis[b] principibus, clericis ac laicis praeparare fecit convivium. Quoniam ipso die omnibus indutus ornamentis regalibus ad ecclesiam sancti Francisci venit, et coronam regalem per manus episcoporum, Pragensis videlicet et Olomucensis, capiti suo impositam suscepit, et sic clamide regali indutus ac pomum et sceptrum in manibus gestando, sacra missarum solemnia ecclesiam intravit auditurus, et audivit devotius quam missam Olomucensis episcopus celebravit, et ad eius officium plurimos cereos pro gratia vel favore regis procuravit. Quibus finitis, ventum est ad convivium, quod erat secundum magnificentiam regiam praeparatum, cui episcopi supradicti et aliarum ecclesiarum praelati interfuerunt. Nobiles vero Bohemiae secundum suorum officia beneficiorum, diverso gloriae apparatu ornati, decenter ad illud

a) impugnarent 2. b) *ita* 2. *posito errones super* u *signo contractionis* er, *quasi legendum sit* servis.

69) veterem, *die Altstadt.* 70) Ea urbis pars quae appellatur hodie *Kleinseite.* 71) arcem. 72) Sunt metallici qui Iglaviae fodinis operam dabant, qui machinarum exstruendarum erant periti. 73) S. Georgii.

ministraverunt. Missum est etiam a rege pro filio suo et baronibus sibi adhaerentibus, ut 1240.
ad eius praesentiam quantocius venirent, ac de reformatione pacis et statu terrae meliore secum tractarent. Filius denique ad patrem veniens, se per omnia patri subdidit, et pro omnibus nobilibus, qui se offenderant, supplicavit. Ad cuius precum humilitatem filium et nobiles in plenitudinem suae gratiae suscepit, ac ipso die omnibus cum lacrymis oscula pacis porrexit. Interea filius ex ammonitione suorum, vel ut melius dicam, necessitate, castrum Pragense et alia castra in manus patris resignavit, et se penitus subdendo patri cum suis omnibus suae gratiae commendavit, dicens se libentissime fore contentum, quibus largitas ipsius ipsum esse contentum voluisset. Super quo rex multo tractatu habito, marchiam Moraviae cum omnibus attinentiis filio concedit, media duntaxat moneta Giglaviae sibi retenta, et sic eum a se recedere gratuita licentia permisit. Postea rex cum suis fidelibus salubri inito consilio, feria sexta circa crepusculum diei, quae tunc occurrebat 13. Kal. Septembris, castrum Pragae pedester intravit, eiectis tamen prius omnibus, qui fuerant eiusdem castri custodes, ubi in porta castri a praelatis et clero ecclesiae cum processione receptus est, et honorifice ad ecclesiam deductus cum hymnis et laudibus, signis maioribus ecclesiae maioris resonantibus, ac populo et nobilibus terrae qui tunc aderant *Hospodin pomiluy ny* resonantibus. Rege tunc temporis infra castrum commorante, privilegium de omni libertate quam petierant domino episcopo et canonicis maioris ecclesiae conceditur, et scriptum ac sigillis regalibus confirmatum, in manus episcopi donatur duplicatum. Rex autem tribus diebus in castro commoratus, et ad suae beneplacita voluntatis rebus ordinatis, quarto die, quae tunc occurrebat 9. Kal. Septembris, primo mane castrum est egressus, et ad castella sua viam arripuit, in quibus prius solitus fuerat habitare. Post evolutionem vero quatuor septimanarum rege in Sept. 20.
quodam castello Tyrow[74] nominato commorante, filius eius cum quibusdam nobilibus ad 74
eum accessit, petiturus sibi et fidelibus suis gratiam ampliorem, quam per plures nuncios eidem filio et nobilibus promiserat, si ad eius in praefato castello veniret praesentiam. Tunc rex nacta opportunitate, quam animo suo diu conceperat, filium suum et quosdam nobiles in eodem castello detinuit, ac penitus immemor suae promissionis, filium suum in quandam munitionem firmissimam[75] transmisit custodiendum. Nobiles autem terrae remisit ad 75
castrum Pragae districtissime praecipiens, eos binos et binos in singulis carceribus detrudi cathenatos.

2. ANNALIUM PRAGENSIUM PARS I.

1196. 17. Kal. Iulii obiit Henricus[a] episcopus[76], qui fuit dux Bohemiae.

1199. rex[b] Przemysl sublimatur in regem[77], et dimissa uxore sua[78] duxit Constantiam sororem regis Ungariae[79].

1197. dux Spitigneus superavit Przemysl ducem. Eodem anno coecatus est. Hic Przemysl a Philippo imperatore coronatus est. 1196.

1198. Brzieczislaus dux et episcopus ab hoc seculo migravit[80]. 80

a) *eadem manu hic supra scriptum* Brzieczislaus. b) *in margine 2. manu paulum recentiori* dux.

74) in circulo Pilsensi situm, quindecim milliaria a Praga distans, Pubitschka IV, 2. p. 238. 75) Frauenberg. 76) Obiit a. 1197. teste Gerlaco et bulla confirmationis a Coelestino III. pontifice coenobio Teplensi 7. Aug. 1197. data, ubi legitur: *bonae memoriae Henricus Pragensis episcopus dum curam ducatus Bohemiae gereret.* Cuius bullae mentionem fecit continuatoris editor Viennensis p. 62. Diem 14. Iunii Henrici supremum exhibet calendarium Doxanense Balbin. epit. hist. Boh. p. 247. 77) Moguntiae eodem tempore quo Philippus rex coronatus est, vide Gerlaci ultima verba. 78) Adela filia Ottonis marchionis Misnensis; de quo divortio Innocentius III. papa litteras dedit ad archiepiscopum Magdeburgensem d. 1. Oct. 1199. Boczek II, 353. 79) Andreae. 80) De duplice hoc Heinrici nomine ex tabulis testimonia attulit editor Viennensis p. 61.

1199. Ann. Prag. 1199. Fridricus episcopus quartus decimus obiit. Daniel secundus eligitur in episcopum. Wladislaus[a] de ducatu cedit fratri Przemysl, et hic ibidem suscepit ducatum[81].

1200.

1201. terrae motus fuit ubique.

1202.

1203. Conradus dux Moraviae Pragam obsedit[b]. Rex Przemysl rebellans Philippo regi, Ottoni imperatori fecit hominium[82].

1204. sanctus Procopius canonizatus est. Eodem anno Bohemi cum Moravis bellum commiserunt.

1205. rex Przemysl in gratiam Philippi rediit, et obsides pro 7000 marcarum dedit.

1206. dux Lestko[83] cum fratre Conrado[84] occiderunt Romanum regem Prutenorum[85]. Philippus cepit Coloniensem episcopum[86], et Ottonem fugavit.

1207. sol eclipsim passus est. Eodem anno Gunegundis, filia regis Philippi, data est in matrimonium Wenceslao[87], filio regis Przemysl.

1208. Philippus occisus est imperator ab Ottone palatino.

1209. Otto Romae imperator efficitur.

1210. Conradus dux in Apulia obiit. Otto excommunicatur.

1211. rex Przemysl rebellat imperatori, et Chyrninus eiicitur de Bohemia.

1212. allatio reliquiarum Thomae, Iacobi, et Thaddaei apostolorum, et sancti Mauritii de Theutonia in Pragam. Cyrininus[88], camerarius regis Bohemiae, pellitur de provincia a rege et ab universis primatibus. Fridricus rex Siciliae venit in Theutoniam.

1213. regina Ungariae interfecta est[89].

1214. Daniel secundus, Pragensis ecclesiae episcopus, obiit; cui Andreas succedit.

Nov. 22. 1215. Andreas ordinatus in episcopum Pragensem Romae in die sanctae Caeciliae. Concilium Romae celebratur.

1216. fratres sancti Adalberti portati sunt in Pragam. Eodem anno 4. Idus Aprilis Andreas episcopus posuit interdictum in Bohemia a divinis et a sepultura[90], deinde Romam declinavit[91].

1217. 4. Kal. Iunii archiepiscopus Magontinus[92] Bohemiae interdictum relaxavit[93]. Eodem anno multitudo christianorum ultra mare profecta est.

1218. episcopus Wratislaviensis Laurentius cum Theobaldo[94] duce Bohemiae in Prussiam profecti sunt.

1219. hyems calida fuit et pluviosa. Eodem anno episcopus Andreas Pragensis secunda vice posuit Bohemiam sub interdicto.

1220. Poloni a Pruzis occisi sunt, et a Ruthenis furore gladii interfecti, et a fossoribus auri mactati miserabiliter interierunt.

1221. Gregorius cardinalis[95] a rege Przemysl et ab universo clero honorifice susceptus, ecclesias aperuit et interdictum relaxavit. Honorius[96] papa confirmavit ordinem praedicatorum.

a) Wadislaus 2. b) *Verba* Conradus — obsedit *leni calami ductu transfixa sunt in* 2.

81 Immo anno 1197. haec facta sunt. 82) De quo vide litteras Innocentii III. datas 11. Dec. 1203. Boczek III, 19. et Ottonis IV. epistolam ad pontificem Rom. ibid. et nomen regale Bohemis papa eodem anno 1204. confirmavit; vide Palacki II, 67. 83) i. e. Leszeck dux Cracoviae et Sendomiriae. 84) duce Masoviae. 85) Errat; legendum est *Ruthenorum;* Romanus est dux Wladimiriae et Haliciae, quem fratres illi anno 1205. apud Zawichost haud procul a Sendomir fugarunt; de quo fusius disseruit Roepell I, 407. 86) Brunonem, de quo Arnoldus Lubec. VII, 5. 87) qui natus erat 1205. 88) Cernin qui Wratislai, Otakari filii maioris, partibus favisse videtur, quem Otto IV. anno 1212. Norimbergae regem Bohemiae fecerat; Palacki II, 73. 89) Gertrud, a Benedicto bano Croatiae. 90) ob libertatem ecclesiae negatam et investituram a laicis factam. 91) quam intravit mense Martio 1217. Cfr. Ann. Pragens. 92) Sigefridus. 93) Cfr. litterae Honorii III. 13. Kal. August. 1214. scriptae, Boczek II, 93. et sequentes annis 1218. 1219. datae. 94) tertio. Vid. Voigt Geschichte von Preussen I, 445. 95) Gregorius de Crescentio S. Theodori diaconus ordinatus, qui legatus in terras septemtrionales missus est. Vide Honorii III. litteras annis 1220 et 1221. datas; Boczek II, 119. 96) tertius.

1222. Wladislaus dux Moraviae, frater regis Przemysl, obiit[97]. Eodem anno stella insolitae claritatis in occidente mundo apparuit. 1222.

1223.

1224. Andreas episcopus Pragensis Romae existens in exilio obiit. Eodem anno Peregrinus electus est in episcopum Pragensem.

1225. Conradus cardinalis[98] Bohemiam intravit. Wladislaus marchio Moraviae[99], frater regis Wenceslai, obiit. 99

1226. praedicatores receperunt domum in civitate Pragensi.

1227. 14.[a] Kal. Ianuarii Iohannes[1] episcopus consecratus est[2]. 17. Kal. Septembris consecratum est altare sanctae Katherinae virginis.

1228. Wenceslaus rex consecratus est cum uxore sua Cunegunde regina in ecclesia Pragensi a venerabili Ziffrido Maguntino archiepiscopo in dominica qua cantatur: *Esto mihi*. 16. Kal. Iulii consecrata est capella sancti Thomae[3]. Febr. 4.

1229. legatus apostolici, Symon dictus, omnium proventuum decimam quaesivit ab ecclesia. Idem Symon omnes conventuales ecclesias a divino suspendit officio.

1230. Przemysl dux obiit 18. Kal. Ianuarii.

1231

1232. fratres minores receperunt domum Pragae. Sancta Elyzabeth canonizata est.

1233. Agnes, filia regis Przemysl, assumpsit habitum pauperum dominarum.

1234. claustrum ecclesiae Pragensis reparatum est de lapidibus et testudinatum.

1235. Vitus factus est canonicus ecclesiae Pragensis 2. Kal. Ianuarii.

1236. Iohannes episcopus Pragensis 21. obiit 16. Kal. Septembris, cui Bernhardus successit.

1237.

1238.

1239. Bernhardus episcopus Pragensis obiit[4], cui Nicolaus successit.

1240. timor Tartarorum magnus irruit super Bohemos. Eodem anno Nicolaus episcopus Romae consecratus rediit, in sede sua receptus 5. Kal. Augusti[5]. Constantia regina obiit Idus Decembris[6].

1241. pagani qui Tatari dicuntur multa regna christianorum destruxerunt[7]; et Vitus decanus electus est in ecclesia Pragensi 10. Kal. Octobris. Hiidem Colmannum, fratrem regis Ungariae, sagittaverunt et Ungariam totam depopulaverunt, et Henricum ducem[8] Poloniae in bello occiderunt cum exercitu eius in ipsa Polonia[9]. 8. Nonas Octobris eclipsis solis facta est post meridiem, ita ut putaretur crepusculum ab hominibus.

1242. Fridricus dux Austriae Moraviam vastavit, et eam cum magno damno confusus exivit, intrante Wenceslao rege Bohemiae in ipsam Moraviam causa experiendi belli fortunam[10].

1243. soldanus Babyloniae cum maxima multitudine paganorum qui Corozini dicuntur terram sanctam intravit, et civitatem sanctam Ierusalem et templum cum sancto sepulcro Domini totaliter destruxit, viros et feminas cum pueris indifferenter occidit. Longa via claustri versus aquilonem depicta est.

1244. ecclesiam sancti Iacobi fratrum minorum consecravit. Eodem anno claustrum Pragense depictum est.

1245. reconsecratum est altare sancti Wenceslai, et altare sanctorum euangelistarum

a) *Scriptum fuerat* 23, *sed correctum a coeva manu* 14.

97) in praecepto 7. Kal. Sept. 1222. dato meminit rex fratris Wladislai *piae recordationis*; Boczek II, 142. 98) Portuensis episcopus et S. Rufinae cardinalis, qui mense Maio Pragae commorabatur. Ibid. II, 165. 99) filius Otakari regis, successor illius Wladislai, de quo supra. 1) secundus. 2) Peregrinus, quem Andreas episcopus excommunicaverat, Honorii III. iussu anno 1225. munere se abdicaverat. 3) De coronatione Otakarus et Wenceslaus reges anno 1228. praeceptum scribi iusserunt, quod vide Boczek II, 186. 4) anno 1240. Cfr. Palacki Italienische Reise p. 28. 5) quod factum est a. 1241. 6) Excidisse videtur numerus; nam Nonis Decemb. 1240. scriptum est Constantiae testamentum, et 7. Idus Dec. dicit Wenceslaus rex, matrem iter universae carnis ingressam esse. Cfr. Boczek II, 380. 381. 7) De clade a Tartaris confecta cfr. litteras Wenceslai regis et Gregorii IX. papae apud Boczek III, 8–29. et Palackii commentationem Ueber den Mongoleneinfall von 1241. in Abhandlungen d. königl. Böhm. Gesellschaft der Wissenschaften V, 2. p. 371. 8) Vratislaviae. 9) haud procul a Lignitia in campis Wahlstadensibus. 10) Cfr. chronic. Garstense ad h. a. ap. Rauch. SS. rerum Austriac. I, 32.

1245. Oct. 6. consecratum est 2. Nonas Octobris. Innocentius papa Lugduni concilium celebravit, in quo Fridricum imperatorem per diffinitivam sententiam deposuit, ipsum a communione fidelium separando propter haeresim contra eum probatam. Et loco ipsius Iancravius Duringiae [11] Henricus nomine electus est in regem Almaniae[11]. In eodem concilio Conradus depositus est, qui fuerat in Olomucensem episcopum per laycalem potentiam intrusus[12], cui dominus Brinno substitutus[13].

1246. 1246. Fridricus dux Austriae ab Ungaris in bello occisus est[14], et filia[15] fratris sui senioris, Henrici quondam ducis Austriae, cum Wladislao, filio regis Bohemiae, matrimonium contraxit, et per hoc Wladislaus habebat Austriae ducatum. Mortuo etiam tunc Meskone duce Poloniae[16] sine liberis, primates eiusdem ducatus Wladislaum praedictum sibi in ducem accipiunt, se et sua iurisdictioni suae omnino subdendo.

1247. 1247. Wladislaus obiit, filius regis Wenceslai, qui Fridrico successerat in Austriae ducatu.

1248. 1248. rex Wenceslaus de solio pellitur. Regina Cunegundis obiit Idus Septembris. [17] Studium Pragae perit[17]. Multae domus in civitate Pragensi et in toto regno Bohemiae plurimae villae combustae sunt. Custodes ab ecclesia Pragensi recesserunt. Rex Franciae cum exercitu suo transfretavit feria sexta ante penthecosten[18]. Bohemi et Moravi in Ponte[19] victi fugierunt.

1249. 1249. 11. Kal. Aprilis episcopus Nicolaus suspendit ecclesias in sua dioecesi constitutas a pulsatione campanarum et omni ornatu ecclesiae sollemni, duabus tantum campanis minimis ad pulsandum et ornatu quadragesimali pro festo ad officium concessis, in festo quan- [20] tumlibet magno occurente[20]. Eodem anno Wissegradensis ecclesia combusta est.

1250. 1250. 6. Non. Iulii grando magna cecidit post meridiem, quae multa damna intulit segetibus autumnalibus et vernalibus, vineis, arboribus pomiferis et aliis, multamque stragem fecit pecorum, volucrum diversi generis, silvestria etiam animalia plura peremit; in plerisque locis regni Bohemiae et maxime circa Pragam homines quoque et iumenta multa submersa, et aedificia et granaria plurima turbine diruta. Quae grando duravit indissolubilis infra septem dies, et mirae fuit magnitudinis et triangula, et quaedam musco permixta, quam etiam nimia pluviae secuta est inundatio.

Eodem anno rex Wenceslaus collegit collectam per universum regnum suum de singulis araturis accipiens.

Eodem anno 16. Kal. Ianuarii hora tertia, dum miles Pertoldus eques transiret per pontem, et venisset ad turrim quae est in fine pontis, duo corvi moverunt lapidem de summa carceris arce, qui veniens cecidit super caput eiusdem Pertoldi, a cuius ictu cadens de equo illico exspiravit. Eodem anno 16. Kal. Decembris Vitus decanus Pragensis, mandato regis Wenceslai accepto, venit ad eum in castellum Tyrow, et sequenti die ad mandatum regis cinxit gladio Ursum, villicum regis in Velis, in ecclesia sancti Iohannis baptistae coram quibusdam Bohemiae nobilibus. Eodem anno Cztibor iudex 4. Kal. Ianuarii in Petrzin monte [21] gladio decollatus est, et filius eius laros extra muros civitatis rotatus est[21].

1251. 1251. 18. Kal. Februarii receptae sunt reliquiae cum totius fere populi concursu, et cum totius civitatis cleri processione extra muros civitatis versus Wissegrad, quas dominus papa [22] misit Agneti, sorori regis Wenceslai, et aliae quas minores fratres attulerunt; et delatae sunt in ecclesiam sancti Francisci.

Eodem anno Wenceslaus rex Bohemiae processit ad expeditionem versus Bavariam[23] cum multo exercitu Bohemorum et Moravorum, a quibus transeuntibus multa mala, spolia,

11) quod factum est in loco Hochheim die 22. m. Maii 1246. Cfr. Böhmer reg. Imperii 1246—1313 p. 1. 12) Conradus canonicus Hildesheimensis et frater Friderici imperatoris, cui opposuerant Willelmum magistrum, de quo vide Gregorii IX. litteras Idib. April. 1241 datas ap. Boczek III, 1. et Innocentii IV. a. 1243 ib. p. 29. 13) antea praepositus Lubecensis, e domo comitum Holsatiae oriundus, qui electus est quum Willelmus a munere sponte se abdicasset. Epist. Innocentii IV. dat. 20. Spt. 1245. l. c. et sqq. 14) in proelio ad Leitham commisso die 15. Iun. 1246. 15) Gertrud; cfr. Pertoldus ad a. 1246. 16) Est dux Opoliensis. 17) Quid sibi velint haec verba Balbinus, Pubitschka, Palacki frustra quaesiverunt. 18) mense Iunio quo celebrabatur pentecostes festus Parisios reliquit Ludovicus IX; die 25. m. Aug. 1248. in altum mare evectus est. 19) i. e. apud Brux castellum fugati sunt illi qui contra Wenceslaum regem seditionem moverant. Cfr. Pulkava ad h. a. 20) Favebat enim episcopus primum partibus inimicorum regis. 21) De his vide Palackium II, 136. 22) Innocentius IV. 23) Quod factum est quia Bavariae duces Austriam recuperare nitebantur.

incendia et alia damna infinita perpetrata sunt in Bohemia, pluribus in villis lacrymantibus usque misellis. Rege interim cum suis ad sua castra revertente, filius eius cum omni exercitu intravit Bavariam, et magnam partem eius vastavit, incendit et diversis malis afflixit. Tandem treugis interpositis cum duce Bavariae[24] supplicante ad Kal. Maii, reversus est ad propria; Bohemi vero revertentes multa pecora traxerunt secum de Bavaria, praecipue Pilznenses. In purificatione vero sanctae Mariae episcopo praedicante magna vis ventorum exorta est, et aer obscuratus est, ita ut vix poterant hominum vultus dignosci; postea nix magna in plerisque partibus Bohemiae descendit, qualem non meminit aetas nostra. 5. Idus Martii episcopus Nicolaus celebravit ordines in Tyn[25], in ecclesia sancti Christophori, et ibidem electum Pataviensem[26] in diaconum ordinavit. 1251. Febr. 2. 25

Eodem anno Gallus factus est sacrista. Kalend. Aprilis episcopus Nicolaus celebravit ordines in ecclesia sancti Francisci, ubi Salzburgensem electum[27] in diaconum, et Pataviensem electum in presbyterum ordinavit. 5. Idus Aprilis[28] et die palmarum electus Pataviensis Bertholdus promotus est in episcopum in ecclesia Pragensi, praesentibus quinque episcopis et benedicentibus eum, et sexto Salzburgensi electo; quo die data est indulgentia 7 annorum et 280 dierum, singulis episcopis et electo indulgentibus annum unum et 40 dies. 8. Idus Augusti primo crepusculo orta est magna vis ventorum et choruscationum et tonitruum. Item 19. Kal. Septembris similia orta fuerunt et terribilia. Iterum 15. Kal. eiusdem mensis media nocte similia orta fuerunt, de quorum gravi impulsu multa aedificia ruerunt, horrea funditus eversa sunt, homines plerique fulminati, fruges grandine percussae, fructus arborei excussi, vineae laesae per totam diocesim Pragensem. Annona male provenit et praecipue hyemalis. Papa exegit mille marcas argenti a clero Bohemiae eodem anno. Item eodem anno prope festum sancti Wenceslai pecunia in auro ad valorem mille marcarum argenti in pondere Polonico[29] ab universo clero regni Bohemiae collecta, in Poloniam est delata et domino Thomae Wratislaviensi episcopo assignata. Apr. 9. Sept. 29. 29

Eodem etiam anno pulli equarum nati sunt, signa videntibus praetendentes, ac si fuerint triennes. Nimia etiam siccitas fuit, propter quam homines seminare non valuerunt in Augusto, in Septembri et Octobri medio. Hoc etiam anno male provenerunt annona, vinum, fructus arborei. Presbyter quidam de Bernartícz nomine Martinus capitur, et in carcere publico ad pedem pontis spoliatus miserabiliter retruditur, et 13. Kal. Decembris de carcere absolvitur. Pridie Kal. Decembris excommunicati et denuntiati sunt in ecclesia Pragensi abbas de Milewsk[30], praepositus, prior, supprior, ecclesiasticus, plebanus de Czeruen, magistri curiarum eiusdem monasterii, et omnes ecclesiae eorum positae sub interdicto propter querimoniam Martini.

Eodem anno 11. Kal. Decembris Austria subdidit se regi Bohemorum Wenceslao, ad cuius possessionem habendam missus est filius regis Prziemysl, qui intravit civitatem Viennam et alias civitates et urbes et castella[31].

Eodem anno Bartholomaeus canonicus Pragensis privatus est praebenda sua per capitulum Pragense, episcopo Nicolao consentiente et confirmante sententiam capituli, quam idem Bartholomaeus in anno praeterito contra se ipsum tulerat et in scripto redegerat, propter varios excessus et continuam absentiam chori. Hyems temperata fuit, nec nimis aspera neque lenis.

1252. Prziemysl, filius regis Wenceslai, celebravit nuptias in Henburk[32]. 3. Idus Februarii[33], ducens in matrimonium dominam Margaretham viduam[34], filiam Leupoldi ducis Austriae iam dudum defuncti. 1252. 33

24) Ottone. 25) Tyn Horssowicz in circulo Pilsensi. 26) Bertholdum. 27) Philippum, filium Bernhardi ducis Karinthiae, nepotem Wenceslai regis. 28) Ita legendum est, non *Id. Apr.* ut habet codex, nam palmarum dies incidit in 9. Apr. 29) De pondere Polonico, quod minoris erat pretii quam Bohemicum, vide Pubitschkam IV, 2. p. 247. 30) Mühlhausen. 31) Ipse Otakarus in praecepto scripto 29. Apr. 1253 ita testatur: *Cum post obitum nobilium principum Austriae et Styriae propter insolentem nimis turbationem iidem principatus sic anxie vexarentur, — ut iam — iustitia et pax extra eosdem provincias exularent, nosque in occursum tanti discriminis pietatis innatae moti clementia, et per nobiles ducatus eorundem, comites et barones provide invitati* etc. Cfr. Hormayr Archiv 1828. n. 61. At iam die 16. Nov. Otakarus ducem Austriae se appellat ap. Boczek III, 144. 32) Haimburg. 33) Pernoldo teste nuptiae celebratae sunt die 8. m. Aprilis 1252. 34) Heinrici VII. regis, filii Friderici II. imperatoris, quae Friderici, ultimi Austriae ducis, soror nata erat annos 46, quum Otakaro iuveni nuberet. Cfr de Margaretha Lambacher Oesterreichisches Interregnum p. 5. 45.

1252. Eodem anno in quadragesima, quae occurrebat 13. Kal. Martii, frater Hugo, presbyter cardinalis tituli sanctae Sabbinae, apostolicae sedis legatus[35], accepit procurationes nomine legationis suae a clero Bohemiae, tam religioso quam seculari, licet in Almania constitutus.

Eodem anno tempore veris et ante initium aestatis erectus est chorus in ecclesia Pragensi, et capella sancti Michaelis dilatata, et etiam palatium a parte occidentali est constructum. Eodem anno 14. Kal. Iunii occurrit festum penthecosten; tunc in vigilia penthecosten et in die sancto magnum frigus inhorruit, et nix in plerisque locis descendit, a quorum asperitate multa iumenta, oves et pecora mortua sunt. Eodem anno capella sancti Michaelis in ecclesia Pragensi 12. Kal. Iunii dedicata est a venerabili patre, domino Nicolao episcopo Pragensi. Pabuli sive straminum magnus defectus fuit. Ver fere totum siccum fuit, cuius finis satis humidus erat; fames satis dura in fine veris et in initio aestatis.

Eodem tempore multitudo Comanorum[36] de finibus Ungariae prorumpens, multa millia christianorum in Moravia peremit, nulli penitus sexui parcens vel aetati. Inter quos multi clericorum perierunt.

Idus Iunii profluxit sanguis de pede crucifixi in ecclesia sancti Georgii Pragae, Pomieno, iudice regis Bohemorum, adorante et manu sanguinem de pede crucifixi detergente.

Eodem anno hyemalia mediocriter in plerisque partibus provenerunt, aestivalia fere penitus defecerunt excepto milio.

Eodem anno 12. Kal. Iunii fundatum est hospitale ad pedem pontis, in ripa fluminis Wltavae, a fratribus stelliferis ad honorem sancti Spiritus. Hoc anno hyems aspera fuit et glacies grossa ad duas ulnas. Eodem anno turres Pragensis castri et ad pedem pontis munitae sunt.

1253. Mart. 25. 1253. prope festum annunciationis plures episcopi convenerunt ad regem Bohemiae in veteri castello, inter quos affuit Salczburgensis electus, et Bambergensis episcopus[37], Ratisponensis[38], Misnensis, Pataviensis, Olomucensis et alii episcopi, quos omnes rex Wenceslaus benigne suscepit, et per plures dies magnis expensis honeste pertractavit. Quare autem venerint vel quid cum rege fecerint, manet incognitum.

Legatus etiam apostolicae sedis, frater Hugo, per fratrem Gerhardum ordinis praedicatorum petiit secunda vice et accepit 50 marcas a clero Pragensis diocesis. Quarto autem Idus Iunii cereus baptismalis in ecclesia Pragensi circa medium noctis corruit et in plures partes contritus est, eius summitas haesit in portica.

Eodem quoque anno civitas Pragensis murata est versus aquilonem et occidentem, et curia episcopalis ad pedem pontis posita alienata est ab episcopo Nicolao Pragensi, et munita vallis et propugnaculis. Ecclesia quoque sanctae Mariae cruciferorum munita est vallo, muro et propugnaculis. Timor etiam magnus Chomanorum et aliorum extraneorum irruit super Bohemos, quorum impetum rex Wenceslaus praecavens, collegit expensas in frumento, vino, melle, pernis, sale et caseis ab omnibus religiosis Pragensis dioecesis et villicis suis et a quibusdam civitatibus, certam summam cuilibet assignans reddendam in numero et mensura, et reposuit easdem in ecclesia sancti Georgii in castro Pragae, cuius ecclesiae sanctimoniales coactae sunt exire de claustro et in civitate commorari, quod factum est 16. Kal. Iulii. Chomani etiam erumpentes de Ungaria, seu alii latrunculi cum eisdem 7. Kal. Iulii multa millia christianorum occiderunt in Moravia circa Olomucz, infinitique sunt submersi fugientes a facie eorum. Rex etiam Ungariae eodem tempore superveniens cum infinita multitudine suorum et aliarum nationum, multa damna intulit Moraviae, quosdam occidens gladio, quosdam captivans misit in exilium, nulli sexui vel aetati parcens, fere totam Moraviam rapinis et incendiis vastavit[39]. Munitiones etiam plerasque quas obtinere potuerunt vastaverunt et incenderunt, campanas ecclesiarum et reliquias de altaribus fractis rapuerunt et secum asportaverunt, ecclesiis in favillam redactis, sacramenta ecclesiae profanaverunt, homines

35) qui iam anno 1251 eeunte Pragae commorabatur, ut probant litterae eius ap. Boczek III, 154. 36) Cumani, gens Turcica, Slavis sunt Polowci et Germanis Falones et Valvae, ut apud Ottonem Fris. VI, 10 et Arnoldum Lubec. VI, 5, qui ob immanissimam crudelitatem hominibus occidentalibus summum terrorem iniiciebant. Cfr. Zeuss, die Deutschen u. die Nachbarstämme p. 743. Immittebantur a Bela IV. rege Hungariae, qui Heinricum, Bavariae ducem, generum, in Austria occapenda contra Otakarum adiuvabat, sibique ipsi Styriam provinciam petebat. 37) Heinricus. 38) Albertus. 39) De hac clade vide Otakari et Brunonis episcopi litteras a. 1255. ap. Boczek III, 197. 200.

plures crucifixerunt in opprobrium crucifixi. Interea legatus domini papae[40] superveniens ad regem Ungariae, compescuit eum et ad propria redire coegit. 1253.

Eodem anno rex Wenceslaus obiit[41] 10. Kal. Octobris, anno regni sui 24. et 8 mensium, cuius filius Przemysl unicus rediens de Austria, receptus est honorifice in sede regni sui a praelatis ecclesiarum et clero 16. Kal. Novembris.

Eodem anno depictum est sanctuarium maioris ecclesiae, procurante episcopo Nicolao, 3. Kal. Aprilis. Eodem anno allatae sunt reliquiae sancti Stanislai martyris de Cracovia 11. Kal. Novembris, et receptae in ecclesia Pragensi cum processione sollemni.

Anno incarnationis Domini 1254. 8. Kal. Februarii Borso nobilis vir detentus est, et Pragae vinculatus carceri est retrusus[42]. Eodem anno 6. Idus Iulii Przemysl, filius regis Wenceslai, reddidit capellam sancti Bartholomaei ecclesiae Pragensi, quam pater eius adhuc vivens contulerat eidem ecclesiae pro quibusdam possessionibus ablatis. 1254. 42

Item eodem anno 12. Kal. Iulii venit Pragam Bernhardus Neapolitanus electus, apostolicae sedis legatus[43], et receptus est in ecclesia Pragensi cum solemni processione. Commoratus est autem in monte Syon cum tota familia sua usque ad 12. Kal. Septembris, in quo spatio temporis exegit a clero Pragensis dioecesis et recepit 200 marcas argenti puri pro procurationibus suis, de qua summa pecuniae capitulum Pragense solvit 18 marcas. Alteri vero nuncio cardinalis Petri Capucii solvit 3 marcas. Praefatus autem legatus Bernhardus fecit stationes in plerisque ecclesiis, et indulgentias largas dedit In quibusdam ecclesiis dum celebravit dedit indulgentiam annum unum et 40 dies, in aliis vero ecclesiis singulis diebus usque ad octavam annum unum et 40 dies et quartam partem venialium.

Eodem anno obierunt canonici Pragenses Hermannus praepositus Liutomiricensis 5. Nonas Martii, Iohannes 3. Nonas Iulii, Georgius 12. Kal. Septembris. Hoc etiam anno male provenerunt annona autumnalis et fructus arborei, vinum penitus defecit. Cuius defectus quantitatem, quod antea contigerit, aetas nostra non meminit. Hoc etiam anno Kal. Maii pax reformata est inter regem Ungariae et principem Bohemiae, filium regis Wenceslai[44]. Princeps vero praedictus rediens ab Austria duxit secum quandam archam, quam clerici eius curiae vocaverunt archam Noe, in qua reservantur diversorum oblationes xeniorum. Eodem anno obiit magister Dionysius 4. Nonas Octobris in Foro Iulii. 44

Anno Domini 1255. princeps Bohemiae et marchio Branburiensis intrantes Prussiam, vastaverunt eam spoliis, incendiis et rapinis, et multimodis mortibus plurimos occiderunt, nulli sexui vel aetati parcentes. Ver huius anni fere totum fuit frigidum, ventosum et humidum. 1255.

Procedente tempore Margareta regina, uxor Przemysl, filii regis Wenceslai, exiens de finibus Austriae intravit Bohemiam, et 5. Idus Iulii recepta est ante muros civitatis Pragensis ab omni clero et populo eiusdem civitatis cum processionibus et magno iubilo diversisque musicis instrumentis. Sequenti vero die recepta est in porta castri Pragensis ab episcopo et canonicis Pragensibus cum processione sollemni, cui processioni affuit Martinus abbas Brzewnoviensis, et Iohannes abbas montis Syon cum toto conventu suo, cappis sollemnibus induti. Eodem anno organa nova facta sunt in ecclesia Pragensi, quae constiterunt 26 marcas argenti, sed perfecta sunt futuro anno tempore quadragesimae. 3. Kal. Ianuarii sol eclipsim passus est.

Anno Domini 1256. in prima vigilia noctis 5. Kal. Februarii magna lux orta est in diversis partibus Bohemiae, fulgura micuerunt, tonitrua audita sunt. Hyems asperior fuit solito, sed interpolata. Magna vis ventorum, sed frigus magnum inhorruit 7. Kal. Novembris anni praeteriti.

Anno Domini 1256. dominus Conradus archiepiscopus Coloniensis accepit fraternitatem in ecclesia montis Syon, videlicet in die beatae Mariae Magdalenae, et alii nobiles viri cum eo, scilicet dominus praepositus Henricus de Sefflica, Philippus comes de Falkensteyn, Henricus comes de Wirrenburc, Wern- 1256.

40) et poenitentiarius eius Walascus. 41) in castro Počapl. 42) Ex coniectura Pubitschkae IV, 2. p. 268 idem Borso de Opék, alias de Riesenburg, qui belli civilis tempore Brüx castrum contra Otakarum eiusque amicos fortiter defenderat. Cfr. Pulkava ad a. 1248. 43) Litteras ei a papa datas de componenda pace inter reges Bohemiae et Hungariae vide ap. Boczek III, 183. 44) Budae feria 6. ante palmarum 1254 a regum legatis pax facta est, cuius conditiones in tabula quadam conscriptae sunt, quam vide ap. Boczek III, 181. Stiria, de qua praecipue bellum exarserat, inter Bohemos et Hungaros divisa est. Cfr. etiam Iohannem Victoriensem I, 4.

1256. Eodem anno 3. Idus Maii Petrus de Ponte Curvo[45], nuncius domini papae[46], venit Pragam et procurationem a clero totius Pragen-
47 sis[47] exegit, de qua summa capitulum Pragense tres marcas et dimidiam persolvit. Idem nun-
Aug. 10. cius 5. Idus Iunii posuit civitatem Pragensem sub interdicto, consentientibus tamen episcopo Pragensi et aliis praelatis, pro quodam monacho de Porta apostolorum in civitate Pragensi detento, spoliato et turpiter dehonestato, hoc suis adiiciens mandatis, quod officium divinum submissa voce ageretur, exclusis interdictis et excommunicatis, praecipiens etiam, quod hora vespertina singulis diebus ter pulsarentur omnes campanae per singulas ecclesias, cum exstinctione candelarum super omnes detentores et spoliatores clericorum. Quod interdictum duravit usque ad 9. Kal. Iulii; quod relaxatum est eodem die propter iuramentum et satisfactionem promissam civium Pragensium.

Eodem anno 16. Kal. Augusti Conradus archiepiscopus Coloniensis Pragam venit, et in monte Syon hospitatus est pluribus diebus, et a principe terrae decenter receptus et in expensis procuratus est, et, ut credimus, cum principe Bohemiae de imperio tractaturus[48]. Tandem pluribus ac variis xeniis ab eodem principe remuneratus copiose, 4. Idus Augusti ad sua reversus est. Qui tamen archiepiscopu in ecclesia Pragensi noluit recipi cum processione sollemni, sed humiliter venit in habitu seculari sanctis martyribus reverentiam exhibiturus.

Eodem anno ubertas annonae in plerisque partibus fuit, sed vini et pomorum carentia. Eodem anno in quadragesima dominus papa Alexander confirmavit quandam novam religionem, quae dicitur beatorum martyrum[49], cuius fratres Pragae apparuerunt ante festum
Sept. 29. beati Wenceslai.

1257. Anno dominicae incarnationis 1257. Przemysl, dominus regni Bohemorum, filius regis
50 Wenceslai, tertio[50] anno sui ducatus, in principio veris pepulit Bohemos de suburbio et locavit alienigenas.

Eodem anno dominus Ebrhardus Kal. Aprilis emit quandam possessionem in villa quae dicitur Belok, et contulit eam altari beatae Virginis; aliam possessionem prius emptam in villa Draskowe eidem altari assignavit. Eodem anno in medio veris dominus Nicolaus episcopus Pragensis tabulatum quod vulgariter dicitur coelum, veteri destructo, renovavit.

herus comes de Bolant, Dietrich nobilis de Milendunk, Gottfridus notarius archiepiscopi, et alii nobiles. Ipso anno praedictus Conradus archipraesul contulit praenominato monasterio Stragoviensi in die beati Laurentii hanc indulgentiam, videlicet in die dedicationis ecclesiae, in omni sollemnitate beatae Mariae virginis, in die beati Augustini episcopi et beatae Mariae Magdalenae, ac infra octavas ipsarum sollemnitatum annum unum et 40 dies, et hoc de licentia domini Nicolai Pragensis episcopi, et ista indulgentia in perpetuum durabit. Eodem anno allatum est corpus unum integrum sanctarum virginum 11000 de Colonia, et collocatum est in ecclesia montis Syon[a].

a) dominus Conradus — Syon *non legitur hoc loco in* 2. *sed ante initium primi continuatoris Cosmae.*

45) De hoc vide litteras Urbani IV. 3. Mai. 1262 datas, Boczek III, 336, et alias anno sequenti scriptas ibid. 360. Erat Petrus ille archidiaconus Gradicensis. 46) Alexandri IV. 47) suppletendum *dioeceseis*. 48) Willelmus enim rex a Frisonibus erat interfectus die 28. Ian. 1256. Cfr. Böhmer Regest. p. 36. Iohannes Victoriensis I, 5. narrat Ottokarum a principibus electum respondisse *se data sibi divinitus gloria contentari*. Vide etiam Pelzelii dissertationem de hac re in libro Bornii Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen II, 74. 49) Est ordo fratrum crucigerorum b. martyrum a poenitentia, quibus regulam vivendi dederat anno 1179 Alexander III. papa. 50) quarto

Eodem anno intrantibus Kal. Augusti facta est maxima inundatio aquarum, quae gravia 1257.
et grandia damna per totam Pragensem dioecesim intulit in ortis, in seminatis campis et aedificiis, quae iuxta ripas posita fuerunt; plures etiam homines suffocavit.

Eodem etiam anno princeps Bohemiae, assumptis secum quibusdam Bohemis, Moravis et Australibus, profectus est versus Bavariam [51], ubi multas villas et ecclesias vastavit, praedavit ac incendit; sed tandem cum magno dedecore et damno suorum nobilium ac militum et rerum reversus est ad propria. Quidam enim eorum interfecti, quidam submersi [52], quidam rebus omnibus et equis amissis pedites in magna paupertate ad propria redierunt. Hyems valde aspera fuit hoc anno.

Anno gratiae 1258. Nicolaus episcopus obiit 16. Kal. Februarii, et eodem anno in Kalendis Februarii Iohannes [53] electus est in episcopum Pragensem, et eodem anno confirmatus est in ecclesia Pragensi per dominum Brunonem Olomucensem auctoritate Maguntini 6. Idus Martii. Hoc anno hyems et veris principium et medium valde aspera et frigida fuerunt, glacies Wltavae grossa nimis, et duravit usque pascha, quod tunc occurrit 9. Kal. Aprilis. Iohannes consecratus est in episcopum Viennae in Austria 4. Idus Maii, quia tunc occurrebat dies pentecostes die dominico. Receptus est autem in sede sua Pragae 7. Kal. Iunii, cum magno iubilo cleri et populi in cathedra sua collocatus; ipso etiam die missam primam de gloriosa Virgine celebravit. Hoc anno gelu laesit fructus arboreos et vineas, et mortalitas ovium fuit. Eclipsis lunae fuit 14. Kal. Iunii, et tunc agebatur festum sanctae Trinitatis die dominico. Idem Iohannes reconsecravit altare sanctorum Andreae apostoli et Stephani protomartyris 2. Kal. Iulii; post haec aliud altare fabricavit et consecravit in honore sanctorum Nicolai confessoris et beatae Ludmilae martyris 18. Kal. Septembris.

Anno Domini 1258. 14. Kal. Novembris 1258.
in prima vigilia noctis, quae intempesta vocatur, ecclesia claustri montis Syon, quod et Strahow dicitur, ex candela, quam frater quidam inibi dormire solitus circa lectum suum noctu incaute locaverat, est incensa, ac Domino permittente, cuius providentia ipsam praeviderat pulchriori scemate venustandam, cum omnibus aedificiis, quae per girum ambitui dispositione claustrali contigue adiacebant, ignis impetu devastata. Horum autem ruinam, quae ob magnitudinem vix longo annorum curriculo posse restitui putabatur, venerabilis domni Iohannis, qui tunc ipsi loco abbas praefuit, sagax industria, qui licet alias efficax tamen in hoc efficacior claruit, infra quinquennium in statum priorem, immo multo venustiorem inopinabiliter restauravit. Denique praeter alia quae melius reformavit ecclesiam quasi a fundamento exstructam testudinans, eique capellam beatae Ursulae de novo a latere adiiciens, quinto anno post incendium 15. Kal. Octobris satis praeclaro opere consummavit.

Anno Domini 1258. consecratum est altare sanctorum Andreae apostoli, Stephani protomartyris, sanctorum Gervasii et Protasii martyrum 2. Kal. Iulii. Eodem anno consecratum est altare sanctorum Nicolai confessoris, et Ludmilae 17. Kal. Septembris.

Anno dominicae incarnationis 1259. consecratum est altare sanctorum Stanislai et Os- 1259.
waldi martyrum 2. Nonas Iunii. Vinum miri valoris provenit in tota Bohemia. Ebrhardus institutor bonfantorum obiit Nonas Augusti.

Anno dominicae incarnationis 1260. 4. Nonas Martii Przemysl princeps terrae, collecta grandi multitudine, processit versus Ungariam ad expeditionem, a cuius exercituum transitu Bohemia multum laesa est spoliis et rapinis. Hoc etiam anno sata laesa sunt et vineae et fructus arborei, quaedam siccitate, quaedam grandine in plerisque partibus. In aliis autem partibus vinum copiose provenit. Eodem

1260. Hoc etiam anno princeps terrae, 1260.
congregatis multis exercitibus diversarum nationum, processit versus Ungaros, et pacem factam pridem violaverant; ubi et triumphum obtinuit, et multa millia Ungarorum et aliorum Sarracenorum prostravit, divino et manifesto sibi subveniente adiutorio; quem revertentem ab eadem expeditione recepimus cum sollemni processione 11. Kal. Septembris.

51) Quod factum est, ut Philippum, archiepiscopum Salisburgensem, amitinum, cuius loco Ulricum Secoviensem episcopum elegerant, contra Heinricum Bavariae ducem adiuvaret. 52) Quibus Oenum transeuntibus pons confractus est; quam Otakari cladem accurate descripsit Hermannus Altahensis apud Böhmerum Fontes II. Apud Mühldorf die 25. Aug. Otakarus hanc cladem perpessus est. 53) tertius.

1260. anno consecrata est Iudita abbatissa sancti Georgii in ecclesia Pragensi a Iohanne III. episcopo Pragensi vicesimo quarto 18. Kal. Septembris. Eodem anno dominus Thobias, praepositus Pragensis ecclesiae, de propriis bonis instituit et dotavit unam perpetualem vicariam in choro Pragensi.

1261. Anno dominicae incarnationis 1261. mense Aprili facta est concordia et pax inter reges Ungariae et principem Bohemiae, et vallata poena pecuniaria, videlicet 11000 marcarum argenti[54]. Regina Margareta exivit de Bohemia versus Austriam 15. Kal. Novembris, quas ob causas Dominus novit[55]. Eodem anno 8. Kal. Novembris princeps regni Bohemorum duxit in uxorem Cunegundem[56], filiam Hostislai ducis Bulgarorum, in castello Ungariae quod vulgari Ungarico Possen[57] nuncupatur, quam venientem Pragam cum solemni processione recepimus in ecclesia Pragensi 10. Kal Ianuarii. In die nativitatis Domini princeps Bohemorum dictus Prziemysl consecratus est in regem[58] cum eadem Cunegunde in ecclesia Pragensi a venerabili patre Maguntino Vernhero nomine[59], praesentibus sex episcopis, Pragensi Iohanne, Moraviensi, Pataviensi[60] et duobus de Prussia[61], praesente etiam marchione Branburiensi cum uxore et filiis et filiabus, praesentibus etiam ducibus Poloniae et aliis multis nobilibus, comitibus, purcraviis, supanis, et aliis extraneis et infinita multitudine Bohemorum, quibus omnibus praedictis permagnificum fecit convivium biduo in campo Letne nominato, qui jacet inter villas Owencz[62], Holisovicz[63] et Buben nominatas, in aedificiis sollemniter ad hoc praeparatis.

1262. Anno dominicae incarnationis 1262. sata diversi seminis tam hyemalia quam aestivalia in plerisque Bohemiae partibus fere penitus perierunt, tum a grandine, tum a siccitate, tum ab exercitu transeunte in Ungariam, excepto solo milio, ita ut nec homines victualia nec iumenta et pecora poterant habere pabula sufficientia. Verum in paucissimis eiusdem terrae partibus copia frumenti crevit in habundantia, vini quoque et fructuum arborum exigua fuit ubertas. Hoc etiam anno incendia multa fuerunt in civitatibus et villis in Moravia, Bohemia et Austria.

54) Cessit Ungariae rex Styriam et Potovium castellum, et praeterea constitutum est ut Belae IV. filius Bela Kunegundim, filiam Ottonis Brandenburgensis marchionis et Otakari neptem, in matrimonium duceret; quod factum est anno 1264. Vide chronicon Brandenburgicum apud Pulkavam. De reliquis chronicis vide Lambacher Interregnum p. 70. et praecepta Pataviensis, Olomucensis et Pragensis episcoporum, scripta 31. Mart. et 7. Apr. 1261. Boczek III, 307. quibus probatur in ipsa pace constituenda fuisse Ludovicum commendatorem de domo Teutonica, Iarosium Pragensem burggravium et Wokkonem marscalcum regni Bohemici legatos. 55) Urbanus IV. in litteris ad Otakarum anno 1262 datis haec scribit: *Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis, quod olim nobilis mulier Margareta, quondam Romanorum regina, in provinciali capitulo fratrum predicatorum apud Trevirim congregato solemni voto castitatis emisso, ordinem sororum secundum instituta fratrum predicatorum viventium se servaturam, ac obedientiam in manibus H., tunc in Alamannia prioris provincialis eorundem fratrum predicatorum, promittens, habitum religionis ibidem assumpsit, et tandem ad monasterium sororum sancti Marci Herbipolensis secundum instituta predicta viventium, cuius curam et regimen prior ipse gerebat, se transferens, per annum et amplius sub eodem habitu in dicto monasterio moram traxit.* Boczek III, 332. Cfr. etiam Pubitschka IV, 2. p. 312. Palacky II, 187. 56) Erat neptis Belae IV. regis ex filia Anna, quam Rostislaw Mstislawic, Halicensis princeps, in matrimonium duxerat. Vide stemma quod dedit Palacky in commentatione Ueber Formelbücher in libro Abhandlungen der Königl. Böhmischen Gesellschaft V, 2, p. 232. 57) Pressburg. 58) Inde ab hoc tempore Otakarus regem Boemorum se appellavit in praeceptis, quum antea regni Bohemiae dominum se nominasset. 59) Ex Gudeni codice diplomatico dedit Boczek III, 323. tabulam quandam, quam Godefridus de Eppenstein, Fridericus de Bichelingen, Heinricus de Willenowe, Dietherus de Cazenellenbogen, Guntherus de Schwarzburg et Wernerus de Bolandia scribi iusserunt, qua iidem testantur: *quod nos cum venerabili patre domino et consanguineo nostro, domino Wernhero, sanctae Moguntinae sedis archiepiscopo, fuimus presentes in ecclesia Pragensi a. D. 1262 in dominica die natalis Domini, ubi ipse dominus archiepiscopus unxit et coronavit in regem dominum Othacarum, heredem regni Boemiae, et uxorem eius Kunegundim in reginam. Idem etiam rex, qui et fuit dux Austriae ac Styriae marchioque Moraviae, assumpserat Erfordiae in expensas et conductum suum in eundo Pragam, ubi procuravit nos 18 diebus et in reditu usque Erfordiam, nos et dominum archiepiscopum memoratum et totam ipsius familiam cum personis et rebus eorum. Ministravit quoque nobis omnibus copiosas expensas. Dedit etiam domino archiepiscopo pro iure suo 100 marcas auri, item pro iure curiae 64 marcas capitulo Moguntino pro iure suo ad emendum ecclesie aliquid in ornatum. Insuper honoravit nos in spadonibus et xeniis pulchre satis et taliter ut decebat eundem.* Quocum coniungenda sunt duo alia praecepta ab Otakaro Moguntino archiepiscopo data, quae vide eodem loco. 60) Ottone. 61) Warmiensi et Samiensi ut videtur. 62) Verder-Rubenec in circulo Rakonicensi. 63) Holeschowitz.

Anno gratiae domini nostri Iesu Christi 1263. maxima fuit caristia frumenti, foeni et 1263.
pabuli in Bohemia et Moravia, ita ut mensura regalis siliginis venderetur 120 denariis quandoque plus quandoque minus monetae Pragensis, tritici autem multo amplius, et pisae 150. Tunc et maxima fames fuit in populo, ita ut multi agricolae et artifices varii, venditis pecoribus et rebus aliis, nec se sustentare valentes, cogerentur hostiatim eleemosynam petere; plures etiam, domibus suis in rure relictis, cum uxoribus et liberis iverunt mendicatum; multa etiam pecora et iumenta mortua sunt propter maximum pabuli defectum et hyemis asperitatem, quae plus solito hoc anno inhorruerat.

Anno domini nostri Iesu Christi 1264. magna vis ventorum orta est 5. Kal. Februarii, 1264.
quibus impellentibus multa aedificia, multa granaria corruerunt in civitate Pragensi et per totum regnum Bohemiae; multae etiam arbores in sylvis et nemoribus radicitus sunt evulsae, fenestrae etiam Pragensis ecclesiae vitreae sunt confractae.

Item eodem anno 11. Kal. Martii aedificium turris Pragensis ecclesiae, quod vulgariter dicitur campanarium, corruit, et alia multa aedificia ecclesiarum corruerunt.

Hoc anno consecrata est capella omnium sanctorum 3. Nonas Februarii a venerabili episcopo Pragensi Iohanne tertio, sub rege Prziemysl, filio Wenceslai regis, quae fuit fabricata anno gratiae 1263.

Eodem anno mense Decembri facta est inundatio magna aquarum per totam Bohemiam, quarum inundatione insolita facta sunt damna plurima aedificiorum, annonae diversi generis, et aliarum plurium rerum.

Anno gratiae 1265. rex Prziemysl permagnificum celebravit convivium pro baptismo 1265.
filiae suae primogenitae[64], quam levaverunt tres episcopi de fonte Pragensis, Olomucensis et [64]
Bamberiensis[65], et hoc in festo beatae Mariae purificationis, vocatis ad hoc festum omnibus Febr. 2.
nobilibus Bohemiae, Moraviae et Austriae. Ipso die idem rex, coronatus regia corona, venit ad processionem, et missam audivit ad altare sanctae Mariae in ecclesia Pragensi, et biduo celebravit prandium cum praedictis episcopis et nobilibus terrarum praefatarum in aula regia in castro Pragensi.

Eodem anno facta est magna dissensio inter regem Bohemiae et ducem Bawariae[66]; qua [66]
necessitate rex compulsus misit nobiles ad metas Bohemiae custodiendas, qui transeuntes multa damna intulerunt villis episcopi Pragensis et aliarum ecclesiarum canonicorum. Moravi etiam transierunt ad metas Bohemiae defendendas, et plurima damna intulerunt in Bohemia tantum villis ecclesiarum et extra metas in Bavaria.

Anno vero 1266. iterum transeuntes et Bohemi et Moravi circa purificationem sanctae Mariae et in quadragesima, rursus plurima damna intulerunt villis episcopi et aliarum ecclesiarum diversae religionis. Hiems et ver in principio humida fuerunt, et multa sata siliginis perierunt.

Anno dominicae incarnationis 1266. 7. Idus 1266.
Augusti Bohemorum rex Otakarus nomine, Febr. 2.
qui et Prziemysl, processit versus Bavariam cum multitudine copiosa Bohemorum, Moravorum, Australium, Karynthianorum, Polonorum, quorum quidam eorum praevenerunt regem, quidam comitati sunt eum, quidam vero subsecuti; in quo itinere plurima damna fecerunt in regno Bohemiae, rapinis et spoliis ac incendiis pauperes et villas ecclesiarum graviter affligentes[67]. Bavariam vero intrantes multo graviora damna intulerunt, rapinis et spoliis ac incendiis partem eius quae iacet usque Ratisponam crudeliter devastantes, et viros ac mulieres plurimos concremantes. Hoc etiam anno annona, fructus arborum et vinum male in Bohemia provenerunt propter grandinis et siccitatis laesionem.

64) Kunigundis. 65) Num legendum *Brandeburgensis*? Vide infra ann. Otakar. 1264. 66) de Salisburgensi archiepiscopatu, qui Wladislao, praeposito Wissegradensi, filio Heinrici II. ducis Silesiae et Annae, nepoti Otakari I datus est. Cfr. chron. Salisburg. ad h. a. 67) Expugnavit castra Chamb, Regenstauf et Nitau; cfr. Hermannum Altahensem ad h. a. apud Böhmerum Fontes II. Vide etiam Heinrici ducis litteras in Palackii comment. Ueber Formelbücher p. 277.

1267. Anno Domini 1267. 6. Idus Aprilis apostolicae sedis legatus, scilicet frater Guido ordinis Cisterciensis, tituli basilicae sanctorum 12 apostolorum presbyter cardinalis[68], venit Pragam, et moratus est Pragae usque ad 5. Kal. Maii[69], et recepit pro expensis a clero Bohemiae 150 marcas argenti. Inde veniens Austriam moratus est Viennae, et ibidem fecit concilium 6. Idus Maii, cui concilio Iohannes Pragensis episcopus interfuit et plures canonici cum eo[70].

1268. Anno dominicae incarnationis 1268. praecepit rex Otakarus fieri foveas in singulis villis, quibus foveis superponeretur anser vel porcellus ad capiendos lupos. Et eodem anno praecepit renovari pondera et mensuras et insigniri signo suo, quod antea non fuerat[71].

1269. Anno dominicae incarnationis 1269. nata est regi Otakaro filia[72] Nonas Septembris, et erectum est pulpitum et altare in ecclesia Pragensi, quod dedicavit Iohannes episcopus in die sancti Martini ad honorem sancto Matthiae apostolo et sanctis confessoribus Ambrosio, Ieronimo, Augustino, Gregorio et aliis quam plurimis sanctis.

1270. Anno dominicae incarnationis 1270. periit tota annona tam hiemalis quam vernalis fere per totam Bohemiam, fructus arborum provenerunt mediocriter, vinum abundans fuit. Turris Pragensis ecclesiae, quae ante multos annos corruerat, reparata est domino Iohanne venerabili episcopo procurante. Multa aeris intemperies hoc anno fuit, et multa inundatio pluviarum in autumno. Rex Otakarus multas domos et castella in regno suo in diversis locis fabricavit hoc anno. Hoc etiam anno turris lapidea erecta est in medio claustri Pragensis ecclesiae ad lumen ponendum in ea, Gregorio milite regis et reginae procurante eam in expensis.

1272. Anno Domini 1272. 6. Kal. Decembris Ruodolfus electus est in imperatorem[73]. Eodem anno pons confractus est Pragensis in medio fluminis Wltavae 4. Idus Martii.

1273. Anno Domini 1273. 15. Kal. Septembris inundatio aquarum facta est magna in flumine Wltaviae, ita ut capella lignea quae sita erat ante pontem in Pesek[a] totaliter cum fundamento defluxit, et alia ecclesia lapidea, quae erat sub ponte in insula, pars eius media collisa est, et omnia molendina, quae erant circa civitatem Pragensem, cum aqua confracta defluxerunt; homines plurimos suffocavit, aedificia subvertit. In campis annona et foenum de pratis cum alluvione descenderunt; ortos olerum vitiavit, per civitatem Pragensem fluxit, extendens meatus suos usque ad ecclesiam sancti Aegidii et ecclesiam sancti Nicolai, fluens per totum vicum Iudaeorum usque in ecclesiam sancti Francisci.

1274. Anno Domini 1274. nobilis vir Borso recessit a rege, amissa gratia regis sine culpa, aemulis ipsius sinistra regi referentibus[74].

1275. Anno Domini 1275. Kal. Maii Gregorius papa X. celebravit concilium Lugdono[75]. Quod concilium idem Gregorius indixerat ante biennium universarum terrarum pontificibus ubi fides christiana viget et nomen Domini invocatur, quatenus convenirent ad concilium celebrandum in termino supradicto. Quod concilium duravit infra septem ebdomadas[76]; et eidem concilio interfuit Iohannes Pragensis episcopus cum quibusdam canonicis, et reversus ad suam sedem Pragensem, iniunxit per totam suam dioecesim, ut iuxta mandatum apostolicum trunci conēavi locarentur per universas ecclesias, ad colligendas oblationes fidelium in subsidium terrae sanctae.

a) *paulo recentior manus correxit* Piesek.

68) In tabula quadam data 15. Iun. 1267, Boczek III, 395, ipse se cardinalem t. S. Laurentii in Lucina nominat. 69) Ita legendum est pro 5. *Kal. Apr.* quod habet codex; vid. Pubitschka IV, 2. p. 353. 70) et alii episcopi, Petrus Pataviensis, Bruno Brixiensis, Conradus Frisingensis, Leo Ratisponensis, cfr. Mansi XXIII, 1169. 71) Pubitschka IV, 2. p. 362. 72) Agnes. Cfr. litterae Kunigundae in Palackii commentatione Ueber Formelbücher p. 293. 73) Et in anni et in diei numero errat auctor; electus est Rudolfus Francofurti d. 29. Sept. 1273; testes vide apud Böhmerum Reg. p. 51. Quod factum est Otakari legatis repugnantibus, de qua re ipse rex ita scribit ad papam Gregorium X: *Principes Alemanniae, quibus est potestas caesaris eligendi, — concorditer in quendam comitem minus idoneum, solemnibus nostris nuntiis, quos Frankenfurt, ubi celebrari debebat electio, nostros procuratores miseramus, contradicentibus et reclamantibus, evidenter vota sua direzerunt, et eundem in gravamen imperii nostrumque preiudicium — sacri diadematis insignierunt maiestate.* Cfr. Dolliner cod. epistol. Otakari regis p. 17. et Kurz Oesterreich unter Otakar p. 27. Otakari legatus erat Bertholdus episcopus Bambergensis; cfr. Rudolfi praeceptum a. 1275. quod ap. Lambacher legitur Urkundenb. p. 76. 74) 5. Nov. 1275 Borsso dominus de Rysemburg in castro suo Rysemburg donationis tabulam conscribi iussit, quam vide apud Boczek IV, 166, quem Otakari proditorem Rudolfi partibus clam favisse, illius docent litterae apud Bodmannum 12, 30, 44, in quarum primis haec leguntur: *Quamquam igitur ad praesens aliqua transitoria breviter patiaris discrimine, patienter quaeque sustine.* 75) Congregatum est hoc concilium anno 1274, initiumque habuit Nonis Mai. 76) Finitum est 16. Kal. Aug.; itaque decem paene hebdomadas ductum est.

In eodem etiam concilio Gregorius papa electionem Rudolfi confirmavit[77], et decimas quae exactae fuerant per Almaniam in subsidium terrae sanctae, Rudolfo electo in utilitatem assignavit. 1275.

Anno Domini 1276. Iohannes episcopus Pragensis cooperuit ecclesiam sancti Viti kathedralem pulchri et durabilis operis lapideis tegulis. Fecit etiam duas fenestras magnas de subtili opere et pretioso, et vitro eas clausit, in quibus materia depicta continebatur veteris et novi testamenti. Erexit etiam ibidem duo pulpita decori et magnifici operis, unum ad altare beati Dyonisii, et aliud ad altare beatae Mariae Magdalenae, quod opus toto sequenti anno vix poterat terminari. Eodem anno Vitkonides[78] cum ingenti militia recesserunt a rege, et multa mala per regnum Bohemiae pauperibus et claustralibus intulerunt, et eo tempore rex nimium eorum auxilio indigebat. Saepe enim fit ut, dum principes inter se discordant, inimici victoria potiuntur. Visa est etiam hoc anno luporum maxima multitudo ante valvas castri Pragensis ex utraque parte clamore multo ululantium, per quem sinistrum eventum genti Bohemorum praestigio auguriati sunt. 1276.

1278. Eodem anno Henricus Pragensis canonicus et notarius aulae regiae 18. Kal. Octobris detentus est ad mandatum Cunegundis reginae, et multis rebus et pecunia in domo sua est spoliatus, pro qua detentione episcopus Iohannes posuit interdictum in ecclesia Pragensi 11. Kal. Octobris, quod interdictum contigerat circa festum beati Wenceslai et infra. Idemque Henricus 3. Kal. Octobris a custodia liberatus est, et divina officia in ecclesia Pragensi relaxantur. Eodem anno hyems et autumnus calidi fuerunt et nebulosi, humidi et cum magno impetu ventorum, et transitus per glaciem haberi non poterat. Hoc etiam anno duo fossata facta sunt ante Pragense castrum, unum cum lapidibus et aliud maius sine lapidibus in latitudine 40 cubitorum, in profunditate 30, longitudo utriusque protendebatur a rivulo Bruska usque in Oboram. Renovatum est et antiquum, quod est propius muro castri, ab una parte muro caementato erectum est; alia pars eius non est renovata, latitudo eius 40 cubitorum, et altitudo 50 erat. Ex alia parte castri, quod dicitur ad minorem portam, fossatum effosum a rivulo Bruska, et ductum per montem Opis ad curiam domini episcopi trans flumen Wltawam. 1278. Sept. 28.

3. ANNALES OTAKARIANI.

1254. 19. Kalend. Ianuarii Przemysl, filius regis Wenceslai, profectus est in Pruziam signo crucis accinctus, pugnaturus contra Prutenos, quem multa turba nobilium Bohemiae, Moraviae et Austriae secuta est et aliorum militum generis inferioris[79]. Veniens ergo Wratislaviam nativitatem Domini celebravit, et cum magno honore a ducibus Poloniae[80] et nobilibus ac episcopo Wratislaviensi[81] decenter susceptus, et per aliquot dies cum omni exercitu suo decentissime procuratus est. Eo igitur in Wratislavia commorante, accessit ad eum marchio Branburiensis[82] cum exercitu suo, et ambo pariter profecti sunt in Prussiam, ducentes secum multitudinem copiosam. 1254. Dec. 25. 82

1255. Interea potentes et maiores terrae Prussiae divino, ut credimus, timore perterriti, ac nomine principis Bohemiae audito, cum omni humilitate venerunt ad eundem principem, se cum suis omnibus eius ditioni ac fidei christianae dedentes. Quos piissimus princeps benigne 1255.

77) Paucissimis his verbis de rebus Bohemorum regi gravissimis refert; die 26. Sept. 1274 Gregorius papa Otakaro scripsit, se Rudolfi electionem confirmasse. Cfr. Boczek IV, 133. 136. 141 et praecedentes Otakari eiusque legati Brunonis Olomucensis episcopi litteras. 78) Est gens Witkovicorum nobilissima, ex qua Zawis de Rosenberg, regis inimicus, originem duxerat. Quae hic leguntur, confirmat Heinricus de Heimburg, auctor seculi XIII. exeuntis, cuius chronicon adhuc ineditum suo loco edituri sumus. 79) Cruciferorum exercitum sexaginta millia hominum excessisse scribit Petrus de Dusburg in chron. Prussiae III, 70 reliquosque Germanorum principes enumerat, qui Sambiam terram expugnaturi hanc expeditionem faciebant. Alexander IV. Bartholomaeo ordinis fratrum minorum ut verbum crucis in Polonia, Boemia, Moravia et Austria contra Lithuanos praedicaret imperavit, Boczek III, 192. Vid. etiam Voigt Geschichte von Preussen III, 76. 80) Henrico III. et Conrado II. ducibus Wratislaviae et Lignitiae. Erant filii Annae, filiae Otakari I. 81) Thoma. 82) Otto III. qui Beatricem filiam Wenceslai I. a. 1244. in matrimonium duxerat. Cfr. chron Brandenburgicum apud Pulkavam.

1255 suscipiens, ad baptismi gratiam invitavit, et unum potentiorem ex illis ipse princeps de sacro fonte levavit, et eum suo nomine vocavit, appellans eum Otakarum; alium marchio Branburiensis de fonte levavit, et eum suo nomine nominavit. Inde plures nobiles de utero matris ecclesiae levaverunt, et eosdem nominibus suis nuncupaverunt, ac eisdem vestimenta sua, quamvis pretiosa, donaverunt. Inde ad quendam montem venientes, quem Montem Regalem
83 appellaverunt, fecerunt munitionem ad maiorem fidei christianae corroborationem[83]. Inde plurimis Prussorum populis a domino episcopo Olomucensi et ab aliis episcopis baptizatis, princeps terrae Bohemiae et marchio Branburiensis, confortatis in fide Christi Iesu neofitis, et obsidibus ab eisdem receptis, commissa terra et populo in manus cruciferorum de domo Teutonica, redierunt ad propria cum omni prosperitate et laetitia. Princeps ergo Bohemiae venit Opaviam[84] 8. Idus Februarii, inde properavit ad Austriam, ubi totam manendo transegit
Mart. 21. quadragesimam. Postea in octava paschae venit Bohemiam, et cum magno tripudio cleri ac populi civitatis Pragensis, cum processionibus susceptus est honorifice 6. Idus Aprilis et in ecclesia kathedrali ab episcopo et eiusdem ecclesiae canonicis. Principe autem exeunte de castro Pragensi magna vis ventorum cum turbine exorta est. Unde quendam equitem sequentem principem deiecit de ponte ante castrum, cuius equus mortuus est ex casu, ipse vero sanus evasit. Campanarium etiam ligneum cum campanis infra muros sanctae Mariae corruit eadem hora vi ventorum magna impellente, et aliae plures ruinae factae sunt in civitate et per villas.

1260. Anno dom. inc. 1260. inter principes et proximos alti sanguinis, Przemysl scilicet dominum et heredem regni Bohemiae, ducem Austriae et Styriae et marchionem Moraviae ex parte una, et Belam et natum eiusdem Stephanum, Ungariae reges, ex altera, data prius ante aliquot annos occasione, immo causa ex parte ipsorum Ungarorum regum, rursus priore acrior est discordia suscitata. Siquidem senior Ungarorum rex Bela contra initam compositionis olim formam cum
85 nepote suo[85], dicto domino regni Bohemiae, et utrimque[a] sacramentis corporaliter praestitis et
1254. publicis instrumentis exinde confectis firmatam, mox eodem anno veniens, quo ipsa compositio celebrata, Moraviae, Austriae et partis Styriae, quae per praehabitam compositionem in sortem praefati nepotis sui ceciderat, visus est confinia occupare[86]. Sed et natus eiusdem rex Stephanus, progenitorum suorum tyrannidis et caedis in[b] innoxium Christi gregem habundantior aemulator existens, contra illustrem Karinthiae ducem Ulricum et fratrem eiusdem Philippum, quondam Salburgensem electum[87], dicti regis Bohemiae consobrinos[88] paci praenotatae inclusos, exercitum infidelium, inhumanorum scilicet hominum Comanorum producens, in gravi et indifferenti strage monachorum, clericorum et simplicium laycorum cum parvulis eorundem, raptu et violatione sanctimonialium et matronarum, et abductione huiusmodi et iuvenum transformandorum in ritum alterum, et conflagratione monasteriorum et aliarum ecclesiarum et magnae partis terrae Karinthiae, stupenda nimium flagitia perpe-
89 trata[c] perperam perpetravit[89]. Pro quibus forefactis contra iusiurandum et aliis, quae compendii gratia praetermitto, quia nulla satisfactio est secuta, ad instantiam Styriensium nobilium et civitatum, de consilio inclyti comitis Ottonis de Hardek et quorundam Australium et perpaucorum admodum de Moravis, dictus dominus regni Bohemiae Styrienses in suam protectionem recepit[90]. Licet igitur in potestate regis Stephani tunc pene fuisset Styria universa, et Ungari in ea quaeque castrorum et civitatum praesidia obtinerent, tamen cum dicto comite de Hardek et quibusdam Australibus et Styriensibus brevi tempore dictum regem Stephanum et Ungaros de ipsa Styria supra opinionem humanam valide elecerunt, civitates et castra inibi capientes. Petovia tamen castrum, in quo dicti regis Stephani uxor natione
91 Comana[91], sacramentis tamen fidei initiata, personaliter tunc manebat, cum civitate et paucis quibusdam aliis castris ad tempus remanserunt in dicti regis Stephani potestate. Unde[92] in iniuriam praefati domini regni Bohemiae per Moraviam et Austriam, immo in offensam Christi patratarum, et livor odii atque zeli exinde concepti, et plaga doloris dolosa, tumens

a) utrumque 2. b) *deest* 2. c) perpetratam 2.

83) Königsberg, Borussici regni caput. 84) Troppau. 85) ex Constantia uxore Otakari I, de qua vide supra. 86) Iam anno 1257 Otakarus *contra terminos Ungarorum munitionem unam seu oppidum pro necessitate ac conservatione terrae praeparari et aedificari* iussit, ut testatur in praecepto ap. Boczek III, 246; quod erat oppidum Hradisch in insula situm, quae ad Welegradensem monasterium pertinebat. 87) postea Aquileiensem patriarcham. 88) Sunt filii Bernhardi ducis Carinthiae, qui luttam filiam Otakari I. in matrimonium duxerat. Cfr. Iohannes Victor. I, 5. 89) quod factum est anno 1259. 90) Quod teste Pernoldo Viennae anno 1259. factum est, qui Stiriensium seditionem ab Otakaro motam esse scribit. 91) Elisabeth. 92) Exciderunt nonnulla verba. Num legendum *patratorum*?

spiritu indignationis, quasi rupta cicatrice foras in publicum proruperunt. Nam anno Domini 1260. 1260 inchoante inter principes praenotatos denuo sunt inimicitiae publicatae, adeo quod eodem anno sacro quadragesimali tempore validos utrinque contra se invicem exercitus produxerunt. Verum cum ex utraque parte necessaria exercitibus deessent, praesertim pro equis, coacti sunt principes memorati usque ad festum beati Iohannis baptistae proximo venturum treugas paci, ut sperabatur, praeambulas prorogare. Sed in contrarium, proh dolor! res evenit. Nam ni fallar, quod ante, et postmodum initia sunt dolorum quae gesta sunt. Febr. 21. Iun. 24.

Igitur constituto treugarum tempore accedente, iunior rex Ungariae Stephanus cum robustioribus et electis bellatoribus Ungaris et Comanis ad insidiandum passim et separatim venienti de Bohemia et Polonia se paravit exercitui, disponens irruere super incautos, quicunque sibi occurrerent priores. Qui cum venerabilis domini Brunonis Olomucensis episcopi et Henrici Sleziae et Wladislai Opoliensis illustrium ducum castra in pratis circa Pohorliz[94] metata clam invadere et percutere decrevisset, et ad hoc peragendum tota nocte pluviosa et nubila processisset, errante ductore prope Walkenstein et Stozecz[95] praeter propositum in ortu diei devenit, ubi e vicino circa praesidium quod Lawa[96] nominatur in pratis fuit locus, in quo iuxta condictum universus domini regni Bohemiae exercitus mox circa festum beati Iohannis baptistae debuit congregari. Ad quem locum ingenui genere, inclyti probitate ac spectabiles dignitate viri, uterini fratres Otto et Conradus, comites de Hardek et Playn, primi cum suis omnibus advenere. Quibus cum suaderetur, ut usque ad adventum exercitus se intra Lavensem reciperent civitatem, ne forte Comanorum et Ungarorum insidiis ipsos praeoccupari contingeret immunitos, verum tanquam viri animo et viribus fortes, immo ultra modum audaces id facere recusarunt, quin post extensis in campo tentoriis, licet pauci, diebus et noctibus inibi perdurarunt. Exinde cum die sabbati, quae fuit tertia dies post festum beati Iohannis baptistae, ad locum condictum in pratis circa Lavam a diversis partibus confluens utcunque coepisset exercitus domini regni Bohemiae apparere, et concurrentes armis pressi et laboribus fatigati, hii de Bohemia et Moravia cum suo domino principe, alii de Saxonia cum[a] marchione de Brandeburk, quidam vero cum venerabili domino Olomucensi episcopo et illustribus Zlesiensi et Opoliensi ducibus memoratis castra inibi metarentur, subito rumor insonuit in castris, quod Comani nimium prope forent, vicinam iuxta regionem spoliis et strage vastantes et incendiis conflagrantes. Proinde universalis commotio fit in castris, et mirum in modum animo voluntarii et armis instructi per ordinatas acies ad pugnandum exeunt universi. Quibus taliter egressis in campum, utrum ex industria an per errorem nescio, Deus scit, subito nunciatur paucos infidelium hostes praedicta fecisse, sed iam eosdem esse in fugam conversos. Tunc cunctorum ad id assentione fallaci securitatem ipsis pessimam generante ad castra singuli revertuntur, praenotati vero comites de Phleyn et strenuus miles Cadoldus Orphanus cognomine cum paucis aliis, quasi pro custodia exercitus remanserunt in campo[97]. Qui licet frequenter experti dolos in certamine Comanorum vel caeterorum, tamen, ut ait auctoritas: *Fata nolentem ducunt, volentem trahunt*, se in praeceps dederunt ad hostes fugam simulantes longius persequendum. Quos aliqui ex nostris magni et nobiles passim sine ordine prosecuti, cum eisdem per insidias latentes a tergo conclusi et taliter postmodum interempti[b], et ipsi quidam quidem mortis, quidam vero captivitatis tunc simul exstiterunt laqueis irretiti. Quod cum licet tam dubie quam varie insonuisset in castris, nunciantibus quibusdam, quod praedicti comites et Cadoldus et caeteri qui cum ipsis erant adversariis occupatis postularent succursum, aliis vero e contra referentibus, quod ipsi ab hostibus potius praeoccupati fuissent — quod et fuisse verius rei postmodum probavit eventus — mox a mensis surgunt principes, ad arma festini anhelant milites et clientes, et contra inimicos loricati, scutati et galeati, et nonnulli in coopertis equis properarunt sine modo. Qui cum inclytos paulo ante dictos bellatores, scilicet Cadoldum et comites et quosdam alios reperissent in via, in loco pugnae absque anima humi prostratos, et ex hiis plerosque prorsus nudatos, nonnulli fortes ipsorum pavore concussi, obriguerunt prima facie quasi lapis, plurimis etiam ad hostes terga vertentibus; nihilominus dominus regni Bohemiae cum paucis et dominus Olomucensis episcopus priores omnium, et marchio Branburiensis cum suis fugientes adversarios prosequuntur. Quibus cum dictus dominus regni Bohemiae et Olomucensis episcopus priores omnium proximassent, marchione Brandeburgensi adhuc a remotis se-

97

a) *ita legendum; codex habet* et. b) *ita legendum;* conclusis — interemptis 2.

94) Porlitz. 95) Staats. 96) Laa. 97) De bis vide Hermannum Altahensem ad h. a.

1260. quente, alii visi sunt subsistere et ex adverso acies suas ordinare. Verum eodem marchione propius accedente, facta tunc magna obscuratione aeris, et a commotione et voce tonitrui et sonitu grandis pluviae cum fulgure choruscante, licet nemine persequente, eo quod supra modum defecissent lassati equi christiani exercitus, in fugam sunt impii conversi. Et cum
99 fluvius Morawa [99], quasi apertis coeli katharactis et velut facto desuper kathaclismo, tunc nimium inundasset, in eodem hostium plurimi veraciter feruntur periisse submersi. Nihilominus tamen propter Kadoldi et comitum et aliorum lugubrem casum pene usque ad desperationem exercitus deiicitur christianus. O quantus luctus! et o quanta Lavensium lamenta fratrum minorum, quando ad ipsos cum eiulatu et planctu cunctorum fere qui ceciderant passim funera differuntur! Amodo quid facturus esset dominus regni Bohemiae, tanti exercitus caput ex dolore languidum, dubitatur. Aspirant plures ad reditum, sed notam probitatis vitantes, tanquam filii huius seculi prudentiores filiis lucis, praesertim principes et maiores barones singuli per alios satagunt id fore et videri persuasum. Oritur exinde dissensio, per occasionem salubris unitatis et victoriae demum paritura salutem.

Nam cum imponeretur dictis Henrico Zleziae [a] et Opoliensi ducibus, quod ipsi primi a loco castrorum ad propria intenderent remeare, confusibiliter solvendo exercitui causam taliter tunc daturi, hiidem tanquam viri strenui et prudentes inficiantur dictum de ipsis, et huiusmodi consilii portum seu radicem in Branburgensem referunt marchionem. Ex tunc omni controversia cessante, communi consilio et pari voto illuc tendit exercitus universus, ubi nunciatur rex Ungariae sua castra fuisse metatus. Itaque concurrentibus simul ad idem domino Philippo, quondam Salburgensi electo, et fratre suo Ulrico, illustri Karinthiae duce et
Iul. 4. Styriensi, cum die dominica infra octavas apostolorum Petri et Pauli, post auditas in aurora missas, ex communi condicto et principis qui caput erat et aliorum principum edicto, ad plenum, ut opus erat, armis instructus, et per ordinatas acies incedens, et montana atque plana operiens, apparuisset hostibus fidelium exercitus copiosus, saepe dicto domino regni Bohemiae sub vexillo gloriosissimi martyris Wenceslai cum suis de quadam montis declivi in suprema [b] tamen plani altitudine castra adversariorum spectante [c], hiidem infideles et caeteri qui cum ipsis erant, sicut ipsi postmodum retulerunt, statim tunc in fugam fuissent conversi, nisi in faciente chaos inter nos et se fluvio dicto Morawa fiduciam habuissent; nec mirum, quia timor et tremor super impios cecidere, cum Manaym, id est castra Dei, contra se viderent venire. Siquidem domini regni Bohemiae et aliquorum principum, quam tunc conceperant devotiô et pia proposita et veta, quibus domino se astrinxerant, spondentes vitam suam et terrarum suarum status suos in monetis et aliis in melius commutare, et plurimorum baronum et militum aliorum ad confessionem et signaculum sanctae crucis confugientium forsitan exorta conversio ex timore; magnae autem a magna parte christianitatis usque ad Coloniam magnam et ultra orationes pro ipsis sollemniter ad Deum fusae ipsis, immo multo
1 populo christiano divina praesidia et angelici belli processum et exitum — [1] legat subiectam epistolam ex parte domini regni Bohemiae sanctissimo in Christo patri ac domino Alexandro, Dei gratia papae quarto, exinde directam, quae talis est [2]:

Sanctissimo in Christo patri ac domino Alexandro, Dei gratia sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Otakarus eadem gratia dominus regni Bohemiae, dux Austriae et Styriae, et marchio Moraviae et caetera. Quia pium pastorem suarum a lupis liberatio ovium delectat, ac benignum patrem iocundum reddit cum salute prosperitas filiorum, gravis belli, quod adversus Belam et natum eiusdem Stephanum, Ungariae reges illustres, et Danielem regem Rusiae [3] et filios eius [4], et caeteros Ruthenorum ac Tataros, qui eidem in auxilium venerant, et
6 *Boleslaum Cracoviensem [5] et Lestkonem iuvenem, Lusiciae duces [6], et innumeram multitudi-*

a) H. Zelsie 2. b) supremo 2. c) spectantem 2.

99) March. 1) Hic quaedam desiderantur. Accuratior proelii descriptio petenda est ex sequente Otakari regis epistola ad Alexandrum papam, ex qua quae hic desunt suppleri possunt. De aliis scriptoribus, a quibus splendissima illa victoria narratur, vide Palackium II. 182. 2) Ob nimiam gloriam in hac epistola Bohemis adscriptam de fide eius historica dubitationes moverunt Pray ann. Hung. I, 309. et Katona histor. critica Hung. VI, 312. 3) Est Daniel Romanowic princeps Halicensis, qui Innocentio IV. permittente regalem dignitatem adeptus erat. Roepell Gesch. v. Polen I, 522. 4) quorum unus Leo Belae IV. filiam Constantiam in matrimonium duxerat, alter Romanus Gertrudim, viduam Wladislai, fratris maioris Otakari II. regis; cfr. supra 1246. 5) qui item erat Belae IV. gener, cuius filia Cunigunda Boleslao nupserat. 6) dux de Lencic.

nem[7] *inhumanorum hominum Comanorum et Ungarorum et diversorum Sclavorum, Siculo-* 1260.
rum[8] *quoque et Walachorum, Bezzerminorum*[9] *et Hysmahelitarum, scismaticorum etiam, utpote Graecorum, Bulgarorum, Rusciensium et Bosnensium haereticorum, auctore Deo gessimus, et victoriae nobis datae coelitus, et post victoriam inter nos ex parte una et dictos reges ex altera concordiae reformatae processum non ab re paternitati vestrae duximus praevia veritate praesentibus declarandum. Sane cum ad flumen qui Morawa dicitur circa locum a castro et oppido Hemburk duobus milliaribus distantem, Ungariae ac Austriae confinia inibi terminantem, cum nostris exercitibus venissemus, dictos reges et exercitus eorundem illic castra metatos in opposita parte ripae invenimus ex adverso. Sicque factum est, ut nostra*[10] *et adversariorum castra solus duntaxat divideret fluvius memoratus. Cumque sic loci positio se haberet, ut ad adversarios sine irremediabili nostrorum iactura votivum non possemus consequi accessum, et pro reformanda inter nos et eosdem reges pace fuisset utrimque aliquoties multipliciter attemptatum, ipsis vero regibus de die in diem et de hora in horam suas in diversas variantibus voluntates, non restaret aliquis paci locus, haud dubium ad instar Pharaonis corda illorum indurante Domino ullionum; novissime unius duorum parti adversae obtulimus optionem, ut videlicet vel illa nobis cederet, quatenus ad eandem gerendi belli causa transire possemus, vel nos id parti adversae concederemus. E quibus disiuncte partibus alteram pars adversa elegit, ut videlicet nos cederemus et nostra cessione eisdem locum transeundi daremus. Et ut id posse fieri videretur quovis impedimento cessante, dicti reges et eorum bani et comites treugas constitutas et suis iuramentis firmatas per totum diem beatae Margaretae festum proximo* Iul. 12.
praecedentem et medietatem ipsius festi diei nobis mediantibus idoneis nunciis remiserunt. Iul. 13.
Verum hiidem sua pacta et iuramenta soliti violare, per vada inventa et sibi aptata olim noctu ad nostram partem cum omni suo exercitu transierunt. Et cum diceremus „Pax et securitas!“ subito cum inenarrabili multitudine contra nos inprovisos apparuerunt in campo[11]. *Et cum in spe treugarum vix decima pars nostri exercitus penes nos pro nostrae personae custodia remansisset, eo quod plures de nostris transito Danubio oppidum Hemburk intraverunt, alii vero cum curribus descenderant ad stationes et loca castrorum, hostes nostri fraude pleni in modum semicirculi per ordinatas acies nos cingentes, nisi Dominus adiuvisset, nos vivos forsitan deglutissent. Igitur in tam inevitabili necessitatis articulo constituti, attendentes potestatem esse coelestem, et quoniam non multitudine exercitus sed de coelo victoria datur munere magni Dei, totam in adiutorio Altissimi spem ponentes, nostros adiutores et commilitones primitus adhortati, in plurimos adversariorum cuneos, data nobis de coelo fiducia, irruimus confidenter. Quos Deus per manus nostras et nostrorum immo suorum militum exterruit et prostravit et in fugam convertit, ita ut fugientibus cum impetu et sese invicem comprimentibus dictus fluvius Morawa iuxta sui praesagi nominis ethymologiam, tamquam mare rubrum Aegiptiis, multo caesorum sanguine rubricatus, factus sic in se submersis et intereuntibus mortis via*[12]. *Siqui-* 12
dem in eodem fluvio fugientium a facie Dei peccatorum tanta periit multitudo, quod per cadavera hominum et equorum quasi per factos pontes nonnulli ex nostris adversariorum castra intrarent, et occupantes currus, tentoria et expensas, quaeque pretiosa spolia acceperunt. Quamvis igitur post triumphum divinitus nobis datum, quemadmodum communiter videbatur, regnum Ungariae nostrae ditioni potuerimus subiugare, et eidem in perpetuam premere servitutem, advertens tamen, quod melius sit bonum vicinum habere concordem, quam superare et exterminare rebellem, pensantes etiam quoniam imperator Constantinus ait: „Crebro suaviores fiunt amicitiae post inimicitiarum causas ad concordiam restitutae,“ cum principibus et proximis alti sanguinis nostri, dictis scilicet Ungariae regibus et domina regina[13] *et* 14
iuvene rege Bela[14], *secundum oblatam nobis a magno comite Rulando et Posonio formam, maluimus pacis foedera reformare, quam vastando et debilitando magnum Ungariae regnum ad idem et nostri terras dominii Tataris aditum aperire. Praenotatae itaque compositionis formam praedictorum regum, reginae et ducis Belae sigillis signatam vestro apostolatui trans-*

7) Anonymus Leobiensis refert Belae exercitum centum quadraginta millibus equitum fuisse compositum, Otakarum vero numerasse centum millia equitum inter quos septem millia fuerint cataphractorum. 8) Sunt Alutae accolae Sekler nominati. 9) Turcica gens, aliis Bessi vel Bisseni, iidem etiam Pacinaci. Zeuss p. 742. 10) Palacky observat Otakari castra inter villas Wagram et Gross-Enzersdorf posita fuisse. 11) Ad locum Kressenbrun proelium commissum est. 12) Secundum chronicon Augustanum quatuordecim millia hostium perierunt. 13) Maria, Theodori imperatoris Nicaecensis filia. 14) filio Belae IV.

1260. *mittentes, suppliciter petimus eandem a sede apostolica confirmari, et ut operae pretium est,*
15 *apostolico in aevum patrocinio communiri*[15].

Itaque talis ac tanta victoria digne soli Deo et sanctis eius est cum condignis gratiarum actionibus et laudibus ascribenda, quod etiam ex quibusdam revelationibus comprobatur. Siquidem a multis fertur, quod quidam viri, qui a tergo ad custodiam exercitus fuerant deputati, imminente praelio referunt se vidisse quandam avem in lineamentis ad modum aquilae figuratam, sed in colore nive candidiorem, habentem aureum caput et collum, vexillum beati Wenceslai quondam ducis, semper vero patroni Bohemorum, inclyti martyris, inseparabiliter prosequentem; quae passim visa est eisdem crescere, quoad usque ad pugnam procedentem universum corpore et plumis cooperuit exercitum christianum. Eodem etiam die vir nobilis et devotus et omnimodis fide dignus Iohannes miles, filius Swoyslai, cum in domo propria aegrotaret, circa horam tertiam vidit in extasi se quasi in campo certaminis cum exercitu suo constitutum. Quem cum cerneret esse modicum et inordinatum, simul vidit patronos Bohemiae gloriosos ad quendam campum lucidum tali ordine procedentes: primum conspicit procedentem sanctum Wenceslaum lorica indutum, habentem galeam suam in capite, gestantem gladium suum in vagina auro et gemmis ornata sub ascella sinistra, in dextra vero manu proprium vexillum praeferentem; quem immediate sanctus Adalbertus, veluti vir magnus et robustus, decenter ornatus pontificalibus, sequebatur. Post haec vidit beatum Procopium, quasi abbatem cum suo baculo pastorali sanctum pontificem e vestigio comitantem; novissime cernit sequi quinque fratres martyres, quasi propriis tunicis vestitos. Tunc idem miles audivit sanctum Wenceslaum praedictis gloriae suae consortibus sic clara voce dicentem: *Debilis est noster exercitus, ad Dei praesentiam mox tendamus.* Quo dicto vexillum suum contra hostes extendit, qui statim in fugam universaliter visi sunt converti. Exterioribus quoque oraculis interior consolatio concordavit. Nam, sicut saepedictus princeps Bohemiae et alii principes, barones et milites communiter retulerunt, quod, quamvis paulo ante pene emortui et totis viribus destituti, in ipsa tamen hora conflictus inexperta spiritus et corporis laetitia intra semetipsos de assequenda victoria fere universi et singuli acceperunt responsum, parati non solum irruere, verum etiam muros ferreos audacter irrumpere. Iarosius etiam purcravius Pragensis, vir fide dignus, coram episcopo Pragensi et praeposito et decano et canonicis in capitulo Pragensi retulit viva voce, quod exercitus eius, in cuius medio ferebatur vexillum sancti Wenceslai martyris, nullam laesionem aut iacturam sustinuit in equis et hominibus, sed, quovis locorum se divertebat, adversarii a facie eorum terga vertebant fugientes. Ferrum etiam hastilis eius, in quo dependebat praedicti martyris vexillum, visum est a pluribus splendere velut radius solis praelucidus. Nuncii regis Ungariae, qui missi fuerant ex parte eius ad principem Bohemiae, retulerunt coram eodem principe et baronibus eius, quod hora congressionis exercituum ad invicem, Bohemi valido clamore in coelum exaltato canentes hymnum a sancto Adalberto editum, quod populus singulis diebus dominicis et aliis festivitatibus ad processionem cantat, equi adversariorum invitis sessoribus fugam arripuerunt *.

1264. Anno dominicae incarnationis 1264. 4. Kal. Octobris in festivitate gloriosi patroni sancti Wenceslai idem rex Przemysl currens ad ecclesiam maiorem, devotissime recommendans se orationibus tam clericorum quam laycorum, occurrit genero suo Ottoni marchioni et sorori suae dilectissimis de Bramburk, Czaslaw, qui filiam eorum secum duxerant, quam dominus rex, ne aliqua scintilla discordiae inter eum et regem Ungariae, patruum eius, remaneret, pro treugis retro habitis et pro pace perpetua terrarum suarum, dictam puellam filio
16 regis nomine Belae, ante Posonium[16] coram tribus episcopis, Pragensi, Olomucensi, Bramburgensi, matrimonio destinavit copulandam. Nec est praetermittendum qualiter sumptus

*) Quidam scripturarum scrutator et in eisdem prophetico praesertim sensu circa numerorum mysteria curiosior indagator sic ait: *Post annos* 1260. *suspecta sunt mihi amodo tempora et momenta. — Hanc interpolatoris glossam e textu removendam censuimus.*

15) Hoc loco desinit Otakari epistola; quae sequuntur canonici Pragensis sunt verba, quae tanquam epistolae partem cum praecedentibus primus falso coniunxit Hajecius aliosque in suum errorem traxit, Balbinum, Pubitschkam, quos etiam Boczek secutus est. Cfr. Dobrowskii commentatio Erläuternde Bemerkungen über die Geschichte Ottokars in Monatsschrift des Böhmischen Museums II. Ianuar p. 41.

16) Nuptiae celebratae sunt in campis qui dicuntur Vizze, ubi Fischa in Danubium exundat, haud procul a Vindobona, ut probant Austriacarum rerum scriptores. Palacky II, 192.

epularum ducibus et marchionibus diversarum terrarum nec non terrigenis per suas terras, 1264.
Bohemiam, Moraviam et Austriam, usque ad consummationem festivitatis fuerint ministrati. Quid plura? Venit rex Ungariae, portans aureas murenulas[17] iuxta timpora dependentes, [17]
paucis comitantibus, videre sponsam filii sui ad tentoria regis Bohemiae, et ordinat dotem propter nuptias. Quo recedente filius suus Bela, speciosus forma prae filiis plurium, auditis missarum sollemniis, capiti puellae matrimonialiter sibi traditae coronam auream superponit, quam quidam suorum nobilium, evaginato gladio et vibrato de capite sponsae, abstrahit iuxta ritum suae gentis. Deinde navigio ducit ad propria non sine maximo parentum eiulatu. Eodem die rex Bohemiae in quodam tentorio novo, ad modum ecclesiae praeparato et diversis pannis quasi de lateribus tecto, fecit milites quatuor marchiones et quintum ducem Poloniae, praeter alios comites et nobiles nobiliter decoratos; cum quibus exercens ludos militares et diversos, ponit ad mensam Ungariae regem seniorem in thabernaculis ad hoc sumptuose praeparatis cum diversis principibus, gratiose ministrans et habunde 3. Non. Octobris. Quis autem non possit mirari de tam magnifico principe, qui ab utero matris suae vocatus est rex aureus[18], qui auro et argento nec non sibi desuper data sapientia pontem trans Danubium [18]
iam altera vice suis exercitibus transeundum et redeundum mirabiliter super naves magnas artificiose fabricavit. Sic autem festo consummato, rex Otakarus Pragam revertitur sanus et incolumis cum suis omnibus.

Anno Domini 1271. obiit Vitus decanus Pragensis Kal. Maii. Hic verbum vitae praedi- 1271.
cando et docendo fideles Christi salutarem disseminavit scientiam, spe uberioris fructus suis pro meritis et laboribus, coelestia pro terrenis comparando. Illuminabat enim mentes hominum utpote lucerna lucens, et confluebant ad ecclesiam Pragensem occasione sermocinationis ipsius singulis diebus dominicis et festivis nobiles terrae et burgenses, caeteri etiam artifices et operarii, ut possent in arcella memoriae suae ad laudem et honorem Dei et profectum ipsorum verbum salutis conservare. Contulerat enim sibi Dominus gratiam non modicam eloquentiae proponendi verbi sui, spiritu sapientiae repleverat eum et intellectus, et ipse tamquam imbres misit eloquia sapientiae suae, per quos arida corda hominum irrigabat. Iste vir totum exposuit se ad opus ecclesiae, et sua pro nomine Iesu Christi. Compilavit lectionarium quod matutinale appellatur cum magnis laboribus et vigiliis. Nam antea singuli libri, quibus ecclesia utitur per circulum anni, in voluminibus singillatim conscripti exhibebantur ad matutinas iuxta distinctionem temporum et determinationem; videlicet Isaias in adventu Domini, post octavas epyphaniae epistolae Pauli, tempore quadragesimali omiliae sive Genesis, in passione Domini Ieremias, et sic de singulis, per quam mutationem dispendium et error circa minus officiatos generabatur. Procuravit etiam libros plures musicos scribi, ad officium divini cultus pertinentes, suis propriis sumtibus, invigilans ne quid omitteretur, adiiciens epistolas et euangelia, quae in sollemnibus festivitatibus cantantur. Erant enim libri antiqui usuales et simplices, quidam etiam iam vetustate consumti, inutiles, nullum fructum proferentes per quos error et confusio frequens in officio divino accidebat. Sunt autem hi libri qui conscripti sunt Viti decani pretio et expensis, missalia, gradualia, antifonaria musica, psalteria, ymnaria, collectaria, baptisteria, breviaria et alii plures sermonum libri, per quos illuminavit Pragensem ecclesiam in officio divino. Multae etiam et aliae ecclesiae conventuales et parochiales emendatae sunt in officio divino per transscriptionem librorum Pragensium et illuminatae, quod domino Vito decano, auctori huius operis, meritorium etiam et animae ipsius proficuum esse non haesitamus. Ampliavit etiam Pragensem ecclesiam construendo altaria. Erexit enim pulpitum facultatibus propriis testudinatum, et locavit altare sanctorum euangelistarum ad latus chori sanctae Mariae a sinistris. Erexit etiam et aliud pulpitum, ubi solent vicarii cantare in coena Domini *Domine, miserere*, in matutinis parasceue et vigilia paschae; et construxit altare sancti Matthiae, provisione competenti ministro altaris deputata. Per ipsum etiam consummatum est opus claustri in longa via versus aquilonem, in columnis sculptis et testudinibus et pictura totius claustri. Capellam sancti Michaelis, in qua vestiuntur ministri ad missas celebrandas, amplificavit subtus cameris testudinatis et supra, et locavit altare sancti Michaelis; quam etiam et depingi procuravit, competentique provisione dotavit, assignans terram in villa Horneticz et aliam in Przieboy, quas propria pecunia comparavit. Instituit etiam vicarium perpetuum decaniae Pragensis, assignans

17) Sunt catenae ex auro factae, vide Adelungii glossarium s. h. v. 18) Ferreus rex nominabatur a Tartaris teste chronico Sanpetrino Erfurtensi ap. Menken III, 291.

1271. terram in villa Bicos, de qua idem vicarius possit commode sustentari. Induxit etiam idem dominus decanus Czieczonem, iudicem totius regni Bohemiae, ad construendam ecclesiam omnium sanctorum, quae sita est in exitu claustri versus curiam regalem, quae ecclesia aedificata est, procurante et conducente lapicidas et alios operarios eodem decano usque ad perfectionem operis praenotati. In qua instituti sunt duo presbyteri ad officiandum. Quibus etiam provisum est in agriculturis et in dote mobili et immobili, et hominibus censualibus in duabus villis, videlicet Dyrhkow et Visin. Iste vir Vitus affectu pio, largitate prodiga fervebat in eleemosynis erogandis; stabilita enim erant bona ipsius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Colligebat enim ad mensam suam singulis diebus tres pauperes scolares, aliquando quatuor, quibus et abunde praecipiebat ministrari. Dividebat etiam denarios pauperibus laycis viris et feminis in sequestro et in angulis ecclesiae in obscu-
Matth. 6, 3. riori loco, visitando altaria pro veneratione reliquiarum, memor verbi euangelici: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Non quaerebat laudes humanas iuxta illud philosophicum: *Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria; nam sapiens contentus conscientiae praemio gloriam non quaerit.* Hic vir non tantum scolaribus Pragensi ecclesiae deservientibus subveniebat, verum etiam in generali studio existentibus pro possibilitate suarum facultatum affectuose, ut in plurimis patuit, providebat. Cognatos et consanguineos et quoslibet propinquos speciali dilectione amplectebatur, defectibus et necessitatibus ipsorum competenter subveniendo, non immemor auctoritatis:

Cum tibi divitiae superant in fine senectus,
Munificus esto, vivas non parcus amicis.

Hic, qui sui memores alios fecit esse merendo[18*] — aetas quippe sibi matura inerat et vicinata
Sapientia 4, 9. senio, et competebat sibi illud Sapientiae: *Senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata; cani sunt enim sensus eius, et aetas senectutis vita immaculata* — iste vir multa pia officia peregit in domo Domini, ad laudem eius perferens pondera diei et aestus, et non incongrue comparatur prophetae Samueli, qui postquam ablactatus fuit, oblatus est in domum Domini cum tribus modiis farinae et anfora vini ad serviendum Domino omnibus diebus vitae suae. Iste etiam a pueritia sua nullo cogente, quia coacta servitia exacerbat Deus, sed proprii motus voluntate obtulit se in templum Domini, videlicet Pragensi ecclesiae ad serviendum indefessa mente, virili et constanti animositate, praesentia continua ad serviendum ad laudem et gloriam Iesu Christi et beatorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti omnibus diebus vitae suae, et ad finem usque complevit. Unde de Samuel
Iudic 20, 1. dictum est: *Cognoverunt omnes a Dan usque Bersabeae, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.* Viro vero de isto gratia virtutum quae micabat in ipso divulgavit nomen eius occasione exercitationis operum ipsius in laudem domus Dei per totam Pragensem dyoecesim et in omnibus finibus eius cunctisque terminis totius regni Bohemiae. Effulsit enim in templo Dei velut lucerna, non sub modio sed super candelabrum posita. Consurgebat etiam media nocte de strato suo ante tempus matutinarum, lustrans omnia altaria pro veneratione reliquiarum cum veniis et orationibus. Aliquando etiam perlegebat tertiam partem psalterii, quam nos quinquagenam vocamus, si tantae prolixitatis tempus ante pulsationem matutinarum se offerret. Deinde suscitabat campanarios ad pulsandas matutinas, et infra pulsationem campanarum egressus de ecclesia, girabat circumquaque pulsando ad cameras clericorum, excitando ipsos ad matutinarum officium. Postmodum intrans ecclesiam veniebat ad chorum, et si ebdomadarium sacerdotem cernebat, annuebat eidem ut inciperet matutinas; absente vero ebdomadario, officia ipsius personaliter perferre non dedignabatur. Delectabatur enim in officio divino omnem defectum ecclesiae per ministros neglectum personaliter supportare. Hic vir nunquam audiebat iudicia secularia suorum subditorum, sed aliis commitebat audienda. Culpas vero horum qui per determinationem iudicum damnabantur ad poenam solvendam nunquam exegit nec oblatam recepit, sed paterna pietate tanquam filios corripuit, quandoque etiam asperioribus verbis, ne similia committant, acrius increpavit. Attendebat
Matth. 7, 1. enim illud euangelicum: *Nolite iudicare, ut non iudicemini* etc. Secularibus negotiis ne se inmisceret, omnibus modis evitabat. In villa quae vulgariter dicitur Velikawes, in qua Ebrhardus felicis memoriae canonicus Pragensis[19] comparavit quaedam bona pro remedio animae suae, et assignavit ecclesiae Pragensi pro enutriendis et vestiendis 12 scolaribus, qui bonifanti

18*) Cfr. Virg. Aen. VI, 664. 19) Cfr. supra 1257. 1259.

sive boni pueri appellantur, qui continue tenentur in ecclesia memorata deservire in cantu, 1271.
legenda et psalmodia, idem Vitus decanus erexit in altum ecclesiam in honore sancti Laurentii, in qua et turrim exstruxit decori operis propriis sumtibus et expensis. Obtinuit etiam ab episcopo Iohanne indulgentiam 40 dierum, fidelibus Christi advenientibus in dedicatione ecclesiae et aliis summis festivitatibus largiendam. Erexit et aliam ecclesiam in Cogielicz villa suis sumtibus in honore sancti Viti, in parietibus lap leis et tectura, et turrim exstruxit in altum. In villa Sluhach[20] fama volante intellexit, quod esset ecclesia totaliter diruta et desolata, ita quod nec ostia remanserant in ipsa; porci, lupi, canes frequentem ingressum et patulum habebant in ipsa. Hanc dominus Vitus decanus Pragensis a fundamento reaedificavit de nobilissimi operis structura propriis facultatibus, et turrim pulcherrimam exstruxit in ea ob venerationem sancti Adalberti martyris. Construxit etiam altare in ecclesia Strahoviensi sub turri in honore sancti Matthiae apostoli. Idem decanus melioravit dimidiam praebendam in Strachkow[a] villa comparando pecunia propria curiam et haereditatem cuiusdam militis nomine . . .[b], per quem multa mala inferebantur eidem dimidiae praebendae. Multa dicenda essent de virtutibus ipsius, quae digna sunt relatione, de castitate, de continentia, de observantia ieiuniorum, de sobrietate, fidelitate ac pietate, de compassibilitate proximorum, de divinorum mandatorum observatione, veritatis et iustitiae imitatione. Sed ne videar singularum virtutum ipsi divinitus collatarum plenius facta prosequendo notam adulationis incurrere, stylo amoto, malui posteris relinquere, quia sunt nonnulli, quorum memoriae ipsius facta impressa sunt multo meliora. Omnia quippe dona virtutum confluxerant in ipsum omnipotenti Domino largitore, nec inde gloriabatur; erat enim ei mundus mortuus, et ipse mundo. Nam mundus dicitur ei mortuus, quem suis illecebris non astringit, et ille dicitur mundo mortuus, qui nihil mundi concupiscit. Non inhiabat vaniloquiis, non spectaculis, non hystrionibus. Epitaphium ipsius:

Da, Deus, aethereos Vito conscendere coelos,
Astrigerumque sacro sub nomine noscere coelum,
Perpetuoque frui sine mortis legibus aevo. Amen.

Hoc etiam epitaphium lapidi ipsius tumbae superposito scriptum erat:

Nomen sortitus fuit a vita vere Vitus,
Cuius erat vita morum fidei redimita.

Anno dominicae incarnationis 1272.[21] mense Augusto missus est Coloniensis archiepi- 1272.
scopus[22], et alii cum eo plures nobiles ad regem Otakarum, rogantes ipsum ex parte electorum, qui habebant potestatem et ius eligendi in imperatoriam dignitatem, quatenus dignaretur assumere apices imperatoriae dignitatis. Quos Otakarus rex serenissimus benigne et gratiose recipiens, honestissime tractat infra aliquot dierum spatia, et convocans nobiliores milites Bohemorum et maturiores aetate ac sapientia fulgentiores, quid opus sit facto in huiusmodi negotio studiosius inquirit. Congressis itaque in unum locum magnatibus et primis iuxta mandatum regium, consilio habito unus ex ipsis eminentior dignitate, qui eo tempore erat camerarius regni et facundior, Andreas[23] nomine, et talibus dicitur usus fuisse sermonibus: *O rex invictissime et excellentissime, quis mortalium tuae potest in terris aequiparari potentiae! Deus in coelis regnat, tu in terris ex permissione eius, et ducibus et terrarum principibus dominaris, et non est qui resistat tuae voluntati. Incognitae enim tibi sunt ad quas invitaris diversarum gentium nationes, et rerum dubius eventus. Sede in solio patrum tuorum; tuum regnum et potestas per climata mundi famosius dilatatur, et ad mare*[24] *nomen tuum in-* 24
sonuit, iam et nutibus tuis cuncti terrarum principes famulantur. Ipse etiam, si necesse fuerit, imperator tuis parebit mandatis scuto et clypeo in auxilium tuae necessitatis. Rex itaque Otakarus auditis his sermonibus, consideransque potentiam suam extolli et magnificari, acquievit sermonibus, et recusans ad tantae dignitatis fasces assurgere, remunerat nuncios muneribus

a) *scriptum erat* Strahow, *sed manu antiqua correctum est* Strachkow. b) *spatium vacuum in codice.*

20) Sluch in circulo Kaurimensi. 21) Ita legendum esse, minime 1271. ut habet codex, quem rerum Bohemicarum scriptores secuti sunt, observavit Böhmer Reg. p. 52. Richardus die 2. mens. April. eiusdem anni obierat; vid. ibid. p. 51. 22) Engelbertus, quem Pessina III, 7. in loco quem dedit ex hoc chronico Conradum nominavit. 23) quem *de Riccano* nominat Franciscus I. 3. Pelzel et Dobrowski Scr. rer. Boh. II. 24) Adriaticum; post mortem enim Ulrici ducis Carinthiae a. 1269. Otakarus Carinthiam, Istriam et partem Foroiulii occupaverat. Vid. Anon. Leob. Veronenses etiam, Feltrenses, Tarvisini Otakari patrocinio se subdiderant. Cfr. Aeneae Silvii hist. Bohem. c. 27.

1272. magnificis in auro, argento, gemmis pretiosis, annulis, dextrariis, palefridis et diversis ac variis clenodiis, vestiens ipsos et totam curiam eorum, remisit ad electores cum uberiori gratiarum actione. Venerunt et pluries[25] nuncii simillima deferentes, quos rex benigne suscipiens petitionibus ipsorum nullo modo acquievit, sed muneribus ornatos ad electores remisit, gratiarum actiones referens pro evocatione tantae dignitatis.

1276. 1276. Anno quinto[26] electionis suae Rudolfus misit nuncios ad Otakarum regem Bohemiae, petens sibi restitui terras, videlicet Stiriam, Austriam, Karinthiam, Portum Naonis[27], Tiletum, Forum Iulii, asserens eas ad imperium pertinere et suo dominio subiacere. Rex autem Otakarus, vir magni cordis, in ordinandis regni sui negotiis singulari solertia praeditus, et rebus bellicis a pueritia deditus, cui audaciam dabat invicta soror fortunae Bellona et felix bellorum successus, confidens potentiae suae affectansque semper bellare et praeliari, tale fertur nunciis Rudolfi electi in imperatorem dedisse responsum: *Terras quas Rudolfus repetit nunquam possedit nec possidebit; sed mihi quaedam datae sunt in dote, ratione matrimonii contracti cum Margareta, filia Leupoldi ducis Austriae, quasdam etiam manu victrici et gladio acquisivi et dominio meo subiugavi. Unde in terris sui imperii imperet, terris autem quas a me repetit nunquam imperabit*[28]. Videns itaque rex Rudolfus, considerans se verbis non posse proficere, post primam et secundam monitionem[29] furore iracundiae succensus[30], concepit in animo suo armis vincere regem Otakarum, et praeparat se ut celerius potest ad bellum[31]. Comperiens itaque rex Bohemorum, quod Rudolfus attemptaret ingredi terminos suos[32], misit exercitus in occursum eius versus Tepla ad repugnandum, ne intraret metas eius; ipse autem rex morabatur in venationibus, deditus ludis et aliis curialium delectationibus. Sciens itaque rex Rudolfus, quod Otakarus rex in occursum suum exercitus Bohemorum armatos, ne intraret terram Bohemorum, venire decrevisset, aliorsum divertit gressus suos, et processit ex alia parte Danubii[33] versus Austriam, occupans castella et quaeque oppida, civitates et villas, omnia subiiciens ditioni suae, transiens per Pataviam usque Lincam[34], et ibi castra metatus est cum exercitibus suis. Quod audiens rex Otakarus mandavit exercitibus suis, qui erant circa Tepla, ut quanto citius possunt, veniant usque in Droznovicz[35]. Transeuntes itaque de Tepla per provincias Pilznensem, Bechinensem, Prachnensem et per sylvas ac nemora, multa mala perpessi sunt, errantes in invio et non in via; tamen a spoliatione paupegum per innatam malitiam non cessabant, nulli omnino sexui parcentes vel aetati, quod melius experti sunt illarum provinciarum viri Australes[36]. Tandem venientes ad con-

25) quod in dubitationem vocari videtur posse. 26) Errat; primum de his rebus actum est Norimbergae in curia d. 19. m. Nov. 1274. a Rudolfo habita, cui Otakarus, cum de feodis ab ipso interregni tempore occupatis ageretur, non interfuit. Cfr. Mon. Germ. Legg. II, 399. et Rudolfi epist. 60. apud Bodmannum. 27) Portenau castellum, Pordenone, in provincia Foroiuliensi situm, feodum erat Aquileiensis ecclesiae. Apud Boczek IV, 41. deprehendimus Otakari quoddam praeceptum 12. Ian. 1270. datum, quo se Boemiae regem, ducem Austriae et Styriae, et Moraviae marchionem nominat, quod sequitur aliud 16. Febr. 1270. scriptum, in quo ducis Carinthiae, domini Carniolae, Marchiae et Egrae titulos addit, et die 28. Aug. 1270. domini Portus Naonis. De his provinciis vide Otakari pacem cum Stephano Ungariae rege a. 1271. factam Boczek IV, 45. 28) Duabus litteris ad papam 9. Mai. 1275. scriptis Otakarus pontificis arbitrio se submittere velle confirmat petitque, ut et sibi et Rudolfo hoc iniungatur ne alter alterum aggrediatur, dum ipse terrae sanctae auxilium ferre ex voto se praeparet. In altera vero epistola de Rudolfo haec leguntur: *In curia apud Nurenberch celebrata quaedam de facto in nostri honoris dispendium et terrarum nostrarum non modicum detrimentum attemptare per suas sententias nitebatur, et adhuc nititur, et per sua placita omni iuri contraria malum nobis multipliciter contra iustitiam machinatur, tamquam hostis publicus et adversarius manifestus.* Cfr. Boczek IV, 142. 29) Secunda vice Otakarus invitatus est Herbipolim, ubi 23. Ian. 1275. curia habebatur, tertia 15. Mai. eiusdem anni Augustam. Böhmer Regest. p. 68. Anno demum 1276. ad Otakarum missus est Fridericus burggravius Norimbergensis, ut imperii banno affectum ad pacem ultimo revocaret. Vide Anon. Leob. 1274. et Böhmer l. l. 30) Quod verum esse dicis, si talia in Rudolfi epistola 8. apud Bodmannum legis: *Nostrum et eiusdem imperii publicum inimicum, patris et patriae nefandissimum traditorem, quem tota Austria tanquam inveteratum in perfidiae malitia patenter evomuit.* 31) quod coeptum est die 24. Iun. 1276. Böhmer pag. 77. 32) Belli gerendi consilium, quod primum Rudolfus ceperat, descripsit Fridericus episcopus Salisburgensis in epistola 15. apud Bodmannum: *Primo infestetis regem Bohemiae circa partes Bohemiae, ut sic ab Austria discedere compellatur.* Quod vero mutavit consilium, pace cum Bawariorum duce facta; non Bohemiam, quod et ipse Otakarus opinabatur, sed Austriam aggressus est. 33) quem Ratisbonae traiecerat. 34) Linz, ubi in castris erat die 10. Oct. Lambacher II, 110. 35) Idem quod paulo infra Drosendorf ad Tayam in sinistra Danubii ripa in Austria inferiori. 36) De hac devastatione cfr. Chron. Claustroneoburg. ap. Rauch I.

dictum locum Drozndorf, occuparunt fines provinciarum confinii illius in longitudine et lati- 1276.
tudine quatuor milliariorum, et ibi tentoria tetenderunt et castra metati sunt, rege Otakaro inter ipsos iam commorante, et rege Rudolfo ex alia parte Danubii cum exercitibus suis circa Clincz existente. Cumque iam septem hebdomadis morarentur praedicti principes cum exercitibus suis in locis ante dictis[37] ex utraque parte Danubii, videntes homines debilitari et de- 37
ficere prae nimia anxietate et carentia victualium atque nimio defectu pabuli equorum[38], per nuncios ab utroque principe hinc inde missos treugis interpositis et securitate data sub iuramenti interpositione, elegerunt locum insulam quandam dictam Kamberk ad tractandum pro amicabili compositione et reformatione pacis[39], nutrice concordia mediante. Deinde statuto die intrante insulam supradictam utroque principe cum paucis ad hoc specialiter evocatis, tractatu prolixiori habito, tale foedus inierunt in contractu sponsalium: videlicet ut Wenceslaus, filius regis Bohemiae, filiam[40] Rudolfi electi accipiat in uxorem sibi, et e converso filius Rudolfi[41] filiam[42] Otakari accipiat sibi in uxorem. Hic contractus confirmatus fuit per utriusque principis iuramenti interpositionem in praesentia multorum episcoporum[43] et aliorum plurium nobilium ecclesiasticarum et secularium personarum. Fuerunt etiam instrumenta super eodem contractu confecta et multorum principum pro testimonio sigillis insignita[44]. Videns itaque rex Otakarus tali confoederatione et amicitia Rudolfo electo se iun- 44
ctum, ad instantiam ipsius et petitionem, quorundam etiam suorum consilio inductus, sub spe uberioris gratiae obtulit sibi vexilla quinque in signum subiectionis, sperans sibi eadem vexilla cum terris quas resignaverat incontinenti restitui. Rudolfus vero, ut vir providus et discretus, cum suis primatibus interlocutoria habita, usus maturiori consilio regi Otakaro vexilla duo restituit cum terris Bohemiae et Moraviae, ponens eum sub spe restitutionis et aliarum terrarum, asserens se necessitatibus et indigentiis ac rerum carentia esse praegravatum[45]. His ita peractis vinculo pacis firmissime inter ipsos durante, inconvulsis radicibus amicitiae ad proprios lares laeti remearunt. Acta sunt haec anno Domini 1276. 12. Kal. Septembris usque ad Kalendas Decembris[46]. Quaedam autem, quae ibidem in Kamberk acta 46
sunt, malui subticere, ne forte singula ut fuerunt prosequendo aliquorum odium incurram.

Anno Domini 1277. 6. Idus Septembris rex Otakarus, immemor sponsionis suae, filiam 1277.
suam[47], quam desponsaverat N. filio Rudolfi electi Romanorum, reclusit eam in monasterium sancti Francisci[48], subiiciens regulae et religioni, quae vocatur religio pauperum dominarum. Intraverunt et aliae cum ipsa decem virgines sub eadem regula victurae, cupientes coelibem vitam ducere, et omnipotenti Deo pro viribus et sicut regula eiusdem conventus praecipit deservire. Huius puellae ingressus et assumptio monasticae vitae non solum a sapientibus, verum etiam a simplicibus rurensibus laicis reputabatur initium fuisse totius mali et ruina regni Bohemiae[49]. Cuius instinctu seu consilio rex Otakarus allectus ista fecerit vel facienti consenserit, quia inter sublimes personas versatur factum[50], ad enarrandum 50

37) Observandum hoc tempore Rudolfum a Linz urbe usque ad Viennam progressum esse, quam die 18. Oct. obsideri coeptam per quinque hebdomades obsessam tenuit Rudolfus. Vide Chron. Austriae apud Rauch II. 38) De hac fame vide Chron. Salisburgense. 39) In castris ante Viennam pax facta est, ut probat Fridericus Salisburgensis in litteris ad papam datis, Pubitschka IV, 2. 420. Otakarus in epist. 30 apud Dollinerum dicit concordiam apud Danubium initam esse. 40) Gutam. 41) Hartmannus. 42) Kunegundim. 43) Werneri archiepiscopi Moguntini, Friderici Salisburgensis, Bertholdi Babenbergensis, Leonis Ratisbonensis, Petri Pataviensis, Conradi Frisingensis, Brunonis Brixiensis, Dietrici Curcensis, Iohannis Chymensis, qui exstant in regum praecepto dato 26. Nov. 1276. M. G. Legg. II, 408. 44) Pacis leges conscriptae sunt in tabula in castris ante Viennam 21. Nov. 1276, mediantibus episcopis Bertholdo Herbipolensi et Bruhone Olomucensi et Ludovico comite palatino Rheni et Ottone marchione Brandenburgensi. In quo praecepto leguntur haec, *Dominus O. rex Boemiae cedit simpliciter et precise omni iure quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus cuiuscumque conditionis existant, Austria videlicet, Styria, Carinthia, Carniola, Marchia, Egra et Portu Nahonis.* Mon. Germ. Legg. II, 408. 45) Quae omnia in una eademque pacis tabula composita sunt, itaque huic auctoris narrationi minime videtur fides habenda. 46) Litterae quibus Rudolfus investiebat Otakarum Bohemia et Moravia datae sunt Viennae 25. Nov. 1276. Boczek IV, 183. 47) anno 1265. natam; cfr. supra. 48) Quod sponte fecit Kunegundis, si Franciscum audis ap. Pelzel et Dobrowski II, 29. 49) Quod vix credendum, quum diebus 6. Mai. et 12. Sept. 1277. mutatis quibusdam conditionibus inter Rudolfum et Otakarum pax denuo firmata est; cfr. Böhmer p. 84. 88. Quam belli causam a nostro falso allatam esse iam probarunt Lambacher I, 208. Palacky II, 267. 50) Kunegundim reginam innuere videtur, quam belli auctorem fuisse monachus Fürstenfeldensis et post eum multi alii narrarunt.

1277. difficile manet. Nec in aliis defuit hostis antiquus, qui fraudis suae fomenta subministrans et semina discordiarum spargens, irretire non desinit humanum genus, qui etiam in tantum succendit animum regis Otakari ad belli studium, ut obliviscens omnium promissionum suarum, quas pollicitus est electo Romanorum, vix diem expectat, quo in ipsum suam possit effundere iram. Mittit ad eum literas[51] magis rixam provocando, quam pacis osculum offerendo. Eodemque anno molendinum ventosum est erectum in orto Stralioviensi.

1278. Anno Domini 1278. 5. Kal. Iulii rex Otakarus profectus est ad expeditionem contra Rudolfum electum versus Moraviam, reseditque in Brunna, expectando duces Poloniae[52] et militiam ipsorum, nobiles etiam Bohemiae atque Moraviae, quorum auxilio sperabat se victoriam obtinere, et terras sibi ablatas iterum dominio suo subiugare. Non attendebat intra se dubium esse eventum belloruin; varius est enim eventus in praelio, et nunc isti, nunc illi praevalent bello, et quem premunt sua fata, hunc continuo nolentem ducunt, volentem trahunt. Collectis itaque exercitibus processerunt ad Lavam, ibique immorati sunt, quamdiu poterant [53] pabulum pro equis et victualia per spoliationes pauperum habere[53]. Deinde venientes applicuerunt munitioni quae dicitur Drozndorf, et ibi metati sunt castra, et vallaverunt praedictam munitionem, et locaverunt machinas et alia varia instrumenta ad expugnandum. Videns quoque haec quae fiebant Messover[54] miles strenuus, qui praeerat eidem munitioni, quod resistere nequiret, subdidit civitatem, se etiam ipsum et omnia quae possidebat dominio regis. Cumque haec innotescerent electo Rudolfo, iam enim dudum collegerat multitudinem copiosam Ungarorum, Comanorum, Suevorum, Saxonum, Australium, Stiriensium, [56] Coloniensium, Renensium[55] et aliarum diversarum nationum, et transfretato Danubio[56] venit in occursum eius. Rex autem Otakarus iam erat circa eum locum, qui dicitur vulgariter Usadwora Lova Lovistie, et est mons nemorosus circa flumen Moravam. Interea electus Rudolfus, ut vir providus et prudens in rerum discrimine, sciens arcum suum tendere et relaxare tempore opportuno, comperiens per exploratores suos, quod rex cum exercitibus suis nullam spem haberet de adventu inimicorum, et essent dispersi huc atque illuc, sicut consuetudo Bohemorum est, causa praedae rapiendae, et rege cum paucis commorante, repente irruit cum exercitibus suis super inprovisos et inermes, et in modum semicirculi per ordinatas acies circumcingens eos multitudine innumerosa, contrivit tentoria ipsorum et exercitum eorum, et cecidit super militiam regis Otakari formido et pavor in magnitudine brachii electi Romanorum, et perterriti ac nimium stupefacti non valentes resi-
Cosmas. stere potentiae ipsorum, fugiunt, sicque fieri solet, ut quando homines prae timore fugiunt, etiam ad motum aurae pavent et ipse pavor timorem eis auget; in Rudolfi exercitus fugientes insecuntur forti et armata militia, et quosdam interfecerunt, quosdam vulneraverunt. Nobiliores vero multi Bohemiae, Moraviae et Poloniae capiuntur ab eis, circumdati ex omni parte et velut sues in stabulo conclusi; eliguntur potiores, ditiores et meliores, et deducuntur ad oppida et munitiones, et reclusi in carceribus, in manicis ferreis et compedibus, gravissimis cruciatibus et poenis variis torquebantur, ut darent pecuniam non modicam argenti et auri detentoribus suis. Captivi vero videntes se undique angustiis et tribulationibus ac cruciatibus magis magisque affici, nec aliquo remedio vel auxilio evadere manus persecutorum, quibus pecunia deposita deerat, vendentes bona progenitorum suorum, redemerunt se ipsos cupientes vitam conservare. Et quid est, quod non daret homo imminente cervicibus gladio? Quis in angustia constitutus non libenter daret pro se quidquid haberet? Nonnulli etiam fugientium sperantes se praesidio fugae evadere hostium persecutionem, se ipsos praecipitaverunt [57] in flumen Moravam, quia circa ipsum fluvium conflictus pugnae gerebatur[57], et mox suffo-

51) quas scripsit Podiebradi die 31. Oct. 1277. de Witegonidibus, quos Rudolfus sua cum Otakaro pace comprehensos esse statuerat. Cfr. Dolliner p. 79. 52) Vide Otakari litteras ad Poloniae duces apud Dollinerum p. 93, quibus eos ut sibi auxiliam ferant invitat. Sed suppressa sunt nomina. Cfr. quod ibidem de Otakari sociis observavit Dolliner. 53) Circa festum S. Iacobi i. e. 25. Iul. intravit Otakarus Austriam teste Heinrico de Heimburg. 54) Stephanus de Mizow apud Heinricum de Heimburg. 55) Minime ex imperii principibus tam multos, quam auctor videtur opinatus esse et Lambacher ex tabula quadam sibi persuadebat, Rudolfo in auxilium venisse probavit Böhmer p. 95. Praeter episcopos Saliaburgensem et Basiliensem et comitem Zollerensem fuisse paucissimos Saliburgensis chronici auctor docet. 56) Quod factum est Heimburgi die 14. mensis Augusti teste eodem chronico. 57) Hanc pugnam satis accurate descripsit Iohannes Victoriensis II, 4. Locus quo proelium commissum est ab aliis aliter est descriptus; oppidum Marchae, campus Gansserfeld, Stilfrit, campus Ydungspeugen circa Marchiam, campus Marchveld modo ab hoc modo ab

cati sunt[57]. De interitu autem regis Otakari nihil certi dicere possumus, quia diversi diversa 1278.
dicunt, et sic multis haesitantibus vulgo proclamatur, quod infra exercitus delituit et amplius
non comparuit[58]. Capta est autem praeda innumerabilis a parte regis Rudolfi in curribus 58
partis adversae, in auro, argento, cifis, scutellis argenteis, balkinis[59] et aliis clenodiis et di-
versis rebus, ornatu capellae regiae, armis, nobilium dextrariis et aliis equis maioris et mino-
ris valoris, cuius damni et iacturae rerum ratio humana aestimationem computare non va-
let. Factus est autem timor magnus et turbatio per universam Bohemiam et Moraviam,
qualis non fuit ex o, ex quo regnum Bohemiae sumpsit initium. Nam spolia multa et infi-
nitae excussiones ecclesiarum perpetratae sunt in monasteriis monachorum, cruceferorum,
sanctimonialium, in domibus fratrum minorum et aliarum diversarum religionum[a] collegiis.
Theutonici, expulsis et eiectis atque per colla extrusis de Insula monachis, commorati sunt
in claustro[60] sex septimanis, et omnia victualia, quae comparata fuerunt ad usus monacho- 60
rum, qui ibidem Deo sedulum exhibebant officium, et orationes suas incessanter pro bene-
factoribus et salute vivorum Deo non desinebant fundere atque defunctorum, expenderunt.
24 villas eidem monasterio spoliaverunt in mobilibus et in immobilibus, ita ut nec pilus nec
granum posset inveniri. Quid dicam de aliis religiosorum domibus? In Corona[61], quae erat
nova aedificatio domus, nec signa possunt ubi domus monasterii constructa erat inveniri.
Quid dicemus de griseis in Ossiek, in Brzewnow ordinis sancti Benedicti, de dominabus in
Teplicz et in Swietecz[62]? Omnes in dolore et amaritudine paribus cruciatibus et similibus
doloribus afflicti sunt. De remotioribus monasteriis a civitate Pragensi quod similia per-
pessi sunt loqui non audeo, quia multa graviora. Ex quibus Wylemow[63] potissimum laesum
est, quia circa ipsum rex Rudolfus cum omni sua potentia bis stetit[64], et Brandeburgensis 61
marchio et duces Poloniae convenerunt. Incendia etiam innumera per totam Bohemiam
facta sunt per villas et urbes, pauperum spoliationes in pecoribus, iumentis et caeteris ani-
malibus ac altilibus diversi generis, in vestibus, in frumento et pabulo quadrupedum. Facta
est autem distractio regni Bohemiae et divisio iuxta placitum et voluntatem regis Rudolfi
electi Romanorum. Branburiensis marchio obtinuit Pragense castrum cum maiori parte
Bohemiae, dux Poloniae[65] Kladsko provinciam, regina partem cum filio Wenceslao. Et im-
pletur illud euangelicum: *Omne regnum divisum desolabitur.* Adhuc Bohemis peiora in Matt. 12,25.
futurum vanae mentis praestigia augurantur. Moravia etiam in plures partes fertur esse
distracta[66]. Proh dolor! quanta anxietate, quantaque commotione Bohemia et Moravia agita-
tae sunt, nec ego nec pluralitas facundiorum hominum valet explicare. Eodem anno
12. Kal. Novembris obiit Iohannes Pragensis episcopus vicesimus quartus. Hic vicem sedis
pontificalis gerens rexit ecclesiam Pragensem annis 22.[67] Erat enim forma spectabilis, in- 67
cognitis formidabilis, domesticis affabilis, veritatis imitator, iustitiae sectator indefessus, in
iudicio providus, in universa morum honestate praeclarus et qualitate incomparabilis, moe-
rentium pius consolator, hospitum et peregrinorum benignus susceptor et visitator. Facun-
dissimus in eloquentia utriusque idiomatis Bohemici et Latini, lucerna lucens in mundo et ar-
dens non sub modio, sed super candelabrum posita, illuminabat corda hominum verbo veritatis,

a) *coniectura Dobrowskii*, legionum 2.

illo rerum scriptore affertur, quorum testimonia accurate collegit Böhmer Reg. p. 95. Commissum est proelium die 26. m. Aug. 1278; ut ipse Rudolfus ad papam scripsit crastino b. Bartholomaei castra posuit haud procul ab Otakari exercitu; mane feriae sextae subsequentis ad arma ventum est, in die Veneris, ut habet Heinricus de Heimburg. 57) quod probat Rudolfus in litteris ad papam. 58) Apud monachum Fürstenfeldensem ap. Böhmerum Fontes rer. Germau. I, 8. legimus Otakari cadaver positum esse in loco edito, *ne fiat anceps de eo opinio praesentibus et futuris et dicant eum esse sublatum.* Rudolfus in litteris ad papam datis 92 ap. Bodman. hoc de inimico posteritati reliquit testimonium: *More et animo giganteo, virtute mirabili se defendit, donec quidam ex nostris militibus ipsum mortaliter vulneratum una cum dextrario deiecerunt; tunc demum ille rex magnificus cum victoria vitam perdidit.* Vide etiam vitam Wilbirgis apud Pez II, 263. 59) i. q. baldekinus, stragula vestis pretiosissima ex auri filis et serico facta. 60) Ostroviensi. 61) Güldenkron. 62) Schwatz in circulo Leitmericensi. 63) Monasterium sancti Benedicti Willimow in circulo Czaslaviensi. 64) Quod sine dubio factum est a 1278. mense Sept. vel Oct. quum Moraviam et Bohemiam intrasset. 65) Heinricus IV. dux Vratislaviae. 66) Ad res publicas administrandas Moravia a Rudolfo rege inter Olomucensem et Basileensem episcopos divisa est, quod probat annalium scriptor Zebredowicensis coaevus, ex cuius libro fragmenta dedit Boczek in commentatione Mähren unter König Rudolf I. Abh. der königl. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften. Neue Folge IV, 25. 67) Annus vicesimus primus non est expletus, vide supra ad a. 1258.

443. Leo papa multos in Urbe Manicheos inveniens publicavit et correxit. Sanctus Brictius Turonensis episcopus obiit; cui sanctus Eustochius successit.

444. Atila rex Hunorum Bleddam fratrem interfecit, et eius populum sibi subiecit. De huius anni pascha Proterius et Pascasinus Leoni scribunt.

446. Brittanni contra Scottos et Pictavos[a] ab Ętio et Romanis[b] petunt, nec impetrant.

447. Eutices Constantinopolitanus heresim condidit, et suffragante Theodosio imperatore, et Dioscoro Alexandrie episcopo, Flavianum Constantinopolitanum episcopum multis iniuriis affecit.

448. Theodosius Leonem papam pro Euticete ad se vocat; qui a populo Romano venire prohibitus, nuntios mittit.

449. Theodosius imperator orientis moritur.

450. Marcianus cum Valentiniano annos 7. Ętius cum Romanis, Gothis auxiliaribus, Attilam superavit.

451. Attila Aquilegiam vi magna cepit; cum quo Valentinianus pacem fecit.

452. Hoc tempore quarta synodus 630 episcoporum in Calcedone congregatur sub Leone papa contra Eutices. Attila Hunorum rex moritur.

453. Valentinianus Ętium patricium Romano populo utilem manu sua occidit.

454. Valentinianus ab amicis Ętii in campo Martio occiditur; pro quo Maximus menses 2 regnavit, et a militibus occiditur. Post quem Avitus sumpsit imperium. Eodem anno Gensericus Romam opibus cunctis expoliat.

455. Avitus imperium Placentiae deposuit; post quem Maiorianus regnavit. Hucusque Prosper cronicam suam perduxit.

456. Martianus imperator orientis obiit. Ab hoc anno Victorius paschalem circulum, sed mendosum, inchoat, iubente papa Hylario.

457. Leo annis 17 orienti imperat. Maiorianus imperator occidentis in Affricam movit procinctum.

458. Hoc tempore Theodorus Cyriae episcopus clarus habetur.

460. Ricimer Maioriano occiso Severum[c] constituit.

463. Rex Alanorum Beorgor a Ricimere patricio victus interiit.

464. Severus fraude ut aiunt Ricimeris, veneno periit.

466. Antemius imperator occidentis a Leone mittitur.

467. Marcellinus in Sicilia occiditur.

468. Arabundus imperium temptans, ab Antemio in exilium mittitur.

469. Romanus imperium affectans decollatur.

470. Sanctus Remigius Remorum archiepiscopus ordinatur anno aetatis 22. Aspar affectata tyrannide, Constantinopoli a Leone occiditur.

471. Ricimer Antemium imperatorem cum gravi clade Urbis occidit, et Olibrium constituit; ipse periit.

472. Olibrius imperator septimo mense moritur; pro quo Glicerius. Leo Leonem regni consortem fecit

473. Leo senior obiit; pro quo iunior Leo paucis mensibus regnavit. Rome Glicerio Nepos successit.

474. Zenon annis 17 orientem rexit. Oreales Nepotem fugavit, et filio suo Augustulo imperium dedit.

475. Odoacer rex Torciligoorum et Rugorum cum multis barbarorum auxiliis Italiam veniens, Orestem et Paulum fratres occidit, Augustulum exilio dampnavit, et Romam obtinuit, anno a conditione eius 1229.

476. Odoacer Romae invito Zenone regnat.

477. Hoc tempore corpus Barnabae apostoli, et euangelium Mathei stilo eius scriptum, ipso revelante euangelium, reperitur.

480. Odoacer in Dalmatiis Odiciam vicit et peremit.

481. Theodoricus, Theotmari filius, rex Ostrogothorum, Zenoni augusto familiaris efficitur.

483. Zenon Theodoricum consulem et magistrum militum fecit.

484. Hoc tempore Honoricus rex Wandalorum plus quam 334 episcopis exulatis, catholicos impietate Ariana persequitur.

486. Odoacer Febem regem Rugorum vicit et cepit.

488. Theodoricus permittente Zenone Italiam venit, et Odoacrum duobus preliis superavit.

489. Theodoricus Odoacrum tercio certamine victum, apud Ravennam obsedit.

490. Odoacer nocte egressus, quarto prelio vincitur a Theodorico.

491. Anastasius annis 28.

492. Theodoricus Odoacrum insidias sibi molientem interemit; et ipse occidentis regnum 20 annis tenuit.

497. His temporibus Boetius consul Romae plurima ingenii sui monumenta preclara scripsit.

498. Ludowicus, qui et Chlodoveus[d], rex Suagrium, Egidii filium, principem Romanorum, bello vicit et peremit. Isauri, occiso Lilingue duce eorum, ab Anastasio victi trucidantur.

499. Theodoricus Romam venit, multaque miranda aedificia ibi construxit.

501. Theodoricus aquam Ravennam perduxit.

502. Italia Sirmium accepit, victis a Theodorico Vulgaribus.

505. Fulgentius clarus episcopus his temporibus.

506. Theodoricus victis Francis Gallos[e] subiecit.

507. Ludowicus rex Alamannos[f], divinum invocans auxilium, bello vicit atque subiecit.

509. Sub hoc Anastasio diversis ubique bellis Romanus populus fatigatur.

511. Vitalianus cum Scytis adversus Anastasium rebellat.

512. Clerus et populus Romae pacificantur.

513. Theodoricus filiam suam Amalsuiltam Eutharico dedit.

515. Vitalianus sepe milites Anastasii vincens, ipsum irridens asprevit.

517. Anastasius heresi favens Euticetis, et catholicos persequens, divino fulmine periit, maior octogenario.

518. Iustinus maior annis 8. Iustinus plurimos regno suo inhiantes occidit, et cum Vitaliano fedus percussit; quem tamen postea occidit.

521. Theodoricus sanctum Iohannem papam carceris afflictione peremit, Symachum patricium occidit.

a) auxilium *omissum est.* b) pacem *inserit cod.* B 2. c) Severo constituitur B. *excepto* B 4[b]. *in cod.* B 2. *correctum est:* cum Severo constituitur. *Sed in* A 1. *manus paulo recentior in loco raso scripsit:* R. gener Antemii M. o. iuxta flumen Hyriam post 4 annos, et apud Ravennam Severum constituit, et augustus appellatur, qui et post 4 annos obiit. d) *manu subaequali superscriptum, sed in solo Mellicensi.* e) Galli A 1. f) Alamannorum B 4[b].

siae, cupientes electionem suam omnium virium suarum nisu ad effectum perducere, compi- 1278.
lato decreto iuxta formam electionis praehabitam, et sigillis omnium canonicorum munito, per solemnes nuncios, Gregorium magistrum et decanum Pragensem, Alexium praepositum Olomucensem ac Theodricum canonicos Pragenses, viros utique honestos et providos, praesentarunt metropolitano, sedis Maguntinae archipraesuli[71], petentes multa precum instantia 71
humiliter et devote, quatenus electionem per capitulum Pragense celebratam, excusantes etiam absentiam electi, tum propter viarum discrimina, quia eo tempore commotio maxima et turbatio erat per totum regnum Bohemiae pro interitu regis in spoliis et oppressionibus, tum etiam propter distantiam locorum, solita pietate dignaretur misericorditer confirmare. Effuderunt et alias eiusdem negotii duas necessarias petitiones coram reverendissimo archipraesule, humiliter exorantes, quatenus vices suas dignaretur committere honorabili viro Brunoni, Olomucensi episcopo, ut in presbyterii gradum electum ipsorum promoveret, et cum aliis duobus coepiscopis vicinioribus sibi adiunctis ad episcopalis gradus dignitatem consecraret. Metropolitanus itaque, sicuti vir prudens et discretus, studiosius cum suis canonicis et aliis peritis in iure canonico viris, examinato regulariter et canonice decreto, nullaque comperta in eo reprehensionis nota, sciens misericorditer compati necessitatibus subditorum, quia etiam constabat sibi alias de malo statu terrae Bohemorum, et etiam propter viarum discrimina non posse commode venire ad praesentiam suam electum Pragensem, petitionibus ipsorum iustis acquiescens, considerans etiam, quod absenti electo confirmatio si quam faceret invalida fieret, Olomucensi episcopo iuxta formam petitionum committit vices suas, quatenus requisitis et inspectis omnibus articulis et articulorum circumstantiis, quae ad negotii qualitatem pertinent, confirmationis et in gradum sacerdotii promotionis atque consecrationis electo in Pragensem episcopum munera seu benefici largiatur. Sic namque nuncii capituli Pragensis assecuti circa archiepiscopum Maguntinum complementum petitionum suarum, iuxta propositum voluntatis suae exhibitis habunde gratiarum actionibus, benedictione accepta laeti in Bohemiam remearunt. Venientes autem in urbem Pragensem, ab electo et ab honorabili coetu canonicorum et clericorum 11. Kal. Ianuarii cum gaudio sunt recepti.

Anno Domini 1279. Nonis Ianuarii Thobias electus Pragensis, praemissis nunciis cum 1279.
litteris commissoriis ad honorabilem virum Olomucensem episcopum super confirmatione suae eclectionis ex parte archipraesulis Maguntini, proficiscitur versus Moraviam cum honorabilibus viris Gregorio magistro et decano Pragensi, Alexio praeposito Olomucensi atque Theodrico, canonicis Pragensibus, sequentibus ipsum et aliis etiam capellanis minoris et maioris gradus, et secularium nobilium virorum cum multo comitatu, inveneruntque Olomucensem in civitate episcopali nomine Ostrawa[72], quae est sita ultra Opaviensem provinciam 72
in metis Poloniae et Moraviae. Quos Olomucensis intelligens adventasse, honorifice suscepit, et gratiose tractat ac benigne[73]. Nam moris eius fuit semper et est adventu hospitum congaudere; imitatur enim authoritatem quae dicit: *Nobilium virorum speciale solatium est, quacunque terrarum parte advenientes hospitio recipere et benigne contrectare, et si quis motus zelo pietatis recipiat extraneos, succensus amore caritatis magis fervescit in propinquos.* Apertis itaque negotiis suis et oblatis literis commissoriis, petivit[74] humiliter, quatenus iuxta formam in commissione sibi traditam procederet in promissis. Olomucensis autem iustis petitionibus ipsorum et honestis aures patulas accommodans, sciens lassis in labore compati, moestis solatium inferre, quantocius possit promittit mandatum sibi iniunctum effectui mancipare. Habebat autem eo tempore collegam episcopum Basiliensem[75] sibi iunctum ad peragendas regales legationes Rudolfi electi Romanorum. Eodem namque Basiliensi episcopo ad executionem commissi assumpto, secundum formam sibi traditam processit ad examinationem, et de circumstantiis diligenter ac studiose inquisitionem faciens, de contingentibus, quae ad executionem huius negotii pertinent, nihil obmittens, perduxit ad effectum. Hiis ita rite omnibus peractis, invocato Iesu Christi nomine, confecto et dato privilegio confirmationis, authoritate sui metropolitani 15. Kal. Februarii electionem Thobiae in episcopum Pragensem regulariter et canonice per capitulum Pragense celebratam confirmavit. Eodem anno 9. Kalendas Martii[76] profectus est Thobias electus, assumptis ex honorabili 76
coetu Pragensis ecclesiae viris providis et eminentioris discretionis atque literaturae peritio-

71) Wernero. 72) Ostrau. 73) Vide laudes Brunonis plenissimas quas ex codice Carthusiano Olomucensi dedit Richter p. 84. 74) Tobias. 75) Heinricum, quem una cum Brunone Moraviae praefecerat Rudolfus. 76) Error; hoc ante diem 18. Febr. factum esse ex sequentibus patet.

1279. ris[a], videlicet m gistro Gregorio, decano Pragensi, Thoma praeposito, Gotfrido praeposito, Vernhero, Ulrico, Alexio, Theodorico, Petro, Sdeslao, Benessio, canonicis Pragensibus, et aliis capellanis episcopalis curiae, omnibus, pretiosissimo indumento vario subducto, vestitis plenarie et pellibus magdurinis — nobiles etiam, milites domicellosque curiae suae superiores, mediocres et infimos vestivit ex integro cuiuslibet vestimentis, videlicet sagitta circumflexa in auribus signo primogenitorum suorum insignito — in Moraviam, in Brunnam civitatem ad venerabilem virum Brunonem Olomucensem episcopum, ibique promotus est in gradum sa-
77 cerdotii per honestissimum virum, multa laude dignum, Secoviensem episcopum Kal. Martii[77]. In crastino namque consecratus est in episcopum Pragensem tituli a venerabilibus viris Bru-
19. Febr. none Olomucensi, Secoviensi, Basiliensi episcopis in dominica qua cantatur ***Reminiscere,*** in domo praedicatorum et ecclesia sanctae Mariae virginis. Indulgentia autem die ipso data est annus et 40 dies. Eodem die dedit omnibus advenientibus tam invitatis quam ex propria voluntate advenientibus refectionem sollemnem, et permagnificum celebravit convivium, ita ut merito dies iste eius natalitius debeat in anni cuiuslibet circulo vocitari. Recepto itaque consecrationis charactere pontificalis dignitatis, et peracto magnifico sui natalitii convivio, omnibus sanitate et incolumitate perseverantibus, laetum ad propria reversum cum magno tripudio totus conventus Pragensis[b] et aliorum, tam claustralium quam secularium tam civitatensium clericorum, cum ingenti gaudio, utpote filii tristes adventum desiderantes sui patris, cantantes: ***Ecce sacerdos,*** clerici, seculares: ***Hospodin pomiluy ny,*** in ecclesia montis Syon cum vexillis et processionibus receperunt 4. Kal. Martii, durante adhuc proh dolor! malo statu regni Bohemiae, qua de causa purchgravii, qui praeerant urbi Pragensi, non praesumpserunt dominum Thobiam episcopum volentem ingredi intromittere, magna multitudine ipsum comitante. Omnipotens conditor et gubernator totius orbis, qui vos ad pontificale decus[c] vestris meritis conscendere statuit, ipse vobis pro reportato lucro de creditis ovibus
25. Mart. coronam gloriae impertiri dignetur. Eodem anno sabbato ante palmas, quo die tunc occurrebat annunciatio beatae Mariae virginis, domino Thobiae Pragensi episcopo, volenti celebrare missam primam post sui episcopatus consecrationem in kathedrali ecclesia sancti Viti, denegatus fuit introitus castri Pragensis per purchravios, qui rem publicam terrae Bohemorum a simplicioribus et ratione tardioribus gubernare videbant[d], sed ut verius dicam, destruere ipsam nitebantur. Sollemnia missae annunciationis gloriosae Virginis celebravit in ecclesia montis Syon non sine sulcatione frontis ruga non modica; ratione tamen iusta et pia movebatur, ut ibidem officia beatae Virginis perageret, quia eadem ecclesia in honore beatae Mariae consecrata, et ecclesiae amplitudo, latitudo atque longitudo, nec non et operis ut Salomonis templi pulchritudo, sed et hominum copiosa veniens multitudo ipsum inducebant. Quanta autem confluentia ad primae missae celebrationem clericorum, nobilium, baronum, militum, civium, laycorum, rurensium, mulierum maritatarum, begynarum, viduarum, infantum, iuvenum et virginum congregata fuerit, si eadem multitudo armis vestita fuisset, confoederata omnium voluntate in unam Pragensis civitas durante sponsionis voluntate inexpugnabilis per multa temporum momenta inconvulsa permaneret[e]. Ipso namque die beatae Virginis canonicis Pragensibus et omnibus clericis in abundantia piscium, vini et medonis fuit in domo domni episcopi ministratum.

1280. Anno Domini 1280.[78] autumnus calide exivit, sed hyems aspera fuit et nivosa, quae
23. Mart. asperitas duravit usque ad annunciationem beatae Mariae, et post dissolutionem nivis aquarum magna inundatio facta fuit infra 20 dies, ita quod molendina non poterant prae nimia abundantia aquae infra dies praedictos ad propria loca reduci et debito modo collocari. Eodem etiam anno magna caristia fuit omnium rerum, in annona, in carnibus, in piscibus, in caseis, in ovis, ita quod nonnisi duo ova gallinarum vix poterant pro denario comparari, multis tamen adhuc recolentibus, quia non multum retroactis temporibus 50 ova pro denario emebantur in Pragensi civitate. Eodem anno 7. Kal. Decembris treugae positae
78 sunt inter Ottonem, marchionem Bramburgensem, et nobiles terrae[79], sed a multis magis sperabatur pax facta fuisse, quia ab eo tempore cessaverunt malefactores a gravaminum

a) peritiores 2. b) *da legendum*; a toto conventu Pragensi 2. c) *recentior manus hic inserwit* non 2. d) videbantur 2. e) permanereut 2.

77) Observavit Pubitschka IV, 2. p. 471. legendum est anno 1280. vide infra. Codex numerum 1282 esse 12. *Kal. Mart.* quum dies dominica Reminiscere inciderit in diem 19. Febr falso exhibet. 78) Legendus stituta est, quum alteram in Bohemiam expeditio-

illatione, a spoliatione, ab ecclesiarum violatione, a pecorum et iumentorum abductione, ab 1280.
hominum detentione et tormentorum affectione, a saccorum, mattarum et lecticarum vestitione. Nec fuit hoc anno seminatum ad hyemalia, nisi in remotis partibus a Pragensi civitate, et si fuit seminatum, tamen modicum, et ideo valida fames cruciabat pauperes, et multi egentium fame oppressi decesserunt. Eodem anno Pragae in summo coeperunt omnes campanae pulsari in Nonis Ianuarii[80], quae infra biennium non pulsabantur multis de causis, 1281.
cum nec custodes nec campanarii ecclesiae Pragensis intromitterentur in castrum ad peragendum in ecclesia officium suum. Imo quod magis est, nec vicariis nec etiam ipsis canonicis Pragensibus, volentibus Deo debitum officium persolvere, introitus castri praebebatur, exceptis paucis, videlicet Andrea solo sacrista et canonico Pragensi, Chwalecio cantore, Georgio subsacrista, patre ministro altaris sanctae Mariae et vicario, magistro Gregorio licet decanus eiusdem ecclesiae extitisset, tamen frequenter fuit sibi introitus urbis denegatus.

Anno Domini 1281.[81] 8. Idus Martii Thobias, Dei gratia Pragensis episcopus, celebravit 81
ordines in ecclesia Pragensi primos a sui episcopatus ordinatione. Erat autem consecrandorum multitudo copiosa, quae consecratio initiata a mane vix poterat toto die finiri, ita tamen quod in crastinum sacerdotibus tunc consecratis communicatio eucharistiae est translata. Eodem die magister Gregorius, Pragensis decanus, in presbyterum est ordinatus. Et licet contra eundem dominum episcopum multae subcrescerent hiis temporibus curae seculi et diversarum turbationum fluctuationes, alienationes possessionum episcopalium et spoliationes bonorum episcopatus et pauperum suorum innumerae, ita ut ad sustentationem suam et curiae suae ab aliquibus vix putaretur victualibus posse sufficere, tamen in crastino post promotionem clericorum in dominica qua cantatur *Reminiscere*, in die anniversario consecrationis suae, non parcens laboribus suis, quos perpessus fuerat in consecratione clericorum, et expensis, iuxta consuetudinem antecessorum suorum posuit cereum episcopalem in ecclesia Pragensi, continentem 220 libras cerae, ad honorem et laudem beatorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti, pontificatus sui anno tertio. Celebravit et officia missae personaliter eodem die, ministravitque refectionem largissime canonicis Pragensibus et aliis quibuscunque advenientibus in abundantia piscium diversi generis, vini et medonis copia abundanti.

8. Kal. Iulii anni praeteriti[82], hoc est in vigilia sancti Iohannis baptistae, pluvia descen- 1280.
dit post meridiem in maxima quantitate, quae multa et grandia damna intulit, subvertendo funditus aedificia murorum in Pragensi castro circa ecclesiam sancti Georgii, murum castri versus aquilonem funditus evulsit et in Bruscam rivulum impetu suo deiecit. Item in ecclesia Pragensi testudines claustri in longa via versus aquilonem omnes confractae, et dimidia parte ambitus claustri et refectorium[a] cum muro castri mota sunt de loco suo, et omnia ruinam minantur. In sylvis circa rivos decurrentes per pluviae impetum arbores infinitae radicitus evulsae sunt, immo sed et montes et speluncae innumerae corruerunt ex abundantia et vehementia aquae pluvialis, quot aedificia — muri vinearum, domus in civitate Pragensi infra muros extra computari non possunt — secum traxit et deduxit in flumina! Vias publicas et alias stratas in decursu suo erasit et effodit tanquam fossata circa munitiones castrorum, alicubi in profunditate sex cubitorum, in latitudine 12, et sic de singulis secundum maius et minus. In campis ante moenia civitatis in loco qui dicitur na Skitine tanta fuit congregatio aquarum, quod naves tanquam in Tiberi vel Danubio possent a nautis deduci, et haec aqua

a) refectorio 2.

nem Rudolfus fecisset anno 1280, qua tandem effecit ut Otto marchio ab armis discederet, quod probat Heinricus de Heimburg. Cfr. Chron. Osterhov. ap. Rauch. I, 516. et Chron. Austriac. ib. II, 276. Ipse Rudolfus die 18. Nov. 1280. adhuc in castris erat in circulo Czaslaviensi positis. Böhmer Reg. p. 104. Quibus etiam probatur, quae hic leguntur minime a. 1282. sed a. 1280. facta esse, quod observavit Palacky II, 329. 80) Quod minime eodem sed sequente anno 1281. fieri potuisse ex ipsa narratione satis patet, et vel inde apparet, quod Tobiam episcopum Pragensem ecclesiam adire mens. Februario 1279. vetitum esse supra legitur; quod exsilium biennium durasse hoc loco videmus. 81) Quae hinc usque ad finem sequuntur, si ad chronologiam spectes, turbata et librariorum ex parte incuria disiecta sunt; at quae hoc loco usque ad verba *copia abundanti* leguntur, revera ad annum 1281 esse referenda, hoc potissimum mihi persuadetur quod annus tertius Tobiae episcopi numeratur (cfr. 1278.), et quod episcopum et canonicos quominus ecclesiam Pragensem intrarent usque ad 5., Ian. 1281. fuisse impeditos auctor paulo supra narrat. 82) i. e. 1280. quem inundationibus et tempestatibus abundasse docet Chron. Austriac. ap Rauch. II.

1280. defluens ad ecclesiam sancti Petri in vico Theutonicorum, intulit multa damna, subvertit muros curiae ipsorum, defluens in ecclesiam deiecit magnam copiam annonae, quam reservaverant parochiales metu guerrae, quae eo tempore gerebatur inter Ottonem marchionem Bramburgensem et barones regni Bohemiae et cives Pragenses. Inde descendens fluvius pluvialis traxit secum duodecim domos, et deduxit in flumen Wltavae; et quam plura mala contigerunt ex eiusdem pluviae decursu, longa serie verborum non possent explanari. Nec est etiam obmittendum de impetu ventorum, qui eodem anno 3. Non. Decembris, hoc est in die beatae Barbarae, orti, sua vi et impetu veloci deiecerunt de turribus gravissima et firmissima aedificia. In turri quae dicitur ad maiorem portam Pragensis castri primum aedificium, secundum aedificium contra domum domini episcopi et curiam, quae vocabatur antiquitus turris episcopalis, aedificata in fronte castri opere firmissimo et artificioso, decidit in terram. Tertium aedificium in turri circa pedem pontis de nobili et fortissimo opere vi ventorum detrusum corruit in terram. De aliis minoribus aedificiis in turribus munitionum aedificatis seu propugnaculis specificare non possumus, sed secundum quod veridica relatione cognovimus, 24 aedificia turrium infra castrum Pragense et muros civitatum per vim ventorum corruerunt. Quot domus in civitate Pragensi vi ventorum ceciderunt et extra, numero non est opus. In rure horrea vi ventorum diruta, arbores fructuum et sylvarum, qualia ab antiquis diebus et similia non dicuntur accidisse. Sub decursu temporis impacati quid boni sive mali fecerint in stationibus suis sub monte Petrzin, Spakmannus, Syberk et Sazema cum suis comitatibus, stylo explanari non est necesse, quia sufficienter notata creduntur apud illos, qui molestias diversarum passionum et iacturam rerum pertulerunt. Molendinum in Strahow ventosum vi ventorum funditus corruit et eodem anno reaedificatum est.

5. ANNALIUM PRAGENSIUM PARS III.

1279. Anno Domini 1279.[a] [84] Otto marchio Bramburiensis, tutor Wenceslai ducis, filii Otakari serenissimi regis Bohemorum, et totius regni[85], 7. Idus Ianuarii misit aliquot canonicos Pragenses, capellanos suos, pro inquirendis quibusdam privilegiis regis Otakari. Misit etiam, stimulo cupiditatis et avaritiae tactus, milites et plures Theutonicos sub fraude et dolo, immemor salutis aeternae, iniungens eis occulte, quatenus requirant et experiantur, ubi depo-
86 sita sit pecunia Prosinconis, vulerii[86] et gratiarii regis Otakari et aliorum plurium. Adhuc enim terra Bohemiae eo tempore in malo statu erat, turbabatur spoliis, rapinis, incendiis, ideoque multi seculares et clerici comportaverant res suas, et deposuerant in armario Pragensi, in auro et argento, in cifis, annulis, monilibus et aliis quibuslibet vestibus pretiosis; quia melior et firmior tutiorque recursus non inveniebatur quam sanctuarium Pragensis ecclesiae ad conservationem rerum depositarum[b]. Intrantes itaque sanctuarium Iesu Christi et beatorum martyrum, conculcaverunt ornamenta sacerdotalia, et reliquias sanctorum contaminaverunt et everterunt, attrectantes manibus impiis, quaerentes pecuniae thesauros, putantes licere, quod eis propter loci sanctitatem non licuit. Rapuerunt scrinia, aponderantes cistas graviores, in securi et ascia eas confregerunt. Videntes itaque canonici Pragenses et alii ministri ecclesiae perpetrari tam grave nefas, et profanari ita inhumaniter sancta cum sanctuario filii Dei, nimio dolore tacti cum genuflexionibus et gemitu dixerunt: ***Domine Iesu***
1 Maccab. 3, 51. ***Christe, sancta tua conculcata sunt et contaminata, sacerdotes tui in luctu et humilitate iacent, et ecce, nationes congregatae sunt, ut nos disperdant.*** At illi saxis rigidiores, sicut est saevissima natura Theutonicorum, calore iracundiae succensi, proclivo cursu ad malum prompti, dehonestaverunt ministros ecclesiae, timore Dei postposito, probris et contumeliosis verbis

a) 1282. 2. b) dispositorum 2.

84) Cum a. 1279. hanc narrationem esse coniungendam, quum Otto marchio iam a. 1278. in Bohemiam venerit, testantur Anonymus Zabrdovicensis in libro Brukii Mährен unter Kaiser Rudolf I, Chron. Salisburgense, Austriacum. Si Pulkavam audis ex Otakari ipsius dispositione Otto regni tutelam suscepit.

85) In praeceptis Otto illustris domini Wenceslai in regno Bohemiae tutorem et capitaneum generalem se nominavit. Vid. Palackii comment. Ueber Formelbücher p. 315. 86) Idem videtur esse ac *bladerius*, *wladarius* i. e. bladi venditor, villicus.

et verberibus, trudentes pugno sub barbam; alios percutientes et incomposite trahentes 1279.
eiecerunt, et a sacrista violenter clavibus sacristae receptis, clausis seratisque ostiis, positis custodibus, exiverunt. Deinde intrantes capellam sancti Wenceslai, irruerunt ad sepulcrum eius, perspicientes et palpantes ab omni parte superius et infra, quaerentes pecuniam, cum vix vel nunquam possit inveniri ubi non ponitur. Unus tum ex ipsis Theutunicis, minister dyaboli, instinctu eius subtraxerat furtim thuribulum argenteum in capella sancti Wenceslai, sed divina gratia favente et beatorum martyrum auxilio, nimio timore perculsus, iterum sanum et incolome ministris ecclesiae repraesentat. Deinde tamquam canes indagatores intrantes criptam sanctorum Cozmae et Damiani, currunt per angulos huc atque illuc, et non invenientes numerarunt scrinia, quae ibidem deposita erant, ponderantes per elevationem ponderosiora, signantes studiose, ne mutarentur et leviora locarentur, habita deliberatione pro clavibus, utrum deberent tolli claves et praesentari marchioni aut penes sacristam relinqui. Ad ultimum receptis clavibus a sacrista per vim, criptae et capellae positis custodibus intra et extra ecclesiam ex omni parte, iniungentes eis, quatenus diligenter et studiose custodiant, sicut diligunt lumina capitum suorum servare, recesserunt. Et ita nec libri nec candelae nec aliquis apparatus, qui ad cultum divini officii pertinebat, infra biduum et noctem poterat ab eis obtineri. In crastino namque a radice turpis propositi non digressi, iuxta mandatum eis iniunctum, aperientes ostia, intrant sanctuarium beatorum martyrum, rapiunt infinitam pecuniae quantitatem, et eam illico suo domino repraesentant. Nec erat eis horrendum tale facinus perpetrare, quia iam traxerant in usum in multis monasteriis et aliis ecclesiis similia faciendo, et nisi compescantur per Iesu Christi potestatem a tam sceleratissimis praesumptionibus, humano pudore et correctione non poterunt refrenari. Licet ali.s dicatur: *Non poterit in desertorum propagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correctionem disciplinae subsecuta censura.* Et in legibus imperatorum promulgatum meminimus: *Diffinimus, ut remissionem veniae crimina non semel commissa non teneant, nec in eos augustae liberalitatis referatur humanitas, qui impunitatem veteris commissi non emendationi potius quam consuetudini deputarunt.* O pecunia totius mali regina, fraudis et doli amica, fidei ac animae hostis et inimica, tu iustitiam comprimis, iusta iudicia subvertis, tu es ignis urens, fomes seditiosus, tu hominem a Dei cultura revocas et errare facis, ponens eum in loco erroris et animae perditionis! Te instigante, stimulo cupiditatis et avaritiae accensi Bramburienses rapuerunt aliena, scientes non esse sua, non attendentes, quod in veteri testamento non rapina tantum, imo etiam tenacitas mulctetur, sicut beatus Gregorius exponit Lucae evangelium dicens: *Qua poena mulctandus est, qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur?* Nam et legibus seculi et divalibus constitutionibus prospectum est, nemini per vim licitum rapere rem alienam; quia qui aliquo errore ductus, rem suam esse putans et imprudens iuris eo animo rapuerit, quasi domino liceat suam rem etiam per vim auferre a possessoribus; cum etiam, ne talia ne cogitentur, statuta sit poena, per quam raptores non impune suam exerceant avaritiam. Hoc intelligendum est de re commodata, sive locata, sive impignorata vel deposita. Novimus et canonem latae sententiae in omnes violatores ecclesiarum esse promulgatum, per quem et infamiae nota resperguntur et a legitimis actibus repelluntur, nisi prius satisfactione competenti exhibita a Romano pontifice absolvantur.

Eodem anno 11. Kal. Octobris Paulus Beruth occupavit potentionaliter munitionem domini Thobiae episcopi in Rudnicz et civitatem, et eam suo dominio subiugavit. Occupavit etiam curiam domini episcopi in civitate Pragensi, in qua deposita erat magna copia frumenti, vini, pernarum, caseorum, et suo dominio applicavit. Idem marchio Bramburiensis nulla compunctus pro tam gravi facinoris perpetratione poenitentia, mente adhuc ferina a suo proposito concepti mali non resiliens, dominam reginam serenissimam Bohemorum cum filio Wenceslao unico ac tenello in tempesta noctis, dum cuncta sunt silentia, sopori deditos inquietare non expavit, mandans militibus suis et clientibus, ipsam cum puerulo invitos et renitentes paucis vestimentis indutos deferri ad vehiculum, et deduci in Bezdyez castrum[87] per abrupta viarum et latibula tenebrarum, cum nec sine ingenti timore et pavore competat etiam serenissimo die tam delicatis hominibus huiusmodi vectura prae nimia itineris velocitate. Qualis turbatio cum moestitia cordium, qualis planctus ac gemitus a domina regina et

87) Besig in districtu Boleslaviensi. Vide Petri abb. Aulae regiae chron. c. 9. ap. Dobnerum tom. V.

1279. a filio eius ac universa curia et familia reginae, maxime tamen a dominabus eo tempore habitus fuerit, non credo quod in caede innocentum et filiorum Rachelis similis eiulatus factus fuisse memoretur. Deducentes itaque dominam reginam cum filio sibi karissimo, locaverunt eam iuxta mandatum marchionis in Bezdyez munitione firmissima, in arto loco sub custodia alienigenarum saevissimorum Theutonicorum, omnibus Bohemis ad ipsos introitum penitus denegando, exceptis paucis vix tribus personis, qui victualia et alia necessaria, quae ad sustentationem humanae vitae competunt, eis ministrabant. Et ex illa hora curia dominae reginae et familia eius, quae ad magnam numerositatem creverat tam in domicellis nobilium quam in domicellabus et aliorum militum servorum officialium, imminuta est et dispersa. Videntes itaque barones et natu maiores Bohemiae, dominam reginam cum filio suo ex nimia moeroris anxietate et ingenti doloris afflictione turbatos, cupientes eis aliquod remedium inferre, in colloquio generali celebrato ex parte Ottonis marchionis Bramburiensis, in quo exigebantur ab universis nobilibus iuramenta pro fidelitate servanda, inter caeteros tractatus iidem nobiles petitionibus suis obtinuerunt a marchione, quatenus dominam reginam cum filio suo reductos de Bezdyez castro, locaret eos in urbe Pragensi, ubi sedes regis Bohemorum et totius regni esse non dubitatur, ubi etiam puer ducellus natus est et educatus. Maiori enim solatio pueri gaudent in loco nativitatis suae commorantes. Domnus marchio petitionibus nobilium acquiescens, licet liberaliter promiserit, tamen minime adimplevit. Comperta itaque domina regina de fraude et dolo marchionis et violatione promissionum suarum, quod nulla ipsarum fuisset effectui mancipata, quod etiam nec petitionibus nobilium consensit, nec aliquo remedio tam in arto loco reclusa molestias et angustias graves evadere posset, quas singulis diebus patiebatur, tacitis cogitationibus concepit in animo suo, qualiter huiusmodi afflictiones
88 amarissimas evadere posset[88]. Metuebat enim de tam sinistro principio, ne peior fortuna sequeretur, quia et auctoritas dicit: *Maior calamitas in futuro de tam sinistro principio metuitur, quam felix exitus speratur;* et iterum: *Vix bono peraguntur exitu, quae malo principio sunt inchoata.* Coepit itaque domina regina per intervalla temporum petere licentias a purcravio Hermanno, qui praeerat eidem castro in Bezdyez, quatenus posset visitare civitatem Vristad, in qua est ecclesia sita in honore sancti Georgii martyris, causa orationis. Occurrerat enim ipso die festum beati Georgii. Idem purcravius Hermannus consentiens petitionibus dominae reginae, dedit liberam facultatem veniendi quocunque placeret ei, tamen sub ea conditione, relictis pueris in castro, et quod peractis negotiis suis ad pueros revertatur. Et ita iuxta formam praemissam factum est, venit et revenit. Iterum post aliquot dies petivit licentiam visitandi griseos monachos in Hradist, obtentaque venit, et ipso die in eadem civitate comedit, monasterio sibi victualia procurante. Tertia vice accepta licentia venit in Mielnik civitatem, quae specialis eius erat, et ibi mansit tribus diebus in expensis burgensium, et rediit
89 in Bezdyez. Adiecit adhuc petere licentiam veniendi in Pragam ad sororem[89] Agnetem, et ea obtenta venit, et ibi de rebus suis dispositis finxit se velle venire in Moraviam ad exequias mariti sui, regis Otakari. Et arrepto itinere, cum deberet venire in Moraviam, divertit gressus suos in Opaviam[90], et sic astute et sapienter angustias et molestias, quas patiebatur ex parte Theutonicorum, evasit. Interdum enim mendacia prosunt, nam falli in hiis quae ad fidem non pertinent, aut nullum aut parvum peccatum est. Post paucos vero dies Otto
91 marchio Bramburiensem episcopum[91] toti regno praeficiens, et dans sibi omnem auctoritatem et potestatem tamquam vero patrono, ut regat, protegat et defendat, malefactores puniat, in Saxoniam, dicens se arduissimis necessitatibus praepeditum, profectus est. Episcopus itaque Bramburiensis positus ad curam aliorum, qui tenebatur ex officio potestatis sibi traditae a rapinis, a spoliis, ab inquietationibus omnium oppressorum cum caeteris, qui secum ad hoc deputati erant, per poenas, quae legibus seculi statutae sunt, huiusmodi transgressores punire debitas ultiones sontibus infligendo, surda aure et oculo coeco transiens, consensit operibus malefactorum, qui per opera manuum suarum et sceleratissimorum actuum inferno sine omni haesitatione sunt deputati, non attendens decreta sanctorum patrum, qui dicunt: *Consentire convincitur, qui cum possit, perversis negligit obviare.* Nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desiit obviare. Eo tempore spoliata sunt

88) Vide Cunegundis litteras ad Rudolfum de marchione Ottone scriptas, Bodmann. 96 89) Otakari. 90) ad Nicolaum, ducem Troppaviensem, Otakari regis filium spurium. Vide Pulkavam ad h. a. 91) Eberhardum. Vide Petrum Aulae Reg. c. 9—11.

omnia claustra monachorum, Cisterciensium, griseorum, nigrorum, cruciferorum, sanctimonialium et canonicorum caeterorumque clericorum per totum regnum Bohemiae, pauperum etiam rusticorum possessiones non semel sed pluries, imo innumerabiliter in equis, in pecoribus et omnibus rebus quae inveniri poterant, usque ad favillam igne sunt consumpta. Nec pertransivit dies sine spolio. 1279.

Interea domnus Gregorius, Pragensis decanus, accessit cum caeteris canonicis, quorum copiam poterat habere, ad praesentiam episcopi Bramburiensis, petens humiliter, ne praepositurae Pragensis bona spoliarentur; quia eo tempore fere tota possessio praepositurae Pragensis spoliata est, tam in civitate Pragensi — in curia praepositurae ultra trecentas regales frumenti in diverso grano sunt ablatae — per villas non tantum in equis, pecoribus diversi generis et frumento, imo in plerisque locis in favillam redactis, quibusdam vero aedificiis deductis, in universis altilibus nec pilus nec penna poterat inveniri. Episcopus vero Bramburiensis, precibus magistri Gregorii decani Pragensis et aliorum canonicorum petibilibus et tam humilibus non consentiens, nec misertus iacturae et damno ecclesiastico, furore nimio succensus, sicuti mos est Theutonicorum zelo nimio saevire in Bohemos, verbum horribile protulit, ita quod quicunque audivit, tinnuerunt aures eius. Erat autem verbum huiusmodi: *Non tantum bona Gotfridi praepositi spoliabuntur, sed et caeterorum canonicorum, maxime autem eorum qui dominam reginam Cunegundem sequuntur et capellanizant. Adiicimus etiam et antistitis bona, non solum in rebus sed et in persona ubicunque persequi poterimus, faciemus.* Utinam sagitta eorum reflecteretur in ipsos! quia *non est lex iustior ulla,*

Quam necis artificem arte necare sua[92]. 92

Sed heu! quia adhuc afflictis afflictio adiicitur, quia ex eo tempore tanta indignatio Domini extitit in Bohemos, maxime rurenses, ut dictum est:

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi[93],

punivit eos Deus per diversarum gentium nationes, sicut aliquando populum Israeliticum delinquentem punivit et afflixit. Errabant autem in montibus et speluncis et cavernis terrae, in sylvis et nemoribus abscondentes res suas et corpora in locis vastae solitudinis, donec tempore hyemali nix descendit, et non poterant loca inveniri eorum habitationi opportuna, in quibus possent se ipsos cum rebus et pecudibus confovere, quia ab inimicis persequentibus, tanquam a canibus indagatoribus, per vestigia nivi impressa veluti ferae sylvestres inventi capiebantur. Capti rebus exspoliantur, vestibus denudantur, gravibus tormentis, ut se pecunia redimant, afficiuntur. Vestibus et rebus exspoliati, quibus pecunia deerat, ambulabant in saccis et lecticis et mattis sua pudibunda tegentes[94], diversarum poenarum aculeis torti. In 93
Mielnik multi in rotis extenti, in flumen Albiam praecipitati sunt de monte et suffocati, alii trucidati, alii gladio occisi, alii vinculis mancipati, alii igne cremati, nonnulli etiam fame valida et frigoris asperitate afflicti, et innumerabilibus aliis ac diversis passionibus affecti spiritum exhalabant. Et plura et varia tormenta his temporibus audivimus et vidimus, quam in codicibus legimus. Et licet temporibus Dyocletiani et Maximiani imperatorum persecutio maxima legatur fuisse in christianos, hic maior videtur causa inspecta extitisse. Illic homines disparis cultus, quia gentiles et Saraceni contra christianos, hic utrique baptisati; illic perfidia gentilium et haereticorum pullulante, hic fide christiana in sui roboris firmitate durante; illic ut a fide et ritu christianae religionis recederent, hic super hiis nulla mentione habita, et in aliis nec vestigio culpae apparente, tanquam oves a lupis opprimebantur, et venit super eos illud propheticum: *Minabit rex Assyriorum captivitatem Aegypti et transmigrationem* Isaias 20,4.
Aethiopiae, iuvenum et senum nudam et discalceatam et discoopertam natibus ignominiam Aegypti etc. Multi etiam clericorum, tam secularium quam religiosorum, et laicorum, qui hospitia convenerant in munitis civitatibus, et caeteri inquilini rebus exspoliati sunt, turbationibus attriti, tribulationibus affecti, variis persecutionibus afflicti, doloribus gravibus et gemitibus inenarrabilibus arefacti, opprobriis lacerati, variis tempestatum doloribus in profundum miseriae demersi, minarum asperitatibus pavefacti, quidam extra moenia civitatum crudelibus vulneribus exanimati, spiritum superis reddiderunt. Et impletum est illud propheticum: *Foris vastabit eos gladius et intus pavor.* Deut. 32,25.

Qualiter etiam in Pragensi castro, in palatio regali plurimi diversarum poenarum tormentis, a quibus pecunia sperabatur haberi, mortificati sint, malui sub silentio transire, quam

92) Ovid. ars amator. I, 655. 93) Horat. Epp. I, 2, 14. 94) Ad haec respiciunt quae supra ad a. 1280 leguntur.

1279. tam turpia facta quae ibi sunt perpetrata stylo descriptionis enarrare, ne tam sollemnis locus, omni laude dignus, immundissimarum sordium spurcitiis et verborum foeda prolatione polluatur. In multis locis librorum invenimus, quod pro peccato alicuius tota familia vel provincia debeat puniri, imo et exemplis plurimorum apparet. Peccato Achab posteri eius regni solium amiserunt; peccato David gladius Domini desaeviit in populum, sed in gente lata gloria regis est, in diminutione plebis contritio principis, qui ergo de numerositate suae gentis superbivit, iure in eius diminutione punitus est, sicut legitur in historiis regum, ubi
2. Regg. 24, 17. David dolore tactus lamentabatur dicens: *Ego sum qui peccavi, ego inique egi, isti qui oves sunt quid fecerunt?* Peccato namque Sodomitarum parvuli eorum, qui beneficio aetatis paterna flagitia nesciebant, coelesti igne sunt consumpti; peccato Amalechitarum non solum parvuli eorum, sed et bruta animalia iussa sunt a Domino deleri; peccato Datan et Abyron, qui auctores scismatis fuerunt contra Moysem, non tantum soli, sed et omnis substantia eorum cum ipsis et liberis eorum ad inferos descendit; peccato civium thesauri Iherycho anathematizati sunt, unde Achor, qui regulam auream et quaedam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse; peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditae, iumenta eorum et primogenita eorum morte consumpta sunt; peccato Israhelitarum archa Domini Philisteis tradita est; peccato Achor plebs Israelitica manu hostium devicta est; peccato filiorum Hely populus in manu Philistinorum corruit; peccato Cham filius eius Chanaan maledicitur; peccato Yesi, qui gratiam sanitatis Naaman vendidit, eandem gratiam sanitatis Elisaeo vindicante leprosus factus, amisit. Legitur in libro regnorum et de aliis regibus, quibus ex voluntate divina permissum fuit, ut populum Israheliticum et alias gentes affligerent, captivarent et bellando devincerent. Tamen qui victorias potentiae suae et non divinae, quas assecuti fuerant, attribuerunt, divinitus sunt puniti. Nabuchodonosor, qui obtinuerat Aegyptum et Aethio-
Daniel 4, 27. piam, cum superbiens diceret: *Nonne haec est Babylon, quam ego condidi in throno regni mei* etc. et statim Deus immutavit mentem eius rationabilem, et induit eum ferina bestialitate, ita ut ab hominibus fugiens cum bestiis viveret. Contra superbiam Senacherib, qui gloriabatur de victoria quam assecutus fuerat ascribens potentiae suae et non divinae, Dominus
Isaiae 10, 15. dixit: *Nunquid gloriabitur serra contra eum qui secat in ea? Nunquid exaltabitur securis contra eum qui caedit in ea?* De Antiocho et de aliis regibus, qui ex delictis suis corruerunt, sicut legitur, quod per filios Israel punivit Deus Amorheos, Chananaeos et alias gentes, quarum terras de Egyptiaca servitute Israelitis exeuntibus tradidit possidendam. Legitur etiam in libro Iudicum de Iabin rege Chananaeorum et de Madianitis, quod propter ydololatriam populi suscitavit eos Deus, ut Israhel affligeret et terram eorum occuparet. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, et per poenitentiam Domini placaret, ex Dei praecepto Baruch comitatus de Bosram prophetissam uxorem Lapidoch, Iabin regem Chananaeorum et Zizaram ducem exercitus sui contrivit, Gedeon Zebeam et Salmana reges Madianitarum, Orep et Zeb duces eorum morti tradidit. Haec omnia quae praemissa sunt hiis temporibus effluxerunt in Bohemos, sed utrum ex delicto regio an principum vel mediocrium sive infimarum personarum Dei iudicio ignoratur. Sed scimus, quia cibavit nos pane lacrymarum, et potum nobis dedit in lacrymis in mensura, tamen laetati sumus pro diebus quibus nos humiliavit, et annis quibus vidimus mala. Ipse misertus est Syon, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus; convertat iam luctum nostrum in gaudium, ut viventes laudemus eum omni tempore. Divina vindicta principem cum p pulo peccante corripit, et quantitatem offensionis qualitas ostendit ultionis.

1280. Anno Domini 1281[a]. Otto marchio Bramburiensis, tutor Wenceslai ducis Bohemorum,
Dec. 25. 1281. infra nativitatem Domini[95] et circumcisionem celebravit colloquium cum Thobia episcopo
Ian. 1. Pragensi et nobilibus terrae, militibus, baronibus nec non civibus munitarum civitatum, in quo colloquio idem marchio de consensu omnium praefecit Thobiam episcopum Pragensem toti terrae principalem, ad quem recursum haberent omnes oppressi violentiis, spoliis et
[96] quibuscunque iniuriis praegravati. Adiunxit etiam eidem domino episcopo Theobaldum[b. 96] iudicem totius regni, et alios beneficiarios ad corrigendos excessus et culpas seculares, ut criminosos et quoslibet malefactores per sententias legum mundalium coherceant, et si culpa id meruerit, etiam capitali sententia deputarent puniendos. Hiis enim temporibus tanta mul-

a) *manus antiqua in margine notavit annum* 1282. b) Theobad' 2.

95) 1280. 96) de Riesenburg. Palacky II, 333.

titudo Theutonicorum in terram Bohemiae influxerat diversarum nationum, nobilium, medio- 1281.
crium et infimarum personarum, ut numerositas ipsorum a multis aestimabatur pluralitatem muscarum superare. Sed domnus episcopus, sicuti vir providus et discretus volens proinde succurrere indemnitati rei publicae, considerans summe malum tantam multitudinem alienigenarum nationum in terram Bohemorum irrepsisse, per quam depopulabatur in rebus et personis, hoc primum concepit in animo suo de inminutione ipsorum, inducens nobiles terrae, quatenus petitionibus eius porrecturis[97] Ottoni marchioni debeant assistere, et pro viribus [97]
suis quantum possunt, ut totaliter de Bohemia radicitus evellerentur, invigilent, ad hoc dominum marchionem inducendo. Promiserunt etiam omnes nobiles terrae mandatis domni marchionis iustis velle obedire, ipsi tamquam vero domino debitam reverentiam in omnibus exhibendo. Domnus itaque marchio auditis et visis innumeris malis, quae per Theutonicos alienigenarum nationum commissa fuerant, considerans etiam de obedientia et subiectione nobilium, quam promiserant se praestaturos, petitionibus ipsorum acquievit, promittens quantocius posset perduceret ad effectum. Et sic moram parvam, vel ut ita dicam, nullam faciens, iussit mitti nuncios per civitates et fora ad edicendum et proclamandum voce praeconia, quatenus omnes Theutonici extranei, qui intraverunt Bohemiam causa praedae rapiendae, infra triduum omni mora postposita exirent libere sine omni impedimento, adiiciens poenam, quod si infra triduum aliqui eorum non exiverint, sententia gravi, qua praedones, fures et latrones vel nocturni hostiorum excussores puniuntur, et ipsi puniantur. Theutonici hiis auditis nullo spatio morae usi, tamquam iaculo toxicato sauciati, vehementer itinere arrepto exeunt, et velut vespertiliones in aurora die lucescente se abscondunt; ita Theutonici, tamquam fumus evanescit, evanuerunt. Ab illo tempore incolae terrae, cognito exitu Theutonicorum, spiritu alacriori recreati, qui habitabant in sylvis et nemoribus, regressi sunt ad proprios lares, et ex illa hora homo misit manum ad opera, bubulcus coepit laborare in aratro, faber in fabrica, carpentarius in architectura, femina in colo et fuso, et quilibet artifex coepit suo operi insudare, de concordia principum et pacis incremento fiduciam gerens pleniorem. In eodem autem colloquio inter domnum marchionem et nobiles terrae foedus fuit initum sub hac forma, videlicet quod in festo apostolorum Philippi et Iacobi eiusdem anni Mai. 1.
nobiles Bohemiae de collecta generali totius terrae deberent dare marchioni Bramburiensi 15000 marcarum argenti ponderis Pragensis, et domnus marchio, reducto ducello Wenceslao[98] in Pragense castrum ad sedem patris sui regis Otakari, committat ipsum ad custo- [98]
diendum domno Thobiae Pragensi episcopo et aliis nobilibus terrae, adiunctis quibusdam Bramburiensibus, quibusdam etiam civibus Pragensibus fide dignis, quatenus eum foverent sub custodia diligenti iuxta formam, quam domnus marchio et nobiles terrae statuere decrevissent. Adveniente termino praefato, videlicet festo apostolorum Philippi et Iacobi, domnus marchio misit nuncios suos et litteras ad excusandam absentiam suam, dicens se arduissimis negotiis esse occupatum, et ob hanc causam termino praefixo non posse interesse, nec ducem Wenceslaum conspectui ipsorum praesentare, sed alium terminum, videlicet nativitatem sancti Iohannis baptistae petivit sibi assignari, in quo sine omni scrupulo simulationis iuxta Iun. 24.
formam superius annotatam ducem Wenceslaum pollicetur se conspectui nobilium debere praesentare. Quod audiens nobilium caterva Bohemorum, licet frustratione suae spei nimium turbata fuisset, et multis voluntatibus motus animi eius discreparet, tamen ne maius malum sequatur, contenta proverbio quod dicit: *Labia principum pollui figmento mendacii non debent*, termino praefixo acquievit.

Anno Domini 1282. fames validissima omnium rerum, quae usibus humanis ad vescen- 1282.
dum competunt, multarum terrarum homines interemit[99]. Sed obmissis extraneis ad Bohemorum pressuras et calamitatum angustias progrediar, quia circumdederunt Bohemiam ex omni parte mala, quorum non est numerus; oppressionibus, spoliis, excussionibus nocturnis et incendiis, consumptionibus omnium rerum inimici induxerant famem in medium eorum, persequentes animas ipsorum comprehenderunt et conculcaverunt in terra vitam eorum, et gloriam eorum in pulverem redegerunt. Unde cor Bohemorum conturbatum est intra eos, et formido mortis cecidit super eos, quia exaltavit Deus dexteram deprimentium regem Bohemorum, laetificavit inimicos eius, evertit gladium adiutorii eius, et non est auxiliatus ei in

97) Inest mendum; legendum videtur *eiusmodi porrigendis*. 98) quem teste Petro Aulae Reg. in Saxoniam i. e. Brandenburgensem terram abduci iusserat. 99) De saevissima hac fame vide etiam monachum Fürstenfeldensem ap. Böhmerum I.

1282. bello, destruxit eum, et sedem throni eius in terram collisit, minoravit dies temporis eius, perfudit eum confusione, sed et ad inferos deduxit, et cum mortuis deputatus est. Et quia pro delictis regum non tantum ipsi reges sed et populi puniuntur, teste propheta, qui videns
2 Regg. 24, 17. angelum caedentem populum, dicebat: *Ego sum qui peccavi, ego inique egi, isti qui oves sunt, quid fecerunt?* et in Pharaone, qui non tantum solus persequendo Israeliticum populum submersus est in mari rubro, sed nec unus ex eis superfuit, et in aliis multis regibus similia contigerunt. Unde restat dicendum de pauperioribus Bohemiae, qui rebus et divitiis multis affluebant, et hiis omnibus per praedationes et spolia amissis, cum egenis hostiatim mendicando esurie in mortem corruerunt. Circuibant itaque pauperes fame nimia compulsi civitatis Pragensis vicos, plateas et domos civium, petentes eleemosynam. Et quia iam nimia multitudo pauperum excreverat, ditiores in distributione eleemosynarum eis sufficere non poterant. Convertebantur itaque ad vesperam, et famem patiebantur ut canes, et esurie pressi murmu-
Psal. 58, 16. rabant, et impletum est illud Davidicum: *Ipsi dispergentur ad manducandum, si vero non fuerint saturati, murmurabunt.* Mendicabant etiam infiniti artifices et diversarum artium operarii, ex quibus nonnulli habuere de facultatibus rerum suarum ad valorem centum marcarum argenti; et hiis omnibus alii exspoliati, aliqui in familia sua consumptis vendebant de uxoribus suis armillas, inaures, monilia et omnem ornatum, qui cultui femineo competebat in vestitu, cupientes salutem vitae depulsa esurie conservare, et tamen multi ex hiis, consumptis omnibus quae habebant, cum egenis hostiatim mendicando vitam miserabili fine terminarunt. Habebant quidem omnes pauperes favorem civium ingredi domos ipsorum ad expetendam eleemosynam, intrantibus autem villanis mendicis civitatem Pragensem, quorum non erat numerus, prae nimia multitudine coeperunt furari ollas circa ignem cum cibis qui ad vescendum civibus parabantur, alias etiam res domesticas, quascunque poterant rapere, subtrahebant in damnum suum et odium universorum. Et ita ab eo tempore denegatus fuit omnibus pauperibus introitus domorum, nec recipiebantur ad pernoctationes infra civitatem et extra, quia multa mala ex eorum obscoenis actibus civibus proveniebant. Quidam pauperes recepti ad pernoctandum extra moenia civitatis, nocte surgentes, necato hospite et familia eius perempta, ablatis rebus melioribus, recesserunt. Talia et hiis similia in plerisque locis contigerunt.

Una mendica mulierem pauperem ad pernoctandum in Obora collegit in tugurio suo, quae non habebat de substantia sua, nisi quinque frustella panis in sacculo, tegumentum vero corporis eius duo ova valere non poterant, tamen hospita domus instinctu diaboli et famis nimiae esurie impellente, ipsam dormientem in tempore noctis cum securi tanquam porcum mactando crimen homicidii perpetravit. Habebat etiam eadem hospita domus filium duodecim annorum, qui huius criminis cooperante fomento hostis maligni cooperator extiterat. Sed quia divina providentia huiusmodi crimina non sinit inulta pertransire — erat quippe dies
Mart. 27. parasceue quo crimen tam horribile perpetratum est, quo etiam die toto fideles Christi pro devotione circueunt per ecclesias — fortuitisque casibus quaedam mulieres in transitu suo viderunt funus ligatum fune et trahi in sarcofagum circa ecclesiam sancti Iohannis, ubi eo tempore corpora humana humabantur. Sed quia filius turpis nequissimae matris corpus trahere non poterat, praefatae mulieres cupientes pro nomine Christi officio exequiarum se immiscere, accesserunt ad funus, et auxilio suae possibilitatis nitebantur coeptum opus effectui mancipare. Quaedam vero ex eis discretioris animi aspiciens corpus sanguinolentum, mirabatur vehementer in animo suo revolvens, quia corpora humana naturali morte decedentia a sanguinis perfusione penitus sunt aliena. Praedictae mulieres cum super hiis tractatu prolixiori separatim quid esset faciendum deliberarent, interim auctrix sceleris, mater pueri, qui corpus fune trahebat, fugae praesidio mortem evasit, puer vero a dictis mulieribus detentus, iudici traditur civitatis. Iudex autem cognita veritate ex confessione pueri, per leges seculi ipsum suspendio deputavit.

Quaedam femina, pulchris fructibus arborum exhibitis cuidam puero quatuor annorum bene vestito, sicut in ea aetate patres magis consueverunt diligere filios suos et vestire, fraudulenter pulchris sermonibus blandiendo deduxit eum in domum suam, claudensque ostia domus oppressit eum, spoliatoque ipso corpus sepelivit, statimque sine morae spatio cum vestibus pueri oppressi cucurrit ad forum ad vendenda vestimenta, sperans de malitia sua lucrum reportare, cum fraus et dolus vix vel nunquam alicui valeant patrocinium impertiri. Considerans itaque quidam maccellarius mulierem deferentem vestimenta in humeris, sicut

mos est deferri vestes venales iuxta consuetudinem fullonum, aggressus eam coepit quaerere 1282.
ab ea, quanti pretii essent vestimenta. Erat enim vicinus eius, cuius filius peremptus erat, et cognitis vestibus duxit eam ad maccellariam suam, dicens se velle emere et incontinenti solvere; at illa secuta est eum. Venientes autem ad locum praedictum, maccellarius acceptis vestibus diligentius coepit intueri, an filii vicini ipsius sint, sicut suspicabatur. Cumque plenius cognovisset, quaesivit ab ea ubi vestes accepisset. At illa respondit: *Domina quaedam dedit mihi ad vendendum eas.* At ille: *Furtim sublatae sunt vestes;* et denegatis vestibus, suspendit eas in maccellaria sua supra perticam, et in prolixiori sermone, infra quem deferri possit negotium ei cuius interest, detinebat eam. Muliere vero iam ferventius certante pro restitutione vestimentorum, mox apparuerunt famuli, quaerentes puerum, et cognitis vestibus detinuerunt feminam, et praesentaverunt patri cum vestibus pueri occis. Pater cognita veritate praesentavit iudici, iudex patibulo.

Femina quaedam, sepulto viro suo et familia tota, sola filia superstite, ambae miserabilem vitam ducebant, nutrimenta per eleemosynam conquirendo, iam tanquam semivivae, quia multi pauperum toto die mendicando hostiatim, non dico buccellam panis vel morsellum, imo micam panis vel fragmentum poterant expetere, quo possent vitam miserabilem recreare. O si adessent siliquae porcorum! Contigit quadam die post vacuos labores exhibitos pro eleemosyna circa noctem fatigatam matrem et esurientem intrare domum. Postmodum veniens filia pulsavit ad ostium, cupiens intrare hospitium, sicut consueverat singulis diebus. Mater prohibuit sibi introitum domus, dicens: *Ad quid venisti? Nonne iam in morte es tanquam mortua? Vultum corrugatum et palidum defers, morieris in tugurio, et non erit qui te efferat busto;* et non intromisit eam. Contigit itaque matrem ipsam eadem nocte mori, et filia in crastino veniens in foveam proiecta matre, longo tempore supervixit.

Hiis temporibus prae nimia famis asperitate pater filio nullum remedium consolationis sciebat impendere, et e converso filius patri, mater filiae notitiam non habebat, nec filia matris, frater fratri incognitus; subtrahebatur enim eis cognitio naturalis cognationis ex causa rerum carentiae, et impletur illud propheticum: *Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiu matris meae.* Et sic noscere propinquos saeviens subtraxit egestas. Plerumque contigit contrarium dicente auctore: Psal. 68, 4.

Forma, favor populi, fervor iuvenilis opesque
Subripuere tibi noscere, quid sit homo;

et iterum:

Bis duo sunt, quibus extollit se quis sine norma,
Luxus opum, proles generosa, scientia, forma.

Apud veteres erant omnibus omnia communia, nec aliquis quod possidebat suum esse dicebat. Cosmas I, 3.
Sed iam radice cupiditatis et avaritiae pullulante, et inedia famis impellente, frater fratrem videns nimia depressum egestate, et in articulo mortis constitutum, propter carentiam victualium, non dico alimenta tribuere, imo buccellam panis non verecundatur sibi denegare, cum sint una caro et idem sanguis, utpote palmes ex eodem stipite propagati; non attendebat Iohannem dicentem: *Si quis habuerit substantiam mundi huius, et viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* et iterum: *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, et omnis homicida non habet vitam in se manentem.* Hiis ita dicetur: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est vobis ab initio seculi; hospes fui, et non collegistis me, esurivi, et non dedistis mihi manducare.* Antiquitus toti orbi vitalis spiritus salubres auras ministrabat, quorum affluentia aeris perusti intemperiem permiscens semina temperabat, corporibus humanis sanitatem infundebat, et cuiuslibet generis vel naturae species fructificabat, et ideo non immerite dicta sunt primitus aurea secula fuisse. Erant enim rudes et simplices homines, et inter eos mali nescia et adhuc astutiae inexperta simplicitas, quae nomen auri primis seculis praestitit, sed postmodum natura per metalla viliora degenerans, ferro secula postrema suae improviditatis incuria foedavit; ideoque nostris temporibus pestem diram commerciis mortalium minando, anhelos ignes tulit torpentis frigoris venena, et in affligendum meare cogebant orbem, quia quo magis ad cultum rerum atque artium usus humanus processit, tanto facilius in animos serpsit aemulatio. Quae primum bene incipiens, in invidiam latenter evadit natura instruente, et ex hac iam nascitur quidquid genus humanum post sequentibus seculis experitur. 1. Ioh. 3, 17. 1. Ioh. 3, 15. Matth. 25, 41.

1282. Cumque pauperibus denegaretur ingressus domorum civitatis Pragensis, nec ad pernoctandum reciperentur propter furti perpetrationes, quae ab ipsis committebantur, iacebant in nocte in vicis et plateis, tanquam sues fimo involuti, qui eiiciebatur in vicos de stabulis equorum, propter corporis nuditatem et frigoris asperitatem. Erat itaque tempus hyemale et aura frigidissima et continua; et ita tempore aestivali non nisi occasione famis morieban- 5
tur, tempore vero hyemali geminatum est malum, quia mors non per fenestram, sed per ostium irrepsit in orbem, inscia parcere humano generi; habebat quippe fortes comites, famem, nuditatem et frigoris asperitatem, quorum robur celeriter penetravit omnia confinia totius Bohemiae, interemit maiorem partem mortalium, et non erat qui sepeliret. O! ubi erant viri religiosi his temporibus? qui se alias fingunt eximiae devotionis, qui ecclesiastica 10
sacramenta in tantis periculis et afflictionibus, imo in hora mortis, vel ut apertius dicam, in morte ipsa constitutis saltem paucis exhibuissent, cum ad hoc deputati sint sacerdotes ex officio sui ordinis et constitutionibus sanctorum patrum. Quis pro hiis negligentiis culpabilis existat, cum tot millia hominum sine sacramentis ecclesiasticis decesserint, disputandum est, determinandum vero cum venerit filius hominis in sua maiestate. 15

Congregati sunt itaque omnes consules et maiores civitatis, et diutius habito consilio super hiis, quid esset faciendum ad purgandam huiusmodi turpitudinem, tandem de consilio et voluntate communi decreverunt convenire operarios ad effodienda sepulchra maxima, in quibus multa corpora humana possent collocari, quorum profunditas erat trium lastrorum, latitudo ab omni parte decem cubitorum, et quodlibet sepulcrum capiebat corpora mille vel 20
paulo magis vel minus. Haec sepulcra horrenda prae sui magnitudine erant octo: unum apud Sanctum Petrum in vico Theutonicorum, in quo proiecta sunt 2000 corporum, apud ecclesiam sancti Lazari inter leprosos duo fossata, apud ecclesiam sancti Iohannis in piscina duo sepulcra, in Psarz d o sepulcra, apud ecclesiam sancti Iohannis in Obora unum. Haec omnia sepulcra repleta sunt corporibus humanis in spatio sex mensium. Diebus vero 25
vernalibus, cum iam terra resoluta fuisset, brumalibus recedentibus auris, sepeliebantur funera in insulis arenosis et campis ante moenia civitatis. Erant etiam ad officium sepulturae deputati aliquot viri, qui laboribus insudantes toto die vix poterant deferre ad sepulcra omnia corpora, quae occubuerant ipso die ante solis occasum. Sed quia ex alia parte pontis civitas antiqua populosior est, in curruum vectura trahebantur corpora ad humandum. Et si in una 30
civitate tot millia hominum in brevi spatio scribantur decessisse, quot millia hominum per totum regnum Bohemiae respectu unius civitatis computabantur cecidisse, cum nec tricesima pars totius regni Bohemiae sola civitas Pragensis esse comprobetur? Et sic indubitanter fertur per totum regnum maior pars hominum occubuisse. Multi etiam agonizantes dicebant: *O si nati non fuissemus, nec oculus cuiusquam nos vidisset! O utinam translati fuissemus de* 35
utero matris ad tumulum, saltem manus propinquorum officio interessent sepulturae; quia

Dulcius ossa cubant manibus tumulata suorum.

Melius enim erat nos bene mori, quam male vivere, cum et auctoritas dicat:

Non bene pensantur laeti dispendia luctus,

Plus moritur vivens, quam valet esse miser. 40

Quidam homines miserrimi et infelices, egestate nimia depressi, naturam corporis sui fovere nutrimentis consuetis non valentes, devorabant cadavera iumentorum, pecorum et quorumlibet animalium, mortuorum canum. Imo etiam — quod horribile est auditui et nefandum, tamen quia auditui multorum insonuit, sub silentio transire non possumus — quod quidam more canum latrantium homines perimendo in huius miseriae naufragio pro sustentaculo 45
corporis devorabant. Quidam autem suspensos patibulo nocte furtim ablatos tempore quadragesimali non deserentes, timore Dei avulso, comedere non formidabant, hominum abiecto pudore. Praeterea eodem anno contigit in villa dicta Horaz, spectante ad ecclesiam Saczsensem, etenim quaedam filia omni pietate deposita, et immemor maternae dilectionis, matrem suam incisam in partes decoquens manducavit. 50

Et quia hac tempestate multa mala effluxerunt in Bohemos, et qualiter diversarum poenarum aculeis sint stimulati, ut patuit in praemissis procurante Saxonum industria, sed ne videamur digredi a tramite veritatis ipsam palliando, ut verius dicamus, Saxonum malitia principaliter et dolo procurante, ut autem appareant lucidius acta fraudum et dolositatum, ipsorum originem describendo circa opera ipsorum in aper- 55

Ekkehard. tum producemus. Etenim super origine gentis Saxonum varia opinio est, aliis aestimantibus de Danis North-

manniaque originem duxisse, alii vero, quibus et Graeci dicuntur consentire, eos reliquias Macedonici exercitus, qui Ekkehard.
secutus magnum Alexandrum post mortem ipsius per totum orbem sit disperses. Invenimus etiam in scriptis cuiusdam historiographi, quod antiquitate tradente ab Anglis, Britanniae incolis, sint egressi, et per oceanum navigantes, Germaniae littoribus studio et necessitate quaerendarum sedium[a] sint appulsi in loco qui vocatur Hathuloga et tempore quo Theodoricus rex Francorum contra Irminfridum ducem Thuringorum dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastavit et igni. Cumque primum terrae applicuissent, incolae ipsius terrae qui Thuringi dicuntur adventum eorum graviter ferentes, arma contra eos moverunt. Saxones vero acriter resistentes portum obtinuerunt. Diu denique inter se dimicantibus, et multis hinc inde inter se cadentibus, tandem utrisque placuit de pace tractare, initumque est foedus eo pacto, quo haberent Saxones vendendi emendique copiam, caeterum ab agris, a caedo hominum atque rapinis abstinerent. Stetitque idem foedus inviolabile multis diebus. Cumque Saxonibus iam defecisset pecunia, quod emerent aut venderent non habentes, inutilem sibi parem esse arbitrati sunt. Ea igitur tempestate contigit adolescentem quemdam egredi de navibus oneratum multo auro, torque aureo, simulque armillis aureis. Cui obvius quidam Thuringorum, *Quid tibi vult*, inquit, *tam ingens aurum circa tuum famelicum collum? Emptorem*, inquit, *quaero, ad nihil aliud istud aurum gero, qui enim fame premor, quid auro delector?* At illo qualitatem quantitatemque pretii interrogante ait: *Nullum mihi discrimen est in pretio, quidquid dederis gratum habeo.* Subridens Thuringus ait: *Quid si do pulvere isto sinum tibi implebo?* Erat autem in eodem loco congesta humus plurima. Saxo nihil cunctatus aperit sinum, et accipit humum, illico Thuringo tradens aurum, et laetus uterque ad suos abiit. Thuringi Thuringum laudibus ad coelum tollunt, qui nobili fraude Saxonem decepit, fortunatumque eum inter omnes mortales fuisse dixerunt, qui vili pretio tam ingens aurum possederit. Interea Saxo privatus auro, onustus vero multa humo appropiat navibus. Socii igitur ei occurrentibus et quid ageret admirantibus, alii amicorum eum irridere coeperunt, alii arguere, omnes pariter eum amentem crediderunt. At ille postulato silentio, *Sequimine me*, inquit, *optimi Saxones, et meam vobis amentiam probabitis utilem.* At illi licet dubii, sequuntur tamen, ille autem sumpta humo per vicinos agros quam subtilius potuit, dispersit, et castrorum loca occupavit. Ut autem viderunt Thuringi a Saxonibus castra occupari, intolerabilis eis est res visa, et missis legatis conquesti sunt de foedere violato et rupto pacto ex parte Saxonum. Saxones responderunt se hactenus foedus inviolabiliter servasse, terram vero proprio auro comparatam cum pace velle obtinere, aut certe armis defendere. His auditis incolae Thuringiae aurum Saxonicum maledicunt, et quem paulo ante felicem praedicabant, auctorem perditionis suae atque regionis fatebantur. Ita deinde accensi coeco Marte, sine ordine et sine consilio irruunt in castra, Saxones vero parati hostes excipiunt aeruginatique, et rebus prospere gestis, proxima circumcirca loca iure belli obtinent. Diu itaque cum ab alterutris pugnatum foret, et Thuringi a Saxonibus se superatos viderent, per internuncios pacificari cum eis quaerunt, eosque in terra quam acceperunt sedere concedunt. Haec ideo inseruimus, ut prudens lector agnoscat, quanta perfidia, dolo, fraudeque usi sint. Ignorantes Deum creatorem coeli et terrae, maris et in his degentium, coluerunt eos qui astuta non erant dii maximeque Mercurium, cui certis diebus humana quoque hostilia litabant. Deos suos neque templis includere, neque ullae humanae speciei assimilare pro magnitudine et dignitate divinitatis licitum arbitrati sunt, lucos ac nemora consecrantes deorumque nominibus appellantes, secretum illud sola reverentia contemplabantur. Auspicia et sortes quam maxime observabant, quarum sortium consuetudo simplex erat. Virgam fruiferae arbori decisam in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox, si publica consultatio fuit, sacerdos populi, si privata, ipse paterfamilias precatus deos coelumque suspiciens ter singulos tulit, sublatisque secundum impressam antea notam[b], si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces volatusque interrogare proprium gentis illius erat, equorum quoque praesagia ac motus experiri, hinnitus ac fremitus observare, nec illi auspicio maior[c] fides adhibebatur, non solum apud plebem sed etiam apud proceres. Erat et alia observatio auspiciorum, quo solebant eventus gravium explere bellorum; eius scilicet gentis, cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum; cum electo popularium suorum patriis quoque armis committere, et victoria huius vel illius in providentia habere. Frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvae magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, patria eum lingua Irminsul appellantes, quod latine dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia. Quomodo autem certis diebus, cum aut luna incbostur aut impletur, agendis rebus auspicatissimum initium crediderint, et alia innumerabilia vanarum superstitionum genera, quibus impliciti tenebantur, observaverunt, haec ideo scripto commendavimus, quo prudens lector agnoscat, a quantis erroribus per Dei gratiam sint liberati, qui erant cultui daemonum dediti verseque religioni contrarii, neque divina neque humana iura illicitum vel inhonestum transgredi putantes. Quotiescunque ab aliquo rege superati sunt, eidem supplices sese dederunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos, qui mittebantur, susceperunt. Quandoque ita domiti et emolliti fuerunt, ut etiam cultum daemonum dimittere et christianae religioni se subdere per omnia promitterent; sed sicut ad haec faciendo aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere praecipites.

Anno Domini 1283. 7. Kal. Ianuarii, hoc est in die beati Stephani, contigit quod raro contingere solet. Apparuit iris mirae pulchritudinis, quae circumdabat totam civitatem Pragensem, extendens finem unum ultra muros civitatis versus meridiem, alterum super flumen Wltavae ab alia parte civitatis versus aquilonalem plagam, per quam quidam Iudaeorum, quaedam etiam feminae christianorum eventum futurum bonae fortunae toti regno Bohemiae fato praestigii praedixerunt, asserentes, ut quemadmodum iris opponens se ymbribus tempestatum turbines restringit, sic Domino Deo gubernatore totius orbis concedente, incolas regni Bohemiae a pressuris et variis passionibus conservabit. Sicut et in alio signo, videlicet in stella quae visa est Nonas Aprilis super cornu lunae lucidissimo splendens fulgore, quia sapientes et literati viri adventum sui principis et haeredis regni Bohemici Wenceslai, qui morabatur apud Ottonem marchionem Bramburiensem, tutorem suum, praedixerunt. Cui advenienti 9. Kal. Iunii occurrerunt barones caeterique milites ad plura milliaria. Clerici 1283. Dec. 26.

a) sed vi 2. b) norat 2. *Postmodo calamo descripsit; deerat nonnulla verba.* c) *correctum ab eadem manu* minor.

1283. vero totius civitatis cum populo occurrentes ei, processionibus susceperunt eum honorifice ante valvas castri decantantes: *Advenisti desiderabilis* cum aliis hymnis et canticis, populo etiam decantante: *Hospodin pomiluy ny;* cui processioni interfuit Thobias episcopus cum canonicis ecclesiae suae, et caeteri claustrales conventus, Brzewnoviensis, Strahoviensis, praedicatores, fratres minores, et omnium ecclesiarum rectores, seculares viri et feminae, caeterique omnium operum artifices.

Idem marchio Bramburiensis finito officio tutelae, cum deberet secundum normam legalem reddere rationem de amministratione sui officii, ut tradunt leges imperiales in instituta
Inst. instit. I, 20, 7. de Atiliano tutore, ubi dicitur: *Cum tutores pupillorum pupillarumve negotia gerunt, post elapsum terminum tutelae iudicio rationes reddunt.* Idem marchio, dudum accepta pecunia 15000 marcarum argenti de collecta generali, adhuc stimulo cupiditatis accensus, pudore hominum abiecto, exegit a duce Bohemorum 20000 marcarum argenti pro absolutione suae tuitionis, non attendens, quod in eisdem legibus promulgatum esse reperiatur, quod non solum tutores vel curatores pupillis vel adultis caeterisque personis ex amministratione teneantur, sed etiam in eos qui satisdationes accipiunt subsidiariam actionem esse ipsis pupillis, quae ad ultimum eis praesidium possit afferre. Detinuit etiam idem marchio pro eadem
1 summa pecuniae ratione pignoris munitiones firmissimas, videlicet Dieczin, Ustie[1], Pontem, Ronow[2], Bezdiezie castrum, cum civitatibus, donec praedictae pecuniae summa solveretur ex integro. Eodem anno ver totum siccum fuit. Hoc etiam anno 4. Idus Maii frigus vineas et fructus arborum ita enormiter laesit, quod penitus nullos fructus protulerunt; lae t etiam segetes frumenti hyemales et aestivales per totam Bohemiam tritici, siliginis, ordei, pisae caeterorumque seminum, ita quod in plurimis locis defalcatae sunt propter suam infructuositatem, quia nutrimenta parva vel nulla humanis usibus conferre videbantur. Eodem anno consecrata est ecclesia sancti Nicolai in suburbio Pragensi a venerabili patre et domino Thobia, Dei gratia Pragensi episcopo, 2. Idus Ianuarii, in qua consecratione quidam contractus erectus est meritis et precibus sancti Nicolai. Eodem anno 18. Kal. Februarii stillicidia sanguinis manaverunt de pede crucifixi, locati circa tumbam sanctae Ludmilae in ecclesia beati Georgii, et super his, quae contigerunt et altera vice, viri fide digni testimonium perhibent dicentes se talia vidisse.

Nec praetermittendum puto, cum sit memoria commendabili dignum, quod domnus Thobias, Dei gratia Pragensis episcopus, licet ex officio sui regiminis teneatur omnes ecclesias suae dioecesis fovere, tamen ecclesiam Pragensem, cuius sponsus et dominus est, speciali dilectione confovendo, providit ei in ornatibus pretiosis et libris ecclesiasticis ad honorem et laudem divini cultus, nec non et beatorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti.
3 Quarum rerum collatio talis est: Casula, dalmatica et subtile[3] de axamito[4] albo cum limbis[5] magnis, item contulit alium apparatum nigrum cum auro textum, item pallam altaris de albo balkyno, farratum de ruffo cendato[6], item aliam pallam, in qua est leo et aquila
7 de plumario opere[7], item tria mensalia altaris cum latis praetextis, item strifeum axamitum, qui ponitur in parasceue sub reliquias, et quartum mensale longum, quod etiam ponitur sub reliquias. Contulit etiam missale magnum cum omnibus epistolis et euangeliis, tam ferialibus quam festivis, cum cantu per musicam scriptis, cum graduali et sequentiis, item nocturnale magnum cum rubricis et cantu in ipso per musicam annotato per totum antifonarium. Contulit etiam breviarium de magna litera iuxta cursum Pragensem, ecclesiae modo et consuetudine antiqua conservata. Talis quippe provisor dicitur utroque pede calciatus esse, qui non tantum sibi, sed ecclesiae suae iudicatur competenter providisse. Praecavit quippe de suspicione auctoritatis illius, quae dicit: *Quicunque percepto principatus officio perfrui seculariter coeperit, libenter obliviscitur quicquid religiose cogitavit.*

Quia[8] multorum hominum animos turbat sollicitatio de investiganda serie et descensione propaginis ducum ac regum regni Bohemici, qualiter primo duce Przemysl usque ad haec

1) Aussig. 2) Ronnow in circulo Czaslaviensi. 3) vestis subdiaconorum. 4) i. q. exametum, germanice *Samt*. 5) fimbriis. 6) i. e. pannus sericus erat subsutus. 7) Acu erat pictum opus. 8) Epilogus interpolatoris.

tempora, quot fuerint, et quis cui in ducatu successerit, ubi etiam regiae maiestatis dignitas exordium sumpserit, obmissa prolixitate verborum, quae sapientibus displicere, nonnullis etiam et fastidium generare consuevit, prout compendiosius potero, nitar explicare, ea tamen emendatione relicta, ut, ubicunque in hiis scriptis lectori nodus dubietatis occurrerit, ad depellendum errorem recurrat superius ad scripta, ibi enim plenius inveniet annotata.

In divisione orbis secundum geometricos Asia sub suo nomine dimidium mundi obtinet, et dimidium Affrica et Europa. In Europa sita Germania, cuius in partibus versus aquilonalem plagam invenitur locata esse Bohemia, quam fertur introisse homo nomine Bohemus cum paucis animabus, a quo tota terra vocata est Bohemia. Hic homo Bohemus circa montem Rsip inter duos fluvios, scilicet Ohram et Wltavam primas posuit sedes. Postmodum labentibus temporibus vir quidam nomine Crochko inter ipsos oriundus extitit, ad quem tam de propriis tribubus quam etiam ex tota plebe omnes ad dirimenda iudicia confluebant. Hic vir carens virili prole, genuit tamen tres filias philonissas, quarum prima Kazy, secunda Teika, tertia Liubussie sunt nuncupatae. Haec Liubussie, licet fuisset natu minor, sed prudentia multo maior emicuit. Hanc sibi omnis populus, commune consilium iniens, post decessum patris eius praefecit iudicem. Orta est autem eisdem temporibus in populo discordia non modica, et deferentibus querelis ad dominam et potentibus, ut citius sententias diffinitivas pronunciaret, fertur respondisse: *Ad dirimenda iudicia cognitio causarum necessaria est, nam sine cognitione multotiens iusti damnarentur.* Et non poterat in continenti petitionibus eorum satisfacere. Tunc populus sprevit dominam suam et iudicia eius, dicens, quamlibet feminam magis virilibus amplexibus ptam, quam dictare militibus iura. Ad haec Libussie cernens a populo tantam illatam contumeliam, femineo pudore celans ac pellians iniuriam ait: *Si digna non sum praeesse vobis, ite et eligite vobis dominum, et quem elegeritis, erit dux vester et mihi maritus.* Et continuo dans eis indumenta regalia, nominatas villam nomine Stadicz, quae sita est circa fluvium Belina, misit eos, dans eis et equum suum, cui equo cognita erat via quae perduxit eos usque ad praefatam villam, dicensque ad eos: *Invenietis hominem circa villam nominatam nomine Przemysl in agro arantem variis bobus, ipsumque adducite, et erit vester dux et mihi maritus.* Qui pergentes compleverunt omnia iuxta mandatum dominae suae. Hic vir, qui vere ex virtutis merito dicendus est vir, qui omnia iura excogitavit et dictavit, quibus haec terra utitur et regitur, hic est primus dux Bohemiae.

Cosmas I, 2. I, 3. I, 4. I, 5. I, 6. I, 6. I, 7.

Primus dux Przemysl.
II. Nezamysl.
III. Mnata.
IIII. Vogin.
V. Unislaw.
VI. Crezomysl.
VII. Neklan.
VIII. Hostivit.
IX. Borziwoy, primus christianus, baptizatus est a Metudio episcopo Moraviensi anno dominicae incarnationis 894[a].
X. Spitigneu.
XI. Vratislaw.
XII. Wenceslaus sanctus, fraterna fraude martyrizatus 4. Kal. Octobris[9].
XIII. Boleslaus ferus, fratricida.
XIV. Boleslaus pius, creator episcopatus Pragensis[10].
XV. Boleslaus mitis.
XVI. Wladiwoy.
XVII. Iaromir[11].
XVIII. Odalricus.
XIX. Brzieczislaus.
XX. Spitigneus, fundator ecclesiae Pragensis.
XXI. Wratislaus dux et primus rex Bohemiae.
XXII. Conradus dux.
XXIII. Brzieczislaus dux.
XXIIII. Borziwoy dux.
XXV. Swatoplik dux.
XXVI. Wladislaus dux.
XXVII. Sobieslaus dux.
XXVIII. Vadislaus dux et secundus rex Bohemiae, fundator Strahoviensis ecclesiae.
XXIX. Fridricus dux.
XXX. Sobieslaus dux.
XXXI. Conradus dux.
XXXII. Henricus dux et episcopus.
XXXIII. Wladislaus dux.
XXXIIII. Przimysl dux et tertius rex Bohemiae, qui et Otakarus dictus est.
XXXV. Wenceslaus rex.
XXXVI. Przimysl rex.
XXXVII. Wenceslaus rex[b].

Et quia numerum ducum ac regum et ordinem breviter hoc loco descripsimus, dignum duximus, ut numerum annorum et distantiam temporum inter ipsos describamus. A primo igitur duce christianorum Borziwoy usque ad Wratislaum, primum in regem Bohemiae, leguntur successive fuisse 12 duces, infra quod tempus computantur lustra 40. A Wratislao primo rege usque ad Vadislaum secundum regem fuerunt duces sex, infra quorum tempora subputavi. . . . . [b]

Cronica finitur, qui mortuus est sepelitur.

a) *ex margine vetustioris codicis textui inserta sunt sequentia:* Anno Domini 1320. obiit Wilhelmus Lepus, fidelissimus regum Bohemorum et gentis tutor Bohemicae. b) *Ultima verba desunt.*

8) Cosm. I, 10. 9) Cosm. I, 17. 10) Cfr. Cosm. I, 21. 11) Hi duces apud Cosmam desiderantur.

CHRONICON BENEDICTOBURANUM

EDENTE

WILHELMO WATTENBACH PH. D.

Monasterii Benedictoburani monumenta historica edituris ante omnia opus fuit auxilio V. D. Foeringer, bibl. regiae Monacensis custodis, quo vir causae nostrae impense favens tam strenue nobis succurrit, ut, tam bibliotheca quam archivo publico lustratis, et conquisierit omnia quae huc facerent, et accuratissime cum editis contulerit, alia ipse descripserit. Qui quum ad ipsam editionem curandam otium sibi deficere videret, totum apparatum, cum explicatione locorum quae ibi commemorantur, nobis transmisit. Itaque his subsidiis nobis instructis, varia insignis illius monasterii monumenta in unum collecta, et emendata et aucta proponere licuit.

A. Eorum primum est Narratio de fundatione loci *a.* 740. *et de tribus fratribus, qui unus post alterum per* 110 *annorum spatium abbatis munere functi esse dicuntur. Quod quis credat? Sed et alia multa accedunt fabulosa et cum temporum illorum historia pugnantia, quae narrationem multo tempore post scriptam esse arguunt, quum destructio per Ungaros antiquitatis memoriam turbidam et incertam reddidisset. Nam antiquiora haec esse quam chronica quae sequuntur, praeter stilum rudem et incultum miraculosa illa de columbis narratio ostendit, cuius hic nullum adhuc vestigium reperimus. Quod si ex chronicis historia fundationis a posteriore quodam excerpta esset, vix dubitari potest, eum hanc fabellam prae ceteris recepturum fuisse. Codices autem antiqui perierunt; usi sumus*

1) *editione Meichelbeckiana in Pezii Thes. III,* 3, 597 *quae fluxit ex cod. Ettal. nunc deperdito, scripto in mon. Staffelsee, quod inscriptio „Cronica Staffelseensis“ probat.*

2) *Cod. reg. Monacensi inter Bavaricos* 211, *olim Tegerns.* 218, *f.* 224. 225. *saec. XVI. inc. quem ex eodem fonte manasse apparet; sed quum sermo vitiosus et stilus horridus hic in meliorem formam mutati sint, illam potius secutus sum, confirmatus in hoc consensu*

3) *Rotuli historici, quem inter chartas Bened. in archivo regio V. C. Foeringer repperit et cum editione in Mon. Boic. Vol. VII,* 1—17. *diligentissime contulit. Is membranaceus est, c.* 8 *pedes in longitudine, in latitudine* 5 *digitos habens, compositus e* 5 *laciniis. Initium eius et finis iam tunc perierant. In hoc historia fundationis verbo tenus recepta est, additis praeter miraculum supra memoratum quibusdam cum e memoria hominum tum ex chartis monasterii haustis, quae textui subiecimus. Sequitur*

B. Continuatio in eodem rotulo contenta, usque ad tempora Gotehelmi abbatis, quo vivente († 1062.) vel statim post mortem eius scriptus est, ante a. 1065, quo monasterium iterum sub episcopi Frisingensis ditionem venit[10]*; auctore ut suspicari licet Adalperto, qui c. 15. commemoratur ibique frequenti illa tecte scribendi ratione occultatus est. Tergo rotuli benefactorum et inimicorum nomina inscripta sunt; loco vacuo posteri usi sunt quo memoriae mandarent, quae per Foeringerum exscripta, ultimo loco prima hac vice edidimus.*

C. Breviarium Gotehelmi iussu per Gotschalcum scriptum, praeter particulas quasdam apud Pezium et in Meichelbeckii chron. Benedictoburano impressas hucusque ineditum,

1) per Foeringerum in archivo regio Monacensi inventum est et descriptum. Post brevem sed erroribus scatentem monasterii historiam continet conspectum praediorum tam eorum quae tunc possidebant quam perditorum, tempore Gotehelmi intra annos 1047. vel 1052. et 1062. concinnatum; nam c. 5. Heinricus imperator II. vocatur, c. 6. privilegium a. 1052. acceptum designari videtur. Accedit catalogus abbatum usque ad a. 1271. eadem cum ceteris manu scriptus, unde apparet, hoc quod solum superest apographum exeunte saec. XIII. scriptum esse. Servatum est in codice traditionum fol. 3—4, atramento temporis iniuria iam paene deleto, qua re factum est, ut Foeringeri diligentiae legendum nobisque eius beneficio edendum reservatum sit. Addimus

2) lectiones codicis regii Monacensis, olim Tegernseensis N. 571, iam numero 18571 signati, cuius in ultima pagina libellus manu saeculi XIII. habetur. Post Breviarium damus Translationem S. Anastasiae per eundem Gotschalcum et factam et descriptam. Primam eius editionem debemus Meichelbeckio, qui chronico Benedictoburano textum amplissimis annotationibus illustratum inseruit[11]*. Quarum nos fructum cum lectoribus nostris communicaturi, textum prout res poscebat distinguendum curavimus, ita ut in eo legendo amplius non haerendum sit.*

D. Chronicon Burense, compositum intra annos 1148. et 1155. (c. 26.) initio Rotulum illum repetit, cui iterum quaedam ex archivo monasterii aliaque nonnulla addita sunt, cum continuatione ad annum c. 1150. Nos quae ex Rotulo et Breviario recepit, littera minuta imprimenda curavimus, etsi ipsa verba nusquam servata sunt, et plerumque in brevius contracta. Codices quos V. C. Foeringer contulit, sunt hi:

1) Cod. reg. Monac. inter Bened. 14. scriptus s. XII. per manum Burchardi monachi[12]*; continet f. 1—200 Augustinum de civitate Dei, f. 201—204 chronicum nostrum optime scriptum, ut nusquam fere ab eo discedendum esset.*

2) Cod. traditionum in archivo regio Monacensi, cui chronicon praemissum est, et cum illo impressum in Mon. Boic. Vol. VII. p. 17—37; altero vix inferior.

3) Cod. reg. Monac. inter Bav. 381, olim mon. Pollingani, f. 170—179 apographum continet saec. XVIII. factum.

4) Cod. Foeringeri resp. fasc. 45. ex bibliotheca Hoheneicheriana acquisitus, saec. XVIII. Chron. Burense f. 31—40 descriptum est „Ex bibliotheca perillustris D. Caroli Alberti de Vacchiery cancellarii aulici.“

5) Hundii Metrop. Salisb. ed. Mon. II, 143. ed. Rat. II, 97.

6) Cod. Pollinganus s. XV, quem ex sola Eusebii Amort editione novimus, in Duellii Miscell. II, p. 1—10.

10) c. 17. 11) p. 43—72. 12) Hefner, Oberbayr. Archiv. III, 3, 346.

7) *Cod. reg. Monac. germ.* 227. *s. XV. post chron. Ulrici Füterer f.* 116—119.

Sed codd. 3—7. *omnes nec totum chronicon exhibent, et ab* 1. 2. *saepe et addendo et omittendo mutatisque verbis plurimum abeunt, ita tamen ut facile agnoscas communem omnium fontem fuisse chron. Burense; quae addiderunt praeter paucissima omnia ex Rotulo et Breviario desumpta sunt. Itaque varias eorum lectiones addere, inutile videbatur, et paucis tantum locis, praesertim in nominibus scribendis, diversitatem notavi.*

Capitum divisionem, qua codices carent, ipse institui, notasque adieci, ex quibus geographicas fere omnes Foeringeri doctrinae et humanitati me debere profiteor.

W. WATTENBACH.

INCIPIT CRONICA VIDELICET STRUCTURA HUIUS MONASTERII[a].

740. 1. Anno ab incarnatione Domini 740, indictione 8, sub Zacharia papa, rege Carolo, patre Carlomanni et Pipini[13], tempore quo sanctus Bonifacius episcopus praedicabat verbum Dei per provincias Francorum, Fresiorum, Duringorum, Austrasiorum[b], nec non Bavarorum, ipsius[c] loci institutores et patroni[d] Lantfridus[e], Waldramus, Elyandus, una cum sorore[f] Kaylswinda veniebant ad notitiam et amicitiam hoc modo. Cum essent nobiles et clari, imoque[g] christianissimi et bonis[h] moribus adornati, id est[i] elemosinis et ieiuniis, vigiliis et orationibus, atque omni nisu caelestia desiderarent, cuperentque cuncta derelinquere, ut perfecti secundum euangelium dominum Iesum Christum mererentur sequi, maxima[k] cura ut possent laborare circa ecclesias et sacerdotes Christi, ne aliquam paterentur inopiam[l] victualium vel ecclesiasticarum rerum defectum[l], sed nisi adiuvarentur se peccasse putarent[m]: ex hiis namque et aliis bonis operibus contigit, ut saepe visitarentur a sancto viro Bonifacio cum in[l] supradictis provinciis ad[n] Romam iret atque rediret. Qualiter autem cuncta relinquebant et ad monachicum ordinem per divinam admonitionem et sancti viri Bonifacii episcopi martyris[o] exhortationem venirent, nostris secutoribus[p] intimandum esse putavimus, ut praesentes ac futuri laudarent[q] magnalia Christi[r].

2. Erant namque[s] istis beatissimis viris Lantfrido, Waldrammo, Elyando una cum sorore [14] supradicta Kaylswinda praedia et bona iuxta fluvium videlicet Lyubasa[t,14]. Cumque circa fluvium venationibus laborarent saepeque isto[u] loco pernoctarent, placuitque eis loci amoenitas iusseruntque illum extollere aedificiis, construxeruntque ecclesiam adiuncto monasterio quod vocatur Burn[v], viaque[w] parata euntibus[w] ad eundem locum supra paludem iuxta fluvium supradictum Lyubasa[x], super quod[y] pontem[z] erigere iusserunt[*], atque omnibus quae iste

*) .... portantes le loco ubi ..... suos incisione pedum et manuum subito cecidisse. Visa itaque .....sione iusserunt ecclesiam aedificare loco illo quo volucres innocuos alienosque ab omni felle, quod est amaritudo peccati, videbant ligna portare. Perfecta itaque ecclesia adiunctoque monasterio, viaque 3. *i. e. Rotulus historicus, qui abscisso capite hic incipit. Cfr. infra Chr. Burense.*

a) *Inscriptionem supplevi e verbis in fine codicis subscriptis:* Nota diligenter quia valde laudabiliter monasterium sancti Michaelis in Staphalestagas loco primitus est fundatum 1. 2. *Codici* 1. *a tergo inscriptum est manu saec. XIV:* Cronica Staffelseensis. b) Astras. 1. c) istius 2. d) patronos 1. e) Landfridus 1. f) nomine *add.* 2. g) imo 2. h) m. b. 2. i) videlicet 2. k) maximaque c. erat ut 2. l) *deest* 1. m) putaret 2. *Cfr. infra Chr. Burense.* n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) sequacibus 2. q) laudent 2. r) *deest* 2. s) namque — una *desunt* 1. t) Luibasa 2. u) in *add.* 2. v) Buren 2. w) ad e. l. euntibus 2. x) Luibasa 2. Liubyzaha 3. y) quem 2. z) pontum 3. *) ceperunt 2.

13) Zacharias 2. Kal. Nov. 741 papa factus est; Karolus qui numquam rex fuit Id. Oct. 741 obiit. Sed haec monasterii primordia omnino fabulosa sunt, et singulos errores notare supersedemus. Diligentissime de his rebus disseruerunt VV. DD. C. Meichelbeck in Chron. Benedictoburano, A. Heidenfeld in praefatione eidem praemissa, Resch in Ann. eccl. Sabion. I, 607. 14) nunc Loisach, Isarae tributarius.

locus expetebat rite peractis*, in muris et[a] aedificiis et** in ornamentis, nichil aliud ex- 740.
poscebat nisi pontificis benedictionem. Post haec statuerunt etiam ecclesiam aedificare in
loco Ascahi[b], qui nunc dicitur Chochalon[c] [15], ubi soror eorum nomine[d] Kaylswindis partem
praedii sui traderet et eam*** in servitium Christi constitueret. Perfectaque[e] ecclesia supra-
dicta statuerunt aliam ecclesiam in Schlechdorfensi[f] loco [16], adiunctoque monasterio ubi vir
venerandus Waldrammus[g] partem praedii[h] sui traderet pro commemoratione sui sive ad
servitium Christi. Post haec communi consilio aedificaverunt iterum ecclesiam in Staphalastagna loco [17], adiunctoque coenobio ubi pro commemoratione sui beatus[i] vir Elyandus[k]
partem praedii traderet ad servitium Christi.

3. Post[l] beati viri Lantfridus[m], Waldrammus[n], Elyandus congregatis[o] undique[p] agminibus[q] monachorum nec non sanctorum reliquiis[r], seu librorum divinorum id est[s] veteris ac novi testamenti multitudine, cum consensu Tessilonis[t] ducis [18] ac comprovincialium[u] episcoporum consilio, maximeque Augustensis episcopi Wicterpi[v] venerandi[w] viri [19], iter arripiebant in Franciam proficiscendi ad sanctum virum[x] Moguntiacensis[y] civitatis archiepiscopum Bonifacium[z], ut ipsius benedictione† istae ecclesiae cum monasteriis adiunctis dedicarentur. Sanctus vero Bonifacius archiepiscopus comperto adventu tantorum virorum laetificatus est in Domino, ac cum omni subiectione humilitatis ministrabat, ac deinde de adventu illorum citatus[a] est pro qua re tanti spatii iter[b] arripuissent. Qui[c] aperientes voluntatem suam sancto Bonifacio archiepiscopo dicentes[d]: *Nos peccatores et indigni habemus aedificatas ecclesias in locis praediorum nostrorum; in loco[e] Burn[f] unam aedificatam habemus iunctoque[g] monasterio, aliamque in loco Cochalon[h] quam huic loco supradicto subiicere volumus, tertiam in Schlechdorfensi[i] loco, quartam in Staphalastagna loco†† sitas, cum consensu Tessilonis[k] ducis ac Wicterpi[l] Augustensis[m] civitatis episcopi. Has volumus et obnixe flagitamus ut a[n] vestra almitate benedictionem mereantur accipere ac regali karta vestra intercessione libera esse constituantur.* Audiens haec beatus[o] vir Bonifacius laetificatus est in Domino, simulque regibus venerabilibus Karlmanno[p] scilicet atque Pipino intimavit eorum voluntatem, atque ab ipsis privilegiis acceptis super[q] supradicta loca cum omnibus appendiciis mobilibus[r] et immobilibus, quas tunc haberent vel postea acquiri potuissent[s]. ††† Ipsa namque die[t] depositis sae-

*) sub die 5. Id. Iulii, idem *add.* 3.
**) atque aliis ornatis que ad ecclesiasticum pertinebant locum, nihilque a. 3.
***) et semetipsa.n *post verba duo quae iam evanuerunt* 3.
†) b. sancti Benedicti ecclesia dedicaretur (dedicatur *cod.*) in Pura, semetipsosque in eius magisterio voluisse constituere dicerent, suaque omnia mobilia et immobilia illi tradere, praeter illa quae supradictis ecclesiis volebant tradere; hoc etiam impetrarent ut supradicta loca ab omni servitio regio more aliena (alieni *cod.*) efficerentur. Sanctus 3.
††) atque in pago Housi *add.* 3.
†††) Iussione quoque ac licentia supradictorum regum K. P. vel venerandorum virorum peticione L. W. E. sororis illorum K. venit in provinciam Noricorum mense Octobris, dedicavit ecclesiam in loco Pura in honorem sancti Benedicti, Iacobi apostoli, 11. Kal. Novembris, ac de sanctis reliquiis eius in ea collocavit, sanctorum aliorum, cuiusque quorumque suffragiis usque hodie adiuti sumus et efficatia signorum quae per eius eorumque intercessione saepe contingebant laetati sumus. Mulieribus quoque ingressum templi penitus abdicabat. Ipsa namque dedicationis die venerandus vir Lantfridus tradidit de suo iure in ius sancti Benedicti quicquid habebat praediorum, familia *(sic)* utriusque sexus ac omnium mobilium et immobilium ad servicium Christi pro commemoratione sui parentumque suorum vel omnium christianorum ad altare supradictum pago Housi situm. Inprimis sponsalia praedia tradidit

a) *deest* 2. b) Mathi 1. c) Chochalun 3. d) *deest* 2. Kailswindis nomine 3. e) Perfecta itaque hec e. 3. f) Schlechdorffensi 1. Stechdorfensi 3. g) Waldramus 2. W. 3. *ubi abhinc raro nomina plene scripta sunt.* h) *deest* 3. i) beatissimus 3. k) ELIL. 3. l) Posthinc 3. m) Landfridus 1. n) et *add.* 2. o) congregantes 1. 2. p) *deest* 2. q) agmina 2. r) reliquias 2. s) d. eloquiorum v. 2. t) Thessilonis 1. Thass. 3. u) cum prov. 3. v) Wincipcrti 1. videlicet W. 2. w) valde v. v. 3. x) Bonifacium 2. y) Mogunciensis 1. Mogontiacensis 3. z) *deest* 2. a) sciscitatus *e correctione* 2. scitatus 3. b) laborem 2. i. sp. a. 3. c) super quo 2. d) dixerunt 2. e) Buren 2. Pura 3. f) cum iuncto 2. g) Chochhalon 3. h) Schlechdorffensi 1. Stechdorfensi 3. i) Thess. 1. Thass. 3. k) Wicioperti 1. Wicterpti 2. l) Augustanae 3. m) ut aurea bulla ac regali 2. n) sanctus 3. o) Carolomanno 2. p) ille *add.* 2. q) a. suis mobilia et inmobilia 3. r) eisdem confirmata sunt *add.* 2. s) postquam reversi sunt *add.* 2.

15) Kochel, iuxta lacum Kochelsee. 16) Schlehdorf, situm ubi fl. Loisach in lacum Kochelsee mergitur. 17) in insula lacus Staffelsee. 18) Dux factus est a. 748. 19) Wicterbum ep. et abbatem S. Martini genere Heilolvingum tunc vixisse (Mon. SS. III, 170.) animadvertit Meichelbeckius; nam de episcopi August. tempore controversia est.

740. cularibus rebus monachicum habitum susceperunt a sancto Bonifacio archiepiscopo ante altare sancti Benedicti, scilicet Lantfridus, Waldrammus[a], Elyandus sororque[b] eorum[c] Kaylswindis[20].

4. Ex hiis Lantfridum venerandum virum abbatem huic loco[d] aliisque locis supradictis, quos huic loco et abbatis regimine subesse voluerunt, constituerunt[e] ipsa eadem die supradicta super monachos quos ex diversis aggregaverant provinciis, 150 venerandos viros. Erant namque supradicti viri Lantfridus, Waldrammus[f] et Elyandus sororque illorum Kaylswindis docti lege divina, sciebant[g] proferre nova et vetera suis auditoribus. Acta sunt haec in praesentia sancti Bonifacii archiepiscopi Moguntiacensis[h] civitatis, Tessilonis[i] huius provinciae ducis, seu[k] Wicterpi[l] Augustensis civitatis[m] episcopi, nec non huius provinciae episcopis, presbyteris, diaconis[n] clericisque aliis seu multitudine fidelium christianorum feliciter in Domino, amen[*]

21 in villa quae Anthedorf[21] vocitatur, cum omnibus appendiciis suis ac nemore eidem loco adiacente: ab oriente vero incipiente, id est in fluviolo Ridirbach[22], deinde usque in magnum fluvium Ysaram, ac deinde in campum medium Walagouwa[23], atque inde recto cursu in Panchsteta, ac deinde Azalunphurt, indeque in medium Cubiepoz[24], atque inde in Habechouwa, nec non in Habechstanga atque in Radinasc quod est in campum Seshoipit, indeque in paludem magnum Wynidouwa[25] dictum, inde in Ridirbach. Iste est nemus qui specialiter pertinet ad altare sancti Benedicti in loco Buronensi situm nec non in pago Housi. Istum dedit L. ad altare supradictum, aliaque praedia dederunt fratres eius W. nec non Elyl. sororque illorum Kaylswindis, sed etiam ipse supradictus et saepe dicendus beatus Lantfridus, inprimis Chochalun cum appendiciis suis, Nydigeltinga[26] scilicet et Otilinga[27]
28 cum appendiciis suis, id est ubique iacentium praediorum, ac deinde Santouwa[28] cum omnibus appendiciis suis, id est circumiacentium praediorum, iterumque Emeheringun[29] cum (appendiciis suis id est ubique *desunt c.*) iacentium praediorum, ac deinde Dutcingun cum appendiciis suis, id est Kararshusa[30] aliisque praediis, deinde Mounigisingun[31] cum appendiciis suis, id est circumiacentium praediorum, ac deinde Ufinga[32] cum appendiciis suis, Altheim[33] scilicet cum omnibus appendiciis suis. In Halla[34] 5 loca ad confectionem salis dedit, nec non in Pozona[35] dederunt praedia vinearum suarum ad idem altare supradictum. In Sumilaga vero 6 houbas dederunt ad altare sancti Benedicti; alia quam plurima, quae longum est cuncta replicare. Quae omnia si huic loco servirent, monachis 50 ad cottidianum victum sufficerent *addit* 3.

36 *) Thassilo dux Baioariorum dedit ad altare sancti Benedicti Mouitilstat[36] cum omnibus appendiciis suis in proprietatem, cum ecclesia aliisque aedificiis illic instantibus. Post haec multi coeperunt se subdere supradicto viro, praediaque sua tradere ad altare sancti Benedicti, et a pluribus cognominatus est bonus Lanzo. Ex quibus qui praedia sua tradiderunt ad altare sancti Benedicti, est comes Engildeo, qui mutavit saecularem habitum, accepit monachicum habitum ante altare sancti Benedicti ab abbate Lantfrido, praediis suis traditis ad eundem locum supradictum pro commemoratione sui. Idem villas Pancinga, Moulihouss,
37 Piringa, Umbindorf, Salihedorf, Scondorf[37], cum omnibus appendiciis suis, in praesentia Lantfridi abbatis, fidelium testium. *add.* 3.

a) Waldramus 2. b) cum sorore 2. c) illorum Kail. 3. d) prefecerunt *add.* 2. e) Const. etiam 2. f) Waldramus 2. W. ELY. 3. g) etiam *add.* 2. h) Magunciacensis 1. Mogontiacensis 3. i) Thess. prov. 1. Thess. 3. k) et c. l) Witerpi 1. m) *deest* 2. Augustanae 3. n) diaconibus 2.

20) In cod. Benedictobur. 118. „Passionale Sanctorum" saec. X. in vita Bonifacii c. 28. aliquot verbis erasis manu coaeva scriptum est: *quartum in Nova civitate nomine Mannonem cui Uodalhartus episcopus successit*; deinde additum: *Duas videlicet ecclesias consecravit, unam beato Altone venerando viro, quam in honore Dei genetricis Marie consecravit* (nunc Altomünster) *alteram reverentissimo viro Lantfrido in loco Puron, quam in honorem confessoris Christi Benedicti dedicavit. Duo quoque monasteriola duabus adiunxit ecclesiis, hisque non minimam servientium Deo multitudinem subrogavit, ut usque hodie gloria et benedictio et gratiarum actio domino Deo devote conferatur.* Teste Doct. Kunstmann, Oberbayr. Archiv. I, 155. 21) nunc Antorf, in praefectura Weilheim. Spatium his finibus inclusum facile, inquit Meichelb. in Chron. Ben. I, 4. viginti milliaria Germanica complectitur, et alpes multas, lacus duos Vallensem et Cochelensem, cum multis locis palustribus, agris, pratis, silvis ac pascuis, ac nominatim etiam vicos Ascachi, hodie Cochl, et Gelungam complectitur. 22) hodie Selda. 23) Wallgau in praef. Werdenfels iuxta Isaram situm est. 24) hodie Kniepass, locus montis Weilberg. MEICH. iuxta Sindelsdorf, v. Meich. Chr. Ben. II, 31. 25) nunc Würmsee, cuius ad meridionalem oram Seesbaupt situm est. 26) Getting in praef. Wolfratshausen. 27) Aidling, praef. Weilheim. 28) Sandau, ad Licum infra Landsberg situm. 29) Emmering, praef. Bruck, ad fl. Amber. 30) Tutzing et Garatshausen ad lacum Würmsee. 31) Münsing, prope Wolfratshausen. 32) Uffing iuxta lacum Staffelsee. 33) Altheim, praef. Erding; v. Meich. Chron. II, 252. 34) Hall, ad Oenum infra Oenipontum. 35) Botzen, ad Athesim. 36) hodie Mittelstetten, Rainensis praefecturae vicum. MEICH. 37) Penzing, Mühlhausen, Pürgen, Ummendorf, Schondorf, in praef. Landsberg. Salhdorf etiam in Mon. Boic. VIII, 307. legimus, monente V. D. Foeringer, sed postea periit.

5. Lantfridus[a] venerandus abbas postquam omnia rite ordinavit, id est singulis locis monachos instituit, inprimis in Buronensi loco 50 monachos servitores sancti Benedicti constituit, in Schlechdorfensi[b] monasterio 25 monachos instituit, in Staphalastagno[c] monasterio 25 monachos instituit, in Wezzezprunnen[d. 38] 25 monachos ordinavit[e], in Santowa[f] 25 monachos instituit; in Cochalensi[g] monasterio 25 sanctemoniales[h], in Pollinga[i] monasterio[39] sanctí Salvatoris 25 sanctemoniales[k] instituit. Quorum omnium tantam curam habuit, ut in dominica die capitulum faceret in coenobio sancti Benedicti confessoris, feria secunda in Cochalensi[l] loco, feria tertia in Schlechdorfensi[m] monasterio, feria quarta in Staphalastagna monasterio, feria quinta in Wezzezprunnen[n], feria sexta in Santowa[o] ecclesia, sabbato in Pollinga monasterio sancti Salvatoris[p]. Sic rexit pater Lantfridus[q] monasteria supradicta per 25 annos, ac die vigilia[r] translationis sancti Benedicti, id est 6. Idus Iulii, migravit ex hac luce[40], et[s] circumstantibus fratribus et discipulis die translationis sancti Benedicti sepulturae traditus est a sancto viro Wicterpo[t] episcopo Augustensi, atque[u] eius loco ordinatus est abbas venerandus beatus Waldrammus.

6. Iste pater Waldrammus[v] acceptis locis supradictis impendit illis curam sui laboris, nec declinavit a doctrina fratris sui[w], iuxta omnia praecepta sua ambulavit. Per[*] 29 annos rexit loca supradicta, et die vigilia[x] depositionis sanctae Scolasticae virginis sororis[y] sancti Benedicti migravit ex hac luce, id est 5. Idus Februarii[41], et ab episcopo Augustensi sancto viro Sinberto[z] appositus est iuxta fratrem suum beatum Lantfridum ipsa die depositionis[a] sanctae Scolasticae virginis Christi[a]; atque electione episcopi Sinberti[b] et fratrum congregationis[c] sancti Benedicti ordinatus[d] est in locum eius venerandus vir Elyandus[e] abbas, id est[f] 4. Idus Februarii.

7. Iste vir Elyandus[e] erat doctus lege divina et dignus tanto honore, et per omnia exempla[g] imitans maiorum et fratrum suorum[**]. His[h] namque Eliandus[i] beatus abbas coepit

*) Haec faciendo fama illius late diffamata est, et multi eius precibus se commendantes et praedia sua illi tradentes ad altare sancti Benedicti. Kysila regali genita stemmate[42] dedit ad altare sancti Benedicti quicquid proprietatis habebat in villis Gouttinga, Buuhe, Liucilstat[43], una cum ecclesiis aliisque aedificiis illic instantibus, et cum omnibus appendiciis eorum, de iure suo in ius sancti Benedicti pro commemoratione sui, in praesentia Waldrammi abbatis fideliumque testium; aliique multi locum sancti Benedicti augebant praediis suis temporibus suis, et per 39 annos rexit hunc locum locaque s. 3.

**) Inimicus autem humani generis invidens quieti illius, accendit contra illum malignos homines, tres fratres Reg. Kag. Kys.[44] qui distrahere cupiebant a supradictis locis, prediis divino cultui mancipatis; de isto Buronensi loco nemus invadere coeperunt, quod specialiter ad altare sancti Benedicti datum fuit a venerando viro Lantfrido. Quibus casibus turbatus supradictus vir Elylandus mittens ad imperatorem piissimum Karolum, intimans ei quae ab istis malignis hominibus patiebatur mala. Haec audiens imperator Karolus iussit duci provinciae Noricae Kyslhardo[k] atque Hantone episcopo, ut suum iudicium haberent cum his malignis viris, uti loca divino cultui mancipata a venerandis viris Lantfrido, Waldrammo, Elylando, invadere prohiberent. Statim nam iussione imperatoris statutum est iudicium in villa quae Egolvinga[45] dicitur, cum his viris qui loca sancti Benedicti maligne usurpare studuerunt. Quibus victis a viri Dei sermonibus Elylandi in supradicto loco, dederunt singuli de semetipsis pro panno in manus Kyslhardi ducis atque Hantonis episcopi 40 solidos, Elylando abbate 12 solidos. Inprimis Reg. dedit pro panno 40 solidos in dominico, 12

a) Landfridus 2. b) S. loco et m. 2. Slehedorfensi 3. c) Staphalastangno 2. d) Wesserprunnen 2. Iescinisprunnun 3. e) instituit. in Coch. m. XXV monialés institoit. in Sandaw XXV monachos instituit. 2. f) Santouwa 3. g) Choch. 3. h) sanctim. 3. i) Pollingen 2. k) sanctimon. 2. 3. l) Chochhal. 3. m) Slehdorfensi 3. n) Wessesprunnen 2. Iesciniusprunnun 3. o) Sandaw 2. Santouwa 6. p) s. S. *desunt* 2. q) Landfridus 1. p. iste L. m. ista s. 3. r) vigiliarum 2. vigiliae 3. s) ac 2. t) Wicinperto Aug. 1. u) Beatus W. ven. in locum eius abbas est ordinatus 2. v) *deest* 2. w) sed 3. x) vigiliae 3. et in profesto s. 2. y) s. s. B. *desunt* 2. z) Simperto 2. Sintberto 3. a) positionis 3. b) Sintperti 3. c) congregatione 1. c. s. B. *desunt* 2. d) electus 2. e) Eliandus 2. Elylandus 3. f) *deest* 2. g) i. e. 3. imitabatur exempla 2. h) *i. e.* is. — In hiis 2. i) E. b. s. *desunt* 2. b. Elilandus s. 3. k) N. Kys. *cod. sed Kyslhardi nomen et in Merigozi donatione et in Reichii Ann. eccl. Sabion. habemus.*

38) Wessobrunn, praef. Weilheim. 39) Polling ib. 40) a. 772. „Lantfrit abbas" interfuit synodo Dingolfingensi. Varia eius epitaphia v. in Meichelb. Chr. Ben. I, 16. 41) Epitaphium dat Meichelb. in Chron. Ben. I, 20. 42) De ea v. Chron. Bur. 6. et Meichelb. Chr. I, 13. 43) Gauting et Leutstetten praef. Starnberg. De tertio nihil constat. 44) *Kagaahardus* et *Kysilhardus* legendum videtur cum Chr. Bur. c. 7. sed Reginoldi? v. Chr. Bur. c. 9.) nomen divinari tantum licet. 45) Egelfing praef. Weilheim.

grandaevus esse plenusque dierum; correptus[a] est languore in quo migravit ex huc mundo in[b] vigilia sanctae Mariae semper virginis, ac ipsa assumptionis die sepulturae traditus est positusque est ad fratres suos et[c] patres iuxta[d] ecclesiam sancti Benedicti 18. Kal. Septembris. Rexit quoque[e] beatus Eliandus[f] ista loca supradicta per annos 44.

EXPLICIT CRONICA VIDELICET STRUCTURA HUIUS MONASTERII[g].

Nota[h] qualiter sanctus Tertulinus[i] fuerat furatus a quodam de Burn[k], et qualiter fuerat[l] reductus in[m] Schlechdorffense monasterium a confratribus ibidem.

Reginbertus abbas ex familia sancti Benedicti studuit quidquid boni potuit, eiusque[n] tempore amplificatus est clerus sancti Benedicti quem ipse nutrivit. Uxorem namque habuit[o] ex familia sancti Tertulini martyris[p]. Ex ea filium genuit literisque imbui fecit nomine Adalberonem. Qui cum vir factus esset, coepit magis amare coenobium sancti Benedicti quam sancti Tertulini. Et ex eo contigit ut[q] corpus illius videlicet[r] sancti Tertulini transtulerat[s] in Burn[t] 9. Kalendas Decembris, nescientibus clericis sancti Benedicti neque patre suo domno[u] Reginperto.

Cumque cognoscebant[v] sancti martyris corpus in Burinensi[w] coenobio inventum esse, laetati sunt, et interimque[x] usque dum cogitarent ubi illud collocarent[y], in sarcophago collocabant[z], super altare sancti Benedicti ponebant[a]. Illoque rediente in Schlechdorf[b] ad magistrum suum Heripertum[c], clerici huius loci scilicet Fridericus[d], Reginpertus cum aliis fratribus tulerunt caput et maiora ossa quaedam, ex caveato lapidi imposuerunt loco mundissimo[e], collocabant nesciente Adalberone.

Post haec quoque obiit Reginpertus huius loci videlicet[f] in Burn[g] dominus, 16. Kalendas Octobris; cui successit Ratoldus ex Frising[h] nobilis vir. Supradictus vir[i] Adalbero litigavit cum sodale[k] suo Schlechdorfense[l] clerico, qui dixit ad illum[m]: *Tace, Adalbero, tace, dominum sanctum Tertulinum habes furatum.* Ex his[n] verbis contigit, ut Adalbero tolleret ossa quae remanserant, portaretque[o] in Schlechdorff ecclesiam; collocavit loco quo tulit, confitens pec-

Elylando abbate. Deinde Kag. dedit pro panno 40 solidos in dominico, 12 Elylando abbate. Ac deinde Kys. dedit pro panno 40 solidos in dominico, Elylando abbate 12 solidos. Istis viris ita victis loca divino cultui mancipata quieverunt tempore Elilandi abbatis. Posthinc quoque multi nobiles viri dederunt predia sua Elilando abbate ad loca supradicta pro
808. Iul. 11. commemoratione sui. Ex his Merigozus diaconus dedit ad altare sancti Benedicti situm in pago Housi quicquid proprietatis habuit in villa quae Machtolvinga[46] dicitur, id est ecclesiam cum curta et aedificiis illic instantibus, una cum omnibus appendiciis suis mobiliis et inmobiliis; ac semetipsum tradidit ad servitium Christi et sancti Benedicti, et libros suos tradidit ad eundem altare, ipseque in die qua haec fecit monachicum habitum accepit ante (altare *deest c.*) sancti Benedicti. Karolus quoque imperator effectus, sicut notum est, coepit in amicitia magna habere Elylandum abbatem monasterii in loco Pura dictum, ac monachos sancti Benedicti omnesque monachos sub magisterio sancti Benedicti viventes satis diligebat, atque idem Puronensem locum augebat libris illuc traditis novi ac veteris testamenti, quos per capellanum suum corrigit et caro suo misit Elilando abbati, regulamque sancti Benedicti patris de ipso codice, quem ipse suis sanctis manibus exaravit, transcriptum direxit cum
47 sanctis reliquiis eius, brachio scilicet ipsius[47]. Privilegia monachis dedit, et ut illius concessionis ingenuitas firma perseveraret omni tempore, sigilli sui inpressione iussit sigillari. Libri quos ad altare sancti Benedicti dedit sunt duae omeliae, una de adventu Domini usque in pascha, et altera in adventum Domini de pascha, in quibus iussit scribi sermones diversorum patrum, diaconoque suo praecepit emendare eas, ne ecclesia sancti Benedicti mentiri in aliquo videretur a quibusdam loco. Tunc namque tempore ecclesia sancti Benedicti erat plumbeis tegulis tecta in isto Buronensi coenobio ac diversis erat decorata modis. *addit* 3.

a) atque c. l. migravit 2. b) *deest* 3. in v. assumptionis M. virg. 2. c) et p. *desunt* 2. d) in ecclesia 2. e) que 1. f) Elilandus abbas istum locum per 3. g) *desunt* 3. in Staphelsee sancti Michaelis *addit* 2. h) *haec in* 1. 2. *hoc loco sequuntur; in* 3. *cap.* 11. 12. *inserta sunt.* i) martyr *add.* 2. k) Buren 2. l) fuit 2. m) ad 2. n) p. facere. Eius quoque t. 2. o) *n.* prius habuerat 2. p) *deest* 2. q) quod 2. r) i. v. *desunt* 2. s) occulte transferret 2. t) *deest* 2. u) cognovissent 2. v) Buronensi 2. w) interim dum 2. x) collocaretur 2. y) ac *addit* 2. z) posuerunt. Illo itaque redeunte 2. a) Slehdorf 1. b) *ita Meichelbeckius in Hist. Fris. I, 203. ubi hanc narrationem ex* 1. *edidit.* Heri. *reliqui.* b) et *addit* 2. c) *ita correxi ex Rotulo;* lap. m. i. loco 1. ac excavato lapide m. i. loco, n. 2. d) *deest* 2. d') Buren 2. e) Frisinga 2. f) vero 1. g) sodali 2. h) Schlechdorfensi 2. i) eum 2. k) hiis 2. l) portavitque in S. e. et c. in l. q. t. ea 2.

46) Machtelfing, inter lacus Würmsee et Ammersee. Integram donationem v. in Chr. Bur. c. 8. 47) Et hoc et homiliaria ibi adhuc servari, ait Meichelb. in Chr. Ben. I, 22.

cata sua Heriperto, qui promisit illum non publicare episcopo suo. Qui[a] aliter faciens dixit episcopo Gotschalco furatum esse corpus sancti Tertulini martyris ab Adalberone. Qui episcopus supradictus iussit sarcophagum argenteum fabricare[a*] et ossa quae[b] supra dicta sunt[b] in eo collocare, dicens alia quae in Burensi loco remanserunt[c] cum vi tollere. Supradictus vir Ratoldus huius loci videlicet in Burensi loco dominus descendit ad episcopum in Schlechdorfensi[d] coenobio, dicens se pro certo scire, nihil[e] in monasterio sancti Benedicti esse[f] de reliquiis sancti Tertulini martyris. Credidit episcopus Gotschalcus ipso[g]. Unde veniebat[h], ut omnes dicerent corpus totum esse in Schlechdorfensi[i] loco[k] sancti Tertulini martyris, et sic sanctus Tertulinus martyr corporaliter requiescat[l] in Schlechdorfensi[i] coenobio in sarcophago argenteo. Et hoc rei veritas est.

CONTINUATIO CRONICAE MONASTERII BENEDICTOBURANI[m].

Rexit quoque beatus Elilandus abbas istum locum per annos 44, sicut muro in isto invenimus scriptum studio discipulorum suorum. Epitaphium quoque[n] illorum lacrimabiliter hic est scriptum[o]:

Mors atrox nullum consumere parcit homullum;
Quisque solo degit, debitor huius erit.
En tres abbates meritis et germine fratres,
Muro defuncti sunt modo suppositi.
Hi dum vixerunt, hoc coenobium statuerunt,
Multos thesauros cui dederant et agros.
Ex his Lantfridus cluit abbatis vice primus,
Qui vir perprudens hic bona plura studens,
Iam sextas Iulius mensis dum continet Idus,
Exutus carne debita solvit Adae.
Frater Waldrammus cui successit venerandus,
Huc qui contulerat quodque boni poterat.
Idus[p] at Februi quinis de carcere mundi
Emigrans, animam reddidit ille piam.
Tunc Elilant fratrum suscepit municipatum,
Germanos gestis aequiperando bonis.
In nonis decimis Septembris et ipse Kalendis
Mortuus est membris, victitat ast meritis.
Nec non[q] credentes haec talia scripta legentes,
Hos Christo statui poscite luce poli[r].

8. Elylando abbati successit Hrimgrinus abbas. Istoque defuncto successerat Erpfmannus abba[48]. Eiusque loco successerat Urolf abba. Cuique venerando successerat Snelport[48] abba. Hi quattuor viri extra decretum Lantfridi, Waldrammi, Elylandi, et placitum sive electionem congregationis sancti Benedicti fuerant in isto coenobio constituti. Hrimgrimus sepultus est in Staphalastagno monasterio, Erpfmannus in Ratisbonensae civitatis monasterio sancti Emmerammi sepultus est. Urolf in Schlechdorfensi monasterio sepultus est. Snelport abbas huius loci in Iescinisprunnun monasterio sepulturae traditus est. Qualiter vel quomodo istud monasterium rexerint, minime compertum habemus, sed tempore Snelborti abbatis quidam monachus huius coenobii venerabilis vitae fuit nomine Adalunc, presbyter et monachus, qui dixit ad fratres congregationis sancti Benedicti cum in proximo iam esset venturus: *Scitote, fratres, monachorum ordinem in adventu Snelborti abbatis finitum esse. Si mihi non*

a) Sed 2. a*) fabricari 2. b) *desst* 2. c) remanserant c. vi t. velle. S. autem v. 2. d) Slehdorfensi 1. S. c. degenti 2. e) n. s. 2. f) quicquam 2. g) ipsi 2. h) provenit 2. i) Slehdorfensi 1. k) coenobio, et sic 2. l) requiescit 2. m) *ex Rotulo historico, quem supra* 3. *appellavimus.* n) vero hic *codd.* 3. *et* 4. *chronici Burensis, qui hoc epitaphium c. inserunt. Idem in homiliario monasterii manu s. XI. scriptum est, unde V. C. Meichelbeck in Chron. Ben. p.* 24 *edidit.* o) l. ponitur 3. 4. p) Idibus *Hom.* q) Nunc o *Hom.* r) ita 3. 4. *haec sequuntur:*

Duxerat en vitam Cundbram pater iste sacratam,
Qui, Benedicte, tui sollicitusque (gregis)
Augebatque locum cum fundo largiter istum
Et sua tradendo foenore pro supero.
In nonis decimis Februi et ipse Kalendis
Ad Dominum rediit qui dedit esse sibi.

Alius epitaphii fragmentum dat Meichelbeck p. 24.

48) Ceteri hic Zacconem inserunt.

vultis credere, erit hoc vobis signum, me ex hac luce hodie migrare. Quod etiam evenichat. Et hoc addidit: *Cituitas*[49] *illius nominis indicium est huius loci destructionis.* Haec dicens, fratres intraverunt cum illo ecclesiam ad suscipiendum, sicut mos est, novum abbatem: ipse supradictus vir Adalunc prostratus ante altare sancti Benedicti emisit spiritum, 17. Kal. Decembris; sepultus est iuxta domum abbatorum Lantfridi, Waldrammi, Elylandi. Aliud quoque portentum contigit non longe post haec; nam monachus illius quem secum adduxerat, qui et frater ut dixerant illius carnis exstitit, egrediens coenobium sancti Benedicti inconsueta hora in nemus quod iuxta ecclesiam fuit a cervo percussus interiit. Hoc usque hodie a saecularibus hominibus dicitur. Insuper etiam tempore ipsius, ut frater noster sa supradictus Adalunc praedixit, Domino odibiles et maligni homines Hungarii intraverunt provinciam cuncta vastantes, ecclesias et monasteria monachorum et virginum depraedaverunt ac postmodum incendio
c. 954. ignis cuncta consummaverunt. Tunc quoque et istud coenobium sancti Benedicti incendio tradiderunt et omnia ornamenta illius tulerunt, monachos huius loci alios igne alios gladio perimerunt, familiamque sancti Benedicti longe per provincias disperserunt. Snelbor abbas fugit in lechscinisprunnun monasterium; defunctus est ac sepultus illic

9. Tunc namque istud coenobium sancti Benedicti sine rectore fuit 9 annis praeter domnum Perhtricum presbyterum et monachum et Sintpertum presbyterum, qui alterna vicissitudine in Italiam amboulantes indeque annonam humeris suis secum portantes sanctoque Benedicto servientes. Postquam occisi sunt Hungarii a Baioariis istaque provincia coepit habitari, tunc supradictus vir Perhtricus isto loco mansit solitarius. Bonae memoriae vir
50 Sintpertus villam Bibirbach[50] coepit habitare et Perhtrico in istum locum ministrare. Tunc Deo largiente quidam presbyter nomine Wolfdio[51] impetravit ab imperatore Ottone[a] sibi committi istud coenobium sancti Benedicti, quod et impetravit, adiuvante sancto Oudalrico Augustanae civitatis episcopo. Constitutus namque dominus huius loci supradictus vir Wolfdio presbyter, omnia bona quae potuit hic agere studuit. Nam locum istum ampliavit datis huc praediis suis ad altare sancti Benedicti, scilicet quidquid proprietatis habuit in villis Uneringa[52] et Sindilisdorfa, cum appendiciis suis necnon servis et ancillis; ex quibus fuit Rihhol-
53 fus[53], qui successor illius postmodum exstitit. Postquam crevit Rihholf, domnus Wolfdio impetravit ab imperatore Ottone[a] illum habere successorem, ipseque spretis cunctis huius saeculi voluptatibus monachicum habitum suscepit ante altare sancti Benedicti, ac ieiuniis et vigiliis et orationibus per 7 annos postmodum vacans[b], vigilia sancti Martini episcopi migravit ex hac luce in Domino. Amen.

10. Rihholf huius loci dominus omnibus modis studebat istum locum ornamentis decorare; inprimis ecclesiam maiorem fecit adiuncta cripta, atque sanctum Oudalricum episcopum Augustensem in hunc locum vocavit venire eamque dedicare; sub die 7. Kal. Octobris dedicata est. Post hinc maligni homines absente imperatore, Gaminolfus scilicet et Unarogus comites, tulerunt quicquid ad locum sancti Benedicti praediorum pertinebat, militibusque suis distribuebant, dicentes sibi ab imperatore datum esse. Sic veniebat praedium sancti Benedicti in manum malignorum hominum. Ipsorumque tempore Perhtrihcus presbyter et monachus supradictus migravit ex hac luce 12. Kal. Februarii; martyrizatus est videns dolorem qui veniebat super coenobium sancti Benedicti ab Ungariis et a malignis hominibus Gaminolfo et Unargo, qui defensores debebant esse monasterii sancti Benedicti. Postquam Rihholf istud
54 coenobium multis annis rexit, defunctus est 4. Idus Iunii[54].

11. Cui successit Reginpertus eiusdem familiae, qui studuit quicquid boni potuit. Eius quoque tempore amplificatus est clerus sancti Benedicti quem ipse nutrivit. Uxorem namque habuit familiae sancti Tertulini[c]; ex hac filium genuit litterisque imbui fecit nomine Adalberonem[d]. Qui cum vir factus esset, coepit magis amare coenobium sancti Benedicti quam sancti Tertulini, et ex eo contigit, ut corpus illius inde huc transduceret, decimo Kalendas De-

a) Ptipaf *c.* b) uocans *c.* c) Tfrtulkak *c.* d) Adalbfrpafm *c.*

49) vel celeritas, scil. *mei* teutonice est i. q. celer. 50) Peurbach praef. Landsberg. 51) Wolvoldus vocatur in Brev. Gotacalchi, Woalfdeo, filius Sigifridi et Kristinae, in charta Mon. B. VII, 87. Meich. I, 29. Ea tamen vel fictitia est vel interpolata e donatione Merigozi. Tempora nullo modo consistunt. Advocatus loci ibi Otkozus vel Otkohus appellatur, comes Gaminolfus, eiusque advocatus Unargus. 52) Unering praef. Starnberg et Sindelsdorf in Weilheimensi. 53) Sindelsdorfensis, secundum chartam istam. „Rihhoalf subdiaconum meum, quem mihi successorem annuente domno Ottone piissimo imperatore et ex electione venerabilis Augustensis antistitis Uodalrici adquisivi, fratrumque congregationis sancti Benedicti.“ 54) de Gunthalmo archipresbytero Augustano, Rihholfi filio, quem ex Ospim quadam dicitur sustulisse, v. Meichelbeck Chron. I, 31.

cembris, nescientibus clericis sancti Benedicti neque patre suo domno Reginperto. Cumque cognoscebant sancti martyris corpus in istud coenobium ventum esse, laetati sunt; et interim usque dum cogitarent ubi illud collocarent, in sarcofago collocabant, super altare sancti Benedicti ponebant. Illoque regrediente in Slehdorfensi loco ad magistrum suum Heripertum[a], clerici huius loci scilicet Frid. Reginf. Cump. cum aliis fratribus tulerunt caput et maiora quaedam ossa et excavato lapide imposuerunt, loco mundissimo collocabant, nesciente Adalberone. Post haec quoque obiit Reginbertus huius loci dominus 16. Kal. Octobris.

12. Cui successit Ratoldus ex Frisingensi castello nobilis vir. Supradictus vir Adalbero litigavit cum sodale suo Slehdorfense clerico, qui dixit ad illum: *Tace, Adalbero, tace, dominum tuum sanctum Tertulinum*[b] *habes furatum.* Ex his verbis contigit, ut Adalbero tolleret ossa quae remanserant, portaretque in Slehdorfensem ecclesiam; collocavit loco quo tulit ea, confitens peccata sua Heriperto, qui promisit illum non publicare episcopo suo; qui aliter faciens dixit episcopo Gotescalcho[58] furatum esse corpus sancti Tertulini ab Adalberone. Qui episcopus supradictus iussit sarcofagum argenteum fabricare et ossa quae supra dicta sunt in eo collocare, dicens alia quae in Baronensi loco remanserant cum vi tollere. Supradictus vir Ratoldus huius loci domicus descendit ad episcopum in Slehdorfense coenobium, dicens se pro certo scire nihil in monasterio sancti Benedicti esse reliquiarum sancti Tertulini martiris. Credidit ipse episcopus Gotescalchus, unde veniebat, ut omnes dicerent corpus totum esse in Slehdorfensi loco sancti Tertulini[c]. Dominus Ratoldus huius loci omnia bona quae potuit hic agere studuit; praedium suum in Wacreinpa[58] dedit ad altare sancti Benedicti, postquam in ecclesia sancti Benedicti ante altare illius ambulare gressum recipiebat. Ecclesiam in atrio sancti Benedicti in honore sanctae Mariae fabricavit. Sarcofagum argenteum quod super altare sancti Benedicti stat, fabricavit cum capsis circumquaque stantibus; cruces duas fabricavit, scriniolum et thuribulum patravit, missalem librum dedit ad altare sancti Benedicti, multaque bona alia fecit hic. In Frisingensi loco obiit 2. Kal. Septembris.

13. Cui Taginus successit et ipse nobilis, et non plus rexit hunc locum quam dimidium annum. Moguntiacensis archiepiscopus est constitutus[57]. Cui venerandus successit Adalbero familiae sancti Benedicti, qui a multis cognominatus fuit propter industriam suam Vas librorum; bona quae potuit hic agere studuit, nihil a coenobio sancti Benedicti alienavit. Haec agens 6. Non. Maii migravit ex hoc seculo. Cui venerandus successit domnus Reginpertus, qui istud coenobium rexit ut sanctum Benedictum decuit. Praedium suum ad altare sancti Benedicti in villa Bolzinwanc[58] dedit coram testibus. Propter ipsius peticionem et intercessionem Brunonis episcopi Augustensis civitatis dedit Heinricus bonae memoriae imperator ad altare sancti Benedicti quicquid sanctus Benedictus habet in villa Hohstat, Ettinhofa, Tumindorf, Wanilihousa, Tumindorf, Halthein[59]. Propter petitionem Chounradi imperatoris ipse supradictus vir domnus Reginbertus permisit in isto coenobio sancti Benedicti monachos iterum ordinare, ac regimen huius loci a se dedit in manum Chounradi imperatoris, et ab ipso accepit ecclesiam sanctae Mariae quae est in atrio sancti Benedicti, cum appendiciis suis una cum annona sua. Cui successit Ellingerus Tegirinseensis monasterii abbas[60], et istum 1031.
locum rexit unum annum, atque ad altare sancti Benedicti dedit dalmaticam unam, subdile unum, stolas et albas et libros, regulam sancti Benedicti, martyrologium secundum compositionem Bedae presbyteri, antiphonarium 1, psalterium 1; et ipse a se dedit regimen huius coenobii in manum Chounradi imperatoris, atque ab ipso imperatore successorem accepit monachum suum valde venerabilem virum nomine Gotahelmum.

14. Anno ab incarnatione Domini 1033. constitutus est abbas huius loci venerandus et 1032.
Deo dignus et coenobio sancti Benedicti necessarius domnus Gotahelmus, die 2. Kalendas Sept. 30.
Octobris. Postquam ille beatus suscepit regimen huius coenobii, studuit illud reparare in id quod fuit. Inprimis regulam sancti Benedicti docuit observare, monachosque huic loco nutrivit, ipseque ieiuniis et vigiliis vacabat et orationibus; ita tamen ut paene nulla vigilia praeteriret sanctorum festivitatum quam non ieiunio veneraret, et 4. feria et 6. feria ieiunaret.

a) Heri. c. *constanter.* b) Tfrtzlknxm c. c) Tfrtzlknk c.

55) Frising. 904—1006. De Ratoldo v. Meichelb. Hist. Fris. I, 188. 201. ubi in donatione quadam etiam Tagini agnatus eius commemoratur. 56) „prata dicta Wagrain in Cranspergensi nunc praefectura". Meichelb. Chron. Ben. I, 32. 57) Minime, sed fortasse Magdeburgensis a. 1004. Etsi hic quum eligeretur, capellanus regis erat et Ratisbon. vicedominus. 58) Pohwang praef. Wolfratshausen. 59) Ex his Hochstadt situm est in praef. Starnberg, Diemendorf in praef. Weilheim, Wandlhausen in praef. Wolfratshausen, in marca coen. in Schefflarn, 60 Altheim in praef. Erding. 60) 1031. *inc. Domini anno Albino 9. Kal. Iulii defuncto Ellingerus in abbatiam restituitur. Eodem anno per eundem ad instantiam Sigiberti Augustensis* (potius Eigilberti Frisingensis) *episcopi monasterium in Benedicten Pewren in vita monastica reformatur, quo ipse abbas Ellingerus cum 12 monachis de Tegernse professis veniens, ibidem personaliter per annum fere mansit, et singulis ordinatis beatum Gothalmum quem secum adduxit in abbatem consensu principis et episcopi ordinavit.* Chr. Tegerns. in Pezii Thes. III, 3. 509. Cf. Brev. Gotscalchi c. 3. ubi etiam Ellingerus a. 1031. Gothelmus 1032. institutus esse traditur.

Multos labores et persecutiones sustinuit a clericis ante servitoribus sancti Benedicti, et sui
61 quoque fratres ex congregatione sancti Quirini[61] deseruerunt illum, et ipse peregrinus in hoc loco perseveravit usque ad exitum vitae suae serviens Deo et sancto Benedicto confessori Christi. Studium habuit operandi manibus suis quod necessarium fuit, maximae[a] retia sua. Ipsius quoque tempore Deo largiente et cogente conversus est domnus Reginpertus atque ante altare sancti Benedicti monachicum habitum suscepit Kal. Novembris. Accepto itaque monachico habitu domnus Gotahelmus antecessore suo supradicto viro hordinem dignum constituit, vereque fundamentum illum posuit huius monachicae vitae; decanum illum ordinavit. Qui suscipiens regimen secundum regulam sancti Benedicti et secundum praeceptum domni Gotahelmi abbatis docuit semetipso, vacans die noctuque ieiuniis et vigiliis et oratio- nibus; ita tamen ut nulla hora praeter quando refectionem corporis accepit aut quando lassa membra somno dedisset, ab eius ore oratio psalmorum cessaverit. Haec exercitio fuit domni
62 Reginperti postquam monachicum habitum suscepit per annos 15; et obiit 3. Idus Februarii[62].

15. Isti sunt servitores sancti Benedicti quos domnus Gotahelmus abbas in hunc locum congregavit: inprimis antecessorem suum huius loci dominum domnum Reginpertum, Adalpertum, item Adalpertum, Oudalmannum, Ougonem, Erchanpertum, Reginpertum, Adalpertum, Burchardum, Diotricum, Diotherium, Goteschalchum, Adalwardum, Gotahelmum, Albricum, Meginhardum, Rihhaldum, Irminhorium, Adalricum, Ottonem, Oudalricum, Meginhardum, Engilmarum, Burcwardum, Sygymarum, Engilberonem, Perhtricum, Engilberonem, Gotahelmum, Maginhardum, Engildeonem, Ruotpertum, Iacobum. Isti sunt institutores huius loci id est monachicae vitae. Hos omnes domnus Gotahelmus abbas nutrivit ex pueris, preter 7 viros R. A. A. R. R. R. M. Istud monasterium reparavit cum istis adiutoribus, id est quicquid muris circumdatum vides, illius gratiae et labore deputare debebitis. Res ecclesiasticas id est albas cum humeralibus et cingulis 50 adquisivit, 12 inveniebat; stolas optimas 20 adquisivit, casulam 1; 10 casulas inveniebat. Cappas 7 adquisivit, 3 inveniebat; tapetes 4 adquisivit, unum inveniebat; velamenta 2 adquisivit, 2 inveniebat; calices 5 patravit, 3 inveniebat; facitergia 2 adquisivit, 2 inveniebat; cruces 3 patravit, 2 inveniebat; candelabra 2 patravit, 12 inveniebat; thuribulum 1 patravit, 1 inveniebat; vestimenta sediliorum 9 comparavit, 1 inveniebat. Libros quoque patravit plurimos, multos scripsit, multos comparavit; in senectute sua moralia Iob patravit, per monachum suum Adalpertum[b] scribsit. Campanas 7 adquisivit; unam Herirandus abbas Tagaranseensis huc dedit tempore ipsius ad altare sancti Benedicti. Tabellas altariorum comparavit; unam domnus Reginpertus comparavit quae ante altare sancti Benedicti esse videtur.

16. Praedia quoque plurima domnus Gotahelmus ad altare sancti Benedicti adquisivit, alia comparando, alia fratres pro annona solvenda dederunt, alia pro elemosina accipiebat a christianis hominibus; nullum annum praeteriit quin aliquod praedium ad altare sancti Benedicti adquireret. Intercessione ipsius Heinricus imperator dedit ad altare sancti Benedicti Chohalun, Orta, Pura, Puhila, cum appendiciis suis et familia utriusque sexus; cum imperiali
63 carta tradidit ad supradictum locum[63]. Fautores Gotahelmi abbatis erant boni christiani viri ad adquirendum supradictum praedium ad altare sancti Benedicti: Altmannus scilicet venerandus abbas Eberispergensis monasterii, Adalberonus namque qui illud inbeneficium de isto loco suscepit, Rihlindis christianissima comitissa eiusdem supradicti praedii domina. Haec et alia multa bona adquisivit domnus Gotahelmus abbas ad coenobium sancti Benedicti in pago Housi situm.

1052. 17. Cum esset Gotahelmus 20 annos huius loci abbas, Nitkerus Frisingensis episcopus

a) *ita c.* b) Adlpfrtum *c.*

61) i. e. Tegernseensi. 62) Epitaphium dedit Meichelb. Chron. I, 38. 63) Ea edita est in Mon. Boic. VII, 88. cf. p. 46. XXXI, 324; Meichelbeck. Chr. I, 40; data 1048. Oct. 22. Sed eam spuriam esse, vix dubitari potest. Monasterium situm esse dicitur in comitatu Oudalschalchi comitis. Meichelbeckius haec adnotavit: „Hic monendus est lector, nomen Baron lapsu temporis soli monasterio adhaesisse. Villa illa cum tempore in pagum centum aedium excrevit, et a vicino torrente Lain vocatur Laingrueb. Puhila, hodie Pichl, itidem ultra 50 casas complectitur, uti etiam Cochalon, hodie Cochl. Orta, hodie Orth, viculus est paucarum aedium. Vicus L. non integro quadrantis horae spatio a monasterio distat, P. spatio horae dimidiae, O. tribus quadrantibus, C. sesqui fere hora." Adalberonis com. Ebersbergensis, qui Chron. Ebersberg. teste a. 1045. obiit, memoria in Necr. Ben. diei 27. Martii adscripta est; uxor eius soror fuit Welfonis, patris Cunizae; v. Scheidii Origg. Guelf. II, 229.

impetravit ab imperatore supradicto Heinrico sibi committi domnum Gotahelmum et abba- 1052.
tiam Buronensem in servitium, nesciente illo. Haec quoque cum impetrasset, dixit ad domnum Gotahelmum callide, ut cum illius licentia et permissione sibi liceret in Buronensi villa aedificia sua erigere. Hoc rennuit domnus Gotahelmus; neque aedificia fabricare permisit, nec servitium impendere voluit, nec ad illum utrumque veniebat, nec ille huc umquam venerat, sed in Ravennam descendit iussione imperatoris ipso anno quo haec contigit, et in ea subitanea morte defunctus est[64], et in flumen proiecerunt corpus eius Ravennenses cives, April. 13.
sicut ad nos venit ex relatione suorum. Posthinc quoque domnus Gotahelmus cognito eius obitu descendit ad imperatorem supradictum Heinricum, rogans pro libertate abbatiae sancti Benedicti; qui susceptus est gratissime et dimissus est ab imperatore cum privilegio libertatis[65]. Posthinc nullus hominum mortalium ausus fuit concupiscere istud coenobium. Ipse 66
autem Gotahelmus domum regrediens continuavit omnia bona sua studia et istum locum omnimodo decoravit. Eiusdem studii fuerunt omnes monachi illius circa istud mo..... alii scribendo, alii libros comparando, alii adquirendum praedium huic loco studebant, alii servos et ancillas adquirebant, manibus suis alii operabantur quod necessarium fuit ad monasterium sancti Benedicti, alii saecularia officia facere scientiam habebant. Nullus illorum fuit qui aliquid boni ad istum locum non fecisset. Ex his viris erant alii studium habentes reliquias sanctorum in hunc locum congregare quantum potuissent; iussit hoc illis habere studium domnus Gotahelmus abbas[66]. Inprimis fuit venerandus monachus Reginpertus ex laico 66
conversus qui rogando episcopos et .....

..... comitissa[a].	Adalbero comes[69].
Unargus huius loci destructor.	Rihlindis comitissa.
Hengildeo huius loci defensor.	Altmannus abbas[69].
Arnoldus huius loci defensor[67].	Welf dux[70].
Irminkardis comitissa.	Otto comes.
Heuticus huius loci defensor.	Sikko[71]. 71
Adalber huius loci defensor.	Chunradus comes.
Oudalscalch huius loci defensor.	Nickerus episcopus qui subitanea morte extinctus est in Ravenna civitate, destructor libertatis coenobii sancti Benedicti.
Fridericus comes defensor.	
Abrahamus episcopus[68].	
Oudalricus comes huius loci defensor.	Iudita duxatrix defensatrix huius loci.
Chunradus huius loci defensor.	

Isti sunt qui praedia sancti Benedicti in beneficium acceperunt vel qui defensores illius mali vel boni exstiterunt, id est supradicti viri et faemine.

BREVIARIUM GOTSCALCHI.

1. *De fundatione loci*[b].

Anno incarnationis Domini 740[c]. ex consilio sancti Bonifacii Mogontiacensis[d] archiepi- 740.
scopi istud[d] Burense[e] monasterium constructum est sub regula sancti Benedicti confessoris a[f] Lantfrido, Waldramo[g] et Elilando, atque a beato pontifice Bonifacio est dedicatum in

a) mitissa *c.* *Haec in tergo rotuli litteris uncialibus scripta sunt.* b) *capitum inscriptiones desunt* 2. c) post incarnationem dominicam 741. 2. d) *deest* 2. e) Buronense 2. f) ab 2. g) Waldrammo 2.

64) Cf. Herim. Aug. a. 1052. 65) Meichelb. I, 74. huc trahit privil. cuius pars inferior avulsa est, de quo cf. Mon. B. XXXI, 335. Sed hoc est Heinrici regis. Meichelb. autem haec addit: „Nostri coaevi scriptores asserunt, Heinricum ob inclementiam hyemis (1055.) a nativitate Domini usque ad epiphaniam Turegi pertitisse. Hac igitur occasione usus Gothelmus noster Diotricum suum antehac discipulum, tunc presbyterum, Turegum misit etc. Diotricus eas litteras Idibus Ianuarii anno 1056. ad nos Turego attulit, nostrisque retulit, testes concessionis fuisse multos episcopos, abbates, clericos, laicos nobiles et ignobiles. Monuit vero praedia quae tum fuerant restituta, eousque fuisse possessa a Welfone duce.“ Quae qua auctoritate nitantur nescio. Tunc autem G. ipse imperatorem adiit; cf. Brev. Gotscalchi c. 6. 66) Reliquiarum quas ipse ab Ekkeberto abb. Fuld. impetravit, descriptionem v. in Pezii Thes. III, 3. 611. 67) Eius traditionem vide Mon. B. VII, 38. 68) Frisingensis 957—994. 69) Ebersbergensis. 70) Carantanorum ut videtur, qui obiit 1055. Id. Novemb. cf. supra. Iudita quae sequitur, vel mater eius est, ab aliis Imiza vocata, vel ducissa Bavariae, sed tum post a. 1071. haec scripta esse prodit. Ducis Carant. uxor nusquam commemoratur. 71) Hunc non diversum existimo a Sigimaro advocato loci sub Gotheimo, de comitibus Andecensibus, quibus et ceterorum pars accensenda est.

740. honore sanctae[a] Trinitatis victoriosissimaeque sanctae crucis sanctaeque semper virginis Mariae omniumque sanctorum angelorum, apostolorum et martyrum sive confessorum, virginum et[b] omnium electorum Christi, atque sub nomine et honore sanctissimi confessoris Benedicti abbatis, patroni[c] nostri, sub die 11. Kal. Novembris.

2. *De vastatione loci ab Hungariis.*

954. Anno post haec[d] incarnationis Domini[e] 973[f]. destructus est locus iste monasticae vitae ab Hungariis. Post haec[g] electione sancti Oudalrici episcopi[h] Augustanae[i] civitatis et missione[k] domni Ottonis piissimi primi imperatoris suscepit regimen huius loci Wolvoldus[l] presbyter[m] una cum aliis decem et novem[n] bonis clericis. Ex quibus unus doctrina sapientiae[o] eruditus, nomine Richolfus[p], quem ipse domnus Wolvoldus dedit sancto Benedicto, ex[q] petitione et consensu suo suscepit regimen istius loci, et ex praecepto domni Ottonis secundi imperatoris augusti[q]. Qui Richolfus statim post ordinationem suam[r] ecclesiam[s] sancti Benedicti studuit reparare, quae destructa fuit Ungarorum[t] malicia. Quinquaginta pedum maiorem fecit ecclesiam istam[u] quam ante fuerat[v], ad quam parvam criptam adiunxit[w]. Ecclesiam sancti Stephani et ecclesiam sancti Laurentii construxit[x] atque huc sancto Oudalrico[y] accersito altare sancti Benedicti inprimis dedicare petiit; postea singula altaria in monasterio locata[z], criptam[a] in honore sancti Sixti[a] papae et martyris[b] sociorumque eius dedicavit[c]. Ecclesiam sancti Stephani et ecclesiam sancti Laurentii[d] dedicavit. Hee ecclesiae dedicatae sunt sub 7. Kal. Octobris[71].

3. *De abbate Ellingero et suis monachis.*

1031. Anno post incarnationem Domini[e] 1031. Heinricus[f] divina favente clementia tertius[g]
72 rex[72] ex petitione[h] atque interventu Eigilberti Augustani[i.73] episcopi atque Adalberonis comitis et advocati istius loci[k] 3. Kal.[l] Novemb. adduxit ex Tegarensi[m] monasterio[n] Ellingerum abbatem aliosque 12[o] monachos, istam ecclesiam secundum regulam et habitum sancti Benedicti reparando[p], scilicet[q] Gothelmum[r], Sigiboldum, Hiltipatum, Adalherium[s], Peronem, Richpoldum, Helmunonem, Heripatum, Oudalricum[t], Megilonem, Hederammum, Rapotum[u]. Commemoratio rerum quas domnus Ellingerus[v] abbas contulit ecclesiae sancti Benedicti, scilicet[w] regulam monachorum et martirologium Bedae[x] presbiteri, antiphonarium unum et librum ymnorum[y] cum canticis, psalterium Romano more scriptum, dalmaticam unam et unum subtile[z], stolas et albas quinque[a]. Cum vero secundum regulam sancti Benedicti omnibus quae necessaria erant in[b] aedificiis et[b] aliis causis fideliter institisset, expleto anno minus
1032. uno mense ad propria remeavit, et domnum Gothelmum cum ceteris in isto loco reliquit[b].
74 Post haec statim[c] iussione domni Heinrici[d] tertii[74] regis in Ratispona[e] consistente[f] electione domni[g] Eberhardi, Augustanae[h] civitatis episcopi, omniumque fratrum illius monasterii[i] ac consensu domni Ellingeri abbatis supradictus vir domnus Gothelmus suscepit regimen abbatiae[k].

a) sancte 2. *et ita porro.* b) confessorum nec non et virginum Christi et 2. c) patris 2. d) hinc 2. e) ab incarnatione dominica 2. f) nongentesimo LXXIII. *cod. et* 2. g) post haec *desunt* 2. h) pontificis 2. i) Augustensis 2. k) ac iussione 2. l) Wolfdio 2, *et sic deinceps.* m) presbiter 2. n) novem et decem 2. o) sapiencie 2. p) Ribholfus 2. *semper.* q) ex petitione—augusti *ita exhibet* 2: Apuron monasterium nostrum suscepit ex consensu atque peticione domni Wolfdonis, presbiteri huius loci magistri, regimen huius loci Buronensis cenobii in honore sancti Benedicti constructi simulque precepto domni Ottonis secundi imperatoris augusti. r) statim ordinationis sue tempore 2. s) casam 2. t) Hongariorum 2. u) ecclesiam sancti Benedicti 2. v) satis fuit 2. w) ad q. adi. cr. p. 2. x) sancto Stephano construxit aliamque in honore sancti Laurentii martiris 2. y) Augustensis ecclesiae episcopo *addit* 2. z) petiit alteramque singula in ecclesia sancti Benedicti confessoris Christi 2. a) cripta 2. b) martiris 2. c) sociorumque et Valentianorum martirum dedicavit 2. d) martiris *addit* 2. e) dominicam 2. f) Heinricus 2. g) tercius 2. h) peticione 2. i) *desit* 2. k) adrocati monasterii S. Benedicti in hoc Puronensi loco 2. l) in Kal. 2. m) Tegriinsensi 2. n) loco ex monasterio sancti Quirini martiris Ellingum 2. o) VII. 2. p) monachos in Buronense monasterium ad construendam monachorum regulam in sancti Benedicti confessoris Christi cenobio 2. q) idem 2. r) Gotehelmum 2. s) Oudalherium 2. t) Odalricum 2. u) Ratpotum 2. v) Ellingum 2. w) attulit ad monasterium sancti Benedicti in Puron idem 2. x) martyrologium pede 2. y) hymnorum 2. z) subdiaconum 2. ") et albas et aliaque necessaria secundum regulam sancti Benedicti 2. a) idem in 2. b) et—reliquit *ita in* 2: atque aliis causis ipse in Tegriinsense monasterium regressus est, domno Gothelmo curam monasterii et sancti Benedicti. c) Hinc vero non manse minus anno 2. d) Hainrici 2. e) Ratisponense civitate 2. f) atque *addit* 2. g) unanimi 2. h) Augustensis 2. i) fratrum sancti Benedicti 2. k) regimen cenobii in huius Buronensi loco constructi in honore sancti Benedicti confessoris Christi. Ab incarnatione dominica 1032. domnus Gotehelmus suscepit regimen istius loci in 2. Kal. Octobris 2.

71") Meichelb. Chr. B. I, 30. „incertum quo anno." 72) potius Conradus II. 73) Frisingensis. 74) Conradi II.

4. *De abbate Gothelmo.*

Anno Domini 1032[a]. Commemoratio rerum[b] quas acquisivit vel[c] invenit in prediis, in libris et in ecclesiasticis rebus[d]: Casulae 9, albae 12, cappae 12, stolae 14, missales libri 4, zone coccineae 4, pallia altaris 5, facitorculae 6, curtinae 5, tapetia 4, calices 5, turibulum 1, dalmaticam unam, subtile unum, cruces 2, candelabra 4, sedilia 9. Descriptio librorum: Merigoz dedit librum ystoriarum; moralia Iob, duo libri; quadraginta libri novi et veteris testamenti et sanctorum patrum; libri poetarum Boetii, Sedulii, Prosperi et alii 60.

5. *Descriptio praediorum.*

Inprimis acquisivit tertiam partem vinearum in Pozana, quae sancto Benedicto ablatae fuerant. Has remisit Heinricus tertius rex interventu Adalberonis comitis. In loco Burren, Puhilen, Orte, Chocheln cum stagnis Chochelse, Walhense, quae Heinricus rex secundus imperator remisit domno Gothelmo, et decimas locorum sancto Benedicto subtractorum; tradidit etiam familiam sancto Benedicto ubique dispersam. Adiutores huius donationis exstiterunt Altmannus abbas de Monte apri, Albero comes, Ralint comitissa.

Lantfrit, Waldram, Ellant ded. Eberwunt ded. Lantfrit Waldram
In villa Piuwerbach[75], Celle sunt mansi 7. In villa Munisingen, Waenelhusen, 75
Ellant. Reginbertus et Richlit ded. Wolvolt ded. Hunprecht ded. Engel-
Scheftalaeren, Polzenwanch[76] sunt mansi 7. In villa Uneringen, Droezzelingen[77], Buch-
bert Waltrat ded. Hazeca ded. Ratolt praepositus dedit Eberhart
perch, Ettenhoven sunt mansi 6. In villa Haechingen, Furcholz et Wachreine, Saistinbu-
comes dedit Gisila cometissa dedit
sen, Waltinhoven, Chumiztorf[78] sunt mansi 6. In villa Pfaffenhoven, Allingen, Wolftisriet[79]
Lantfrit Waldram Ellant dedit
sunt mansi 5. In villa Emeheringen, Gerboltisperc[80], item Gerboltisperc, item Gerboltis- 80
Arnoldus comes ded. Sigemarus advocatus ded. L. W. Ell. Heinricus rex remisit
perc sunt mansi 6. In villa Viscon, Dietelhoven[81] sunt mansi 3. In villa Tuemendorf,
Wolvolt dedit Gotschalcus monachus comparavit L. W. E. Gotschalcus acquisivit. Quaedam matrona d.
Trubingen, Perhtingen[82] sunt mansi 3. In villa Uffingen, Tutingen, Secheringen[83] sunt
L. W. E. Arbo miles ded. Heiarich miles d. Egeloif d.
mansi 5. In villa Secheringen, Hoveheim sunt mansi 7. In villa Chufringen, Pirigen[84]
Quaedam matrona ded. Richolfus presb. d. Durinch miles dedit
sunt mansi 3. In villa Anttrichingen, Ussingen, Furpuoch, Harmannishusen[85] sunt mansi
Duae sorores dederunt Hartowinus miles ded. . . . , ded.
6. In villa Altheim, Chunurichinga, Euchenchoven[86] sunt mansi 7. In villa Wintenriet,
Megiawart ded. Sigwar ded. Albero comes ded. L. W. E.
Chienmos, Holzhusen, in duobus Studach[87] sunt mansi 7. In villa Hohstat, Houdorf, 87
Starchant ded. Geps ded. Arnoldus com ded. Diet. com. d. Heinr. rex remisit
Puocheim[88], Kepunriet sunt mansi 7. In villa Taerzins[89], Pfans, Pozen sunt mansi 7.
Lantfrit, Waltram, Ellant dederunt Alb. com. ded. Wolvoldus praepositus ded.
In villa Hall est locus ad conficiendum sal. In villa Reine, Sindelstorf,
Gotschalcus (?) acquisivit L. W. E. dederunt Lantfrit, Waltram, Ellant dederunt.
Reina, Wile[90] sunt mansi 4. In villa Hagene, Windorf, Pierdorf[91] sunt mansi 4. 91

a) *decimi* 2. b) de rebus 2. c) quas domnus Gotehelmus abbas adquisivit ad Puron monasterium vel quas 2. d) invenit ad monasterium sancti Benedicti pertinentia. Idem ipse domnus in libris et ecclesiasticis rebus. *Hic desinit apographum Tegernseense cui manus saec. XV. in fine addidit:* Anno Domini 1278. 15. Kal. Ianuar. ecclesia s. Benedicti Pauronensis igne concrematur etc.

75) Peurbach praef. Landsberg, cui Celle (hodie Zellhof. Meich. Chron. I, 37.) vicinum fuisse videtur. 76) Münsing, Wandlhausen, Schäftlarn, Polswang in praef. Wolfratshausen. 77) Uncring, Dressling in praef. Starnberg. 78) Haching in praef. Monacensi, Fürholzen (Meich. II, 53.) cum pratis de quibus v. supra c. 12. in Frisingensi; cetera in eadem regione fuisse existimes. 79) Oberpfaffenhofen et Alling praefect. Starnb. a quibus Wolfetaried praef. Weilheim satis remotum est. 80) Emering praef. Bruck, et Germansberg in Starnbergensi, sed vicinum. 81) Fischen iuxta lacum Ammersee, et Dietelhoven, utrumque in praef. Weilheim. 82) Diemendorf, Traubing, Perchting, prope lacum Würmsee versus caurum. 83) Uffing, Tauting, Söchering, in praef. Weilheim, quibus Hofheim vicinum est. 84) Kaufering, Pürgen, prope urbem Landsberg. 85) Entraching, Utting? (traditionis charta extat Mon. B. VII, 40.), Hartmannshausen, in praef. Landsberg. 86) Altheim in praef. Erding et fort. Eichhofen in Dachavjensi. 87) Holzhausen, Staudach in praef. Wolfr. sita sunt a lacu Würmsee ad orientem; Chienmos circa eundem lacum quaerendum esse, e M. B. VIII, 327. monuit V. C. Foeringer. 88) Hochstadt, Hadorf, Buchheim, praef. Starnberg. 89) Tarzins prope Oenipontum, v. Meich. Chron. I, 74. Pfans prope Matrey, Botzen et Hall ad Oenum in com. Tyrolensi. 90) Rain ad fl. Loisach, Sindelsdorf, Grossweil in praef. Weilheim. 91) Hagen in praef. Weilheim situm est, Bierdorf in Landsb. iuxta lacum Ammersee.

6. *De rege Heinrico tertio.*

1052. Interventu vero domni Gothelmi dilectissimi abbatis nostri Heinricus tertius rex gloriosissimus augustus bona sancti Benedicti supradicta, ne iniquorum hominum malitia vel avaritia invadere potuisset, carta libertatis confirmare praecepit atque sigilli sui impressione stabiliri iussit et abbati Gothelmo et monachis sub regula sancti Benedicti in isto monasterio degentibus, cunctisque successoribus eorum abbatibus et monachis. Acta sunt haec in civitate [91] Ratispona sub die 5. Idus Iulii[91].

7. *Hee possessiones et predia sancto Benedicto antiquitus sunt ablata.*

In villa Anetorf, Uffelendorf, Riede, Husen, Sindelstorf, Wile, Owe[92], sunt mansi nongenti. In villa Otlingen, Aulstat, Ouwe, Roueggese, Hoveheim, Liubolfisperc, Waltramisperch, Secheringen, Tutingen, Hugolvingen[93] sunt mansi 70. In villa Pisenperc, Abbatissingen, Odratingen, Ebrolvingen, Horschingen[94] sunt mansi 10. In villa Sandou, Rische, Bouloch, Schondorf, Salihdorf, Umbendorf, Buron, Celle, Tanne, Mulihusen, Teidinswanch, Ammenhoven[95] sunt mansi 80. In villa Paenzingen, Piringen, Mulehusen, Mörelsteten, Olchingen, Rotbach[96] sunt mansi 60. In villa Mahtolvingen, Oucheim[97] sunt mansi 30. In villa Guttin- [98] gen, Pouche, Luzilsteten[98] sunt mansi 50. In villa Tuzzingen, Karareshusen, Zeismaningen[99], Nidergeltingen, Pouchperch, Chumizstorf, Celle[1] sunt mansi 50.

Haec bona tradiderunt sancto Benedicto pro commemoratione sua Lantfridus, Waldrammus, Elilandus, tres germani fratres, Tessilo dux, et modo Kisila regina et monialis, Merigozus diaconus, et modo Engelhart comes[2], et modo Gramannus miles[3].

Et modo ex consilio sancti Bonifacii episcopi hoc previarium domnus Gothelmus per dilectum suum Gotschalcum fieri iussit.

8. *De[a] cognitione et nominibus abbatum.*

Nomina abbatum et praepositorum a prima fundatione loci: Lantfridus, Waldrammus, Eliland. Horum successores quinque Rimgrimus, Zacco, Erpfmannus, Urolfus, Snelbardus. Hii non per ostium in ovile ascenderunt sed aliunde. Illorum successores felicis memoriae septem praepositi Wolvoldus, Richolfus, Reginbertus, Ratoldus, Tagino, Albero, Reginbertus. His iterum successerunt abbates. Primus Ellingerus per annum. Post hunc Gothelmus restaurator loci. Successores illius Megingozus, Ratmundus, Chounradus, Norpertus, Oulschalcus, Engelschalcus, Waltherus, Ortolfus, Wernherus, Albertus, Bernhardus, Heinricus, Gebehardus, Bernhardus, Heinricus[4].

1053. ## TRANSLATIO SANCTAE ANASTASIAE AUCTORE GOTSCHALCO.

Incipit passio et translatio beatae Anastasiae virginis et martyris.

Hec tempore Diocletiani primo diram et inmitem custodiam a viro suo Publio perpessa est, in qua tamen a Chrisogono martire Christi multum consolata et confortata est. Deinde a praefecto Illirici in gravissima atque diutina custodia macerata est, in qua duobus mensi-

a) *hoc caput postea additum vel certe auctum esse apparet.*

91) anno 1052. ut existimat V. C. Foeringer; cf. supra c. 17. Certe tunc Ratisponae complura dedit privilegia. 92) Haec intra primae dotationis fines sita sunt, scil. Antorf, Ilfdorf, Rieden, Dürrnhausen (?), Sindelsdorf, Grossweil, Au. 93) Ex his Aidling, Riegsee, Hofham, Waltersberg, Söchering, Tauting, Hugelfing sita sunt in praef. Weilheim, Ohlstadt nunc in Werdenfelsensi. 94) Peissenberg, Oderding, Eberfing in praef. Weilh. Hersching, Starnberg. 95) Sandau, Reisch, Schondorf, Ummendorf in praef. Landsberg. Buoloch teste V. D. Foeringer est Pullach praef. Monacensis, et Teid. idem secundum antiquos libros redituum ultra Isaram situm esse asserit, putatque esse Eilenschwang in praef. Wolfratshausen. 96) Penzing, Pürgen, Mühlhausen praef. Landsberg, Olching et Rottbach praef. Bruck. 97) Machtelfing et Acham (Altstarnberg) praef. Starnberg. 98) v. Chron. Ben. c. 6. 99) Haec loca praef. Starnb. Tutzing, Garatshausen, Zeismaning, in apocrypho isto Heinrici regis privilegio (M. B. VII, 90.) Gothelmo abbati rogata Welfonis ducis, itaque ante a. 1047, restituuntur; quod hic silentio praetermissum esse, minime veri simile videtur. Equidem Frisingenses genuina privilegia abstulisse arbitror. In carta Ratisponensi a. 1143. Waltherus abb. unum tantum Heinrici IV. contra Frisingenses privilegium attulit, scil. quod a. 1078. datum est; v. Mon. B. VII, 103. Cf. Chron. Bur. c. 22. 1) Gelting, Buchberg, Königsdorf, Zell praef. Wolfratshausen. 2) qui supra Engildeo vocabatur. 3) v. Chr. Bur. c. 5. 4) obiit a. 1271.

bus refecta est celestibus escis per sanctam Theodotem quae prius martirium passa est. Deinde navi inposita cum 200 viris et 70 feminis, ut demergeretur in mari perlata est ad insulas Palmarias[5]; ubi per manus et pedes extensa et ligata ad palos fixos, et circa media eius ignis accensus est in quo martirium consumavit, et omnes qui cum illa venerunt variis interfectionibus martirium celebrarunt.

2. Apollonia quedam matrona christianissima tulit corpus sancte Anastasie virginis, et linteaminibus obvolvens, intra viridarium domus sue posuit, et ut decuit martirem sepelivit, atque expenso non parvo pecunie numero basilicam fabricavit, ubi eam sepelivit. Passa est vero sancta Anastasia 9. Kal. Decembris, postea autem deposita est ubi basilica fabricata est in domo Apollonie 7. Idus Septembris.

3. Dehinc postquam ista translatio facta est memorate virginis et martiris Anastasie in supradicto loco, et ubi ecclesia brevi creverat tempore, instigante diabolo humani generis inimico contigit, ut oriretur inter Palmarienses cives et Aquileigensis civitatis episcopum non parva contentio ac utroque populo gravis persecutio. Hac itaque dificultate cives Aquileigensium perturbati et subito inproviso undique maximo circumdati exercitu Palmariensium, pro dolor! postremo omnia turbabantur, oppida capiebantur, viri et mulieres parvulique trucidabantur, agri devastabantur, vineae excidebantur, aliaque omnia oculta et inocculta scrutabantur. Cumque hec mala secundum voluntatem adversariorum evenissent, ac illi sicut putabant prospere interfectis omnibus triumpharent, contigit ut inter alia illorum facinora beatorum martirum Hermachoris episcopi et martiris et Fortunati diaconi sui, quorum salubri predicatione et ammonitione primitus Deo credebant, mausoleum ab inimicis audacter aperiretur, illisque cernentibus ad supradictas insulas veherentur. Qua de re Aquileigenses valde contristati, maxime quod sanctorum martirum gubernatorumque locorum patrociniis fuerant depredati, nescientes quid essent facturi, nam illis nulla facultas erat rebellandi. Sic quoque protelando rem de die in diem nullam invenissent consolationem.

4. Post vero multum temporis contigit Deo dispensante, ut episcopatum in Aquileia quidam acciperet ex Noricorum provincia nomine Poppo[6], nobili progenie natus, potens opibus potentiorque sapientia, litteris bene eruditus aliisque artibus non mediocriter doctus. Is etiam dum non longum temporis inibi perageret, cepit valde dolere, quod supradictorum martirum patrocinio privatus esset. Ad nova consilia ese convertit. Simulans se eis aliquid boni facturum esse, iussit pacem fieri, non corde neque opere sed tantummodo verbo et mercimoniis ad invicem se copulari, et ut ea re facilis aditus pateret, cumque omnia accepta pace confirmarentur, ac utrique populi ea re laetificarentur, praecepit suis, ut perfidos sibi mercimonio fidos facerent, et quos antecessores sui inimicos habebant, ille sibi amicos facere dicebat. At illi cunctis illius praeceptis obedientes, paulatim mercimonia illuc portantes, et cito in firmum fedus se coniungentes, vinum ferebant illuc in doleis, frumentum in saccis, oleum in lagenis aliaque plurima quae solent a negociatoribus ferri. Igitur dum hec sepe fecissent omniaque bene explorassent, tunc supradictus pontifex ubique milites ascivit, ac singulos singulariter petens, multaque promittens, si ita egissent, sicut eos docuisset, his ita perfectis, precepit sibi dolios ingentes parare 40 et in eos milites ambulare cum loricis et galeis clipeisque ac telis et cum multis aliis quae bellico usui forent necessaria. Illosque iussit, ut quasi causa mercandi irent, intraque castellum[7] sero venirent, mediaque nocte vasa frangerent militesque educerent, et illi demum omnia igni traderent. Promisitque fore se in proximo ad auxilium.

5. At ministri iussa conplentes et ad castellum cum omnibus quae supra dicta sunt venientes, et sicut docti fuerant, intra menia amicabiliter manebant, et circa mediam noctem milites de vasis educebant, ac menia undique vi tenebant. In crastino autem dum oppidani laeti surgerent propereque ad negotia sua secundum morem, nihil mali suspicantes, subito ex improviso viderunt se magnis periculis circumdatos, id est aut igni vivi inicerentur, aut gladiis interficerentur. Ille autem, ut promisit, non longe aberat; sed ut vidit oppidum a suis captum, ab insidiis surrexit, suisque auxilio adfuit; qui ut illuc venit, sine mora omnes fugavit, castellum destruxit, aliaque aedificia igne consumpsit, victoriam cum praeda et gloria acquisivit, spoliaque sui inter se dividebant. Cumque omnia secundum suam voluntatem perageret, urbemque ingrediens, ecclesiam inveniens, sanctorumque martyrum Hermacho-

5) fortasse Palmanova. 6) cf. Andreae Danduli chronicon a. 1044. 7) Gradense.

ris episcopi et Fortunati archidiaconi reliquias requirens, eosque inveniens, ad propria loca digno honore summaque gratulatione omnique gaudio una cum sancta Anastasia Christi virgine aliisque 24 martyribus reducens, die passionis supradictorum martyrum Ermachoris et Fortunati propriis locis recondens, sanctam autem Anastasiam cum aliis quos supra memoravimus inconditos servavit, volens eos partire inter monasteria quae sui iuris esse videbantur. Celebratis autem divinis officiis, ibidem Deo gratias referebat, qui sibi auxilium praestitit contra inimicos suos, dimisitque omnes ad propria redire cum pace.

6. Post hec nonnulli ad praefatum pontificem de Bavariorum provintia venerunt, et maxime hi qui aliqua arte docti fuerunt, nam eos non mediocriter quesivit, inventos autem dignis honoribus sublimavit, et quanto quisque perfectior erat, tanto sibi charior extiterat. Eo quoque tempore quidam monachus ex eadem provincia de quadam abbatia in honore eximii patris Benedicti confessoris Christi constructa atque pago Housi sita, qui scriptor erat optimus, qui etiam brevi tempore suo servitio cepit illi placere, ac super omnes sodales suos diligere cepit, ita sane ut apicem abbatiae in Verona civitate illi traderet, quae rusticana lingua sanctae Mariae Organa dicitur. Insuper etiam locum illum nobilitavit, illuc tradito corpore sancti Chrisogoni et sanctae Anastasiae virginis et martiris Christi, necnon et Castorii martiris seu etiam Cantioni Canti Cantionillae martirum. Quando autem illuc dederat, ecclesia destructa erat. Propter hoc non potuit eos collocare sicut decuit, tamen per semetipsum illuc transtulit, ipsius ecclesie criptae vasculis collocavit, missaque ibi celebrata, ivit ad propria.

7. Qualiter autem huius sanctissimae virginis Anastasiae corpus in istud monasterium venerit, paucis verbis explicemus. De Almannia quidam constitutus episcopus fuit nomine [8] Waltherus[8], in eadem civitate Verona elemosinis deditus, egregius quidem praedicator et aliis bonis operibus deditus, per quae iter ad Dominum; ad cuius notitiam veniebat venerandus Gotthelmus abbas Burensis monasterii, qui et ipse dignus fuit abbatiae, nam fuit bonis operibus deditus, ieiuniis, vigiliis, orationibus degudans die noctuque. Omnes enim conprovinciales illum miro affectu diligebant. Ex quibus namque amicis fuit episcopus Waltherus supra memoratus Veronae civitatis, nam sepe caritativa mun ra ei misit. Tunc quoque tempore supradictus abbas Gotthelmus misit quendam presbyterum suum nomine Gotschalcum in civitatem Veronam ad eundem pontificem cum aliis suis nunciis, petens solatium victualium, quia fames tunc temporis cepit esse in terra Bauwariorum per decem annos, et maxima multitudo cruciabatur fame illis temporibus. Isdem namque frater Gotschalcus veniens in [9] civitatem Veronam et non inveniens ibi episcopum, ad monasterium sancte Marie Organa[9] dictum divertit, ad abbatem loci illius nomine Engelberonem, qui et ipse erat ex familia sancti Benedicti. Qui benigne suscipiens eum, fecit eum ibi requiescere ipsa die et nocte, quia dixit se statim mane velle iter capere illuc quo directus fuerat, quod et fecit.

8. Inter fraterna quoque colloquia retulit ei de supradictis martiribus sancti Crisogoni et sancte Anastasiae aliisque sanctis, quomodo ibi haberet eos collocatos, et qualiter de loco illuc venissent suae passionis, et quomodo ipsam ecclesiam reaedificaverit, quia vetustate compulsa stare non potuit. Et hoc retulit, quod corpora sanctorum tam bene collocare non potuisset, sicut ei placuisset, quia servicio domini sui Aquileigensis episcopi nuper constituti premeretur. Post haec colloquia nox quae tunc venerat, dominica erat, in qua plus non licuit colloqui. Divisi sunt ab invicem non longe. Frater quidem supradictus cepit tractare secum nocte de sermonibus abbatis, ut aliquo modo potuisset ad sanctorum corpora venire, ut aliquid de reliquiis eorum sibi adquireret. Id laborans per totam noctem illam, tandem demum quivit perficere.

9. Postquam fratres illic matutinales laudes Deo reddiderunt, et lectisternia sua repetierunt, ipse surrexit, ecclesiam intravit, ipsum officium celeriter implens, circuiens ecclesiam, neminem videns, criptam ingrediens, ubi sanctorum corpora sciebat esse, veniens ad sarcofagum sancte Anastasie, plenumque reperiens reliquiis illius[illius] ianuam aperiens, ipso die dominica incipiente aurora tulit de sacris ossibus sacratissime virginis quantum sub sua cuculla potuit portare ad hospicium, fratrique suo carnali nomine Turingo aperiens quid esset, commendavitque servanda, ipseque ad ecclesiam rediens, celebravit divina misteria, post completionem vero divini misterii licentiam petens ab ipso abbate, a quo etiam dimissus est.

8) Ulmensis fuisse dicitur; sedit annis 1036—10 . . cf. chronicon Mellicense a. 1034. 9) in suburbio Veronensi ad portam Organi.

10. Post refectionem vero corporis iter arripuit, et venit ad episcopum supra nominatum 1053.
iam vesperascente dominica, et susceptus est ab eo benigne in castello Piscina[10] nomine, [10]
mansitque apud illum tres dies et totidem noctes. Aperiens itaque causam pro qua venerat, et rogans solatium victualium, dimissus est ab illo in pace, accepto beneficio non parvo. Reversus est itaque ad civitatem Veronam, venit ad monasterium supra nominatum, et non inveniens abbatem Engelberonem nec qui sibi aliquid boni fecisset, repulsus est a fratribus loci illius extra cenobium, illeque egressus, divertit ad hospicium cuiusdam viri nomine Hertrici, et mansit ibi non longe a loco illo; mane autem facto ambulavit ad monasterium, sperans abbatem inventurum, comites autem sui ibant in civitatem, ut cibos emerent ob viam longissimam. Illa namque hora monachis illis cursum primum celebrantibus et choro stantibus, supradictus vir Gotschalcus iterum criptam ingrediens, cucurrit ad sarcofagum, unde prius tulerat reliquias quas supra memoravimus, sperans plus adquirere; quod utique et fecit, nam omnia quae remanserant prius tulit praeter pulverem, quem illa hora non potuit congregare, et criptam volens exire, ad gradus ipsius cripte veniens obviam ipsumque custodem habens nomine Florianum. Interim namque monachi illi ibant ad capitulum, quod semper post primam in claustris monachorum fit. *Quid quaeris?* Ille respondit: *Nichil aliud quaero nisi dominum Iesu, et sanctos eius qui hic requiescunt deprecare disposui, et propter eos huc veni orationis causa.* Custos namque Florianus criptam cito ingrediens, post fugientem currit, clamans cum austeritate magna: *Expecta me, expecta me, fur.* Et ille fugiens extra ecclesiam, cupiens aliquo loco abscondere se, sed non potuit, custode insequente et dicente: *Expecta me, fur.* Tunc demum adprehendit eum in curte, quae est ante ecclesiam, et dixit ei iterum: *Fur, quid portas?* Ille autem prae pavore non potuit respondere. Erat quippe alia curtis iuxta ecclesiam, in quam introivit ipse Florianus custos, rogante Gotschalco et promittente illi multam pecuniam, sicut ipse retulit cuidam fratri nostro et monacho. Et clauso ostio tenuit manus fratris nostri Gotschalci, timens ne illum transfigeret nemine sciente, et dixit illi: *Quid portas?* Ille vero respondit flexis genibus veniam postulans, confessus est quod fecit, nichilque abscondit. Tunc custos dixit: *Ubi tulisti haec ossa?* Ille respondit: *In cripta in sarcofago retro altare quod est in australi parte.* Tunc exclamavit custos voce magna dicens: *Vae mihi! vae mihi!* saepe repetens. *Corpus est,* inquit, *sanctae Anastasiae virginis et martiris et patrone nostre post sanctam Mariam.* Tunc voluit illum trahere ad abbatem Engelberonem, et dixit ei: *Vae tibi, male fur! quomodo ausus fuisti nobis tanta mala facere?* Iterum atque iterum dicit ei: *Vae tibi,* et voluit oculos eius eruere. In magna vero tribulatione Gotschalcus positus, retraxit de sacculo suo 20 solidos denariorum et dedit ei dicens: *Accipe, domine pater, istos denarios cum reliquiis his, et noli detegere reatum meum abbati tuo, et neque fratribus tuis dicas peccatum meum.* Tunc namque mutatum est cor Italici, vidensque pecuniam cecati sunt oculi eius, molliterque locutus est ad eum, ac misericordiam promittebat; illeque volutus pedibus eius gratias referebat. Tunc cepit consolari eum dicens: *Noli metuere, non facio tibi malum modo.* Ille vero dixit confortatus verbis illius: *Domine pater, sine me habere istas reliquias, habeo hic bonum opertorium, daboque tibi.* Custos ille avarus pecunia seductus respondit: *Non ausus sum hoc facere contra locum istum et abbatem meum.* Gotschalcus vero respondit: *Da mihi, domine mi; non nocet tibi, quia sanctus Benedictus, de cuius monasterio sum, adiuvat te, ne patiaris per hoc malum.* Tunc duxit illum in pomerium quod iuxta ecclesiam illam iacet, circumdatum muro in una parte, altera vero parte habens fluvium Athesim. Ille locus secretus est et arboribus optimis consitus, ibique iterum dixit ei: *Valde stulte egisti in aliena provincia contra salutem vitae tuae, sed quia compatior tibi videns dolorem quem sustines, non possum tibi facere plus contrarietatis, sed propter sanctum Benedictum, quem dominum tuum confiteris, dabo tibi istas reliquias quas tu ipse tulisti, tantum capite mihi dato, et vade in pace.* Ille vero pedibus advolutus respondit: *Da mihi, domine pater, haec ossa sancta.* Qui respondit ei dicens: *Expecta tu hic iuxta reliquias, ego vado et videbo si aliquid remanserit ibi de reliquiis sanctae virginis, et tunc venio ad te.* Et clausit ostium pomerii post se, et egressus est foras. Tunc cepit ille secum cogitare, quod vellet se proicere in fluvium Athesim quod iuxta pomerium defluebat, et ad se reversus ait, melius sibi esse oratione se commendare Deo et sancto Benedicto, et statim proiciens se in terram, oravit ad Dominum ante reliquias sanctae Anastasiae ut per illam et sanctum Benedictum sibi Dominus adiuvaret.

10) Peschieram esse Meichelbeck opinatur.

1053. Oratione completa venit Florianus dixitque ei: *Putabam quod aliquid ibi remansisset de reliquiis, volui enim facere secundum tuam voluntatem, sed non possum. Nunc tolle tuos denarios, et vade in pace, et hoc propter sanctum Benedictum facio.*

11. Haec audiens Gotschalcus valde turbatus est, et cecidit ad pedes eius dicens: *Domine pater, habes hic corpus sancti Crisogoni, sancti Castorii sanctorumque Cancianorum. Istud corpus sanctae Anastasiae rogo ut des sancto Benedicto, quia, dico tibi, nichil facis contra voluntatem sancte virginis.* Tunc Florianus, compulsus precibus Gotschalci, cum lacrimis cepit dicere: *Fiat tibi secundum voluntatem tuam,* et traxit pallium altaris de sinu suo, et involvit corpus sancte Anastasie et tradidit ei dicens: *Non propter tuam voluntatem tibi dabo, sed propter sanctum Benedictum, et adiuro te per sanctam Anastasiam et per sanctum Benedictum, ut in ecclesia illius eam colloces optimo et mundissimo loco,* osculansque omnia ossa eius tradidit Gottscalco sub die 9. Kal. Iulii, acceptoque sancto corpore ivit ad hospitium, mansitque ibi die illo.

12. Altera namque die, id est nativitate sancti Ioannis baptiste, iter arripuit proficiscendi in patriam suam. Cumque foras venisset, non longe ab urbe contigit ut de corpore sanctae Virginis tantus odor suavitatis descenderet, ut implerentur nares illorum, et tamen nesciebant quid esset, quia nullus eorum sciebat quod factum fuit preter unum, qui frater erat Gottscalci nomine Turingus. Qui statim dixit sociis: *O socii, nescitis quia frater meus hic fert corpus sanctae Anastasiae, de cuius corpore tantus odor suavitatis descendit.* Haec ille dixit nesciente Gottscalco. Et illi statim ceperunt osculari vasa, in quibus ferebantur sancta ossa. Hoc est primum signum, postquam de Verona descendit.

13. Secundum autem contigit in homine Cunpoldo, qui fuit unus ex illis. Nam postquam extra clusam veniebant iuxta castellum, quod Bovis petra[11] dicitur, idem vir Gotschalcus requievit in prato cum suis. Tunc Cunpoldus tetigit ossa sancta curiose Gotschalco nesciente, pro quo febre correptus est usque ad exitum vite sue. Tunc levantes sarcinolas suas venerunt iuxta castellum Ava[12] et manserunt ibi nocte illa.

14. Secunda mansio fuit iuxta fluvium Athesim, habens miliarium unum ad Trientinam civitatem, ubi namque secunda nocte manebant in prato, sicut supra dictum est. Tunc homines illi tollebant eis equos, et in castello suo Ma[13] clauserunt. Propter hoc turbatus est Gotschalcus, et ante reliquias sancte Anastasiae in oracione iacuit, quousque equos venire videbat. Et hoc tercium signum.

15. Mulier quaedam Gisilbirga nomine clamare cepit demoniaco more se ardere precibus sanctae Anastasiae, et sic clamans liberata est die sancto festivitatis sancti Vigilii. Hoc est quartum signum per meritum sanctae Anastasiae.

16. Manebat quoque Gotschalcus cum sociis suis in supradicto loco usque ad vesperam, et tunc descendit iuxta fluvium Evis[14], et manebant ibi nocte illa. Cumque evigilassent mane, videbant se esse ultra fluvium, et exterriti valde, tamen gaudio repleti sunt. Et hoc est quintum signum.

17. Athesis fluvius egressus est, et tenuit viam, nec viatores poterant ire nisi per viam satis duram quae semita Karoli dicitur. Quo etiam Gotschalcus cum suis sociis veniebat, ultra castellum quod Salurna[15] dicitur, volentes ire super montem, sed via fuit iuxta montem, et illam descendentes venerunt in magnum lacum, qui fluebat de fluvio Athesis. Omnes namque in aquam veniebant praeter Gotschalcum, qui ossa sancta portavit. Illius equus noluit intrare. Multum quippe laborabant socii eius inter aquam natantes, sed nihil perdiderunt de rebus suis. Cumque laborassent usque ad vesperam, sani egressi sunt. Hoc est sextum signum.

18. Postquam lux diei alterius venit, montem ceperunt ascendere iuxta Salurna castellum. Cumque venissent in medium montem, lagena quaedam cadens de equo lapsa est in paludem. Propter hoc socii omnes convenerunt. Cumque haec tractarent, homo monachico habitu ascendens, venit ad eos dicens: *Filioli, quid turbati estis?* Cui illi responderunt: *Lagena nostra lapsa est in paludem.* Quibus supradictus vir ait: *Laudate Dominum et sanctam Anastasiam, quae dignum hospicium Domino in suo corpore praeparavit, per cuius intercessionem haec lagena vestra, quae de monte descendit, sana restituetur vobis.* Post haec vero socii Gottscalci una cum sene descenderunt, et sanam invenientes lagenam gavisi sunt valde, et afferentes laudaverunt dominum Iesum Christum in merito sancte Anastasiae, et se pariter

11) Preabocco Meichelbeck vocat. 12) hodie Ala. 13) Malarello. 14) Avisio ad quem Lavis. 15) Salurn.

Domino commendabant, ut per merita illius omne malum auferretur ab eis; quod et fecit. 1053.
Nam 12. die venerunt in patriam suam in pace, sub die 3. Nonas Iulii. Hoc est signum septimum sanctae virginis.

19. Transvecto igitur corpore in hoc Burense monasterium, honorifice positum est super altare sancti Benedicti abbatis. Post haec vero Gotehalmus venerandus abbas consilium habuit cum fratribus, ubi eam digne posset collocare. Tunc visum est illis, ut in altari sancti Benedicti retro collocaretur, usque dum aedificaretur ecclesia sancti Benedicti, et tunc eligerent illi locum aptum. Positumque est corpus illius in supradicto loco in ligneo scriniolo praeter caput eius. Hoc non potuit illic collocari, quia nimis parvum erat scriniolum, collocatumque est caput in parvo sarcofago, et positum est in altare sancti Georigi die eadem. Testis est huius collocationis cuncta congregatio sancti Benedicti, in primis Gotehalmus abbas huius loci, Reginpertus, Herchanpertus, Waltherus presbyteri, Richbaldus diaconus, Dietricus, Dietherus diaconi, Gotschalcus presbyter, translator corporis eiusdem, omnesque simul 35, qui omnes die noctuque ministrantes erant sancto Benedicto.

20. Obsecro itaque te, frater karissime, ut hanc compositionem, quam ego indoctus composui, tu literatus studeas meliorare, quia si reliquissem intactum, materia compositionis tibi deesset. Nunc rogo, ut mei scriptoris memineris et compositoris et translatoris sanctae Anastasiae virginis et martyris Christi. Tibi Deus quisquis sis prestat auxilium dictandi, qui mihi prestitit facultatem huc eam transferendi, Iesus Christus. Haec translatio acta est anno ab incarnatione Domini 1053. sub die 3. Nonas Iulii, tempore Heinrici II. imperatoris, Leonis papae, Henrici Augustensis episcopi. Finit translatio sancte Anastasiae. Ego qui hec composui, cuncta visu didici, non auditu.

CHRONICA BURENSIS MONASTERII[a].

1. Anno ab incarnatione Domini 740, indictione 8, sub Zacharia papa, rege Karolo, patre Karlomanno et Pippino, tempore quo sanctus Bonifacius Mogontiensis archiepiscopus in Francia, Fresia, Austrasia, Bawaria fidem Christi seminabat, cum iam ecclesie vel[b] monasteria in his partibus consurgerent, locus iste a solitudine invia et condensa ferarum cavea divino est nutu et amminiculo habitabilis effectus. Cuius conditores et cultores primi fuerunt tres fratres, viri clarissimi Lantfrit[c], Waldram, Elilant[d], tam virtutum quam divitiarum dignitate inclyti primates regni et predicti regis consobrini. Qui cum de rerum suarum habundantia pauperum peregrinorum maximeque spiritualium utpote[e] religiosissimi studerent inopiam supplere, prefati antistitis circumquaque predicantis crebra visitatione sunt plenius instructi. Iamque[f] tanti patris notitiam venerantes et amicitiam operibus declarantes, ad perfectionem evangelicam quo sola supererat omnia relinquendi et crucifixum sequendi pertingere sunt conati. 740.

2. Itaque cum circa fluvium Linhizaha[g] habentes predia et in villa[h] Antorf eiusque[i] confinio pulcherrima domicilia, venationibus adiacentia nemoris pro consuetudine aliquando exercerentur, cuncta perlustrantes inter frondose umbracula silve ad sempiterne paradysi viredta anspirabant, et[k] quia iamdudum seculi naufragium evadere statuerant, placuit eis ad conceptum negocium conversionisque diversorium perfecte[l] terre situs et amenitas, iusseruntque statim extirpatis frutectis prope rivum Kalomonbach[m] habitationem sibi adiacens basilica construi. Quem quia locum sibi Dominus non elegit, signorum indicio declaravit; cesoribus namque repentina incisione vulneratis, columbe advolantes cruentata ligni presegmina raptim asportaverunt, et huic loco, in quo nunc venerandus altare consistit, sparsim inferentes, quasi ex rationali industria cruciculas composuerunt. Stupefacti et prosecuti cum servis Domini ubi celestis auspicii omen animadverterunt[n], quo ibi cogitaverant hic perficiunt; ecclesiam cenobiumque operosissime coedificantes, incomparabiliter structuris picturis et preciosis peroraverent metallorum ac thesaurorum insignibus[o]. Deinde et alia tria grandi manu diligentie monasteria instituunt, primum Chochsleusep, in quo venerabilis eorum soror nomine Gailswindis predii sui parte tradita cum virginali degeret contubernio; secundum Siedorfense[q], tertium Stafelense[r]. Quibus duobus duo e prefatis fratribus, Waldram scilicet et Elilant, portiones de reditibus sue sortis, que sufficarent, singuli singulis condonarent.

3. His virliter perpetratis, in Franciam profecti conducto et annisu beati Bonifacii Mogontini archiepiscopi a piissimis regibus Karlomanno atque Pippino irrefragabilis perpetue libertatis privilegia Burensi ecclesie acquisierunt, quam etiam ab eodem tante auctoritatis et sanctitatis metropolitano dedicari regalique edicto publice honorificari iden:

a) *ita* 1. In nomine domini nostri Iesu Christi sine quo fieri potest nihil, incipit chronica monasterii Burensis. Ideo: O Deus omnipotens precibus si flecteris ullis, Da precor inceptis splendida vela meis. Amen 3. 4. b) et 2.
c) Lantfrid 2. 6. Landfricus 3. Landfridus 4. 5. Landfrid 7. d) Elitandus 3. 4. 5. e) sp. inopiam studerent implere, magnaque cura esset laborare circa ecclesias et sacerdotes Christi, et nisi statim a se adiuvarentur, se utpote religiosissimi peccasse putarent, prefati 3. 4. 5. f) Itaque 2. g) Lausach 3. Leusach 4. 5. 7. citra f. Liisach 6. h) pago 3. 4. 5. i) eius 2. k) et — amenitas *desunt* 6. 7. l) perspectis 3. 4. 5. m) Kolomonpach 3. 4. 5. *Hic Rotuli historici pulchum servatum est.* n) animadvertunt 2. o) In quidem locus prius nominabatur Pryel, sicut et hactenus pratum prope monasterium vocatur. Ibique erat bannus bestiarum praedictorum dominorum. His virliter peractis, ecclesia plumbeis tegulis tecta, vasque parata (v. peracta cuntibus 5.) supra paludem prefati fluvii Leysach (Leusach 5.) pontem erigere cuntibus iusserunt, nihilque nisi pontificis benedictio restabat. *add.* 3. 4. 5. p) Cochelense 5. Coclense 3. 4. *et ch marg.* Hoc hodie non extat. q) Siehdorfensi 2. Schlechdorfense 3. 4. 5. 6. r) Stafelense 5. 6. huius vix supersunt vestigia 4. *in margine.*

principes petentes impetraverunt[a]. Mox conventicntibus illustribus et katholice excellentie personis a supra memorato pontifice et Wicterpo[b] reverendissimo Augustano episcopo 11. Kal. Novembris die in nomine sancte Trinitatis ad plurimorum memoriam sanctorum, quorum et plurimas congregaverunt reliquias, hec ecclesia est dedicata, et preter ceteras cenobialis cautele aptitudines ab introitu mulierum inviolabili sanctione alienata, statimque magnificis oblationibus ac prediis et[c] dotata et ditata. Tradidit[d] namque inprimis gloriosissimus vir Lantfridus villam Autdorf 30 mansuum cum omnibus appendiciis cum contiguo nemore; cuius est terminus a fluvio Ridirbach usque in flumen magnum Isaram[e], ebinde in medium campum Walagowa, directoque limite Panchstete, Azalunwrt, ad medium Chniebos[f], inde Habechowa, Habechstange, usque Reidinsse quod est in campum Sesboibit atque paludem Winidowa, unde revertitur ad orientem Ridirbach. Itemque ipse una cum germanis ac sorore Chochalun, Nidegeltingen, Otilingen, Santowa, Emeringen, Tucingen[g], Kararshusin, Munigisingen, Uffingen, Altheim, singulas cum viculis et omnibus pertinentiis suis. In Halla 5 loca salinarum[h], in Bozan preciosa vineta, in Sumilaga 6 mansus aliaque infinita usque ad octo milia septingentos mansus preter mobilia inestimabilia cum ingenti et generosa valde familia. Cum his oblationum donariis etiam semetipsos obtulerunt hostiam viventem sanctam Deo placentem, rationabile obsequium, abdicata mundi figura que preterit assumptaque spirituali armatura monastici habitus infra ipsum peracti altaris officium tres fratres cum sorore. Quorum Lantfridus mox in abbatem per canonicam dispensationem unanimi omnium decreto est ordinatus, non neophytus sed litterarum scientia et morum elegantia licet sub seculari pallio eruditus, ornatus et omnino probatus.

4. Hoc inicio ecclesia sancti Benedicti est fundata, dedicata, eterneque ingenuitati ex apostolica et imperiali potestate dicata, non regno, non episcopio, nec ulli unquam ditioni nisi solius Dei ancillata, et hoc eadem die receptum, collaudatum, confirmatum[i], promulgatum a sancto Bonifacio Mogontino archipontifice, sancto Wicterpo Augustano antistite, et pene universis convicinalibus episcopis abbatibus seu etiam reverendis sacerdotibus Thessilone[k] duce et cunctis provincie primoribus aliisque fidelibus. Tunc dedit dux Thessilo cum presentia caterve testimonio sancto Benedicto Mulitstat, Ollichingen[l], singulas cum singulis ecclesiis et molendinis; idem 20 mansus Rotbach etiam cum pertinentiis suis, et alii alia sui suorumque monimenta.

5. Igitur Lantfridus abbas maxima vigilantia curam et vite pabula susceptis ministravit ovibus, centum videlicet quinquaginta monachis et quinquaginta sanctimonialibus, quos ipse una cum fratribus ex diversis elegerat finibus. Ex quibus huic loco probabiliores 50 instituit, reliquos vero per monasteria isti subiecta distribuit, Slehtorfense[m], Stafalense[n], Wescinesprunnense[o], Santowense[p], idem per singula 25[q] fratres; in Chochalensi autem et Pollingensi eiusdem numeri virgines. Quas cautas ne leo rugiens aut lupus esuriens circuiret, suimet presentia certis indesinenter diebus visitabat, ita ut sola dominica domesticorum cure assisteret, diligentiam regule augeret, negligentiam corrigeret; aliis feriis illa procuraret familiamque Domini sui mensura tritici satiaret[r]. Interim bono eius odore attracti ad normam discipline confluxerunt plurimi se et sua dedentes, carnem suam cum viciis et concupiscentiis crucifigentes. Horum tanquam illustris signifer Engildio comes ultroneus venit, rebus et armis exutus novum hominem induit, villas infra dictas patri Benedicto sub testimonio gravium personarum attribuit: Pancingen, Mulibusin[s], Piringen[t], Umbindorf[u], Salichdorf, Scondorf[v], 40 et amplius mansus cum ecclesiis omnibusque appendiciis. Graman[w] quoque miles [16] quidam adolescens[16] egrotare incipiens Deo se sanctoque Benedicto gratia sospitatis[x] monachum devovit, statimque convalescens distulit; denuo infirmatus reatum suum agnovit, venit, et medullitus abiectis vanitatum illecebris vestem cum voto penitentie accepit, dato predio [17] suo, tribus mansibus in villa Ouwa, cum prato Antfranga[17], astantibus et attestantibus non paucis nobilibus. Ipse 30. die se a sancto Benedicto vocari palam confessus obiit, qui ut credimus eundem et invitatorem et susceptorem habuit. Ergo cum hos et his similes nonnullos sui exemplo seccusos pervigil pastor Lantfridus ad supernam patriam premisisset, templumque Dei et moribus et honoribus sublimiter per 25[y] annos amplificasset, iam consummato cursu ad celeste bravium in vigilia translationis sancti Benedicti est sublevatus, et in preclara festivitate a sancto Wicterpo Augustano episcopo solemniter humatus[z].

6. In cuius locum frater eius Waldramus continuo promotus vestigia predecessoris indeclinabiliter est secutus incedens in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querela, sollerti custodia simul eadem regens augensque ovilia. Velocius itaque fama sanctitatis eius pervolante concurrebant non pauci utriusque sexus in castris castimonie celestis militaturi terrenis expediti stipendiis, ut ditarentur eternis. Intra quos tanquam sydus eximium emicuit Kisila[*] regina spectabili Francorum progenie orta, que calcatis mundi pompis venit a finibus suis quasi ad audiendam sapientiam Salemonis cum multo comitatu et divitiis, cum capellanis suis viris prudentibus quorum et

a) preceperunt 2. precepere 3. 4. percepere 5. b) Biterpo 3. 4. Bicterpo 5. Wietperio 6. 7. c) *ita* 1. 2. 6. est 5. 7. *deest* 3. 4. d) ditata et in (d. ita 7.) tantum quod habuit usque ad 8700 mansus 6. 7. *medio omisso. Etiam* 3. 4. *multa omittunt*, 5. *hic desinit.* e) Ysaram 2. f) Chniepos 2. g) Tütcingen, Kararhusen 2. h) salinaria 2. i) et firmatum 1. k) Thassilone 3. 4. 7. Thasselone 6. Tunc — monimenta *desunt* 3. 4. l) Olitingen 6. Oldingen 7. m) Slechtorfense 2. 3. 4. Schlechdorffense 6. Schledorffense 7. n) Staphalense 2. Stafalseense 3. Staphaleense 4. Staffelense 6. 7. o) Wescinsprunnense 1. Wessebrunnense 3. Wesseprunnense 4. Wessensprunnense 6. Wessenprunnense 7. p) Santuense 3. 4. Santewense 6. 7. ad Licum *addit* 3. ad Lycum 4. q) XXIIII 1. 6. XXIIII *corr.* XXV 2. XXIII 7. r) videlicet die Lunae capitulum celebraret in Cochalensi loco, die Martis in Schlechdorfensi monasterio, die Mercurii in Staphalastagni, die Iovis in Santuensi, die Veneris in Wessoprunnensi, die Saturni ad sanctum Salvatorem in Pollingen *addunt* 3. 4. *In* 3. 4. *haec desunt usque ad* susceptorem habuit. s) Mulihusen 2. Mulhusen 6. Mulhausen 7. t) Piringin 2. Poringen 7. u) Ummendorff 6. Umburdorff 7. v) Schondorff 6. 7. w) Gramma 6. 7. x) hospitatis 2. y) XXX 6. 7. z) anno virginei partus 765. *addunt* 3. 4. *) Kysila 2.

16) Commemoratur in Breviario c. 7.

17) Est Owa (Au) viculus ad Libusam fluvium intra Germicium et Eschenlocham situs. Pratum Antfranga videtur esse idem in ea vicinia locus, qui tempore Ludóvici Bavari appellabatur Ampheraug, prope quem idem imperator monasterium longe celeberrimum Ettalense excitavit. Meichelb. Chron. I, 8.

unus postea[a] Frisingensis extitit episcopus[18]. Ingresse ergo templum immensa obtulit[b] sacrificia librorum, thesaurorum, ornamentorum, et villas Goutingen, Buoch, Liucistetia[c], una cum ecclesiis, edificiis cunctisque appendiciis coram testibus infinite multitudinis. Ipse in vestitu religionis ad sancti Michaelis[d] celebrem tunc pudicicie aulam se contulit, cui et specialiter amplissima rerum insignia, pecunie, codicum diversorumque utensilium, nec non et altaris vasa sacerdotaliumque vestimentorum species preciosissimas attulit, ibique sub angelice sanctitatis emulatione degens, omni vite sue tempore cenobitis sancti Benedicti indumentorum habundantiam prebuit. 18

7. Non mediocriter ergo exaltata sui regiminis penna venerandus pater Waldramus[e] triginta et novem[f] annis, iam premia laborum recepturus in vigilia sancte Scolastice ad hereditatem incorruptibilem de carnis ergastulo est vocatus, et sequenti die a sancto Sinberto[g] Augustano episcopo celebri honore tumulatus[h], fraterque Ellilandus in sedem subrogatus. Qui ut erat divine legis peritissimus, corda discipulorum vicinorum, longinquorum sermonibus sale sapientie conditis imbuebat, et ex debito suscepte sarcine manipulos exultationis ad aream[i] dominicam incessanter colligebat.

Invidia[k.19] autem diaboli stimulante accensi contra illum tres fratres viri potentes, filii 19
sceleratí, Reg.[l] Milo, Aribo, predia supradictarum ecclesiarum distrahere et confinia pretitulati nemoris invadere moliti sunt. Abbas regi Karolo iniuriam conqueritur. Rex tunc forte in procinctu positus Hantoni episcopo Augustensi atque Kislhardo[m] duci iudicium faciende vindicte committit. Statuto examine in villa Egolvingen[n] presumptores illi nefarie direptionis convicti singuli pro compositione dederunt 40 solidos duci, 12 abbati, in dominico 40; verbi[o] gratia Reg. inprimis pro banno vadatus est solidos 40 Kyslhardo iudici, et fideiussores extiterunt Gaganhardus et Crimrich; abbati solidos 12, fideiussor Sygur; in dominico solidos 40, fideiussor Asolt. Milo vadatus est primo 40 solidos in dominico, abbati 12; iterum 40 in dominico atque abbati 12; alios 40 in dominico; fideiussor per[p] totum filius eius Kysilhardus. Aribo vadatus est abbati solidos 12, fideiussor Helmker; in dominico 40, fideiussor Svicker[q], Helmker; rursum in dominico solidos 40, fideiussor Aribo; pro emendatione 12, fideiussor Meginrat; et hec nomina virorum qui iuraverunt et testificati sunt pro eiusdem silve sancti Benedicti limite intemerabili: Sigur, Aathugi, Pabo, Hiltipato, Asolt, Hiltibrant, Crimrich, Meriboto[r], Meginrat, Meginhart. His[20] ita sedatis tempora Elilandi abbatis tranquilla dein- 20
ceps et quietissima permanserunt, nec erat Satan vel occursus malus sed prudenti ac pacifico pastori et oves et opes multiplicabantur nimis.

8. Tunc et Merigozus quidam diaconus toto corde ad monastice discipline normam 808.
conversus, plenissimum et grande volumen bibliothece dedit, simulque quicquid proprietatis Iul. 11.
in villa Matholvingen[s] habuit cum testimonio infra comprehenso: *In nomine domini nostri* Mon. Boica VII, 82.
Iesu Christi ego Merigozus solo nomine diaconus cogitans invenire ante tribunal Christi veniam delictorum seu recompensationem eternorum, trado rem proprietatis mee atque hereditatem hereditario mihi iure a parentibus meis traditam in loco Mahtolvingin, ecclesiam et que in ea sunt, casas, curtes, mancipia, mobilia et immobilia, quicquid dici vel scribi potest, in terris, pratis, silvis, campis, calmibus, montibus, fontibus, aquis aquarumve decursibus, arboribus pomiferis fructiferis et infructuosis, cultis et incultis, trado atque transfundo pro remedio anime mee vel parentum meorum sive omnium fidelium; exceptis quatuor mancipiis Samuele[t], Rifrido, Tuccun, Perachlinde, et aliquibus mobilibus. Cetera omnia mea que hodie sine ulla contradictione possideo, integerrime firmiterque offero ad altare sancti Benedicti Burin, ea ratione ut reservato mihi usufructuario victualis necessitatis, post meum exitum ad pastorem fratresque huius ecclesie sine ullius iudicii consignatione, contradictione, retractatione pertineat. Si quis vero,

a) nomine Tracolfus *add.* 3. n. Tracholfus 4. b) optulit 2. c) Iwesteten 6. brensteiten 7. *In* 3. 4. *haec desunt.* d) S. Michahelem 3. e) Waldrammus 1. f) XXXVIII. anno 6. 7. g) Sintberto 2. Simberto 3 — 7. h) t. itaque (Atque 4.) electione episcopi et congregationis fratrum frater eius Elilandus in sedem subrogatus anno Domini octingentesimo quarto 3. 4. i) aram 1. *In* 6. 7. *haec desunt.* k) Invidia — filiique occisi *desunt* 3. 4. l) *manu* 2 *additum in* 1. regis 6. 7. m) Kis. 1. Kys. 2. Karolo 6. Karulo 7. n) Egolvingin 2. Egelingen 6. o) verbi — patefeciant vestigia *desunt* 6. 7. p) super 2. q) Sviker 2. r) Meripato 2. s) Matholvingin 2. t) Samuhele 2.

18) In cod. Bened. homil. sancti Gregorii, quem eius iussu Hengilhard et Chadold scripserunt, manu saec. XI. enumerantur libri aliaeque res, quae monasterio Cochelensi dedit; ibi (Meichelb. Chr. I, 14) haec legimus: *quos per suos capellanos fecit scribi Engilhardum, Chadoldum, Tracholfum Frisingensis ecclesiae episcopum, Rupertum, Racholfum.* Sed Tracholfus ille a. 907. episcopus factus est. Ex eodem cod. sequentia petita sunt. Libros qui ex his adhuc supersunt, recenset Hefner, Oberbayr. Archiv. III, 3, 339. 19) Narratio simillima est eius quam supra ex Rotulo historico dedimus, et initium plane idem. Sed nomina alia sunt, et hic fideiussores esse videntur, qui ibi ipsi ut rei comparent. 20) Haec iterum conveniunt cum fine narrationis in Rotulo historico, ubi etiam Merigozi donatio breviter relata est.

quod fieri non credo, heres vel coheres parentele mee, vel extranea quecumque persona magna seu parva, hanc traditionem a me factam cassare, infringere, vel mutare voluerit, primo iram Dei omnipotentis incurrat et ab ecclesia catholica alienetur, et sanctus Benedictus sit ante Dominum exactor eius, nec non et mundane legis iudicio coactus persolvat sex uncias auri et quinque pondera argenti, et ipse illicite usurpationis effectu careat, sed hec traditio firma et[a] *inviolabilis permaneat astipulatione subnixa. Ego Merigoz qui hanc fieri et firmari rogavi. Irminheri. Ernest. Rihhart. Peppo. Asolt. Snelhart. Helmbreth. Berhtolt, et ceteri nonnulli. Vocabula mancipiorum que tradidi: Sigifrid, Mahalbalth, Zotan, Gotefrid, Erpho, Outrich*[b]*, Waltrich, Leidrat, Rathere, Zeizzo, Isanbreth, Swedihho, Gisheid*[c]*, Genia*[d]*, Glismot, Winnilind, Touta, Berhtlind, Ranthilt*[e]*, Ellinhilt, ante altare supra memorate ecclesie. Actum publice in presentia Elilandi abbatis atque Kislhardi*[f] *iudicis sive ceterorum virorum prudentium, anno incarnationis Domini* 808, *indictione* 1, 5. *Idus Iulii, tempore Karoli piissimi regis, anno imperii* 8.

9. Conquisivit etiam Elilandus abbas medietatem ecclesie sancto Martino dicate atque predium in vico Uffingen[g] coram omnibus nobilissimis de pago Huosin ex legatione domini imperatoris per eum et Kislhardum[h] habita concione in villa Sehhiringin die mensis Maias 5. ubi interpellati Liutkerus, Gangandus[i] et Lantoldus et inquisita ratione secundum plenissimam iusticiam singuli reddebant de sua parte partem medie ecclesie atque predium sive molendinum simulque quicquid verbis vel litteris comprehendi potest, terris, pratis, silvis, campis, calmibus, montibus, fontibus, aquis aquarumve decursibus, arboribus fructiferis et infructuosis, cultis et incultis. Liutkeri[k] fideiussor Pabo, Gaganhardi Sygur, Lantoldi Pabo. Isti testes in presentia cause: Anthugi, Hyltipato, Oudalrich, Hiltibrant, Dietbrant, Moricho, Pillunc, Reginoldus, Milo, Aribo, Kysilhart, Habmunt, Mathere, aliique quam plurimi.

10. Eodem tempore dedit matrona quedam Heriswindis nomine, neptis sepedicti abbatis, Kararshusin[l] predium suum ad altare sancti Benedicti pro comemoratione sui filiique occisi. Ante omnia invictissimus pie memorie Karolus rex[m] Elilandum patrem specioli familiaritatis complexu ascivit et decorem domus Dei dilexit, protexit et auxit, concedens ei et ipse libertatis privilegium regie imagine insignitum, regulamque sancti Benedicti a primo exemplari per semetipsum exarato transcriptam cum sacrosanctis eiusdem reliquiis, desiderabili et impreciabili thesauro, ipsius videlicet brachio, nec non et duo insignia omeliarum volumina, que quanta confecerit diligentia nec dum vetustate abolita patefaciunt vestigia. Igitur peracto milicie sue termino repositis in celo sudoribus reverendus pater Elilandus 46. prelationis anno plenus dierum in vigilia sancte Marie ex hac luce ad veri luminis requiem migravit, atque ipsa beate assumptionis celebritate appositus est ad fratres suos, sicut tribulationis particeps ita et coheres de regimine[n].

21 11. Anni ergo quibus tres hi fratres prefuerunt computantur centum et decem[21], et ut bone militie iam emeriti quieverunt mirum in modum singuli non in aliorum quam in[o] eorum vigiliis sanctorum, quorum specialiter nominibus ecclesias sue devotionis dicaverant. Gesta conversationis eorum prime medie ultime quamvis ammiranda et sanctitati condecentia referantur, nos tamen non nisi que certissimis constant probationibus proloqui decrevimus, sed neque amplissimorum et incomparabilium prediorum, que ab ipsis collata et variis distractionibus[p] ablata usque hodie elucent indicia, mentionem facimus[q]. Sane gubernaculum sedis sue locupletissimum, ordinatissimum et pacatissimum reliquerunt. Que bona mox ut defuncti sunt paulatim imminui et per incrementa immo detrimenta tanquam in precipicium collisionis dilabi ceperunt. Nam et initiales eorum successores Rimgrinus, Zacco, Erpfmannus, Urolf, Snelbort abbates quinque contra decretum predecessorum sine congregationis electione constituti, non per ostium in ovile ascenderunt, sed aliunde: quorum primus et secundus annos 13 presederunt, et prior in Staphalensi monasterio sepultus est; tercius 36, et Ratisbone in monte sancti Hemmerami conditus iacet; quartus in Slehdorfensi qui quamdiu prefuerit et quomodo vel ipse vel quilibet horum cenobium rexerit, veraciter compertum non habemus.

12. Quintus demum Snelbardus[r] cum post obitum superioris preponendus a rege mitteretur fratribus invitis, utpote qui ne vocabulum quidem nossent hominis, quidam inter eos magne gravitatis presbyter et monachus Adalune nomine requisitus spiritu prophetie repletus ait: *Scitote, fratres, in adventu Snelbardi monachilis discipline tenorem esse finitum, nam hoc presagit celeritas agnominis ipsius, quod acceleraverit ruina huius monastici status. Quod ne incredibile putetis, hoc vobis signum, me scilicet hodie a carnis carcere transiturum.* Quod et factum est. Cunctis namque in ecclesia coadunatis cum apparatu processionis pro susceptione solita novi abbatis, idem beatus vir oratione premissa, expansis in modum crucis manibus ante altare sancti Benedicti ruens, 18. Kalendas Decembris spiritum reddidit, et sic adventantis ruine quam predixerat tremendum in semetipso exemplum prebuit. Iedem nam-

a) *deest* 2. b) Dietrich *charta in Mon. B. VII,* 83 *et in Mejch. Chr. I,* 21. c) Geslheid 1. d) Gems *vel* Genia 2. e) Ranthild 2. f) Kyslhardi 2. g) Uffingin 2. h) Kysilhardum 2. i) Gagandus 2. k) Livkeri 1. l) Kararshusun 2. m) *deest* 2. 3. 4. n) *ita* 1. coheres regni *rell.* anno Domini octingentesimo quinquagesimo *addunt* 3. 4. o) *deest* 2. 3. 4. *In* 6. 7. *hic multa omissa sunt.* p) districtionibus 2. q) 3. 4. *hic ponunt epitaphium supra p.* 17. *impressum. Postea dant inscriptiones e dormitorio et bibliotheca, quas ut recentes et nullius pretii omittimus, et pergunt demum c.* 12. *Multo plura omittunt* 6. 7. r) Snelhardus 6. Schnelhardus 7.

21) Ut rotundus hic numerus efficeretur, ultimo 2 anni adiecti sunt.

que cura usurpata cum quodam carnali fratre suo monacho in propinquum nemus aliquando spatiatum egressus est, ubi ex improviso ingens cervus e saltu prosiliens eundem ipsius germanum validis impetiit cornibus, transfodit, et extinxit. Tempore illo, ut prelibatum consumeretur vaticinium, crudelitas Ungarice gentis erumpens inparatam Noricorum patriam cum innumerabili copia occuparit, predis, cedibus, incendiis omnia miscens, ecclesias, monasteria, christiani populi recessus et latibula quoquo versum perscrutans, depopulans, vastans et inflammans, colonos persequens[a] ac trucidans. Ad hunc ergo locum ductu diabolico pervenientes, rebus, thesauris ornamentisque omnibus quibus ab initio fundatus ac deinceps incredibiliter pompificatus fuerat spoliaverunt, sacras et reliquas edes ignibus concineraverunt, fratrum alios conflagratione alios decollatione alios exquisitis cruciatibus martyrizaverunt, familiam per diversas usque in hodiernum provincias irrevertibiliter dispersserunt. Abbas Snelbardus iam pridem[b] quia mercenarius fuerat adventantibus lupis in Wessinbrunna[c] cenobium fugerat, ubi et dormitione prevenius anno 28. pausat.

13. Postquam vero congressione Bawariorum per Ottonem victoriosissimum imperatorem presumptuosa cervicositas Hungariorum concisa est ot digna talione consumpta, cum innumerabiles occisi, plures capti, ad extremum principes hostilis exercitus Ratisbone essent oculeis appensi, paucis confusa vix fuga elapsis, Arnolfus[m] dux provincie tanto graviori quanto liberiori usus tyrannide fundum desolate huius ecclesie sicut et aliarum multarum diripuit, atque participibus et satellitibus suis in beneficia distribuit, quod singultuose dicendum est: ita precium redemptionis animarum usque in presentem diem curie vel curialibus servit. Legitur idem sacrilegus [illegible] revelatione sancti Oudalrici Augustani episcopi a synodali colloquio sancte Dei genetricis Marie et beati Petri ap[illegible] incipia ob huiusmodi pervasiones orto sanctorum clamore interpellatus et communi universorum decreto ad pe[illegible]ampne .s. 955 V. S. Udalr. c. 12. 3 b c. 3

14. Taliter destructa huius habitationis edificatio et cultura per novem annos deserta mansit et inculta, solis duobus presbyteris et monachis Berhirico et Sinberto cognite, qui celitus inspirati ne penitus in solitudinem refrondescerét in tante penurie sanctorum memorias et patrum cineres custodiebant, ut divisis inter se mutuo septimanis paupercula sibi victualia a convalle In[d] fluminis seminudis conportarent humeris. Qui qualicunque viventes sustentaculo, aurem celi precibus pulsabant, et ymnis misserumque solempniis. Postmodum Sinbertus aliquantisper villam Birbirbach[e] cepit incolere atque Berhirico college suo hic solitario subsidenti alimenta ministrare, donec sedatis bellorum tumultibus et redeunte pacis tranquilitate destituto ab incolis pristine sedes requirebantur et necessariis fructibus exercebantur. Tunc interventu sancti Oudalrici Augustani episcopi Wolfoldus quidam presbyter ab Ottone augusto impetravit reparationem vel provisionem istius destructe domus, et clericorum[f] vitam instituens, ac sollicite antiquas ruinas erigens, cum oblata bona non posset recipere, sua non distulit offerre tradens sancto Benedicto quicquid proprietatis habuit in villis Uneringen[g], Sindelsdorf[h], cum apendiciis, servis et ancillis, e quibus etiam unum nomine Richolfum studiis litteralibus ac moralibus per se a primevo educatum sibi fecit in prepositurem subrogari. Quam ipse cum fideliter 12 annos amministrasset, habitu et actu mutatus est in monachum, in quo per septennium deinceps religiosissime conversatus, in vigilia sancti Martini episcopi migravit ad Dominum[i].

15. Richolfus successor iuxta quod a magistro didicerat toto nisu in reedificatione templi laboravit, basilice sancti Benedicti criptam addidit, aliasque tres capellas, primam sancti Laurentii, secundam sancti Stephani protomartyris, terciam sancti Sixti pape et martyris[22] fabricavit, quas ex invitatione ipsius sanctus Oudalricus Augustanus episcopus 7. Kalendas Octobris[k] in nomine sancte Trinitatis ad eorundem commemorationem sanctorum consecravit, sed non hanc nisi[l] officio omnium sanctorum colendam illam autem precedentem beati Bonifacii Moguntini archiepiscopi dedicationem honorandam ac sollempnizandam immobilemque manere constituit. Qui et propter peticionem cleri et multiplicem adhuc desolationis inopiam feminis ingressum ecclesie cum licentia sacerdotis indulsit[m]. Deinde cum iam per securitatem pacis tempus curationis expectaretur, ecce nova paulatim et intolerabilia irrepsit perturbatio. Nam absente et irretito expeditionibus imperatore Gaminolfus et Unargus comites nostri falso defensores omnes qui ab Arnulfo paulo ante dicto duce remanserant reditus abstraxerunt, et in suos suorumque usus retorserunt, mentientes hec se a manu imperiali beneficialiter promeruisse. Richolfus viginti annos hec et talia faciendo passus, 4. Idus Iunii decessit; Berhtricus quoque fidelissimus illo et revera in camino probatus Dei servus 12. Kalendas Februarii, quem non absurde martyrum consortem pronunciaverimus, quod inter tot afflictionum vulnera eo superiorum quo productiorum, animam ipsius pertransivit gladius. 23

16. Tercius inde prepositus existens Reginbertus dilatavit gloriam populi sui, et in fide ac lenitate sanctificatus obiit 16. Kalendas Octobris. Huic successit Ratoldus ex Frisingensi castello natus, qui dum incessu pedum careret, orando et bonis operibus insistendo obtinuit ut gressum reciperet. Unde Deum in sancto Benedicto magnificans, ecclesias sancte Marie et sancti Laurentii que sunt in cimiterio condidit, predia que habuit contulit, Furiholz et Munengesingen sancte Marie, Wachreine pro gratiarum actione sancto Benedicto. Addidit et quedam mobilia non minus necessaria, sarcofagum argenteum, scriniolum cum reliquiis desuratum, capsas, cruces, turibulum, librum missalem. Quibus omnibus candidatum Deo spiritum reddidit in loco unde oriundus fuit, 2. Kalendas Septembris.

17. Quo mortuo nobili nobilior successit, Tagino scilicet, qui dum locum vix dimidio anno amministrasset ad sacerdotium Mogontine ecclesie rapitur, dignus plane per quem sanctus Bonifacius reciperet quicquid in servitio sancti Benedicti laboravit, ne gratis consecrando laboraret, dum pro mercede laboris tale munus reportaret. Huic successit quidam de familia nomine Adelbero, sacris litteris eruditus et loci utilitati omnino deditus. Post hunc Reginbertus[n] ultimus prepositorum hanc ecclesiam rexit, vir qui utramque partem respiciens et finem canonicis et inicium monachis dedit. Inprimis namque predium quod in Polxinwanch habuit, sancto Benedicto tradidit; deinde divo recordationis imperatorem Heinricum adiit et interventu felicis memorie Prounonis[o] sancte Augustensis ecclesie episcopi[p] animum

a) prosequens 2. b) pridie 2. Abbas — pausat *desunt* 3. 4. c) Wescinisbrunnum 2. Wessesprunnen 6. Wesenprunen 7. d) *deest* 3. 4. e) Puirpach 3. 4. Bubirbach 6. f) c. bonorum decem et novem soll. 3. 4. g) Vneringin 2. h) Sindolfdorff 6. Sindelstorff 7. *Haec desunt* 3. 4. i) D. anno 974. Cui in regimine successit R. qui i. 3. 4 k) Augusti 3. 4. *In* 6. 7. *haec admodum decurtata sunt.* l) *ita* 3. 4. in 1. 2. m) *Hic desinunt codd.* 3. 4. *subiectis narrationibus quas infra edemus.* n) Reimbertus 6. 7. *ubi priora omissa sunt.* o) Veduonis 6. Bediconis 7. p) qui *add.* 6. 7.

22) Haec ex vita S. Udalrici descripta sunt, sed cum maxima temporum confusione. 23) in Brev. Gotscalchi c. 2. ubi haec narrantur, crypta sancto Sixto dedicata esse dicitur.

cesaris mitigavit, et ut predium daret, quod[a] monasterium Hohstat[b], Ettenhoven[c], Toumindorf[d], Wanilishusen[e], Altheim[f], habet[g] impetravit. Videns vero possessiones crescere et paulatim locum ad profectum venire, cogitavit qualiter locum in pristinum statum reduceret, et quod[h] hoc sine regia providentia fieri non potuit, imperatorem Chounradum qui tunc forte in sceptris agebat, adiit, causam aperuit, et locum cui se amplius non sufficere iudicavit, in manu augusti resignavit. Convocans vero piissimus imperator ex
1031. consultu domni Regiuberti Ellingerum Tegrinseensem abbatem loco prefecit, ordinem monasticum inibi refor-
1032. mari precepit. Quod dum abbas naviter exequi niteretur, annus expletus est; quo finito accepit successorem ante tempora secularis predestinatum Gothehelmum[i], proprii monasterii monachum.

18. Electus vero beatus ille imperatori oblatus est, et ab illo secundum consuetudinem temporum investitus in abbatem levatur anno dominice incarnationis 1033. die qui est 2. Kalendarum Octobrium, sicque monasticus ordo qui nescio quo divino iudicio per multa tempora cessaverat, Gotehelmo[k] monasterium regente restauratus est[l]. Cepit repente vicarius Christi regulam tenere, ordinem servare, monachos congregare, pueros instituere: qui cum in timore Dei coaluissent, ceperunt et ipsi magistri cooperatores existere, et domus Dei machinam quasi totidem columpne erigere. Videns hoc Regiubertus qui plebem in ecclesia sancte Marie regebat, et iam ex proposito plebanus effectus fuerat, mente conpunctus est, et toto corde conversus ad Dominum id ipsum tantillum[m] quod remanserat, funditus reliquit, et crucem Christi baiolans sequi Dominum sub regulari norma elegit, non iam prepositus vel plebanus, sed monachus et egregius sancti Benedicti matricularius. Denique cum crebris vigiliis ieiuniis et orationibus dies duceret fideque plenus, spe robustus, in caritate radicatus, ad arcem virtutum conscenderet, vocavit eum dominus abbas in partem sue sollicitudinis, fecit eum decanum; hocque per 15 annos fideliter administrato, 3. Idus Februarii diem clausit extremum.

19. Fiunt interea habitationes utiles monachis, ordinatur claustrum, disponuntur officine pro arbitrio abbatis, surgunt parietes nove ecclesie sicut hodie cernuntur; fiunt calices, aeerra, turibula, campane, coemuntur pallia, tapetia, dorsaria; formantur casule, cappe, dalmatice, tunice, albe; laborantur stole, fanones, nihilque est quod pretermittat sollers ac pia pii patrisfamilias vigilantia. Succedunt prosperis adhuc prosperiora; recipit ius proprietatis per cartam imperialem de Buren[n], de Puhilen, de Orte, de Chochilen et de omnibus appendiciis eorum, que usque ad ea tempora in servicio ac beneficio Adelberonis comitis de Eberesperch[o] steterant, illoque annitente ac sponte iure suo cedente tumiumque uxore sue Richlinda suadente in arbitrium ecclesie redierant. Facta sunt hec per misericordiam Dei, annitente optimo loci gubernatore Gotehelmo abbate, et pio principe tercio Heinrico imperante et hoc sub testamento confirmante.

20. Non equis hec oculis ille malignus humani generis hostis intuitus est; vidit et invidit, nec prius a molimine sue fraudis abstinuit, donec quietem quam vir beatus in Christo possederat turbavit. Orta est namque adversus eum contentio clericorum, qui sub Regiuberto preposito ecclesiam tenuerant; que dum aliquantisper duraret, abierunt retro fratres eius qui eum de proprio monasterio secuti fuerant, ipsumque solum dimiserunt. Sed non fuit solus, quia fratres quos educaverat et quos in professionem[p] receperat, viriliter partes eius tenebant. Auxit quantitatem mali fastus et
1052. superbia Nitkeri Frisingensis episcopi, qui amenitate et utilitate loci captus eum sibi ab imperatore inbeneficiari fecit, statimque sibimet dominicale inde et edes publicas ibi fieri constituit: sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Ante namque quam horum aliquid fieret, abiit Ravennam vocatus ab imperatore, ibique
Apr. 13. subitanea morte preventus molitionis iniuste dignas penas exsolvit. Bis vidit noster Anchises nostram Troiam captam[q], bis vidit restauratam; denique mox ut imperatorem adiit, imperator quod fecerat cassavit, locum libertati restituit, huiusque libertatis privilegium abbati donavit. Hac semel ac secundo vir inperterritus fretus victoria, in Dei timore et in monastica disciplina usque ad finem vite perseveravit,
1062. donec cum luctu ac fletu omnium 4. Kalendas Novembris in pace quievit[25].

21. Sic bellatore Christi de medio sublato interim scandala seviunt, interim vires hostium crescunt, accepitque Nitkerus successorem nomine Ellinhardum[r], qui plus quam antecessor in nostra cervice crassatus est. Is Heinrici imperatoris familiaris erat, eaque fiducia fretus non iam in beneficium ut antecessor, sed in proprietatem sub cyrographo locum ac-
1065 cepit[26]. Huius terrore et impetu omnis spes nostra interiit, iura subacta sunt, primumque
Iul. 18. abbas noster Megingozus qui regulariter intraverat eicitur, Ratmundus substituitur[27]. Fiunt castra eius in locis nostris secretioribus; in quibus cum quasi de nostra captivitate gloriatur,

a) ad 7. b) Hochstat 7. c) Ethoven 7. d) Tamindorff 6. Tamndarff 7. e) Wanilhusen 2. Wanilhusen 6. Bamblischusen 7. f) Olchem 7. g) hec 6. *deest* 7. h) quia 6. 7. i) Gothehalmum 6. 7. k) Gothehalmo 6. 7. l) *Hic desinunt* 6. 7. *Cod.* 6. *addit:* Eiusdem vero tempore abbatis Gothehalmi translati fuerant reliquiae videlicet corpus sanctae Anastasiae virginis et martyris cum aliis reliquiis a Verona in Buren per Gotscalcum praedicti monasterii monachum, quod corpus in translacione de itinere multis claruit miraculis, quod lucide patet i scripturis apud monasterium Burense. m) *deest* 1. n) Burin 2. o) Eberesperch 2. p) professione 2. q) Ellihardum 2.

24) scil. semel per Adalberonem comitem, ut videtur, altera vice per Nitkerum. 25) Epitaphium ex Meichelb. Chron. I, 75. adscribere liceat:

Pausat in hac tumba Gotahelm venerabilis abba,
Qui Domino placuit, hic homo dum viguit.
Istic ille chorum primus renovans monachorum,
Verbis quae docuit, moribus haec coluit.
Valde locum vilem tunc istum repperit idem,
Destruxit vetera, construit atque nova.
Omnia quae cernis hic muris structa modernis,
Fecerat ex proprio strenuus ingenio;
Continuans aeque vigilanter nocte dieque,
Coenobium variis hoc decorare modis.
Ast obiit quartis sub mense Novembre Kalendis,
Ter denis annis praefuit hic monachis.
Pro quo dicentes sint cuncti praegredientes,
Huic superam lucem da Deus et requiem.
Amen.

26) Mon. Boica XXIX, 169. Situm dicitur in pago Sundergoue in comitatu Sigemari comitis. 27) ex mon. Weihenstephanensi. Meich. Chron. I, 77.

tangitur plaga insanabili, et scaturiens vermibus qui vulgo pediculi vocantur, fedo et miserabili[a] exitu vitam finivit. 1078.

22. Quo tali morte mortuo rursus fratres curiam imperialem adeunt, rursus libertatem recipiunt munitam tali privilegio, quale usque hodie in nostro armario videre licet et legere[28]. Ratmundus vero quem substitutum fore prediximus, litteras noverat, lectioni, simplicitati, patientie et castitati deditus erat; sed ultra modum lenis, dissolutionis et negligentie exitiabilis occasio fuit. Unde tanta lues coinquinationis et macule per membra monasterii diffusa est, ut iam non tantum spiritualibus sed ipsis[b] etiam secularibus obprobrio forent. Qui clamor dum etiam ipsas Domini Sabaoth aures pulsaret, et iam iamque diem ultionis in corde haberet, ille simplicitatis amator Ratmundus obiit, et 3. Kalendas Octobris de hoc seculo migravit. Mart. 11. 1090?

23. Interim omnem dissolutionem et lasciviam monasterii Adelbero Tridentinus episcopus vehementer premebat, datus ab imperatore dominus et rebus fratrum quasi laicali beneficio usus. Hic Campidonensis monasterii prepositum tulit nobisque in abbatem preposuit, virum largum ac benignum[c] ac per omnia antecessori suo dissimilem. Denique fere litterarum expers, sed exteriorum scientia preditus, dum non adeo simplicitati intendit, dissolutionem quam antecessor nolens nutrierat ita desecuit, ut in tanto cetu non remaneret qui dissolutionis malum vel posteris nuntiaret. Mortuo namque Tridentino[29] per quem intraverat, ea tempestate qua tercius Heinricus regno pulsus est et quartus Heinricus sceptro potiri cepit, curiam adiit, libertatem reformavit, investitus est; sicque roboratus domum regrediens, monachos qui corrigi nolebant eiecit, et fratres Deum timentes et regulariter viventes de Scafhusensi monasterio advexit. Horum primordia quam leta et quante pinguedinis fuerint, nullus crederet nisi forte aliquis altius intendens intelligeret hoc posse spem Helisei, qui in porta Samarie post tantam egestatem una tantum nocte media modium simile et duos modios hordei statere uno vendi predixit. Auspicium huius habundantie fuit piscis qui dicitur carpo, primo die primi[d] introitus eorum captus, sed nec prius nec postea in illo gurgite visus tante pinguedinis tantique suminis, ut comedentes in nausiam vertere diceretur. Odore virtutis eorum attracti quidam nobiles, quidam divites, secularia contempserunt, et monasticam vitam professi Deo et sancto Benedicto se suaque omnia dederunt. Ex quibus dominus Oudalricus de Elsindorf, vir nobilis et exspectabilis, cum uxore et unica prole semetipsum Deo sanctoque Benedicto sacrificium obtulit, conferens in usus fratrum presente advocato coram testibus res et possesiones quascumque habuit, scilicet Elsindorf, Surgeloch, Mages, Rufian et cetera quecumque in regno isto longe vel prope possederat[30]. 1106. 4 Reg. 7, 1.

24. Ea tempestate exitialis discordia inter regnum et sacerdotium agebatur, quarto videlicet Henrico a Romana ecclesia dissidente ac summo pontifice illum propter istiusmodi discordiam excommunicante. Crevit hoc malum in ruinam partium, et dum queque pars sibi eligit quem sequatur, ab altera mox parte suspecta habetur, et detecta suspitione odiis et proscriptionibus continuo urgetur. Unde factum est ut et nos, licet de iure regni essemus, mallemus tamen adherere Deo quam regi, et electo Deo offendere regem quam contempto Deo tandem amittere regem. Igitur Hermannus Augustensis episcopus hanc temporum necessitatem callide rimatus, repente affuit augusto, persuasit ut illos rebelles monachos corriperet, sibique eos et Augustensi ecclesie corripiendos in proprietatem daret. Consensit verbis eius cesar nobis iratus, nosque statim sub testamento in proprietatem Augustensi ecclesie tradidit. Initium dolorum hoc. Etenim exteriores dominos pati quorum tamen spiritali obedientia non constringimur, grave est et revera permolestum: habere vero dominum et cum illo manum conserere, qui utroque gladio pugnat, mortale est et exitio proximum. Denique duo Frisingenses et ille Tridentinus nobis a tergo fuerunt, qui spiritaliter constringere non potuerunt. Augustensis vero nobis in fronte est, faciem ferit, habens potestatem sive spiritaliter examinandi sive materialiter opprimendi. Hac fiducia fretus postquam de proprietate loci investitus est ab augusto, continuo advolat, iustitiam expostulat, non illam ecclesiasticam

a) miserando 2. b) *deest* 2. c) ac b. *desunt* 2. d) *deest* 1.

28) Hoc de nullo e prioribus privilegiis dixit. Editum est in Mon. Boicis XXIX, 204. 29) Successor eius Gebehardus a. 1106. ordinatus est, v. Ekkeh. h. a. 30) v. cod. trad. Mon. Boic. VII, 46. Inter testes sunt Chounradus Salzb. archiep. Hiltipoltus Curcensis ep. et Bertoldus advocatus (com. Andecensis). Loca illa sunt Elsendorf ad fl. Abens, Saurlach in praef. Wolfratshausen, Mais et Ruffian prope Meraniam.

quam sedi nunquam negavimus, sed illam servilem quam nunquam profiteri et etiam iudicio[a] sanguinis refellere parati fuimus. Exigit ab abbate fidelitatem, offert abbatiam, sed abbas iterare sacramenta nolens, quod semel legitime acceperat denuo serviliter accipere insolitum ducebat. Illo autem in malis perseverante ac familiam in servitutem Augustensis ecclesie sacramento addicente, abbas eicitur, fratres disperguntur, quidam in captivitatem, quidam in ditionem aliorum cenobiorum. Ex his duo erant quibus asperius ceteris imminebat[b], Berhtricus[c] et Ortolfus; sed Ortolfus continuo Auguste servandus dimittitur, Berhtricus vero quasi atrocius multandus atrocioribus ministris traditur. Quem habitu monastico confestim spoliantes ac longius asportantes, ferro vinctum custodie tradunt[d] penisque captivi crudelitatem torquentis depascunt. Sic fere per annum vinctus tenetur, donec desuper respiciens Dominus affuit et vehementiam episcopi terribiliter stravit. Guttur namque eius, collum et fauces lues quedam invasit, que interius exitialiter regnans foris emergere per putredinem gestiebat, factisque per extentam desuper cutem numerosis foraminibus, virus et saniem quam intus conceperat anhelitu fetido paulatim eiciebat. Boia namque illa que talos Berhtrici[e] visibiliter artabat, invisibiliter ad fauces episcopi transierat, que clauso meatu spiritus egra suspiria miserum diutius trahere cogebat. Cervix vero que mediam viam colli tenet, quasi vestigia digitorum virilis manus pretendebat, que clarius expressa valido ictu adacti colaphi formam exprimebant[31]. Hoc ne fabula putetur, pene tot attestantur quot homines Auguste morantur. Mittitur continuo, et captivi dimittuntur, dimissique ad patriam revertuntur.

25. Interim beate memorie Chounradus abbas igne tribulationis purgatus Salzpurc[f] migravit ad Dominum 18. Kalendas Ianuarii, et Engelscalchus[g] quem ipse a puero educaverat substituitur. Pretereo longas tergiversationes, crebras electiones, amara interdicta divinorum officiorum ecclesie, sepulture, taceo duos superpositos Nortpertum et Oudalscalcum: in solo Engelscalco regulariter electo paululum subsisto. Hic a summo pontifice ordinatus in abbatem, toto orbe profugus agitur; nulla pax, nulla quies ei tribuitur, sed quemadmodum de sancto Athanasio scribitur, adversus eum episcopi et abbates, clerici et monachi congregantur, et principes conveniunt in unum, dum etiam ipse longo morbo contabesceret et plaga flagelli Domini nunquam de carne eius recederet. Vicit tandem magnanimi viri constancia persecutorum pertinaciam, vicit sustinendo, locumque quem in servitutem redegerant, vellent nollent in libertatem preripuit. Frequentat enim dominum papam Innocen-
1122 Dec. 15. 1133 Aug. 23. tium, sequitur dive et augustalis memorie Lotharium imperatorem, donec monasterium in libertatem vindicat per privilegium imperatoris, ac semetipsum reformat in pristinum gra-
1137 Iun. 15. Iul. 13. dum per litteras summi pontificis, que cui videre vel legere vacat, veniat: adhuc ea semper-
1138? Mai. 31. que Deo volente nostrum armarium reservat[32]. Sic homo iustus et timoratus abbas Engilscalcus camino tribulationum exustus 2. Kalendas Iunii migravit ad Dominum.

26. Tunc fratres quos metus disperserat et quos iterum Dominus in unum congrega-
1139 verat, conveniunt in virum magisterio idoneum nomine Waltherum, qui non solum monasticam disciplinam peroptime noverat, sed etiam exterioribus studiis adprime eruditus fuerat Hic regularis discipline sectator eximius et magistra auctoritate usus, humiles provexit, superbos repressit, adhibitaque intus forisque diligentia, docuit eos ordinem servare, discursum vitare, chorum frequentare, seque ipsos per omnia Deo et hominibus irreprehensibiles exhibere. Ipse auxit monasterium edificiis, possessionibus, personis et precipue pace, qua tam prospere usus est, ut discordia que pene per 20 annos cum episcopis Augustensis ecclesie protracta est, illo modeste agente cessaret, et querela tumultuantis familie sopita iaceret. Roboravit quoque vigilantiam illius auctoritas summi pontificis Eugenii III ac maiestas do-
33 mini imperatoris Chounradi[h] II, quorum privilegiis acceptis[33] libertatem loci munivit et securitatem sui ac familie confirmavit[i]. Quia ergo longo tempore seviens ac omnia sub-

a) a iud. 2. b) imminebant 1. c) Bertricus 2. d) traditum 1. e) Bertrici 2. f) Salzburch 2. g) Engelscalcus 2. h) Counradi 2. i) *Hic desinit cod.* 1.

31) obiit a. 1132. 32) Privilegia imp. d. 1133 Aug. 23. 1136 Ian. 1. et epistolas a. 1137. Bari per Engelsc. ab imperatore et a pontifice ad ep. August. et monachos Burenses impetratas, v. ap. Meichelb. Chron. I, 86 seqq. Mon. B. VII, 93 seqq. Ex eo itinere Burenses codicem Leonis reportasse videntur, v. Mon. SS. VII, 556. Annum obitus „ex chronographo nostro P. Antonio Funda" dedit Meichelb. l. c. p. 91. et in vetusto Kalendario annotatum esse refert, Waltherum a. 1139. electum esse. 33) d. 1148. 28. Martii, Remis, altero 1143 ap. Ratisbonam. Mon. B. VII, 100. Nova postea a. 1155 ab Adriano IV. et Friderico I. privilegia impetravit; mortuus est a. 1168.

vertens tempestas horrenda cessavit, pacemque servis suis in circuitu Dominus dedit, dilapsa reparare, dispersa congregare, neglecta curare studeamus, et ad condendum librum traditionum in quo oblationes fidelium conscribantur ac scripto teneantur adiuvante Domino veniamus.

SECUNDUM MONASTERII INCENDIUM[a].

Anno incarnati verbi 1248, tempore abbatis Henrici II. statim post purificationem sanctae 1248.
Mariae virginis ex instinctu diaboli omnium bonorum invidi, ah heu! crudelis ignis erupit et totum monasterium funditus exussit, unde muri monasterii et principale altare divi Benedicti et cripta sancti Martini in terram corruerunt, omnes pariter campanae et omnia vitra diffluxerunt, sculptura, pictura, pretiosa pariter omnia sunt deleta, magna pars librorum, purpura, tapetia et ornatus desiderabilis est exustus; maior turris longe ante fuit deiecta, minor fulmine scissa, ecclesia S. Laurentii prae vetustate et putredine, quia tecto carebat, penitus fuit dilapsa, dormitorium sororum et totum claustrum defecerat, hospitium desolatum per multos annos iacebat, unde hospites advenientes assidue nostras officinas et villas vastabant. Tunc venerandus ac Deo et hominibus amabilis dominus Henricus abbas faciens de necessitate virtutem, omni sagacitate et industria indefesse restaurationi loci atque praediorum recuperationi operam dedit, et sic praelatorum sibi succedentium industria monasterium restauratum est[34]. 34

TERTIUM MONASTERII INCENDIUM.

Anno salutis 1378 Henrico V. abbate exustum est monasterium nostrum circa meridiem 1377.
in die sancti Thomae episcopi et martiris, et post paullulum in purificationis beatae Virginis Dec. 29.
vigilia servo calefaciente dietam[35], et vento vehementius flante, exustum est granarium 1378.
nostrum. Unde Stephanus et Ioannes Bavariae duces tam calamitosae monasterii miseriae Febr. 1.
condolentes, per quinquennium nos ab omni servitio, exactionibus et vecturis, hospitalitate Apr. 11.
et omni inconsueto gravamine securos et liberos fecerunt, id ipsum cunctis ministris districte observandum mandantes[36].

Non tamen quievit Sathan; nam in vigilia ascensionis Domini, facta erectione trabium et Mai. 26.
lignorum totius monasterii, irruente tempestate horribili et vento vehementi flante totum aedificium deiecit ac dissipavit. Et eodem anno omnes segetes colonorum grando et tempestas vastavit ac omnino consumpsit.

QUARTUM ET ULTIMUM MONASTERII INCENDIUM.

Anno Domini 1490 sub Innocentio papa VIII., Friderico imperatore III., Maximiliano 1490.
eius filio Romanorum rege, Friderico episcopo Augustensi, Alberto duce Bavariae, abbate Narcisso, pastore sedulo, monasterium nostrum incendio lamentabiliter quali nunquam antea periit, cuius origo talis extitit. Paucis hinc[b] annis contra voluntatem abbatis inolevit, ut purgatio lini fieret; cum autem id ipsum in vigilia sancti Pangratii fieri disponeretur, dieta Mai. 11.
nimium calefacta fuligo camini repente soluta est, a familia non adhibita diligentia, licet eis non semel sed pluries ignis commendatus fuisset. Sed prô dolor! ecce factum in vigilia matutina, certis lignis fuligine incensis, per unius horae spatium ecclesia, dormitorium, abbatia caeteraque aedificia cum sacellis beatae Virginis et sancti Laurentii cum omnibus in eis contentis in libris, tabulis, ornatibus, lectisterniis et campanis in cinerem redacta sunt, fratribus seminudis vix vivis evadentibus et praecipue abbate, qui ni a fratribus quibusdam eductus fuisset — tantus enim eum terror invaserat — in igne permansisset, sed divino nutu ipse est servatus incolumis; maximus enim et summus rector in arce poli pietate sua ipsum ad restaurationem elegit. Nam quam primum potuit vetera et inutilia deiecit aedificia, et

a) *E codd. Monac. et Foeringeriano, v. supra.* b) heu *cod. Foer.*

34) Cf. aliam narrationem ap. Hund. II, 97. 35) i. e. commune triclinium nostrum. MEICH.
36) Meich. Chron. II, 82. M. B. VII, 179.

sicut modo cernis aedificavit. Fuit vero ea tempestate caristia magna in provinciis Bavaria et Suevia. Quare dux Albertus fratres in subscriptis coenobiis usque ad locorum conventualium restaurationem vitam agere iussit, in Tegernsee, Andex, Wesseprunne, Aprimonte et Scheyrn, quibusdam in consolationem abbatis domi retentis.

Interim vero dominus abbas vigilanti cura, diligenti solicitudine et anhelo spiritu pro amissorum recuperatione fratrumque redemptione laborabat, quos lachrymosis oculis et flebili voce dimiserat. Quare fragilia funditus evertit, solida texit, murificavit, carpentariorum caeterorumque artificum et operariorum copiam quam citissime congregavit, manum apponens sic, ut mox capella sancti Laurentii, quae nunc capella sanctae crucis dicitur, in coemeterio est reornata, duabus quoque campanulis provisa atque eodem anno plus quam credi aut sperari poterat structurarum fecerat, domino Deo in omnibus sibi atque nobis favente.

1491. Anno 1491. coepit dominus abbas tegulas facere latericias, futura praecavens ignis pericula, cum quibus temporis successu omnia fere monasterii loca contexit; fecit etiam structuram super monasterium et muros conventuales, a fundamentis omnia erigens.

1492. Anno 1492. facta est quorundam fratrum absentium revocatio ad Dei cultus augmentum, quibus et cellae erant in domo abbatiali utcunque dispositae. Nondum enim alibi morari poterant. Altaria coepta sunt, nec non sex campanae parvae et magnae in Monaco fusae, in turribus positae sunt, quae aliquantulum melius quam priores sonuerunt.

1493. Anno 1493. cuncti fratres coadunati sunt, et in vigilia sancti Andreae loca abbatialia reliquerunt, et cum magno gaudio ad sibi praeparata venerunt.

GUILLERMI APULIENSIS
GESTA ROBERTI WISCARDI.

EDIDIT ROGERUS WILMANS PH. D.

Qui rerum a Roberto Wiscardo gestarum historiam versibus hexametris composuit Guillermus Apuliensis, haud magnum apud coaevos consecutus esse videtur nomen, cum usque ad saeculi XVI finem nemo sit, qui huius operis mentionem fecerit. At immerito quidem oblivione premebatur. Nam si indolem poeticam respicis, suavi cursu volvuntur versus Latino sermone satis puro conscripti atque colore vivido et imaginibus lepidissimis exornati. Abest puerilis ille verborum lusus, quem aetas eius amat; graviter fere ubique incedit oratio, in qua similem versuum exitum rarissime invenies[1].

Inter viros doctos aequos Guillermus adeptus est iudices Muratorium et Pagium, qui narrationi eius maximam fidem tribuunt. Quibus tamen ubique se opponit acerbissimus auctoris insectator, vir doctissimus di Meo, qui omnia quae minus accurate narraverit, diligentissime notavit.

Quae vitae Guillermo fuerit conditio, an clericus, an laicus fuerit, nullo vel levissimo vestigio apparet. Normannicae originis eum non fuisse cum ex hoc coniicere licet, quod non uno loco de Normannorum avaritia verba facit[2]*, tum ex nomine Apuliensis, quod duobus codicibus, quorum ad nos notitia venit, inscriptum est*[3]*. Quae si probaveris, facile eum ex urbe Apuliae Iuvenaco* 3 (*h.* Giovenazzo) *oriundum statues, ob insignes quibus Iuvenacensium fidem effert laudes*[4]*.*

Quando scripserit, prologus operis aperte indicat. In quo cum Rogerum Roberti Wiscardi filium, qui annis 1085—1111. *rerum potitus est, honorificis verbis prosecutus sit, atque tradat, rogante Urbano II. se opus aggressum esse, auctorem post a.* 1088. *quo sedem sancti Petri obtinuit, et ante* 29. *Iul.* 1099, *quo diem supremum obiit Urbanus, scribendi initium fecisse statuamus oportet. Certum est librum tertium, quo captum sanctum sepulcrum memorat*[5]*, paulo post* 15. *Iul.* 1099. *scriptum esse. Opus absolvit Guillermus ante annum* 1111, *quum etiam in epilogo eundem ducem Rogerum, qui hoc anno obiit, alloquatur*[6].

1) Cf. libr. I. p. 580.
Innumeras cecidisse nives mirantur et *harum*
Casibus extinctae pleraeque fuere *ferarum*
libr. V. p. 626.
Terror *iniquorum*, clipeus fuit ille *proborum*.
2) Pag. 579. 581. 590. 3) Adeas velim quae disputavimus in Annalibus nostris Arch. X, p. 90. 4) lib. III, p. 609. 610. 5) p. 601. 6) Lib. I. p. 582. de Richardo II. cogn. Calvo, Capuae principe atque Aversae comite, ita loquitur:
Iamque viro vires condignas fert adolescens.
Hic a. 1090. patri Iordani successit atque a. 1106. obiit. V. di Meo Annali di Napoli VIII, 321. IX, 132.

De fontibus quibus in componendo carmine usus est Noster, di Meo satis iniquam protulit sententiam, cum non uno loco dicat[7], *Guillermum rumorem popularem ubique secutum esse. At contra manifestum est, ipsum non solum Annales Barenses (Mon. SS. V.), Lupum Protospatarium (ib.) et Anonymum Barensem (Murator. V.), sed et Amati historiam Normannorum et Latini vitam Roberti in usus suos vertisse. De his omnibus prolixius in Annalibus nostris disputavimus*[8].

Quamvis Guillermus sine ullo dubio Italicus sit scriptor, patriae tamen nullus relictus videtur operis eiusdem codex antiquus[9]. *At vix saeculi dimidio exacto, postquam scribendi finem fecit, eorum popularibus innotuit, quorum laudes cecinerat. In duobus enim Normanniae Gallicae monasteriis reperti sunt duo codices operi fere coaevi.*

1) *Primum in bibliotheca coenobii Becohelvini* (Bec) *detexit Ioannes Tiremaeus Hautenoeus Fisci in provincia Rothomagensi patronus*[10], *atque librum a.* 1582. *inde in lucem edidit*[11]. *Posthaec vero codex Beccensis eadem oblivione obrutus est, qua ante Tiremaeum premebatur; an omnino nunc existat quove loco sit plane nescitur. Eadem sors evenit Tiremaei libro; innotuit adhuc Leibnitio Carusio et Muratorio, qui ex ipso Guillermi poema recudendum curaverunt. At nostris temporibus ita evanuisse videtur, ut licet omnis opera in hac re consumta sit, in nulla Galliae, Germaniae atque Italiae bibliotheca exemplar editionis principis comparari potuerit.*

2) *Alterum codicem in lucem proferre Bethmanno nostro reservatum erat, quem ipsum hac de re disserentem audire libet*[12]:

„Codex S. Michaelis de periculo maris *in Normannia inferiore iam bibliothecae Abrincensis n.* 154, *membr. forma quadrata saec. XII. exeunte a quatuor scribis exaratus, continet historias Victoris Vitensis, Iordanis, Gildae, Guillermi Apuli. Cuius carmen quae exhibet ultima pars codicis, pluviae damna in margine foliorum adeo perpessa est olim, cum turri collapsa, in qua bibliotheca servabatur, libri diu inter ruinas iacerent, ut multi versus tum integri, tum ex parte iam desint. Totum carmen una manu scriptum, initio ampla, sed post sex priores paginas minorem formam assumente; cuius habitum quamvis tertii decimi potius saeculi dixeris, duodecimo tamen exeunti ascribendus erit liber, cum multa quae in illo monasterio sub abbate Roberto scripta vidi, praesertim in chartulario monasterii et in continuatione Sigeberti, eundem prorsus habitum ostendant. Hic illic alia manus aequalis correxit quaedam, eaque tres versus omissos supplevit. Codex mendis nequaquam carens scribae ignorantiam satis indicantibus* (mutua *pro* nuntia, textonici *pro* teutonici, sed cursus *pro* securus, *alia*), *Beccensi saepe inferior, saepe longe est praestantior*".

Codicem denique hunc cum Leibnitii editione contulit Bethmannus.

7) l. c. VII, 136. 354. VIII, 78. 8) Arch. X. p. 93 sq. Forsitan non omnino abhorret a vero coniectura mea (ib. p. 119), Latinum eundem esse atque Iohannem archidiaconum Barensem qui inventionem S. Sabini (Acta SS. 9. Febr. p. 329) atque translationem S. Nicolai (Mosander append. ad Surium p. 397) scripsit. 9) Qui enim exstant Romae (Bibl. Barberini Nro. 2533. saec. XVI. s. XVII.) atque Neapoli (Brancacc. III, B. 48; Borbon. X. B. 9.), nihil nisi apographa editionis Tiremaei sunt. 10) De codice ipso ita loquitur: *oculos tandem conieci in miseras aliquot male compactas vixque cohaerentes schaedas, quas iam dudum pulvis tineaeque flagellabant*, pauloque post schaedas *veteres* vocat, *quae vix pro vetustate legi poterant.* 11) Hoc quidem titulo: *Guilielmi Apuliensis rerum in Italia ac regno Neapolitano Normannicarum libri quinque. Rothomagi apud Richardum Petit et Richardum Lollemant anno* 1582. *quarto pp.* 52, *typis Martini le Mesgissier et Thomae Mallard.* 12) Conferenda etiam sunt quae idem V. D. de bibliotheca Abrincensi dicit Archiv VIII, 68 seq.

Nostrae vero editionis ratio haec est, ut deficientem editionem principem ex Leibnitio, Carusio, Muratorio et in quibusdam locis etiam ex Ducangii notis ad Nicephorum Bryennium restituerimus, adiectis variis lectionibus codicis Abrincensis quas Bethmannus adnotavit.

Scribebam mense Februario 1849.

ROGERUS WILMANS.

INCIPIT PROLOGUS GUILLERMI APULIENSIS IN GESTA ROBERTI WISCARDI[a].

Gesta ducum veterum veteres cecinere poetae;
Aggrediar vates novus edere gesta novorum:
Dicere fert animus, quo gens Normannica ductu
Venerit Italiam, fuerit quae causa morandi,
Quosve secuta duces Latii sit adepta triumphum.
Parce tuo vati pro viribus alta canenti,
Clara, Rogere, ducis Roberti dignaque proles[11],
Imperio cuius parere parata voluntas
Me facit audacem: quia vires quas labor artis
Ingeniumque negat, devotio pura ministrat.
Et patris Urbani[15] reverenda petitio, segnem
Esse vetat; quia plus timeo peccare negando,
Tanti pontificis quam iussa benigna sequendo.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT GESTA. LIBER PRIMUS.

Postquam complacuit regi mutare potenti
Tempora cum regnis, ut Graecis Appula tellus
Iam possessa diu non amplius incoleretur:
Gens Normannorum feritate insignis equestri
Intrat, et expulsis Latio dominatur Achivis.
Hos quand ventus[b], quem lingua soli genialis
Nort vocat[16], advexit boreas regionis ad oras,
A qua digressi fines petiere Latinos,
Et man est apud hos, homo quod perhibetur apud nos;
Normanni dicuntur, id est homines boreales.
Horum nonnulli Gargani culmina montis
Conscendere, tibi, Michael archangele, voti
Debita solventes. Ibi quendam conspicientes
More virum Graeco vestitum, nomine Melum,
Exulis ignotam vestem capitique ligato
Insolitos mitrae mirantur adesse rotatus.
Hunc dum conspiciunt, quis et unde sit ipse, requirunt.
Se Langobardum natu civemque fuisse
Ingenuum Bari, patriis respondit at esse
Finibus extorrem Graeca feritate coactum.
Exilio cuius dum Galli compaterentur,
Quam facilem reditum, si vos velletis, haberem,

a) *ita codex, qui saepissime loco literarum* t, ae, oe, *utitur literis* c *et* e. b) ventus *cod.*

14] Rogerus, Roberti Wiscardi filius, ducatum obtinebat inde ab a. 1085. usque ad 1111. 15] Urbanus II. electus 1088. obiit 1099. 16] Non satis bene scio, quid sibi velit Noster, cum ventum Nort appellatum esse dicat. De nominis Normannorum derivatione aeque miram proferunt sententiam Gaufredus Malaterra (ap. Mur. V.) I. c. 3: *Ex nomine itaque suo terrae nomen indiderunt; north quippe Anglica lingua aquilonaris plaga dicitur*, et Amatus (l'ystoire de li Normant ed. Champollion-Figeac Par. 1835.) I. 1. *laquel gent premérement habitérent en une ysulle qui se clamoit Nora, et pour ce furent clamez Nor-Mant.*

a 1000? cf. Amat. I, 17

Nos aliquot vestra de gente iuvantibus, inquit.
Testabatur enim, cito Graecos esse fugandos
Auxiliis horum, facili comitante labore.
Illi donandum patriae munimine gentis
Hunc celeri[a] spondent, ubi forte redire licebit.
Ad fines igitur postquam rediere paternos,
Coeperunt animos mox sollicitare suorum,
Italiam secum peterent. Narratur et illis
Appula fertilitas ignaviaque insita genti.
Sola quibus peragi possit via, ferre moventur[b];
Tutor[c] ibi prudens promittitur inveniendus,
Quo duce de Graecis facilis victoria fiat.
Arrectis igitur multorum mentibus ire
Pars parat, exiguae vel opes aderant quia nullae.
Pars quia de magnis maiora subire volebant:
Est adquirendi simul omnibus una libido.
Aggrediuntur iter, sumptis quae cuique videtur[d]
Ferre necesse viam[e] pro viribus ad peragendam.
Postquam gens Romam Normannica transit inermis,
Fessa labore viae Campanis substitit horis:
Fama volat, Latio Normannos applicuisse.
Melus ut Italiam Gallos cognovit adisse,
Ocius accessit; dedit arma carentibus armis;
Armatos secum comites properare coegit.
1009. Hactenus insolitas hac tempestate Latini
Innumeras cecidisse nives mirantur, et harum
Casibus extinctae pleraeque fuere ferarum,
Nec fuit arboribus fas inde resurgere lapsis.
18 Huius portenti post visum, vere sequenti[18]
Emptis Normannos Campanis partibus armis
Invadenda furens loca duxit ad Appula Melus.
Hunc habuere ducem sibi gens Normannica primum
Partibus Italiae. Gallos tremit Appulus omnis,
Quorum praevalido multi periere rigore.
Turnicii[19] tandem rumor pervenit ad aures, —
Qui catapan fuerat Graecorum, missus ab urbe
Cui Constantinus nomen dedit editor urbis,
Et Constantinus pariterque Basilius illi
Tunc dominabantur — Gallos venisse feroces
Conductu Meli, qui factus utrique rebellis
Appula Normannis[f] loca depopulanda monebat.
His ita Turnicio fama referente relatis,
Agmina Graecorum propere direxit in hostes.
Non etenim per se certamina prima paravit,
Sed per legatum, cognomen cui Pacianus[19]
Et Leo nomen erat, qui iuxta fluminis undam
20 Nomine Fertorii — locus est et Arenula dictus[20] —

a) celeris *c.* b) monentur *edtt.* c) ductor *edd.* d) videtur *edd.* e) *ita edd., deest cod.* f) Normannos *edd.*

18) Cf. Lupi Prot. chron. (SS. V.) a. 1009: *Cecidit magna nix ex qua siccaverunt arbores olivae et pisces et volatilia mortua sunt, et mense Maii incoepta est rebellio*, quem locum Guillermus prae oculis habuisse videtur. 19) Turnichi catapani eiusdemque legati Leonis Patiani nomina occurrunt quoque apud Lupum Pr. a. 1017; quorum prior idem est qui ab Anonymo Barensi (Mur. V, 148.) Adroniki vocatur. Turnicius sive Turnichi et Adroniki corruptae sunt nominis Andronici formae. 20) De pugna apud Arenolam commissa loquitur quoque Leo Ostiensis II, 37; quamquam apud Amatum, quem hic transscribit, hoc nomen desideratur. Fertorius fluvius idem est atque Fortore, qui comitatum Larinensem perfluit. Cf. di Meo Annali VII, p. 261.

Deduxit secum multos ad bella Pelasgos.
Maii mensis erant aptissima tempora Marti[21] — 1011?
Hoc ad bella solent procedere tempore reges — 1017?
Fortunaque pari primo pugnatur utrimque.
Auctis militibus comites fuit inde secutus
Turnicius, sed terga dedit victusque recessit.
Conflictu belli Pacianus corruit huius.
Normannis auget validas victoria vires.
Expertis Graecos nullius roboris esse,
Quos non audaces, sed cognovere fugaces.
Imperii fama insinuat rectoribus arva
Appula Normannos Melo duce depopulari.
Hunc, his auditis, sibi curia iudicat hostem;
Si capitur, capitis fieri caesura iubetur.
Multa Graecorum cum gente Basilius ire
Iussus, in hunc audax anno movet arma sequenti:
Cui catapan facto cognomen erat Bugianus[22]. — 22
Quod catapan Graeci, nos iuxta dicimus omne.
Quisquis apud Danaos vice fungitur huius honoris,
Dispositor populi parat omne, quod expedit illi,
Et iuxta quod cuique dari decet, omne ministrat. —
Vicinus Cannis qua defluit Aufidus[a] amnis,
Circiter Octobris pugnatur utrimque Kalendas[23]. 1019.
Cum modica non gente valens obsistere Melus
Terga dedit, magna spoliatus parte suorum.
Et puduit victum patria tellure morari;
Samnites adiit superatus, ibique moratur.
Post Alemannorum petiit suffragia regis
Henrici, solito placidus qui more precantem
Suscipit, auxilii promittens dona propinqui.
At Melus regredi praeventus morte nequivit.
Henricus sepelit rex hunc, ut regius est mos.
Funeris exequias comitatus adusque sepulcrum,
Carmine regali tumulum decoravit humati[24].
Defuncto Melo, cuius suffragia Galli
Affore sperabant, spe tota deficientes
Campanae mesti redeunt regionis ad oras:
Atque locis nullis figunt temptoria certis —
Perterrebat eos plebs paucificata[b] suorum,
Viribus et validis circumstans plurimus hostis;
Quare nullus eis tutus locus esse videtur. —
Montibus interdum, nunc vallibus inde remotis.
Sed cum iam nullum sperarent posse parari
Auxilium — victis incommoda quippe videntur
Omnia, victores fors creditur ipsa iuvare —
Cumque vagi, instabiles, iam per loca multa vagantes,
Nullis sede locis possent insistere certa:
Consilium tandem dat rixa propinqua morandi.
Nam Longobardo, norant cui robur adesse

a) Aufides *cod.* b) *ita edidi.* pacificata *cod.*

) De anno, quo Nortmanni primo cum Graecis ma conservarint, amplius egimus in Annalibus stris T. X. p. 111. 22) Bugianus sive Bugiano catur apud Lupum 1018. et Anonym. Bar. 1019, lcanus vero in Annalibus Barensibus anno 1020. , Pertz V, Βασίλειος ὁ Ἀργυρός denique a Cedreno Tom. II, p. 457 ed. Bonnensis. 23) Pugnam Cannensem anno 1019. commissam esse tradunt Lupus et Anonymus Barensis; sub sequenti vero anno annotatur in Annalibus Barensibus. 24) Cf. Amat. I, 23. Leo Ost. II, 39.

Maius, adhaerebant, aderantque fideliter eius
Auxiliis, huius quo per famulamina tuti
A reliquis fierent, et eorum nacta secundos
Successus belli clarescere fama valeret.
Hac ratione[a] loco metantur castra decenti,
Qui limphis, herbis simul arboribusque redundans
Omne ministrabat, populo quod habere necesse est
Egregium quendam mox elegere suorum,
Nomi e Rannulfum, qui princeps agminis esset,
Cuius mandatis fas contradicere non sit.
Cumque locum primae sedis[b] munire pararent,
Undique densa palus, nec non et multa coaxans
Copia ranarum prohibet munimina sedis.
Haut procul inde suis alium stationibus aptum
Invenere locum, quem nullo dante iuvamen
Cultorum patriae, pro se munire tuendis
25 Conantur. Sic se facto munimine cuidam[25],
c. 1026. Qui princeps Capuanus erat, coniungere gaudent.
Principibus Latii prior atque potentior ipse
Tunc erat. Affines properant hoc principe tuti
Devastare locos, hostesque viriliter angunt.
Sed quia mundanae mentis meditamina prona
Sunt ad avaritiam, vincitque pecunia passim:
Nunc hoc nunc illo contempto, plus tribuenti
Semper adhaerebant; servire libentius illi
Omnes gaudebant, a quo plus accipiebant,
Bella magis populi, quam foedera pacis amantes,
Servitiique vices pro viribus et ratione
Temporis expendunt, plus dantem pluris habebant.
Illis principibus dominandi magna libido
Bella ministrabat. Vult quisque potentior esse,
Alter et alterius molitur iura subire.
Procedunt lites hoc fomite, proelia, mortes;
Inter mortales ideo mala plurima crescunt.
Heu miseri, mundo quicquid conantur, inane est.
Innumeros vana passi pro laude labores
Plus cruciabuntur, postquam mundana relinquent.
Numquam Normannis, ne poena rediret in ipsos,
Longobardorum placuit victoria prorsus.
Funditus everti discordem quemque vetabat[c]
Nunc favor additus his, et nunc favor additus illis.
Decipit Ausonios prudentia Gallica; nullum
Plena lance capi permittit ab hoste triumphum.
Sic desperatos Latii[d] discordia Gallos
Ad spem, quae fuerat prius extirpata, reformat.
Et vires et opes augmentum sic capiebant.
Si vicinorum quis perniciosus ad illos
Confugiebat, eum gratanter suscipiebant:
Moribus et lingua, quoscumque venire videbant,
26 Informant propria, gens efficiatur ut una[26].

a) rarione *cod.* b) sedis primae *edidi.* c) vetabant *edidi.* d) lascii *cod.*

25) Pandulfo quarto, qui a. 1026. iuvantibus Normannis Capuam expugnaverat, cf. Leo Ost. II, c. 56. et Anonym. Casinens. a. 1025. ap. Mur. V, 139.

26) Lepide de hoc loco agit Champollion-Figeac proleg. ad Amatum p. XCIV, ubi plura de lingua Franco-gallica a Normannis per Italiam propagata disputat atque evincit, interpretationem Amati, quae sola nobis eiusdem opus servavit, hac ipsa Italico-gallica dialecto conscriptam esse.

Post annos aliquot Gallorum exercitus urbem 1030.
Condidit Aversam[27] Rannulfo consule[28] tutus[29]. 27
Hic opibus plenus locus utilis est et amoenus,
Non sata, non fructus, non prata arbustaque desunt.
Nullus in orbe locus iocundior. Hunc generosi
Consulis elegit prudentia praememorati.
Huius praeclara processit stirpe Ricardus
Qui post successit; quo non animosior ullus,
Nemo magis largus. Qui non virtute minorem
Iordanem genuit, Iordanis et inde Ricardum,
Iamque viro vires condignas fert adolescens.
Moenibus Aversa[a] Rannulfus ab urbe peractis,
Ad patriam misit legatos, qui properare
Normannos facerent, et quam sit amoena referrent
Appula fertilitas; inopes fore mox opulentos,
Divitibus multo plus polliceantur habendum.
Talibus auditis, et egentes et locupletes
Adveniunt multi; properat, quod fasce levetur[b]
Paupertatis, inops, ac quaerat ut optima, dives[30]. 30
Interea multo decurso tempore, nullus
Partibus Ausoniis Gallorum terror habetur,
Ex quo Normannos catapan abscedere fecit
Imperii Melum superando Basilius hostem.
Aversam subito venit Hardoinus, et inde[c]
Pluribus abductis secum, tremit Appulus omnis.
Is Lambardus erat[31], Graecosque fugare volebat.
Cur inimicus eis, cur Gallos duxerit, edam.
Dum sedi Michael Epilepticus[d] imperiali
Praesidet, in Siculos hostes iubet arma moveri[32] 1038.
Qui fines Calabros non cessant depopulari.
Dirigitur Michael Dochianus ad id peragendum,
Qui multis equitum peditumque potenter in arma
Undique collectis, Siculos compescuit hostes.
Inter collectos erat Hardoinus, et eius
Aseculae quidam, Graecorum caede relicti,
Plebs Lambardorum, Gallis admixta quibusdam,
Qui profugi fuerant, ubi bella Basilius egit[33]. 33
Cumque triumphato rediens Dochianus ab hoste
Praemia militibus Regina solveret urbe,
Graecis donatis nichil Ardoinus[e] habere

a) adversa *c. ut et infra.* b) quo fasce tenetur *edill.* c) *ita cod.* et illum p. adductis *edill.* d) Epilenticus *cod.* e) *ita codex.*

27) Aversam anno 1030. conditam esse ostendit di Meo Ann. VII, 136. cf. 311. allato documento quod Petrus notarius Aversanus scripsit anno 1050, in quo ita de Normannis loquitur: — *Regnante — Heinrico Teutonia tertius augustus, sub eius tempore iam olim anno XX. residente gens Normannorum Liguriam per urbem Aversam.* Caeterum hoc ipso loco acerbius quam verius animadvertit di Meo in Nostrum dicens: *Adunque il Poeta Pugliese non seppe affatto la conquista et la perdita del Ducato di Napoli fatta da Pandolfo, l'una e l'altra coll'opera de' Normanni: e di tutti questi primi tempi, non seppe distintamente cosa alcuna delle gesta degli stessi Normanni, ma con discorsi confuse e non coerente, ne disse ciò, che n'era a suo tempo detto dal volgo.* 28) *Consul* pro comite. LEIBN. 29) Doctam de comitibus Aversanis, qui Rannulfo successerint, instituit disputationem di Meo Ann. VII, p. 278—283, neque tamen extra omnis dubitationis scrupulum rem absolvere potuit; v. quoque Amat. II, 31. 32. 30) Inter hos advenas referendos puto *Guilelmum, Drogonem et Humfridum Tancridi filios qui noviter a Normannia venerant* testibus Leone Ost. II, c. 66. et Amato II, 8. 31) Lambardum vocat Leo Ostiens. II, 66 (cf. Amat. II, 14.) caeterique Italici scriptores; Francum vero Cedrenus II, p. 545. 32) Inde ab anno 1038. v. Cedren. l. v. p. 520 et Lupum Pr. a. 1038. 33) Paulo differunt quae de hac re tradit Cedrenus II, p. 545: — ἔτυχε προσεταιρισάμενος (ὁ Μανιάκης) καὶ Φράγγους πενταχοσίους ἀπὸ τῶν πέραν τῶν Ἄλπεων Γαλλῶν μεταπεμφθέντας καὶ ἄρχηγὸν ἔχοντας Ἀρδουῖνον — —.

Donorum potuit, miser immunisque remansit.
Convenit inde suos iratus, et arguit Argos
Turpis avaritiae, populo quia dantur inerti
Munera danda viris, cum sit quasi foemina Graecus.
Iratus Michael propter convitia iussit,
Graecorum ritu caedendus ut exueretur[34];
Corrigiis caesum graviter peccasse puderet.
Dedecoris[a] tanti cruciatibus exagitatus,
Mulctae commissum non dimissurus inultum,
Clam cum gente sua Graecorum castra reliquit.
Missa Pelasgorum manus, hunc ut persequeretur,
Repperit in campo. Cum quo confligere temptans,
Cedit, et occisis decies ibi quinque Pelasgis
Aversam[b] properat; Normannis omnia narrat
Quae sibi contigerant, vehementer et increpat illos,
Appula multimodae cum terra sit utilitatis,
Foemineis Graecis cur permittatur haberi[35],
Cum genus ignavum sit, quod comes ebrietatis
Crapula dissolvat, minimo saepe hoste fugatos,
Vestituque graves, non armis asserit aptos.
Normanni, quamvis Danaum virtute coacti
Appula rura prius dimittere, rursus adire
Hoc stimulante parant. Numero cum viribus aucto,
Omnes conveniunt, et bis sex nobiliores,
Quos genus et gravitas morum decorabat et aetas,
Elegere duces. Provectis ad comitatum
His alii parent — comitatus nomen honoris
Quo donantur, erat — hi totas undique terras
Divisere sibi, nisi fors inimica repugnet.
Singula proponunt loca, quae contingere sorte
Cuique duci debent et quaeque tributa locorum[36]
Hac ad bella simul festinant condictione.
Nullus tunc Italis exercitus imperialis
Partibus audiri, Graecorum tota quieta
Res erat, et solum tranquillo tempore bellum
Adversus Siculos agitari fama ferebat.
Appula Normannis intrantibus arva, repente
Melfia capta fuit[37]. Quicquid praedantur, ad illam
Urbem deducunt. Hac sede Basilius ante,
Quem supra memini, modicas fabricaverat aedes,
Esse locum cernens inopinae commoditatis.
Accessu populi nunc urbs illustris habetur,
Finibus Italiae celeberrima, dives amoeni
Fertilitate loci, Cereris nec egena nec amnis,
Et qua parte sita est, insignis honore ducali.
Audito reditu Siculis Michaelis ab horis[38],

Amat. II, 17.

1040.

1040. Nov.

a) decoris c. b) adversam c.

34) Aliter rem narrat Amatus II, c. 14; cum Nostro autem omnino conveniunt Cedrenus II, p. 546 et Ioannes Curopalat. ib. p. 720. 35) — *eachies que je vous ménerai à homes féminines, c'est à homes comme femes*, dicit Arduinus in oratione habita ad comitem Rainulfum ap. Amat. II, 17. 36) cf. Amat. II, 18. *Et estut li conte XII pare à liquel comandn que equalement deussent partir ce qu'il acquesteroient.* 37) V. Lupus Prot. a. 1041; accedo Wattenbachii sententiae, qui iam a. 1040. Melfiam captam esse suspicatur. Mon. SS. VII. p. 675. n. 85. 38) Cf. Annales Barenses 1041. *Hic venit a Sicilia in Lombardia Michael protospat. et catep. qui et Dulkiano iunior mense Novembri intravit in Bari.* Qui cum annum a mense Septembri incipere videantur, adventum Michaelis in a. 1040. referri oportet.

Sese ad bella parant Normanni, copia quamvis
Multa sit Argorum, sua quam paucissima gens sit.
Nam pedites tantum quingentos turba pedestris,
Et septingentos comitatus habebat equestris;
Obtectos clipeis paucos lorica tuetur.
Armati pedites dextrum laevumque monentur
Circumstare latus; aliquot sociantur equestres,
Firmior ut peditum plebs sit comitantibus illis.
His interdicunt omnino recedere campo,
Ut recipi valeant, si forte fugentur ab hoste.
Taliter instructis illis et utrimque locatis,
Digreditur cuneus longe paulisper equestris.
Contra quos cuneus Graecorum mittitur unus.
Non etenim totas Danai laxare cohortes
Primo Marte solent; legionem sed prius unam,
Inde aliam mittunt, ut virtus aucta suorum
Hostes debilitet, terroremque augeat illis.
Sic equitum princeps, obniti dum videt hostes,
Cum magis electo, qui restat, milite secum
Proripitur[a] subito, viresque retundere prorsus
Sic solet hostiles, animos reparando suorum; Ann. Bar
Utrorumque acie conserta, maxima pugna
Fit iuxta rapidas Lebenti[b] fluminis undas. 1041.
Vincuntur Danai; Gallorum exercitus illos Mart. 17.
Fortiter insequitur; caesorum corpora multa
Appula planicies, fluvius sed plura recepit.
Gens Argiva quidem, nimio perculsa pavore
Dum tremebunda fugit, non asperitate locorum,
Non prohibetur aquis vehementibus, ut fugitiva
Non se praecipitet. Plures in flumine mersos
Alveus involvit, quam morti traderet ensis.
Hos iaculis, illos gladiis gens Gallica stravit,
Fitque modis variis Graecorum maxima caedes[39] 39
Cum paucis montem Michael elapsus adivit,
Vicinos montes superare cacumine visum[40].
Gallorum vires victoria mentibus auget,
Nec contra Danaos iam bella gerenda pavescunt.
Haut secus accipiter solitus captare minores
Indubitanter aves, dubitans maioris inire
Alitis assultum, poterit si forte vel unam
Exsuperare gruem, non inde timebit olorem,
Et magnis avibus iam nil obstare pavebit.
Agmine collecto Graecorum, rursus ad amnem
Cannis adfinem, qui dicitur Aufidus, omnes Mai. 4.
Quos secum potuit Michael deducere, duxit.
Ad pugnam Galli redeunt[41]. Ut cesserat ante, 41.
Cedit eis Michae. Victi fugere Pelasgi;

a) porripitur *c.* b) labenti *corr.* laebenti *c.*

39) Annal. Bar. 1041: *Mense Martio 17. intr. factum est proelium Normannorum et Graecorum iuxta fluvium Dulibentis*; rectius Oliventus appellatur apud Leonem II, 66; est fluvius Olivento prope Venusiam. Discrepat Cedrenus p. 546, qui pugnam *apud Cannas prope Aufidum* commissam esse tradit.
40) Annal. Barenses l. c.: *Ipse vero Dulkiano cum reliquo exercitu petierunt in montem Pelosum*, hodie *Monte Peloso*.
41) De loco pugnae consentiunt Annal. Bar. 1041. Amatus II, 22. Leo II, 66; Cedrenus vero l. c. refert, Michaelem Doceanum secundo loco apud Horas — περὶ τὰς λεγομένας Ὥρας — a Normannis superatum esse, quem locum suspicor Oriam esse, cuius fit mentio in Chron. brev. Nortm. ap. Mur. V, 278. a. 1060 et 1062.

Caeduntur multi; labentis equo Dokiani
Armigeri auxilio servatur vita fugacis.
Corruit offenso pede forte caballus ad amnis
Ingressum. Michael manibus iam pene tenendus
Hostilis turbae, proprium ducente ministro
Est elapsus equum. Normanni plus animantur,
Quo magis augetur felix[a] successus in armis.
Pelusii montis Michael petit ardua victus.
Hinc exercitui Graecorum nuncia mittit,
Qui Siculis inerat tunc partibus, ut reparandis[42]
Viribus accedat, quibus hoste fugatus egebat.
Melfia Normannis victoribus ut repetatur
Complacet. Hic spoliis collectis gentis Achaeae,
Stant aliquantisper tranquilla pace quieti.
Pro numero comitum bis sex statuere plateas,
Atque domus comitum totidem fabricantur in urbe.
Sed quia terrigenis terreni semper honores
Invidiam pariunt, comitum mandata recusant
Quos sibi praetulerant Galli servare feroces[43].
Indigenam Latii propriae preponere genti
Dilexere magis. Beneventi principis huius
Nomen Adenolfus[44]; quos forsitan ipse vel aurum
Dando vel argentum, pacti mutare prioris
Compulerat votum — quid non compellit inire
Ambitio census? sanos evertere sensus
Haec valet, ac fidei rigidos dissolvere nexus.
Postquam delatos[b] Dochiani exercitus audit
Partibus in Siculis apices, et de reparandis
Viribus admonitus, Dochianum novit egentem
Auxilio, properat Calabrisque virisque quibusque
Undique collectis, it ad ulciscenda suorum
Corpora, quae campis et aquis inhumata iacebant.
Cum Graecis aderant quidam, quos pessimus error
Fecerat amentes, et ab ipso nomen habebant.
Plebs solet ista Patrem cum[c] Christo dicere passum,
Et fronti digito signum crucis imprimit uno,
Non aliam Nati personam quam Patris esse,
Hanc etiam sancti Spiraminis esse docebant[45].
Hi simul ad bellum properant, mens omnibus una,
Vires, quas Michael amiserat, ut reparentur.
Hunc tamen esse ducem vetat amplius agminis huius,
Imperii sub quo Romani cura manebat.
Contra Normannos quia nullum prosperitatis
Successum obtinuit, iubet, Exaugustus ut[d] huius
1041. Aug. Officium subeat, Danaos in proelia ducat[46].
Dicitur hunc victor genuisse Basilius ille,
Qui duce sub Melo Gallos dare terga coegit[47].

a) felis *c.* b) deletos *coniecit Pertzius.* c) *deest c.* d) *ita Leibn. et c.*

42) Annales Bar. 1041: *Hinc rediens Michael — — scripsit ad Siciliam et venerunt ipsi miseri Maceaones et Paulikiani et Calabrenses et collectis insimul cum reliquis in catuna montis Pelosi — —* 43) Construe: *Galli feroces recusant servare mandata comitum quos sibi praetulerant.* 44) Normannos iam ante pugnam ad Aufidum consertam principem sibi Atenulfum constituisse auctores sunt Amat. II. 22. et Leo II, 66; Nostro consentire videtur Anonymus Barensis a. 1042. ap. Mur. V 151. 45) Paulicíani de quibus conferenda sunt, quae ex Annal. Barens. supra attulimus. 46) Cf. Lupum Pr. 1042. 47) Anonymus Bar. 1042: *Descendit Exáugusto catapanus filius Bugiano.* Annales Barenses 1041: *Tunc descendit catepanus filius Budiano in Apuliam.* Eiusdem Basilii nomen nonnisi apud Nostrum in-

Inde redit Siculas Michael Dochianus ad horas[48] Ann. Bar. 1041.
Exaugustus eos, quorum sibi tradita cura est,
Taliter alloquitur: *Prudentia vestra virili*
Conditione vigens, non vos permittat[a] *habere*
Cor muliebre, viri! Quae vos ignavia semper
Cogit inire fugam? Memores estote priorum
Quorum strenuitas totum sibi subdidit orbem.
Hector Achilleis fortissimus occidit armis.
Troia Michaenei[b] *ruit ignibus usta furoris.*
Philippi quantus fuerit vigor, India novit;
Huius Alexander proles fortissima, nonne
Fortia multorum subiecit regna Pelasgis?
Partibus occiduis Graecorum fama timori
Omnibus et mundi regionibus esse solebat.
Quae gens audito Graecorum nomine stare
Audebat campo? Vix ōpida, castra, vel urbes
Reddebant tutos ab eorum viribus hostes.
State, precor, validi, memores virtutis avitae,
Degeneresque pedum non vos fiducia reddat.
Hosti adhimit vires, qui stare viriliter audet.
Procurate sequi vestigia prima parentum.
Iam fuga displiceat; totus vos sentiat orbis
Fortes esse viros. Non est ad bella timendus
Francorum populus, numeroque et viribus impar.
His dictis animos Graecorum accendit, et omnes
Praecipit Argolicos montana relinquere, campi Sept. 3.
Quaerere planitiem[49]; campis et castra locavit. 49
Exploratores Galli misere, paratus
Ut Danaum videant. Referunt ad bella paratos,
Et non mutata mutatum gente[c] magistrum.
Nil metuunt. Multi sociis in monte relictis,
Quo tuti redeant, fuerit si forte necesse,
Indigenae Danais descendunt auxiliari.
Campi planicie populus convenit uterque.
Pugna fit inde gravis. Ut vincat uterque laborat.
Nunc hi, nunc illi fugiuntque fugantque fugantes,
Cumque diu pugnam Gallis patientibus Argi
Acriter instarent victores iam prope facti,
Proripitur subito medios Gualterus[50] in hostes, 50
Normannos hortans ad bella redire fugaces.
Ipse lectorum[d] comitum fuit unus, Amici
Filius insignis. Nullum certamen Achivi
Experti gravius, sed plurimus hic quia miles
Occidit, heroes multi simul interiere[51].
Ductus Adenolfi miser Exaugustus ad urbem[52] 52

a) permittet *corr.* permittens *c.* b) *loco* Mycenaei. c) mente *edill.* d) electorum *edill.*

invenitur. Quae Cedrenus refert II, p. 546: — ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ . . τοῦτον μὲν μετέστησε τῆς ἀρχῆς, ἐπεμψε δὲ τὸν Βοϊωάννην — εἰς ἐκεῖνον ἀναφέροντα τὴν τοῦ γένους ἀναφορὰν τὸν ἐπὶ Βασιλείου τοῦ βασιλέως ἐν Ἰταλίᾳ πεμφθέντα Βοϊωάννην, ὃς πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν μέχρι Ῥώμης τότε τῷ βασιλεῖ παρεστήσατο — valde obscura sunt, nam nusquam de hoc Boioanne seniore loquitur. Ad eum igitur Basilium haec referamus oportet, de quo ad a. 1011. egerat. Cf supra n. 22. 48) Ann. Barens. 1041. *Michael rediit ad Siciliam iubente imperatore unde venerat.* 49) Annales Barens. 1042. *Hoc anno 3. die intrante mense Septembri Graecorum exercitus descenderunt in monte Peloso et Normanni ex castello Siricolo.* 50) De Gualtero Amici filio vide quae Leo p. 675. l. 40. p. 676ₐ l. 15. et Amat. II, 30. referunt. 51) Pugnam commissam esse prope Montem Pelosum s. Pelusium tradunt praeter Amat. II, 25. et Leon. Ost. II, 66. etiam Anonymus et Annales Barenses; Cedrenus vero II, 547. et hoc loco ab eis discrepat referens, Boioannem apud Monopolim captum esse. 52) Cf. Anonym. Bar. 1042.

1041. Praecedebat equum victoris, ab hoste ligatus
Ostentare sui pompam cupiente triumphi.
53 Ter Gallis anno[53] victoria contigit illo.
Confusis Danais iam spes est nulla trophaei.
Omnia praeclarum super Appula moenia Barum[54],
Illis temporibus, Monopolis et Iuvenacus,
Atque urbes aliae quam plures, foedere spreto
Graecorum, pactum cum Francigenis iniere.
Inde manere Deo nolente diucius eius
Dec. 10. Imperium, moritur Michael[55], Michaele nepote
Succedente sibi, qui Constantinus et idem
Nomine dictus erat[56]. Quendam, solamen[a] ut inde
57 Auxilii caperet gens Appula, Sinodianum[57]
Destinat. Hic veniens et primo appulsus Hydruntum,
Legatos socias Francorum misit ad urbes,
Se recipi rogitans. Volunt[b] parere roganti.
Militiam reparare cupit; sed milite multo
Ceso ac disperso, paucos retinere valebat.
Sinodianus ob hoc muros non deserit urbis.
Hunc tamen edictum facit imperiale reverti.
Multa per hoc tempus sibi promittente Salerni
Principe Guaimario, Normanica gens famulatum
Spernit Adenolfi. Sed se tantummodo cives
Ann. et Anm. Bar cf. Lupos. inde a Feb. 1042. Aversae dederant ditioni Guaimarianae[58];
Nam reliqui Galli, quos Appula terra tenebat,
Argiroo Meli genito servire volebant[59].
Nam pater ipsius prior introducere Gallos,
His et in Italia studuit dare munera primus.
Argirous pauper, licet audax et generosus,
Se tantae genti dominari posse negavit,
Cum nichil argenti valeat praebere vel auri.
Hi se non aurum profitentur amare, sed ipsum,
Cuius eis placidus fuerat pater. Ipse precantem
Exaudit populum; nocturno tempore secum
Deducit Barum natu sensuque priores,
Quos sancti ductos Apolinaris ad aedem
Taliter affatur: *Pretii cum nulla facultas*
Sit mihi, quo possim populum donare potentem:
Cur populus vester me vult sibi praefore, miror.
Vos etenim novi diversis rebus egere;
Quas cum non dedero, me non dare posse dolebo.
Illi respondent: *Nostrum te principe nullus*
Pauper erit vel egens, duce te fortuna favebit,
Consiliique vias, duce[c] *quas genitore solebat*
Pandere, te nobis effecto principe pandet[d].
Hoc ubi dixerunt, sublimant protinus illum
Omnes unanimes: communi fit prece princeps.
Interea magno Danaum comitante paratu,
April. Nequitia plenus venit Maniacus[60] Idrontum,
Imperio Latium iussus Michaelis adire.

a) *vita edilt.* N. d. e. qdam ut inde (*deest* solamen) *c.* b) nolunt *edilt.* c) *Leibn. et Carus.* duice, *Muratori et codex* duce. d) pande *c.*

53) nempe 1041. aerae vulgaris. 54) V. Annal. II, 28. 59) Annal. Bar. 1042: *Deinde mense Februario Normanni et cives Barisani elegerunt Argiro qui et Meli principem et seniorem sibi;* cf. Lupum et Anon. Bar. eod. anno, Amatum II, 27. 60) Cf. Annal. Bar. et Lup. 1042.
55) Cf. Cedren. II, 533. 56) Michaelem Calaphatam etiam Constantinum vocatum fuisse, praeter Guilermum nullus est qui tradat. 57) De hoc nihil aliunde constat. 58) Cf. Amat.

Is praeter formam nil dignum laude gerebat. 1042.
Mente superbus erat, dira feritate redundans.
Classibus Idronti dimissis, agmen iniquum
Francis conpactas invadere commovet urbes,
Et Monopoleis primum diffunditur arvis[61]. Iun.
Interimit multos Maniacus, et arbore quosdam
Suspensos, alios truncato[a] vertice mactat.
Caedis inauditum genus exercere tirannus
Audet in infantes, viventis adhuc quia capti
Corpus humo sepelit pueri, caput eminet extra.
Sic perimit multos, et nulli parcere curat.
Post haec Matheram, qua fixa fuisse feruntur
Poeni castra ducis, cum subderet Annibal Afris
Italiam, Maniacus adit; campisque ducentos
Agricolas captos furibunda mente trucidat[62]. Ann. et Anon. Bar.
Non puer aut vetulus, non monachus atque sacerdos
Impunitus erat; nulli miseratur iniquus.
Interea Michael, qui miserat hunc Maniacum,
Captus caecatur, caecatus ab arce fugatur[63]. April. 21.
Hoc fecere Zoe[b] simul Teodora sorores.
Prima fuit patrui[64] coniunx Michaelis adusque
Huius successum; cum qua quia noluit ipse
Partiri regnum, ratus hanc prohibente senatu
Exheredandam, privatus lumine captus,
Est Constantino sociata Zoe Monomacho.
Huic inimicus erat Maniacus, et hic Maniaco,
Alterius quoniam fuit alter abusus amica[65]. 62
Zelotypo imperii Monomacho tradita sedes
Concussit mentem nimio terrore tiranni
Et probrosa refert odiis agitatus et ira:
Omnibus et, secum quos duxerat, imperat Argis,
Principe se facto, iam nullus obediat illi.
Assumens habitum sibi perfidus imperialem
Imperii sancti non nomen adire veretur[66]
Postquam suscepit solii Monomachus honorem,
Argiroo mandat studeat convertere Gallos,
Procuretque suis sociare fidelibus illos,
Et promittit[c] eis se praemia magna daturum.
Argirous, nolens sibi desit ut imperialis[d]
Gratia[e], Normannos compescit ab obsidione
Trani, quod solum tunc agmina Graeca fovebat. Aug.
Confinesque locos desistit depopulari[f. 67].
Nuncius interea qui venerat imperialis, Sept.
Maxima dona ferens, capitur miser a Maniaco[68]. 68
Diversas poenas adhibens[g] et stercus equinum
Purgamento immixto naribus, auribus, ori,
Hunc facit affligi graviter, stabuloque necari.
Ipse videns, auri tantum se pondus habere,

a) *ita cod.* truncatos *edidit.* b) zoes *c.* c) promitit *cod.* promittat *edidit.* d) *ita edidit.* volens sibi dedit *c.* e) Gloria *edidit.* f) *hunc versum non habet codex.* g) adhibent *edidit.*

61) V. Lup. 1042. 62) Consentiunt Annales et Anonym. Bar. 1042. 63) V. Cedren. II, p. 540. 64) Michaelis Paphlagonis. 65) Non imperatorem Constantinum Monomachum, sed Romanum Sclerum, cuius sorore Constantinus pro pellice utebatur, thalamum Maniacis polluisse perhibet Cedren. II, 547. 548. cf. 556. 66) Maniacem iam ante obsessam Monopolim imperium usurpasse auctor est Anonym. Bar. 1042. 67) Cf. Lup. 1042. Annal. et Anonym. Bar. 1042. consentiunt Nostro; aliter rem narrat Amat. II, 27. 68) nempe Pardus patricius, v. Annales, Anonym. Barens. et Lup. 1043.

1042. Extolli nimium cepit. Redit[a] inde Tarentum:
Atque auri multum, quo plus sibi concilientur,
Erogat Argolicis. Assumitur imperialis ——7
Purpura; pes dexter decoratur pelle rubenti.
Qua solet, imperii qui curam suscipit, uti.
Ortob. Inde venit multo vallatus milite Barum,
Argiroum sperans promissis fallere posse,
Ut collega suus fieret contra Monomachi
Imperium. Gallos etiam sibi pacificare
Temptabat, quorum si posset habere iuvamen,
Cedere posse suis sperabat viribus hostem,
Et Constantino facili diadema labore
Ablatum retinere sibi. Quod sperat, inane est.
Nam neque Normannos nec eorum vertere[b] mentem
Principis evaluit, contemptus at inde recessit.
Unde furore gravi plenus, quia spretus, abibat.
Quatuor in partes diviso milite, mandat
Pergere praedatum. Circumcursantibus ipsis,
Est hominum, peccorum pars maxima ducta Tarentum[c].
69 A Constantino sub eodem tempore[69] missis
Argirous multis auri argentique talentis,
Normannos donans sibi postulat auxiliari,
Auxiliis horum Maniacus ut occidat hostis
Imperii sancti; sic plurima promerituros
Hoste triumphato pro votis asserit illos.
Quam plures igitur Normannos non amor aeris,
Sed ducis Argiroi Maniaco reddidit hostes.
Aversae comites et iam cum pluribus ultro
Advenere suis Tancredi filius, horum
Maxima spes, aderat Guillermus ad arma paratus
70 Hunc Drincanecto comitem comitante Radulfo[70],
Qui post Rannulfi decessum praefuit urbi.
Terrebat Danaos Guillermi nobile nomen;
Is quia fortis erat, est ferrea dictus habere
Brachia, nam validas vires animumque gerebat.
Huius Robertus frater fuit ille, ducatum
Qui post optinuit, Guiscardus ad omnia prudens.
Tantorum comitum comitatu fisus in hostem
Argirous properat. Taram Maniacus ad amnem
Venerat, his inibi metatus castra diebus.
At non audito tantae subsistere gentis
Praevalet adventu conclusus in urbe Tarenti.
Ad fluvium Galli veniunt; castrisque repertis[d]
Graecorum vacuis, loca pontis adusque propinquant.
Hunc utrimque maris circumvolat unda, sed[e] altis
Rupibus obiectis sic interciditur aequor,
Pontis ut auxilio transiri possit ad urbem,
Quaeque viatori via nunc brevis esse videtur,
Longa videretur giranti littoris horas;
Namque mari septum maiori parte Tarentum
Insula mox fieret, modicus nisi collis adesset.

a) ridet *c.* b) avertere *edill.* c) Tarento *edill.* d) receptis *edill.* e) unda sub *edill.* alta (*corr ipse* antra) sed *c.*

69) Tempora turbat Noster; ex annalibus enim Barensibus, quos ipsum secutum esse constat, comperimus, Tarentum a Normannis inter menses Aprilem et Iunium a. 1042 obsessum esse. 70) Cfr. Leo Ost. II, 66: *Quo* (Rodulfo Capello) *ab Aversanis expulso, Raidulfus Trinclinocte comes effectus est*; in prima editione Leo ipsum *Trincanocte* nominaverat.

Moenibus inclusos pugnae Guilermus Achivos
Provocat; at numquam dimissis moenibus illi
Conseruere manus: non fluminis impetus ulli
Plus est quam tanti ducis hostibus hasta timori.
Sic incantator studiosus pro capienda
Aspide[a], multimoda conatur ut abstrahat arte
Visceribus terrae, quibus abdita tuta moratur.
Auribus haec ne quid grave sentiat, obstruit unam.
Affixa cauda defigitur altera terrae.
Dissimulant Danai Gallos audire cientes
Ad pugnam, positisque seris remorantur in urbe.
Ad bellum postquam procedere nolle Pelasgos
Galli conspiciunt, et moenibus in capiendis
Spem gravitas adimit, quia munitissimus urbis
Est situs, abacedunt. Post haec remoratus in urbe
Per tempus modicum repetit Maniacus Idruntum: 1043.
Rursus et Argirous nec non Teodorus[71], at iste Febr.
Milite cum multo. cum multis classibus[b] ille,
Imperii iussu properare paratus in ipsum,
Hostilem quatiunt varia formidine mentem:
Et titubans animo, nunc huc, nunc fluctuat illuc:
Urbe metu tandem nimio prodire coactus,
Rupibus incisis iuxta maris alta locavit
Difficili sua castra loco: qua pervius ulli
Non aditus fieret scopulis haerere carinas
Impositas gradibus faciens, ut pacificato
Aequore transiret; quosdam, quos aequora credit
Perturbasse magis, cruciat, succendit et igni,
Necdum sedatis tranquillo tempore prorsus
Fluctibus aequoreis, naves petit et mare transit.
Transitus ille tamen misero nil profuit illi,
Occurrente quidem Monomachi milite[72] stratus 72.
Occidit, et scelerum persolvit corpore poenas.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT SECUNDUS.

Argirous Latii dimoto finibus hoste,
Vadit Idrontinam multis[c] comitatus ad urbem.
Traditur urbs illi, cives hoc principe gaudent.
Hinc Barum repetens, Gallos permittit abire.
Illi Gaimario vadunt servire Salernum.
Gaimarius princeps, confisus viribus horum, 1044?
Hos secum Barum deducit et obsidet illud.
Imperat Argiroo, sibi pareat, urbe relicta
Transeat ad Graecos. Monitis parere monentis
Abnuit Argirous: confligere non tamen audens
Invalidus pugnae se custodivit in urbe;
Depopulans agros et amoena novalia Bari,
Moenia Gaimarius propriae repedavit ad urbis[73] 73

a) aspice *Leon.* b) cassibus *c.* c) militis *c.*

71) cognomento Canus, praefectus classis imperialis, v. Anonym. Bar. 1043. 72) Stephano Sebastophoro testibus Cedreno II, p. 548 et Anonym. Barensi 1043. 73) Quae hic narrantur, apud solum Nostrum leguntur. Cui tamen et hoc locò a V. D. di Meo VII, 250. crimini datur, quod rerum ordinem chronologicum non observaverit, cum haec urbis Barensis obsessio iam Septembri mense a. 1042 facta sit (cf. Anonym. Bar. sub an.). Hoc equidem non crediderim et Guilermi verba potius ad ea referenda censeo, quae Lupus Pr. a. 1044 de rebus a Guaimario gestis tradit.

Constantinus, eo qui tempore iura regebat
Imperii, mandat, properet quantocius ad se
Argirous. Iussis favet imperialibus ille.
Aequoris Adriaci transvectus fluctibus, urbem
1045—1046. Appetit imperii[74]. Placidus, qui praesidet urbi,
Suscipit aggressum magnis et honoribus illum
Promovet. Interea populus, quem rexerat ipse,
Pars comiti Petro[75], pars est sociata Drogoni
Tancredi genito, modico quia vixerat eius
Tempore germanus, vir[a] ferrea dictus habere
1046. Brachia Guilermus[76], cui vivere si licuisset,
Nemo poeta suas posset depromere laudes;
Tanta fuit probitas animi, tam vivida virtus.
Unfredum totus cum fratre Drogone tremebat
Italiae populus, quamvis tunc temporis esset
Ditior his Petrus consanguinitate propinquus.
Edidit hic Andrum[77], fabricavit et inde Coretum[78].
79 Buxilias[79]; Barolum[80] maris[b] aedificavit in horis.
Fama super comites alios excreverat huius;
Sed comes Unfredus cum fratre Drogone superbam
Deponunt mentem, quia dum certamen inhire
His parat, infelix felicia tempora perdens
Vincitur et capitur. Curru fortuna rotato
Tancredi natos sublimes reddere coepit
Imperii rector scrutatur praememoratus
Argiroum, Gallos depellere qualiter horis
Italiae valeat, neque vi[c] iam posse fugari
Comperit. Ergo alios molitur adire paratus
Consilii, quia quos fortes ad arma, nec armis
Vincendos novit, promissis fallere sperat.
Audit enim, quia gens semper Normannica prona
Est ad avaritiam; plus, qui plus praebet, amatur.
Anon. Bar. Traditur Argiroo portanda pecunia multa,
Argenti multum pretiosaque vestis et aurum,
Ut sic Normanni fallantur, et egredientes
Finibus Hesperiae, propere mare transgrediantur,
Magna sub imperii famulamine promerituri.
Imperat hic etiam, quod si transire negarent,
Haec aliis, illis quae danda fuere, darentur,
Opprimeret quorum gravis infestatio Gallos.
1051. Mart. Paruit Argirous; loca transit ad Appula iussus;
Francorum comites vocat, et se magna daturum
Munera promittit, si transgrediantur ad Argos,
Dimisso Latio, grave qui certamen habebant
Cum Persis, et eos iurans promittit, ab illo
Qui regit imperium gratanter suscipiendos,
Et magnis opibus ditandos affore spondit.
Callida Graecorum promissio calliditatem
Non latuit gentis Latium superare volentis,
Et dimissuros loca se non Appula dicunt[d],

a) vim *c.* b) moris *c.* c) ut *edill.* d) ducunt *c.*

74) sive anno 1045, ut Anonymus Barensis, sive 1046, ut Lupus vult. 75) illi sine dubio, qui Tranum in divisione sortitus fuerat, v. Amat. II, 30. Leo Ost. II, 66. De hac controversia inter principes Normannorum oborta nihil ex caeteris auctoribus constat. 76) Obiit Guilermus comes a. 1046, eique successit frater Drogo, v. Lup. 1046. 77) hodie Andria. 78) Quarata. 79) Bisceglia. 80) Barletta. Cfr. di Meo VII, 267.

Dum conquerantur, nisi forte potentior illis
Turba superveniens depellat[a] et opprimat illos.
Vir Leo[81] mirificus hac tempestate regebat 81
Romanam sedem. Tanti gens Appula papae
Audit ut adventum, varias deferre querelas
Coepit, et accusat diverso crimine Gallos:
Veris commiscens fallacia nuntia[b] mittit[82]
Argirous papae, precibusque frequentibus illum
Obsecrat, Italiam quod libertate carentem
Liberet, ac populum discedere cogat iniquum:
Cuius pressa iugo pessumdatur Appula tellus.
Hoc Normannorum Drogo Guaimariusque priores[83]
Tempore defuncti fuerant; a civibus alter 1051—
Et consanguineis occisus fraude Salerni, 1052
Alter ab indigenis, nimium quia credulus illis, Anon. Bar.
Pontilari[84] caesus. Se gens rectore carentem 84
Gallica conqueritur. Papae tamen obvia venit
Cum quantis equitum valuit peditumque catervis[c],
Advenisse quidem[d] Latii cum milite multo
Audierant papam, comitantibus hunc Alemannis[e] 1053.
Innumeris et Teutonicis, ad bella paratum.
Normanni licet insignes fulgentibus armis,
Agminibus tantis visis obstare timentes,
Legatos mittunt, qui pacis foedera poscant[85], Amat. III, 30.
Quique rogent papam, placido[f] famulamen eorum
Suscipiat; sese papae parere paratos
Omnes testantur; non hunc offendere velle
Ac quaesitorum cognoscere munus ab ipso:
Si placet, hunc dominum poscunt sibi seque fideles.
Teutonici, quia caesaries et forma decoros
Fecerat egregie proceri corporis illos,
Corpora derident Normannica, quae breviora
Esse videbantur, nec eorum nuncia curant,
Utpote nec numero populi nec viribus aequi.
Conveniunt papam verbis animoque superbi:
Praecipe Normannis, Italas dimittere terras
Abiectis armis, patriosque revisere fines.
Quod si noluerint, nec federa pacis ab ipsis
Suscipias, volumus, nec eorum nuncia cures.
Nondum sunt gladios experti Teutonicorum[g].
Intereant gladiis, aut compellantur abire,
Invitique solum, quod nolunt sponte, relinquant.
Papa licet tumidis varia[h] ratione renitens,
Non animos gentis potuit sedare superbae.
Spem dabat his Italae[i] fex indignissima gentis,
Gens Marchana[86], probis digne reprobata Latinis. 86

a) depella *c.* b) mutua *c.* c) quatervis *c.* d) quidam *edill.* e) alienis *corr.* alemannis *c.* f) *ita codex*, placidus *edill.* g) textonicorum *c.* h) nara *c.* i) *ita edill. Carusii et Muratorii*, Italiae *Leibn.* is ita *c.*

81) nonus, 1049—1054. 82) Cf. Gaufr. Malat. hist. Sic. I, c. 14 (ap. Mur. V, 153). Papam ipsum Argyrum adiisse videmus ex eiusdem epistola ad imperatorem Constantinum Monomachum data: *Gloriosi ducis*, inquit, *ac magistri Argyroi fidelissimi tui colloquium et consilium expetendum censui.* Di Meo VII, p. 330. 83) Drogo obiit die 10. Augusti 1051, Guaimarius vero 2. Iuni 1052. Cfr. Köpke in Annal. nostr. IX, 158. 84) *Montilari* legendum esse iam vidit di Meo VII, 317. Quod quidem constat ex verbis Anonymi Barensis, ann. 1051, quem hic secutus est Noster: *Et occisus est Drogo comes in monte Ylari ab incolis eiusdem.* Mons quem Amatus III, 22 Mont-Alègre vocat, hodie nuncupatur Montellia. 85) Adstipulatur Hermannus Augiensis. 86) De incolis Marchiae Firmanae loqui videtur Noster.

Cum plures Itali magna virtute redundent,
His erat innatus pavor et fuga luxuriesque.
Teutonici populi non copia magna videtur.
Turbati redeunt Normanni pace negata,
Atque Alemannorum responsa tumentia pandunt.
Tempus erat iam triticeis confine metendis
Frugibus; at virides nondum legere maniplos
Agricolae, quos Francigenae, quia pane carebant,
Igni torrebant, et vescebantur adustis.
Talem degebant ob castra rebellia[87] vitam,
Undique Teutonicis famulantia nec sibi quidquam
Dantia, corporeae vitae quod postulat usus.
Frater defuncto qui fratre Drogone superstes
Extitit Unfredus, procerum de Francigenarum
Unus habebatur maioribus, inde Richardus
Aversa paulo ante comes delectus in urbe[88],
Paulisperque suos fratres erat ante secutus
Robertus, qui magnanima virtute priores
Transcendit fratres, hic bello interfuit illi.
Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantae fuit aut versutus Ulixes.
Inter eos aderant Petrus et Galterus Amici
Insignis soboles[89], simul Aureolanus[90], Ubertus
Muscaque, Rainaldus, comes Hugo, comesque Giraldus[91];
Hic Beneventanis praelatus, at hi Thelesinis[a] [92].
Hos Bovianensis[b] [93] comitis comitata Radulfi[94]
Est virtus et consilio pollentis et armis.
Vix proceres istos equites ter mille sequuntur,
Et pauci pedites, triduo quia panis egentes
Arma petunt. Cuncti magis, ut moriantur honeste
Bellando, cupiunt, quam corpora tanta virorum
Opprimat esuries inhonestae funere mortis.
Gens Alemannorum stipata satellite[c] multo,
Longobardorum frustra confisa fugacis
Auxilio turbae, Normannos terga daturos
Credebat primis conflictibus, aut perimendos.
At non in numero, nec equis, nec gente, nec armis,
Sed cui de coelo datur, est victoria belli.
Inter Teutonicos Normannorumque catervas
Collis erat medius. Gens innumerabilis illi[d]
Appula, Balbensis, Campanica, Marsa, Thelensis[e]
Venerat auxilio[95] Guarnerius Teutonicorum
Albertusque duces[96] non adduxere[f] Suevos
Plus septingentos. Haec gens animosa[g] feroces

Amat. III, 37.

88

92

Amat. III, 21.

96

a) p. at thithesilenis *c.* b) Bonianensis *edill.* c) *ita edill.* sollicite *c.* d) *ita codex et edill., legendum videtur* illis *scilicet* Teutonicis. e) thetensis *c.* f) abduxere *c.* g) annosa *c.*

87) i. e. urbes et castella vicina, quae papae favebant. 88) inde ab anno 1050, v. di Meo VII, 283. 89) De Gualtero iam supra ad ann. 1041 egimus, *Pierre fil de Ami* occurrit ap. Amatum IV, 5. Petronem ipsum vocat Leo II, 66. III. 25. 90) aliunde non notus, cui forsitan a loco Aurola territorii Larinensis (Leo III, 17) nomen inditum erat. 91) De omnibus his Normannorum optimatibus nihil praeterea constat. 92) Telese. 93) hodie Boiano. 94) Rodulfus de Molisio, Bovianensis comes adhuc ann. 1092 inter vivos erat, v. Leon. Ost. III, 12. 95) *Et adont coururent à l'arme et as lances et assemblèrent de Gaiète, de Valbine, et de la Marche; i sont ajoint homes de Marsi et de autres contés.* Amat. Non equidem scio quid sibi velint *Balbensis* Nostri et *Valbine* Amati; forsitan idem est atque Balbana, quod apud Petrum occurrit Mon. IX, 820. 96) Guarnerius Suevus etiam Leoni Ost. II, 84 notus; de Alberto nihil aliunde constat. Amatus vero duces Alemannorum *Raynolfe et Raynier* vocat III, 37.

Fert animos, sed equos adeo non ducere cauta.
Ictibus illorum, quam lancea, plus valet ensis;
Nam nec equus docte manibus giratur eorum,
Nec validos ictus dat lancea; praeminet ensis.
Sunt etenim longi specialiter et peracuti
Illorum gladii; percussum a vertice corpus
Scindere saepe solent, et firmo stant pede, postquam
Deponuntur equis. Potius certando perire,
Quam dare terga volunt. Magis hoc sunt Marte timendi,
Quam dum sunt equites: tanta est audacia gentis.
Italiae populo, qui se sociaverat illis,
Germani comites praesunt Trasmundus et Atto[97], 91
Et Burrellina generosa propagine proles[98].
Hi simul ad bellum properant campique marini
Accola Malfredus[a] Molinensisque Rodulfi
Rofredus socer[99] — huius castrum Gardia nomen[1] — 99
Et plures alii, quorum non nomina novi.
Huc quoque Romani, Samnites et Capuani
Auxilium mittunt; nec opes Ancona negavit.
Huc Spoletini, simul accessere Sabini,
Huc quoque Firmani: non evalet enumerari
Carminibus nostris, quam multus venerit hostis,
Francigenae gentis nomen delere laborans
Hi cum Teutonicis ad ripam fluminis omnes
Nomine Fertorii[2] tentoria fixa locarant[b].
Proxima nomen habens erat urbs a civibus ipsis[3]. 1053. Iun. 18.
Postquam Normanni pacisque fugaeque negatam
Spem sibi cognoscunt, nil quo fugiatur habentes,
Collem conscendunt, ut castra hostilia spectent.
Spectatis castris armantur, et agmine dextro
Aversanorum comitem statuere Ricardum,
Qui Longobardos adeat. Prior hunc[c] comitatur
Clara cohors equitum, mediaeque cohortis agendae
Unfredus contra fortes ad bella Suevos
Eligitur ductor; cornu servare sinistrum
Robertus frater Calabra cum gente iubetur,
Ut succurrendum cum viderit esse, paratus
Auxilio properet sociis, viresque reformet.
Teutonici dextrum contra duo cornua cornu
Armarant. Itali simul omnes conglomerati,
Parte alia stabant; etenim certamine belli
Non aptare suas acies recto ordine norant.
Hos contra coepit prior arma movere Ricardus,
Et petit audacter. Non sustinuere petentem
Viribus aversis Itali; tremor arripit omnes,
Inque fugam versi per plana, per ardua, cursim
Diffugiunt; multos cogit succumbere[d] stratos
Impetus ipse fugae; iaculis caeduntur et ense.
Qualiter aerias, ubi convenere, palumbes,
Dum petit accipiter, fugitivo summa volatu

a) Maldreflis *edidi.* b) loqrt *c.* c) hinc *c.* d) subcombere *c.*

97) Teatini comites, quorum nomina saepius in Leone Ost. legnntur; v. Ind. Mon. SS. t. VII. 98) Borelli filii non uno loco etiam a Leone Ostiensi laudantur; v. Index. 99) Neque Malfredi neque Rofredi nomina alibi inveni. 1) cognomento Lombardorum, cuius mentionem fecit Petrus Mon. VII, 820; v. quoque di Meo VII, p. 335. 2) Fortore, v. supra lib. I. 3) Iuxta Civitatem pugnam commissam esse etiam Leo Ost. II, 84. Amat. III, 37 et Anon. Bar. 1053 tradunt.

Et scopulosa facit celsi iuga quaerere montis;
Quas tamen ipse capit, non possunt amplius ullum
Quaerere confugium: sic dantes terga Ricardus.
Diffugiunt Itali, sed quos capit ipse, vel ipsi
Haerentes socii, fuga nil iuvat. Occidit illuc
Plurima gens Latii bello, pars maxima fugit.
Unfredi contra non segnis ad arma Suevi
Bella parant aciem, telis hostilibus ipse
Rursus et appetitur; tandem concurrit uterque
Ad gladios populus, mirabilis[a] ictus utrimque
Fit gladiis; illic humanum a vertice corpus
Vidisses et equos hominis cum corpore caesos.
Postquam Robertus fratri tam conspicit hostes
Acriter instantes, et ei nullatenus ullo
Cedere velle modo, comitis comitante Girardi[d]
Praeditus auxilio, Calabrisque sequentibus illum,
Quos conducendi fuerat sibi tradita cura,
Irruit audacter medios animosus in hostes.
Cuspide perforat hos, gladio detruncat et illos,
Et validis manibus horrendos incutit ictus;
Pugnat utraque manu, nec lancea quassa, nec ensis
Quassus erat, quocunque manum deducere vellet.
Ter dejectus equo, ter viribus ipse resumptis
Maior in arma redit; stimulos furor ipse ministrat.
Ut leo, cum frendens animalia forte minora
Acriter invadit, si quid reperire, quod obstet,
Coeperit, insanit, magis et maioribus ira
Accensa stimulat; nil iam dimittit inultum;
Hoc trahit, hoc mandit, quod mandi posse negatur,
Dissipat affligens pecus exitialiter omne:
Taliter obstantes diversa caede Suevos
Caedere non cessat Robertus; et hos[b] pede truncat,
Et manibus quosdam; caput huic cum corpore caedit;
Illius ventrem cum pectore[c] dissecat, hujus
Transadiit costas absciso vertice; magna
Corpora corporibus truncata minoribus aequat;
Virtutisque docet palmam non affore tantum
Corporibus magnis, qua saepe minora redundant.
Nullus[d] in hoc bello, sicut post bella probatum est,
Victor vel victus tam magnos edidit ictus.
Patrata rediens ingenti caede Ricardus
Ausoniae gentis, cuius pars altera fugit,
Altera pars gladiis et cuspide caesa remansit,
Dum sic Teutonicos sociis obstare videret,
Proh dolor! exclamat, *quam credebamus adesse,*
Finito bello, nondum victoria finem
Obtinet! et medios ruit incunctanter in hostes.
Hi, quia spes iam nulla fugae, spes nulla salutis,
Acrius obsistunt; sed nil obsistere prodest,
Tot circumveniunt. Acies praeclara Ricardi
Addita victoris magnae fit causa ruinae.
Hostibus, et miseri diversis interimuntur
Caedibus, et tanta superest de gente nec unus.

a) mirabiliter c. b) os c. c) corpore c. d) nullius c.

d) Quis ille fuerit, non satis clarum; coniecerim tamen eundem esse atque Girardum de bono alipergo, cuius amitam Alberadam postea Robertus W. duxit in uxorem; cf. Amat. III, 11. Leo Ost. III, 15.

Exitus hic[a] belli papam moeroribus implet,
Afflictusque gravi luctu confugit ad urbem[4*].
Sed cives papam non excepere decenter.
Normannis veriti grave ne victoribus esset.
Hunc genibus flexis Normanica gens veneratur
Deposcens veniam. Curvatos papa benigne
Suscipit; oscula dant pedibus communiter omnes.
Vocibus ille piis hos admonet ac benedicit,
Conquestusque nimis, quia pacis spreta fuere
Nuncia, defunctis lacrimans pro fratribus orat.
Audito tantae successu prosperitatis
Normannis habitae, non sollicitudine parva
Angitur Argirous; nec enim vel fraude, vel armis
Posse sibi peragi videt imperialia iussa,
Ut Francos Latio moneat[b] vel cogat abire.
Copia tanta quidem, quibus hi non Marte repugnent,
Non erat Argiroo, nec eos promissa movere,
Ut fines alios peterent, vel dona valebant.
Hoc meditans Bari dimissa transfretat[c] urbe.
Ad dominum rediit, populi responsa ferocis 1055.
Ordine cuncta refert et belli gesta recentis
Contra Teutonicos. Iam Constantinus amare
Desinit Argiroum, nec, ut ante solebat haberi,
Est iam consilii comes intimus imperialis.
Exilium passus, longo post tempore vitam
Degit in aerumnis, et corporis anxietate
Vexatus misere vitam finisse refertur[5]. 1068.
Crescit Normannis animus victoribus ingens,
Iamque rebellis eis urbs Appula nulla remansit. 1053—
Omnes se dedunt aut vectigalia solvunt. 1056.
Tunc comes Unfredus fraterni funeris ultor,
Funesto cunctos fuerant qui participati
Consilio punit; hos truncat, perfodit illos,
Multos suspendit; memorata morte Drogonis
Parcere vult nulli; iacet alto pectore fixus
Fraternae mortis succensus fomite moeror[d]
Omnibus horrendus. Multas sibi subdidit urbes:
Solvere Troiani comiti coepere tributum;
Hunc et Barini, Tranenses et Venusini[e],
Cives Ydrunti famulantur et urbs Acerunti[6]. 6
Roberto fratri Calabras acquirere terras
Concedit. Iuvenis patiens erat iste laboris,
Vir prudens et habens ad quaeque negotia promptas
Exercenda manus Robertus et ingeniosus,
Semper celsa petens, et laudis amans et honoris.
Si contingebat sibi palma vel arte vel armis,

a) hi *c.* b) inoveat *edidi.* c) transferat *c.* d) maior *edidi.* successus f. meror *c. ubi margini ascriptum v.* e) verusini *c.*

4*) quae *Civitas* vocabatur. 5) Non satis accurate Argyri res hic narrantur. Causa enim, propter quam imperatoris Constantini Monomachi gratia excidit, non fuit victoria Normannorum, sed potius controversia inter ecclesiam Constantinopolitanam et Romanam oborta. Hoc apertis verbis ipse indicat Constantinus rescribens a. 1054. patriarchae Constantinopolitano: *Mea maiestas perquirens offendit mali radicem ortum habuisse ab interpretibus et sociis Argyri*; cf. di Meo VII, 352. Hanc ob rem Argyrus anno sequenti Constantinopolim abiit, spe ut videtur adductus ut se crimine obiecto purgaret; v. Anon. Bar. 1055. Neque hanc spem eum fefellisse concedere licet, cum Barensi praefectura usque ad mortem quae teste Anon. Bar. a. 1068 accidit, functus esse videatur. 6) Bari, Trani, Venosa, Otranto, Acerenza. Vide quae notat di Meo ad hunc locum VII, 353.

Aeque ducebat, quia quod violentia saepe
Non explere potest, explet versutia mentis.
Clarus in eloquio dabat hic responsa repente
Optima consultas; si quis quaerebat ab illo
Consilium, sapienter ei dare noverat illud.
Hic sibi concesso Calabrorum munere[a] gaudet.
Secum nonnullos equites collegerat ante,
Qua poterat, sed praecipue regionibus illis
Multiplicem praedam peragens, quas frater habebat.
Quodque capi poterat, dum dividit omnibus aeque,
Omnes sunt cari sibi, carus et omnibus ipse.
Captus ab Unfredo secum prandente, volebat
In fratrem gladio consurgere, sed Gocelinus[7]
Comprensum manibus tenuit; custodibus inde[b]
Traditur, et multa non tempestate retentum
Dimisit frater, Calabrae regionis et urbes
Castraque concessit, equitum suffragia praebens
Ille capessundae cupidus telluris, amorem
Omnibus ostentat; non plus affabilis[c] illo
Aut[d] humilis quisquam studuit dominator haberi.
Undique gens clarum Normannica nomen habebat;
At non experti virtutem nominis huius,
Terrentur Calabri tanta feritate repleti
Ad ducis ingressum. Robertus milite fultus
Non modico, praedas, incendia iussit ubique
Terrarum fieri, quas[e] appetit, et spoliari,
Quodque metum incutiat cultoribus, omne patrari.
Militibus remorans dimissis fratris abire
Non multo Calabros, sed atroci milite vexat.
Qui cum discedens huc praedabundus et illuc
Non aliquod castrum posset captare vel urbem,
Arte[f] locum quendam molitur adire; sed eius
Difficilis conscensus erat, quia plurimus huius
Accola, grex habitans etiam monasticus illic,
Non alienigenam quemvis intrare sinebant.
Utile figmentum versutus adinvenit, atque
Mandat, defunctum quod quemlibet esse suorum
Gens sua testatur[g]. Qui cum, quasi mortuus, esset
Impositus feretro, pannusque obducere cera[b]
Illitus hunc facie iussus latitante fuisset[8],
Ut Normannorum velare cadavera mos est:
Conduntur feretro sub tergo corporis enses
Ad monasterii subhumandum limina corpus
Fertur, et ignaros fraudis quos fallere vivi
Non poterant homines, defuncti fictio fallit.
Dumque videretur simplex modus exequiarum,
Erigitur subito, qui credebatur humandus;
Evaginatis comitantes ensibus illum
Invasere loci deceptos arte colonos[9]

a) murmure *c.* b) ille *c.* c) et affabilis; *c.* d) haut *c.* e) quos *edill.* f) ante *c.* g) testetur *edill.* h) pannus est o. cena *c.*

7) De hoc comite vide quae infra dicturi sumus n. 20.

8) Construe: *et pannus illitus cera iussus fuisset obducere hunc facie latitante.* 9) Eadem fraude adhibita et Boamundus Roberti filius, in prima cruce signatorum expeditione e manibus hostium evasit. Cf. Wilken Hist. Comn. p. 394. Iam Du-cangius (ad Ann. Comn. p. 380) probavit, hac fraude Normannos saepius usos esse. Pro more igitur vir D. di Meo inique in Nostrum animadvertit dicens ad hunc locum VII, p. 354: *Così il Poeta Pugliese che per avventura in questo racconto là fece da vero Poeta, o seguì i romori e le dicerie del volgo.*

Quid facerent stolidi? Nec se defendere possunt,
Quo fugiant nec habent; omnes capiuntur; et illic
Praesidium castri primum, Roberte, locasti[a].
Non monasterii tamen est eversio facta,
Non extirpatus grex est monasticus inde.
Agmina magna legens castro Robertus in illo,
Carior esse suis coepit, quia strenuus armis
Consilioque sagax. Comes hac regione vocatus
Est, et ab his habitus, praesertim quos comitati
Sunt equites aliquot; Torstenus[10] dicitur unus, 10
Alter Arenga, valensque[b] gerenda ad bella Rogerus.
His sibi concessae quaedam dedit oppida terrae.
Appulus hoc princeps infirmans tempore mandat
Unfredus fratri, veniat velociter ad se.
Robertus properat; fratren dum conspicit aegrum,
Compatiens plorat. Solatia magna dat aegro
Adventus fratris, deposcit et advenientem,
Rector terrarum sit eo moriente suarum,
Et geniti tutor puerilis[11], quem vetat aetas 11
Rectorem fieri. Frater favet anxius illi,
Et se facturum, quae praecipit, omnia dicit.
Non infirma valens iam reddere membra saluti
Interit Unfredus. Lacrimans Apulia tota[12] 1057.
Flet patris interitum; patriae pater ille benignus
Hanc placide rexit; vitam decoravit honestas.
Non studuit populum vexare tirannide dira;
Iusticiamque colens, quam laedere, parcere multis
Maluit offensis. Fratres prope praememoratos
Est monasterii Venusini sede sepultus.
Funeris obsequiis Robertus rite peractis
Ad Calabros rediit. Cariati[13] protinus urbem 13
Obsidet, hac capta reliquas ut terreat urbes.
Interea papae Nicholai forte secundi
Comperit adventum; dimittitur obsidione
Plurima pars equitum, comitatur pars minor illum.
Melfia suscipit hunc, et ibi susceptus honore
Magno papa fuit. Hic ecclesiastica propter
Ad partes illas tractanda negotia venit.
Namque sacerdotes, levitae, clericus omnis
Hac regione palam se coniugio sociabant.
Concilium celebrans ibi papa[14], faventibus illi 1059.
Praesulibus centum ius ad sinodale vocatis, c. Ian.
Ferre sacerdotes monet altarisque ministros
Arma pudicitiae; vocat hos, et praecipit esse
Aecclesiae sponsos, quia non est iure sacerdos
Luxuriae cultor. Sic extirpavit ab illis
Partibus uxores omnino presbiterorum,

a) loquasti *c.* b) valens *c.*

10) Nescio an fuerit ille Torstainus balbus sive Trostayne qui inter primos Normannorum advenas enumeratur a Leone Ost. II, 41. et Amato I, 29. De Rogero nihil certi invenire potui; Robertus vero Arenga etiam apud Amatum occurrit VII, 2. 11) Abagaelardus, de quo infra. 12) Anno 1057 Unfredum obiisse probat di Meo VII, 376. ex Anonymo Bar. et actis publicis. Lupus vero et Chron. breve mortem in annum 1056 referunt. 13) h. Cariati Calabriae citerioris. 14) Mense Iulio synodum Melfiae habitam esse, fidem faciunt verba Leonis Ostiensis II, 13. cf. Chr. brev. Nortman. a. 1059 Caeterum Noster unicus est qui canonum, quos haec synodus sancivit, mentionem faciat.

Spretores minitans anathemate percutiendos.
Finita sinodo, multorum papa rogatu
Robertum donat Nicholaus honore ducali.
Hic comitum solus concesso iure ducatus
Est papae factus iurando iure fidelis[15].
Unde sibi Calaber concessus et Appulus omnis
Est locus, et Latio patriae dominatio gentis.
Romam papa redit, cum magno dux equitatu
Obsessum repetit Cariatum, quo sibi fida
Maxima pars equitum dimissa remanserat ante.
Gens Cariatensis, duce perturbata reverso,
Non obstare valens, illi se dedit et urbem.
Prima ducem vocat hunc gens ista, ducemque salutat.
Partibus in Calabris hinc ad loca caetera transit.
Tunc Rossana potens, Cossentia fortis in armis,
Tum quoque dives apum Geratia subditur illi[16],
Et subiecta illi fit pene Calabria tota.
Cumque potentatus coepisset crescere nomen
Virtutisque suae, legatos mittere coepit,
Qui sua deferrent generoso[a] verba Gisulfo
Guaimarii genito, germanae nobile poscens
Coniugium, quia coniugio tunc ipse carebat,
Prima coniuge pro consanguinitate repulsa[17],
De qua natus erat Buamondus strenua proles,
Insignis nimia virtute potensque futurus.
Primo[b] Roberti sprevit mandata Gisulfus,
Non quod maiori posset vel nobiliori
Consociare viro germanam, sed quia Galli
Esse videbantur gens effera, barbara, dira,
Mentis inhumanae, primaeque repulsio facta
Coniugis alterius producit tempora dandae.
Assentit tandem princeps, natuque priorem
Tradit in uxorem tibi, dux Roberte, sororem.
Gaitelcrima[c] minor, haec Sichelgata vocatur.
Nubsit Iordani post Gaitelcrima nepoti[18],
Qui Capuae princeps utriusque ducisque patrisque
Virtutes animi virtutibus aequiparavit.
Coniugio ducto tam magnae nobilitatis
Augeri coepit Roberti nobile nomen
Et gens, quae quondam servire coacta solebat
Obsequio solvit[d] iam debita iuris aviti.
Nam proavis et avis subiectam coniugis huius
Noverat Italiam gens Longobarda fuisse.
Edidit haec pueros sibi tres et quinque puellas,
Egregiam sobolem sexus utriusque futuram[e].

1058–1059.

a) generosa c. b) prima c. c) Gatelerina *edidi*. d) solum *edidi*. solvit *coniecit Pertzius*. e) figuram c.

15) Iuramentum Roberti Wiscardi in lucem edidit Baronius a. 1059. 16) De Rossano, Cossentia, Geratia hoc tempore captis nihil apud caeteros auctores invenire licuit. – Geratiam anno demum 1062 captam esse expressis verbis refert Gaufr. II, 24. 17) Alverada s. Alberada. Quod ad divortii causam Nostro consentiunt Leo Ost. III, 15. et Gaufr. I, 30; sed differunt de tempore quo factum sit; hic enim I, 31 iam anno 1058 Sichelgaitam secundam uxorem a Roberto ductam esse narrat, dum ille sicut et Noster hoc anno 1059 adnumerare videntur. 18) se. Roberti Wiscardi ex sorore, quae Iordanis patri Richardo Aversano comiti post Capuano principi nupserat. Vide Amat. VII, 1: *Et lo prince manda Iordain son fils — — et lui commanda qu'il feist lo commandement de lo duc liquel estoit frère de la mère et son oncle.* Si chartae ap. Murat. Antiq. diss. 68 fides adhibenda est, illi Roberti Wiscardi sorori nomen erat Fredelinda. Attamen di Meo VIII, p. 287. argumentis satis validis innixus spuriam esse contendit.

Gloria Roberti, quae tanta augmenta subire 1068.
Coeperat, invidiam, laus unde adhibenda fuisset,
Non modicam adquirit, quia dum virtutibus eius
Invidere viri, comites a plebe vocati,
Qui numero bis sex fuerant, communiter illum
Morti tradendum coniuravere dolose,
Tempus ad hoc aptum fieri cum forte[a] viderent.
Horum Gosfridus[b 19], Gocelinus[20], et Abagelardus, 19
Filius Unfredi[21] sibi iura paterna reposcens,
Praecipui fuerant auctores consiliorum.
Dux igitur postquam sibi coniuratio nota
Facta fuit comitum, bellum molitur, in omnes
Acriter exarsit; capit hos, et recipit[c] illos,
Afflixit[d] variis quorundam corpora poenis.
Iratum metuens fugit Gocelinus ad Argos.
Pelusii montis castrum pavefactus adire
Gosfridus properat; dux quod non evalet armis,
Arte capit castrum[22]; promissis decipit huius Febr. 16.
Custodem castri Godefridum, dans sibi quaedam, — Iun.
Pluraque pollicitus castrumque valentius illo.
Pelusii montis dominatio non Godefridi
Ex toto fuerat; mediam concesserat illi
Gosfridus partem, sed dux quia nobilioris
Castelli totum promiserat huic dominatum.
Scilicet Oiani[23], solus cupiens dominari 23
Mandat Roberto, desistat ab obsidione,
Dissimulans reditum. Sed mox ut norit[e] abesse
Gosfredum, redeat castrum securus et intret
Clavibus acceptis, Oianum conferat illi.
Hac illi castrum Godefredus tradidit arte;
Accipit[f] Oianum; sed quis post crederet illi?
Traditor est Latii populo vocitatus ab omni. —
Sic ducis astuti prudentia, quod superare
Non armis potuit, superavit saepius arte.
Hostibus edomitis et captis undique castris,
Contra Barensem populum parat obsidionem. Aug. 5
Appula nulla erat urbs, quam non opulentia Bari
Vinceret. Hanc opibus ditatam, robore plenam,
Obsidet, ut victis tantae primatibus urbis,
Nondum subiectas repleat terrore minores.
Urbibus illa quidem, quas continet Appula tellus,
Maior habebatur. Dux munit milite castra,
Atque replet Calabris advectis navibus aequor
Imperii sancti cives suffragia poscunt,
Qui coniurati fuerant cum civibus[24], illuc 24
Legatos mittunt; simul imperiale iuvamen
Omnes deposcunt. Dux mandat civibus, aedes

a) fore *c.* b) Goffridus *edidi.* c) *ita Pertzius restituit*; precipit *c.* proiicit *edidi.* d) affixit *c.* e) *ita cod. et edid. Carus.* novit *edidi. Leibn. et Murat.* f) accepit *c.*

19) nepos Wiscardi ex sorore, quem Malaterra II, 39 *Gauridum de Conversana* vocat. 20) apud Amatum V, 4 *Gazoline de la Blace* nuncupatus. 21) *Rogier-Toute-Bone liquel se clamait autresi Balalarde* Amat. V, 4. Abagelardum nomen Rogeri habuisse aliunde non constat, sed Amatus ipse paulo post addit: *Et Balalarde pour ce qu'il avoit esté filz de lo frère.* 22) V. Lup. et Chron. br. 1068. 23) Olbianum Lupi a. 1068. Obbianum Chronici br. Nortm. 1069. 24) Equidem nescio quid sibi velint verba: *Qui coniurati fuerant cum civibus*; forsitan Noster Argiritii factionem indicare vult, quae Normannis favebat.

25 Argiroi[25] sibi dent, quas noverat editiores
Contiguis domibus; quas si[a] conscendit adeptus,
Urbem Robertus totam sibi subdere sperat.
Barenses austera duci responsa dederunt.
Ille repugnantes obpugnat fortiter urbis
Indigenas validos, non ad certamina segnes;
Ad portarum aditus[b] crates prudenter adorsus,
Sub quibus armatos obstantibus insidiantes
Ordinat, et turrim fabricat, que lignea muris
Prominet; ac iuxta de quaque petraria[c] parte
Ponitur adiuncto[d] muros quo evertere possit
Diversi generis tormento. Nec minus urbem
Cives defendunt; non inter moenia clausi,
Cum duce pugnantes astant pro moenibus urbis.
Hos pugnando fugant, prosternunt ictibus illos;
Ut mos est belli, fugat hostis et hoste fugatur,
Et petit et petitur, repetens ferit et referitur.
Ut duo cum certant productis dentibus apri,
Alter ab alterius profunditur ore saliva
Dentes exacuens, ut acutos proferat[e] ictus,
Ictibus et validis feriunt sua terga vicissim;
Nunc pede, nunc costis laeduntur; uterque resistit
Acriter, et neuter vult cedere, saucia donec
Membra fatigatum fusis clamoribus aprum
Velle subire fugam doceat victusque recedat.
Acriter insistunt Normanni, nec minus acres
Obsistunt cives, diversaque machina muris
Additur, eversis ut moenibus urbis apertae
Normannis aditus[f] pateat, quem clausa negabat
Undique septa mari, quod non est insula, terrae
Exiguae diodus[g]. Ex hac tentoria parte
Fixa ducis fuerant. Obiectis rupibus[h] aequor
Parte replens alia naves prodire vetabat
Barinas, portumque suis pontemque paravit,
Atque super pontem posito munimine terris
Urbanis nusquam prodire licebat ab urbe,
Tutaque servabat classis Normannica portum.
At cives turrim capiunt, et maxima pontis
Aequorei cecidit pars, evertentibus illis.
Urbem Barenses terraque marique tuentur.
Post, ubi Robertus desperat moenia Bari
Posse capi pugna, coepit promittere multa
Nobilibus patriae, quorum pollebat in urbe
26 Nobilitas potius, quorumque potentia maior[26].
Et sic allectis maioribus, alliciendos
Promissis credit fore muneribusque[i] minores;
Saepe minas faciens, ut civibus incuteretur
Terror, omnimodis pro deditione laborat
Urbis, cuius erat capiendae magna libido.

a) *ita codex; sic edill.* b) additus *c. saepius.* c) patl *c.* d) ponit et adiuncto *edill.* e) inferat *edill.*
f) additus *c.* g) diebus *c.* h) *ita conicio;* nupibus *c.* molibus *edit.* BETH. i) minoribusque *c.*

25) qui hoc ipso anno obierat. Vide supra p. 259 n. 5.
26) Inde ab initio obsessae urbis duae factiones Barim dividebant, Graeca et Normannica; huic praecerat Argiricius, de quo libro tertio locuturus est Noster. Cf. Amat. V, 27: *quar Bisantie* (Bisantius patricius v. Lup. 1071. et Anon. Bar. 1070.) *une grant part voloit deffendre la terre pour l'empéreor et Argence* (quem etiam paulo post *Argentie, Argerico, Argitio* indistincte vocat interpretator) *la subjection de le noble et puissant duc Robert.*

Venturum auxilio Gocelinum[27] fama ferebat
Multis imperii cum navibus. Ad capiendum
Exploratores posuit dux callidus illum.
Praetor erat Stephanus Barensibus imperiali
Traditus edicto, cognomen cui Pateranus[28],
Vir probus et largus, studio laudabilis omni,
Praeter quod tanti studuit du is edere mortem.
Miles erat Bari[29], cui dedecus a duce quondam
Illatum fuerat grave, partibus ex alienis,
Promtus ad omne malum, levis, iracundus et audax.
Castra ducis Stephanus monet hunc solerter adire,
Incautumque ducem nocturno tempore morti
Tradere, letiferi percussum cuspide conti[a];
Pollicitus multum, si dux occumberet, auri.
Dedecoris memor illati cupidusque lucrandi
Miles abit noctu, circumspicit undique castra;
Nil obstare videt; Roberti pervenit usque
Ad ducis hospitium, quod culmo texerat ipse,
Frondibus et sepsit, fieret[b] quo frigore tutus
Temporis hyberni. Coenatum vespere facto
Venerat. Explorat ducis ille sedile sedentis
Ad coenam, mediis et contum frondibus illam
Intulit in partem, qua sederat ille, sed ori
Flegmatis ubertas superaddita fecerat illum
Sub mensa servare caput; locus unde repertus
Est conto vacuus, cassos et protulit ictus.
Ille redit fugiens. It totam fama per urbem
Occubuisse ducem. Cives laetantur, et omnis
Congaudens populus clamorem tollit ad astra.
Hi dum clamarent, dux advenit, atque salutis
Ipse suae testis, clamores fundere frustra
Civibus exclamat. Clamantis vocibus huius
Auditis, clamor cessavit, laetitiaeque
Finis verborum datus est cum fine suorum.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT TERTIUS.

Interea Michael Romani iura regebat
Imperii cum fratre suo, qui nomine dictus
Constantinus[30] erat; quorum dominatio Graecis
Perniciosa fuit, quia bellis otia semper
Postpositis studuere sequi, luxusque dolosi
Illecebris captos foedarat inertia turpis.
Horum temporibus Turchos orientis ab horis
Ingressos fugit gens territa cristicolarum,
Qui Romaniae loca deliciosa colebant.
Maxima pars horum ruit interfecta nefandis
Turchorum gladiis, et captis urbibus omnis

a) deest versus c. b) fieri c.

27) De hoc Gocelino sive Ioscelino supra (p. 263.) egimus. Cf. etiam Gaufr. Malat. II, 43: *Imperator — classem parare facit, cui Gocelinum de Orencho* (alia lectio *Corintho*) *quendam natione Normannum et in palatio post imperatorem secundum — ducem praeponens* etc. 28) Cf. Anon. Bar. 1069: *Venit Stephano Patriano cum stolo.* 29) Cui nomen Amerini; v. Gaufr. Malat. II, 41, qui eodem fere modo rem narrat. 30) Constantinus et Michael ex Eudochia Macrembolitissa filii Constantini Ducae, qui a. 1067 supremum diem obierat.

Subditus his populus dans vectigalia servit[a],
Hos contra nullos quites ignavia misit
Rectorum, quare decreto nupta senatus
1067. Dec. 31. Est equiti egregio Romano mater eorum,
Pectus amans plus quam genus Ebdochia mariti.
31 Diogenes cognomen erat, quia barba bifurcis[31],
His regimen subiens, sibi quaeque negotia belli,
Otia privignis elegit, inire paratus
Cum Persis bellum miseros populantibus Argos.
1068—1070 Est belli variis eventibus usus in illos.
Saepe quidem victor Persas bellando fugavit,
Saepe pari populus[b] fortuna pugnat uterque.
Postremo comites dum dirigit ipse tuendis
Urbibus innumeros, quarum famulatus ad ipsum
Transierat fama probitatis ubique probatae,
1071. Aug. 26. Castris cum paucis melioribus ipse remansit:
Multus Persarum populus[c] cum rege[32] repente
Illum cumclusit[d], disrumpere castra laborans,
Proelia committunt immania, dum capiendis
Imperii castris inhiant. Primo atque secundo
Depulsi cedunt bello. Prudentia tandem
Anxia Romani, desperans castra tueri,
Quam sibi plus hominum vitae studiosa suorum,
Quos graviter fessos belloque fameque videbat,
Praecipit, ut quicquid castris inerat solidorum,
Omnis vestitus pretiosus et omnia vasa
Auri aut argenti, castris spargenda ferantur;
Ut si contigerit Turchis irrumpere castra,
Horum prospectu desistant laedere Graecos.
Invita[e] profugis collecta pecunia servis,
Insomnem Danai coguntur ducere noctem.
Adveniente die venit innumerabilis ille
Persarum populus, circumdans undique castra.
Undique tela volant; circumtegit[f] aera totum
Grando sagittarum; non ferre[g] valentibus Argis,
Irrumpunt Thurci; munitio rumpitur omnis.
Sed plures praedae quam militibus feriendis
Intenti Persae faciunt evadere multos.
Indiciis aquilae, quae plus dabat omnibus armis
Aurea conspicuum loricae innixa nitorem,
Graecorum dominus cognoscitur, ense recidens
Hostiles hastas, neque se defendere cessans.
Forte sagitta volans incauti sauciat artus;
33 Sic tandem capitur quadam cum parte suorum[33].
Direptis castris Romanum Persica ducit
Ad sua castra phalans, et eum statuere sedili
Egregio, iuxta Persarum rege sedente.
Rex percunctatur, si forte fuisset ab illo
Captus, quid faceret? Romanus retulit illi:
Si mihi sive meis ita subicerere[b], iuberem
Vel truncare caput, vel te suspendere furcis.

a) fugit *edidi*, fuit *corr. ab alia manu aequali* servit *c.* b) populos *c.* c) multis P. populis *c.* d) conclusit *edidi.* e) invitam *c.* f) circumdedit *legitur in notis Ducangii ad Nicephor. Bryennium p. 212, qui hunc locum ex editione principe dedit.* g) fere *codex et edidi. Leibn. et Carusii*, ferro *edit. Murat. et Ducangius l. c.* h) subicere *c.*

31) Cognomen Diogenem hic derivandum esse a δίς graecae linguae omnino non iguarum fuisse, *bis* et γένιον *mentum, barba* recte observavit V. D. C. L. Grotefend. Ex quibus conicerim Nostrum in Armenia commissa Diogenes captus est.
32) Alp-Arslan. 33) In pugna apud Manazkert

Ille refert, facinus nunquam sibi tale patrandum[34],
Sed secum posthoc[a] fruiturum pace perhenni,
Quam per legatos iam saepe poposcerat ipse,
Et baptizatam natam pro coniuge nato[b]
Se concessurum[35], quo sic pax firmior esset.
Foederibus tali firmatis[c] conditione
Ad sua Romanum dans maxima dona remisit
Persarum rector, captos et reddidit omnes
Longo terrarum spatio comitatus euntes
Duxit honorifice; ductum permisit abire.
Sed non privignis firmatae commoda pacis
Conditio placuit, minus ad tutanda peritis
Agmina Graecorum. Nec enim decernitur ultra
Arcis ad augustae Romanus iura redire.
Hos ubi Diogenes factos sibi comperit hostes,
Auxilio fisus Persarum temptat in illos
Civilis belli varios agitare paratus.
Privigni se non obsistere posse videntes,
Illum conantur seducere pace dolosa[36].
Ignari fraudis, portantes nuncia pacis,
Bis sex pontifices[37] mittuntur cum Ioscelino,
Cuius Romanus totiens expertus amorem,
Non dubitabat ei se credere sicut amico.
Credit Romanus pastoribus et Ioscelino[38];
Securus[d] factus iurando iure fideque
Ut petit ipse data. Misero placet imperialis
Inquassum reditus; quia mox ubi pervenit ille
Eracleam, capitur; privatur lumine captus;
Cuius et imperii fuerat tam nobile nomen,
Monachus efficitur[39]. Securi iam duo fratres
Regni tranquillis agitant moderamen habenis.
Non tamen omnino sua restat inulta tirannis;
Namque sibi socios Romani filius addens[e]
Armenios, Persas, terras Orientis eorum
Subtrahit imperio, ferro populatus et igni.
Tempore Persarum gens perfida coepit ab illo
In Romaniam consurgere caede, rapinis;
Imperii nec adhuc redigi sub iura valeret,
Gens nisi Gallorum, quae gente potentior omni,
Viribus armorum, nutu stimulata superno,
Hanc libertati superato redderet hoste,
Quae spirante Deo sanctas aperire sepulcri
Est animata vias longo iam tempore clausas
Consiliis quorum fuit excaecatio tanti
Perpetrata viri, miseri capiuntur, et aula

a) posthac *edit.* b) natam *edit. et cod.* nato *legendum esse iam vidit Ducang. l. c.* c) firmati *c.* d) sed cursus *c.*

34) Afferre lubet Ioannis Scylitzae Curopal. ed. Bekkero p. 700. verba hac de re: διερωτήσαντος δὲ μιᾷ τῶν ἡμερῶν τοῦ σουλτάνου τὸν βασιλέα „τί ἂν ἔδρασας, εἰ ἔσχες ἐμὲ ὑποχείριον;“ ἀνυποκρίτως καὶ ἀθωπεύτως ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο „ὅτι πολλαῖς ταῖς πληγαῖς κατεδαπάνησα ἂν σου τὸ σῶμα, γίνωσκε.“ „ἀλλ' ἐγὼ“ φησὶν ὁ σουλτάνος „οὐ μιμήσομαί σου τὸ αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον. 35) Cf. Ioann. Scylitz. p. 701: μετὰ τοῦτο γοῦν σπονδὰς ποιησάμενοι καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διηνεκεῖς καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενοι κ. τ. λ. 36) V. Nicephorus Br. I, c. 22. 37) Ioannes Scyl. p. 704 tres tantum archiepiscopos, Chalcedonis nempe et Heracleae et Coloniae Cappadociae (Κολωνείας) ad Diogenem missos esse memorat. 38) Certe alius Ioscelinus, quam quem supra nominaverat. Hic Amato teste nomen *de la Blaze* habebat et hoc tempore iam a Roberto Wiscardo captus in carcerem trusus erat. 39) Cf. Anonym. Bar. 1072: *Et in mense Julii captus Diogenes imperator et mortuus est.*

Depulsi meritas coguntur solvere poenas.
His, quibus insontem puniri consuluerunt[a],
Puniri sontes vario cruciamine mandant.
Nuncius imperio Bari legatus ad urbem
Supplicat, ut miseris iam civibus auxilietur.
Piratis aptae naves ex more parantur,
In quibus efferri frumenta iubentur[b] et arma[41];
Classe quibus tuta transiri possit ad urbem,
Nautarumque metus pellatur et urbis egestas.
Navibus his iussu praeponitur imperiali,
Quem ducis Italia timor expulerat Ioscelinus,
Exosus, fuerat quia coniuratus in ipsum.
Navibus armatis celer advenit, ut tremebundos
Hortetur cives, et erat iam proximus urbi,
Ingressum sperans nocturno tempore tutum:
1071. Febr. Cum subito Danaum classi venit obvia classis
Roberti, cuius reparare advenerat hostes.
Nocte ducis pugnam naves iniere[c] libenter
Esse sibi levius loca cognoscentibus, illis
Certamen gravius, minime quia gnara locorum
Gens erat illa, ratae. Multo superata labore
Postremo capitur Ioscelini navis, et ipse
Ante ducem captus deducitur[42]. Altera navis
Anon. Bar. 1071. Mersa fuit Danaum, vix evasere sequentes.
Gens Normannorum, navalis nescia belli
Hactenus, ut victrix rediit, spem principis auget.
Sentit enim, Danaos non tantum civibus urbis
Praesidii ratibus vexisse, quod obsidionem
Impediat[d]; multum simul et novitate triumphi
Aequorei gaudet, securius unde subire
Iam cum Normannis navalia proelia sperat.
Amat V, 27. Inclusus longo Ioscelinus carcere degens
Vitam infelicem, vitae cum fine laborum
Excepit finem, diversa pericula passus.
Tertius obsessa iam venerat annus ab urbe.
Multiplici tandem superatur fessa labore,
Plus tamen esurie. Tunc Argiricius urbis
1071. Apr. 16. Primus habebatur; quem dux ubi[e] deditionem
Urbis inire facit, reliquos non ardua cives
Vincere poena[43] fuit; maiores namque minorum,
Ad quam corda volunt partem, deflectere possunt[44].
Civibus exibuit placidum Robertus amorem,
Et quia dilectos, sibi quos allexerat, omnes
Semper habebat, erat dilectus ab omnibus ipse.
Plurima, quae fuerant vel vi subtractâ vel astu[f],
Reddidit urbanis dux, agros, praedia, fundos;
Perdita restituit; nil civibus intulit ipse,
Nil alios permisit eis inferre molestum:
45 Et circumpositis solitos[45] deferre tributum
Normannis donat iam libertate quieta.
Canitiem Stephani tractare misertus ut hostis

a) consiluerunt *c.* b) *ita edill. geetantur c.* c) inire *c.* d) imperat *c.* e) tibi *c.* f) actu *c.*

41) Vide Amat. V, 27. p. 127. 42) Eadem referunt Amat. V, 27. Lupus et Anon. Bar. a. 1071. Gaufr. II, 43. 43) i. e. *peine, Mühe.* 45) cives scilicet.
44) Die 16. Aprilis 1071. Barim captam esse tradunt Amat. V, 27. Lupus et Anon. Bar. a. 1071.

Noluit; immo suae, de qua tractaverat ille,
Oblitus caedis, studet hunc tractare benigne.
Hunc impunitum custodia libera servat.
Cum Baro captum, multis mirantibus Argis,
Perque dies aliquot hac victor in urbe moratus
Mandat cum[a] sumptu Barensibus arma parari,
Ut properent secum, quo se properare videbunt.
Hos cum gente sua Reginam ducit ad urbem.
Piscem fama refert a littore[b] non procul esse
Fluctibus Adriacis horrendo corpore magnum,
Forma[c] incredibili, qualem non viderat ante
Italiae populus, quem verni temporis aura
Propter aquas dulces properare coegerat illuc.
Per varias artes ducis hunc prudentia cepit.
Qui cum delabens in retia funiculosa,
Retibus innexo cuncto cum pondere ferri
Ille maris mersus mersis sed ad usque profundum,
A nautis tandem vario iam culmine caesus,
Littore vix tractus, populo spectabile monstrum
Cernitur, inde ducis iussu per frusta secatur[d],
Unde sibi atque suis longus datur usus edendi
Et populo, Calabris quicunque manebat in horis.
Hoc etiam passim gens Appula participatur.
Os spinae sectum palmorum quatuor orbe
Mensuram obtinuit. Paulo post inde moratus
Dux ibi Robertus Reginam tendit ad urbem.
Dumque moratur ibi, pons est quia conditus unus,
Pons modo Guiscardi totus locus ille vocatur.
Actu[e] Barenses huius praecepta secuti,
Quaeque paranda parat[f] Reginae moenibus urbis,
Dux ibi militibus, sumptu[g] ratibusque paratis
Transvehitur Siculum multis comitantibus aequor, 1071. Iul.
Quod licet angustum, tamen est grave praetereundum[h]
Scilla, Caribdis ibi diversa pericula praebent;
Una rotat naves, illidit et altera saxis.
Partibus in Siculis conserta iuvamina fratris
Iam conquesitis[i] ex magna parte Rogeri
Spem ducis accumulant. Erat hac aetate Rogerus
Non virtute minor, nullus de fratribus eius
Quamlibet egregius miit tam nobile bellum.
Nam contra Siculos divini nominis hostes
Semper pugnavit, sanctam qua vivimus omnes
Exaltare fidem cupiens, operamque[k] iuventus
Hanc sua praecipue coluit, dum digna quietis
Causa suae fieret Siculae subiectio gentis.
Hoc sibi dux socio confisus et agmine multo
Secum deducto non obsidione Panormum
Vincere desperat, Siculis quam nobiliorem
Urbibus audierat. Roberti milite multo
Urbs vallata pavet; muros turresque reformant,
Arma virosque parant, detecta foramina claudunt;
Ponitur et vigilum custodia crebra per urbem.
Dux iubet armatos equites accedere portis
Ut sic inclusos ad pugnam provocet hostes.

a) con *c.* b) altiore *c.* c) forme *c.* d) sequatur *c.* e) auctu *c.* f) *fta c. et edill.* g) sumptis *edill.* h) petendum *c.* i) Roieri *cod.* k) operumque *c.*

1071. Omne, quod incutiat poenam[46] pariterque laborem,
Civibus inferri versuta potentia mandat.
Procedunt portis Siculi, non stare ferentes,
Egressique foras audaci mente repugnant;
Verum Normannos nequeunt tolerare feroces.
Cultores Christi, dum gens Agarena resistit,
Non perferre valet; fugiunt, nostrique sequuntur,
Multos prosternunt gladiis, et cuspide multos.
Moenibus e summis volat undique missile telum,
Saxaque cum pilis iacientes[a] laedere temptant
Corpora nostrorum. Nostri vi moenibus urbis
Hos impellentes, laeti sua castra requirunt.
Inde Panormenses Affros accire laborant
Auxilio, quorum sibi viribus associatis
Quod non sunt ausi terra committere bellum,
Commisere mari. Bellantibus hoc elementum
Commodius credunt. Instructis ergo carinis,
Exigit ut belli navalis rite paratus,
Proque repellendis saxorum vel iaculorum
47 Ictibus obtectis rubicundis undique filtris[47],
Ad pugnam veniunt sub conditione virili,
Ut quo iure viri vel vivant vel moriantur.
Mandat Normannis, Calabris, Barensibus, Argis
Dux a se captis, muniri corpore Christi;
Quo iubet accepto cum sanguine bella subire.
Tali tuta cibo procedit turba fidelis,
Navibus aptatis quo praevaluere paratus.
Perfida gens totum lituis sonituque tubarum
Magnarumque replet vocum clamoribus aequor.
Christicolae contra suffragia sola petentes
Principis aeterni, cuius sunt carne refecti,
Nullo terrentur clangore, sed acriter illis
Obstant, et feriunt quassantque viriliter hostes.
Principio naves Affrae Siculaeque resistunt;
Nutu divino tandem cessere coactae.
Cumque fugam peterent, aliquot capiuntur earum,
Quaedam submersae pereunt, pleraeque frequenti
Remorum ductu vix evasere fugaces.
Dum portum subeunt, mox opposuere cathenas,
Cum quibus aequoreos aditus prohibere solebant.
His etiam fractis, quasdam de navibus horum
Christicolae capiunt, flammis plerasque perurunt.
Dat validas animo ducis haec victoria vires.
Hinc pervadendam solers intentus ad urbem,
Molitur variis conatibus, ut capiatur.
Muniri pedites fundis facit atque sagittis;
Armatos equites secum procedere iussit.
Accedunt muro pedites, et moenia saxis
Ac telis quatiunt. Egressus iniquus ab urbe
Obstat eis populus, quem non perferre valentes
Diffugiunt pedites. Quos dux ut cedere vidit
Diffusos campis, legiones[b] protinus omnes
Bella dato signo monet incunctanter adire,

a) iacientis *edit.* b) legeones *c.*

46) i. e. molestiam, *peine.* 47) Germanice *Filz*; v. Ducangii Glossar. s. v. Feltrum.

Voce manuque suos sicut dux strenuus hortans. 1071
Paulisper Siculi commixto Marte morati,
Ad ducis aspectum tremefacti terga dederunt.
Dux ferit atque suos hortatur terga ferire
Perversae gentis, nec caedere desinit hostes,
Adversae portas dum perveniatur ad urbis.
Gens comitata ducem diversis sauciat hostem
Vulneribus, quosdam gladiis, et cuspide quosdam,
Multos fundali iactu, plerosque sagittis;
Unde supergrediens caesorum corpora, temptat
Cum Siculis portas fugientibus urbis adire,
Ut finem tanto praeberet capta labori.
Sed cives, portis adhibent dum claustra seratis,
Non modicam partem foris exclusere suorum.
Impetus hostilis tantis terroribus urbem
Implet, ut exclusos[a] caedi permiserit omnes.
Robertus quamquam longo certamine vidit
Diffisos equites, coeptis insistere poscit.
Virtus vestra, viri, varios experta labores
Vel modo laudis, ait, *vel erit modo digna repulsae.*
Urbs inimica Deo, divini nescia cultus,
Subdita daemonibus, veteri spoliata vigore,
Iam quasi fracta tremit. Si vos instare potenter
Viderit, obstandi[b] *nullos meditabitur ausus;*
At si deficitis, cras viribus haec reparatis
Acrius obstabit. Dum tempus adesse videtis,
Currite! dura[c] *capi, Christo miserante, patebit.*
Difficilem quemvis facilem facit ipse laborem.
Hoc duce confisi, bellis imponite finem,
Atque invadendam cuncti properemus ad urbem.
His animat dictis Robertus corda suorum.
Ascensis scalis properant conscendere muros,
Seque voluntati promptos ducis afforé spondent.
Sic auriga[d] bonus veloces caedere cursu
Dum cognoscit equos parcit[48], patiturque morari; 48
Inde reformatos reparatis flatibus ire
Coeptum cogit iter, stimulisque frequentibus urget,
Dum cursum peragant et eos praecedere victi.
Vincere qui soleant, cauto ducente magistro[49]. 49
Dux ubi persensit capiendis[e] moenibus omnes
Insudare suos, insudat et ipse ferendis
Sollicitus scalis; ut progrediantur ad[f] alta
Praecipit inde suis. Illi conscendere muros
Unanimes properant; e contra tota Panormi[g]
Gens astat muris per propugnacula sparsa.
Unus utrique[h] labor populo, diversa sed illis
Causa fuit; cupit hic urbem capere, ille tueri;
Altera pars pro se, pro natis, coniuge constat,
Altera grata duci fieri studet urbe subacta.
Dum tanto populus confligit uterque labore,
Prospera Roberto fuit et miserabilis urbi
Actio fortunae, subito quia coetus equestris

a) excussos *c.* b) obstanti *c.* c) dira *c.* d) orgūa *c.* e) capiendi *c.* f) progrediatur et *c.* g) eiola contra panonormi *c.* h) utrisque *c.*

48) Construe: *Sic a. b., dum cognoscit equos veloces cursu, caedere parcit.* 49) Construe: *dum peragant cursum et victi (peragant) praecedere eos qui* etc.

Egressus, scalis murorum dum petit alta,
Propugnatores Siculi dant terga trementes[a].
Urbe nova capta veteri clauduntur in urbe.
Gens Agarena, videns se viribus omnibus esse
Exutam, tota spe deficiente salutis
Suppliciter poscit, miseros miseratus ut eius
Respiciat casus, neque dux condigna rependat.
Cuncta duci dedunt, se tantum vivere poscunt.
1072. Ian. 10. Deditione sui facta[50] meruere favorem
Exorare ducis placidi; promittitur illis
Gratis cum vita. Nullum proscribere curat,
Observansque fidem promissi, laedere nullum,
Quamvis gentiles essent, molitur eorum.
Omnes subiectos sibi lance examinat aequa,
Glorificansque Deum templi destruxit iniqui
Omnes structuras, et qua muscheta solebat
Esse prius, matris fabricavit Virginis aulam;
Et quae Machamati fuerat cum daemone sedes,
Sedes facta Dei, fit dignis ianua coeli.
Munia castrorum fecit robusta parari;
Tuta quibus contra Siculos sua turba maneret,
Addidit et puteos alimentaque commoda castris.
Obsidibus sumptis aliquot castrisque paratis
Reginam remeat Robertus victor ad urbem,
Nominis eiusdem quodam remanente Panormi
Milite, qui Siculis datur amiratus[b] haberi.
Omnes cum Stephano Paterano protinus Argos,
Qui Bari fuerant capti, permisit abire.
Sic impunitos quia dux placidissimus hostes
Dimittebat, eis ut amantibus ipse placebat.
Barinis, Calabris dux obsidibusque Panormi
Militibusque suis vadit comitatus ad urbis
Moenia Melfensis. Caput haec erat urbibus illis
Omnibus, est et adhuc, quas continet Appula tellus.
Illius comites regionis et undique clari
Confluxere viri; vult quisque revisere tanti
Principis aspectum. Petro genitore creatus
51 Praedicto[51] solus Petrus[52] huc accedere sprevit.
Huius, defuncto Gosfrido fratre priori,
Ius patrium manibus successerat atque nepotum,
53 Donec provectus soboles fraterna[c] Richardus[53]
Esset ad aetatem dominandi legibus aptam.
Dux Petro suspectus erat, quia prorsus eunti
Ad fines Siculos vires adhibere negarat.
Dux tamen ablata[d] formidine convocat illum,
Et sibi concessum dicens a fratre Tarentum,
Fraterni repetit ius muneris. Ipse negavit
Reddere, quae fuerant armis superata paternis.

a) leones, *corr. ab altera manu* trementes *c.* frementes *edid.* b) amirantis *c.* c) profectus s. paterna *c. qui sequentem versum errore ductus post* negarat *tandem exhibet.* BETHM. d) abalta *c.*

50) Decima die m. Ianuarii Panormum captam esse tradit Anonymus Bar., Lupus vero et qui eum presso pede secutus est auctor brevis chronici Nortm. Iunio denique mense urbe potitum esse Robertum referunt. Attamen apud hos scriptores loco *Iun.* legendum esse *Ian.* iam di Meo VIII, p. 111. ex Gaufr. Malaterra II, 45 probavit. Quod nunc quoque Amati VI, 22 testimonio confirmatur. 51) lib. II, p. 256. n. 89. 52) *Petrones de Lesina* vocatur a Leone Ost. III, 25. 53) Cf. documenta quae affert di Meo VIII, 113. et not.

Hac gravis inter eos oritur dissentio causa;
Ac veniens Andrum, varios ad bella paratus
Coepit inire Petrus; nova praecipit arma parari,
Auget militiam, suffragia poscit ubique,
Quaeque sui iuris, servari tuta laborat[54].
Interea Tranum praeclari nominis urbem, Amat. VII, 2.
Divitiis, armis et multa gente repletam,
Obsidione parat dux subdere. Petrus ad urbem
Electos bis sex equites agit, ut sibi cives
Alliceret monitis, confortarentur et eius
Aspectu viso. Qui dum sua verba loquendo
Protrahit in longum, subito Robertus et eius
Diffusus campis apparuit undique miles.
Obsessi cives decies iam quinque diebus
Convenere Petrum simul intra moenia clausum,
Orant, ut faveat comes urbis deditioni;
Damna quidem nequeunt perferre diutius urbis.
Hoc primo fieri nimio moerore gravatus
Ille negat; tandem lacrimans, cogentibus illis,
Poscit, cum sociis ut liber abire sinatur;
Sicque duci fieri concessit deditionem[55]. 1073.
A duce non patitur[a] discedens urbe videri, Febr. 2.
Atque ducem voluit nullatenus ipse videre,
Tam ducis horrendum ducebat cernere vultum.
Trani, cuius erat laus clarior, urbe recepta
Se Iuvenacenses dedunt et Buxilienses. Febr. 7.
Buxiliae[56] Petri fuerant, Iuvenacus[57] Amici,
Cui patruus Petri pater extitit[58]. Hunc, quia fratri 58
Contulit auxilium, dux oderat, et quia fines
Dalmaticos sine velle suo temptavit adire.
His dux expertis. cupiens sibi subdere Petrum,
Obsidione parat circumvallare Coretum[59]
Petrus, ut hunc audit castrum circumdare castris,
Non audens armis contendere, moenibus Andri[60] Amat. VII, 3
Excipitur tutus. Qui dum prodisset ab Andro,
Tranensi praedam deferre profectus ab urbe,
Atque equites essent decies hunc quinque secuti,
Guido quaterdenos equites induxerat urbi.
Ex ducis edicto germanus coniugis eius[61] 61
Egreditur[b] subito, diffuso milite campis.
Inde Petrum capiunt, et se prius inficiatum
Praesentare duci vel praesentare[62] coactum.
Imposuit finem ducis haec captura labori.
Sed tandem fidei iurando iure ligatus
Solvitur, et recipit quae perdidit omnia Petrus,
Liber abit, solo Trani privatus honore[c].
Interea ducis egregii populosa frequenter
Poscit Amalfis opem, cui[62a] vectigalia dudum

a) potitur c. b) egreditur c. c) ita Leibn. contecit; hosti edill. et noster codex.

54) Ex Amato VII, 2 scimus, hos motus iam ante captam Panormum exortos esse. 55) V. Anon. Bar. 1073. 56) Biseglie. 57) Giovenazzo. 58) Amicum hunc filium Galteri et nepotem Amici senioris qui p. 256. occurrit fuisse praesumere licet. Amicus inclytus comes subscripsit chartae a. 1090. quam spuriam existimat di Meo VIII, 319. Sed iniuria, uti videtur. Confer quae dicturi sumus de Guillelmo filio Ivonis infra nota 80. 59) Quarata. 60) Andri. 61) Ipse Guido, frater Sichelgaitae. 62) i. e. praesentavere vel coactum. 62a) sc. Roberto. Inde a mense Novembri a. 1073.

Annua detulerat, nimis[a] impugnante Gisulfo,
Semper turbatam terraque marique reclamans.
Robertus quaestu populi stimulante, Gisulfo
Mandat, Amalficolas cesset vexare, tributum
Ferre sibi solitos; veteris corrumpere nolit
Foedus amicitiae; cessare sororius illum
Cogat amor; meritasque vices se reddere spondet.
Haec sibi legatis mandata ferentibus, ille
Dicta superba[b] refert; negat esse sua fruiturum
Pace ducem, nisi digna sibi famulamina solvat.
Non perferre valens tanti responsa tumoris,
Fervidus innumera comitatus gente Salernum
cf. Amat. VII, 25. Dux adit[c], et terrae parat et maris obsidionem[63]
Quartus erat mensis completus ab obsidione;
Tanta fames miserae cives invaserat urbis,
Amat. VIII, 15. Ut canibus vel equis vel muribus aut asinorum
Turba cadaveribus vix[d] vivere posset edendo.
Egressus quidam patre civis in urbe relicto
VIII, 16. In castris aderat. Canis hunc rimata sagaci
Nare petit, laribus fuerat quae fota paternis.
Huic dabat ille cibos, et postquam sufficienti
Pasta cibo fuerat, circa praecordia quosdam
Apposito sacco panes inferre solebat,
Quorum commoditas vitae foret apta diurnae.
Hos celeri cursu rediens — mirabile dictu —
Et nusquam remorans canis ad sua tecta ferebat;
Sic alimenta sagax dominoque sibique parabat. —
Esuriem tantam quidam non ferre[e] valentes
Egressi cives octavi tempore mensis
Dec. 13. Interrupta duci Roberto moenia pandunt[64],
Aptior ingressus potuit qua parte videri.
Terruit urbs animum Roberto capta Gisulfi.
Conscendit turrim, quae facta cacumine montis
Praeminet urbanis, natura cuius et arte
Est gravis accessus; non hac munitior arce
Omnibus Italiae regionibus ulla[f] videtur.
Expugnat validis Robertus viribus arcem.
Amat. VIII, 23. At validó cum forte ducis petraria saxi
Ictu dimissi perculsa fuisset ab alto,
Avulsum lignum Roberti nobile pectus
Sauciat incauti; sed non post tempore multo
Auxiliante Deo recipit caro laesa salutem.
Redditus incolumis, magis expugnare Gisulfum
Nititur. Illa suam fortunam dum videt esse
Casibus extremis positam, quia nulla[g] salutis
Spes erat, arbitrio sese ducis et sua dedit;
Orat, sola sibi libertas detur eundi,
Iusque duci proprium dimittens, liber abivit.

a) minis *coniecit di Meo VIII*, 133. b) saepe *c.* c) adiit *c.* d) vis *c.* e) q. sufferre *c.* f) illa *c.* g) *ita correxi*; multa *c. et edit.* BETHM.

63) De tempore quo Amalfim Roberto subiectam fuisse sive, ut equidem malim, amicitiae foedus cum ipso iniisse (v. Gaufr. Mal. III, 3.), di Meo documentis haud spernendis probavit VIII, 122. 123, quae quidem opinio nunc non parum ab Amato VIII, 8. confirmatur. Omnino autem historiam annorum 1073—1076 magna obvolutam obscuritate dicas. 63) De tempore quo Salernum a Roberti exercitu captum sit, magna apud omnes controversia. Di Meo VIII, 134 statuit a. 1075; Blasi autem ex diplomatibus a. 1077 praefert. 64) Amat. VIII. 23. Cf. di Meo VIII, 136.

Gregorium papam spoliatus honore Salerni
Appetiit primum. Venientem papa benigne
Suscipit, et regio Campanica traditur illi[65].
Urbe triumphata gaudet Robertus et arce,
Et ne posterius sibi gens infida repugnet
Munivit summam fidis custodibus arcem,
Inferiore situ fit inexpugnabile castrum,
Quo sibi subiecti valeant consistere tuti.
Urbs Latii non est hac deliciosior urbe;
Frugibus, arboribus vinoque redundat et unda;
Non ibi poma, nuces, non pulcra palatia desunt;
Non species muliebris abest probitasque virorum.
Altera planiciem pars obtinet, altera montem,
Et quodcunque velit[a], terrave marive ministrat.
Hac adquisita simul adquisivit Amalfim.
Urbs haec dives opum, populoque referta videtur;
Nulla magis locuples argento, vestibus, auro,
Partibus innumeris. Hac plurimus urbe moratur
Nauta, maris coelique[b] vias aperire peritus.
Huc et[c] Alexandri diversa feruntur ab urbe
Regis et Antiochi[66]; haec freta plurima transit; 66
His Arabes, Libi[d], Siculi noscuntur et Afri:
Haec gens est totum prope nobilitata per orbem
Et mercanda ferens et amans mercata[e] referre.
His sibi subiectis, quae disponenda fuere
Omnia disponit; Troiam dux ipse revisit.
Dumque moraretur Troianae moenibus urbis,
Nobilis advenit Lambardus marchio quidam,
Nobilibus patriae multis comitantibus illum.
Azo vocatus erat; secum deduxit Hugonem 1078.
Illustrem natum; ducis huic ut filia detur,
Exigit in sponsam[67]. Comites proceresque vocari
Quaque facit super his dux consulturus ab urbe.
Horum consiliis Roberti filia nato
Traditur Azonis[f]; taedas ex more iugales
Et convivando celebrant et multa ferendo.
Cunctis, coniugii quae postulat ordo, peractis,
Sollicitat comites dux et quoscunque potentes
Dona petens, laeti quibus et vir et uxor abire
Donati valeant. Nec enim prius, imperiales
Altera cum proles thalamos Michaelis adisset[68], 68
Quodlibet auxilium dederant. Communiter illi
Omnes tristantur, quasi vectigalia posci
A duce mirantes; sed non obstare valentes,
Et mulos et equos diversaque munera praebent.
His genero donans, addens sua, classe parata
Ad sua cum magno patremque remisit honore.
Normanni comites conquesti saepe vicissim,
A duce tractari se tam male tamque moleste,
Occuluere diu malefidi pectoris iram.

a) velis *edill.* b) matrisque celi *c.* c) *deest c.* d) Indi *edill.* e) mercanda *c.* f) Axonis *edill.*

65) Cf. Amat. VIII, 30. 66) Antiochiae Maurus civis Amalfitanus hospitium exstruxerat teste Amato VIII, 3. 67) Vid. Amat. VIII, 33; nomen filiae Roberti non constat. 68) Cf. Amat. VII, 26. Haec Helena nomine Constantino Ducae filio Michaelis imperatoris desponsata est. Sed nuptiae factae non sunt.

Tandem consiliis Iordanem patre[a] Ricardo[69]
Participant natum; patruo simul omnia pandunt
Rannulfo comiti[70]; quorum sibi consociatis
Fisi praesidiis[b] Petrus[71] et Gosfridus[72] aperte
Mentis fraude ducem coepere lacessere bellis.
Amissaeque nepos terrae memor Abagelardus,
Filius Unfredi, toto conamine temptat
Infestare ducem, socio Gradilone[c][73], sororem
Cui dedit uxorem. Nec Balduinus[74] eorum
Defuit auxiliis, et lingua doctus et armis.
His comes Henricus[75], comes et sociatus Amicus[76]
Doctior[d] his aderat Robertus, de Scabioso
Monte[77] comes dictus, Gosfredi frater, et ambo
Orti germana fuerant ducis. Ira nepotes
Accendebat in hunc cunctis praestare volentem.
Omnes hi privare ducem conantur honore.
Haec dissensio non loca concutit Appula tantum,
Sed Calabris etiam ac Lucanis regnat in horis
Nec non Campanis. Metus est hostilis ubique;
Latronum rabies passim bachatur, et omnes
Per partes Italas raptorum copia crevit.
In partes varias[e] Normannica concio tendit;
Sed quamvis hostes essent ducis agmine plures,
Pars belli melior Roberto semper adhaeret.
1078. Redditur urbs Petro Tranensis, et Abagelardo,
Coniuge prole data, dedit Argiricius urbem
1079. Egregiam Bari, quam dux commiserat ipsi[78].
Febr. 3. Non tamen urbibus his hac tempestate remotis
Gens ab amore ducis Iuvenaci fida recedit.
Unanimes optant parere fidelıter illi.
Argiricius hos monet, ut reddatur Amico
Urbs, sua quae fuerit; quam si non reddere vellent,
Obsidibus natis hunc se donare minatur
A duce commissis dudum sibi. Non tamen illi
Postposuere fidem, contempto prolis amore,
Seque duci dicunt servare perhenniter illam.
Hanc adipiscendam multis stipatus ad urbem
Cum Petri comitis comitatu vadit Amicus.
Affuit obsessae simul Argiricius urbi[f]
Cum populo Bari, Trani pariterque Choreti.
Andrenses etiam cum Buxiliensibus assunt.
Gens Iuvenacensis non obsidione vel armis
Territa stat fortis; defendere moenia curat,
Et ponit vigiles, obsistit et acriter illis,
Qui foris insistunt. Hi pugnant, illa repugnat.

a) parte *c.* b) presidii *c.* c) *ita cod.* Guidilone *edill. quae tamen infra p.* 278 *lectionem* Gradilo *exhibent.* d) docior *c.* e) *ita edill.* italas *c.* f) ibi urbi *c.*

69) Richardus obierat 5. die Aprilis 1078. 70) fratri Richardi, comiti Caiatiae, h. Caiazzo. 71) Hunc filium Richardi comitis Tarentini esse opinatur di Meo VIII, 169. At cum Richardus ille anno 1073. nondum provectus esset, ut Nostri verbis utar p. 272, *ad aetatem dominandi legibus aptam*, anno 1078. filius eius adultus esse nequivit. 72) ut ipse indicaturus est Noster, frater Roberti de Monte Scabioso; re vera *Ioffridus de Monte Scaioso* occarrit apud Petrum. Chron. Casinense IV. c. 11, p. 766. 767. 73) V. Amat. VII 25: *à perseguter Baialarde et Garilgione marit de la soror.* 74) Forsitan *Balduinus dominus castelli quod vocatur Pons S. Anastasiae in comitatu Telesino* qui teste Petro Diac. IV. 16. c. an. 1095. adhuc inter vivos erat. 75) Num comes de castro Cremonensi, de quo Petrus D. III, 61? 76) Vide supra p. 273. 77) i. e. caveoso, Montescaglioso in Basilicata; vide Wattenbach ad Petr. Diac. p. 766. 78) v. Anon. Bar. 1079.

Impugnata licet terra marique fuisset,
Arte capi nulla valuit. Legatus ab urbe
Forte Betontina[a,79] fictos deferre iubetur 79
Rumores; caute Guilermus adinvenit illos
Filius Ivonis[80], cui dux concesserat urbem.
Ecce Rogerus[81] *adest Roberti filius*, inquit 81
Nuncius, *et multas equitum peditumque catervas*
Dux sibi ducendas dedit. Hunc properasse putantes
Diffugiunt cuncti, quos urbis ad obsidionem
Duxerat, ut captam sibi subdere[b] possit Amicus.
Dux licet audierit, tot convenisse rebelles,
Nullo concutitur terrore; vel[c] arte vel armis
Omnes exsuperat; monitis quam dulcibus illos
Allicit, hos bello domitat; versutus et audax
Novit utrosque modos; adimit sua[d] castra quibusdam,
Quosdam blanditiis verborum commovet ultro
Tradere, quae nequeunt violento Marte parari.
Sic iuxta Bradam[82] dimissa flumen equestri
Gente sua, Calabras cum parte profectus ad oras,
Et Cusentinos[83] sibi pacificavit, et illos 83
Deduxit rediens ad bella pedestria promtos.
His comitatus abit; tamen erogat ante sequaci,
Quod potuit, populo. Properat confligere contra
Omnes infidos. Iuvenacus fida recepit
Hinc equites aliquot. Qua noverat Abagelardum[e]
Esse, petit primum violento robore Barum.
Barensis populus, numero[f] confisus et eius
Quem sequitur ductu, ducis utpote Marte valentis,
Cum duce congreditur. Lorica sed Abagelardi
Cuspide perfoditur; corpus perfossa tueri
Non valet armati; bellorum saucius ultra
Vim perferre nequit; sua gens fugit urbis adusque
Moenia. Robertus Iuvenacum victor adire
Mox parat. Huic properat procedere turba fidelis
Obvia. Quis posset tantas exprimere grates,
Quantas cuique refert! Laudat communiter omnes,
Pignoribus caris quia praeposuere tenorem
Promissae fidei. Tunc omnibus oscula praebens,
Ne timeatis, ait; *non deformabit Amicus*
Quemlibet ex pueris, omni quia postulat arte
Ut mea reddatur sibi gratia. Taliter illi
Respondet populus: *Tua nos praecepta paratos*
Crede sequi, totam domino committere curam
Natorum[g]*; quia nullus amor removere valebit*
Nos ab amore tuo. Tantum servator amoris
Sis petimus, nostri dominator et esto benignus[h].
Auditis populi precibus favet ille precanti.
Annis tota sui tribus est solvenda tributi,
Pactio dimidii concessa perhenniter illis.
His ita dimissis properat remeare Salernum.
Dum redit, hostiles vicos et castra subacta

a) bectonina *c.* b) ducere *c.* c) sed *edit.* d) in *c.* e) Abgelardum *c.* f) numerose *c.* g) notsrum *c.* h) a. et esto d. b. *c.*

79) Bitonto. 80) Chartae Rogerii ducis et fratris VIII, 319. 81) post dux Apuliae. 82) Quod Boamundi anno 1090 subscripsit Robertus comes sit huius fluminis nomen hodiernum, nescio. filius Guillelmi filii Ivonis comitis apud di Meo 83) Cosenza.

Donat militibus. Faciebat proelia saepe
Diversis diversa locis. Fortuna favoris
Auxilium praebebat ei, quod, dum male fida
1079. Ascolus appetitur[83], certamine captus equestri.
Est Balduinus. Castellum nomine Vicum[84]
Vi capit; hic Gradilo[a] privatur lumine captus,
85 Testibus exuitur[85]; sed Balduinus habere
Illaesos artus permittitur; hunc[b] tamen arcent
Carcere custodes, quia faveat Abagelardo.
Pervenit his gestis, quo coeperat ire, Salernum.
A Iordane duci poscentes foedera pacis
Assunt legati. Dux, ni discordia cesset,
Dilapsura brevi, quae[c] plurima praemeditatus
Commoda, legatis[d] placido respondet amore.
Inducias ponit; fit sponsio colloquiorum,
Constituitque diem. Legati non sine magna
Laetitia redeunt, quia tam gratanter ab ipso
Suscepti fuerant, et nuntia laeta reportant.
Iordani placuere satis, quaecunque recensent.
Hoc infra tempus Iuvenacum mittere quosdam
Dux equites lectos procurans, praecipit illis,
Non tantum prodesse suis, sed obesse laborent
Hostibus, hosque modo poterint[e] quocunque molestent.
Hii postquam longo — nec enim fas pergere recto
His erat — adveniunt Iuvenacum tramite 'ducti[f]'
Callibus obliquis, aderat quia plurimus hostis:
Infestare ducis coepere viriliter hostes;
Quique prius soliti fuerant inferre rapinas,
Se doluere pati; nequeunt incedere tuti.
Iordanis princeps et dux studuere statuto
Ire die Sarnum. Pax firma fit inter utrumque;
Est cum Rannulfo simili firmata tenore.
Alter erat patruus Iordanis, avunculus alter[85'].
His ita sedatis, dux Appula castra requirit,
86 Et Spinaciolum[86], muro quod Amicus et armis
Munierat castrum, quo nunc[g] cum milite pauco
Filius eius erat, equites comprehendit et omnes.
Filius est solus fugiens elapsus Amici.
Perdere plura timens pacem deposcit Amicus.
Dux illi placidus favet, obsidibusque receptis
Laetificat moestos reddendo pignora patres,
Et Iuvenacenses desistunt plangere matres.
Perterrent tumidos haec foedera facta nepotes;
88 Roberti comitis[87] dux Gofridique[88] nepotum
Non mala respexit tolerata, sed immemor irae,
Dum veniam poscunt, indulget avunculus illis.
His fisus sociis, comitatus milite multo,
Obsedit Barum. Socer Argiricius[b] huius,
Qui solus pacem vitaverat Abagelardi,
Urbe ducem recipit, genero qui pacis et urbis
Extorri facto ducis est reparatus amori.

a) gladio *c.* b) hanc *c.* c) quia *c.* d) legatos *c.* e) peterint *c.* f) duci *c.* g) non *edill.* h) B. sociis Argiricis h. *c.*

83) Vide Chr. breve Nortm. 1079. 84) hodie Trivico; v. di Meo VIII, 178. 85) Consentit Romuald. Salernit. 85') Cf. supra p. 262. n. 18. 86) h. Spinazzola. 87) sive de Lauritello, filii Godefridi, sive de Principatu, filii Guillermi. 88) filii Rogerii.

Sic quia pace ducis non fungitur Abagelardus
Et patrii iuris loca deserit, et Danaorum
Exul adit terras, cum rector Aleius[89] esset
Imperii, clemens hunc suscipit ille benigne,
Tractat honorifice, dat multa. Sed invida, nulli
Parcere quae curat, iuveniles mors subit artus;
Quique regressurum se credidit esse potentem
Diversi generis cum fascibus atque triumphis,
Exul apud Danaos et mortuus est et humatus.
Dux sibi coniunctis Barensibus obsidet auctis
Agminibus Tranum, Petro stimulante rebelle.
Hac dux uxorem dimittit in obsidione.
Non sine militibus multis petit ipse Tarentum[90]; 1080. April.
Protinus obsessum terraque marique recepit.
Hunc positis castris castellum victor Aneti[91]
Obsidet. Inde Petrum comitem miserabilis angit
Anxietas, quia visa duci fortuna favere
Est inimica sibi; pacem veniamque requirit.
Dux per legatos, quos miserat ille, relegat,
Ut sibi cum Trano castellum donet Aneti;
Ni dabit ista, frui non pace merebitur eius.
Vestibus incultis Petrus est ad castra profectus;
Subintrat, veniam pacis cum foedere poscens.
Custodes castri vocat et descendere iussit
Turribus; hi iussi Roberto moenia tradunt.
Tradidit et Tranum, ducis ut sibi gratia detur,
Efficiturque suus iurando iure fidelis.
Cervices rigidas sic dux astutus et audax
Flectere, sic finem bellis imponere novit.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

INCIPIT QUARTUS.

His Michael solii deiectus ab arce diebus, 1078.
Cuius in insontem Romanum dira voluntas
Arserat indigne, socio sibi fratre repulso,
Monachus efficitur. Roberti filia[92] moeret
Deponi socium; miser exulat ille coactus.
Urbibus[a] et castris sibi circumquaque subactis,
Appula dimittens loca dux parat ire Salernum. Latinus Barensis[93].
Partibus Esperiae, quem Barcilona tremebat,
Venerat insignis comes hanc Raimondus ad urbem.
Ut nuptura ducis detur sibi filia poscens.
Huic maior natu nubtum datur[94]; altera nubsit
Egregio comiti Francorum stemate claro;
Ebalus hic dictus[b][95], subcumbere nescius hosti,
Belligeras acies ad proelia ducere doctus
Et facundus erat, linguaque manuque vigebat.

a) urbibus *c.* b) detus *c.*

89) i. e. Alexius. LEIBN. 90) Cf. Lupus et Anon. Bar. 1080. 91) i. e. Castellanetum, Castellaneta, de quo Lupus et Chron. breve Nortm. 1080. 92) Helena. Cf. Annae Comnenae Alexias I, 12. 93) Adeas velim quae de Latino Barensi disputavimus in Annalib. Nostr. Pertz Arch. X, 93 sq., ubi complura attulimus, quae hic repetere superfluum videtur. 94) Hanc Mathildem nomine in Hispaniam comitabatur Urso archiepiscopus Barensis, teste Iohanne archidiacono Barensi in hist. inventionis sancti Sabini, Acta SS. 9. Febr. p. 329. Arch. X, 120. 95) comes Ruciaci, h. Roussy; cf. Annam I, c. 12. Wilken Res gestae Comnen. p. 147.

1080. Illis Gregorius Beneventum[96] papa diebus
Advenit. Urbs erat haec Romano subdita papae
97 Atque sui iuris. Quia dux obsederat urbem[97],
Aegre papa tulit[98]. Veniam Robertus ut huius
Impetret offensae, papae properavit ad urbem,
Supplicat et pedibus [sancti][a] dans oscula patris,
Suscipitur; — tanti persona vigoris honore
Digna videbatur —, considere papa coegit.
Soliloquum, cunctis astantibus inde remotis,
Consilium tenuere diu; tum papa fideles
Convocat; ex papae secretum iussibus horum[99]
Panditur; allatus liber est euangeliorum;
Dux papae iurat, fuerit dum vita superstes,
Observaturum fidei se iura perhennis
Ecclesiae sanctae, totus cui subiacet orbis.
Romani regni sibi promisisse coronam
Papa ferebatur[1], quia rex Henricus ab illo
Damnatus fuerat propter commissa nefandis
Accumulata modis. Nec enim venundare sanctas
Ecclesias veritus, perversum dogma colebat
Symonis, et nullum donabat pontificali
Culmine praeter eos, qui maxima dona tulissent[b]
Incestus etiam turpes et turpe subire
Ausus adulterium, vitam ducebat iniquam;
Sacrilegus, moechus, consortia nulla proborum,
Sed reprobi coetus collegia semper amabat.
His vitiis virtus sancti contraria papae
Gregorii, regno deponi iudicat illum.
Saxonibus mandat, perhiberi rex apud ipsos
Desinat ulterius, totis et viribus obstent;
Accitosque duces Guelfumque ducemque Rodulfum
Admonet, Henrico Petri pro parte resistant
Et Pauli, Symon quibus insurrexerat alter.
Esse putabatur concessa corona Rodulfo.
Is sibi Saxonibus multo cum milite iunctis
Indixit bellum papae venerabilis hosti.
Et[c] populus regi dampnato multus adhaeret,
Ius patrium recolens, aliumque inducere nolens
Haeredem regno. Grave fit certamen utrimque.
Dura quidem gens est et cedere nescia, magnis
Ictibus innitens[d]. Hinc Lotharingi, Saxones inde
Certatim feriunt; alternis vulnera reddunt
Vulneribus; stat quisque studens obstare vicissim;
Et perhibentur ibi triginta caesa virorum
Latinus Bor
Milia, sed neutro populo cedente Radulfus
Occidit, et fessus populus defecit uterque.
Se quasi victorem percepta morte Rodulfi
Gaudens Henricus, quem regni depositorem

a) *ita coniecit Leibn., deest vox codicibus.* b) fuissent *c.* c) at? d) inter se *edill.*

96) Non Beneventi, sed Cipraní hic conventus habitus est 3. Kal. Iul. 1080; vide di Meo VIII, 188. et Arch. X, 95.
97) Landulpho ultimo Beneventano principe 17. die Novemb. 1077. mortuo, Robertus Wiscardus Beneventum inde a 19. die Dec. usque ad 8. diem Aprilis 1078. obsederat; v. di Meo VIII, 157. 98) Excommunicavit eum in concilio Romae 3. die Martii 1078. habito: *Excommunicamus omnes Normannos, qui invadere terram sancti Petri laborant, videlicet marchiam Firmanam, ducatum Spoletanum et eos qui Beneventum obsident.* V. Amat. VIII, 32. di Meo VIII, 167.
99) i. e. ex iussibus papae secretum horum (sc. papae et Roberti) panditur fidelibus. BETHM.
1) V. Anna Comn. I. c. 13.

Noverat esse sui, papam infestare laborat. Latians Mar.
Romam obsessurus magna cum gente venire
Nititur. Hoc prudens comperto papa favorem
Curat habere ducis[2], succurrat ut ipse labori 2
Promptus ad arma suo, vires et deprimat hostis.
Pacis perpetuae Beneventi foedere pacto
Gregorius Romam remeavit, duxque Salernum.
Hac, Mathaee, tibi construxit in urbe decoris
Aecclesiam miri; sibi nobilis aula paratur.
Dedecus illatum genero[3] prolique repulsae
Sedibus augustis non sollicitudine parva
Cor ducis accendit. Gravis haec iniuria multis
Esse videbatur ducis, hanc desiderat ultum
Ire. Senex quidam regni Nichoferus[4] habenas 1078—1081.
Sumpserat, ignavus bello, tamen ingeniosa
Mente sagax; contra furtiva pericula cautus,
In bellis metuens plus quam metuendus habetur.
Militiae princeps sustentat Alexius illum,
Astuta ratione vigens et strenuus armis,
Pectore clarus erat clarisque parentibus ortus.
Annos iste suae plures aetatis ab ipso
Flore iuventutis primaevae duxit in armis;
Si quid oportebat fieri grave, non dubitabat
Imperio sancto sibi praecipiente subire.
Hostes imperii, Basilachius[a] atque Brienus,
Insignes Graeci, bellis opibusque potentes,
Hoc duce sunt victi; victori cessit uterque.
Nam sibi non longe dum congrederetur ab urbe,
Bellando victus cedit capiturque Brienus.
Victus Alexina cessit Basilachius arte[b. 5]
Alter in alterius congressum dum properaret,
Proxima castra die cedente locantur utrimque.
Nocte fugam prudens simulavit Alexius illa,
Castris dimissis, neque tota remota supellex
Eius erat, quaedam tentoria fixa manebant.
Haec dimissa fugae iumentaque luce sequenti
Effecere fidem, castrisque relicta supellex.
Contra se nullos ubi vidit adesse paratus
Hostilis belli, castris sine gente relictis
Circumquaque suis Basilachius[c] imperat ire,
Si quos excipiunt ab equis vel gente tumultus,
Ut sibi notificent. Mussantis nulla cohortis
Vox, nullus potuit sonus aut hinnitus equorum
Audiri. Sperat Basilachius[d] omnia tuta,
Atque suis hostem pro viribus expavefactum
Credit[e] inisse fugam. Coenantem crapula somno
Aggravat, et castris gens tota quieta iacebat.
Callibus occultis advectus Alexius hostes
Irrumpens subito perterruit. His, quia noctis
Obstabant tenebrae, nusquam loca tuta patebant;
Spes est nulla fugae; capiuntur et interimuntur.

a) basilischius *c.* b) *ita conicio; arce edit. In codice S. Michaelis hic versus cum antecedenti et quatuor sequentibus situ corruptus interiit.* BETHM. c) basilischius *c.* d) basiliscus *c.* e) credidit *c.*

2) Tempus turbat Noster, v. Pertz Archiv X, 96. 3) Constantino Ducae. 4) Botaniates. 5) De hoc proelio apud Bardarum Mysiae fluvium commisso vide Annam C. I, 7 — 9.

Latinus Bar.

His sopor et vini dederat violentia multa
Segnitiem; nec abire valent nec ad arma reverti.
Lumine privatus Basilachius et tibi captus
Legatur, nichil ipse videns, Nichofore, videndus,
Imperio cuius praesumpserat esse rebellis.
Impiger et cautus sic victor Alexius hostes
Imperii multos armis superavit et arte.
Dux transire volens mare praecipit arma parari,
Militibusque suis, se praestolentur Idrunthi[6],
Imperat; aptari naves facit; ipse Salerni,
Undique dona petens et supplementa, moratur;
Huc illuc apices non cessans mittere secum
Navibus hornatis[a] fidas monet ire cohortes.
Insolitum multis iter illud et acre videtur;
Praecipue quibus uxores et pignora cara
In domibus fuerant, non exercere volebant
Militiam talem; sed verba minantia blandis
Dux addens precibus, multos properare coegit.
Conveniunt omnes, sicut mandatur, Hidrunti.
Dalmatias naves honeri dux eligit aptas,
Auxilio sibi quas gens miserat illa[b] petitas:
1081. Has armis et equis sumptuque virisque[c] repletas
Mart. Ad Corifum mittit[7]. Haec insula non procul urbe
Distat Hidrontina. Placidis spirantibus auris
Huc cito transitur; dimissis navibus illam
Acriter invadunt equites ducis, atque timorem
Omnibus incutiunt qui circumquaque morantur.
Regni sede senex hac tempestate repulsus
April. Praedictus fuerat; bellator Alexius illum
Expulit iratus, quia non iniuria fratris
Propter eum dimissa fuit, qui viribus auxit
Imperium totis, tot nactus ab hoste triumphos.
Omnibus imperii legionibus huic comitatol
Praesidiis vacua faciiis labor urbe reperta
Est superare senem; fit monachus ille coactus.
Depraedanda tribus datur urbs invasa diebus,
b Dux quibus extiterat[8]; manibus quoque sancta nephandis
Atroces per se loca non violare verentur.
Ducit Alexius hos, magis ut timeatur, ad urbem,
Imperii regimen bellis bellator adeptus,
Roberti genitae non parvum blandus[d] honorem
Exibet, audierat quem velle venire; laborans
Pacificare ducem, quo sic avertere mentem
Posset ab inceptis. Sed mens ducis ardua nescit
Cedere proposito, modico remoratus Idronti
Tempore, praestolans adventum coniugis[9] atque
Multorum comitum, quos noverat ipse futuros
Esse viae socios. Mentitus se Michaelem
1080. Venerat a Danais quidam seductor ad illum[10],
Inmerito raptum ius imperiale reposcens,
Se profugum lacrimans. Lacrimantem dux et honeste
Suscipit et tractat, placidoque favore benignum
Exhibet obsequium; populus quoque credulus omnis

a) hornatis, *superscr. a manu correctoris* vel armatis *c.* b) ille *c.* c) virique *c.* d) B. g. ut p. blandius *c.*
6) Cf Anna Comn. I, 14. 7) V. Anon. Bar. 1081. 8) Cf. Anna Comn. II, 10. 9) Anna I, 15.
10) Anna I, 15. Lupus et Anon. Bar. a. 1080.

Assurgebat ei flexa cervice salutans. Latinarius.
Hunc adhibens socium sibi dux, ut iustior esset
Causa viae, secum, dum transfretat[a] ipse, reducit.
Ante tamen paulo quam transeat, accelerare
Hunc regis mandata monent, quem papa notarat
Regno privari censens; ut conferat illi
Auxilium contra papam tumidosque Quirites,
Qui facti fuerant non cum ratione rebelles.
Tempore rex Romam veniens obsederat illo.
Dux quamquam placidi dederit responsa favoris,
Legati redeunt sine quolibet emolumento.
Gregorio papae, cui pura mente favebat,
Omnia notificat damnati nuncia regis,
Seque fatetur iter nullatenus illud inisse,
Adventum hostilem praenoscere si valuisset;
Sed quia iam tantos compleverat ipse paratus,
A tantis se posse negat desistere coeptis.
Advenit interea coniux, comitesque rogati.
Egregiam sobolem multo spectante Rogerum
Accersit populo, cunctisque videntibus illum
Haeredem statuit, praeponit et omnibus illum,
Ipse quibus praelatus erat. Dignissimus haeres
Iste patris tanti, patruelibus atque paternis
Moribus ornatus, quantae foret indolis, ipso
Primaevae cultu virtutis significabat.
Ius proprium Latii totius et Appula quaeque
Cum Calabris Siculis loca dux dat habenda Rogero;
Roberto comiti committitur atque Girardo;
Alter fratre satus, fidissimus[b] alter amator,
Et virtutis amans erat et probitatis uterque.
Hos rogat, ut papae solatia, siqua valebunt,
Non adhibere negent[c] [11]. Quod coeperat, ipse subire [11]
Acceleravit iter. Decies et quinque liburnis
Adria sulcatur; Corifi tremit insula tanti
Principis accessus electo milite fulti.
Illa Botruntinam gens, quae praecesserat, urbem
Ceperat; hinc Corifi genialibus urbs operumque
Praedita praesidiis, in deditione recepit;
Obsidibusque datis, vehit insula tota tributum.
Bundiciam nautae vi captam depopulantur.
Magnae mentis eques Boamundus, filius alter
Qui fuerat prima natus de coniuge, cunctis
A duce deductis equitum peditumque catervis
Militiae princeps praeponitur [12]; imperat ipse, [12]
Ut populus totus iussis obtemperet huius.
Dirachium[d] pater hinc et filius obsidet illinc;
Obsessum superare mari terraque laborant.
Hortatus fuerat iam saepe Georgius [13] illuc [13]
Accelerare ducem; quia qui commiserat urbem,
Audierat solii Nichiforum sede repulsum.
Sed ducis aestivo perpessae tempore naves
Naufragium impediere viam; navique[e] procellis,
In qua dux aderat, vehementibus undique fracta,
Vix evadendi fuit impertita facultas.

a) transferat c. b) fidelissimus c. c) valebant p. a. negant c. d) Didarichium c. e) avique c.
11) V. Anna I, 14. 12) Anna l. c. 13) Monomachatus, v. Anna I, 16.

Latinus Bar.

Delati panes[a] pro corporibus recreandis
Perfusi pluviis in frusta teruntur, et undis
Littore proiectis olidi cumulantur acervi.
Dux tristatur, iter peragi non posse paratum,
Aeris atque maris non fracto turbine. Longas
14 Hoc agitante moras, multos Paliologus[14] Argos
Dirachium duxit, pulsusque Georgius urbe
Fraude fuit. Missum sibi gaudet Alexius hostem[15].
Dux tamen a coeptis, ubi comperit affore tempus,
Noluit avelli. Corifi prior insula cessit.
Hinc[b] Avellona simul urbibus atque quibusdam
Littoreis captis, munitius esse quod audit,
Dirachium obsedit. Quondam fuit urbs opulenta
Magnaque praecipue tegulosis obsita muris.
Rex Epirotarum dicier hanc Epiduarum[c]
Pyrrhus praecepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Tarentinis sociatus non dubitavit.
Inde frequens bellum varios et passa labores
Evacuata viris fuit ad nihilumque redacta.
Destructam spatio post composuere minori
Zetus et Amphion, et praecepere vocari
1081. Dirachium[16]. Ducis hoc circumdatur obsidione[17].
Iun. 16. Fit pavor obsessae non parvus civibus urbis,
Et vigiles statuunt; custodia fida per urbem
Ponitur; imperio factam ducis obsidionem
Notificant, et opem legatis poscere curant.
Oppugnare modis dux nititur omnibus urbem,
18 Atque operis miri fabricatur lignea turris[18].
Hanc super est ingens erecta petraria, magnos
Proiciens iactus, ut moenia diruat urbis.
Assidue cives augeri castra videntes,
Omnia vastari. praedas accedere magnas,
Hibernique domos pro frigoris aedificari
Incursu, vana[d] spe, quae deceperat illos
Hostilis reditus, coepere carere coacti.
Stare ducem credunt, et non abscedere velle,
Dum sibi subdat et hanc, alias qui subdidit urbes.
Legatos mittunt; cur venerit ipse requirunt.
Dux venisse refert se, regni sede repulsus
Inmerito Michael ut restituatur honori.
Illi promittunt urbis, quos ipse petebat,
Ingressus numquam viso Michaele negandos.
Cornicinum sonitu circumdatus atque tubarum
Et plectris, qui se Michaelem finxerat esse,
More coronatus deducitur imperiali,
Circumvallatus cantantibus undique turbis.
Unanimi cives, hunc ut videre, cachinno
Visum[e] derident dicentes: *Iste solebat*
Crateras mensis plenos deferre Lieo,
Et de pincernis erat inferioribus unus.
Postquam Robertum cognovit Alexius urbes

a) pane *c.* b) hunc *c.* c) Epidamnum? *In codice hic cum quinque sequentibus versibus intercidit.* BETHM.
d) varia *c.* e) visu *c.*

14) Georgius Palaeologus, v. Anna III, 9. 15) Georgius Monomachatus ad Alexii aulam reversus est, teste Anna III, 12. 16) Anna C. III, 12. 17) Robertus Dyrrachium obsidere coepit inde a die 16. Iunii ind. 4. i. e. 1081. test. Anna Comn. IV, 1. et Anonymo Barensi a. 1081. 18) Anna IV, 1.

Invasisse suas, veritus ne subdat et urbem
Dux sibi Dirachii, magna cum gente paravit
Occursare duci. Bellis navalibus illi
Praemonuit sociam pugnando resistere gentem.
Non ignara quidem belli navalis et audax
Gens erat haec; illam populosa Venetia misit,
Imperii prece, dives opum divesque virorum,
Qua sinus Adriacis interlitus ultimus undis
Subiacet Arcturo. Sunt huius moenia gentis
Circumsepta mari; non ab aedibus alter ad aedes
Alterius transire potest, nisi lintre vehatur.
Semper aquis habitant; gens nulla valentior ista
Aequoreis bellis, ratiumque per aequora ducta[a].
Civibus obsessis hortatur Alexius illos
Auxilium conferre, suas et ducere naves,
Et pugnare ducis cum navibus, ut superatis
Hostibus his bello, facilis labor esset inire
In terris bellum, populo ducis extenuato.
Imperio parent, ducis et cum navibus ire
Pugnatum properant. Iam vesper adesse diei
Coeperat; occurrunt naves ducis, at quia noctis
Hora propinquabat, bellum differtur utrimque.
Crastina progrediens Aurora fugaverat umbras;
Ad bellum populus navale paratur uterque.
Amplius huius erat quia gnara Venetica belli
Gens, ruit audacter; classis ducis expavefacta
Ad portum fugitiva redit, sic pugna remansit.
Ter redeunte die gens multa Venetica portum
Appetit, et naves Roberti Marte[b] lacessit.
Gens comitata ducem cum Dalmaticis Ragusea
Telorum crebris[c] consternit iactibus aequor;
Non tamen a portu procul audent ducere naves.
Castrorum dederat tutum vicinia portum.
Funibus incisis quasdam violenter ab ipso
Littore propulsas vi turba Venetica ducit.
Non hoc terretur ducis imperterrita casu
Mens aliud meditans, et adhuc certare paratu
Maiori statuens, aliasque adducere naves,
Quae plus ferre queant et plus inferre laboris.
Facta libens turbae victricis Alexius audit.
Roberto soliti, quos insula quaeque fovebat,
Ferre tributa, mari naves minus esse valentes
Dum ducis accipiunt, aequa feritate rebelles
Proponunt fieri. Laus[19] personat imperialis.
Imperii iussu, ne belli praescius hostis
Cautelas adhibens ventura pericula vitet,
Montibus et fluviis munitur transitus omnis.
Irruere incauto sic sperat Alexius hoste,
Invictumque ducem assultu superare latenti.
Innumeras ducit varia de gente catervas.
Maxima barbaricae cum Graecis copia gentis
Hunc comitabatur; tamen ire Basilius ante,
Electorum equitum secum duo milia ducens,
Castraque Roberti ducis explorare iubetur.

Lalicus Bar. 1081.

tul.

19

a) ductu? *In cod. S. Michaelis hunc cum quatuor sequentibus versibus interire fecit aqua.* BETHM. b) mare *c.* c) densis *edill.*

19) Edictum. LEIBN.

Latinus Bar. 1081.

Mesopotamites erat hic, bellique labores
Expertus varios. Sequitur praecepta iubentis;
Cumque Botrontinae fieret iam proximus urbi,
Rumor adest, equites ducis haud procul ire, ferentes
Non modicam praedam. Cum pars iam multa fuisset
Saucia Turchorum, quos duxerat ille, sagittis,
Marte mori potius, quam cedere turpiter Argis
Unanimes statuunt, et convertuntur in hostes
Gente coartata, quo praevaluere paratu.
Turci terrentur conversis hostibus, illos
Acriter obniti graviterque ferire videntes.
Agmine stare nequit fugiente Basilius horum
Et capitur fugiens. Acies Normanica captum
Praesentare duci properat. Robertus ab illo
Omnia perquirit: quid temptet Alexius in se,
Vel quid inire velit; quantas ad bella cohortes
Moverit? Adventum postquam dux esse propinquum
Hostilem didicit, quantis et Alexius illum
Impetat agminibus: proceres quos duxerat omnes
Convocat; accitis quae noverat omnia pandit,
Et quid opus facto sit, contulit. Effera quorum
Mens erat, audaci dimittere castra quibusdam
Consilio placuit, venientibus indubitanter
Hostibus occurrens ut terreat impetus illos.
Esse refert melius dux, non abscedere castris,
Copia dum propius conspecta sit imperialis,
Et frustra quaeri vincendi praedicat artem,
Cum nisi de coelo nulli victoria detur.
Is licet egregios equites sibi sciret adesse,
Nil ineundo tamen temerarius esse volebat.
Congressura quidem gens innumerabilis esse
Dicebatur ei, nec adhuc natura virorum
Nota sibi fuerat; catus unde sagaciter omnes
Ordinat ante suos, et quaeque paranda coaptat.
Non a Dirachio procul expectare volebat
Hostiles cuneos. Subito venientibus illis
More locustarum montes et plana teguntur.
Proximus oceano iam sol erat; unde nec illis
Bella subire, nec his placuit; dant membra quieti.
Dirachii populo mandarat Alexius omni,
Hostis congressi post terga venire studeret,
Ut tutus fieri nec retro nec ante valeret.
Castra cremat veniente die dux providus horum,
Ut duce digres o sit fas irrumpere nulli.
Commovit prior ipse suas ad bella cohortes.
Oct. 18. Agmina plura movens occurrit Alexius illi[20].
Cum Langobardis Calabri terrentur, et omnis
Paene fugam petiit, fuerat qui sub duce nauta;
Ipsaque concursu primo terretur equestris
Gens ducis, hostilis dum praegravat impetus illam.
Venit ad angustos transgresso flumine quosdam
Haec incauta locos. Dux, ne quis ab urbe venire
Contra se posset vel ad urbem pergere, pontem
Fecerat everti. Loca dum sic arta suorum
Impediunt aditus, vehementi nube teguntur

20) Vide Gaufr. Malat. III, 27. Teste Anon. Bar. 1082. pugna commissa est *in die S. Luce apostoli.*

Undique telorum, nec maior visa refertur Lalinus Bar.
Grando sagittarum; locus et quia tutus abesse
Coeperat interea, cum nec pugnare valerent
Cedere nec retro, se dilatare laborant
Praecipitando mari, quia non minus hostibus ipsa
Turba coartatis sibi plebibus officiebat.
Aspera Normannis angustia tanta videtur.
Imperialis eos exercitus exsuperatos
Defecisse putans, classisque Venetica, victos
Quod caperet sperans, quae proxima nabat in undis,
Aggreditur spoliis inhians agitare rapinas.
Arripiuntur equi diversaque sarcina rerum,
Quas ducis accelerans ad proelia spreverat agmen.
Interea digressa mari vix se sociare
Turba duci valuit, qui praetergressus iniqui
Exitiale loci multo sudore periclum,
In primis aderat. Quem iusserat hic, acierum
Ordo prior mutatus erat; miseranda locorum
Omnia mutari sic artatura coegit.
Gaudet adesse suos, et paucis vocibus illos
Dux prior hortatur, solum tutamen in armis
Affore conclamans, et si dant terga Pelasgis,
Quemque trucidandum [a] pecorino more minatur;
Captivis [b] vitam morti praenunciat aequam.
His ortamentis accendit corda suorum,
Et licet innumeras videat properare catervas
Partis Alexinae, vexillo, quod sibi papa
Ad Petri dederat summi pastoris honorem,
Et meritis sancti, cuius fabricaverat aedes,
Mataei fidens, non diffidenter in hostem
Irruit, atque ferox obsessa non procul urbe
Commisit bellum. Superatur Alexius, atque
Terga dedere sui, quia plus quam milia quinque
Argolicae gentis sunt hoc certamine caesa;
Pars quoque Turchorum cum Graecis interit ingens,
Captus et armorum varius nitor est et equorum,
Captaque sunt Danaum diversi signa decoris.
Vix equites de gente ducis potuere perempti
Cerni triginta. Lacrimatur Alexius, hostem
Praevaluisse sibi, cui nec par copia gentis,
Nec par census erat; discedit saucius ipse,
Cogitur et lacrimans inglorius ille reverti,
Gloria cui fuerat frustra sperata triumphi.
Uxor in hoc bello Roberti forte sagitta
Quadam laesa fuit. Qua vulnere territa, nullam
Dum sperabat opem, se paene subegerat hosti.
Navigio cuius se commendare volebat,
Instantis metuens vicina pericula lethi.
Hanc Deus eripuit, fieri ludibria nolens
Matronae tantae tam nobilis et venerandae.
Occidit hoc bello regni spoliatus honore
Constantinus, et est subhumatus honore decenti.
Dirachii proceres amisit Graecia multos,
Quorum per campos inhumata cadavera tabent.

a) trucidatum c. b) captivus c.

Latinus Bar.

Dux in Alexinis remorari tempore castris
Non multo propter putrefacta cadavera curat.
Imperii iussis gens fida Venetica servat
Urbem Dirachii. Dux hac digressus ab urbe
21 Pervenit ad quendam, cui nomen Divalus[21], amnem.
Hic sibi castellum fabricans, loca se comitatos
Per diversa locat, quibus incombente pruina
Temporis hyberni securi vivere possent.
Gens cruciat variis plerosque[a] Venetica poenis
Cum duce transgressos, non hunc ad bella secutos,
Qui profugi fuerant. Studiis servilibus illos
Addicunt; alios ergastula carceris artant
Ad patriam missos, alii traduntur Achivis.
Dirachii quidam, quem terra Venetica misit,
22 Vir praeclarus erat nomenque Dominicus illi[22].
Oderat hic quendam, quia non se participabat
Consilio, sociis quod pluribus insinuabat.
Hunc quasi primatem gens illa studebat habere:
Dux dicebatur genuisse Veneticus illum.
Primatu temptat privare Dominicus illum.
Quendam de profugis Barinum convocat ad se,
Qui sibi carus erat fideique tenore probatus.
Hunc monet, ut noctu Roberti castra requirat,
Et se velle duci sua commoda pandere dicat,
23 Et properare loco moneat, qui Petra[23] vocatur.
Aecclesiae sancti Nicholai proximus iste
Est locus; hunc Robertus adit cum milite pauco.
Accitus profugo redeunte Veneticus illum
Convenit et facilem promittit deditionem
Dirachii, nisi dux sibi, quod petit, esse daturum
Abneget. Ille libens iurando iure spopondit,
24 Quod petit explendum, neptim pro coniuge dandam[24].
Colloquio facto remeavit uterque latenter.
Constituere prius, quo tempore deditionem
Is foret acturus, quo tempore dux rediturus.
Iamque dies aderat consensu utriusque statuta.
Dux Cusentinos quosdam, quos praefore cursu
Noverat, elegit; quosdam simul his sociavit
Electos equites, et ad urbem nocte quieta
Accelerans, caute profugum praemittere curat,
Ut quod opus facto sit, ab urbe renunciet ipsi.
Non modica noctis iam parte Veneticus illum
Praestolatus erat somno correptus, at illum
Perfuga Barinus mox evigilare coegit.
Indicat adventum ducis. Imperat ille, fideles
Absque favore suos celer introducat in urbem.
Ille redit, peditesque ducis facit ire priores;
Munia[25] tradidit his custode carentia terris.
Tempore nocturno nullos fecere tumultus;

a) plenosque c.

21) Idem sine dubio, quem fluvium Daemoniorum Gaufredus Malater. III, 27. et Diabolim Anna Comn. ed. Par. p. 380 vocant. Urbem Diabolim, itidem ab urbe Dyrrachio haud longe remotam, memorat etiam Cedrenus ed. Bonnens. II, 468 (ex cod. C.) et p. 469. Forsitan eadem est atque Διβομα Ptolemaei, pro quo alii legunt Διβολα. Etiam hanc coniecturam debemus V. Cl. Grotefend. 22) Cf. Gauf. Malat. III, 28. 23) locus Dyrrachio vicinus iam veteribus notus. 24) Cf. Gaufr. Mal. III, 28: *Dux denique neptem speciosae formae habens, filiam videlicet fratris Guilielmi Principatus comitis, ut ei matrimonium cum haereditate puellae competenti sociandam se dare spopondit* etc. 25) i. q. moenia.

Albescente die variis clangoribus hostes — Lupus Bar.
Percipit ingressos urbs tota; Veneticus omnis
Arma capit, praeter quos ille domesticus hostis
Roberto monitis allexerat; incola quisque
Hoste supergresso, fodit infra munia vallum,
Hostibus ut facilis non sit descensus ad urbem.
Iusserat a castris dux illa[a] nocte cohortes
Accelerare suas. Auditis iste suorum
Vocibus accurrens, has porta mittit ab omni.
Sic habitatores intusque forisque videntes
Sese impugnari, malefida Venetica clamat
Agmina turbatus, fugit inde Veneticus omnis.
Quidam caeduntur, quidam capiuntur; ad aeq or
Pars fugit Adriacum; sic evasere fugaces
Navibus impulsis. Quicumque Veneticus armis
Obstiterat, nec non ducis horum filius, urbe
Sunt capti capta, dimotaque litore classis.
Sic sibi Dirachium dux subdidit[25], atque quod armis
Vincere non potuit, victoria subiugat artis; — 1082.
Et quae pollicitus fuerat, post deditionem
Cuncta sibi gaudet completa Veneticus esse.
Interea populus Troianus et Ascolitanus[26], — 26
Alter ius soliti nolens explere tributi
Amplius, atque dolens eversis moenibus alter,
Unanimi studio ducis invasere Rogerum
Haeredem egregium, qui sensu clarus et armis
Cum quantis poterat Troiana clausus in arce
Viribus obstabat. Tandem properantibus illi
Auxilio sociis patrisque suique quibusdam,
Dimissa ruit arce furens, populumque rebellem
Diversis punit cruciatibus. Huic manus, illi
Pes erat abscisus; hunc naso, testibus illum
Privat; dentibus hos, deformat et auribus illos.
Saepe solet captae sic tigridis ira latenter,
Dum nullos agitare potest inclusa furores,
Quae si forte valet ruptis excedere claustris,
Quod videt omne vorat, rapit, insolitumque furorem
Exerit; occursus leo perfugit ipse furentis,
Quamvis ista minor sit corpore, fortior ille.
Robertus geminis exacto navibus anno
Adriacis undis loca rursus ad Appula transit.
Is primogenito populum commiserat omnem,
Cui nomen Buamondus erat, pariterque Brieno.
Dux postquam Cannas sibi comperit esse rebelles,
Obsidet; obsessas evertit humotenus illas[27]. — 1083.
Rex[28] erat his[b] genitus genitrice Hermanus eadem[29]. — Mai. — Iul.
Unfredi fuerat qua filius Abagelardus.
Non tamen unus eis pater extitit. Illa duobus
Est sociata viris; miles praeclarus in armis

a) ille *c.* b) has *c.*

25) Anonym. Bar. 1082: *Et octabo die stante Febr.* (21. Febr.) *ipse dux cepit in Durrachi;* Lupus vero discrepat, 1082: *et mense Ianuarii Robertus dux cepit civitatem Durrachium.* 26) Cf. Gaufr. Malat. III, 34. Ann. S. Sofiae et Rom. Salern. Murat. VII, 175. 27 Cf. Lupus 1083. 28) *Rex* hic pro rectore ponitur. LEIBN. 29) Hermannus de Cannis a Petro Diacono IV, 11, inter socios Boamundi commemoratur. Hunc Anna III, 10. Longibardiae ducem vocat, additque ipsum ab Alexio non frustra muneribus tentatum fuisse.

Latinus Bar.

Frater uterque fuit, sed cessit uterque potenti
Roberto, cui vix par orbe potentia toto.
Cannis destructis Romam molitur adire
Contra Gregorii Romani praesulis hostem
Henricum, cuius iamdudum obsederat urbem
Plurima barbaries annis[a] remorata duobus,
Altaque tormentis murorum moenia fregit
Et turres multas invictae diruit urbis.
Iamque sibi fuerat pars subdita Transtiberina;
Gregorius quadam fuerat conclusus in arce,
Quae munita satis, non expugnabilis ulli
Esse videbatur miri structura laboris;
Hanc et munierat fidae custodia gentis.
Robertum tantos ubi novit inisse paratus,
Et sibi cum tantis inferre paratibus arma,
Rex fugit Henricus. Ducis hunc[b] audacia terret
Et virtus totum iam notificata per orbem.
Expectare verens hunc ad loca tuta recessit.
Robertus Romam properans vi perforat urbis
1084. Egregiae muros[30]. Tamen auxiliantibus[c] ipsi
Mai. 29. Paucis Gregorii fautoribus, inde quibusdam
Aedibus exustis, violenter ab obsidione
Liberat obsessum iam tanto tempore papam.
Hunc secum magno deducit honore Salernum.
Henrico rursus cupidi cessere Quirites
Post ducis abscessum. Papam concesserat illis
Ipse Ravennatem Guibertum, qui scelerata
Mente pari insurgens regnum praesumsit adire
Sedis apostolicae, Clemens a plebe vocatus.
Agmina Romulea dux urbe reducta Salerni
Dimisit. Nunquam par huic exercitus haesit;
Milia sex equitum, triginta milia Romam
Duxerat hic peditum. Sic uno tempore victi
Sunt terrae domini duo, rex Alemannicus iste,
Imperii rector Romani maximus ille.
Alter ad arma ruens armis superatur, at alter
31 Nominis auditi sola formidine cessit[31].

EXPLICIT LIBER QUARTUS.

INCIPIT QUINTUS.

Post ubi Robertum cognovit Alexius esse
Aequore transvectum, vires reparare minutas
Nititur absentisque ducis perfringere castra[32]
Haec duo servabant vi consilioque potentes,
33 Filius ille ducis Buamundus et iste Brienus[33].
Haud procul a Iamna[d. 33*] non parvi nominis urbe
Partis Alexinae populus sua castra locarat.
Multiplici partem praemunit Alexius illam

a) armis *c.* b) hanc *c.* c) auxiliaribus *c.* d) Iantis *corr.* Ianitis *c.*

30) Qua die Robertus Romam ingressus sit, constat ex nota codici cuidam monasterii Cryptaeferratae manu saeculi XI. addita, quam Montfaucon Diar. Ital. p. 336 iuris fecit publici: Ἔτους ,ςφ-β'. ἰνδ. ζ'. Μαΐου μηνὸς κδ'. ἡμέρᾳ γ'. ὥρᾳ γ'. ἐμβὴ ὁ δοὺξ εἰς τὴν Ῥώμην καὶ ἐπόρθησεν αὐτήν, hoc est: *anno mundi* 6592. (i. e. a. Christi 1084.) *indictione septima, mensis Maii* 29, *feria tertia, hora tertia, ingressus dux Romam, ipsam depopulatus est.* 31) Eodem fere modo haec tangit Gaufr. Malat. III, 40: *et in hoc maxime, quod uno in tempore duorum imperatorum fuga triumphali gloria laus sibi suisque concessa sit.* 32) Haec accidisse mense Maio (1082.) refert Anna V, 4. 33) Bryennii apud Annam solam inter omnes huius temporis scriptores fit mentio V, 6. 33*) hodie Ianina.

Obice plaustrorum, quam pervia planicies Latinus Bar.
Ad pervadendam facilem vicinia reddit.
Ferrea cum tribulis omnes saliunca[34] viarum 34
Praepedit accessus, ut laxis hostis habenis
Dum dimittet equos, pedibus figatur equorum[35].
At nebula Danaum prospectus praepediente,
Illuc Normanni per vitibus aspera densis
Plenaque carectis loca pervenere latenter.
Obstat congrediens paulisper Alexius illis,
Sed non instantes sufferre diutius illos
Evaluit, petiitque fugam victusque recessit[36]. 36
Urbem Thessaliae superatus Marte secundo
Appetit egregiam — vulgus vocat hanc Salanichin —
Et quia bellorum varios non ambigit esse
Eventus, conatur adhuc ad bella redire.
Gaudens audaci magis[a] agmine quam numeroso,
Exultans capti Buamundus honore Civisci[37]
Obsidet insigni Larissam nomine claram[38], 38
Ad quam delatos thesauros imperiales,
Quamque opibus magnis audiverat esse repletam.
Prodiit[c] hac auctor Troianae cladis Achilles.
Obsidione suae turbatus Alexius urbis
Innumera cum gente venit, pugnamque virilem
Contra Normannos exercuit. Obvia namque
Pugnando cedit sibi gens comitata Brienum.
Non modicum spectans Buamundus collibus agmen,
Imperii pariter rectorem credit adesse.
Irruit et trepidos hostes, ut nisus alaudas,
Insequitur. Populo Graecorum exercitus huius
Terga dat, at tantus contexit pulvis utrumque,
Ut neuter videat, quorsum pars altera tendit.
Abdita silvarum victi petiere Pelasgi.
Occisis victor redit ad montana quibusdam,
Si qua parentur adhuc ipsi certamina spectans[b].
Hostes digressos ubi novit Alexius esse,
Larissaea petit multo cum milite castra.
Dimissi castris pedites maioribus hostem
Viribus urgentem non armis ferre valentes
Vincuntur; maior pars occidit, et fugitiva
Pars minor abscedit. Spoliorum quicquid ab omni
Victrix turba loco contraxit, Alexius effert[39]. 39
Nuncius ad montem Buamundo pandere casus
Adversos properat; qui se speraverat esse
Victorem, victam partem dolet esse suorum.
Nil tamen ipse pavens, comites sibi dissociatos
Associare studet; nequeunt incommoda mentem
Perterrere[c] viri. Magis obsidione solutam
Urbem conqueritur, iam victam iamque subactam.
Marte fatigatos iam nox admota quieti

a) maonis *c.* b) species *c.* c) perlorrere *c.*

34) Salluncа et tribuli sunt muricum genus. Eadem fere apud Annam V, 4. inveniantur. 35) Ex duabus victoriis, quas Buamundus adeptus est teste Anna V, 4, Wilhelmum unam confecisse iam observavit Du Cangius in notis ad Annam p. 296. 36) Ex a Larissa altam appellat. 38) Huc mense Octobri sive Novembri 1082. venisse Buamundum ex Anna V, 5. conicere licet. 39) Cum ex Anna V, 5. Larissam sex mensium obsidionem sustinuisse discimus, statuamus oportet hanc victoriam mense Aprili sive Maio 1083. patratam esse.
37) Τζιβιτζόκον Anna V, 5. hanc urbem non procul

Latinus Bar.

Tradere membra monet. Vallem Boamundus opacam
Haut procul inde petit[40], quae cuncta sibique suisque
Apta ministrabat; sua dant ibi membra sopori.
Plurima post triduum duo conduxere potentes
Agmina Graecorum Buamundo bella parantes;
Alter germanus augusti Melisianus,
Alter cognatus; nomen fuit huic Adrianus[41].
Normanni solitae memores virtutis ad arma
Concurrunt celeres; solitique fugacibus Argi
Elabi pedibus, redeunt properanter ad urbis
Moenia Larissae, qua clausus Alexius ipse
Non procul audebat totiens superatus abire.
Nec minus et Turchi clauduntur in urbe fugaces.
Taliter obsessis[a] populus Normannicus illis
Non remanere diu valuit, quia terra, labores
Passa rapinarum, victus alimenta negabat,
Et nuper captis fuerant sua perdita castris.
Milite diviso vitae Boamundus ad usus
Quaerit Ebellonae[42] loca, Castoreaeque Brienus.
Dimissa magna Saloniki parte suorum
Ad propriae sedem remeavit Alexius urbis,
A Constantino quae sumpsit condita nomen.
Gens redit interea Venetum ratibus reparatis
Atque requisitam nullis prohibentibus intrant
Urbem Dirachii, quia rarus in urbe manebat
Civis; egestatis disperserat undique cives
Insolitae casus. Remorans ter quinque diebus
Gens studet utilibus vacuare Venetica rebus
Dirachium; sed praesidiis munitio[b] tuta
A duce dimissis, castelli iura negavit.
Hoc non posse capi postquam videre, recedunt
Audito reditu[c] geniti ducis advenientis;
Ingressique rates, communiter aequore multas
Erexere trabes, et parvae fit modus urbis.
Castro composito de lignis, omnia classis
Instrumenta suae gens provida seque locavit[d].
Sicque sub aedicolis algenti tempora contra
Nimbosas hiemes remorantur in aequore tuti.
Iam cedebat hiems, et verni temporis aurae
Spirabant placidae, cum navibus omnibus omnes
Ad Corifum properant. Haec complacet insula cunctis.
Classis Alexinae dux Mabrica[43] venerat illuc.
Inde placet nautis repetenda Venetia multis,
Mutuus ut fieri valeat redeuntibus illis
Abscessus, comitum patriam sic quisque revisat.
Hoc statuunt[e] fieri; Roberti namque regressus
Protrahitur nimium; diuturna negotia rerum
Absumendarum sunt illis causa suarum.
Tempore Robertus multis intentus in illo
Praecipuas contra Iordanem bella gerendi
Curas, infectum nil dimissurus, habebat.

1083. Iul.

a) obsessus *edit.* b) munitia *c.* c) redditu *c.* d) loquavit *c.* e) statunt *c.*

40) Cf. Anna V, 7. 41) Res turbat noster, nam Adrianus Alexii frater erat, non Melissenus. Caeterum Anna neque Melissenum neque Adrianum, sed avunculum suum Michaelem Ducam hoc proelio a Normannis superatum esse disertis verbis tradit V, 7. 42) Est Aulon, teste Anna V, 7. fin. 43) Conferantur quae de hoc loco disputavimus in Annal. nostr. T. X. p. 104.

Propterea Latio non ipse redire volebat.
Iordanis princeps perterritus advenientis
Henrici fama, non armis obviat illi,
Ut sese finesque suos tutetur ab illo,
Sed firmae secum componens foedera pacis
Illi se subigit; genitus conceditur obses;
Et cum prole dedit solidorum munera multa.
Hoc, ne privetur dominatus iure paterni,
Fecit, si regi sit ad Appula transitus arva.
Et quia Iordanis ditioni cesserat eius,
Dux huius terras ferro populatur et igni.
Inde nepos petiit pacem, recipitque petitam.
Gregorio papae, sedatis omnibus ante
Quam repetat fines Graecorum, supplicat orans,
Dedicet ecclesiam, quam fecerat hic ad honorem
Mathaei sancti. Placidus favet ille precanti[44]. 44
His ita completis animos intendit ad illud
Propositum, quod mente diu tractarat agendum. Latinus Ber.
Electos igitur nautas, et quos magis aptos
Militiae novit, secum facit ire Tarentum.
Huc cum gente sua navis convenerat omnis.
Classis magnificos ibi militiaeque paratus
Instruit; expensis naves implentur et armis.
Portum Brondisii, qui tutior esse videtur,
His comitatus adit. Transire veretur Hidronti,
Quo brevior transcursus erat[45], quia tempus adesse
Coeperat autumni[46], tranquilla recesserat aestas.
Unde timens ratibus, mora ne qua noceret Hidronti
Ex tempestatis subitis incursibus orta,
In portu tuto sit tutus classe recepta;
Expectat flatus prudenti mente secundos.
Inde valefaciens[47] uxori littore stanti Oct.
Restantique simul populo cum coniuge, coepit
Finibus Ausoniis iam non rediturus abire.
Armatis[a] centum viginti navibus aequor
Transfretat Adriacum, genito comitante Rogero[48], 48
Qui patris esse sequax armorum strenuitate
Et placida cunctis affabilitate studebat.
Duxit praeterea naves, honeraria quarum
Lex erat; has et equis sumptuque replevit et armis
Et variis rebus, quas aequoris exigit usus.
Aequore transvectus[b] exercitus ille, coegit[48*]
Quem ducis egregii servabat filius alter.
Exegere fere menses in littore binos,
Tempestate gravi bellum differre coacti.
Temperie placida portum redeunte relinquunt
Et contra Venetum naves Danaumque chelindros

a) armati *c.* b) transvectis *c.*

44) Cf. di Meo VIII, 232. In hac ecclesia adhuc tempore Viri Doctissimi di Meo legebatur inscriptio, quam Robertus Wiscardus fecit, redux, uti videtur, ex prima expeditione facta in imperium Byzantinum: *Matthaeo apostolo et euangelistae, patrono urbis, Robertus dux, R. imp. max. triumphator, de aerario peculiari;* di Meo VIII, 191. 45) Discrepat Anna, iisdem fere verbis utens VI, 5: Κατέλαβε τὸ Βρεντέσιον, ἐφ' ᾧ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπεράσαι· τὸν δ' ἀπὸ τῆς Ἰδρουῦντος πορθμὸν ἧττον διάστημα ἔχειν μεμαθηκώς, ἐκεῖθεν διεπέρασεν εἰς τὸν Ἀδλῶνα. Annae adstipulatur Gaufred. Mal. III, 40. 46) Mense Septembri naves Roberti Hydrunti collectas fuisse, auctor est Gaufr. M. l. c. 47) V. Anon. Bar. 1085. 48) Praeter Rogerum etiam Gidam, i. e. Widonem, filium inter Roberti comites memorat Anna VI, 5. 48*) Versus hoc loco excidisse videtur.

Latinus Bar. 1084. Nov.

Certamen navale parant [49]. Dux quinque triremes [a]
Ducit, ducendos commisit quinque Rogero,
Roberto totidem fratri, totidem Buamundo;
His aderant ratium [b] suffragia iuncta minorum.
Innumeras bello Danai duxere chelindros.
Altera turba, novem confisa triremibus altis,
Quas habiles bello magis esse Venetia novit,
Roberti naves dum conspicit inferiores
Esse suis, audacter eis congressa resistit,
Atque interpositis Danaum praefulta chelindris,
Iactibus innumeris telorum desuper hostes
Sauciat, et ferri se pondera magna minatur
Iacturam, ne classis eis inimica propinquet.
Vix in ea navi, quae fert ad bella Rogerum
Quilibet illaesus reperitur, et ipse lacerto
Saucius, obstanti stat cedere nescius hosti,
Immemor illati sibi vulneris; ardor honoris,
Quantus adesse solet victoribus, incitat illum.
Hunc pater insigni decoratus saepe triumpho
Accit, et accitum maiori classe chelindros
Dissociare iubet. Patris impiger ille iubentis
Iussa sequi properans, cum quinque triremibus illis,
Quae sibi commissae fuerant, inferre chelindris
Bella parat. Danai nichil hoc pugnante repugnant,
Sed passim fugiunt, ut aves obstare volanti
Non audent aquilae, cursuque latere fugaci
Coguntur lepores, dum ne rapiantur aduncis
Unguibus et rostro metuunt cibus esse voraci.
His ita dimotis stat sola Venetica classis.
Robertus genitique sui, dum stare fugatis
Graecorum ratibus solas videre triremes,
Invasere suis cum navibus acriter illas;
Tamque fuit vehemens impulsus et impetus harum,
Ut septem mersis non posse Venetica classis
Elabi speret. Solis sed stare duabus
Navibus ad bellum nil profuit; hostibus omnes
Cedere coguntur; solito dux more triumphat.
Classe triumphata secum duo milia victor
Ad portum ducit de pugnatoribus istis,
Qui magis obstiterant, quorumque audacia maior.
Praeter eos alios quingentos annumeravit,
Qui capti fuerant. Septem, fugientibus Argis,
Argolicae naves sunt hoc certamine captae [50]
Qui castrum Corifi servare fideliter illi
Solliciti fuerant, solvuntur ab obsidione,
Quam passi fuerant, dux dum metuendus abesset.
Exin victrices et victas ducere naves
Procurat, tutis stationibus ut locet illas
Temporis hiberni dux incumbente pruina.
1084 Has ratione sagax Cliceum ducit ad amnem [51];
1085.

a) triremis *c.* b) rachium *c.*

49) Mense Novembri prope Cassiopem, Corcyrae oppidum, Robertum cum Venetis pugnam navalem conseruisse refert Romualdus Salern. Mur. VII, 175. a. 1085, quod optime in eos *binos menses* quadrare videtur, quibus dux, teste Nostro, bellum differre coactus sit. Attamen Anon. Bar. obstat, qui dicit: *In mense Iunarii commisit bellum cum ipsi Benetici et vicit.* Cf. Anna VI, 5. 50) Tres pugnas navales, quas Anna VI, 5. memorat, Wilhelmum in unam conflasse, iam observavit Wilken Res gest. Comn. p. 216. 51) Idem est atque Γλυκὺς ποταμός Annae IV, 3 sq., in cuius ostio sita erat urbs Iericho i. e. Oricus veterum.

Naves et nautas ibi collocat, et remorari, Latinus Bar.
Dum placidae redeant aestatis tempora, iussit.
Ipse suos equites hiemali tempore secum
Bundiciam ducit, mansurus ibique moratur.
Gliceo populum fuerat qui proximus amni,
Asperior solito languere pruina coegit. Anna IV, 3.
Frigoris atque famis pars maxima passa labores
Interit, et tantae crescunt incommoda pestis,
Ut prius exactus mensis quam tertius esset,
Sint praeventa decem quasi milia morte virorum.
Nec reliquus tantae necis est exercitus expers;
Namque brevi morbus communi clade peremit
Quingentos equites, necnon innobile[a] vulgus
Magna parte ruit; nec eques nec nauta nec ullus
Vir valet instantis leti vitare ruinam.
Nulla tamen frangunt ducis infortunia mentem;
Fortis et in casus manet imperterritus omnes.
Filius aegrotans poscit Buamundus, ut ipsum
Italiae remeare pater permittat ad horas,
Quae medicis multis medicaminibusque redundat:
Ille licet nolens consentit abire volenti,
Tam clarae sobolis cupiens reparare salutem.
Danda recessuro dedit. Hoc abeunte Rogerum
Iussit adire suo cum milite Chephaloniam[52], 52
Ut, tanta fuerat quae tempestate rebellis,
Victa refrenetur. Haec insula dum capietur,
Undique terrendas Graecorum noverat[b] urbes.
Iussa patris sequitur iussamque Rogerus ad urbem
Cum ducis agminibus properavit et obsidet illam.
Dux repetit positas Gliceo flumine naves, Latinus Bar.
Et studet inclusas abducere, non minus undis Anna IV, 3.
Quam terris avidus Graecos domitare tumaces.
Bella parare ferox et equis et classe laborat,
Navibus abductis turbetur ut insula quaeque,
Conferat[c] et fisco ducis imperiale tributum.
Temporis aestivi reditu defecit aquarum 1085.
Copia, nec tantis iam defluit alveus undis,
Ut fluvio nautae valeant deducere naves.
Dux, qui difficilem facilem facit arte laborem,
Dum fluvium solitis cognovit egere fluentis —
Namque meatus aquae brevis arta fauce fluebat —
Multos afferri palos et ab amnis utraque
Margine configi connexos vimine iussit,
Et multis multa praecisis arbore ramis
Composuit crates, et arenis desuper implet.
Sic aqua lascive dispersa refertur in unum.
Alveus altior hinc coepitque capacior esse;
Cogitur unde viam praebere meabilis unda
Navibus, illaesaeque maris revehuntur ad undas.
Vir venerabilis hoc in tempore papa Salerni
Gregorius moritur, quem nec persona nec auri Mai. 25.
Umquam flexit amor; iustum servare rigorem
Semper proposuit; non cor dare laeta valebant
Absque modo laetum, nec tristia reddere moestum.

a) *ita correxi*; inmobile *c.* immobile *Leibn.* b) ferat *c.* c) confert *c.*

52) V. Lup. 1085; Anna VI, 6.

Solator moesti, lucis via, doctor honesti,
Legibus arcebat tumidos, humilesque fovebat.
Terror iniquorum, clipeus fuit ille proborum,
Atque salutiferi spargendo semina verbi,
Numquam cessavit populum revocare fidelem
A vitiis ad eos quibus itur ad aethera mores;
Vitaque doctrinae non discordare solebat.
Non fuit instabilis vel arundineae levitatis.
Dux non se lacrimis audita forte coercet
Morte viri tanti; non mors patris amplius illum
Cogeret ad lacrimas, non filius ipse, nec uxor,
Extremos etsi casus utriusque videret.
Magnus erat de morte dolor, quia magnus amoris,
Vivere dum licuit, nexus coniunxerat illos.
Alter ab alterius nunquam discessit amore
Firmatae quondam post mutua foedera pacis.
Aecclesia sancti Mathaei papa sepultus
Nobilitat tanti thesauro corporis urbem.
Hanc, quia translatus Mathaeus apostolus alti
Nominis esse facit, meritumque vicarius iste
Auget ibi positus, prae cunctis urbibus unam
Dux elegisset, sibi vivere si licuisset.
Verum Gregorii post mortem praesulis illi
Ad loca non licuit Latii dimissa redire.

Latinus Bar.

Continuis huius soboles generosa Rogerus
Perterrere minis non cessat Cephaloniam.
Insula Roberto proponitur esse petenda,
Ad quam missus erat capiendam filius eius.
Navim conscendens, quam castra revisere possit,

Anon VI, 6.

Febre prius capitur. Flagrare Canicula fervens
Coeperat; aestiva cuius saevissimus ardor

Latinus Bar.

Tempestate solet mortalibus esse nocivus.
Uxor ab Italia non multo venerat ante,

Anon VI, 6.

Et castris aderat, dum nati castra revisit
Dux, quibus exierat populo cum classe relicto.
Haec ubi Robertum cognovit febricitare,
In quo tota sui sita spes erat, utpote tanto
Coniuge, discissis flens vestibus, acceleratis
Cursibus accessit; quae defecisse maritum
Extremosque videns casus instare propinquos,
Ungue genas lanians, impexos scisa capillos,
Proh dolor! exclamat, *quid inibo miserrima, vel quo*
Infelix potero discedere? Nonne Pelasgi
Audita me morte tui natumque tuumque
Invadent[a] *populum, quorum tu gloria solus,*
Spes et robur eras, tua quos praesentia fovit;
Extremis positus[b] *quia te praesente tuorum*
Hostis nemo minas, congressus nemo timebat,
Pluribus et quamvis acies adversa catervis
Obsita non paucis, tua quos animatio tutos
Fecerat, audebant committere bella, nec umquam
Te viso potuit mundana resistere virtus,
Filius ecce lupis similtur rapiendus et uxor
Et populus, numquam sine te securus hab
Te quia, qui populi fueras[c] *audacia nostri,*

a) invadet *c.* b) positos *c.* c) fuerat *c.*

Amisso populus non audax esse valebit. 1085.
Quodlibet ignavum poterit praecellere vulgus.
Impia mors, homini, quo[a] tot pereunte perhibunt,
Parce precor; precibus quae cumdescendere nescis,
Exspecta saltim dum nos ad nostra reducat,
Ut locus excipiat nos post sua funera tutus.
Ah miseram! frustra precor hanc, ingrata precanti
Cum semper fuerit nullique pepercerit umquam.
Nec minus et flenti flens cum genitrice Rogerus,
Magnos cum gemitu clamores tollit ad astra,
Se prius orbatum lacrimans patre, quam vel habendi
Parta, vel ad plenum sit gnarus habenda parandi,
Sectarique sciat virtutis facta paternae.
Astantis populi lacrimas quis lumine sicco
Inspiceret? quis tam patiens, tam ferreus esset,
Ut non moestitiam tot passis compateretur?
Inter tot lacrimas cum corpore sanguine Christi
Accepto, moriens vita spoliatur amica:
Sic et in exilio robusti[b] principis artus Iul. 16.
Spiritus exutos dimittit et exanimatur,
Qui fortes animos aliis inferre solebat,
Se praesente suis nil passus adesse timoris.
Non remanere viri Graecorum partibus uxor
Corpus passa, suis conatur reddere terris.
Quamque magis celerem cognoverat esse galeram
Scandit; ibi posito Roberti corpore transit,
Mortuus ut rediens Latio solatia praestet,
Cui non fas vivo fuit ad sua regna reverti.
Castra Rogerus adit patris, interitusque paterni
Notitia populum communicat anxius omnem,
Consiliumque petit. Privandum namque fatetur,
Ni redeat propere, se iuris honore paterni,
Haeredem cuius pater hunc indixerat esse.
Illi promittunt omnes, se corde fideli Lolinus Bar.
Sicut servierant patri, servire paratos,
Sitque coadiutor[c] transgressibus aequoris illis,
Unanimes rogitant. Populo favet ille roganti.
Se tamen expectet, dum Cephalonia petatur
Insula, qua socios dimiserat, obsecrat omnes;
Et *Nullius*, ait, *fidei me iure vocare*
Deberet populus dimissus[d] in obsidione,
Abscedens eius si castra revisere nollem,
Et patris interitum, quem vobis notificavi.
Discessumque meum non illis notificarem.
His dictis ad castra suae redit obsidionis,
Defunctumque patrem se velle reddere[e] pandit.
Acturos referunt se quisque, quod egerit ille
Obsequiique sui coeptis desistere nolle,
Si condigna tamen sibi convenientia detur.
Taliter amoto sua castra petente Rogero,
Gens aliis castris tanto remorata pavore
Concutitur, quod se nullatenus emerituram
Elapsum speret, quasi vita salusque negetur.
Omnes si Danai, gens Persica, gens Agarena
Hos invasissent, et ab omni climate mundi

a) quot *c.* b) rob'ti *c. quod ettam* Roberti *legi posset.* c) quoadiutor *c.* d) dimisis *c.* e) recedere *edit.*

Latinus Bar.

Affluere[a] populus, peteretque armatus inhermes:
Non illa hac formido foret formidine maior.
Mors unius erat multorum causa pavoris.
Innumeras gentes, duce qui vivente solebant
Vincere, defuncto paucis obstare timerent.
Milibus esse decem sic saepe valentior unus
Atque fugare viri duo milia mille probantur.
Hostis ne subeat, maiori classe cremata
Territa gens studuit naves servare minores,
Aequor ut Adriacum transvecta pavore levetur.
Tantus erat terror. Nec opes nec pallia curant;
Omnia postponunt, et corpora sola carinis
Supplicibus precibus poscunt inducere nautas;
Atque licet naves a terra longius essent,
Pars conscendit equos, ut perveniatur ad illas,
Dimissis et equis imponunt corpora tantum,
Pars natat, ut nando valeat conscendere navem;
Pars tamen illorum maior, quia non remeare
Navibus evaluit, remanens se mancipat Argis,
Quique timebantur, timidi servire Pelasgis
Incipiunt, animi pulsa feritate ferocis.

Anna VI, 6.

Iamque rates fuerant secus Appula litora ductae,
Tempestas tumidum quatit intolerabilis aequor.
Naufragium passi quam plures sunt ibi nautae;
Pars hominum cum classe perit; fractaque procellis,
Qua fuerat corpus transvectum nobile, navi,
In mare delapsum non absque labore cadaver
Extrahitur. Foetor ne prodeat inde nocivus,
Viscera corque ducis subhumari iussit Idronti[53]
Praedita consiliis semper prudentibus uxor,
Et multo reliquum condivit aromate corpus.
Hinc deportari Venusinam fecit ad urbem,
Qua fuerant fratrum constructa sepulchra priorum,
Hos prope cum magno dux est subhumatus honore.
Urbs Venusina nitet tantis decorata sepulchris.
A Caroli Magni vel tempore Caesaris umquam
Nullos terra pares produxit fratribus istis.
Hic subhumatorum fabricata iussibus horum
Ecclesia, cuius decor urbis praenitet[b] huius.
Det veniae munus rex illis[c] trinus et unus.

EXPLICIT LIBER QUINTUS[d].

a) *ita tam coniecit Muratori*; affluen et *Letin. et Carus.*; *in cod. S. Michaelis horum versuum initia sunt delela.* BETHM.
b) penitet *c.* c) illi *editi.* d) *hic desinit codex, editiones addunt adhuc:*

Nostra, Rogere, tibi cognoscis carmina scribi.
Mente tibi laeta studuit parere poeta:
Semper et auctores hilares meruere datores,
Tu duce Romano dux dignior Octaviano,
Sis mihi, queseo, boni spes, ut fuit ille Maroni.

53) Consentit Chron. breve Nortm. a. 1085.

GENEALOGIA
COMITUM BULONIENSIUM.

ED. L. C. BETHMANN.

Carolingicae domus genealogia primis temporib. ultra Ansbertum non ascendit. Sed postquam regnum adepti sunt Carolingi, non defuerunt qui eos per Blithildem a Merovingis deducerent, scilicet ut legitimo hereditati iure possidere viderentur id quod revera per vim tantum atque assensu populi possidebant regnum. Huiusmodi sunt genealogiae infra p. 296 *et SS. II,* 308 *propositae. Eorum vero qui hac stirpe a regno Francorum deiecta, per Karolum ducem ex illa processerunt genealogiam complures exhibent codices; qui quamvis multum inter se differant, ad unam tamen omnes reduci possunt*

A. formam primariam, anno fere 1096 *conditam, quae a Priamo usque ad Godefridum Bullonensem descendit. Eam continet*

1) *codex Bruxellensis n.* 9823 *saec. XII, olim Pamelii, tum soc. Iesu Brugensis, exhibens Roberti et Fulcheri historias descriptionem Terrae sanctae, catalogos epp. Hieros. regum, paparum, decriptionem sanctuarii Lateranensis, miraculum in Saxonia, septem mir. mundi, genealogiam regum Francorum, carmen de Mahumeth, genealogiam nostram.*

2) *Vaticanus Christinae n.* 236. *post Hildeberti epistolas genealogiam habet, quae fortasse eiusdem generis est.*

B. Secundae familiae codices dicimus, qui eidem notitiam Quomodo disiunctum sit regnum Francorum a genealogia Karoli Magni *subiecerunt; scilicet*

1) *Marchianensis, iam Duacensis n.* 838 *s. XII, de quo cf. Pertz Archiv VIII,* 430. *eadem fere continens, quae A*1 *et B*4.

2) *Bruxellensis n.* 9837 *s. XII. post Bedae chronicon.*

3) *Vaticanus Christinae n.* 596 *s. XII. post catalogum pontificum.*

4) *Vaticanus Christinae n.* 712. *membr. continens Roberti et Fulcheri historias, R. descriptionem Terrae sanctae, catalogos epp. Hieros., descriptionem sanctuarii Lateranensis, catalogum pontificum, hanc genealogiam, descriptionem sanctuarii Constantinopolitani, lamentum de Carolo Flandrensi.*

5) *Vaticanus Christ. n.* 637 *chartac. s. XVII continens Einhardi vitam Karoli, Vitam Ludowici, hanc genealogiam.*

6) *S. Medardi Suessionensis, multum interpolatus et ad a.* 1241 *deductus, quem edidit Dachery Spic. II,* 493.

C. Tertiae familiae est qui a Karolo Calvo incipit et in Eustachio desinit codex S. Quintini, dein Pamelii, tum soc. Iesu Brugensis, iam Bruxellensis,

a. 1227 *per Petrum monachum exaratus, post Hugonem Floriacensem, cf. Pertz Archiv VII*, 531. *ex quo eam ediderunt Miraeus* dipl. Belg. *I*, 363. *Le Roy* Balduinus Avesnensis *p.* 2. *Butkens* trophées *I*, preuves 5.

D. Quartae familiae codices a Karolo Magno eam incipiunt et ad Balduinum sextum sive ad annum fere 1172 *deducunt*

1) *Aureaevallensis, iam Luxemburgensis n.* 22, *de quo cf. Archiv VIII*, 593. *continens Freculfum, Iohannem de rege et septem sapientibus, Turpinum, genealogiam nostram.*

2) *Lobiensis quem edidit Martene thes. III*, 1431 *et inde Brial XIII*, 585.

3) *Parisiense saeculi XVII apographum inter Baluzianos arm. II. p.* 1. *n.* 3.

L. C. BETHMANN.

HAEC EST GENEALOGIA REGIS KAROLI, QUI VOCATUS EST MAGNUS, DE CUIUS PROSAPIA ORTUS EST REX GODEFRIDUS EIUSQUE FRATER REX BALDUINUS[a].

Priamus genuit Faramundum. Faramundus genuit Clodionem. Clodio quia sine filio fuit, successit ei in regno nepos eius Merovecus. Merovecus genuit Hildricum. Hildricus genuit Clodoveum, quem sanctus Remigius baptizavit, et in baptismate mutato nomine vocatus est Ludovicus. Ludovicus genuit Lotharium et fratres eius. Lotharius genuit Hilpericum et fratres eius. Hilpericus genuit Lotharium magnum ex Fredegunde. Lotharius genuit Dagobertum et Blihildem sororem eius[b]. Dagobertus genuit Clodoveum et Sigebertum. Clodoveus genuit Lotharium Hildricum et Theodericum. Theodericus genuit Clodoveum et Hildebertum. Hildebertus genuit Dagobertum iuniorem. Dagobertus iunior genuit Lotharium. Hic Lotharius septem etate mensium apud villam regiam que Kala dicitur, ad nutriendum committitur, et maiores domus Ragemfridus atque Hilpericus regnum invadunt. Blihildis vero soror Dagoberti senioris genuit Arnoldum ex Ansberto illustri viro. Arnoldus genuit Arnulfum, post Metensem episcopum. Arnulfus dux, qui postea fuit episcopus, genuit Aystulfum Metensem episcopum et Qualchisum Clodulfum et Ansigisum. Ansigisus dux genuit Pipinum seniorem ex Begga filia Pipini maioris domus. Pipinus[c] senior et dux genuit Karolum Martellum. Karlus dux genuit Pipinum regem Parvum. Pipinus rex genuit Karolum Magnum regem[d]. Karolus Magnus genuit Ludovicum Piissimum augustum. Ludovicus genuit Lotharium Pipinum et Ludovicum ex Ermengarde, et Karolum Calvum ex Iudith. Karolus[e] Calvus genuit Ludovicum, de quo dictum est qui nichil fecit, quia post mortem patris duobus[f] tantum annis vixit. Ludovicus filius Karoli[g] genuit Karolum Simplicem et Karlemannum. Karolus vero Simplex ab Heriberto captus est. Qui Karolus ex Ogiva genuit Ludovicum. Ludovicus genuit Lotharium regem et Karolum ducem ex Gerberga. Lotharius rex genuit Ludovicum iuvenem[h], et Karolus dux, frater Lotharii regis, genuit Ermengardem et Gerbergam. Ermengardis genuit Albertum[1] comitem de Namuco. Albertus genuit Albertum

a) *ita A. B*3. Haec est prosapie, unde ortus est rex Karolus, qui vocatus est magnus *B*2. Incipit genealogia, de qua ortus est Carolus magnus rex Francorum et imperator Romanorum *B*6. b) *sequentia usque ad* Blihildis *desunt B*6. c) *multum interpolata leguntur in B*6. d) qui ad defendendas res aecclesiae ab Adriano I. papa Romae convocatus, ius et potestatem eligendi pontificis et ordinandi apostolicam sedem a supradicto papa et a 153 episcopis religiosis et abbatibus inibi ad concilium congregatis accepit; insuper dignitatem patricistus ei concessit, archiepiscopos, episcopos per singulas provincias etiam ab eo investituram accipere definivit; et ut nisi a rege laudetur et inventiatur, episcopus a nemine consecretur; et eum qui contra hoc decretum esset, anathematis vinculo innodavit. Postea vero a Leone III papa, successore prefati Adriani, Karolus rex unctus est in imperatorem in ecclesia beati Petri, die natalis Domini, qui *addunt A. Ceterum hic incipiunt D, praecedentibus omissis.* e) *hic incipit C.* f) *ita B*6. quatuor *C.* Ludov. q. n. f. q. quatuor tantum *B*7. Ludovicum Balbum qui duobus annis regnans interiit *D*2. Ludovicus Balbus *D*2. g) *ita correxi; f.* Ludovici *B*1. 8. *C.* h) i. Ludovicus iuvenis rex obiit, et successit in regno avunculus eius, scilicet Karolus dux, frater Lotharii. Sed impediente Hugone Chapet duce Francorum non fuit inunctus in regem; sed praedictus Hugo ipsum predictum Carolum captum expulit a regno, sicut superius scriptum est. *addit B*6.

1) Alii Rathodum seu Robertum II hic inserunt tanquam filium Ermengardis atque patrem Alberti. Cum nostro facit genealogia Mettensis.

qui nunc est[a.2], et fratrem eius Henricum comitem de Durboio[3]. Gerberga vero soror Ermengardis genuit[4] Henricum seniorem de Bursella. Henricus senior genuit[5] Lambertum comitem et Henricum fratrem eius et Mathildem sororem eorum. Hanc Mathildem duxit uxorem comes Eustachius de Bolonia, et genuit ex ea duos filios, Eustachium et Lantbertum. Eustachius vero accepit uxorem filiam Godefridi[6] ducis, Idam nomine, nobilem genere et moribus, et genuit ex ea tres filios, Eustachium[b] et Godefridum qui nunc est dux Lotharingiae[c.7] et Balduinum[d].

D addunt:

Eustachius, frater Balduini regis Iherusalem, duxit Mariam filiam regis Scotiae, et genuit Mathildem. Mathildis nupta Stephano, filio Stephani Blesensis comitis, genuit Mariam abbatissam. Cumque defecissent in Bolonia legitimi heredes, Matheus filius Theoderici comitis Flandrensis, licet illicite, duxit abbatissam, et suscitavit semen hereditarium duas filias generando, et remisit eam ad locum suum. Albertus autem[8] de Namurco genuit Godefridum et Henricum comitem de Rupe[9], patrem Mathildis quae genuit Iacobum Avesnensem[10]. Godefridus autem frater eius Henricum comitem Namurcensem, qui caruit liberis[11], et sororem eius Alithiam[12], quae nupta Hainoensi comiti Balduino[13], genuit Balduinum, qui duxit[14] Margaretam filiam Theoderici Flandrensis comitis, et genuit filium equivocum sibi[c.15].

a) *ita B6.* qui nunc mortuus est *C.* qui n. e. *desunt B1.* 3. *D2.* et *f.* e. H. c. d. D. *desunt B6. et C. qui eorum loco habet:* a quo procreati sunt quatuor filii, Fredericus prepositus sancti Lamberti, Godefridus, Henricus et Albricus. b) comitem Bolonise *addit B1.* c) *ita B6.* God. ducem nunc Loth. *C. et fortasse B2.* q. u. e. d. L. *desunt A. B. D.* d) reges Iherosolimae *addunt A. B1.* 3. *C. procul dubio in codice originario alia manu additum fuerat. Totum locum B6. ita habet:* et genuit ex ea quatuor filios, Guillermum, Godefridum q. n. e. d. L, Balduinum et Eustachium. Godefridus vero et Balduinus fuerunt reges Iherosolimorum. Eustachius vero genuit filiam nomine Matildem, quam postea duxit in uxorem Stephanus rex Anglorum — *Posthaec B. addunt:* Qui vero voluerit agnoscere, quomodo disiunctum sit regnum Francorum a genealogia Karoli Magni, hinc poterit agnoscere *et cet. quae brevissima, ad Gallicam tantum historiam faciunt. Atque B1. desinit in vocibus* Ludovicum. Iste est de progenie Karoli Magni; *B2. in* Philippus genuit Ludovicum; *B3. in:* Philippus genuit Ludovicum, Ludovicus genuit Ludovicum, Ludovicus genuit Philippum, *quibus alius adscripsit:* Philippus genuit Ludovicum, Ludovicus genuit Ludovicum bonum, Ludovicus Philippum. *B5. in:* per eam Pictavos possedit omnemque Aquitaniam; *B6. autem usque ad* Dagobertus iam defuncti erant, *anni* 1241. — *Horum omnium loco D. post* Godefridum et Balduinum *continuo pergunt ita, ut supra expressimus.* e) *Posthaec D1. 2. repetunt nomina sola* Karolus magnus. Ludovicus augustus — Maria abbatissa, *prout edidit Martene p.* 1432. *Quae omisimus, quippe nullius prorsus pretii.*

2) tertius, qui obiit c. 1105. 3) *Durbui,* in duc. Luxemburg. 4) de Lamberto Barbato, comite Lovaniensi, qui obiit a. 1015. 5) Falsum. Henricus senior non pater fuit Lamberti atque Mathildis, sed frater. 6) quarti, seu Barbati, ducis Lotharingiae. 7) obiit d. 18. Iul. 1100. 8) tertius. 9) *La Roche, en Ardennes.* 10) occisum a. 1192. 11) masculis; filias enim habuit duas. 12) Aliciam seu Adeliciam, Adeleidem. 13) quarto. 14) a. 1160. 15) Balduinum VI, natum a. 1171.

GENEALOGIAE
COMITUM FLANDRIAE

ED. L. C. BETHMANN.

I. WITGERI GENEALOGIA ARNULFI COMITIS.

Genealogiae comitum Flandrensium quas novimus omnes ortae sunt apud Sanctum Bertinum atque in eius viciniis. Antiquissima inter eas est quam 1 *intra annos* 951 *et* 959[1] *condidit Witgerus presbyter, Compendii ut videtur degens. Exscripsimus eam ex codice autographo olim Bertiniano, iam civitatis Audomarensis n.* 776[2], *ubi inter plures membranas variis temporibus scriptas atque ante haec duo modo saecula in unum volumen ligatas haec tria extant folia, ipsius Witgeri manu exarata medio saeculo decimo, formae quadratae, versibus distincta qui singuli singula littera rubra praenotantur; quam distinctionem nos quoque retinuimus. Ex hoc codice fluxit apographum recens saeculi XII. bibliothecae Ambianensis n.* 498, *olim* 356. *Edidit primus A. Hermand in* Mémoires de la société des Antiquaires de la Morinie t. II. *deinde alteram partem Warnkönig apud De Smet* Corpus chronicorum Flandriae. Brux. 1837. 4° I, 42. *atque iterum in* Flandrische Rechtsgeschichte III, 197.

HIC[a] INCIPIT GENEALOGIA NOBILISSIMORUM FRANCORUM YMPERATORUM ET REGUM DICTATA A KAROLO REGE CONPENDIENSIS LOCI RESTAURATORE POST BINA INCENDIA.

✠ Ansbertus nobilissimus genuit Arnoldum ex Blitchildi filia Clotharii regis Francorum, et Feriolum et Modericum et Tarsiciam.

Arnoldus genuit Arnulfum. Arnulfus genuit Flodulfum, Walchisum et Anschisum.

Walchisus genuit Wandregisilum confessorem Domini.

Anschisus dux genuit Pipinum seniorem.

Pipinus senior et dux genuit Karolum seniorem.

3 Karolus senior et dux genuit Pipinum[3], Karlomannum, Griphonem et Bernardum ex regina; Remigium et Geronimum ex concubina.

Pipinus rex genuit Karolum et Karlomannum et Gislam ex Bertrada regina.

Karolus ymperator genuit Karolum Hludovicum et Pipinum, Rotrudim et Bertam ex Hildegardi regina, Drogonem et Hugonem et Rothaidim ex concubina.

a) hic *abscisum tam restituit Hermand.*

1) anno enim 951. Balduinus uxorem duxit Mathildem, quam noster memorat; a. 959. mater eius Adela obiit; qua adhuc superstite verba *rideat genitor ac genitrix filios* scripta fuisse apparet. 2) cf. Pertz Archiv VIII, 419. 3) hucusque omnia desumpta sunt ex genealogia Fontanellensi apud Pertz SS. II, 308.

Hludovicus ymperator genuit Hlotharium Pipinum et Hludovicum Rotrudim et Hildegardim ex Yrmingardi regina, Karolum et Gislam ex Iudith ymperatrice.

Hlotharius ymperator genuit Hludovicum Hlotharium [a] et Karolum ex Hirmingardi regina.

Hludovicus rex genuit Karlomannum Hludovicum et Karolum ex Emma regina.

Karlomannus rex genuit Arnulfum regem.

Arnulfus rex genuit Hlodovicum ex Oda regina, Sendeboldum vero ex concubina.

Karolus imperator genuit ex Hyrmentrudi regina quattuor filios et totidem filias, id est Hludovicum Karolum Karlomannum et Hlotharium ✠ Iudith ∵ quoque et Hildegardim, Hirmintrudim et Gislam. ∵ de Iudith in prima pagina latius invenies [b].

Hlodovicus rex genuit Hludovicum et Karlomannum et Hildegardim ex Ansgardi vocata regina, Karolum quoque postumum et Irmintrudim ex Adelheidi regina.

Karolus rex genuit ex Frederuna regina Hyrmintrudim, Frederunam, Adelheidim, Gislam, Rotrudim et Hildegardim; ex concubina vero Arnulfum, Drogonem, Roriconem et Alpaidim. Denique vero defuncta Frederuna regina, sibi sotiavit alteram in coniugium reginam nomine Otgivam, ex qua genuit filium eliganti forma Hludovicum nomine. Et postea ex regina Gerberga Hlotharium Karolum [c] Ludovicum et Mathildim ∵

HIC INCIPIT SANCTA PROSAPIA DOMNI ARNULFI COMITIS GLORIOSISSIMI ✠ FILIIQUE EIUS BALDUINI QUOS DOMINUS IN HOC SECULO DIGNETUR PROTEGERE.

Quam Iudith prudentissimam ac spetiosam sociavit sibi Balduinus comes fortissimus in ma- 863.
trimonii coniugium.

Ex qua genuit filium, inponens ei nomen sibi equivocum, videlicet Balduinum.

Qui Balduinus accepta uxore de nobilissima progenie regum ultramarinorum, sumpsit ex ea duos bonae indolis filios, quorum unum vocavit Arnulfum, fratrem vero eius Adelulfum.

Qui ultimus permittente Deo ab huius seculi sarcina ereptus, in monasterio sancti Bertini 933.
Christi confessoris noscitur esse sepultus.

Si autem prolixioris temporis in hoc viveret spatio, gaudium permaximum suis foret et fortitudo.

Domnus vero Arnulfus comes venerabilissimus atque domino Iesu Christo amantissimus, prudentia eximius, consilio pollens, omni bonitate fulgens, ecclesiarum Dei perfectissimus reparator, viduarum orfanorum ac pupillorum piissimus consolator, omnibus in necessitate auxilium ab eo petentibus clementissimus dispensator [d].

Quid amplius? si centum ora linguasque quis haberet, eius benefitiorum dona nequaquam enarrare valeret.

Verum quia de millenis eius bonitatibus nullo modo sufficienter loqui valemus, pauca de plurimis dicemus.

Est namque monasterium in Conpendio palatio, in honore sanctae Dei genitricis Mariae dicatum, quod multis donariis ab eo est honoratum, videlicet in auro et argento et palliis.

Clericis vero inibi Domino servientibus nummorum copiam sepe distribuit largissimam.

Lectum nempe sanctorum Christi testium Cornelii ac Cypriani purissimo argento ab eo pondere decem librarum novimus esse decoratum.

Signum nobilissimum quod alio nomine campana dicitur, eidem sancto loco contulit. Non mirandum,

Quia vero iamdictus locus ab attavo suo ymperatore Karolo, qui Calvus dicebatur, mirifico opere omnino est fundatus.

Ipse namque iam predictus comes venerabilis Arnulfus accepit coniugem nomine Adelam, 934.
domni Heriberti comitis filiam [e] atque duorum Francorum regum, Odonis scilicet [f] atque Rotberti, neptem [g].

a) tharium *abscisum in cod.* b) *haec in margine scripsit Wilgerus, atramento nigriore quam reliqua, eodem quo crucem et totam prosapiam Arnulfi.* c) Karol *abscisum, alia manus plane aequalis in inferiore margine steravit verba:* Et postea ex regina Gerberga, Hlotharium, Ludovicum, et Mathildim, *unde apparet, codicem iam paulo post quam exaratus fuit, ita mutilatum esse, ut nunc est. Ceterum constat, haec omnia inde ab* Et postea *ad Ludovicum Ultramarinum pertinere, Karoli filium, Gerbergae maritum, qui obiit a.* 954. *Pater eius Karolus Simplex obiit a.* 929. d) nostar *abscisum* *supplevit Hermand.* e) comitis fi *abscisum.* f) scilic *abscisum.*

4) Le silence de notre auteur sur la prétendue guérison miraculeuse de la comtesse Adèle dans

Ex qua, Deo protegente, genuit filium eligantis formae nomine Balduinum, vultu decorum, Deo dilectum suisque fidelibus per omnia carum, comitem nobilissimum, exemplo patris ecclesiarum Dei amatorem, humilem, mansuetum, pium, modestum, benignum, sobrium, insuper etiam omni bonitate repletum.

951. Qui ad legitimam perveniens etatem, Deo concedente ac patris voluntate accepit coniugem nobilitati suae condignam nomine Mathildim, filiam nobilissimi principis vocabulo Herimanni.

Ex quibus, gratia superna largiente, videat precipuus genitor eius ac genitrix filios filiorum, si Deo libitum fuerit, usque in tertiam et quartam generationem, concessa sibi corporis sanitate ac omni incolumitate universorumque criminum absolutione, nunc hic et in seculorum tempore. Amen.

Utinam hoc fiat omnipotente Deo patre de celis miserante. Amen. Utinam hoc fiat domino Iesu Christo filio eius domino nostro concedente. Amen. Utinam hoc fiat superna gratia Spiritus sancti paracliti a Patre et Filio procedentis largiente. Amen Amen Amen.

Presbiter hoc obtat Witgerus nomine dictus[a],
Ut comiti dicto sit salus tempore longo.
Amen Amen Amen Amen Amen Amen Amen Amen.

Quicumque hanc perlegerint venerabilem genealogiam domni Arnulfi nominatissimi huius seculi principis filiique eius Balduini nobilissimi, orent pro eis sofotenus et dicant clamentque puro corde: Oratio pro domno Arnulfo atque eius filio Balduino. Deus omnipotens fortis dominator pius et clemens, rex regum et dominus dominantium, salvet domnum Arnulfum comitem gloriosissimum, eiusque filium Deo dilectum nomine Balduinum. Regat, tueatur, protegat atque defendat, custodiat et sublevet, exaltet et confortet, muniat ac corroboret omnibus diebus vitae eorum in hoc presenti seculo. Post longevam istius seculi vitam, omnium sanctorum intervenientibus meritis, pervenire mereantur ad gloriam paradisi, ipso donante a quo sunt conditi. Amen Amen Amen Amen Amen Amen Amen.

II. DE ARNULFO COMITE.

Vir admodum reverendus Franciscus Vandeputte abbas in Annales de la société d'émulation de la Flandre occidentale I, 3, 228 *et* II, 3, 69. *primus edidit sequentem notulam, tergo diplomatis saeculo decimo confecti inscriptam alia manu saeculi ut ipsi videtur XI, per monachum ut ex fine apparet Blandiniensem. Eandem nos, ipso benignissime concedente, iterum huc sistimus.*

Arnulfus marchio magnus, qui dicebatur Contractus, ex Adela filia Hereberti comitis
962. Virmandorum filium genuit nomine Balduinum. Qui Balduinus ex Mathilde filium genuit Arnolfum minorem, et immatura morte praeventus morbo variolorum periit. Sed Arnulfus maior filium eiusdem Balduini, minorem scilicet Arnulfum, consanguineo suo Balduino cognomento Baldzoni nutriendum et custodiendum tradidit, eundemque Baldzonem regimini totius monarchiae, quousque minor Arnulfus cresceret, praefecit. Hic etenim Baldzo filius fuit Adalulfi, qui erat uterinus frater Arnulfi magni eundemque Baldzonem ex concubina genuit,
933. et per infortunium a subulco proprio in quadam silva occisus interiit. Tunc Arnulfus occisi fratris filium sibi in loco filii adoptavit, eumque postea custodem nutriciumque nepotis sui iunioris Arnulfi constituit. Hic est ille Balduinus cognomento Baldzo, qui ex propria hereditate villam Traslingehem cum appendiciis suis sancto Petro tradidit.

a) *ita supplevi;* lictus *abscisum, priore tantum parte litterae à relictâ.*

l'église de St. Bertin en 938. pourrait être regardé comme une espèce de démenti de ce fait, avancé par Iperius. Si ce miracle avait eu lieu, Witgerus qui fait un panégyrique d'Arnould, n'eut probablement pas manqué de le faire ressortir avec éclat; il aurait au moins ajouté aux louanges d'Arnould, que ce prince paraissait spécialement protégé de Dieu par la guérison de sa femme, à cause de ses libéralités envers les ministres de la religion. HERMAND. Hoc miraculum iam in codice Bertiniano, nunc Audomarensi n. 746. saec. XI. exeuntis, qui codex ultima pars est codicis Bononiensis n. 113, narratum legitur sub titulo: *Eremboldi monachi descriptio ingressus Athelae, quae lingua Theutonica interpretata dicitur Nobilissima, comitissae in Sithiu anno* 938, manu saeculi XI conscriptum.

III. GENEALOGIA COMITUM FLANDRIAE BERTINIANA.

Sub Roberto II. qui anno 1111. *obiit, condita fuit apud S. Bertinum ut videtur*[5] *genealogia, quae a pluribus continuata, et iam anno* 1120. *a Lamberto S. Audomari canonico excepta, sequentium omnium extitit fundamentum. Haec prima fuit, quae Lidricum Ingelramnum Audacrum primos fecit comites Flandrenses*[6]*, quum praecedentes a Balduino demum lineam ducerent. Codice primario quo Lambertus usus fuit deperdito, hi nobis praesto fuerunt:*

1) *Vedastinus iam deperditus, sed a Martenio descriptus, qui eum saeculi XI dicit. Hunc quoque adhibuit Lambertus.*

2) *Bertinianus, iam Boloniensis n.* 142. *fol. saeculi XIII exeuntis.*

3) *Marchianensis, iam Duacensis n.* 698. *eandem continet ultimo folio inscriptam manu s. XII, quae eam continuo calamo ad a.* 1127. *deduxit; tres aliae, quinque vicibus sibi succedentes, eam continuarunt.*

4) *Formosellensis, iam Bruxellensis n.* 8675. *annales continet iam tomo quinto a nobis editos, quorum margini alia manus saeculi XII hanc genealogiam apposuit, in verbis multum mutatam.*

5) *Leidensis bibl. publ. inter Latinos n.* 20. *mbr. fol. saeculi XII. Ibi in pagina vacua manus alia saeculi XIII in. eandem descripsit, et in verbis et vero in fine multa mutans, eamque continuo calamo continuans.*

5*) *Hoc ipsum exemplar Leidense pauculis quibusdam additis atque ademptis, iterum descriptum fuit et eodem calamo ad a.* 1279. *deductum in codice Divionensi n.* 322, *de quo cf. Pertz Archiv VII,* 353; *quem eundem codicem credo atque Cisterciensem, quo usus est Brial.*

Ediderunt eam Brial XIII, 417 *ex* 1. 5*. *De Smet Corpus chron. Fland. I,* 9 *ex* 2.

Lidricus[a] Harlebeccensis comes genuit Ingelrannum[b]. Ingelrannus genuit[c] Audacrum. Audacer genuit[c] Balduinum Ferreum, qui duxit filiam Karoli Calvi nomine Iudith[d.7]. Balduinus[e] Ferreus genuit Balduinum Calvum, qui duxit filiam Edgeri[f.8] regis Anglorum, nomine Elftrudem[g]. Balduinus Calvus genuit Arnulfum Magnum restauratorem Blandiniensis[h] cenobii, qui duxit filiam Heriberti Virmandorum comitis Adelam[i.9]. Arnulfus Magnus genuit[9]

a) Hildricus 1. b) Ingelramnum 2. *Lamb.* c) *decet* 2. 4. d) Iuditham 3. e) vero *addit* 1. Iudith de qua gen. 4. f) Etgeri 3. Aedgeri 4. g) Elferadem 1. Elferudem *Lamb.* Elftr. generans ex ipsa Arn. 4. h) Blandinii 2. 4. (*cui* cenobii *deest*) Gandensis 1. i) Adhelam *const.* 3. Athelam *Lamb.* q. d. f. H. V. c. A. *desunt* 4.

5) Hoc conicio ex verbis *apud S. Bertinum sepelitur* de Balduino, quum nullius alius comitis sepultura indicata sit. 6) Lidrici comitatus Flandrensis quam dubiae sit naturae, satis notum; testimonia saeculo undecimo antiquiora non extant. Annales tamen Blandinienses ante a. 1064. ex antiquioribus conscripti in Mon. SS. V, 20. haec habent: 836. *Lidricus comes obiit et Arlabeka sepelitur.* Porro in conventu Silvacensi anni 853, Mon. Legg. I. occurrunt *missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, comitatibus Engilramni*, qui non potest esse alius a filio Lidrici. At quem afferunt Engilramnum ex conventu Carisiaco anni 858 (ib. I, 458.), nil sane est cur hunc nostrum credere debeamus, non magis quam Ingelramnum comitem anno 870 (ib. 516) et anno 864 (SS. I, 378.) In his temporum angustiae forent indissolubiles; in Ingelranno nostro a. 853. adhuc degente non sunt. Quas chronologiae difficultates ut expedirent Vredius, Bylandt, Loys, alii, Audacrum nunquam extitisse, sed fuisse Balduini cognomen statuerunt. Sed in Annalibus Blandiniensibus Balduinus bis *filius Audacri* vocatur, a. 862 et 879. Num autem Audacer fuerit comes Flandriae, hoc satis dubium est, sicuti plura circa initia huius comitatus. Quid? quod sub anno 870, hoc est vivente Balduino Ferreo, Annales Vedastini conevi haec habent: *Praedicti fratres Karolum regem Francorum et Arnulfum comitem Flandrensem adeunt, et quid super hoc agendum sit, pariter consulunt. Karolus autem rex Francorum et Arnulfus consul Flandrensium convocatis episcopis et principibus suis* etc. 7) a. 863. Autissiodori. Balduinus obiit a. 879. 8) Falsum. Alfredi Magni filia fuit Elftrudis, quae obiit a. 929. 9) a. 934. Obiit Adela a. 959, Arnulfus 27. Martii 965.

962. Balduinum, qui iuvenis morbo variolae obiit et apud Sanctum Bertinum sepelitur[a]. Hic duxerat[10] filiam Herimanni ducis Saxonum Mathildem, ex qua genuit Arnulfum. Mathildis vidua relicta nupsit Godefrido duci de Enham[b], ex quo suscepit[c] tres filios[11], Gozelonem ducem, Godefridum, Hezelonem[d]. Arnulfus, filius eius ex priori marito Balduino[e], duxit filiam Berengeri[f] regis Langobardorum, Ruzelam[g] quae et Susanna[h], ex qua suscepit Balduinum Barbatum. Balduinus Barbatus duxit filiam[12] Gisleberti comitis[i] Odgivam, ex qua suscepit Balduinum Insulanum, qui duxit filiam Rodberti regis Francorum Adelam[13]. Balduinus Insulanus genuit

2. 3. 4.

Balduinum Hasnoniensem, et Rodbertum cognomento postea Iherosolimitanum, et Matildem uxorem Guillelmi regis Anglorum[k]. Balduinus ex Richelde[14] vidua Herimanni comitis Montensis duos suscepit filios, Arnulfum et Balduinum. Quorum altero occiso, altero per vim expulso, Rodbertus[l], qui ex vidua Florentii Frisionis comitis Gertrude Rodbertum aequivocum et fratrem eius Philippum susceperat, rerum potitur et regni heres efficitur[m]. Rodbertus Rodberti filius Clementiam[n], filiam Guillelmi nobilissimi comitis Burgundionum cognomento Testahardith duxit, de qua genuit
17 Balduinum et Guillelmum[o].[17]

1.

Balduinum, qui duxit viduam Hermanni comitis Montensis Richildem, ex qua genuit Balduinum et Arnulfum. Horum patruus Robertus duxit filiam Bernardi Saxonum comitis[15] Gertrudem, viduam Florentii comitis Fresonum, et cum ea eius tenuit regnum. Hic accepta a patre suo pecunia maxima sacramento Flandriam abdicavit[16], quam iure hereditario fratri suo Balduino eiusque successoribus concessit. In vita enim fratris Robertus siluit; sed post eius obitum traditorum auxilio Arnulfum nepotem suum comitem Flandriae apud Casel interfecit, regnumque eius dolo obtinuit. De praefata enim vidua Gertrude Philippum et Robertum comitem genuit. Robertus vero duxit Clementiam filiam Willelmi ducis[18] Burgundiae, ex qua genuit Willelmum et Balduinum comitem. Balduinus autem duxit filiam Alani Fregani comitis Britanniae[p].

CONTINUATIO MARCHIANENSIS.

Guillelmus ante patrem suum moritur. Balduino quoque sine herede defuncto, Karolus filius Cnutii regis Datiae ex filia prioris Roberti comitatum suscepit. Quo innocenter occiso,
1127. Guillelmus filius Rotberti comitis Normanniae *(abhinc alia manus coaevi)* comitatum optinuit. Post quem Theodericus dux Alsatie. Cui successit Philippus filius suus. *(abhinc alia manus s. XII. ex.)*
1191. Quo in transmarinis partibus defuncto, Balduinus comes Hainoensis comitatum suscepit. Cui filius eius equivocus non multo post in utroque successit comitatu. *(abhinc atramento alio manu eadem)* Iste Balduinus genuit ex coniuge sua duas filias, Iohannam et Margaretam, et postea abiit in
1204. terram Constantinopolitanam, et ibi rex et imperator coronatur. Qui postea in prelio captus, quo fine obierit, nescitur. Filia vero eius Iohanna obtinuit comitatum utrumque, et Hainoensem et Flandrensem. Que duxit maritum fratrem regis de Portigal, nomine Fernandum. *(atramentum iterum mutatur)* Contra quem rex Francorum Philippus bella movit et exercitum duxit in Flandriam, eumque ad pontem de Bovinnes in bello cepit; ubi ipse comes pene a suis

a) sepultus est 1. b) Enhiam 3. Heinam 2. Heinau 4. c) habens ex illo 4. d) G. et H. 1. 4. *Lamb.* e) *deest* 4. f) *deest* 1. *Lamb.* g) Rozelam 4. *Est Rosalia.* h) vocata fuit *addit* 2. R. nomen necnon et Susannam, ex qua genuit B. B. qui ducens f. G. c. genuit Balduinum Insulanum cuius mater dicta est Otgiva. Balduinus Insulanus ducens f. R. r. F. nomine A. genuit 4. i) de Lizelenborg *addit* 1. *Lamb.* k) Robertum Frisonem 4. *ubi* cogn. — Angl. *desunt.* l) quorum Arnulfo o. Balduino vero p. v. e. R. Frisio qui 4. m) susc. comitatus h. e. 3. n) ducens Clementiam 4. *qui hic desinit, ultima linea, sed una tantum, abscisa.* o) *ita* 2. *et Geneal. Bertiniana infra edenda.* Guillelmi comitis B. duxit de qua duos filios suscepit B. et G. 3. *Hic desinit* 2, *at* 3 *pergit continua manu*: Guillelmus ante patrem *etc.* p) *desinit* 1.

10) a. 951. Obiit 1. Ian. 962. Hermannum Billungum Mathildi patrem tribuunt etiam Witgerus supra editus atque Albericus ad a. 1005; genealogia S. Arnulfi minus recte eam facit filiam Conradi regis Burgundici. 11) quinque; omittit auctor Adalberonem et Fridericum. 12) sororem potius; filia fuit Friderici comitis Lotharingiae, atque obiit 21. Febr. 1030. Balduinus Barbatus obiit 30. Maii 1036. 13) a. 1026; obiit Adela a. 1071. 14) quam duxit a. 1051. 15) ducis potius. 16) Audenardae, a. 1063. cf. de hisce rebus Lamberti annales ad a. 1071. 17) et Philippum, qui ante patrem obiit. 18) comitis.

omnibus derelictus, viriliter dimicando diu restitit, et tandem vulneratus, captus est et apud Parisius cum aliis multis baronibus suis etiam captis ductus, ubi per 13 annos ab ipso rege detentus est. Postea *(desinit manus in fine paginae. Sequitur alia s. XIII. ex.)* Iohanna mortua, cum non haberet heredes, soror eius Margareta obtinuit comitatum utrumque. Que Margareta cum de duobus haberet liberos, ordinatum fuit ipsa vivente, ut post eius decessum Iohannes de Avennis, filius eius quem de primo viro susceperat, Hainonensem comitatum haberet, Flandrensi comitatu alterius viri heredibus remanente. Qua mortua, successerunt ei Iohannes filius Iohannis filii eius in comitatu Haynoiensi, et Guydo filius eius in comitatu Flandrensi. 1214. 1244. Dec. 5. 1280. Febr. 10.

CONTINUATIO LEIDENSIS ET DIVIONENSIS.

Lidricus[a] genuit Ingelrannum. Ingelrannus Odracum. Odracus Balduinum Ferreum, qui duxit uxorem Iudith, filiam Karoli Calvi regis Francorum, illa illum sequente. Balduinus Ferreus genuit Balduinum Calvum, qui duxit Heldradam filiam Otgeri regis Anglorum. Balduinus Calvus genuit Arnulfum Magnum, restauratorem Blandiniensis cenobii, qui duxit Adelam filiam Heriberti comitis Viromandorum[b]. Arnulfus Magnus genuit Balduinum, qui morbo variole ante obitum patris obiit et apud Sanctum Bertinum sepultus est. Hic duxit Matildem filiam Herimanni ducis Saxoniae, ex qua genuit Arnulfum Barbatum. Matildis relicta vidua nupsit Godefrido duci de Enham. Arnulfus Barbatus[c] duxit Susannam filiam Beringeri regis Langobardorum, et[d] genuit Balduinum Barbatum; qui duxit Ogivam filiam Gisalberti comitis, et postea filiam secundi Ricardi ducis Normannorum[e 19]. Balduinus Barbatus genuit Balduinum Insulanum, qui duxit, Adelam filiam Roberti regis Francorum. Balduinus Insulanus genuit Balduinum Hasnoniensem et Robertum Barbatum. Balduinus Hasnoniensis genuit Arnulfum et Balduinum ex Richelde. Post mortem Balduini Hasnoniensis comes fuit Arnulfus filius eius, quem occidit Robertus patruus eius facto bello apud Cassellum, licet Philippus rex Francorum partibus Arnulfi concesserit[f]; et expulit Balduinum fratrem eius cum matre, et duxit Gertrudem viduam, quae fuerat uxor Florentii comitis de Holanth[g], de qua genuit Robertum et Philippum. Post aliquot annos ivit in Ierusalem; unde post duos annos reversus et paucis annis quietam vitam ducens, obiit, et apud Cassellum in ecclesia beati Petri, quam ipse edificaverat, sepultus est. Robertus autem filius eius duxit[h] Clementiam, filiam Willelmi comitis Burgundiae, de qua genuit Balduinum et Willelmum. Roberto autem in Francia[i] defuncto et Attrebati sepulto, Balduinus filius eius suscepit comitatum Flandriae, Willelmo fratre suo iam defuncto. Balduino sine filiis mortuo et apud Sanctum Bertinum sepulto, successit Karolus filius amitae eius et Kanuti regis Danorum. Quo[k] interfecto 1127^mo^ anno Domini sine filiis, Guillelmus successit per biennium, cuius pater fuit Robertus, avus eius Guillelmus comes Normannorum et rex Anglorum[l], qui duxit Matildem, germanam Roberti Frisionis avique Balduini. Et hoc quoque interempto sine liberis[m], Theodericus filius ducis[n] Alsatie ex tertia amita Balduini comitatum suscepit. Hic duxit Sibillam filiam Fulconis comitis Andegavorum, ex qua genuit Philippum, Matheum, Petrum et tres[20] filias, quarum primogenita nupsit Amico comiti Intermontano[o 21].

1071. Febr. 22. 1093. Oct. 13. 1111. Oct. 5. 1119. 1128. 1134.

Cod. Divion. et Cisterc. addunt:

Tres itaque filias et unam germanam[22] habuit Robertus comes cognomento Frisio; quarum prima[23] nupsit Kanuto regi Danorum, quam postea habuit Rogerus dux Apulie; secunda[24] Philippo regi Francorum, de qua genuit Ludovicum regem; tercia[25] Theoderico comiti Alsatie, de qua genitus est comes Flandrie Theodericus, qui duxit Sibillam filiam Fulconis comitis Andegavensis, qui postea rex Ierusalem claruit; et genuit ex ea quattuor filios, Balduinum, Philippum, Matheum et Petrum. Balduino autem in pueritia mortuo, accepit comitatum Flandrie Philippus, comitatum Bolonie Matheus, preposituram Brugensem et Audomarensem Petrus. Philippo sine liberis mortuo, successit nepos eius ex sorore Balduinus comes de Hanonia, qui postea fuit imperator Constantinopolitanus. Iste moriens reliquit duas filias, Iohannam et Margaretam; quarum prima succedens in comitatu pro patre suo, nupsit Ferrando nepoti regis Portusgallorum ex filia; qui conspiratione facta cum Othone imperatore et

2 1191. 1211.

a) Hidricus 5. *errore rubricatoris.* Anno ab incarnatione Domini 793. 24° anno regni Karoli Magni regis Francorum, principabatur in Flandria L. qui genuit 5'. b) Hic Arnulfus acquisivit Atrebatum anno ab incarnatione Domini 932. *addit* 5'. c) iste 5'. *ubi* Matildis — Barbatus *desunt.* d) ex qua 5'. e) et — Norm. *desunt* 5'. f) faverit 5'. g) Hodanth 5. Hollandia 5. h) cui successit R. f. e. qui d. uxorem 5'. i) Frisia 5. Francia apud Meldum 5'. *quod rectum.* k) a suis apud Brugias *addit* 5'. l) R. qui fuit filius Willelmi nothi ducis N. et regis A. 5'. m) apud castrum quod dicitur Alost *addit* 5'. n) comitis 5'. o) *hic desinit* 5. Hic duxit — Intermontano *desunt* 5'. *qui eorum loco habet* Tres itaque filias *etc.*

19) Alienoram. 20) quattuor; cf. l'Art de vérifier les dates. 21) Humberto III, comiti Sabaudiae, primo nupsit Gertrudis. 22) privignam potius, Bertam, Florentii ex Gertrude filiam. BRIAL. 23) Adela. 24) Berta, privigna Frisionis. 25) Gertrudis.

1214. Iohanne rege Anglie et Reginaldo comite Bolonie, pugnavit contra dominum suum Philippum regem Francorum; in quo bello ipse Ferrandus victus et captus est cum comite Bolonie Reginaldo. Isto mortuo, nupsit iterum predicta Iohanna Thome fratri comitis Sabaudie.
1244. Ista defuncta sine liberis, accepit comitatum soror eius Margareta; de qua, cum esset iuvenis et in custodia Buchardi Avennensis fratris Galteri comitis Blesensis, ipse Buchardus genuerat
1218. duos filios, Iohannem et Balduinum. Quae postea nupsit nobili viro Guillelmo domino de Dampetra, qui genuit ex ea tres liberos, Guillelmum Guidonem et Iohannem. Quorum primo mortuo sine liberis in torneamento apud Trasegnies, adhuc vivente matre, accepit
1279 comitatum pro eo Guido frater eius.

IV. GENEALOGIA REGUM FRANCORUM COMITUMQUE FLANDRIAE.

Sub hoc titulo Lambertus S. Audomari canonicus in libri Floridi folio 105 *exhibet carmen, quod hic primum prodit ex autographo Gandensi anni* 1120. *Compositum igitur fuit a.* 1120; *utrum ab ipso Lamberto an ab alio, incertum; illud tamen veri similius. Metrum trochaicum, nec tamen sibi constans; singuli versus nunc septem nunc sex theses habent, arses autem ubivis octo.*

Francorum Flandrensiumque principum nobilium Priamus dux Troianus extitit exordium.
Post urbis eversionem egressus de Frigia, venit ipse et Antenor simul in Pannonia.
Priamo quoque perempto, filius Marcomerus profectus est in extremis Germanorum finibus.
A Marcomere processit Faramundus nomine, quem in regem gens Francorum elevavit super se.
Genitus a Faramundo rex invictus Clodio regnavit annis viginti in castro Disbargio.
Merovechus rex Francorum de istius genere Childericum genuit deditum luxuriae.
Childericus itaque Clodoveum inclitum, Clodoveus etenim edidit Lotharium.
Rex autem Lotharius Chilpericum maximum, Chilpericus quoque rex genuit Lotharium.
Magnus rex Lotharius Dagobertum edidit, Dagobertus itaque Clodoveum genuit.
Post Theodericus rex Clodovei filius Childebertum protulit, qui fuit rex inclitus.
Childebertus etenim Dagobertum genuit, qui regnans quinquennio, sine prole obiit.
Arnoldus post de Blithilda filia Lotharii filius ducis Ansberti, sceptrum regni tenuit.
Arnoldus regem Arnulfum post Metensem presulem genuit, et hic Anchisem, Pipinumque Anchises.
Karolus quippe Martellus á Pipino nobili genuit parvum Pipinum, patrem magni Karoli.
Processit a Karlo magn Ludoicus nobilis rex Francorum et augustus Romanorum utilis.
Ludoicus cesar Pius Calvum regem Karolum genuit, qui Romanorum tenuit imperium.
Procedens a Karolo Calvo Iudith filia, est secuta Balduinum Ferreum in Flandria.
Iudith calvum Balduinum Balduino peperit. De calvo magnus Arnulfus Balduinum genuit.
Balduinus de Mathilda Arnulfum post edidit, et Arnulfus Balduinum structorem Blandinii.
Balduinus Balduinum sepultum in Insula; Balduinus Insulanus Rotbertum de Athela.
De Rotberto, qui regali prole fuit genitus, processit alter Rotbertus, miles invictissimus.
Rotbertus Hierusalem expugnator hostium Balduinum genuit Clementiae filium.
Hic bellis frequentibus hostes regni domuit; parvo regnans tempore sine prole obiit.
Tunc successit Karolus nepos huius comitis, quem Chuto de Athela genuit rex nobilis.
Iamque Chutone perempto Athela cum puero rediit in Flandriam, Danos linquens perfidos.
1119. Qui sic ortus de regali Karolus progenie heres regni factus est atque comes Flandriae.

V. LAMBERTI GENEALOGIA COMITUM FLANDRIAE.

Lambertus filius Onulfi anno 1077. *defuncti, canonicus Sancti Audomari, anno* 1120. librum de diversorum auctorum floribus Deo sanctoque Audomaro pio patrono nostro contexuit, quem quoniam sic ratio postulat, Floridum intitulavit. *Ibi inter cetera quam maxime inter se diversa f.* 104 *legitur genealogia, a Lamberto ut credimus ipso ita concinnata, ut genealogiam Bertinianam ad verbum transscribens, ex Hincmari Remensis annalibus atque aliunde ampliaret*

et ad sua usque tempora deduceret. Hoc Lamberti opusculum paulo post a. 1164. *pro fundamento inserviit ei quam statim post illud daturi sumus genealogiae; paulo post a.* 1128. *continuatione auctum fuit brevissima, cuius auctor nescitur. Proponimus illud ex codice autographo olim* Audomarensi, *dein Sancti Bavonis, iam universitatis Gandensis, de quo egerunt Pertz* Archiv VII, 540. *Iules de St. Genois in* Messager de Gand 1845. *p.* 473. *nos in* Serapeum 1845. *p.* 59. *Ex hoc transscripti sunt* Parisiensis Supplem. Lat. 10^bis *saec. XIII. Parisiensis Suppl. Lat.* 107. *anni* 1429. Duacensis 741. *saec. XV. Leidensis Vossianus Lat.* 31. *saec. XIV. olim Alexandri Petavii, cum continuatione quae in reliquis quos diximus codicibus non habetur.* Guelferbytanus *inter Gudianos* 1. *saec. XIII cum eadem continuatione.* Hagensis *n.* 759. *anno* 1460. *ex Guelferbytano fuit exceptus in oppido Ninovensi, cuius versio Gallica extat in codice Haagensi* 759^A, *anno* 1512. *iubente Philippo de Cleves confecta.* Bruxellensis 16531, *olim Blandiniensis, saec. XVI, de quo egimus in Pertz Archiv VIII,* 531, *et ipse ex Audomarensi fluxit; cuius apographum recentius est* Parisiense *inter Baluziana arm. II. paquet* 1. *n.* 3. *Ediderunt genealogiam Labbe* concilia X, 578. *e codice Carthusiae Montis Dei, sed partiunculam tantum; integram Brial* recueil *XIV,* 520. *ex apographo iam inter Duchesniana n.* 93 *servato; Warnkönig* Flandrische Rechtsgeschichte *I. append.* 15. *et apud De Smet* corpus chron. Flandriae *I,* 1. *ex autographo; Vandeputte in* Annales de la société d'émulation de la Flandre 1845. *III,* 40. *qui primus etiam continuationem edidit. Nos denique codices iamdictos adhibuimus omnes; capitum distinctionem, quae in codicibus non habetur, de nostro instituimus.*

GENEALOGIA COMITUM FLANDRIAE.

1. Anno ab incarnatione Domini 792. Karolo Magno regnante in Francia, Lidricus Harlebecensis comes, videns Flandriam vacuam et incultam ac nemorosam, occupavit eam[26]. Hic genuit Ingelramnum comitem. Ingelramnus autem genuit Audacrum, Audacer vero genuit Balduinum Ferreum. Balduinus autem Ferreus genuit Balduinum Calvum ex Iudith vidua Adelbaldi regis Anglorum, filia videlicet Karoli Calvi regis Francorum. Hic prius eam duxerat, et anno eodem quo eam accepit, obiit[27]. Quo defuncto, Iudith possessionibus venditis, quas in Anglorum regno obtinuerat, ad patrem rediit, et Silvanectis, Senlizi[a] sub tuitione paterna servabatur. Balduino Ferreo vero lenocinante et Ludvico fratre eius[28] consentiente, mutato habitu ipsum furto secuta est anno Domini 860.[29] Quod ut rex comperit, episcopos et principes Francorum consulens, iuxta edictum beati Gregorii depromi sententiam ab episcopis petiit. At illi iuxta illud: *Si quis viduam*[b] *uxorem furatus fuerit, anatema sit,* Balduinum et Iudith excommunicaverunt. Quo audito Balduinus Romam profectus est ad Nicolaum papam, huius rei petens indulgentiam. Nicolaus autem misericordia motus, misit[30] legatos suos, Radoaldum scilicet Portuensem episcopum et Iohannem Ficodensem episcopum, Suessionis ad Karolum; quos aliquamdiu secum retinuit, et concessa Balduino indulgentia, pro cuius obtentu venerant, cum epistolis ad apostolicam sedem redire muneratos absolvit. Postea rex Karolus ad Autisiodorum civitatem usque perveniens, ibidem filiam suam Iudith, sicut domnus papa eum petierat, Francorum consilio Balduino quem secuta fuerat, legaliter coniugio sociari permisit anno Domini 862.[31] Gen. Bert Hinem.

2. Balduinus autem Calvus ducta filia Edgeri[32] regis Anglorum, nomine Elferuden, genuit Arnulfum magnum, restauratorem Blandiniensis cenobii. Arnulfus vero magnus genuit Balduinum iuvenem de Athela filia Herberti Viromandorum comitis. Balduinus autem iuvenis duxit Mathildem, filiam Hermanni ducis Saxonum, de qua genuit Arnulfum; post cuius ortum Balduinus iste morbo variole obiit, et apud Sanctam Bertinum sepultus est. Mathildis vero vidua relicta nupsit Godefrido duci de Enham, ex qua suscepit tres filios, scilicet Gocelonem ducem et Godefridum et Hocelonem. Arnulfus autem, filius Balduini iuvenis, duxit Susannam filiam regis Longobardorum, de qua genuit Balduinum Barbotum. Balduinus autem Barbatus Gandavi sepultus, accepit Otgivam filiam[33] Gisleberti comitis de Lixelenbors, ex qua suscepit Balduinum Insulanum. Balduinus vero Insulanus, ibi sepultus, duxit Athelam Mocenis[34] sepultam filiam Rodberti regis Francorum, de qua genuit Balduinum Montensem et Robertum et Mathildem reginam Anglorum, uxorem Willelmi nothi. Balduinus autem Montensis, Hasnone sepultus, duxit Richildam viduam Hermanni comitis[35]: de qua genuit Arnulfum qui in ecclesia sancti Audomari sepultus est, et Balduinum qui in expeditione Hirusalem obiit. Gen. Bert 33 35

3. Horum patruus Rodbertus duxit filiam Bernardi ducis Saxonum, Gertrudem Furnis sepultam scilicet,

a) *quae litteris diductis expressimus, in codice autographo vocibus superscripsit ipse Lambertus.*

26) Ineptum, ni fingas Karolum Magnum tunc temporis in utramque aurem dormiisse. PAQUOT. 27) a. 858. Ante hunc iam patrem eius Etheluolfum maritum habuerat tribus annis. 28) Iudithae. 29) Falsum; anno 862. fuit. 30) 23. Nov. 862. 31) Falsum; fuit a. 863. 32) Alfredi Magni potius. 33) sororem potius. 34) iam *Mersines* prope Ipras. 35) Montensis.

Ges. Bert. vidnam Florentii Fresonum comitis, et cum ea eius regnum obtinuit. Hic accepta a patre suo pecunia maxima, sacramento Flandriam abdicavit, quam iure hereditario fratri suo Balduino Montensi eiusque successoribus concessit. In vita enim fratris Rodbertus siluit; sed post eius obitum traditorum auxilio Arnulfum nepotem suum comitem Flandriae apud Casel interfecit, et Balduinum fratrem Arnulfi a regno expulit illutque obtinuit. Cum autem in regno esset sublimatus, morientes clericos exhereditabat, mittens exactores, qui post eorum obitum heredes et familias ab eorum domibus pellebant. Quod importabile iugum et inaudi-
36 tum servitutis genus[36] clerici non valentes sustinere diutius, Urbanum papam adeuntes, eius provoluti pedibus, lacrimabilem de tyranno fecerunt querimoniam. Cui pro ereptione clericorum hanc misit epistolam anno Domini 1091:

4. *Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Rodberto, totius Flandriae strennuo militi, salutem et apostolicam benedictionem. Memento, karissime fili, quantum omnipotenti Deo debeas, qui te contra voluntatem parentum tuorum de parvo magnum, de paupere divitem, de humili gloriosum principem fecit, et quod maximum est inter seculi principes rarum, dote litterarum, scientiae atque religionis*[a] *donavit. Eius igitur memor esto, qui te talem fecit, et omnibus modis elabóra, ut tantis beneficiis non inveniaris ingratus. Honóra igitur eum in aecclesiis suis, et alterius sub aliqua occasione eos, qualescumque sint, vexare minime praesumas, nec eorum praedia in tuos usus post eorum exitum rédigas, nec pecuniam seu quecumque de patrimonio suo eis dimittunt, violenter auferas; sed libera sit eis facultas et Deo serviendi et res sui patrimonii cuicumque voluerint impendendi. Quodsi praetendis, hoc ex antiquo usu in terra tua processisse, scire debes, creatorem tuum dixisse: „Ego sum veritas", non autem usus vel consuetudo. Quae igitur diximus, fili karissime, volumus et per beati apostolorum principis claves praecipimus ut observes, et super libertate clericorum te Christum honorantem honorifices. Ipse vero attestatione sui ipsius honorificantem se honorificabit. Vale.*

5. Rodbertus autem comes in malitia sua perseverans, apostolicis litteris obedire noluit, sed clericos minis terrendo, bona eorum per satellites et apparitores impios violenter diripuit. Tunc Flandrenses clerici tristes et anxii, interesse studentes concilio eo tempore á Rainaldo Remorum archiepiscopo Remis celebrato, epistolam a tyranno contemptam sacro repraesentant concilio, referuntque minas necnon iniurias, ab eo multo tempore passas[b].

6. Epistola cleri Flandrensis Reinaldo archiepiscopo missa pro comite Rotberto de clericorum ereptione ab eius servitute: *Domino suo Dei gratia Rainaldo Remensi archiepiscopo et universis episcopis in concilio consedentibus, clerus Flandrensis que domino sunt placita peragere. Ecce iterum, pater sanctissime, compellimur confugere ad matrem nostram, sanctam videlicet Remensem ecclesiam; quam suppliciter exoramus, ut secundum viscera pietatis suae dignetur respicere lacrimas miseriarum nostrarum. Nunc quidem terrore absentes, pedibus tamen vestris provoluti, ac sanguineis lacrimis tam vos quam hoc sacrum concilium per epistolam nostram interpellamus pro comite Rotberto, qui nos tamquam leo conculcat et devorat et tamquam draco serpentina astucia circumvenit. Sed qui ambulat super aspidem et basiliscum et qui conculcat leonem et dracónem, vobis sua gratia cooperante, de his malis nos eripere praevalebit. Siquidem, ut auditum fuerit quemlibet nostrorum infirmari, statim mittuntur apparitores et carnifices comitis Rotberti, qui occupant domum et omnia quae esse videbantur egroti, ita ut si forte velit quicquam Deo vovere aut debita sua reddere aut quicquam beneficii famulantibus sibi impendere, omnino non liceat. Mittuntur etiam exploratores circumquaque inquisitum, utrum domus illa vel illa aliquo tempore fuerit clerici. Quod si inventum fuerit, illico iuri comitis tamquam sua recipientis designatur. Quod inportabile iugum, quod novum et inauditum servitutis genus sufficienter*[c] *ferocitatem leonis, cuius immanitatem atque rugitum nube fallacie contegere solet, dicens se optare omnes clericos bonos esse, transitoria contempnere, tendere ad aeterna, addens malos sacerdotes non esse; acsi peccator homo non esset homo! Nam si homo peccator homo non esset, nequaquam dominus Iesus hominem redimisset. Intantum autem terror illius excrevit, ut pastorum nostrorum ora obstruxerit. Ipsi*

a) religioni *cod.* b) *Sequentia omnia usque ad finem codex Gandensis hoc loco non exhibet, sed post* tempore passas *statim pergit:* Universo *etc. In margine autem auctor ipse scripsit:* Epistola cleri Flandrensis pro comite R. Reinaldo archiepiscopo missa, scripta est in fine huius libri iuncta axo ita incipiens. Domino suo R. Remensi archiepiscopo et universis episcopis in concilio consedentibus clerus Flandrensis, et reliqua. *epistolamque ipsam exhibet in folio* 154 *quam ita terminat:* non vexare. Universo autem concilio condolente et acclamante. Require hunc versum in genealogia comitum Flandriae. *Unde apparet, auctorem voluisse ut epistola hic inseretur. Quod nos fecimus, praeunte tam codice Guelferbytano eiusque apographo Hagenst.* c) indicat *supplet Labbeus.*

36) ius spolii, tum temporis a plerisque principibus exerceri solitum atque etiam a Roberti praedecessoribus, quamquam ab his rarius, vindicatum.

vero videant, quid summo pastori respondeant, qui pro ovibus suis periculo se non opponunt. 1091.
Non solum autem adversum nos nimis inhumane agit, sed etiam contra iura coelestia in vestras cathedras prosilivit, dum clerum vestrum suis coartat legibus, et vestras quasi disponit aecclesias. Sicque fit, ut quamvis non habeat potestatem solvendi, habeat tamen potestatem ligandi capiendi et spoliandi. Unde necesse habemus, sanctissimi patres, ad vos confugere. Vos quoque manus armate et linguas vestras insuperabil gladio Spiritus sancti, si dignum iudicaveritis; quia etsi nunc afflicti sumus atque despecti sumus tamen de grege vestro et de corpore vestro; nec in posterum erubescatis, tales ad sedes vestras pertinere, quales nos cogit secularis potentia esse. Conventus quidem est ab episcopo nostro, ab abbatibus nostris, ab ipsa[a] *metropolitani praesentia, nuperrime a litteris domni pape Urbani, in quibus praecepit ei per claves beati Petri, ne ulterius vexaret clericos, et praetenderet in excusationem sui, hoc esse more patriae suae. Convicit eum idem domnus papa verbis Domini dicentis: „Ego sum veritas,“ non autem usus vel consuetudo. Quibus omnibus contemptis, ad callida conversus argumenta, cum revera crudeliter vexet clericos, dicit tamen se clericos non vexare.*

7. Universo autem concilio condolente et acclamante, praecepit Rainaldus beatae memoriae archiepiscopus Arnulfo Sancti Audomari praeposito et Iohanni abbati Sancti Bertini et Giraldo abbati de Ham et Bernaldo Watanensium praeposito, ut cum auctoritate sancti concilii ipsum comitem Rodbertum convenirent — qui eo tempore privatam ducebat vitam[37], commorans in claustro sancti Bertini causa continentie et quadragesimalis supplicationis —, quatinus usque ad dominicam palmarum invasa restitueret, aut gladio anathematis percussus sciret totam terram suam divino privandam officio. Quod metuens satisfecit, professusque obedientiam conservare, veniam pecit et accepit; sicque cassavit[38] omnia quae fecerat, ut 38
nullus successorum illius hanc iniquitatem resuscitare ausus fuerit. Quod factum est anno Domini 1092[39], in quo obiit et sepultus est in Casel.

8. Iste Rodbertus Barbatus de praedicta Gertrude duos filios genuit, Rodbertum militem obtimum, qui Geo Bert.
in expeditione Iherusalem insignis habebatur, et Philippum Bergis sepultum. Robertus vero insignis sepultus Atrebas duxit Clementiam, filiam Willelmi comitis Burgundiae, ex qua genuit Balduinum et Willelmum apud Sanctum Bertinum sepultum.

9. Balduinus VII autem comes filius[b] Clementiae, in diebus suis potens super omnes Francorum principes, bellis frequentibus ita nobiliter Flandrensium exaltavit regnum, ut vicinis suis tyrannis undique terrorem inferret, et Henricum regem Anglorum a Normannia expulisset, nisi infirmitas obstetisset. Nam circa festum nativitatis sanctae Mariae collecta exercituum multitudine oppidum Rotubiportum[40], in quo praefatus rex latitabat, obsidione 40
vallare disposuit et eum comprehendere aut bello excipere et a regno quod iniuste invaserat expellere[c]. Qui cum exercitum per Atrebam duceret, ex occasione vulneris quod paulo ante in Normannia in fronte acceperat, in eadem civitate repentina infirmitate correptus, 17. Kal. Octobris egrotare cepit, et a femore usque ad pedes paralysi percussus, plenis novem mensibus in languore permansit. Cumque a medicis curari non valuit, domnum Karolum comitatus sui praeordinavit successorem, quem Athela, soror patris sui Rotberti, peperit de Chu-
tone[d] rege Danorum. Ordinato igitur omni regno Flandrensi, octavo regni sui anno 15. Kal. Iulii in villa Roslarensi[41] obiit, et a Karolo ad Sanctum Bertinum delatus, in medio 41
aecclesiae sepultus est, anno dominicae incarnationis 1119. indictione 12. regnante Ludowico in Francia.

10. Quo sine herede defuncto, Karolus ei successit. Karolus iste et Francorum rex 1119.
filius Philippi Ludowicus de duabus sororibus orti sunt, de Bertrada Ludowicus, et de Athela Karolus a Cuthone[d] genitus. Quo a Danis perfidis interfecto[42], Athela venerabilis regina cum 42
filio Karolo reversa est ad patrem suum Rotbertum in Flandriam. Deinde transacto quinquennio, accepit Rotgerum filium Rotberti Wiscardi, ducem Apulie. Predictus autem Karolus longe post patris matrisque obitum a Balduino prefato preelectus, eo ut dixi defuncto, anno incarnationis dominicae 1120. ecclesiam sancti Audomari ingressus, cum principibus regni

a) ipso *cod.* b — c) *in rasura.* d) *ita cod.*

37) *en retraite.* 38) Errat igitur Oudegherst et qui cum eo hanc cassationem iuris spolii Roberto secundo tribuunt. 39) Falsum; a. 1093. fuit. *Eodemque anno 3. Idus Oct. obiit Robertus,* secundum Ann. Blandin. coaevos. 40) *Rouen,* a. 1118. 41) *Roulers.* Idem dicit Gualterus in vita Karoli Boni; in castro Aumale, Ordericus; apud S. Bertinum, Anselmus Gemblacensis atque Chronicon S. Andreae Castri Cameracesii coaevum. 42) a. 1086.

1120. sui primam curiam tenuit, et anno eadem castrum sancti Pauli, in quo Hugo Campus avene perfidus predonesque multi latitabant, penitus destruxit, fossamque circumfluentem impleri iussit, et perversorum municiones ceteras viriliter delevit et sibi regnum nobiliter subiugavit[a].

CONTINUATIO.

1127. 11. Anno incarnationis dominicae 1127. 6. Non. Martii, luna 16. epacta 6. concurrente 5. Karolus marchio totius Flandrie, heu quam misera, quam scelerata morte affectus vitam finivit! Misera inquam et scelerata, quia nec in lecto egritudinis aliqua infirmitate innata corruptibile corpus aggravante obiit, nec in campo ad bellum prescripto, dum bellica tuba perstreperet, dum sperata victoria se ipsam utrimque promittens, belli ad enses provocaret, hostili percussus occubuit: sed in templo beati Donatiani, dum in oratione procumberet, dum sacerdos missam ex more celebraret, a propriis ser et a domesticis suis, Burchardo scilicet et a complicibus ad tantum scelus illectis fraudulenter circumventus, consilio et instinctu Bertulfi eiusdem ecclesiae pre ositi in tempore pacis in quadragesima interfectus est. Causa autem hec fuit, quia illos et misericordiam defendebat, quos isti per maliciam et potentiam opprimere volebant. Unde principes conturbati, cives conterriti, agricole contristati, ad ulciscendum tantum facinus, ad extirpandos prefatos homicidas, omnem generationem eorum conveniunt, domumque in qua erant obsidentes, ne quis eorum effugeret, quam plures apposuere custodes, qui eos impugnando tamdiu inquietarent, donec secundum examinationem publicae legis dampnandos coacti se redderent. Mulieres et infantes et hoc omne genus infirmioris nature devovent eos maledicuntque sorti eorum; clerici quod suum erat facientes, gladio sancti Spiritus a limine sanctae ecclesiae et participatione sacramentorum indignos excludunt.

12. Interea huius rei miserabilem eventum fama ferente Ludovicus rex Franciae audie-
Mart. 20. rat; et contristatus tam de morte tanti principis quam de destitutione regni, ad Attrebatum veniens, primores totius patriae mandavit, ut eorum consilio et assensu rectorem regno viduato provideret. Hoc enim facere sui iuris erat et suae potestatis, ut[b] de perpetrato homicidio eorum etiam iudicio vindictam satis dignam sumeret. Confluentes igitur ad regem et qui mandati fuerant et qui non, modo publice modo privatim inquirunt, quis sit, quem hereditas Flandrie contingat. Aderat ibi Willelmus filius Roberti comitis Northmanniae, qui aliquo hereditatis iure post Karolum succedere in regnum poterat. Hic quia[c] insignis erat virtute nimi et corporis, et nobilitate parentum praeclarus, et ut dicam verius, optimus miles in milibus, a media plebe indiscrete subrogatur, a principibus familiarius eligitur, a rege, quia heres, quia electus, princeps et regni rector potenter statuitur. Sed ne aliquid contradictionis et molestiae, quia novus comes nominabatur et erat, a civibus pateretur, a rege et a primoribus regni de urbe ad urbem ducitur, ut securitate utrobique promissa et fidei pignore confirmata, fideles haberet subditos, et cum iusticia et misericordia regeret possessos.

13. Dum hec ita disponerentur, prefati homicide, prepositus et nepos suus Burchardus, dato precio a domo in qua obsessi erant educti, sententia[d] dampnationis uterque deprehensus, uterque contumelia affectus, uterque morti[e] adiudicatus est. Prepositus vero cum Guidone de Stenvorth[f] eiusdem criminis[g] reo, quasi tractans cum eo de comitis morte, in patibulo tpris suspensus est; Burchardus apud Insulam fractis cruribus punitus. Robertus etiam, nepos eiusdem prepositi, pro eodem scelere capitalem subivit sententiam. Complices vero illorum a superiori parte domus, in qua obsessi erant, in precipitium missi, conterminati sunt.

14. Cum nundum predictus comes Willelmus per dimidium regnasset annum, ecce duo primores regni, Iwainus scilicet et Daniel nepos eius, et quam plures cives, Gandenses scilicet
Aug. et Brugenses et Insulani et subditi eorum, conspiratione facta insurgentes in eum, a regno expellere conabantur; pretendentes diversas causas criminales, nescio sive veras sive falsas, ex quibus inferre volebant, quod et dignus esset denotari nec amplius posset eis legitime principari. Proh facinus! fides data negligitur, sententia electionis mutatur, et alius comes
1128. Theodericus de Helsaten, filius filiae comitis Roberti Fresonis, superinducitur. Divisum est
Mart. 11. autem regnum non in fratres sorte hereditaria, sed in hostes lege contradictoria. Unus tendit

a) *hic desinit codex autographus Gandensis. At Leidensis et Guelferbytanus hucusque apographum Hagense subiiciunt continuationem* Anno i. d. 1127. 6. Non. *etc.* b) et *Guelf. Hag. Leid.* c) hicque *idem.* d) sententiam *idem.* e) morte *idem.* f) stevorth *Guelf. Hag.* sterroth *Leid.* g) crimina *Guelf. Hag. Leid.*

in alterum, Theodericus in Willelmum; ille se et suos defendens fortiter, repellit in se tendentes. Tandem ad locum qui Hacspola[43] nuncupatur, conveniunt, quisque suo stipatus exercitu; illicque catervis ex ordine ad pugnam dispositis congrediuntur. Set Willelmus, cuius causa iustior erat, ut aiunt, et cuius exercitus idcirco validior et promtior ad bellum, prevaluit; ibique triumphum assecutus, multos ad vindictam et in testimonium belli occidit, multos in signum victoriae captivatos se victorem precedere coegit Set istud fortunae prescriptae ad miseriam parum profuit, quia non multo post fatis suis eum trahentibus ad debellandum urbem cuiusdam adversarii sui Iwaini, quae dicitur Alost, a Godefrido duce Lovaniensi coadiutore suo tunc temporis obsessam, cum magno exercitu venit; ibique nichil proficiens, nescio quo infortunio letale vulnus ab hoste recepit. Mortuus est autem comes ille magni nominis et magnae famae 6. Kalendas Augusti, secundo anno regni sui, et in templo sancti Bertini iuxta comitem Balduinum cognatum suum sepultus. Et Theodericus regnavit

1128. Iun. 21.

Iul. 12.

Iul. 27.

VI. FLANDRIA GENEROSA.

Eodem modo quo genealogiam Bertinianam Lambertus, Lambertinam non multo post a. 1164 *ampliavit monachus ut ex capite antepenultimo apparet Bertinianus. Lamberti siquidem opus ad verbum fere excipiens, multa inseruit ex Folcuini cartulario Bertiniano, e Simone eiusdem continuatore*[44]*, e Sigeberti codice Aquicinensi, e carmine de pugna Casletensi iam deperdito ex aliisque fontibus non iam notis petita, filumque deduxit ad a.* 1164*, quo tempore ipsum vixisse, ultimi capitis verba* ut ipsi vidimus *satis produnt. Opusculum nativa quadam vividitate nec sine ira et studio conscriptum, sicuti Lamberto innititur, ita et ipsum plurimis Flandriae chronicis fuit fundamentum; Lambertus Ardensis quoque et Iohannes de Thielrode non pauca inde hauserunt, Iohannes Iperius et Adrianus de But exceperunt integrum. Neque continuationes defuere:* Bruxellensis *paulo post a.* 1206 *scripta, ubi et a quonam, incertum, in codice* 4. Gislensis *usque ad annum* 1206 *brevissima, apud S. Gislenum in Hannonia composita, in codice* 5. Claromariscensis *a monacho Cistertiensi b. Mariae de Claromaresch, iam Clairmarais prope S. Audomarum, intra a.* 1214 *et* 1226[45] *condita, permagnos continet centones ex continuatione Aquicinctina Sigeberti et ex Balduini imperatoris epistola*[46] *consutos; quae autem de suo dedit auctor, haud invita Minerva sunt conscripta, optimisque de pugna maxime Boviniensi fontibus annumeranda. Hanc continuationem* Bernardus de Ipris *monachus Claromarisci iterum continuavit ab a.* 1214 *ad ipsum quo scripsit annum* 1329. *Tertius denique eiusdem coenobii monachus, cuius nomen nescimus, ab hoc ipso anno calamum sumens vario tempore, narrationem deduxit usque ad a.* 1347. *Hanc alii etiam continuarunt in codicibus Antwerpiensi et Lovaniensi.* Dunensis *denique usque ad a.* 1405 *brevissima, hoc ipso anno in monasterio de Dunis prope Brugas scripta fuit. Codices hi extant:*

44 45 46

43) *Axpoele* prope Thielt, in parochia Ruysselede, ut probat Carton in Annales de la soc. d'émulation de la Flandre occidentale, 1844. p. 270. 44) Folcuinus monachus S. Bertini cartularium conscripsit anno 961. Simon, et ipse monachus Bertinianus, ortu Gandensis, illud continuare coepit iubente abbate Lamberto. Quo paralysi tacto a. 1123, ipse Simon abbatiae curam gessit usque ad a. 1127, quo anno Aquicinenses eum abbatem sibi fecerunt. Anno 1131 S. Bertini abbas electus, a. 1136 Innocentio papa iubente baculum deposuit et Gandavum se recepit, ubi opus suum deduxit usque ad a. 1145. Duodecimo post anno ad S. Bertinum rediit, ibique a. 1148 est defunctus. Cartularium illud edidit B. Guérard Parisiis 1840. 4°; quae auctor noster inde sumsit, leguntur ibi p. 140 et 297. 45) Ludovicus VIII enim, qui obiit a. 1226, patre adhuc vivente hic semper *domnus* vocatur. 46) apud Brial Recueil XVIII, 522.

1) *Bertinianus, iam civitatis Audomarensis n.* 746, *de quo egi in Pertz Archiv VIII,* 417, *inter alia multa continet quaternionem octo foliorum; tria priora excisa; in quarti pagina priore legitur finis operis cuiusdam theologici, in secunda et in sequentibus quattuor foliis genealogia nostra exarata est binis columnis, manu saeculi XII ex. quae ipsius est auctoris. Lineae plumbo ductae; titulus comitumque in margine nomina minio scripta; atramentum in medio fere opere mutatum; finem postea auctor ipse erasit atque ampliorem rasurae marginique superscripsit; idemque bis in margine et aliquoties inter lineas quaedam aspersit. Tribus igitur vicibus calamum sumsit auctor ad hoc opusculum conficiendum. Nemo ante nos usus fuit hoc codice; quem quum auctoris autographum esse animum advertissem, ipse integrum descripsi, specimenque litterarum lapidi incisum in tabula adnexa proposui.*

2) *Vedastinus, iam civitatis Atrebatensis n.* 184. *membr. fol. saec. XIII, Caronis olim bibliothecarii Atrebatensis improbo cultro in usus bibliopegarum mutilatus, continet Andream Marchianensem, Turpinum, Apollonii vitam, Iohannis presbyteri epistolam, Genealogiam nostram, Boloniensium comitum historiam. Ipse evolvi.*

2a) *Ambianensis n.* 356 *saeculo XVII e Vedastino fuit exceptus.*

3) *Camberonensis, dein Lammensii, iam Leopoldi de Alstein Gandensis, qui gratiosissime eum inspiciendum nobis commisit, mbr. fol. s. XIII continet Rufinum, Genealogiam, epistolas Balduini Heinrici Blancae.*

4) *Bruxellensis n.* 9823—9834 *mbr. saec. XIII in. olim Pamelii, tum societatis Iesu Brugensis, continet Roberti passagium, Fulcheri historiam, Descriptionem locorum sanctorum, Miraculum tempore Heriberti factum, Catalogos regum, De sanctuario Lateranensi, De septem miraculis mundi, Genealogiam regum Francorum, Hystoriam de Mahumeth, Genealogiam nostram ex Bertiniano minus accurate exceptam, cui manus alia s. XIV ex. continuationem adiecit iam in De Smet corp. chron. Flandriae* I, 127. 130 *editam, quam nos ex ipso codice iterum exscripsimus.*

5) *Gislensis, cum brevi continuatione; quem iam deperditum novimus tantum ex editione Galopini.*

6) *Claromariscensis, iam Audomarensis n.* 769. *membr. quart. s. XIII. post Vitas Petri Tarentasiensis et Mariae de Oegnies habet Genealogiam nostram, quam eadem manus eadem linea pergens continuavit usque ad* septem et amplius. *Ibi haec manus scribere desiit in imo folio quaternionis quinto; sextum cum septimo excisum, octavum omnino est vacuum. In loco sexti et septimi sequenti saeculo insertus fuit quaternio duodecim foliorum formae minoris, cui una manus s. XIV inscripsit continuationem a Martenio ex hoc ipso codice editam, quae desinit in* altissimo non resurget *in ultima quaternionis pagina media. Reliquam paginam vacuam reliquit, imoque margini inscripsit:* Hoc perscripsit frater Bernardus de Ypris monachus Clarimarisci die b. Nicholai episcopi anno XXIX° etc^{a}. *Tertius denique, et ipse s. XIV, in spatium paginae extremum, quod Bernardus vacuum reliquerat, iterum continuationem inseruit* quae tamen sex annis *incipientem, eamque per quattuor folia adiecta deduxit usque ad vocem* evasisse, *in qua et folium et opus clauditur. At ex hisce quattuor foliis primum atque secundum iam Martenii tempore intercidit.*

6a) *Guelferbytanus inter Weissemburgenses n.* 41. *chart. fol. s. XV e Claromariscensi descriptus est, priusquam ibi duo illa folia interciderunt; unde lacunam istius ex hoc supplevit Lessing* Beiträge zur Geschichte und Litt. *n.* 9.

6b) *Antwerpiensis societas Iesu alterum possidebat Claromariscensis apographum, ex quo transscriptum est quod Hagae Comitum servatur inter codices G. I. Gérard n.* 265. *Pertingit illud, ut in Pertz Archiv IX*, 511 *indicavimus, ab a.* 792 *usque ad a.* 1329, *sed ultima sex folia non extant in Claromariscensi.*

6c) *Lovaniensis societas Iesu codicem habebat ad Ludovicum Malanum seu ad a.* 1380 *productum teste Henschenio in Actis SS. Martii I*, 154.

6d) *Bruxellensis n.* 9836 *qui iam a.* 1305 *finitur, eiusdem generis esse videtur.*

6e) *Bruxellensis n.* 18417, *olim Lammensianus, membr. quart. una manu s. XIV exaratus, nil continet nisi Bernardi continuationem* Fernandus itaque comes tenebatur captus — non resurget, *cui eadem manus subdit annales Flandriae:* Anno Domini 1334 Iohannes papa — postquam ad expeditionem exierunt, *anno* 1358 *desinentes, ineditos.*

7) *Dunensis, iam civitatis Brugensis n.* 120 *chart. oct. s. XV, post necrologium, regulam S. Benedicti et breve chronicon, genealogiam nostram habet satis licenter excerptam et ad a.* 1405 *deductam, ubi desinit:* semper ampliare dignetur. Amen. Floreat et vireat sine spina nobilis iste Princeps et valeat Flandrensis, supplico, Christe.

7*) *Aldemburgensis, iam seminarii Brugensis s. XV inter alia quae in Pertz Archiv VIII*, 558 *enumeravimus, genealogiam nostram continet genuinam cum continuatione* Memoratus igitur Theodericus — Iohannes primogenitus eius, *quae ex Dunensi excepta videtur. Edidit eam ex hoc codice Vandeputte in Annales de la société d'émulation de la Flandre occid.* 1845. *p.* 49.

8) *Parisiensis inter Baluzianos arm. II. paq.* 1. *n.* 3. *saec. XVII sine continuatione.*

9) *Tornacensis s. XIII, de quo egi in Pertz Archiv VIII*, 561, *ad a.* 1127 *tantum pertingit.*

Editionum princeps est Galopini Flandria Generosa. Montibus 1643. 4° *e codice Gislensi. Paquot* Historiae Flandricae synopsis. Brux. 1781. 4° *hanc iterum edidit annotatione multum adauctam. Martene* thes. *III*, 377 *codicem Claromariscensem expressit. Bouquet* recueil *XI*, 388. *XIII*, 411. *XVIII*, 559 *Martenium repetiit.*

B. Quos hucusque indicavimus codices atque editiones, auctoris opus expresserunt purum atque genuinum. Sed iam ante a. 1193 *Interpolator nescio quis illud ita descripsit, ut a verbis quidem mutandis abstineret, at magnos intersereret centones e Tomello, Lamberto Audomarensi, Hermanno Tornacensi, Sigeberti codice Aquicinensi, aliis desumptos. Tali codice usi sunt Andreas Marchianensis, Balduinus Avesnensis, Iohannes Iperius. Nobis solummodo codex Bruxellensis* 6410 — 15 *chart. quart. s. XV notus est, quem adhibuit Warnkoenig. Interpolatum hocce opus non ita multo post in linguam Gallicam versum fuit hoc titulo:* Li generations li parole et li lignie de le lignie des contes de Flandres, *satis quidem accurate, ita ut perpauca tantum omitteret interpres, adderet vero nil nisi unam de nece Caroli Boni narrationem, at satis amplam*[47], *quam totam ex Gualteri vita huius comitis et ex Hermanno Tornacensi compilavit. Hanc versionem excerpsit chronicon Flandriae Gallice con*

47) pag. 55—90 ed. De Smet.

scriptum[48]*; integram in suos usus convertit auctor chronici rythmici Flandrensis*[49]*. Codices sunt: Bruxellensis n.* 9568. *mbr. qu. s. XIV, cuius apographum recentius Hagae Comitum inter codices G. Gérard n.* 264. *servatur; SanGermanensis n.* 39, *quem citat Dom Clement in* Art de vérifier les dates *de Arnulfo III comite Flandrensi tractans, ubi iam sit nescimus. Editionem dedit De Smet* Corpus chron. Flandriae *II,* 31 *e codice Bruxellensi.*

C. Anno 1423 *codici Claromariscensi superstructa est ampla Compilatio sub titulo:* Catalogus et cronica principum et comitum Flandrie et forestariorum, que terra olim dicebatur terra de Buc vel nemus regionis sine misericordia. *Quae ab a.* 621 *incipiens, primo non sine venustate quadam narrat fabulas populares de Salvardo Divionensi eiusque uxore Ermengarda, de Finardo gigante in Lisle les Buc, de Lidrico le Buc primo forestario, Antonio secundo, Lidrico Harlebeccensi tertio, suavissimas sane, sed fabulas. Deinde in annis* 836—1347 *codicem Claromariscensem excepit, sed in verbis multum mutavit et tot tantisque interpolavit additionibus ex Gualteri Galbertique vitis Caroli Boni, ex Vincentio Bellovacensi, traditione populari, aliunde*[50] *petitis, ut primarium fundamentum sub tanta mole vix agnoscas; quae additamenta quanto plus iucunditatis, tanto minus plerumque habent fidei*[51]*. In annis denique* 1348—1423 *propriis vestigiis incedit auctor, et quantum ad haec tempora, historiae fontibus annumerari potest, in praecedentibus rarius tantum nec sine cauta circumspectione adhibendus; quod non semper tenuerunt, qui Flandriae historiam tractare sunt aggressi. Prae ceteris enim lectum, descriptum, excerptum, allegatum fuit hoc chronicon, quod grata prolixitate et narrationum Romanensium similitudine mirum quantum se commendabat aetati, in historia minus probanti quae vera sunt quam quae iucunda atque mirabilia. Iohannes de Dicasmuda*[52]*, chronicon S. Bavonis*[53]*, Meierus, Oudegherst, Vredius, Lambertus Vanderburch, Sueyro, Buzelinus, Varnewyk, Vanloo, plurima inde hauserunt; a multis fuit continuatum, in brevius redactum*[54]*, interpolatum*[55]*, in Flandrensem etiam*

48) quod incipit: *On troeuve lisant ke ou tamps Charlemainne le tresfort* etc. Complectitur annos 792—1346. Sex priora capita ad verbum fere fluxerunt ex versione Gallica supra sub B indicata, paucissimis tantum adiectis; reliqua neque cum continuatione Claromariscensi neque cum compilatione C commune quicquam habere videntur. Auctorem quidam Iacobum de Guisia esse voluerunt. Codices hi sunt: Lugdunensis apud Augustinos minores a. 1346 iubente Maria Burgundica splendidissime exaratus picturisque ornatus teste Le Long bibl. histor. de France ed. Fevret de Fontette III, 653. Parisiensis Sorbonne n. 1006 s. XV. inscriptus *Chroniques de Flandre depuis Charlemanie jusques acequ'le roy Edouard eut conquis la ville de Calais.* Bruxellensis n. 10233 usque ad a. 1356 deductus. Bruxellensis n. 14910 saec. XV. Poupetianus dominorum de Poupet in Burgundia, usque ad a. 1384 descendens, quem edidit Denys Sauvage *Cronique de Flandre..... Lyon* 1561. fol. Parisiensis de quo egit Van Praet *recherches sur Louis de Bruges seigneur de la Gruithuyse. Paris.* 1832. 8. Fortasse etiam Bruxellensis n. 16789 usque ad a. 1396 procedens huc pertinet. 49) quod e codice Combrugensi edidit Kausler *Denkmäler der altniederländischen Litteratur. Tübingen.* 1840. 8. fontes egregia cum sollertia investigans, at minus recte censens, auctorem Latino tantummodo exemplari Flandriae Generosae usum fuisse. Habuit is sane tale generis B praeter versionem Gallicam, sed finito demum carmine habuit, ut ipse dicit v. 2005. Inde ab anno 1162—1278 continuatores Claromariscenses expressit, plura tamen intermiscens; reliquae partis seu versuum 6284—10569 fontes non iam habemus. 50) Fontes Gallicos tum sermonis indoles, tum nominum forma non raro indicare videtur. 51) quod in iis, quae de Caroli Boni nece ibi leguntur, iam demonstravit Henschen Acta SS. Mart. I, 154. 52) quem edidit Lambin *Dits de cronyke ende genealogie van den graven van den forreste van Buc, dat heet Vlaenderen, van* 863 *tot* 1436 *... door Ian van Dixmude. Ypres* 1839. 8. 53) apud De Smet *corpus chron. Flandriae* I, 455. 54) e. g. in primis quattuor foliis codicis Cisoniensis, iam Insulensis E. G. 34. saec. XV., unde illud edidit Warnkönig apud De Smet I, 11, non attendens, nullius prorsus utilitatis esse quod ederet. 55) Huc pertinere videntur Bruxellenses n. 5751. 6025. 6066 6078. 7220. 7376. 7809. 10291. 10315. 10328. 13075. 13413. 14506. 16531. 16790. 16804. 17304.

linguam[56] *Gallicamque*[57] *saepius translatum. Neque ex codicibus genuini operis* 58
repperitur ullus, qui ab addendo, omittendo, mutando prorsus abstinuerit; sunt autem hi: Cisoniensis, iam Insulensis E. G. 34 *chart. quart. s. XV, quem adhibuit Warnkoenig. Brugensis societatis Iesu teste De Smet I, praef.* 29, *ubi iam sit, nescimus. Vaticanus Christinae n.* 798 *olim* 1222 *chart. s. XV quem ipse inspexi. Lovaniensis, iam Bruxellensis n.* 3599—3601 *chartac. XV. Bigotianus, iam Parisiensis n.* 5237 *s. XV. Parisiensis n.* 5994 *olim Puteani. Parisiensis n.* 5041 *olim Gerardi Vanderstrepen, tum Puteani. Parisiensis inter Baluzianos arm. II, paq.* 1, *n.* 3 *e codicibus duobus Alexandri Petavii et Puteanorum descriptus. Hi omnes in a.* 1423 *desinunt. Continuatum continent opus nostrum: Brugensis viri cl. Vermeire, quo usus fuit Warnkoenig; ibi alia manus paucas lineas adiecit* Anno 1424 in Novembri — sine ipsius consensu *in anno* 1428. *Hamburgensis bibl. publ. histor. Belg. n.* 14 *chart. fol. s. XVI in anno* 1437 *desinit. Middlehillianus n.* 1890. *olim Meermannianus, usque ad a.* 1467 *pertingit; cuius fortasse apographum est, quod Hagae Comitum asservatur inter codices G. Gérard n.* 270; *cf. Pertz Archiv IX,* 511. — *Editionem curavit Warnkoenig in De Smet* corp. chron. Flandr. *I,* 19. *e codice Brugensi Vermeirii atque e Cisoniensi; at in unum confudit quos potius inde dirimere debebat codices nostros* 4. 5. 6. *B.*

Nostra editio tota innititur codici autographo 1, *quocum contulimus* 2. 4. 6. *Continuationem subiunximus Bruxellensem e codice* 4, *Claromariscensem e* 6, *Gislensem ex editione Galopiniana. Bernardi Yprensis continuationem cum Dunensi ex* 6. 6*a*. 6*b*. 7. 7*. *dabimus inter scriptores saeculi decimiquarti. Additamenta ex B, saeculo adhuc duodecimo facta, suo quodque loco textui subiecimus; C autem omnino non respeximus; haec enim interpolatio, non ante quintumdecimum saeculum orta, integra exhibenda erit ad a.* 1423 *cum iis quae ipsi iterum factae sunt additiunculis atque continuationibus. Capitum distinctionem de nostro instituimus; in codicibus non repperitur. Titulum denique Flandriae Generosae, quo plerumque hoc opus citant viri docti, a Galopino inditum, nos quoque ob commodum legentium censuimus retinendum.*

INCIPIT GENEALOGIA FLANDRENSIUM COMITUM.

1. Anno ab incarnatione Domini 792, imperatoris vero Constantini filii Hyrene primo, Karoli quoque magni regis Francorum, postea imperatoris Romanorum 24, Lidricus Harlebeccensis videns Flandriam vacuam et incultam ac nemorosam, occupavit eam. Hic genuit Ingelrammum comitem. Ingelrammus genuit Audacrum. Audacer vero genuit Balduinum Ferreum. Lamb

2. Anno igitur dominicae incarnationis 862. Balduinus Ferreus rapuit Iudith, viduam Adelbaldi regis Anglorum et filiam Karoli Calvi regis Francorum, filii Ludovici piissimi augusti, filii Karoli magni; genuitque ex ea Balduinum Calvum, qui postea nepos Karoli et comes inclitus appellatus est. Predictus vero Adelbaldus rex anno eodem, quo eam acceperat, obiit. Quo defuncto, Iudith possessionibus venditis, quas in Anglorum regno optinuerat, ad patrem rediit, et Silvanectis sub tuitione paterna servabatur. Balduino vero Ferreo lenocinante et Ludowico fratre eius* consentiente, mutato habitu** ipsum furto secuta est. Quod ut rex comperit, episcopos et principes Francorum consulens, iuxta edictum beati Gregorii sententiam depromi ab episcopis petiit. At illi iuxta illud: *Si quis viduam vi uxorem furatus fuerit, anathema sit,* Balduinum et Iudith excommunicaverunt. Quo audito Balduinus Romam profectus est ad Nicholaum papam, huius rei petens indulgentiam. Nicholaus autem** misericordia motus misit BALDUINUS FERREUS. 58

2. * Iudith, qui comitem propter probitatem suam valde diligebat. *addit* B.
** videns eum iuvenem pulcherrimum et probum. *addit* B.

56) Codices sunt: Bruxellensis n. 13163 usque ad a. 1330 pertingens. Bruxellensis n. 6074. Amstelodamensis instituti, Matthaei manu exaratus, anno 1440 desinit. Middlehillianus n. 4166 in anno 1466 finitur teste Pertz Archiv VIII, 764. Bruxellensis n. 7384. olim societatis Iesu Brugensis, usque ad a. 1477 pertingens; cum continuatione ad a. 1507. typis excusus sub titulo *Dits die excellente cronyke van Vlaenderen. Antwerp.* 1531. Hagensis n. 930 usque ad a. 1497. 57) in codice Londinensi musei Britannici Kings 16. F. III. Chroniques de Flandre a. 621 — 1347. Bruxellensi n. 13068 annorum 621 — 1696. 58) *verkleidet.*

Lamb. legatos suos, Rudoaldum scilicet Portuensem episcopum et Iohannem Ficocensem episcopum, Successionis ad Karolum. Quos aliquamdiu secum detinuit, et concessa Balduino indulgentia, pro cuius optentu venerant, cum epistolis ad sedem apostolicam redire muneratos absolvit. Postea Karolus rex ad Autissiodorum civitatem usque perveniens, ibidem filiam suam Iudith, sicut domnus papa petierat, Francorum consilio Balduino quem secum fuerat legaliter coniugio sociari permisit. Defuncto igitur Karolo rege Francorum et ad ultimum imperatore Romanorum anno
877. ab i. D. 876. 2. Non. Octobris, et sepulto in monasterio beati Dyonisii, anno quarto post de-
879. cessum illius mortuus est et gener eius Balduinus Odacri filius, vir prestantissimus, audax et fortissimus viribus; sepultusque est in monasterio sancti Bertini, quod vocatur Sithiu[59].

BALDUINUS CALVUS. 3. Igitur Balduinus Calvus, filius Balduini Ferrei, duxit filiam Edgeri[a], regis Anglorum, nomine Elfrudem[b]; genuitque ex ea Arnulfum magnum, restauratorem Blandinii, qui procedente tempore et etate Senior et
Folcuin. Vetulus appellatus est[c]. Defuncto autem Balduino et apud Gandavum sepulto[**], filii eius markam inter se diviserunt; et Arnulfus, qui maior natu erat, Flandriam, Adalolfus vero civitatem Bononiam et regionem Tarvennicam
933. suscepit. Quo defuncto et apud Sanctum Bertinum tumulato, Arnulfus comitatum eius recepit.

ARNULFUS SENIOR. BALDUINUS IUVENIS. 4. Hic Arnulfus cognomento Vetulus genuit Balduinum iuvenem de Athela filia Heriberti Virmandorum comitis. Balduinus autem iuvenis duxit Mathildem filiam Herimanni ducis Saxonum, de qua genuit Arnulfum
962. iuniorem. Post cuius ortum Balduinus iste ante obitum patris variole morbo obiit Kal. Ianuarii, et in templo sancti Bertini sepultus est. Mathildis vero post obitum mariti sui nupsit Godefrido duci de Enham; ex qua suscepit tres[**] filios, scilicet Goczelonem[c] ducem et Godefridum et Hecelonem[c].

ARNULFUS IUNIOR. 5. Arnulfus Iunior duxit uxorem Susannam, filiam Berengeri regis Longobardiae et Italiae; genuitque ex ea Balduinum cognomento Pulchra barba[61], qui in Blandinio sepultus est.

BALDUINUS ULCRA BARBA. 6. Iste Balduinus vir pulcher, formosus corpore et statura grandis, uxorem accepit Ogivam, filiam[62] Gisleberti comitis de Lizelenborg, cuius fratres fuerunt hi: Adalbero Metensis episcopus, Fre-
63 dericus dux Lotharingie, Henricus dux Baioarie, Gislebertus comes de Salinis[63], Theodericus de Luzelenburch.

BALDUINUS INSULANUS. 7. De tante nobilitatis coniuge genuit Balduinum pium, qui prudens et fortis comes suo tempore sapiens et moderatissimus in omnibus operibus suis inventus est. Qui duxit Athelam, filiam Roberti regis Francorum[*], quae peperit ei duos filios, Balduinum Montensem et Robertum Frisionem, et filiam Mathildem nomine. Haec autem nupsit Guillelmo comiti Normannie[**] et conquisitori Anglie, peperitque ei Guillelmum, post patrem regem Anglie; et Robertum comitem Normannie; et Henricum, post fratrem Guillelmum in venatione cervorum sagitta occisum regem Anglie

3. * et Adalolfum: Qui Arnulfus instituit in ecclesia S. Donatiani Brugensis duodecim canonicos; ecclesiam Toraltensem fundavit et canonicos instituit. *addit* B.

** qui obiit a. D. 918. 4. Non. Ianuar. *addit* B.

4. * Obiit autem Arnulfus Magnus a. D. 964. 6. Kal. April. et apud Gandavum sepultus. *addit* B.

7. * filii Hugonis Capet. Hic rex mansuetus fuit et valde litteratus. Gerberti philosophi discipulus fuit; amator etiam erat religionis et ecclesiarum. Nam in precipuis sollempnitatibus ad S. Dionisium veniebat, in choro cum monachis stabat et psallebat ad vesperas, matutinas et ad missam; cappa serica indutus cum cantore chorum regebat. Composuit etiam quosdam cantus, videlicet de s. Spiritu *Presentia s. Spiritus adsit nobis gratia;* de nativitate Domini ritmum *Iudea et Iherusalem;* de omnibus sanctis ritmum *Concede nobis, quaesumus;* et alia plura contexuit, et tamen in hoc quoque ceteris multum prefuit. Cum autem Constantia regina videret eum in iis intentum, dixit quadam die per iocum, ut faceret de ipsa aliquem cantum. Rex autem libenter annuit, et scripsit ritmum *O Constantia martirum* in honore s. Dionisii et ceterorum martirum. Fuit in dando largissimus, adeo ut festis diebus, cum exueret se vel indueret vestibus regiis, si non aliud ad manum haberet, ipsas vestes pauperibus distribueret, nisi ex industria vestiarii egentes importune petentes arcerentur. Porro Constantia regina nimis tenax, et quod minime decebat reginam, ultra modum avara; nam cum alicui aliquid dabat, ei precipiebat dicens: *Vide ne hoc sciat Constantia!* nec ibi nomen reginae addebat. Honestavit etiam regnum edificiis et ecclesiis sanctis, inter quas edificavit in urbe Aurelianensi monasterium s. Aniani et ecclesiam s. Marjae matris Dei et s. confessoris Hilarii ante palatium, s. etiam Leodegarii in silva Aquiana, et s. Medardi in Vitriaco castello, monasterium quoque s. Reguli in civitate Silvanectensi, et s. Dei genitricis Marie in Stampensi castro. Apud Augustodunum edificavit s. Cassiani monasterium, sed et Parisius ecclesiam s. Nicolao in palatio suo, et item s. Marie in Pisciaco castello. Hic ergo rex inclitus ex Constancia, comitis Provincie filia, genuit Hugonem regem, qui ob nimium decorem corporis et morum Flos iuvenum appellatus est, et Robertum Burgundie ducem, et Henricum postea regem, atque Athelam nobilissimam comitissam Flandriarum. *addit* B.

** qui interfecto Haraldo — Sed ista de Mathilde regina Anglie eiusque filiis sufficiant. *apud De Smet* I, 59. *ex Herimanno Tornacensi c.* 14. 16. *addit* B.

a) vel Adalwardi *superscripsit* 1 *ipse.* 6 *ipse.* b) vel Elfelt *idem sup.* c) vel Fredericum *superscripsit* 1. 6.

59) *Blandinio sepelitur* Ann. Blandinienses; scilicet cor et intestina; reliquum corpus apud S. Bertinum. 60) quinque; v. supra. 61) *Balduinum barbatum* habet Lambertus. 62) sororem. 63) Salm.

et ducem Normannie, captivato per bellum fratre Roberto et filio eius Guillelmo per Heliam nutritium et a Normannia sublato[64]. 64

8. Mortuo autem Henrico predicti[a] regis Roberti filio, filium eius Philippum prefatus 1060.
comes Balduinus usque ad etatem eius regno habilem nutriendum suscepit*, et regnum viriliter gubernavit, iurata sibi fidelitate ab omnibus regni principibus, salva tamen fidelitate Philippi pueri, si viveret; sin autem, omnino, utpote iusto heredi regni per uxorem.

9. Idem quoque Balduinus apud Insulam et castellum et ecclesiam sancti Petri apostoli 1055.
edificavit*, in qua etiam sepultus, merito bone spei expectat diem iudicii. Ad dedicationem vero predicte aecclesiae omnes sanctos de toto comitatu suo afferri petendo precepit, et eis loca, in quibus habuerunt fixa tentoria, perpetuo possidenda donavit**

8. * Hoc factum est a. D. 1061. *addit* B.

9. * anno Domini 1055. et 40 canonicos in eadem constituit, videlicet 10 presbiteros, ex quibus 2 erant episcopi, scilicet Tornacensis et Morinensis, 10 diacones, subdiacones 10 et 10 acolythos. *addit* B.

** Hec facta sunt a. D. 1065. in crastino b. Petri ad vincula, regnante Philippo rege. Cuius ecclesiae edificationem tota villa subsecuta est, quae antea tanquam fluctuans nullum invenerat locum habilem. Nam prius in loco qui dicitur Salines, postmodum Asnapiam locata fuit. Comes vero predictus pius beneficia sua ecclesie sancti Petri Insulensis conferens, de propria mensa sua nihil conferre voluit, ne forsitan a posteris suis sua repetere cupientibus ecclesia dispendium vel gravamen aliquod pateretur; sed omnia, collata a patriotis pecunia, comparavit, quantum potuisset quibuscumque modis, si voluisset, expendisse[65]; comparataque 65
in manus summi domini, scilicet domini regis, ipsa ecclesia recepit, ut tutius et liberius eis gaudeat. Et deinde ipsi privilegium obtinuit, in quo continetur, quod quicumque de cetero forefaceret, ecclesie persolveret centum libras auri et incurreret bannum regis. Comes, beneficiis suis divino servitio institutis, personas ydoneas, qui pro ipsis et in ipsis Deo deserviant, circumquaque exquirit, ut supra dictum est, inventas in ecclesia sua instituit, institutas, ut beneficia sua divino sibi suisque successoribus pro posse suo diligenter reservarent, iurato firmare precepit. Sed vir providus posteriorum malitiam timens, volens eos probare, per baiulos suos super possessionibus suis eos inquietavit; possessiones eorum invadebant et violenter distrahebant. Noviter congregati in unum convenientes sententiam excommunicationis in baiulos publice promulgarunt. Baiuli ad comitem conquestionem gravissimam detulerunt. Comes fictitie canonicis graviter comminatus est, precipiens baiulis, ut sua invadant, sed personis eorum nihil mali inferant. Baiuli revertuntur et precepta fideliter exequuntur. Canonici sua sententia utuntur. Tandem comes Insulis rediit. Canonici conveniunt, comitem adeunt, unanimiter firmati, quod si comes baiulorum excessus ad se trahat atque emendare noluerit, ipsam sententiam in ipsum promulgabunt. Comes canonicis venientibus et eum salutantibus nihil respondit; sed faciem avertens eorum adventum se non posse sustinere finxit. Tandem in vocem contumeliae prorupit: *Vos me, qui de nihilo vos creaci, ita inhoneste tractatis, ut in baiulos meos excommunicationis sententiam propter precepta mea promulgare presumitis; sed sciatis pro certo, quod hoc non impune presumpsistis; nam mirum est, quomodo vos in presentia mea sustineo; non tantum beneficiis vestris vos privabo, sed etiam et genitalibus.* At canonici in constantia sua firmati, mansuete responderunt: *Nos ad hoc non constituistis, ut contra Deum et contra nosmetipsos peccaremus, permittentes temporibus nostris negligenter perire, quod ad salutem animae vestrae Dei ob servitium contulistis, et nos servaturos pro posse nostro iurato servare precepistis. Nunc autem cum de precepto vestro hoc fuisse factum discernitis, nos tanquam vestra creatura ad desistendum monens, ne iurati nostri et iuris coactio nos compellat sententiam, quae delinquentes in mortem eternam trahit, nisi resipuerint, in nostrum patrimonium extendetis.* Tunc comes intolerabilius se finxit sevire. At illi videntes, quod monitis et blanditiis nihil proficerent, sed potius ipsum exasperarent, in conspectu oculorum suorum et omnium qui aderant, ipsum excommunicarunt. Videns autem comes eorum constantiam, gratias Deo egit, quod elegerat ecclesiae suae provisores, et advolutus eorum pedibus veniam humiliter postulavit, et sic absolutionis veniam impetravit. Possessiones vero canonicorum de una villa ampliavit in restitutione damnorum et suae iniuriae. In eadem quoque ecclesia predictus comes Balduinus quidem illustris prosapia et virtutum experimentis, magnitudine animi et virium gloria omnium, nobilitate clarior, sepultus est anno Domini 1067. Kalendis Septembris. *addit* B.

a) Francie *superscripsit* t. Francie regis *habet* 4. regis Francie G.

64) Hic Guillelmus postea Carolo in Flandria successit. 65) Chronicon rimatum haec ita vertit: *— hi dede Met ghelde, dat hi in sine hant hief Van sinen lieden (dat hi mochte Verteeren, of hem goet dochte) Rente beiaghen ende lant, Dat hi al drouch in des coninex hant, Dat hi om die meerre scherhede Hare van den coninc ontfaen dede.*

10. Idem Balduinus apud Aldenardam castellum constituit, per quod, everso apud Ehain
66 castello, Brachantum usque fluvium Teneram[66] de regno Lothariensi sibi usurpavit. Scaldis
namque fluvius a fonte suo usque ad mare discernit regnum Lothariense a comitatu Flan-
1046. drie, qui est de regno Francie. Rex itaque Lothariensis, qui cesar et imperator augustus[67],
hostiliter super comitem Balduinum venit, et per ante Atrebatum, comite Balduino intus
exercitum suum obstructis etiam portis vix detinente, ferme usque ad Arkas[68] villam sancti
Bertini processit, falso putans, saltem illac sese posse ingredi Flandriam. Comes namque et
illic et ubicumque per siccum patebat introitus in Flandriis, vallo et aggere et palifixo contra
eum munierat. Cesar ergo casso labore fatigatus, sicut venerat, rediit. Comes vero eum
1047. quasi fugientem usque ad Rhenum hostiliter est prosecutus, et nobili eius palatio apud Neu-
magum incenso[69], rediit cum sano exercitu. Cesar vero non immerito erubescens et iratus,
1054. iterum super comitem venit post septennium, et ad vallum qui dicitur Bulliens rivus[70],
inopinate veniens, Tornacum invasit, et Assello[71] ad bellum et aliis nobilibus acceptis cito
rediit, occurrente sibi nemine de Flandriis. Sed pacificis intercurrentibus nuntiis, et captivos
72 comiti reddidit, et Brachantum ei[72], hominio accepto, in feodum concesit*.

11. Venerabilis autem comitissa, scilicet Athela, tanto marito sed non divitiis desolata,
nec tamen in eisdem divitiis delectabiliter vivens[a] mortua, nocte ac die orationibus instabat.
Unde et apud Mescinas[73] sanctimonialium feminarum construxit cenobium, et in lectica duo-
bus equis portabili et propter ventos et pluvias, ne vel eis a meditatione sancta impediretur,
decenter concamerata usque Romam apostolorum et aliorum sanctorum patrocinia requisivit,
et a domno papa veste viduitatis benedictioneque percepta, Flandrias repetivit, et apud
Mescinas novissima tuba excitanda in Christi pace obdormivit.

BALDUINUS MONTENSIS Lamb.

12. Balduinus autem primogenitus eius*, adhuc etiam patre vivente[74] duxit uxorem Richeldem comitissam Haionensem, ut illum comitatum etiam haberet per eam. Haec enim tunc vidua Herimanni comitis Montensis, pepererat ei filium[75], quem vitricus eius Balduinus, pro nimia simpli-
1067. citate minus seculo idoneum, clericatu et Catalaunensi episcopio sublimare procuravit, eius hereditate ita sibi usurpata. Balduinus itaque de Richelde duos filios Arnulfum et Balduinum genuit, et post mortem patris sui utrumque comitatum in tanta pace gubernavit, ut nemo auderet vel dignaretur arma portare, nec ostium noctu propter latrones claudere, nec vomeres et ligones ab aratris ablatos domum deferre. Quapropter ab omni populo communiter meruit hoc agnomen, scilicet bonus comes specialiter. A domno tamen Ingelberto Cameracensi et Atrebatensi episcopo cum Richelde sua excommunicatus est, eo quod per incestum adulterio peiorem cognati sui Herimanni comitis uxorem duxisset; sed a domno papa Leone nono, eiusdem Richeldis avunculo, hanc meruerunt indulgentiam, ut in coniugio quidem, sed absque carnali commixtione manerent** Hic ipse Leo papa in beati Remigii ecclesia a se ipso nuper
76 edificata[76] Remis tenuit concilium, in quo quidam episcopus, pulsatus de simonia et inno-
centie sue non habens ulla testimonia, dicere totum iussus est Gloria, *Patri et Filio* tantum
dixit, *et Spiritui sancto* addere non valuit[b].

10. * Castrum Valentianas situm — Walachras addidit. *apud De Smet* I, 46 *ex Sigeberto a.* 1006, *addit* B.

12. * primis tyrocinii annis in aula imperiali — sollemniis. *apud De Smet* I, 50—52. *ex Tomelli hist. Hasnoniensi c.* 8—17. *addit* B.

** Prophetavit autem idem Leo, posteros eorum utrumque comitatum non diu possessuros; quod postea rei probavit eventus. *ex Herimanno Tornacensi c.* 12. *addit* B.

a) vel vivendo *superscripsit* 1. b) *tla* 1. 6. Gloria patri et tantum gloria p. e. f. dixit sed et sp. s. n. v. 4.

66) Dender fl. Ath, Grammont, Ninove et Aelst praeterfluens. 67) Henricus III. 68) Arcques. 69) Hoc fecit Godefridus Barbatus Lotharingiae dux, Balduino sociatus, non Balduinus ipse. 70) Le Boulenrieu, prope Evin (*arrondissement de Béthune, canton de Carvin*), cf. Gesta epp. Camerac. III, 68. 71) Est Anselli de Ribodimonte, de quo cf. ibidem III, 66. 72. Auctarium Aquicinense Sigeberti in Monum. SS. VI, 393. 72) Nequaquam Brabantiam totam, sed terram tantum de Alost in dextra Scaldis ripa Balduinus in feudum accepit, una cum castro Gandensi, quattuor Officiis et terra de Waes; quae omnia ab eo inde tempore Flandriae imperialis nomine comprehensa fuerunt. Praeter haec accepit etiam quinque insulas Seelandiae. Ceterum haec conventio non ab Henrico III, ut auctor noster dicit, sed sub Heinrico IV demum facta est Coloniae mense Decembri 1056. Cf. de hisce omnibus Kluit hist. crit. com. Holland. II. excurs. 4, p. 56. 73) Messines, inter Yperen et Lille. Fundavit a. 1065, ibique obiit a. 1071. 74) a. 1051. 75) Rogerium. 76) consecrata potius. MARTENE.

13. Prefato autem comite bono diu gubernari patria eo felix non meruit. Defunctus 1070.
siquidem et apud Hasnonium sepultus*, in pace dormit et requiescit in id ipsum, ubi raptoribus expulsis, de turri eorum lapidea monachorum cenobium edificaverat.

14. Venerabilis autem Richeldis, aliquandiu iam vidua, tandem mirabili penitentia affligitur. Ieiuniis namque et orationibus insistens, pauperibus et leprosis cotidie per se ipsam serviens, etiam eorum sanie liniebatur, et balneis eos lavans, eisdem post eos utebatur, ut vel sic infirmata, similiter ut filia regis intus reformaretur. Sic itaque mundo sibi crucifixo*, terrae corpus apud Hasnonium, animam Iesu Christi misericordiae commisit; prius tamen 1086.
perturbationes passa non parvas.

15. Marito siquidem eius defuncto, per eius muliebrem insolentiam et filii eius Arnulfi vix quindennis imprudentiam paradisus Flandrie deliciis pacis sue cepit cassari, et inde apud se et apud Deum acriter conqueri, et virtutem famosam Roberti fratris comitis boni nuper defuncti*. Quod percipiens mulier rixosa et callida, confugit ad patrocinium Philippi regis Francie; nec erubescens trigamiam, conatur adhuc nubere cuidam Guillelmo subcomiti superbo de Normannia, in hoc quoque commovens amplius contra se quosdam Flandriarum principes et populum.

16. Predictus namque Robertus, patri minus et matri magis carus*, et a fratre a Flandris alienatus, filiam Bernardi ducis Saxonum, Florentii comitis de Frisia viduam Gertrudem et habentem ex Lamb.
marito filiam duxerat uxorem, quae peperit ei duos filios, Robertum et Philippum, et tres filias. Harum
vero quaedam[77] nupta apud Mescinas sanctimonialis et abbatissa venerabilis, in sponsi sui 77
pace obdormivit. Altera vero Canuto regi Dacie nupta, peperit ei puerum nomine Karolum; sed patre a suis perempto, in Flandriis ab avunculo suo[b] Roberto receptus et diligenter educatus, in robur militaris discipline laudabiliter excrevit. Mater vero eius postea nupsit duci Apulie**. Terciam quoque***
accepit Henricus Broselensis, quo defuncto Theodericus dux Ellesathensis; ex qua genuit
Theodericum, strenuissimum postea Flandrie comitem.

17. Robertus igitur in Frisia degens, cognita fratris morte simulque Richeldis tyrannide, Flandrias repetiit, et usque Gandavum pervenit; quo predictam mulierem accersiens et de paterno regno sibi reddendo ei suggerens, femineo furore exagitata, iniuriosis responsionibus protestatur:

Si capi nollet, illinc tunc concitus esset.
Nam partem regni nec totum non daret illi.
Hinc si res poscit, werram virtute tenebit,
Non his, quae tenuit dominus suus, ipsa carebit.
Sic donec vivet, nichil horum provida perdet.

Quod audiens dux et superbiam mulieris graviter ferens, regem adiit, eique per ordinem omnia retulit. Rex itaque Philippus de iniuria nepoti suo illata vehementer indignans, quantocius eum in Flandrias redire et quoscumque posset adunare precepit, seque illi auxilium constantissime prebiturum spopondit. Richeldis autem consilio regis comperto, animum eius quattuor milium librarum auri sponsione corrupit et ab incepto negotio fraudulenter revoca-

13. * anno D. 1070. 16. Kal. Augusti. *addit* B.

14. * tandem a Domino vocata, illa nobilis nimis obiit comitissa a. D. 1092. Corpus autem eius apud Hasnonium, ubi post obitum mariti sui multa bona contulerat, delatum et in basilica s. Marie Magdalene honorifice sepultum est. Cuius anima veste immortalitatis indui et paradisi amenitate confoveri meretur. *addit* B.

16. * extiterat, unde pater — Frisiam secessit. *apud De Smet* I, 55. *ex Herimann. Tornac. c.* 12. *addit* B.
** Rogero; cui et peperit filium nomine Willermum, qui patri in ducatu successit, et honorem acceptum morum ingenuitate et actuum strenuitate multipliciter nobilitavit. Sed postmodum audita unici germani sui Karoli Flandriae comitis exitu, primum quidem inconsolabiliter dolere, deinde ipse coepit lethaliter languere. Qui ut se periclitari cognovit, Salernitanum archiepiscopum et Troianum episcopum convocavit; atque quod antea dum incolumis esset fecerat, eorum quoque testimonio desiderans confirmari, quicquid mobilium et immobilium in terra possidebat, h. Petro apostolo eiusque vicario sanctissimo Honorio iure perpetuo possidendum delegavit. *addit* B.
*** Gertrudem, Henricus comes Bruxellensis — Auxariae. *apud De Smet* I, 67. *ex Herim. Tornac. c.* 17. *addit* B.

a) *omissum videtur* desiderare. b) *abhinc litterarum forma paululum increscit, atramento mutato. Manus tamen eadem, auctoris.*

77) Otgiva seu Maria.

vit. Frisio denique spe sua frustratus, consilio soceri sui Bernardi ducis Saxonum Frisiam remeavit, et ibi aliquandiu hiemavit.

18. Interea nonnulli satraparum nimia crudelitate mulieris, qua in clerum et populum seviebat, graviter offensi, et maxime de aecclesiarum spoliationibus quas fecerat ingenti merore affecti, legatos ad Frisionem destinant, suamque voluntatem erga eam apicibus insinuant. Quo ille nuncio plurimum exhilaratus, ocius trans mare advehitur, et prudentia Bonefacii castellani usque ad castrum quod dicitur Cassellum latenter perducitur. Est enim hoc castrum ab antiquis in excelso montis culmine situm.

Montibus in Flandris hic mons supereminet altis.
Arx superat montem, cuius quis cernere culmen,
Si nitor est caelo, dicunt a monte Lauduno [a].

Quod agnoscentes, qui parti eius favebant, illo catervatim properarunt, et castrum armis atque munitionibus firmarunt.

19. Hoc dum fama volitante ad aures Richeldis pervenit, illa et filius eius Ernulfus, mire probitatis iuvenis, exercitum adunant, diversarum regionum agmina in auxilium con-
1072. vocant, et cum ingenti multitudine ad predictum castellum properant. Convenerunt undique suppetiarum copie, comites, duces, castellani, et diverse bellatorum turme, Atrebatenses,
78 Braibandenses, Valentienenses, Cameracenses, Tornacenses, Niviellenses, Castrilocenses[78], Audomarenses, Bolonienses, Ardenenses, Sanctipolenses[79], Betunienses, Hosdenenses[80], Albenienses[81], Gisnenses, Tornehencenses[b.82], Aldenardenses, Ostrevandenses, Iochenses[c.83] et alii plures. Advenit etiam rex Philippus, et cum eo validus armatorum cuneus; Gusfridus
84 episcopus Parisiacensis, frater Eustachii comitis Boloniensis; episcopus Lugdunensis[84]; episcopus Ambianensis[85]; Franci, Normanni, Rocinenses[86], Noviomenses, Campanienses, Senlenses[87], Torotenses[88], Remenses, Catalaunenses, Carnotenses, Aurelianenses, Stampenses[89], Cocinienses[90], Quintinienses, Corbeienses, Peronenses, Negiellenses[91], Montisacutenses[92],
Ribodimontenses[93], Suessionenses, Andegavenses, Pictavienses, Bariolunenses[94], Nadavernenses, Burgundienses et ceteri innumerabiles. Hii omnes ad debellandum Frisionem in campo sub monte Cassello resederunt.

20. Ille vero adversus tam vastam multitudinem multo pauciores, sed ut rei probavit eventus validiores in arma produxit: Gandenses, Viviacenses[95], Coclarenses[96], Bergenses,
97 Furnenses, Brugenses, Yprenses, Roslarenses[97], Aldenburgenses, Herlebeccenses, Rodenburgenses[d], Broburgenses, Curtriacenses et ipsos Casletenses. Procedunt tandem hii, non solum ferro septi, sed etiam fide muniti. Lineis vestibus abiectis, laneis induuntur sub armis; et terre procumbentes, supernorum iuvamina lacrimis implorant; contra regem terrenum
Febr. 20.[98] tam parva manu dimicaturi, causam suam regi celorum committunt.

21. Quid moror? Conserto quidem totis viribus prelio, fit strages maxima de exercitu regio; perfunditur tellus sanguine, tegitur campus occisorum multitudine. Richeldis quoque, tante cedis rea, capitur et carceri tenebroso mancipatur; prosternitur etiam filius eius, nisi esset hostis nimium plangendus comes Ernulfus, et ad monasterium sancti Audomari defertur tumulandus. Frisio denique dum forte sociis longius hostes persequentibus solus equitaret, capitur et ab Eustachio ad castrum Audomarense caute perducitur, atque castellano Vulvrico Rabello custodiendus traditur. Quod cum cives cernerent, castellum ilico obsidionibus vallant, telis ac machinamentis diversis fortiter impugnant. Quid plura? Comes vi extrahitur et gaudentibus cunctis cum honore redditur suis. Relaxatur etiam Richeldis;
Sigebert. et sic inter eos bellum diu vario eventu protrahitur. Rebellavit simul filius ipsius mulieris Balduinus frater Ernulfi, quem comes devicit atque fugavit[e.*].

21. * Balduinus .... iter Iherosolimitanum cum aliis principibus in principio expetiit, unde necdum rediit, et utrum occisus an captus fuerit, usque hodie sciri nequivit. *ex Herim. Torn. c.* 33. *addit* B.

a) Est enim — Lauduno *desunt* 6. b) Tornelienses 6. c) Iocrenses 6. d) Erdeborgenses 6. e) Relaxatur — fugavit 1. *in margine adduntur, sed eodem prorsus calamo et atramento; non postea, sed eodem quo reliqua tempore.*

78) Mons. 79) St. Pol. 80) Hesdin. 81) Aubigny. 82) Tournehem inter St. Omer et Ardres. 83) Choque prope Béthune? 84) Laudunensis. 85) Guido. 86) les Rochenois. 87) Senlis. 88) Torote, prope Compiegne. 89) Estampes. 90) Coucy. 91) Nesle en Picardie. 92) Montagu. 93) Ribemont. 94) Barrois en Lorraine. 95) Viven. 96) Coukelaere. 97) Roulers seu Rousselaere, inter Courtray et Dixmude. 98) alii die 5. Febr. 1072.

22. Igitur rex Francorum bello Casletensi victus atque fugatus, ad castrum quod dicitur 1072.
Monasteriolum[99] pergens, maiorem exercitum collegit, et cum valida manu Flandrias repe- 99
tiit. Cumque ad burgum sancti Audomari pervenisset, suburbana eius incendit, et fraude Vulverici castellani civitatem intravit. Hostes per plateas predando discurrunt; burgenses latebras fugiendo querunt; spoliantur ecclesiae, iniuriantur monachi, lacerantur clerici, dehonestantur matrone ac puelle, luget urbs plena confusione. Talia rege agente, Gusfridus episcopus in villa que dicitur Sperleca[1] residens et qualiter Frisioni subveniret mente per- 1
tractans, missis ad eum litteris spondet, quod si dominio eius silvam quae vocatur Bethlo concederet, paterno illum regno restitueret. Comite autem voluntati eius annuente, episcopus celeri nuntio regi mandat, quatinus sue saluti consuleret et quantocius abiret, adiungens quoque, ducem Flandrie et comitem Bolonie cum magno exercitu prope adesse; ac ni fugam acceleraret, capiendum se fore. Quo ille nuntio territus, relictis sarcinis nocte urbem reliquit et versus Galliam properavit. Rege itaque fugiente, comes in crastinum adveniens urbem recepit; sed de iniuriis ecclesiarum et populi vehementer condoluit[a]. Episcopus igitur fratrem suum Eustachium comiti reconcilians, predictam silvam ei concessit; quae tali ex causa usque hodie a comitibus Bolonie iure hereditario possidetur.

23. Robertus denique cognomento Frisio, adversariis undique devictis*, totius Flandrie ROBERTUS FRISIO.
monarches efficitur**; atque post innumeros bellorum triumphos Roberto filio regni gubernacula tradens, moritur, et apud Casletum sepelitur. 1093. Oct. 13

24. Robertus siquidem iunior paterni principatus heres effectus, duxit Clementiam, filiam Wil- ROBERTUS IHE-ROSOLIMITANUS.
telmi nobilissimi comitis Burgundionum cognomento Testahardith*; ex qua genuit Balduinum militem Lamb.
inclitum, et Willelmum qui infra adolescentie metas immatura morte preventus, in monasterio sancti Bertini est tumulatus. Comes itaque Robertus in expugnatione Ierosolimitana laudabili militia enituit, et inde rediens brachium sancti Georgii secum detulit, quod Aquicinensi ecclesiae transmisit. Deinde Camaracum Sig. Auct. Aq.
urbem illo inquietante, Henricus imperator contra eum proficiscitur, et expugnatis aliquibus eius castellis, imminentis Sigeb.
hiemis asperitate redire compellitur. Designata igitur regni monarchia filio, defunctus est, et apud Lamb
Atrebatum sepultus; eique successit Balduinus inclitus, militia et probitate non inferior**. 1111. Oct. 5.

25. Hic accepit uxorem filiam Alani comitis Brittanniae[2]; sed consanguinitate inter eos BALDUINUS INCLITUS.
probata, iussu Pascalis pape separati sunt; que consanguinitas a Conone Prenestino epi- 3
scopo in presentia pape hoc modo recitata est: *Constantia regina Francorum et Ermengardis comitissa Arvernensis sorores fuerunt. De Constantia nata est Athela comitissa et de Ermengarde Arvernensi altera Ermengardis comitissa[3]; de Athela Robertus Frisio, et de Ermengarde Berta comitissa[4]; de Roberto alter Robertus, et de Berta Havisis Namnetensis comitissa; de Roberto iuniore iste Balduinus, et de Havise comes Alanus; de hoc ista iuvencula.*

23. * legatos ad imperatorem — dictum est. *apud De Smet* I, 63. *ex Herim. Torn. addit* B.

** Post paucos annos idem Robertus Iherusalem abiit, quam tunc possidebant Sarraceni. Cumque portam civitatis vellet intrare, porta se clausit spontanea. At ille hoc videns, nimio timore correptus est, intelligens hoc sibi non esse prosperum prodigium. Abiit ergo inde ad quendam eremitam, prope civitatem manentem, quem audierat virum esse sanctum et religiosum, ut faceret confessionem peccatorum suorum. Audita ergo vir sanctus illius confessione, iniunxit ei poenitentiam de Arnulfo nepote suo, quem occiderat, et dixit ei, ut si vellet Deum habere propitium, Balduino nepoti suo redderet Flandriam, quam abstulerat ei. Ille autem nimis timoratus de portae prodigio, annuit eremitae consilio, venit ad portam, quae ultro aperta est ei. Cum autem in civitate degeret, in domo cuiusdam perpotentis Saraceni audivit ab astrologis Saracenorum et diversis, Iherusalem in proximo capiendam esse a cristianis; quae capta est non multo post, 39. anno Philippi regis. Robertus autem reversus de itinere Iherusalem, Duacum timore nimio reddidit Balduino comiti Hainoniensi. Robertus autem dum in regno Flandriae essot sublimatus, morientes clericos — Casel. *apud De Smet* I, 67. *ex Lamberti genealogia c.* 3—8 *addit* B.

24. * et sororem domni papae Calixti — sepulturam accepit. *apud De Smet* I, 68—74. *ex Herim. Tornac. c.* 18—26 *addit* B.

** Iste Robertus antequam pergeret versus Syriam, dedit sigillum dominii sui et principatus preposito S. Donatiani, quem totius dominii Flandrie cancellarium constituit. Anno quinto principatus Roberti Cistertium fundatum est. *addit* B.

a) Rege — condoluit *in margine addit* 1.

99) Montreuil. 1) Eperlec, inter St. Omer et Ardres. 2) Havisem seu Agnetem. 3) Carnotensis, coniux Odonis II. 4) coniux Alani III. ducis Britanniae. Alio modo hanc cognationem exponit Ivo Carnotensis in epistola a Dom Brial XIII, 411. n. edita.

Lamb. 26. Igitur Balduinus inclitus in diebus suis potens super omnes Francorum principes, bellis frequentibus ita nobiliter Flandrensium exaltavit regnum, ut vicinis suis tyrannis undique terrorem inferret, et Henricum regem Anglorum a Normannis expulisset, nisi infirmitas obstitisset. Nam collecta exercituum multitudine, assumpto etiam secum Willelmo Roberti filio, quem Henricus rex Anglie captum tenebat, oppidum Rotomagense in quo prefatus rex latitabat obsidione vallare disposuit, et eum comprehendere aut bello excipere et a regno quod iniuste invasorat expellere. Qui cum exercitum per Atrebatum duceret, ex occasione vulneris, quod paulo ante a quodam Britone levi ictu in fronte acceperat, repentina infirmitate correptus egrotare cepit, et a femore usque ad pedes paralisi percussus, plenis novem mensibus in languore permansit. Cumque a medicis curari non valuisset, ordinato omni regno Flandrensi, se Deo sanctoque commendavit Bertino; atque monachico habitu indutus, octavo principatus sui anno in villa Roslarensi Deo animam reddidit; et a Karolo eius successore ad Sanctum Bertinum delatus, astante universa procerum multitudine, in medio ecclesiae honorifice sepultus est.

KAROLUS. 27. Quo sine herede defuncto, Karolus iure propinquitatis successit. Erat enim filius Canutonis regis Dacie ex filia primogenita Roberti Frisionis et Gertrudis. Cumque sublimatus esset in regno, ecclesiam sancti Audomari ingressus, cum principibus Flandrie primam curiam tenuit; et eodem anno castrum sancti Pauli, in quo Hugo perfidus Campus Avene dictus predonesque multi latitabant, penitus destruxit, fossamque circumfluentem impleri iussit. Per-
Simon. versorum quoque munitiones undique viriliter delevit, et sibi regnum nobiliter subiugavit. Octavo igitur principatus sui anno apud Bruges in quadragesima missam audiens, infra canonem orationibus instans et psalmum quinquagesimum decantans, manum etiam cum elemosina pauperi porrigens, manu servorum suorum coram altari propter iusticiam occiditur. Cuius mortem portentuosa signa precesserunt. Nam in dungionum[5] fossis abundantia sanguinis emanans et a plerisque decoctus, intolerabilem de se fetorem reddidit, sanguinem qui effusus est in morte Karoli vel in ipsius ultione, pretendens et fetorem proditionis longe lateque expandens.

WILLELMUS NORMANNUS. 28. Quo occiso, Ludowicus rex in Flandriam venit, et licet cum difficultate, successorem eius Willelmum filium Roberti comitis Normannorum, quem Henricus rex tunc captum tenuit, Flandris preposuit, et proditores Karoli diversis tormentorum generibus, ut dignum erat, interemit. Deinde tot clades, tot incendia, tot bella, tot perturbationes adversus Willelmum insurgunt, totque mala Flandria afficitur, ut tedeat dici vel scribi. Willelmus de Lo, filius Philippi fratris Roberti junioris, elevabatur dicens: *Ego regnabo.* Qui maximam partem populi sibi conciliens, quasdam castra sue subdidit ditioni. Quo cognito, rex cum Willelmo comite Ypres obviam vadit, eumque captum vinculis et carceri per aliquantulum temporis mancipavit; sed postea ei prece suorum falso reconciliatur, idem Willelmus comiti sacramentum fidelitatis fecit, quod vix uno die servavit.

29. Suscitavit adhuc ei Sathanas et alium adversarium, Arnoldum scilicet, nepotem Karoli ex sorore eius primogenita. Dicebat enim, se esse iure propinquitatis regni heredem. Qui ab Audomarensibus susceptus, ex monasterio sancti Bertini sibi fecit munitionis castrum, unde rebellaret. Quo audito comes Willelmus cum suis eum obsedit, nonnullis nitentibus ignem apponere, sed comite ne quis hoc presumeret comminante; Arnoldum exire coegit et ius totius Flandrie abiurare.

30. Videntes igitur quidam Flandrierum proceres, consiliis Normannorum comitem inniti; invidia ducti vel pecunia Henrici regis illecti, Theodericum filium Theoderici ducis de Ellesath, quem genuit ex filia Roberti Frisionis, evocaverunt, et ei faventes multa mala constituerunt. Proditio namque, periurium, infidelitas, federis prevaricatio, a Flandria eo tempore estimabatur prudentia. Quid tandem? Post innumera malorum exercitia cum valida manu armatorum in campo Hackespol Willelmus et Theodericus ad prelium conveniunt; fugatoque Theoderico cum suis, Willelmo cessit victoria. Sed in brevi victorie usus est letitia. In castro namque Alst dicto Theodericum obsidens, cum ism adversariorum imminaret deditio, vulneratur; quo vulnere morti contiguus monachus efficitur, et in Sithiu deportatus, ad caput Balduini comitis tumulatur.

THEODERICUS. 31. Theodericus vero, multis ei resistentibus, totius Flandrie monarches appellatur; ad gubernandum agrestes mores, utpote his numquam assuetus, valde impar. Nam tacitis his quae in diversis locis diversis temporibus a diversis hostibus ingruebant malis, Willelmus de Lo ex castro dicto Sclus[6] resistens, homicidiis, rapinis, incendiis, ecclesiarum ac villarum desolationibus adversus illum est debachatus.

1129. 32. Interea Clemencia[a] Roberti junioris vidua, que extenus terciam partem Flandrie dotis loco tenuit, defuncta, quecumque habuit, comiti dereliquit. Quae adhuc vivens, duas ecclesias sanctimonialium edificavit, in Broburg et apud Avednes. Comitissa etiam Suanildis, pro cuius consanguinitatis cognatione plurima fiebant
1130. mala, obiit, unicam tantum filiam ex comite habens nomine Laurentiam. Hanc dux de Lemburg accepit uxorem; sed quia consanguinei esse dicebantur, separati sunt. Deinde sortitus est eam Iwanus de Alst in coniugium; quo defuncto nupsit Rodulfo comiti Peronensi;
1134. et illo mortuo, comiti de Namur[b 7]. Teodericus autem duxit filiam regis Ierosolimorum
Simon. nomine Sibillam; ex qua liberos utriusque sexus suscepit.

33. Willelmus igitur de Lo, comiti quasi trabes in oculo gravis et odiosus, capto supradicto castro de Flandria pulsus, venit in Angliam, et a rege Stephano, ut decuit tante nobilitatis virum, honorifice susceptus atque detentus est. Degens itaque in curia regali, tanta probitate militaris discipline enituit, ut regie maiestati carus foret et acceptus; nec immerito; quippe qui eundem regem ab omni emulorum incursu strenuissime tuebatur. Accidit namque, ut comes Claudiocestre Robertus, filius Henrici regis ex concubina, contra Stephanum arma sumeret, et eum aut vita aut regno
1141. privare disponeret. Quid multa? Conserto inter eos prelio, comes regem cepit et custodie

a) soror Kalixti pape *superscripsit ipse* 1. *in textum receperunt* 2. 4. 6. b) *Haec* 5. *ita:* Hanc dux de Lovanio, Henricus nomine, a. u. qui iuvenis obiit absque herede. Deinde a. c. e. I. de A. in c. q. d. n. Henrico de Lemburg; sed quia consanguinei erant, separati sunt. Preterea nupsit Radulfo *etc.*

5) *donjeon.* 6) Sluys, ad ostia Scaldis, inter Brugge et Vlissingen. 7) Aliter rem tradit Gislebertus p. 51. ed. de Chasteler: *Laureta post Ywani decessum nupsit Radulfo comiti Viromandensi viduo, postea Henrico duci de Lemborch, deinde Henrico comiti Namurcensi; quibus viris singillatim relictis, religionis habitum sumpsit.*

tradidit. Quo agnito, Willelmus assumptis secum commilitonibus Robertum ad arma pro- 1141.
vocans circumvenit, captumque diligentius custodire fecit. Deinde intercurrentibus principibus et optimatibus regni, altero pro altero restituto, uterque suis redditur. Rex vero non immemor beneficiorum, liberatori suo totam provinciam que dicitur Cantia possidendam concessit, et inter primos regni, dum vixit, honoravit. Inter hec dum toti Anglie timori esset et terrori, Dei providentia disponente, que flagellat ut erudiat, lumine oculorum caruit, sed vigorem animi non amisit. Sicque gratia Dei cor eius irradiante, que circa se agerentur perpendens et sue saluti in posterum providens, thesaurorum suorum gazas reseravit, Christique pauperibus atque ecclesiarum restaurationibus multa delegavit.

34. Per[a] idem tempus, anno scilicet verbi incarnati 1152, contigit in villa sancti Audomari quaedam ecclesiarum ac domorum lamentabilis conflagratio, in qua etiam ecclesiam sancti Bertini cum omnibus officinis vorax flamma consumpsit. Unde Leonius[b] beate memorie tunc temporis abbas, tam gravi excidio vehementer afflictus, Willelmum[8] adhuc toti Anglie imperitantem adiit, eique lamentabili voce rei ordinem pandit. Quo audito Willelmus supra tam venerabilis loci desolatione valde indoluit, et pietatis archana reserans, ad restaurationem cenobii aurum argentum ac lignorum copiam, abbate disponente, magnifice ministravit. Cuius memoria apud eiusdem cenobii habitatores in eternum permanet.

35. Non post multum vero temporis rege Stephano decedente, Henricus iunior filius filie maioris Henrici successit. Qui in initio regni sui Flandrenses ita exosos habuit, ut ca- 1153.
stella et munitiones eorum funditus everteret, possessionibus privaret, ac cum ipso Willelmo ab Anglia eliminaret. Ipse vero magnanimis Willelmus et princeps olim bellicosus, postquam in Flandriam, id est patrium solum, venit, quiete decem circiter vixit annos; multaque de facultatibus suis, ut ipsi vidimus[c], ecclesiis ac pauperibus largiens, apud castrum suum quod dicitur Lo, plenus dierum hominem exivit, ibique in ecclesia beati Petri apostolorum prin- 1164.
cipis 8. Kal. Februarii honorifice est sepultus. Cuius anima paradisi queat possidere gaudia.

CONTINUATIO BRUXELLENSIS.

in codice 4. manu s. XIV. ex.

Defuncto predicto Willelmo et in castro suo quod dicitur Lo sepulto, prefatus Theode- 1164.
ricus comes monarchiam Flandrie pacifice et quiete possedit. Qui ex uxore sua Sibilia tres habens filios in armis strenuos, inimicis metuendos et elegantia forme cunctis preferendos, propinquis et longinquis timorem incutiebat, eo quod pre timore et magnanimitate filiorum nemo predicto Theodorico auderet in Flandriam rebellare.

Prefato vero Theoderico ex hac luce subtracto et in cenobio Watinensi sepulto, Philippus 1168.
filius eius primogenitus propter illustres actus et militie strenuitatem, qua pre cunctis mortalibus pollebat, Alexandro Magno Grecorum regi ab ystrionibus et ab omnibus viris qui eumdem noverant, non immerito comparatus, patri suo successit in Flandrie comitatu. Qui duxit uxorem Ysabelem filiam comitis Viromandensis. Qui patre eius defuncto, Radulfum 1156.
fratrem eiusdem uxoris sue, qui elephantie infirmitatem incurrerat, a Viromandensi comitatu expulit, et dictum comitatum Viromandensem Ambianensem et de Valois cum prefata uxore sua optinuit, et per totam vitam uxoris sue pacifice possedit. Frater vero eiusdem Philippi secundus natu post ipsum, Matheus nomine, pulcherrimus miles sicut dicebatur omnium militum, comitissam Boloniensem duxit uxorem, ex qua duas habuit filias. Quarum primogenita de voluntate sua contra voluntatem amicorum suorum nupsit Rainaldo comiti de Danmartin; secundam duxit Henricus dux Brabancie. Et idem Matheus in quadam expeditione apud Rothomagum habita sagitta percussus interiit, et Boloniam reportatus, ibidem[9] est 1173.
sepultus. Tertius vero frater, Petrus nomine, cum esset clericus et electus Cameracensis, a clericatu resiliens est miles effectus, et comitissam de Navers duxit uxorem; ex qua uni- 1174.
cam habuit filiam, nomine Sibillam.

Memoratus vero Philippus comes Flandrie cum per quadraginta annos vel circiter Flandriam strenuissime gubernasset, uxore sua defuncta et solatio duorum fratrum suorum de-

a) *Totum caput deest* 6. *in rasura scripsit in* 1 *auctor ipse, atramento mutato, idemque sequens caput ultimum in ultimo folii margine exaravit.* b) Leo 4. c) u. i. v. *desunt* 4.

8) de Lo. 9) non Bononiae, sed apud S. Iodocum supra Mare.

1190. stitutus, ad partes profectus est Iherosolimitanas; ubi inter suos, qui secum profecti fuerant,
1191. diem clausit extremum; et ossa eius qualicumque modo a carne separata, Clarevallem sunt
Iun. 1. relata et in ecclesia tumulata.

Post quem successit in comitatu Flandrie Balduinus comes Hainonie, eo quod sororem ipsius Philippi, Margaretam nomine, haberet uxorem. Ex qua tres habuit filios: Balduinum primogenitum, post imperatorem Constantinopolitanum; Philippum, post comitem Namurcensem, et Henricum, post fratrem Balduinum similiter imperatorem Constantinopolitanum.
1206. Cum vero dictus Balduinus obtentu uxoris sue per quatuor annos vel circiter terciam partem
1194. Flandrie gubernasset, uxore sua ab hac luce subtracta et in ecclesia beati Donatiani Brugis
Nov. 15. sepulta, filius eius primogenitus Balduinus comitatum obtinuit, multum dolens et confusus, quod Philippus rex Francie, qui sororem suam habuerat uxorem, meliorem terciam partem Flandrie sibi usurpaverat. Unde mittens legatos ad Richardum regem Anglie cognatum suum, cum ipso fedus iniit; qui contra dictum regem, comes ex ista parte, rex ex alia, ver-
1196. sus Pictaviam guerram moverunt.

CONTINUATIO GISLENENSIS.

in codice 5.

Sed ut genealogiae seriem prosequamur, Theodericus Elsatius, Flandriae ut dictum est comes, visitatis quarto sacris Iherosolimorum locis, tandem Gravelingis etiam diem extre-
1168. mum clausit, et in Watenensi canonicorum regularium dyocesis Audomarensis cenobio conditus est, hoc elogio superscripto: *Hic iacet sepultus domnus Theodericus de Elsatia, comes Flandriae, qui quatuor vicibus Terram Sanctam visitavit, et inde rediens sanguinem Domini nostri Iesu Christi detulit et villae Brugensi tradidit, et postquam Flandriam annos quadraginta strenue rexerat, apud Gravelingas obiit anno Domini* 1168.

Philippus Elsatius, Veromandensis iure uxoris comes, patre Theoderico mortuo, Flandriae comitatum possedit. Hic post varia certamina cum Philippo rege Franciae habita ad iter Terrae Sanctae se accinxit. Inde rediens, nulla prole relicta, in Syria mortuus est. Cuius
1191. corpus uxor Mathildis in Claravalle cum honore sepelivit.

Philippo e vivis sublato, Balduinus magnanimus Hannoniae comes uxorio etiam iure Flandriae comitatum hereditavit. Margareta namque Philippi soror et inter filias Theoderici primogenita, Balduino comiti Hannoniae nupserat.

1194. Hoc vero Balduino defuncto, Balduinus eius filius primogenitus Hannoniae pariter et Flandriae comes factus est; et anno 1200 cum uxore Maria, sorore Theobaldi Campaniae comitis, Brugis in capite quadragesimae crucem assumpsit; annoque tertio supra 1200^{mum} cruce iam signatus in subsidium Terrae Sanctae Venitias versus, inde in Syriam ac postea Constantinopolim profectus est; ubi post varios contra Grecos habitos conflictus imperator Constantinopolitanus est electus anno Domini 1205. Sed non multo post tempore vitam
1206 finivit, eique Henricus frater Flandriae et Hannoniae comes in imperio successit.

CONTINUATIO CLAROMARISCENSIS.

in codice 6

1. His incidenter de Willelmo Loensi interpositis, ad genealogiam Flandrensium comitum revertamur. Theodericus itaque ex uxore sua Cibylia suscepit filios, Balduinum, Philippum, Matheum et Petrum; filias vero Gertrudem et Margaretam. Balduinus igitur primogenitus, qui regni heres esse debebat, in annis puerilibus obiit. Post quem maior natu Phi-
1135. lippus iura regiminis sub patre suscepit, filiamque Radulfi comitis Viromandie Elizabeth nomine in uxorem duxit. De Philippo mirabilis res, ut mihi videtur future probitatis index refertur: quod tertio generationis suae die, cunctis qui aderant audientibus, *Evacuate mihi domum!* terribiliter clamaverit. Matheus vero decore corporis et virtute militari vir laudabilis, quia principatus Flandrie in ius senioris fratris, ut mos est, cesserat, cogente patre Mariam filiam Stephani regis Anglie in uxorem sibi associat. Hec a pueritia habitu religionis initiata, cum sola Boloniensis comitatus heres superesset, a claustris educta et assensu

pape Matheo ad subrogandos paterne hereditati legitimos heredes matrimonio est coniuncta. De qua cum duas filias Matheus genuisset, sanctimonialem claustris restituens, duxit iterum uxorem sororem Flandrensis comitisse; de qua dicitur liberos habuisse, sed omnes infra pueritiam defunctos fuisse. Ultimus filiorum Petrus clericus effectus, providentia fratris in Cameracensem electum est promotus. Filiarum quoque Gertrudis primogenita nupsit primo comiti de Moriana[10], a quo separata nupsit iterum Hugoni de Oisi. Ab hoc quoque seiuncta, Mencinis[11] sanctimonialis est effecta. Margareta quoque nupsit Radulfo filio predicti comitis Radulfi; quo leproso facto et antequam eam more uxores ducentium cognovisset mortuo, nupsit iterum Balduino Haynoensi comiti, de quo fecundam satis utriusque sexus progeniem propagavit. Interea Theodericus comes apud novum oppidum[12], quod iuxta Broburg supra mare est situm, viam universe carnis ingressus, Wathenis officiosissimis exequiis est sepultus[a]. 1168.

2. Philippus itaque moderamina comitatus sui libere disponens, sapientia et tenore iustitie omnibus predecessoribus suis merito preferendus, homicidia furta et cetera innumerabilia maleficia, quibus in alterutrum Flandrenses debacabantur, compescuit; et non solum Flandriam pacifice gubernavit sed etiam omnes adiacentes provincias exemplo suo ad bonum pacis provocavit. Sed quia in humanis rebus stabilis prosperitas esse non potest, letos successus tristis eventus perturbat, ut scriptum est: *Extrema gaudii luctus occupat.* Philippus enim tum propria industria tum fratris sui Mathei auxilio confidens, dum in rebus bellicis strenue ageret, omnem Normanniam subiugasset, nisi quodam obstante infortunio a bellorum proposito destitisset. In obsidione quippe cuiusdam castelli[13] Matheus letaliter vulneratus mortuus est, et in finibus comitatus sui apud Sanctum Iudocum[14] sepultus. Que mors immatura nimis omnibus Flandrensibus facta est lamentabilis. A Matheo quippe heres Flandrie expectabatur; nam a Philippo, cuius uxor erat sterilis, omnis posteritas desperabatur. Philippus igitur iam tunc spe successionis frustratus, fratrem suum Cameracensem electum a clericatu amovens militem facit, comitissamque de Navers ei matrimonio iungit; ex qua cum unam Petrus genuisset filiam[15], veneno ut dicitur interiit. 1173. 1174.

3. Interea Philippus filius Ludovici regis Francie coronatur in regem in civitate Remensi, anno Domini 1179. Kalendis Novembris, presentibus cunctis proceribus regni; ubi affuit comes Philippus et pre aliis principibus gloriosus apparuit, ferens gladium coram rege, qui ferri debet a nobiliori principe regni. Non multis vero interiectis diebus contigit, ut rex Philippus peteret a comite, in uxorem dari sibi neptem eius, filiam scilicet sororis ipsius, videlicet Margarete Hainonensis comitisse. Quo audito comes gavisus est valde, quia multum sibi accedere sentiebat honoris, si regina fieret et regina Francie neptis sua. Dedit igitur eam regi, eique concessit in dotem habendum post suum decessum, quicquid terre ac iuris habebat ipse ultra magnum fossatum[16]. 13

4. Non multum post oritur discidium inter regem Francie et comitem Flandrie; quo durante, moritur Elizabeth comitissa, et honorifice sepelitur Attrebati in ecclesia beate Marie, anno Domini 1182. Erat igitur guerra inter regem et comitem. Et rex quidem cum esset iuvenis eximie probitatis atque prudentie, incertus adhuc in quem de baronibus suis ad plenum confidere posset, et fere omnes metuens, affectabat eorum virtutem ita debilitare ac frangere, ut nullum de ipsis merito formidaret. Aggressus est itaque comitem Flandrie, qui precipuus inter omnes et potentissimus omnium videbatur. At ille fremens ut leo et audacie tonitru fulminans, discurrebat per regiam terram, cuncta sibi obvia vel prosternens vel rapiens vel incendens. Principes autem eius ut leonum catuli circuibant regionem regis, audacter euntes perante Silvanectum, depopulando usque in villam que dicitur Loures, non multum distans a civitate Parisiensi; ceperuntque Albericum comitem de Domnomartino super lectum suum, et captum ad comitem Flandrie adduxerunt. Itaque formidini erat omnibus fortitudo et animositas comitis et suorum, metum incutiens hiis quoque qui Parisius habitabant. Huius autem discordie incentores ex parte regis fuisse dicuntur comes Clarimontis et Radulfus de Cociaço et filii Roberti cognomine Clementis, qui erant consiliarii regis. In exercitu etiam regis erant quasi signiferi Henricus iunior rex Anglorum et Ricardus frater eius dux Aquitanus. Exercebantur ergo utrinque absque ullo remedio Cont. Aquic. 1182. Mart. 26.

a) *in margine alia manus s.* XIV. *addit:* Anno Domini MCLXVII. XVI. Kalendas Februarii, qui annis XL regnavit.

10) Maurienne, Humberto III. 11) Messines. Nova, a S. Audomaro ad fl. Lys ducta a. 1053. 12) Gravelingen. 13) Briencort. 14) St. Iosse sur Mer. 15) Sibillam. 16) Fossa Bolona, seu Cf. infra c. 9.

Cont. Aquic. cedes incendia et rapine, expoliationes ecclesiarum, oppressiones burgensium, pauperumque destructiones; ita quod universa Gallia hoc vento agitata, hac illacque curvata sit. Nec fuit citra Alpes locus, qui se absconderet ab auditu tonitrui hujus. Interdebant vero paci reformande Willelmus Remensis archiepiscopus et comes Blesensium Theobaldus, avunculi regis. Hiis aliisque mediantibus religiosi viri, quandoque dabantur indutie a nativitate Domini usque in octavas theophanie, et ab initio quadragesime usque in pascha. Post pascha vero transactis indutiis, cum de pace inter regem et comitem spes nulla iam esset, sed bellum omnes communiter expectarent: ex insperato Henricus senior rex Anglorum et Philippus rex Francorum, Philippus etiam comes Flandrensium, mediante Henrico Albanensi episcopo apostolice sedis legato et quondam Clarevallis abbate, cum archiepiscopis episcopis abbatibus et Francorum proceribus inter Crispeium et Silvanectum conveniunt, et pax inter eos pacis intercurrentibus nunciis reformatur. Nunquam nostre etate audivimus tantum belli incendium pacis gutta tantillo extinctum.

Et comes Philippus resignato comitatu de Crespi ad opus comitis de Biaumont, cui competebat ex uxore[17], cum aliis quibusdam[a] castellis, que ipse tenuerat ex parte uxoris, regis pacem et gratiam est adeptus.

1184. 5. Post aliquantulum temporis Philippus rex Francorum consilio quorumdam baronum suorum, comiti Flandrie invideatium, reginam vult dimittere. At[b] illa hoc sentiens conversa est ad Deum, tantamque erga Dei genitricem in civitate Silvanectensi exibuit devotionem humilitatem et contritionem, ut omnes intuentes pene ad lacrimas commoveret. Nam nudis pedibus per plateas civitatis incedens, et cereos in manibus portans, elemosinamque omnibus indigentibus affluenter dispertiens, intravit beatae Dei genitricis ecclesiam, ubi oravit diutius, et eo die omnes civitatis pauperes laute ipsa refecit et eis ipse etiam ministravit. Quod rex et omnes optimates eius audientes, compassi sunt ei, et penitentia ducti a proposito destiterunt. Philippus tamen comes tam Remensem archiepiscopum quam omnes qui huius consilii complices extiterant, quos dudum coluerat ut amicos, nunc ut inimicos veretur. Propter hanc causam et alias pax inter regem et comitem est turbata. Uterque igitur post pentecosten cum suis exercitibus in marchis terrarum suarum conveniunt. Et regis quidem exercitus militibus plurimis, comitis autem agminibus peditum armatorum sufficienter et optime precellebat. Standarum altissimum draconem desuper preferentem comes secum super currum rotarum quatuor duci fecit; quod rex cum tota Francia indigne admodum tulit. Tamen Henrico Anglorum rege mediante, pacis inducie protelantur a festo sancti Johannis in annum. Interim comes mittit in Ispaniam pro Mathilde filia Adefonsi regis Portusequalis; que ad eum venit cum regio apparatu et ambitione multa, et facta est ei uxor anno Domini 1184. mense Augusto.

6. Balduinus vero comes Montensis adherebat regi, et licet sororem comitis Philippi haberet uxorem, erat tamen exercens inimicitias contra eum. Instinctu ergo illius rex Fran-
1184. cie iterato insurgit in comitem Flandrie. At ille non improvidus nec imparatus audacter occurrit. Collocatis namque per castella sua que in marchis habebat custodiis equitum contra infestationem regis, ipse militari manu tantummodo terram comitis Montensis ingreditur a parte meridiana, ab oriente vero Philippus archiepiscopus Colonie, qui comitem Flandriae adiuvabat. Porro Duacenses et Pabulenses ab occidente incendiis et rapinis demoliti sunt terram illam. Rex autem ut comperit, alias comitem esse intentum, Viromandiam intrat; accedensque ad castrum quod Mons Desiderii dicitur, suburbana illius succendit; sed per fideles comitis, qui circumquaque in presidiis morabantur, ocius est inde repulsus. Cum vero hiemps instaret — erat enim Novembris mensis — asperitate hiemis compellente ad propria unusquisque digreditur. Die autem nativitatis dominice propinquante, inducie dantur utriaque[18]. Cum autem finiende essent inducie, et comes Flandrensis suam prepararet expe-
1185. ditionem, Balduinus comes terram Iacobi de Avesnes virtute irrumpens, veteris memor iniurie incendio tradit eam. Nam ille incentor esse discordie inter utrumque comitem ferebatur. Finitis induciis, rex et comes omni spe iam pacis remote in eadem mutuem ruituri, sub urbe Ambianensi cum suis exercitibus consederunt. Tandem nutu Dei ut credimus, comes regie maiestati et honori proprio deferens ac saluti, eadem etiam populorum a Deo simul et hominibus sibi metuens imputari, antequam aliquis caperetur vulneraretur vel perimeretur, reddidit regi quedam castella comitatus Viromandensis, que iure armorum hucusque possederat a tempore quo prima uxor eius mortua fuit; de qua non habuit liberos, cum ex parte ipsius eumdem habuerit comitatum; pro quo
cf. Gisleb. 146. etiam tota haec discordia fuit inter se et dominum suum regem. Inter ea vero castella que reddidit, eminebant Causiacus, Thorota, Monsdesiderii, Calmiacus et dominium Ambianense. Haec autem resignavit regi, ut armis cederet et reliquam partem Viromandie, videlicet villam Sancti Quintini, Ham et Peronam circumpositamque regionem, in pace tenendam sibi quamdiu viveret concederet et confirmaret. Factumque est ita; et mansit deinceps idem comes in eiusdem gratia regis[19]. Ibi etiam pacificantur comites Flandrensis et Hainonensis.

7. Circa idem tempus contigit in ecclesia transmarina, divini severitate iudicii, res omni christianitati valde
1187. lamentabilis et dolenda. Rex enim Iherosolimorum obviam pergens et congressum faciens cum Salahadino et Sarracenorum multitudine infinita, superatur et capitur, et omnes principes eius aut occiduntur aut capiuntur, vulgus vero innumerabile trucidatur; Bellehemites episcopus, qui crucem ferebat, perimitur, et crux Domini a paganis auferter; et sicut de archa Dei legitur, translata est gloria Domini ab Israel. Salahadinus deinde terram perambulat, civitates et

a) *scribe primo locum vocis vacuum reliqueral, eo consilio, ut numerum castrorum insereret, quem primum didicisset. Postea eodem atramento quo inde ab* At illa *utitur, vocem* quibusdam *inscripsit: numerum igitur non didicit.* b) *abhinc atramentum mutatur; manus eadem.*

17) Eleonora, quae soror erat uxoris Philippi 18) *a. 12ma die ante natale Domini usque ad octavas epiphanie* Gislebertus p. 142. 19) Haec pax facta fuit a. 1185. secundum Gislebertum et Continuatorem Aquicinensem. Alii ponunt a. 1186.

castella evertit, aut retinens sibi firmat et munit, monasteria destruit, monachos presbiteros clericos perimit, sanctimoniales dehonestat et interficit. Actum est hoc anno incarnationis dominice 1187, quo anno natus est Ludovicus filius regis Francie primogenitus, pridie Kalendas Septembris. Audito autem gravi nuncio de terra Iherosolimitana, rex Francie rexque Anglie cum principibus multis, episcopis comitibus nobilibus et ignobilibus trans mare profecturi cruces accipiunt. Verum priusquam iter arriperent, Philippus rex Francie profecturus contra ducem Burgundiae, assumpsit comitem Flandrie secum. Nam dux ille iniustissimus et perfidus erat in eo, quod Francie ac Flandrie mercatores, quos in fide sua tuendos per terram suam susceperat, spoliari a suis latronibus permittebat. Assultus ergo regis et comitis sustinere non valens, perditis quibusdam castellis suis, ad deditionem compulsus, tradidit se ipsum regi. Deinde idem rex et idem comes assumpto secum Ricardo Aquitanie duce, ducunt exercitum contra Henricum regem Anglorum, patrem eiusdem Ricardi, villasque illius et castella diripiunt et incendunt. Semper enim Francorum regibus rebellis exiterat et dampnosus. Quorum assultum ille non sustinens, de loco ad locum fugiendo eorum devitabat adventum. Tandem usque Cenomannis persecuti sunt eum. Super quo ultra modum contristatus, in infirmitatem decidit, et ad Chinon usque perveniens, diem clausit extremum. Hinc apud Fontem Ebraldi delatus, vix necessarios sumptus ad sepeliendum habens, ille quondam dives et prepotens ibidem in monasterio sanctimonialium tumulatur. Cui successit in regnum dux Aquitanie Ricardus filius eius, anno 1189, quo anno mortua est Elizabeth Francorum regina, neptis Philippi comitis Flandrie. Mortua est autem de duobus geminis, et cum nimio Francorum planctu in ecclesia beate Mariae Parisius sepelitur. Cont. Aquic. 1186. 1189. Mart. 15.

8. Euntibus autem predictis regibus Francie simul et Anglie versus mare, Philippus comes Flandrie cum eis transfretat, et pariter obsident civitatem que dicitur Achra, quam Sarraceni firmiter valde munierant et servabant. In cuius obsidione, que multo tempore duravit, Philippus comes indigentibus et maxime militibus qui stipendia sua consumpserant sua erogando, plurimum extitit liberalis. Obiit vero ibidem tertio mense transfretationis sue, anno Domini 1191. Kalendis Iulii, et sepultus est in basilica sancti Nicholai foris murum Achre, ubi etiam tumulati sunt plus quam 50 tam episcopi quam duces et comites; sed postea per diligentiam uxoris sue Mathildis regine Portusequalis translatus est Claravallem, ac reconditus honorifice in sarcofago, intra capellam quam ipsa illi et sibi paraverat. Et ipse quidem strenue rexit comitatum Flandrie per 24 annos, nobilissimus omnium qui fuerant ante ipsum in Flandria, divitiis et honoribus affluens, prudentia et potentia magnus, fervens in iustitia, fortis et probus ad arma, unique Machabeorum non immerito comparandus. Clericos honorabat, monachos amplectebatur, pauperes defendebat, causas religiosorum etiam contra suos quamdoque barones et milites tuebatur. 1190. 1191.

9. Cuius morte audita, confunditur tota patria et turbatur, dolor et timor occupat universos, maxime clerum et populum, statimque regnum eius scissum est in tres partes. Nam Willelmus archiepiscopus Remensis, qui regis Francie iura servabat, illam partem quam Philippus comes nepti sue regine in dotem olim concesserat, occupavit ad opus filii eiusdem regine, videlicet Ludovici; hoc est Bapalmas, Attrebatum, Ariam Sanctumque Audomarum et domum de Ruholt cum nemore, comitatum Hiadinensem et Lensensem, homagium Bolonie, S. Pauli, Gisnense, Lilerense. Omnia enim hec Philippus comes post suum decessum habendo concesserat regi, quando ei neptem suam legali matrimonio copulavit. Alteram vero partem donaverat idem comes propter nuptias uxori sue Mathildi; hoc est Insulam et Duacum et plures ac bonas villas hinc et inde iacentes, Caslethum, Watenes, Bergas, Burburgium, totamque maritimam regionem. Porro terciam partem hereditatis iure saisivit Balduinus comes Haionensis ex parte uxoris sue Margarete, sororis Philippi comitis antedicti.

10. Rex autem Philippus in Franciam rediens, dies nativitatis dominice Parisius celebravit. Ad cuius curiam Balduinus comes vocatus cum aliis venit; sed rex eum nec humane nec benigne suscepit. Quod ille cernens, rege insalutato clam a civitate discessit. Tamen consulens terre suae, ad recuperandam regis gratiam Symonem de Aquicineto et Danielem de Camberone abbates ad regem direxit. Tandem mediante Willelmo Remensium archiepiscopo necnon et Petro Attrebatensi episcopo, pax inter regem et comitem reformatur, ita quod rex suscepit homagium comitis, et comes ei benigne concessit habendam occidentalem Flandrie partem superius nominatam, retinens sibi orientalem. Post quatuor circiter annos obiit Margareta Flandrie et Haionensis comitissa; cui successit in comitatu Flandrie Balduinus filius eius, patre suo Balduino adhuc circiter per annum vivente, qui eidem filio suo Balduino primogenito uxorem acceperat Mariam filiam Henrici comitis Campanensis, quam genuit ex filia Ludovici regis Francorum. Interea rex Anglorum Ricardus de partibus transmarinis regreditur, oriturque discidium inter ipsum et regem Francorum. Rex itaque Francie collecto exercitu castellum regis Anglorum quod dicitur Aubamarla obsidet, cepit et destruit. Milites regis Anglorum episcopum Belvacensem consanguineum regis Francorum ceperunt et apud Rotomagum gravi custodie manciparunt. Instinctu quoque muneribus et promissis regis Anglorum, Balduinus comes Flandrie et Haionensis regem Francie dereliquit, et regi adheret Anglorum. Hic itaque collecto exercitu copioso per pagum Tornacensem et Cameracensem incedens, omnia eiusdem pagi castella cepit; sicque ad civitatem Attrebatensem perveniens, eam a parte orientali obsedit. Secundo autem obsidionis die subito inde recessit. At Philippus rex Francie haec audiens et indigne ferens, cum magna equitum et peditum copia transiens apud Ariam flumen Lisie, terram comitis vastaturus intravit; sed quibusdam infortuniis tactus, colloquium cum comite habuit extra Ypram; et sic infecto negotio rediit in terram suam, multis qui adventum eius formidaverant irridentibus inefficacem eius recessum. Comes vero Balduinus castrum Sancti Audomari quinque ebdomadarum obsidione clausit, et rege Francorum Philippo nullum ferente praesidium, utpote qui a Ricardo Anglorum rege plurimum artabatur, cepit redditum sibi et optinuit. Arienses enim reddiderant se iam sponte in manus illius. Interim rex Anglie stipatus multitudine militum irruit super regem Francorum cuntem Gisortium. Ille vero cum suis festinans munitionem intrare, fracto ponte in flumen dicitur cecidisse; sed extractus est inde, pluribus tamen de nobilioribus suis captis. Statimque rex Francorum exer- 1191. 1192. 1194. 1197. 1198.

Cont. Aquic. citum congregans copiosum, terram Normannie vicinam terre sue incendio et rapinis devastat. Mediante vero Petro cardinale Sancte Marie in via Lata et apostolice sedis legato, date sunt treuge inter reges. Ricardus ergo rex obsidens castellum quoddam vicecomitis Lemovicensis, qui a se recesserat, quod appellant Zaluht[a], ibi sagitta vulneratus
1199. est et defunctus; cui Iohannes frater eius successit in regno. At Balduinus comes terram regis Francorum rapinis et incendiis devastabat. Maria autem comitissa Flandrie pro pace inter regem et comitem componenda Parisius vadens ad regem, honorifice suscepta est ab eo; quam rex de pace securam cum quibusdam captivis in pignus pacis remisit ad
1199. propria. Anno igitur Domini 1200. in diebus nativitatis dominice Philippus rex et Balduinus comes apud Peronam colloculuri de pace convenerunt, ubi per Marie comitissae industriam pax firma utrimque iuratur; que pax tam Francie quam Flandrie magna fuit causa letitie.

11. Postea Balduinus comes cruce signatur, et Iherosolimam tendens, apud Venetiam hiemavit, et Gazaram civitatem Venetiis inimicam subegit cum eorum auxilio, subactamque tradidit eis. Deinde ad illam nobilem et munitissimam ope simul et opibus et fere inexpugnabilem civitatem Constantinopolim, de Dei confisus auxilio, cum paucis expugnandam

Ep. Bald. accessit. Irruentibus ergo Flandrensibus Francis atque Venetiis, scalis turribus applicatis, Greci propugnacula relinquerunt, nostrique audacter ingressi militibus portas aperiunt; multaque cede facta Grecorum, nostri advesperascente iam die arma fessi deponunt, de assultu palatiorum in crastino tractaturi. Imperator vero Alexius, qui a muris recesserat et in palatium fugerat, suos recolligit et crastinam hortatur ad pugnam, asserens quod nostros in potestate nunc habeat intra murorum septa conclusos; sed nocte latenter dat terga devictus. Quo comperto, Grecorum plebs attonita de substituendo imperatore pertractat. Et dum mane facto ad cuiusdam Constantini nominationem procedunt, pedites nostri non expectata deliberatione maiorum, ad arma prosiliunt; et terga dantibus Grecis, fortissima et munitissima palatia relinquuntur, totaque in momento civitas obtinetur, et omnium que inter divitias ab hominibus computantur, tam inestimabilis habundantia reperitur, ut tantum tota non videretur possidere Latinitas. Ordinatis igitur diligenter quo disponenda rerum poscebat eventus, nostri ad electionem imperatoris unanimiter et devote procedunt; et omni ambitione seclusa, venerabiles episcopos Suessionensem, Trecensem, Haluersdatensem, dominumque Bellemitanum qui a partibus transmarinis auctoritate apostolica ibi fuerat delegatus, Acconensem electum, abbatemque Lucedii, imperatoris sub Domino constituunt electores. Qui oratione premissa, ut decuit, Balduinum comitem Flandrie et Hainonensem unanimiter ac sollempniter elegerunt, atque ad imperii fastigia gloriose coronatum memorati pontifices cum uni-
1202. versorum applausu et piis lacrimis sublimarunt anno Domini 1202. dominica qua cantatur *Iubilate*, post pascha.

12. Uxor vero eius Maria, claris orta natalibus, virum suum insecuta, post tediosas terrarum metodos et maris anfractus ac tractus tandem Acharon aplicuit; ibique diutinis et gravibus macerata egritudinibus, ultimum reddidit spiritum. Iohannes rex Anglie post infinitas expensas in castellis tuendis et munitionibus erigendis per longum tempus factas, pusillanimitate confectus magis quam pecunie defectu, fuge opprobrium vilipendens, Normannia Aquitania cum appenditiis universis relictis, tanquam ad asilum confugiens transito mari rapido cursu in Angliam se recepit. At Philippus rex Francie letus hec omnia occupavit et cepit.

1205. 13. Anno deinde incarnationis Domini 1205. imperator noster Constantinopolitanus Balduinus, Flandrie et Hainoie comes, a Iohanne cognomento Blake in conflictu inter se commisso captus fuit, nulli deinceps de nostris comparens. Cui anno sequenti successit in imperium frater eius Henricus, vir in rebus bellicis strenuus et morum nobilitate conspicuus. In comitatu vero Flandrie et Hainoie successit eidem Balduino imperatori primogenita filia eius Iohanna, quam in sua custodia et tutela Philippus rex Franciae habuit, donec matrimonio copulavit eam Fernando filio regis Portusequalis, et hoc per industriam regine[a] Mathildis,
1211. quondam Flandrie comitisse. Celebratis ergo nuptiis in capella regis Parisius, antequam eadem Iohanna cum viro suo Fernando venisset in Flandriam, ut ab hominibus Flandrie fidelitatem debitam sibi reciperet: Ludovicus primogenitus regis miles iam factus subito et repente Ariam venit cum exercitu et bellicis instrumentis, exigens a burgensibus villam sibi reddi, sicut ipsi noverant eam competere sibi ex parte materna. Illi autem dixerunt, quod si castrum Sancti Audomari, quod erat fortius et magis munitum et quod iure pari eum respiciebat, prius obtinuisset, ipsi absque mora et difficultate aliqua ei redderent villam suam. Hac igitur sponsione accepta, venit ad Sanctum Audomarum; sed clausum invenit. Non enim burgenses eum continuo receperunt, licet magno minarum tonitru terruerint eos comites Sancti Pauli et Pontivi aliique barones, qui cum predicto venerant Ludovico. Confluebat itaque copiosus exercitus circa villam, et atrociter minabantur, quod eam succenderent et omnes in ea repertos immanissimis cruciarent suppliciis. At burgenses cum ita ex improviso se viderent obsessos, nec haberent milites, quorum consilio et auxilio possent defendere villam suam, nullumque sibi presidium ferri ab aliquo expectarent: habuere consilium, quod reciperent in crastino cum honore dominum Ludovicum, et ipsi ab eo reciperentur in gratia et amore; factumque est ita. Deinde consilio eiusdem Ludovici apposuerunt adhuc firmare amplius muris pariter et fossatis maioribus villam suam; et ipse dominus Ludovicus turrim

a) amite illius scilicet *superscripsit manus s. XIII.*

20) Chalus-Chabrol. BRIAL.

excelsam et fortem edificavit in medio muri prope portam Bolonien-sem, per quam posset intrare in villam, cum vellet, et exire ab ea.

14. Fernandus vero cum amita sua Mathilde regina vetula et infirma et uxore sua 1211.
lento gradu Flandriam et Haionium veniebat, recipiendus ab hominibus terre in dominum et eos ipse in homines recepturus. Reliquit autem Duaci uxorem suam febricitantem cum amita sua Mathilde predicta; ipse vero properavit Ypram, deducentibus eum Philippo qui erat marchio Namucensis et patruus uxoris eius, et Iohanne qui erat dominus de Nigella et castellanus Brugensis, Sigero etiam castellano Gandensi. Cumque Yprenses et Brugenses colla eius dominio subiecissent, Gandenses eum recipere noluerunt, donec heredem terre viderent, filiam scilicet imperatoris Balduini, et certi essent, quod ei nupsisset. Hiis auditis velociter rediit; et nobilissimi principes duo, videlicet Rasso de Gavera et Arnulfus de Aldernade, qui nuptias istas sine suo consilio factas esse dolebant et prefatos oderant castellanos, cum armatis militibus et aliis multis insecuti eum, Curtrachi sunt consecuti. Prandebat autem cum principibus qui erant cum eo; qui predictorum inopinato adventu et insectatione comperta, nil rati sunt utilius fore sibi ad presens quam fugere. Fugam igitur maturantes, de rebus suis plurima reliquerunt, et transito fluminis ponte, ne hostes post eos transirent pontem fregerunt. Quod illi videntes, redierunt in villam et depopulati sunt eam.

15. Fernandus ergo assumpta uxore sua et collecto exercitu, Gandavum obsedit. At Gandenses datis ei ter mille libris in pace sunt ab eo recepti. Predicti autem castellani de Gandavo et de Brugis, eo tempore quo terra vacans comitem non habebat, usurpaverant sibi iura et consuetudines quasdam in castellaniis suis, que magis dicebantur spectare ad comitem Flandrie quam ad ipsos. Cum ergo haec eis concedere et confirmare Fernandus non vellet, discesserunt ab eo, et ad regem Franciae, cuius homines erant ex alio feodo quem tenebant de illo, se unanimiter contulerunt. Quod videntes Rasso de Gavera et Arnulfus de Aldenarda, qui eosdem oderant castellanos, reversi sunt ad gratiam comitis, facta resarcitione dampnorum et iniuriarum satisfactione prius exhibita.

16. Ea tempestate Renaldus de Domnomartino, comes Bolonie et Moretonii, quem rex 1212.
Francie super omnes principes suos exaltaverat ob ingentem eius probitatem atque industriam, accusatus quod regem prodere vellet, fugit a facie regis contra eum cum exercitu venientis. Fugiens vero accessit ad comitem Flandrie, deinde ad regem Anglie, incitans eos, ut inito ad invicem pacto recuperari satagant vi armorum ea que antecessores eorum tenuerant et modo tenet rex Francie violenter. Quod facile fieri promittit, et maxime, cum auxilium imperatoris Othonis eis deesse non possit. Erat enim idem Otho regis Anglie nepos, et regem Francie odio habens, libenter contra illum suum avunculum adiuvaret. Fiunt ergo littere hinc et inde, regis ad comitem comitisque ad regem, de ineundo federe inter ipsos contra regem Francie dominum suum[21]. Interea barones Anglie, regem suum propter 21
nimiam crudelitatem ipsius habentes exosum, mittunt latenter ad regem Francie, supplicantes attentius, ut veniret in Angliam, spondentes firmissime, quod eius ditioni se subderent, et expulso rege qui regno indignus erat, regnum traderent ei. Anno igitur Domini 1213. 1213
Philippus rex Franciae cum ingenti mole navium simul et hominum parabat se in portu qui dicitur Calays, ut in Angliam transfretaret. Erat tunc temporis in Anglia Pandulfus clericus quidam domini pape, qui auctoritate ipsius excommunicabat omnes regi Anglie adversantes. Etenim rex Anglie Iohannes audiens regem Francie super se venturum, nimio terrore perculsus, resignavit domino pape regnum suum in manu clerici antedicti, et recepit illud ab eodem clerico tenendum sub censu mille marcharum annuatim summo pontifici solvendarum.

17. Rex autem Francie mutato repente consilio de pergendo in Angliam, vertit se ut iret in Flandriam. Precepit ergo, ut onuste naves sue occurrerent sibi ad portum qui Dam dicitur, prope Brugis. Ipse vero per terram vadens, venit die dominice ascensionis Casletum; ponensque ibi milites et sagittarios ad custodiam castri, processit versus Ypram et Brugis, neminemque sibi resistentem invenit, deducentibus eum castellanis predictis, Brugensi scilicet et Gandensi. Fernandus autem Flandrie et Renaldus Bolonie comites prorumpentes de mari latenter, irruunt in extremos de exercitu regis; sed viriliter et cito repulsi, vix evadere potuerunt ac recipere se in mari. Verumptamen de navibus regis postea cepe runt non paucas; quod rex audiens, residuas omnes succendit, precavens ne ab hostibus

21) exhibet eas Dom Brial XVII, 87.

1213. similiter caperentur. Cepit etiam rex apud Ypram Brugis et Gandavum multos de burgensibus, qui ditiores ibi esse videbantur, et duxit eos in Franciam, tenens eos in captione artissima, donec magnam ab eis pecunie quantitatem extorsit.

22 18. Fernandus ergo comes perrexit in Angliam, et regi Anglie hominium[22] fecit; cui rex multas dedit pecunias, suum ei ut dicitur thesaurum communicans et exponens ad conducendum milites, qui cum eo terram regis Franciae devastarent. Factum est hoc in diebus nativitatis dominice, in quibus comes Bolonie Renaldus sumptis militibus et quibusdam communiis Flandrie Caslefum obsedit. Verum priusquam appropinquaret, viri qui erant in arce, partem ville maximam succenderunt, pugnaveruntque fortiter et munitionem viriliter defenderunt. Licet autem nix de celo descendens et gelu terram constringens oppugnantes pluri-
1214. mum impedirent, minime tamen propter hec cessaverunt, donec post tredecim dies veniente cum armata multitudine filio regis domno Ludovico, predictus comes non habens manum ad resistendum ei, obsidionem reliquit et in interiorem Flandriam se recepit.

19. Reversus autem de Anglia comes Fernandus, multitudinem equitum congregavit; et vadens per Burburgium et Gravelingas in terram comitis Gisnensis, depopulatus est eam, et eius munitiones destruxit, et perante Sanctum Audomarum in Flandriam remeavit. Post paucos autem dies cum gravi multitudine peditum simul et equitum comites Flandrie atque Bolonie venerunt ad Lensense oppidum; quod bene munitum videntes, ultra progressi sunt ad castrum quod dicitur Hosdain, ipsumque et quasdam villas campestres depopulati sunt incendiis et rapinis. Accedentes vero ad Ariam consederunt et castra metati sunt ibi; sed milites et sagittarii qui erant intus constituti, villam servaverunt illesam.

20. Eo tempore Iohannes rex Anglie Aquitaniam venerat cum grandi exercitu, ut terram illam ad se reduceret et sue iterum subiceret potestati. Sed domnus Ludovicus filius regis Francie, missus a patre illuc cum probis militibus multis, viriliter resistens conatus regis Anglie irritos reddebat. Philippus ergo rex Francie preparata expeditione, Ariam, ut obsessis ferret auxilium, properabat. Quo per exploratores cognito, comites antedicti cum universo exercitu suo in Flandriam sunt reversi. Dehinc pergunt dicti comites Flandrie et
Mart. Bolonie Aquisgranum, ut imperatorem Othonem qui a domino papa tunc excommunicatus erat rogarent, quatinus cum eis dignaretur venire suoque avunculo regi Anglie ac suis fide-
Iul. libus, qui contra regem Francie cum eo pugnabant, suum auxilium exibere. Venit ergo, et
23 ducem Lotharingie[23] cum quibusdam comitibus militibusque non paucis secum adducens, totam Flandriam adventu suo exhilaravit. Ex edicto igitur comitis Fernandi conveniunt apud Valentias omnes qui apti erant ad bellum, Hayonenses pariter et Flandrenses. Quod Philippum regem Francie non latuit; qui assumptis equitum et peditum copiis, secundum quod habere poterat, — nam pars exercitus sui non modica cum filio suo Ludovico erat in Acquitania contra regem Anglie occupata — venit ad pontem de Bovines, et inde Tornacum. In crastinum, cum missam audisset, rediit ad pontem de Bovines.

21. Erant tunc apud Mortaigne imperator et comites cum exercitu magno valde et forti; qui audientes regem apud Bovines remeare, arbitrati sunt quod fugeret; et arma conciti capescentes, regem insequi certatim festinant. Ad hoc autem incitabat eos precipue Hugo de Bova, miles strenuus, quem rex Francie de terra sua expulerat; qui cum postea iret in Angliam cum militibus et aliis hominibus multis, orta tempestate submersi sunt et perierunt
Iul. 27. in mari. Ecce autem nuncius venit ad regem, qui diceret ei pro certo, quod velociter veniebant et prope iam erat exercitus infinitus, nichil aliud metuentes nisi tam velocem regis fugam, quod eum consequi non valerent. Rex vero hec audiens substitit et suum exercitum stare fecit, convocansque principes suos ait: *Quod est consilium vestrum super hiis que auditis? Invitus quidem hodie pugno, cum sit dies dominica, et nos pauciores numero simus quam illi.* Tunc Petrus comes Autissiodorensis[a] primus respondit: *Etsi malum sit, humanum fundere sanguinem die festo, tamen minus peccat, qui non insurgit in hostem nec eum provocat, sed ab eo provocatus se ut potest defendit. Qui autem se defendere negligit, cum ab hoste fuerit impetitus, aut victum se probat aut stultum fatetur.* Hiis auditis, voluntas omnium erigitur ad pugnandum. Rex igitur suas confestim acies ordinavit. Rogavit autem Odo dux Burgundie regem, ut se a bello subtraheret et servaret se militibus ac principibus suis, et

a) balliolenseñ *codex, et quidem eñ a manu prima,* balliolens *in rasura a manu s. XVII.*

22) Hoc dubium; cf. Dom Brial XVIII, 565. 23) Henricum II. BRIAL.

ingrederetur castrum Lensense, quod prope positum erat et bene munitum. Rex vero ait: *Absit hoc a me, ut fugiam dum vivus sum et sanus, ac relinquam homines meos mori mecum et pro me paratos. Ego quippe in prelio cum ultimis permanebo, aut ingenue moriens aut gloriose triumphans. Confido autem, quia oberit hostibus nostris, quod nos ad bellum provocant die ista, ipsisque impedimento erit, quod illi qui eos ducunt aut sunt excommunicati aut proditores aut transfuge aut periuri. Nam Otho qui dicitur imperator, excommunicatus est ab ore summi pontificis, comes vero Bolonie proditor et excommunicatus, comes Flandrie transfuga et periurus. Hec sunt quae tradent eos hodie in manus nostras, aut compellent fugere turpiter coram nobis. Vos igitur ne timueritis eos.* Hiis dictis, divertit se in quamdam ecclesiam que iuxta erat, et oravit devote cum lacrimis. Surgensque ab oratione, munit corpus suum signo crucis primitus, deinde armis; et insiliens equo, venit ad suos monetque eos, ut sua confiteantur peccata, quatinus si mori contingat, securius moriantur, et si ex humilitate confessionis sue Deum sibi propitium fecerint, hostes facilius superabunt. 1214. Jul. 27.

22. Interea Otho in tantum appropinquaverat, quod videre exercitum regis poterat; et vocans ad se comites Flandrie atque Bolonie, dixit: *Numquid non dictum est nobis, quod rex fugeret nostrum metuens prestolari adventum? et ecce video castra eius, castra fortia valde, castrorumque acies diligentissime ordinatas et ad bellum paratas.* Ad hec Bolonie comes ait: *Hoc est, domine imperator, quod vobis iam dixi, hunc morem esse Francorum numquam fugere, sed in bello mori aut vincere. Propterea consilium dederam, ut in eos irrueremus lalenter a tergo, et partem exercitus novissimam praedaremus. Sed Hugo de Bova qui hic astat, et quidam alii, non hoc mihi prudentie sed timiditati atque desidie ascripserunt; quorum audacia meaque timiditas declarabitur hodie, cum ipsis velocem arripientibus fugam, ego et quicumque bellare inceperint atque permanserint, capiemur aut forsitan occidemur.* Et hec dicens vertit equum, ac sono gracilis cornu convocans suos, pergit in prelium; euntque cum illo Fernandus comes Flandrie, et Willelmus comes Salisberie frater regis Anglorum, et alii Hayonenses Flandrensesque milites multi promti ad bellum et in nullo segnes aut pati aut facere, quodcumque belli casus attulerit. Ab hiis primum facta est congressio. Isti primum pugnare ceperunt; isti in primam aciem exercitus magna fortitudine irrumpentes, atrociter dimicabant; sed a Francis fortiter sunt excepti. Deinde miscentur undique hostes, equites simul et pedites, totisque viribus feruntur invicem. Fractis lanceis, gladios exerunt; sed gladio deficiente aut propter hostem comminus insistentem non proficiente, acuminatis in alterutrum cultellis utuntur. Verum comes Pontivi, qui erat cum rege, fractis lanceis gladio et cultello pedesque factus, brachiis et manibus loricatis ictus a se ferientium repellebat. Irruerat enim ipse cum militibus suis in globum continentem homines circiter 400, qui erant ut dicitur de Braybanto, pedites quidem, sed in scientia et virtute bellandi equitibus non inferiores. Ipsi comitem et milites eius, equis eorum occisis, secum cito pedites esse fecerunt. Porro comes cum suis densitatem eorum penetrare non poterat, sed ut dictum est, manibus et brachiis se defendebat, donec eius comunie advenirent, que illi fuerunt auxilio ad deiciendum electos pedites illos; alioquin eos nequaquam vicisset, sed victus ipse cum suis militibus in manus eorum ut creditur incidisset. Itaque consumpti vel capti sunt universi pedites illi. In brevi autem prevalente Francorum virtute, immo potius triumphante per eos divina ordinatione, capiuntur predicti tres comites et alius quidam comes de Alemannia[21], cum militibus 127 aliisque nonnullis. Quod cum viderent Brugenses, qui bello proximi erant, terga ut dicitur primi verterunt, suoque exemplo ad fugiendum aliis profuerunt. Fugiunt igitur omnes Hayonenses pariter et Flandrenses, fugit dux Lotharingie cum suis, fugiunt Alemanni, fugit et ipse Otho imperator eorum in palefrido suo. Suum enim dextrarium, mire probitatis magnique precii equum, occisum a quodam milite reliquit in acie. Rex vero fugientes persequi nolens, in Franciam est reversus. Factumque est hoc prelium anno Domini 1214. 6. Kalendas Augusti.

23. Regresso autem[a] rege in Franciam cum triumpho nobili et captivis insignibus atque multis, et eisdem per diversa loca repositis in firma custodia et ligatis in manicis et compedibus ferreis, quasi Flandria satis adhuc penarum non solverit, mittuntur alii reges a Domino contra eam, videlicet ignis et aqua. Ignis munitas aggreditur villas, aqua invadit campestres. Ab igne igitur devorante domus Yprenses, Brugenses, Gandenses consumuntur, paucis ad-

a) *post hanc vocem atramentum mutatur, manu eadem manente.*

21) Otto de Teckelnburg. GROTEF.

modum derelictis, quas Dominus, ne consummationem facere videretur, misericorditer conservavit. Mare autem solito vehementius intumescens in Brugensi territorio, per agros et villas spacio leugarum septem vel amplius [a] se diffudit. . . . . .

VII. GENEALOGIA BREVIS COMITUM FLANDRIAE.

Damus hanc genealogiam e codice Bertiniano, iam Boloniensi n. 58. mbr. fol. s. XIII. ubi post Ambrosii opera legitur a manu alia s. XIII. in. quae quamvis sit continua, apparet tamen, priora omnia usque ad Balduinum Roberti filium descripta esse ex antiquiori, reliqua ab alio post addita. Edidit ante nos iam Warnkoenig in De Smet Corp. chron. Flandriae I, 7.

NOMINA COMITUM FLANDRIAE.

Lidricus Harlebekensis primus Flandriam occupavit. Post hunc filius eius Ingelrammus Flandriam obtinuit. Post hunc Audacer filius eius eandem tenuit. Post hunc Balduinus Ferreus filius eius comes Flandriae dictus est[24]. hic in monasterio sancti Bertini iacet. Post hunc Balduinus Calvus filius eius. hic iacet in Gandavo. Arnoldus senior huius Balduini filius post patrem nobiliter Flandriam gubernavit. Post quem filius eius Balduinus, qui ante patrem obiit variolae morbo. Post obitum vero Arnulfi senioris regnat Arnulfus iunior, filius Balduini filii Arnulfi senioris. Post Arnulfum iuniorem regnat Balduinus filius eius, qui in Blandinio iacet. Post hunc Balduinus filius eius, qui Insulae iacet. Post hunc filius eius Balduinus, qui Hannonie iacet. Post quem frater eius Robertus Frisio dictus, qui in Casleto iacet. Post quem Robertus filius eius, qui Atrebato iacet. Post hunc Balduinus filius eius, qui letaliter in bello vulneratus, monachus sancti Bertini efficitur et ibi sepelitur. Huic ergo heredem non habenti succedit cognatus eius Karolus filius amitae ipsius et Canuti regis Dacie. Quo propter iusticiam occiso et Brugis sepulto in ecclesia sancti Donati, quidam de Normannia Willelmus, cuius proavus fuit Balduinus Insulanus, comitatum recepit. Cuius tyrannidem avariciae non ferentes Brugenses et Gandenses et praecipue Insulenses, adduxerunt Theodericum Helzatensem filium filiae Roberti senioris, ut eidem Willelmo resisteret. Eo quoque Willelmo letaliter vulnerato et in ecclesia sancti Bertini sepulto, Theodericus comitatum optinuit. Quo mortuo et in ecclesia Watinensi sepulto, inclitus filius eius Philippus ceteris excellentius et potentius Flandriam gubernavit et domuit Isto ergo a terra Iherosolimitana, in qua peregre defunctus est, Clarevallem translato, Flandriam accepit regendam Balduinus, sororis eius maritus. Quo mortuo et in monasterio Malbodiensi sepulto, filius eius Balduinus comitatum recepit. Quo peregre profecto et imperatore Constantinopoli constituto, nec alium heredem quam duas filias iuvenculas et adhuc innuptas habente, frater eius Philippus Flan-
1202 driae procurator est constitutus.

VIII. IOHANNIS DE THIELRODE GENEALOGIA COMITUM FLANDRIAE.

Iohannes de Thielrode, S. Bavonis monachus, in compilatione sua a. 1294 conscripta caput fecit undevicesimum de comitibus Flandriae, quod usque ad

a) hic desinit ultima linea folii in quaternione quinti; se diffudit addit alia manus coaeva. Folium sextum et septimum excisum; octavum adest, sed omnino vacuum. Loco duorum quae excisa sunt foliorum, postea quam codex iam ligatus esset — adhuc habet ligaturam primitivam — inserta est quaternio foliorum minoris formae duodecim cum duobus annexis, qui continet continuationem Bernardi de Ypra a 1329. finitam. Nostra igitur continuatio ultra voces amplius se diffudit processisse videtur, at non multum. Non amplius enim excidit quam duo illa folia, quae Bernardus abscidisse videtur.

24) Attende, quod auctor tres praecedentes non appellat comites Flandriae, sed primum Balduinum hanc dignitatem adeptum dicit.

a. 1130 ex Flandria Generosa excerpsit, de suo perpauca tantum addens et ad sua usque tempora deducens. Damus ex codice autographo Gandensi, quem integrum edidit Van Lokeren, Gandavi 1835. 8.

DE COMITIBUS FLANDRIE.

Anno ab incarnatione Domini 792. Lidricus Harlebeccensis comes, videns Flandriam vacuam et incultam ac Fl. Gen. nemorosam, occupavit eam. Hic genuit Inghelramnum. Inghelramnus genuit Audacrum. Audacer genuit Balduinum Ferreum. Balduinus Ferreus rapuit Iudith apud urbem Silvanectensem, filiam Karoli Calvi regis Francorum filii Ludovici Piissimi augusti filii Karoli Magni, viduam regis Anglorum. Tempore Balduini Flandria fit comitatus, et Balduinus primus comes. Antecessores sui fuerunt forestarii Flandrie sub rege Francie, sicut legimus in cronicis Francorum. Lidricus et Audacer impetraverunt ab abbate Heinardo monasterii sancti Bavonis licentiam venandi in silva que Heinarstryst nuncupatur, modo Loe dicitur, sub tali conditione, quod de decima bestia unam darent abbati et suis successoribus. Balduinus Ferreus genuit ex Iudith Balduinum Calvum. Balduinus Calvus duxit Elftrudem filiam Edgeri regis Anglorum, genuitque ex ea Arnulfum Magnum restauratorem Blandinii. Arnulfus duxit Adelam filiam Heriberti Viromandorum comitis, genuitque ex ea Balduinum Iuvenem. Balduinus Iuvenis duxit Mathildem filiam Hermanni ducis Saxonum, genuitque ex ea Arnulfum Iuniorem. Balduino defuncto Machildis nupsit Godefrido duci de Hesam; et contulit privilegia ecclesiis sub nomine comitis Flandrie. Arnulfus duxit Susannam filiam Berrengeri regis Longobardie et Ytalie, genuitque ex ea Balduinum cognomento Pulcrabarba. Balduinus duxit Otgivam filiam Ghyslebertі comitis de Luxelemburg, genuitque ex ea Balduinum Insulanum. Balduinus duxit Adelam filiam Roberti regis Francorum, ex qua genuit Balduinum Montensem et Robertum Frisonem et filiam Mathildem nomine. Hec nupsit Willelmo comiti Normannie, que peperit ei Robertum comitem Normannorum, qui genuit Willelmum postea comitem Flandrie. Balduinus Montensis duxit Richeldem comitissam Hayonensem, genuitque ex ea duos filios, Arnulfum et Balduinum. Hunc Arnulphum primogenitum et comitem post mortem patris occidit Robertus Frisio patruus eius, et Balduinum a regno expulit, et sic comitatum optinuit. Robertus Friso[25] probus et strennuus miles fuit cum Godefrido, Hugone fratre regis Francie et Roberto comite Normannie. Godefridus rex in Iherusalem obiit anno secundo regni sui, anno ab incarn. Domini 1100. 15. Kal. Aug. Balduinus frater eius successit ei in regnum. Robertus duxit Gertrudem filiam Bernardi ducis Frisonum; que peperit ei duos filios, Robertum et Philippum, et tres filias. Harum una Christo nupta; altera Kanuto regi Dacie nupta, peperit ei filium nomine Karolum; tertiam duxit Theodericus dux Ellesacensis et ex qua genuit Theodericum postea comitem Flandrie. Robertus primogenitus eius duxit Clementiam filiam Willelmi comitis Burgundionum, ex qua genuit Balduinum militem inclitum. Quo sine herede defuncto, Karolus filius Kanuti regis Datie ei successit; qui Karolus Brugis a suis interfectus fuit in ecclesia beati Donatiani anno 1127. 6. Nou. Martii; regnavit igitur circa octo annis. Cui successit Willelmus filius Roberti comitis Normannorum. Quem Willelmum Theodericus filius Theoderichi ducis Ellesathensis occidit, et sic optinuit comitatum. Theodericus duxit Sibillam filiam regis Ierosolimorum, ex qua genuit Philippum et Margharetam, que nupsit Balduino comiti Hainonie. Theodericus incepit regnare anno a nativitate Domini 1127. et regnavit circiter 38 annis. Philippus comes Flandrie et Viromandie duxit Mathildem filiam regis Portighalie. Quo sine herede defuncto, predictus Balduinus comes Hainonie ei successit, qui genuit ex Margharета tres filios, Balduinum et Henricum et Philippum, et filiam Elizabeth nomine, que nupsit Philippo regi Francorum. Balduinus primogenitus duxit Mariam filiam comitis Campanie, ex qua genuit duas filias, Iohannam et Margharetam. Iohanna nupsit Ferrando filio regis de Portighalia; 1211.
quo defuncto nupsit Thome de Savoyen. Qua mortua sine herede, successit ei Margharета soror eius. Margharета nupsit Willelmo de Danpetra; peperit tres filios Willelmum, Guido- 1218.
nem et Iohannem, et duas filias, quarum una[26] nupsit Christo, altera comiti de Baeren[27]. Willelmus primogenitus duxit Beatricem, filiam Henrichi ducis Brabantie et viduam comitis Turingie. Quo sine herede defuncto, successit ei Guido frater eius. Guido genuit ex Mathilde filia Roberti Tenremontensis quinque filios, Robertum, Willelmum, Iohannem episcopum Leodiensem, Balduinum et Philippum, et tres filias, quarum una nupsit Iohanni duci Brabantie, altera Florentio comiti Hollandie, tertia Willelmo comiti de Ghuleke[28]; quo occiso, [28]
nupsit domino de Castello Villico[29]. Mathilde defuncta[30], duxit Elyzabeth filiam Henrici comitis de Lucenborch, et cum ea optinuit comitatum Namurcensem; ex qua genuit liberos utriusque sexus. Robertus primogenitus Guidonis ex Mathilde duxit Blancham, filiam Karoli regis Sicilie, qua defuncta, duxit Yolendem filiam Odonis comitis Nivernensis et viduam 1271.
Iohannis filii Ludovici pie memorie regis Francie, et cum ea optinuit comitatum Nivernensem; ex qua genuit[a]

a) *ita desinit auctor; nil amissum.*

25) Falsum. Filius eius fuit, Robertus Hierosolimitanus. 26) Maria abbatissa clinensis. 27) Theobaldo I, Barensi, a. 1245. 28) Iulich. 29) Simon de Château-Villain. 30) 8. Nov. 1264.

IX. CATALOGI COMITUM FLANDRIAE.

Lambertus genealogiae quam supra dedimus, in fine iunxit catalogum, quem ex eodem quo nos codice autographo iam edidit Warnkoenig Flandrische Rechtsgesch. I, append. 19. Huic simillimum proponimus e codice Vedastino iam Bruxellensi 6439, quo de cf. Mon. SS. II. 192. Tertium Iohannes de Thielrode circa a. 1294 compilationi suae inseruit, nullius pretii; quem qui videre desiderat, consulat editionem chronici Thielrodiani, quam Van Lokeren curavit Gandavi 1835. p. 69. Quartum annorum 792—1506, auctore Iacobo Balliolano, codici Folcuini Audomariano insertum, inde edidit B. Guerard in editione cartularii Sithiensis p. 11.

Lambertus.	*Cod. Vedastinus.*
A. D. 791 comites Flandriae regnare coeperunt.	COMITES FLANDRIAE.
1. Lidricus Harlebeccensis.	Lidricus Harlebecensis.
2. Ingelramnus.	Ingelramnus.
3. Audacer.	Audacer.
4. Balduinus ferreus.	Balduinus ferreus.
5. Balduinus calvus.	Balduinus calvus.
6. Arnulfus magnus.	Arnulfus magnus.
7. Balduinus iuvenis.	Balduinus iuvenis.
8. Arnulfus secundus.	Arnulfus minor.
9. Balduinus barbatus, Gandavo.	Balduinus barbatus.
10. Balduinus Insulanus.	Balduinus Insulanus.
11. Balduinus Montensis.	Balduinus Montensis.
12. Arnulfus iunior, occisus.	Arnulfus interfectus.
13. Rodbertus avunculus, apud Casel.	Rotbertus Casletensis.
14. Rodbertus, apud Atrebatum.	Rothertus expugnator Iherusalem.
15. Balduinus, apud Sanctum Bertinum.	Balduinus filius Clementiae.
16. Karolus nepos Balduini.	*abhinc aliae manus.*
abhinc aliae manus.	Carolus.
17. Willelmus Normannus.	Wilemmus Normannus.
18. Theodericus de Elzaten.	Teodericus.
19. Philippus filius Theoderici.	Philippus filius eius.
20. Balduinus.	Balduinus.
21. Balduinus.	
22. Fernandus.	
23. Thomas.	
24. Willelmus.	
25. Guido et Iana uxor Fernandi et Margareta mater Guidonis.	

HUGONIS FLORIACENSIS
OPERA HISTORICA
ACCEDUNT ALIAE FRANCORUM HISTORIAE

EDENTE

GEORGIO WAITZ.

Primis saeculi duodecimi annis in diversis Galliae Germaniaeque partibus historiae et antiquae et recentiori enarrandae homines docti operam navabant, pluresque quasi uno consilio ducti maiora chronica condenda susceperunt, quibus praesertim res antiquas publicas atque sacras apta brevitate suae aetati traderent. Iisdem fere annis inter Germanos Ekkehardum, inter Belgas Sigebertum, inter Francogallos vero Hugonem Floriacensem in hoc negotio occupatos videmus, viros sane doctrina conspicuos, qui etiam a rebus publicis tunc temporis gestis haud procul abstabant, et in lite illa quam ecclesia contra regnum imperiumque agebat partem sibi vindicabant.

Hugo ille, quem nunc edimus, pariter atque Ekkehardus non uno libro suscepto et finito nec una contentus fuit editione; sed iterum iterumque easdem fere res alia forma exponendas duxit. Praeterea libri ab eo scripti mox ab aliis aucti sunt et continuati; quo factum est, ut eandem fere auctoritatem apud Francogallos nanciscerentur quam alibi scriptores supra dictos habuisse satis constat. Sed, ut fit, saepe etiam alii Hugonis sibi vindicabant diligentiae fructus, negligentes et codicum scribae mox ipsi aliena mox alienis quae ipsius erant et tribuebant; quum iam medio aevo eiusmodi multi essent errores nati, recentiori tempore editores novos addiderunt, itaque rem involverunt ut dictu esset difficillimum, quae Hugonis essent opera quaeve aliis adscribenda. Quare ad codices monuscriptos redeundum erat, quorum magnum numerum in bibliothecis publicis exstare indices referebant, praesertim vero in uberrimo illo librorum thesauro Parisiensi, ex quo me per plures menses haurire potuisse etiamnum valde gaudeo. Codicibus hic asservatis diligenter examinatis collatisque iis quae viri docti de libris Bernensibus, Bruxellensibus, Vindobonensibus aliisque enotarunt, id assecutum esse puto, quod Hugonis aliorumque chronica et historiae iam accurate indicari et discerni possunt.

Hugo Floriacensis primo historiam ecclesiasticam quatuor libris digestam usque ad Karoli Magni obitum composuit eamque Adelae comitissae Blesensi,

Meldensi et Carnotensi inscripsit, praefatione et epilogo additis, quibus libri consilium et usum exposuit. Quae pluribus voluminibus continebantur uno comprehendere voluit libello, in quo adornando se maxime brevitati studuisse saepius professus est. Nonnunquam etiam inter scribendum mutavit consilium, quippe qui primo de heresibus accuratius exponendum duxerit, mox uberiori rerum copia deterritus haec omittere voluerit[1]. *Ultra Karoli Magni regnum non progreditur, sed regum Francorum gesta ab imperatore Ludowico ad sua usque tempora alio libro se expositurum esse promittit*[2]. *Annum* 1109. *primi huius operis natalem ipse auctor indicat*[3].

Non diu post Hugo nactus est historiam tripartitam ab Anastasio ex Graeca lingua Latine translatam, ibique multa invenit quae huc usque eum latuerunt[4]. *Qua praesertim re adductus esse videtur, ut novam operis editionem pararet, sex libris distributam*[5]. *Prologo sexti libri eandem comitissam Adelam alloquitur:* Codicem istum, *inquit*, tibi merito, o Adela nobilis comitissa, dicavi . . . . sperans quod nominis tui monimentum hac etiam possit occasione non mediocriter insigniri. *Hac libri editione multa aptius disposuit, quaedam praesertim theologici argumenti addidit et prologis aliisque locis de quaestionibus dubiis longius disputavit, alia tamen resecavit vel breviora reddidit; narrationis telam usque ad a.* 855. *perduxit. Quod anno* 1110. *factum esse, codices quidam testantur, quibus quo minus fidem habeamus nihil est quod vetet.*

Prioris editionis codex est praestantissimus regius Parisiensis N. 4963. *mbr. saec. XII. inc. fol. min. accurate et diligenter exaratus, fortasse idem quem Hugo ex exemplari suo describendum et Adelae transmittendum curavit. Alii sunt Bernensis N.* 208. *saec. XIII. (Archiv V, pag.* 489), *Vaticanus bibl. Christinae N.* 905, *olim „b. Marie Pontigniacensis," saec. XIII. inc.*[6] *et fortasse Oxoniensis Bodl. N.* 599. *(Archiv VII, p.* 526).

Plures sunt alterius editionis codices, tam integri et genuini, tam continuatione aucti, vel singulis locis mutati vel interpolati. Illuc pertinent Codices Parisienses, S. Victoris N. 311. *saec. XII. fol., ibidem N.* 580. *saec. XII. fol. regii N.* 5013 *A. saec. XII, ubi initium primi libri desideratur, et N.* 4963 *B. saec. XIII. fol. — Continuationem addidit Codex olim S. Maglorii Parisiensis, nunc* S. Germain François Harlay *N.* 485. *mbr. saec. XII. in* 4to; *ex quo descripti sunt regii N.* 4963 *A. saec. XIII. fol., et N.* 5009. *saec. XIII. In hoc praeterea quarti libri prologus desideratur. Iidem codices etiam Hugonis epistolam ad Ivonem Carnotensem scriptam continent. — Eandem epistolam, neque tamen continuationem mox dictam, Codex habet Parisiensis bibliothecae quae* Arsenal *dicitur, N.* 16. *inscriptus, saec. XII. vel XIII. fol.; ibique praefationes libri IV. et VI. omittuntur*[7].

Hugonem Ivoni Carnotensi hanc transmisisse historiam, etiam alter codex Sancti Victoris testatur[8]; *epistola vero mox indicata an huc pertineat aut alia occasione data sit, dubium est. Legitur enim in codicibus quoque ab his valde diversis, de quibus infra dicemus.*

Nunc vero eos recenseamus codices oportet, qui idem prorsus opus, pro-

1) Praef. ad libr. III et IV. 2) Epilogus. 3) Inscriptio libri. 4) Hist. eccl. ed. 2. praef. lib. VI. 5) Cf. Hist. littéraire X, p. 299. 6) In hoc volumine, quem Bethmannus evolvit, Hugonem antecedunt Dares Phrygius, historia Apollonii, Ademari chronicon, Pauli D. hist. Langobardorum, sequuntur Nomina regionum. 7) Addita vero genealogia regum Francorum: *Haec est prosapia unde ortus est rex Karolus. Priamus . . . . . Eustachium Godefridum ducem nunc Lotharingiae et Balduinum ducem.* 8) Hist. litér. l. l. p. 300: *Eam misit magistro Ivoni tunc episcopo Carnotensi.* Ipse hunc codicem non vidi.

logo tantum sexti libri excepto, continent, sed scriptorem aut prorsus tacent aut Ivonem Carnotensem dicunt. Huius generis plerique sunt, Parisiensis N. 4890, *Vindobonensis Hist. prof. N.* 682, *pluresque Londinienses, Oxonienses, necnon Dubliniensis, Annalium Vol. V. indicati, alii saec. XIII, alii recentiori tempore scripti*[9]. *Qui ita plerumque inscripti sunt:* Incipiunt excerpta Ivonis venerabilis episcopi Carnotensis. In primis de gestis quorundam regum Assiriorum et de gestis omnium Romanorum imperatorum et ad ultimum de Karolo Magno rege Francorum et eius filio Ludovico Pio. *Tam haec quam Hugonis nomen omittit codex Cantabrigiensis,* Corpus Christi *N.* 265. *Ubique etiam librorum praefationes et inscriptiones vel turbatae sunt vel prorsus desiderantur*[10]. *Simile exemplar B. Rottendorff nactus esse videtur, quod a.* 1636. *Monasterii sub vero Hugonis nomine edidit. Freherus vero iam antea primam chronici partem usque ad quinti libri initium publici iuris fecit et titulo mox allato adductus est ut Ivoni haec tribueret.*

In quo ipsum falsum esse, multi iam dudum intellexerunt. Certe eadem plane sunt quae in his Ivonis excerptis et quae in Hugonis historia ecclesiastica leguntur, ita ut vix verbum consilio mutatum aut additum esse videatur. Numeros tantum imperatorum nominibus additos notaverim, alia vero quae discrepant librariorum incuriae tribuerim. Neque Hugo historiam ecclesiasticam in chronicon mutasse censendus est[11]*; sed nescio qui ipsius libro inscriptione et praefatione illa libri VI. de tituto amici nomen praefixit.*

His vero Hugoni restitutis, alia ei abiudicemus, necesse est.

Duchesnius (Hist. Franc. SS. III, p. 347—349. *IV, p.* 142. 143) *fragmentum, ut ait, chronici fratris Hugonis monachi Floriacensis edidit, quod ad Ivonem Carnotensem missum, ab aliis eius libris diversum esse asseril. Usus est codice regio Parisiensi, vel eo qui nunc N.* 4963 *A. indicatur, vel altero N.* 5009. *inscripto. Utrumque continuatione auctum esse supra dixi, et hanc tantum Chesnius inde a Ludowici, Karoli Calvi filii, tempore exhibendam curavit. Sed minus recte etiam hanc Hugoni tribuit.*

Exstat, ut supra monui[12]*, alter Codex Parisiensis, olim S. Maglorii, saec. XII. inc. scriptus, qui rem bene explicare videtur. Ibi enim primum historia ecclesiastica Hugonis talis scripta est qualis in genuinis codicibus legitur; postea vero folio praemisso epistola Ivoni data adiecta est; et in fine rubra* Explicit liber hystorie ecclesiastice *erasa et alia manu continuatio illa:* Qui cum secunda profectione Romam peteret — anno Domini 1034. urbs Parisii flagravit incendio *addita est. Quod in monasterio sancti Maglorii factum esse, notitia de reliquiis sancti Maglorii Parisios translatis interiecta comprobatur. De Floriacensi coenobio ne verbum quidem reperitur; sed quae narrantur tantum non omnia ad Senonensem urbem ecclesiamque et ad vicinas eius regiones spectant. Cum Annalibus Sanctae Columbae Senonensis (Mon. SS. I,* 102 *sqq.), et cum*

9) Huc pertinet etiam codex Casinensis N. 533. s. XV, a Bethmanno evolutus. 10) In codice Parisiensi N. 4890. praefatio libri secundi inscripta est: *Incipit quedam prefacio,* liber secundus ita: *De situ Scitie et diversis eiusdem regionis gentibus et earum moribus,* praefatio vero tertii libri: *Incipiunt defloraciones ecclesiastice historie,* liber tertius: *De Octaviano augusto qui post Iulium Cesarem Romani imperii monarchiam obtinuit.* Deinde sequitur: *Incipit prologus quartus;* libro IV. finito iterum: *Incipit prologus IIII.* Postea nihil eiusmodi legitur. In codice Cantabrigiensi nonnisi libri I. finis, secundi initium indicari videtur (Archiv III, p. 526); in editionibus Rottendorffii et Freheri haec prorsus desunt. 11) Quae ipse Archiv VII, p. 526. de chronico Hugonis Ludowico regi dicata scripsi, quo fundamento nitantur iam intelligere nequeo; certe in codicibus nihil hac de re unquam legi. Quae Pertzius Archiv V, p. 489. de diversitate historiae ecclesiasticae et chronici affert, ad alterum chronicon longius perductum, de quo infra sermo erit, respiciant. 12) p. 338.

Odoranni chronico Senonensi pleraque ita conveniunt, ut ex eisdem fontibus hausta esse primo aspectu appareat. Iam vero haec ipsa brevis **Francorum historia Senonensis** *integra usque ad a.* 1015. *ab eodem Duchesnio edita est (III, p.* 349—354*) ex vetusto codice qui erat in bibliotheca Alexandri Petavii, quem postea cum aliis huius viri libris praestantissimis Romam migrasse verisimile est. Incipit ab a.* 688, *sed mox ad saeculum IX. transit. Ex hoc igitur opere narrationis telam ab Hugone interruptam monachus ille Sancti Maglorii continuandam sumpsit, de suo nihil nisi brevem illam patroni sui mentionem et in fine Roberti regis mortem et incendium Parisiense adiiciens. Ex Sancti Maglorii codice vero alios Parisienses descriptos esse, his inter se accurate comparatis firmiter contendere possum*[13]. *Quae quum ita sint, haec minime Hugonis esse, omnibus persuasum erit. Sed etiam alterum chronicon Hugoni adscriptum (v. infra p.* 342*) et ipse Hugo alio chronico huius libri fragmenta receperunt, et plenius Clarius in chronico sancti Petri Vivi eundem exscripsit, necnon continuator Aimoini, cuius opus his partibus (edit. l. V, c.* 42—47*) ex historia Senonensi et iis quae ipse Aimoinus libro de miraculis sancti Benedicti de regibus Francorum tradidit conflatum, pauca tantum de sancti Germani monasterio inseruit. Quo factum est, ut historia illa mox Hugonis mox Aimoini nomine non vulgarem nacta sit auctoritatem, quamvis neutri recte tribuatur.*

Exstat praeterea codex olim Fossatensis, nunc Bernensis N. 324 *(Archiv V, p.* 491 *sqq.), qui etiam ex codice Sancti Maglorii derivandus est, sed tam Hugonis operi quam historiae Senonensi plura immiscuit quae originem et historiam Fossatensis coenobii illustrant. Haec ne Floriacensi nostro obtrudantur, cavendum esse vix est quod moneam.*

His expositis ad Hugonem revertamur, qui et ipse posteriora Francorum tempora enarranda suscepit. Scripsit enim librum, qui, ut ipsius verbis utar, modernorum regum Francorum continet actus, Mathildi imperatrici, filiae Heinrici regis Angliae, dedicatum. Quae Adelae promiserat hoc opere effecit, et aliorum quoque votis se satisfecisse putavit, quum recentiorem Francorum historiam nemo uno volumine comprehendisse videretur[14]*; id quod recte fortasse dici potuit, quum Rodulfi Glabri, Hugonis Flaviniacensis aliorumque libri non solum Francorum sed totius orbis terrarum historiam continerent, historia vero illa Senonensis et alia eiusmodi opuscula breviora essent. Hic vero liber, omnium quos Hugo scripsit facile utilissimus, posteros diu latuit neque auctori magnam gloriam paravit. Unicus, quod sciam, codex exstat integer, olim Sancti Trudonis, nunc Leodiensis, saec. XII. inc. scriptus, alter mancus in bibliotheca Parisiensi asservatur, N.* 6186. *notatus, saec. XIII. vel XIV, ex quo primus Martenius praefationem edidit (Thesaur. anecd. I, p.* 327*), tum fragmenta quaedam publici iuris fecit scriptorum rerum Gallicarum collectio a Bouqueto instituta (VIII, p.* 317—321. *XII, p.* 9. 10*), addita post maiori libri parte ex cod. Sancti Trudonis (XII, p.* 792—799*). Historia usque ad Philippi regis mortem a.* 1108. *deducta, sed nonnullis post annis incepta est, quum Mathildis, quae imperatrix dicitur, anno demum* 1114. *imperatori Heinrico nupserit.*

Exstant vero et alia opera quae Hugonis nomine, si non in ipsis codicibus, certe a recentioribus inscribuntur. Quae num revera ad illum pertineant, quaeramus oportet.

13) Etiam in singulis iisque falsis lectionibus hi codices inter se conveniunt; codex vero Sancti Maglorii ceteris est antiquior eiusque diversae partes diversis manibus scriptae, cum regii N. 4963 A. et 5009. uno calamo et Hugonis librum et continuationem illam exhibeant. 14) Praef. ad Mathildam.

In duobus codicibus, Bernensi N. 90. saec. XII. (Archiv V, p. 489) et Bruxellensi saec. XIII. (Archiv VII, p. 529) magna reperitur rerum tam ecclesiasticarum quam saecularium et praesertim Francicarum collectio, cui praemissa est Hugonis epistola ad Ivonem data, cuius iam saepius mentionem feci. Tenor eius talis est:

Glorioso et sapienti Ivoni Carnotensi episcopo frater Hugo monachus sancti Benedicti Floriacensis cenobii. Ecce tibi, precellentissime pater et domine, duo humilitatis meae opuscula transmitto[15], ut si quid ibi videris indecens et incultum lima prudentiae tuae corrigas et exornes, et quod tibi placuit corrobores et confirmes; arma mea adversus otium suum haec opuscula quae nunc vides; nam malo studio vacare quam in otio et torpore sicut pecus inutile vitam exigere. Sed haec omnia vestro desidero iudicio discuti et vestra sapientia condiri, quoniam vacillare non poterit quod semel auctoritatis vestrae nodus corroboraverit. At mihi forsitan aliquis dicet: Tam vilia et inutilia cur viro prudenti et in summa arce philosophiae sedenti mittere non erubuisti? cum scias scriptum quia „orationi et carmini est parva gratia, nisi eloquentia sit summa.“ Ego vero ad haec respondeo, quoniam malo iusto sapientis iudicio comprobari quam arrogantium sententia condempnari. Laboriosum tamen est, pater honestissime, tuae integritatis adiectiones et detractiones huic adhibere volumini. Sed fructus laboris pretiosior auro caritas est. Vale.

Easdem litteras a scriba quodam historiae ecclesiasticae sine causa praemissas esse supra dixi (p. 338. 339); et dubito an rectius huius operis initio positae sint. Certe de chronico nihil legitur, immo duo nominantur opuscula, quae censurae et iudicio Ivonis „in summa arce philosophiae sedentis“ commendantur[16]; et quae addita sunt magis ad librum aliquem theologicum vel philosophicum, quales Hugonem scripsisse constat, quam ad historicum vel chronologicum respicere videntur. Quae quum ita sint, epistolam ad illam rerum Gallicarum collectionem referendam esse vix putarim.

Collectione illa vero in codicibus supra nominatis continentur: Primo loco rerum antiquarum narratio, et ordine et verbis quin ipsis praefationibus Hugonis historiae ecclesiasticae ita similis ut eundem fere librum legere videaris[17]. Codex Bruxellensis in sexto libro ante Karoli Magni tempora narrationis telam abrupit et Pauli Diaconi historiam Langobardorum integram, ut videtur, inseruit, cui subiectae sunt Francorum res et antiquae et recentiores. Hae a Karolomanni et Karoli tempore incipiuntur, rubra praemissa: Incipit liber in gestis gloriosissimi Karolomanni Romani imperatoris et Francorum regis[18], *et pergunt usque ad a.* 1108. *Post quae novus incipit rerum Francicarum liber, quem ad sancti Dionysii monasterium pertinere infra dicemus. Aliter Bernensis codex se habet. Nam Langobardorum historiam omittit eiusque loco nota illa Francorum Gesta exhibet, continuatione addita de maioribus domus. Quibus finitis, in Francorum historia enarranda pergitur, ita quidem ut inde a Karoli Magni tempore cum codice Bruxellensi haec plane concordent; neque ultimus rerum Francicarum liber deest.*

Hoc nunc praetermisso, si praecedentem historiam accuratius perlustremus

15) Reliqua ex codice non descripta, ex Rottendorffii editione repeto, qui hanc epistolam ex codice Petavii recepit. 16) Archiv VII, p. 529, duo opuscula historiam esse ecclesiasticam et modernos Francorum actus hoc volumine coniuncta, suspicatus sum; sed neque opera illa revera hic exstant, neque Hugonis verba ea indicare videntur. In codice Bruxellensi epistola ita inscribitur: *Incipit prologus Hugonis monachi Floriacensis in istoriis antiquitatum*, quae quam parum his litteris conveniant, facile est intellectu. 17) Cf. Archiv V, p. 490. VII, p. 530. 18) Ita Bethmannus enotavit.

et in eius fontes partesve investigemus, primo loco posteriorem historiae ecclesiasticae partem magnis ex Einhardi vita Karoli, vita Hludowici etc. haustis laciniis auctam deprehendemus; cui subiecta sunt excerpta varia ex Adonis et Flodoardi chronicis, ex Historia Senonensi aliisque libris; praeterea vero Willelmi Gemmeticensis historia ad verbum fere descripta plagulas explet, et pauca tantum sunt quae ad Floriacense monasterium pertineant vel res in vicino gestas illustrent. Huius operis exiguam tantum partem Duchesnius imprimendam curavit (IV, p. 148—150) *ex codice Petavii, omissa tamen locorum ex Willelmo exscriptorum parte, sive codex sive, quod equidem putarim*[19]*, editor haec resecuerit. Vix autem Hugo*[20] *tam vastam collectionem unquam instituisse putandus est, qui semper brevitati et apto rerum ordini maxime studuit. Huc accedit, quod ea pars quae genuina esse et scriptorem Floriacensem indicare videtur, etiam separatim legitur.*

Tres sunt codices Parisienses, alter regius N. 5943 *B, olim P. Pithoei, post Thuani et Colberti, saec. XII. fol., ubi post alia opera historica (Mon. SS. II, p.* 432) *brevis legitur Francorum historia, nullo titulo inscripta, a Lothario, Ludowici Pii filio, usque ad a.* 1108; *alter* Notre Dame *N.* 135. *saec. XIII. fol., qui initio mancus in media Francorum historia a Pippini temporibus incipit, ubique vero cum praecedenti plane convenit; tertius S. Germani N.* 1085. *(olim* 646.*) saec. XIII, ubi f.* 6—12'. *idem liber integer exstat ita incipiens:* Ex genere Priami fuit Meroveus *etc. Ultimam eius partem Duchesnius edidit (IV, p.* 96—98) *ex codice Thuaneo, id est regio mox indicato; alium adhibuerunt Bouqueti continuatores (X, p.* 215. *XI, p.* 158. *XII, p.* 8), *qui non dubitaverunt quin haec Hugoni Floriacensi tribuerent*[21]*. Quibus et ipse consentire debeo. Nam quae hoc libro leguntur cum historia illa moderna ita conveniunt, ut eandem originem facile agnoscas; neque tamen alter ex altero descriptus esse potest, neque Hugo ad sua usque tempora alienum librum adhibuisse censendus est. Haec igitur eundem auctorem easdem res simili modo diversis temporibus exponentem arguunt, qui altero libello brevius res Francorum tantum regum tradit, altero ad Mathildam imperatricem scripto etiam aliarum regionum historiam tangit. Et Francorum historiam posteriorem dixerim, quippe quae non solum singulas res fusius accuratiusque exponat*[22]*, sed nonnunquam etiam melius sit disposita necnon errores tollat priori libro commissos*[23]*. Alibi quidem scriptori evenit, ut veram narrationem postea omitteret falsamque reciperet*[24]*.*

A Duchesnio (III, p. 334—346) *aliud fragmentum historiae Francicae editum est, cuius finem omisit, quem cum (Hugonis) libro IV, p.* 96 *edito plane convenire dixit. Sed etiam in priore parte Hugonis deprehendes vestigia, sed additionibus quibusdam involuta, quas ex codice Sancti Maglorii Duchesnius receperat. Quibus resectis, iterum ea habemus quae cum historia moderna conveniunt; et vix dubito quin codex Loiselianus, a Duchesnio hoc loco*

19) Hinc inde signo . . .:· posito ipse editor quaedam praetermissa esse indicare videtur. Bouqueti continuatores textum a Duchesnio editum ex Hugonis et Willelmi operibus esse conflatum, iam recte observaverunt, XI, p. 158. n. b. 20) Hugo Vitam Ludowici regis alibi non adhibuit, et fortasse ne Willelmum quidem Gemmeticensem habuit; cf. infra p. 344. 21) Cf. XI, p. 158 n. a, quamvis X. p. 215 n. a haec ex Hugone hausta dicerent. Minus recte vero XII, p. 8. hanc brevem historiam et modernam illam regum Francorum historiam eandem habent. 22) Cf. cap. 1. de Odone rege, cap. 3. de miraculo Floriaci acto, cap. 6. de Vulfaldo abbate, cap. 9. de Gauslino abbate, cap. 10. de Heinrici regis bellis et de Philippi coronatione, cap. 11. de Philippi uxore. 23) Ita cap. 8. Hugonis annos 11 in 9 correxit, cap. 11. Philippi filiam rectius Constantiam nominavit, alios vero errores certe tacendo vitavit. 24) Cf. quae de Constantia Roberti regis uxore in utroque libro leguntur cap. 9; altero Aimoinum secutus est.

adhibitus, aut idem opus aut valde simile contineat; quod in Sancti Maglorii codice novis interpolationibus auctum est. Quem librum ne cum altero eiusdem monasterii supra allato confundas cave.

Pithoeus (SS. coaetanei coll. I, p. 407 *[*510 *ed. Francof.], coll. II, p.* 83*) et Duchesnius (II, p.* 630. *IV, p.* 85*) ex codicibus Floriacensi et Thuaneo etiam historiam Francorum usque ad a.* 1110. *continuatam ediderunt, quae et ipsa ad Hugonis opera accedit, maximeque cum historia moderna similitudine quadam coniuncta est. Sed sermonem uberiorem, elegantiorem dices, multa quoque ab Hugonis operibus et mente aliena invenies*[25]*, ideoque hoc opus potius ex Hugonis aliorumque libris adornatum quam ab ipso compositum iudicabis.*

Restat ut de alia brevi Francorum historia dicamus, quam in codicibus Bruxellensi et Bernensi in fine voluminis collocatam videmus. Haec cum Hugone nihil fere habet commune, sed posteriori parte continuatione Aimoini nititur[26]*, alibi vero praesertim monasterium sancti Dionysii prope Parisios respicit et res exhibet valde fabulosas*[27]*, quales hic ortas et propagatas esse scimus*[28]*. Notitias et libros historicos hic scriptos, Gesta dico Dagoberti et fragmentum de coronatione Pippini regis eiusque filiorum*[29]*, praesertim sequitur; at uno tantum loco Floriacensis monasterii facit mentionem*[30]*. Praeterea ex Gestis Francorum, (Fredegarii) historia epitomata et Paulo Diacono priorem libri partem consarcinavit, cui libellum de maioribus domus subdidit. Haec eadem fere sunt opera quae in magna illo rerum Francicarum collectione coniuncta videmus (supra p.* 342*). Cum vero libellum de maioribus domus aliaque ad verbum fere scriptor retinuerit, prima libri parte fontibus ante nominatis liberius usus est: et fortasse non hos ipsos adhibuisse, sed antiquioris historiae Francicae compendium aliquod*[31] *libello illi simile habuisse iudicandus est, quod cum sequentibus coniunxit. Denique ex epistola synodi Carisiacensis ad regem Ludowicum a.* 858. *scripta duo recepit fragmenta*[32]*, proprio Marte vero nonnisi ultimorum regum acta breviter recensuit. Quae si cum Hugonis operibus conferantur, huic nemo adscribere velit. Eadem vero historia, verbis quibus incipit:* Antenor et alii profugi *satis nota, paulo post additionibus quibusdam et brevi continuatione usque ad a.* 1137. *aucta et ita saepius est descripta, necnon novis additamentis temporis decursu valde amplificata. Eiusmodi codices sunt Parisiensis regius N.* 5999. *(Arch. VII, p.* 65*), Lugdunensis Lat. N.* 20. *(ib. p.* 133*), Parisienses regii N.* 4937. 4938. *alii.* Abbreviatio gestorum Franciae regum *titulus est, sub quo Bouquet plura eius fragmenta in collectionem suam recepit (VI, p.* 238. *VII, p.* 255. *X, p.* 236. *XI, p.* 213. *XII, p.* 67*), usus codicibus mox indicatis Parisiensibus et alio S. Victoris N.* 419. *Continuationes vide ibidem (XII, p.* 285. *XVII, p.* 432*).*

Denique brevissima Francorum historia — c. a. 1108. *sub Ivonis nomine*

25) Cf. quae de papa Gregorio et Heinrico rege narrantur, infra ad c. 11. exscripta. Eodem modo res Flandrenses ibidem accuratius narrantur. Praeterea hic liber in rebus Hispanicis aliisque narrandis copiosior est. 26) c. 42—47. In hoc capite primam eamque veterem continuationis manum desinere, codice autographo Parisiensi, S. Germani N. 436, evoluto mox agnovi. Postrema huius partis verba sunt: *Post quem praedictus rex cum regina Adraldum abbatem constituit.* Post haec paucae lineae erasae sunt. Diu post altera cap. 47. pars et ulterior continuatio adiectae sunt. 27) Cf. c. 16 de Karolo Magno, c. 22. 23. de Karolo Calvo. 28) Eiusmodi narrationes etiam in codice S. Germani N. 1085. (v. supra p. 342) f. 1—6. leguntur, necnon f. 34. initium huius historiae ita inscriptum: *Supplementa in historia Gregorii Turonensis* aliaque huius aliorumque librorum fragmenta. 29) A Bouqueto V, p. 9. ex cod. Sancti Dionysii editum. 30) cap. 13. 31) Hoc fortasse Floriacense dixeris; nam continet locum n. 30. indicatum. Praeterea libellum quoque de maioribus domus ex codice Floriacensi a Pithoeo editum esse memineris. 32) c. 15. 17.

saepius edita est (Ivonis Opera, et Freheri Corp. hist. p. 51—54), quam alii [33] *Hugoni tribuere malunt*[33]. *Sed nihil habet quod huius ingenium vel sermonem arguat.*

Quibus expositis, quatuor Hugoni tribuenda esse opera, tria ipsius nomine inscripta, quartum in codicibus titulo destitutum, vidimus. Haec sunt: A. Ecclesiastica historia, quatuor libris digesta; B. eadem sex libris edita; C. Francorum historia brevis et succincta; D. Actus modernorum regum Francorum.

Priores (A. et B.) in antiqua tantum historia versantur et res ab aliis narratas colligere et brevius reddere volunt. In his adornandis Hugo iisdem fontibus usus est quos apud plerosque medii aevi scriptores viguisse constat, chronographis veteribus, historiis ecclesiasticis et Romanis. Ad quos accedit Anastasii historia tripartita post ab Hugone inventa. Ultimis vero libelli plagulis Hugo praesertim Adonem et Einhardum sequitur; de Floriacensi monasterio in secunda editione quaedam tradit quae aliis verbis in libro Miraculorum sancti Benedicti leguntur; et nonnisi pauca habet peculiaria. In his igitur libris nonnisi colligendi et disponendi diligentia laudari potest; neque tanta doctrinae copia excellunt quantam apud Ekkehardum, Sigebertum aliosque miramur. Explicationes quas Hugo adiecit et ipsae nunc paucis placebunt, quamvis ingenium candidum et animum sincerum probent.

Historia quoque Francorum et moderni Francorum actus magnam partem aliis nituntur auctoribus, quos Hugo suo more non semper ad verbum exscribit, sed ita sequitur ut longiorem ipsorum narrationem breviorem reddat et cum aliis coniungat. Hi vero praesertim ad manus fuere libri: Annales Bertiniani [34] *et breves Floriacenses*[34], *Flodoardi chronicon, Historia Senonensis, Aimoini libri de miraculis sancti Benedicti*[35], *Hugonis Flaviniacensis historia Virdunensis*[36]. *Normannorum expeditiones fusius noster exponit ibique cum Willelmo Gemmeticensi in multis convenit, neque tamen ipsius verba unquam retinet et non paucis locis etiam rebus narratis longius ab eo recedit, ita ut aliam huius gentis historiam, vel ex ipso Willelmo vel certe ex communi fonte haustam, adhibuisse videatur, eam fortasse quam in codice Parisiensi S. Germani N.* 1085. *f.* 70—82. *legi*[37]. *Expeditionem primam Hierosolymitanam ita tradit, ut maxime Gesta illa Francorum et aliorum Hierosolymitanorum (Bongars I, p. 1 sqq.) sequatur, nonnunquam vero propius ad Balderici Dolensis historiam ex illis haustam accedere videatur, ita ut utrumque librum ab Hugone lectum esse*[38] *fere statuerim. De suis Hugo hinc inde quaedam addidit, maxime de monasteriis aedificatis, de rebus Floriaci gestis necnon alia quae ad regalem familiam pertinent. Ubique brevis quidem est scriptoris narratio neque* [39] *erroribus caret gravioribus, quos vel ab aliis recepit vel ipse commisit*[39]*; at multa quoque continet quae alibi frustra quaesieris, ita ut in tanta scripto-*

33) Histoire litér. l. l. pag. 302. 34) Mon. SS. II, p. 254. Eos c. 2. et 9. secutus est. 35) Rarius tamen hunc eiusdem monasterii auctorem sequitur. Pleraque enim quae hic praebere poterat in chronicon Sancti Benigni Divionense et ex hoc in Hugonis Flaviniacensis libros, quos Hugo noster magni fecit, transierunt. Divionense chronicon, medio aevo ut videtur non longe pervulgatum, inter Floriacensia subsidia non est referendum. 36) Ad hanc ea quoque referenda sunt quae cum Rodulfi Glabri narratione conveniunt, neque huius libros ipse Hugo evolvisse videtur. 37) Haec de libro notavi: f. 70′: *Incipit prologus in libro gestis gentis Normannorum. Ex quo Francorum gens resumptis viribus — et s[t]ilus noster ad proposita vertatur. Explicit prologus. Incipit liber I. Igitur alter Gothorum cuneus* etc. Pertinet usque ad Angliae a Willelmo occupatae tempora. — In compilatione illa codicum Bernensis et Bruxellensis ubique fere Normannica haec praetermissa eorumque loco Willelmi excerpta posita sunt. 38) Ipse dicit: *De qua hec tenuiter prelibavimus, quoniam plenitudinem huius hystoriae scriptum esse alias iam cognovimus.* 39) In annis indicandis Hugo saepissime peccat, id

rum rerum Gallicarum penuria haec magni faciamus oporteat. Sermone Hugo utitur simplici et minus culto, qualem vix a scriptore erudito et aliis quoque operibus probato exspectaveris.

Hugo enim monachus Floriacensis vir fuit sua aetate scientia conspicuus et a multis non mediocri laude ornatus. Patriam ipse indicavit. In margine codicis Paris. regii N. 4963 *(hist. eccles. ed* 1.*) epilogo incipiente legitur:* Hugo qui hunc libellum a diversis codicibus defloravit Hugo de Sancta Maria cognominatur a quadam villula patris sui, in qua est sita aecclesia sanctae Dei genitricis Mariae. *Eodem modo librorum titulis saepius nuncupatur; ibique monachus vel alumnus S. Benedicti Floriacensis audit*[40]. *Quo tempore hoc monasterium intraverit non constat; sed ibi saeculo XII. incipiente vixit et ecclesiae veteris gloriam suis scriptis auxit. Familiaritate quadam cum viris feminisque eius temporis praestantissimis coniunctus fuisse videtur. Historias suas et Adelae comitissae et Mathildi imperatrici inscripsit, alium librum eumque gravissimum Mathildis patri Heinrico Anglorum regi direxit, de regia potestate et sacerdotali dignitate, quo regni et ecclesiae contentionem dirimere et ad iustam aequamque pacem referre studuit. En epistolam libro praemissam (ex Baluzii editione, Miscellaneorum lib. IV, p. 9):*

INCIPIT PROLOGUS HUGONIS DE SANCTA MARIA MONACHI SANCTI BENEDICTI FLORIACENSIS MONASTERII IN LIBRO DE REGIA POTESTATE ET SACERDOTALI DIGNITATE[41].

Henrico Anglorum regi gloriosissimo frater Hugo monachorum omnium extremus, sanctissimi Benedicti Floriacensis monachus, pacis perpetuae munus. Considerans, domine rex, discrimen discordiae in quo sancta versatur ecclesia de potestate regia et sacerdotali dignitate, quas quidam ab invicem secernunt et dividunt, libellulum istum pia cura et fraterno compunctus amore condere statui, quo contentio haec aliquatenus sopiatur et error qui longe lateque diffunditur pariter mitigetur, error inquam illorum qui sacerdotalem dignitatem a regia dignitate temere secernentes, ordinem a Deo dispositum evertunt, dum opinantur se scire quod nesciunt. Putant enim, quod terreni regni dispositio non a Deo sed ab hominibus sit ordinata sive disposita. Et ideo sacerdotalem dignitatem maiestati regiae praeferunt, cum ei subesse ordine non dignitate debeat, sicut praesens libellulus declarabit. Erroris igitur huius depulsa tenebrosa caligine, forsitan divinis dogmatibus et verbis rationabilibus adquiescunt. Error quippe non tantum in maioribus, sed etiam in rebus minoribus est vitandus. Error autem nihil aliud est quam putare falsum quod verum est et verum quod falsum est, vel pro incerto verum habere, seu a rationis tramite deviare. Illi vero qui suo furori tantummodo satisfacere cupientes, rerum ordinem, quem Deus disposuit, student pervertere, sacrilegii crimen incurrunt et Pharisei merito nuncupantur. Nam ideo noster conditor et salvator dominus Iesus Christus rex simul et sacerdos sacrosancto ministerio vocari dignatus est, ut nobis ostenderet, quanto foedere vel affinitate rex et sacerdos sibi invicem debeant convenire. Indissociabile enim est quod in unitate coniungitur. His nempe potestatibus invicem dissidentibus et confligentibus, pax dissolvitur, et ecclesia, quam ipse Christus suo sanguine redimere dignatus est, infeliciter perturbatur. Proinde, domine rex, iccirco vobis opus hoc assignare vel dedicare decrevi, ut auctoritatis vestrae privilegio confirmetur et corroboretur et per loca plurima dispergatur, vel si fuerit inutile disrumpatur. In hac etiam re

quod in margine notisque emendare studui. Quae fontium verbis addit, pleraque falsa sunt, sed nonnunquam etiam aperta eorum verba sive male intellexit sive consilio depravavit. Quaedam in altera Francorum historia ipse correxit et melius disposuit. 40) Plane diversus est alter Hugo de Floriaco, nostri aequalis, sed monachus, post abbas, S. Augustini Cantuariensis; de quo cf. W. Thorne, chronicon monast. S. Augustini c. 9, ap. Twysden et Selden SS. R. Angl. II, p. 1794. Hugo de Floriaco sive de Flori dicitur miles Normannicus, qui cum Willelmo I. in Angliam venit et tam ipsi quam filio eius Willelmo II. (Rufo) „diutius militavit"; a. 1090. monasterium ingressus, sequenti iam anno abbas est constitutus, obiit vero a. 1124. 41) Haec inscriptio satis iudicat, de altero illo Hugone de Floriaco tanquam huius libri autore minime esse cogitandum.

sequor antiquorum virorum vestigia, qui sua studia olim regibus imbutis litterarum studiis praesentabant. Precor denique excellentiam celsitudinis vestrae, ut illud et seorsum et cum viris sapientibus qui vobiscum sunt retractetis et diligenter examinetis, et ut quaecumque in eo confutanda videritis detegere satagatis. Scio enim, quia ab his qui rerum ordinem sua temeritate conantur evertere non solum damnabitur, sed etiam conspuetur, vel eo quod ab eorum sententia deviare videtur, vel ideo quod rem propositam explanare rusticano sermone videtur. Nam coecis corde plerumque sua, proh dolor! coecitas atque temeritas placet. Verumtamen precor eos per eorum magnificentiam, ne eis sordescat meum rusticanum eloquium, sed malint veros quam disertos audire sermones. Ceterum scio, quia tutius veritas auditur quam praedicatur. Unde nunc deprecor omnes venerabiles praesules et reliquos sanctae ecclesiae praelatos et clericos simul sensatos qui haec lecturi sunt, ne me praesumptorem iudicent aut temerarium, quasi ego eos in cathedris sedentes et divinae philosophiae arcana scientes superbe coner instruere. Non quaeso ita existiment, sed haec pie et aequanimiter legant atque suscipiant. Opto enim, ut et ipsi omnes venerabiles patres et domini mei cotidie proficiant in Christo Iesu domino nostro et ut ecclesiae sanctae corpus eorum temporibus ordine congruo dispositum corroboretur et firmo pacis foedere iugiter perfruatur. Vos autem, domine rex, Deus omnipotens sua gratia per longa temporum curricula nobis sanum et incolumem conservare dignetur. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS.

Primo Hugo libro regalem potestatem a Deo esse institutam ideoque quasi sanctam et a rebus ecclesiasticis minime alienam ostendere conatur, secundo vero regiam et sacerdotalem potestatem coniunctas esse debere, „ut ambae sibi invicem fideliter adhaerentes mutuo socientur et compaginentur“ rationibus multis probat et exemplis confirmat, quae ex historia veteri et recentiori desumit. Iudicium iustum et animum ecclesiae ha[illegible]valde pronum ubique prodit, et quum Ivo Carnotensis Hugonis amicus eandem fere sententiam tueretur, factum est ut dissensio modo ab his indicato componi posse aliis quoque videretur[42], *id quod primum in Anglia, postea etiam in Romano imperio factum esse constat.*

Quo anno hunc tractatum finiverit, certo indicari nequit; sed procul dubio inter a. 1100, *quo rex Heinricus fratri successit, et* 1106, *quo in concilio Londinensi regis et archiepiscopi lis composita est, in eo scribendo occupatus fuit, ita ut historias sequentibus annis elaboratas liber ille praecesserit.*

Scripsit Hugo praeterea Vitam sancti Sacerdotis episcopi Lemovicensis, antiquiorem textum nimis rudem secutus, ita ut magis sermonem quam narrationem dedisse censendus sit[43]. *Praemissa est epistola Arnoldo abbati Sarlatensi directa, ubi breviter libri panditur ratio et consilium. Vitam edidit Henschenius (Acta SS. Mai II, p.* 14) *ex cod. Sarlatensi.*

Ultimo loco liber nominandus est miraculorum a sancto Benedicto Floriaci patratorum, post Adrevaldum, Adelerium, Aimoinum et Rodulfum ab Hugone susceptus et usque ad annum 1119 *continuatus*[44]. *Liber inedilus est ideoque quid ad Hugonis vitam vel temporis illius historiam satius cognoscendam conferre possit, nos latet. Certe post ceteros libros huic operam navasse videtur, quem fortasse tam diu continuavit, quam vita superstite gaudebat. In sancti*

42) Cf. hac de re Stenzel, Fränkische Kaiser I, p. 689 sqq. V. praesertim Hugonis locum I, c. 5. Dixit episcopum et regia et populari electione recte posse constitui, et pergit: *Post electionem autem non anulum aut baculum a manu regia, sed investituram rerum secularium electus antistes debet suscipere, et in suis ordinibus per anulum aut baculum animarum curam ab archiepiscopo suo, ut negotium huiusmodi sine disceptatione peragatur et terrenis et spiritalibus potestatibus suae auctoritatis privilegium conservetur.* 43) Ipse Hugo hist. eccl. ed. 1. libr. III, ed. 2. libr. V. (cf. Rottend. p. 127). *Cuius,* inquit, *preciosissimi confessoris vitae seriem partim inculto sermone compositam, partim vero scriptorum vitio depravatam conspiciens, nuper corrigere statui ... et de ipsius quidem sancti virtutibus in eadem serie apertissimo sermone veritatem expressi.* 44) V. Hist. litér. l. l. p. 305.

patroni, cui vitam dedicaverat, miraculis, ut sibi videbantur, enarrandis calamum deposuit, qui antea pro regibus contra falsos ecclesiae amicos dimicaverat et multis annis rebus tam publicis quam ecclesiasticis exponendis praecipuam curam adhibuerat. Hugonem non diu post a. 1119. *mortuum esse, verisimile est. Sed nemo annum vel diem enotavit.*

Inter rerum Germanicarum scriptores Hugo Floriacensis vix potest referri; nam rarius ea tetigit quae trans Rhenum gerebantur et vix quidquam certi de his compertum habuit. Ideo libri quoque eius apud Germanos rarius legebantur. Albericus[45] *aliique*[46] *historiam ecclesiasticam ad manus habuerunt, Francorum vero historiam ne ille quidem legisse videtur, neque eius vestigium cis Rhenum me invenisse recordor. Magis haec rerum Gallicarum scriptoribus placuit, quamvis plerosque non vera Hugonis opera, sed libros ipsi obtrusos, praesertim Senonensem illam historiam, secutos esse nunc pateat*[47]*. Etiam Freherum, Duchesnium, Bouquetum aliosque qui Francorum historias ediderunt, de Hugone male esse meritos, falsa ipsi tribuentes, genuina plerumque omittentes, iam supra dixi. Ita vero factum est, ut nunc demum Hugo falsa quidem gloria careat sed merita laude potiatur.*

Editionis vero nostrae consilium atque ordo haec sunt:

A. Incipimus ab historiae ecclesiasticae prima editione, ex qua epistolam dedicatoriam, singulorum librorum praefationes, initia et fines, necnon epilogum ad comitissam Adelam missam exhibemus, quarti libri vero ultimam partem cum altera editione ita contulimus ut lectionis varietatem diligenter enotaremus. Usi sumus

1) *C. Parisiensi regio N.* 4963. *iam supra indicato, quem ipse Parisiis perlustravi, plenius sed minus diligenter ante* 30 *fere annos DD. Spörlin et Turles in societatis nostrae usus exscripserunt;*

2) *C. Bernensi N.* 208, *ex quo epilogum descriptum penes nos habemus.*

B. Sequitur altera historiae ecclesiasticae editio, ex qua eodem fere modo ea desumpsimus quae libri ordinem et auctoris laborem explicare possunt, ad-

45) Albericus a. 1130: *Tertius,* inquit, *(Hugo), qui scripsit minorem ecclesiasticam historiam ad comitissam Campaniae Adalam, matrem comitis Theobaldi, fuit niger monachus Floriacensis, id est de Sancto Benedicto super Ligerim in diocesi Aurelianensi.* Hunc discernit ab Hugone de S. Victore, de quo antea: *Huc usque,* inquit, *magister Hugo de Sancto Victore chronicam suam de Romanis pontificibus et imperatoribus digessit.* Ex Hugone Floriacensi e. gr. a. 808. 809. 810. 820. 842. 844. quaedam exhibet, ex Hugone de S. Victore, quem plerumque magistri nomine ornat, a. 1038. 1073. 1087. 1095. 1099. 1100. Aliud de hoc addo testimonium ex codice Bernensi Sigeberti (SS. VI, p. 287) descriptum: *Inter quos magister Hugo canonicus Sancti Victoris Parisiensis fere novissimus floruit, qui ab inicio nascentis seculi usque ad tempus domini Innocentii pape secundi et christianissimi regis Francorum Ludovici seriem temporum digessit et variationes regnorum succincta narratione complexus est.* Obiit a. 1142. Huius codices indicantur Parisiis, Archiv VI, p. 50. 71. (cf. VII, p. 304), Oxoniae, Archiv VI, p. 92. Etiam codex regius Paris. N. 5014. s. XII. huc pertinere videtur. Legitur ibi initio: Cronica Hugonis. *Mundi anno quinquies millesimo quadringentesimo septimo, sicut beatus Maximus in sermone de paschate statuit, secundus Romanorum monarcus Cesar Octovianus extitit.* Finit Karoli Magni tempore: — *In eadem enim sinodo quesitum est et ventilatum de statu ecclesiarum et ordine singulorum cuiusque conversationis et quales clerici esse debeant.* Sequitur Romanorum pontificum catalogus: *Beatus Petrus apostolus sedit in Antiochia primum — — — Eugenius qui et Bernardus de nacione Pisanus monacus Cistellensis sed. an. [8.].* 46) e. gr. Heinricus de Hervordia, Archiv VI, p. 764; cf. Bruns Beiträge I, p. 8. Quae Kornerus post Karolorum tempora ex Hugone affert (cf. Archiv VI, p. 607), nisi fallor omnia, temerarie et sine causa huic sunt tributa, ex Heinrico descripta et ab ipso ad alios fontes recte relata. 47) Neque Clarius in chronico S. Petri Vivi, neque Continuator Aimoini Hugonis narrationem receperunt. Etiam genealogia regum Francorum (Dachery ed. 2. II, p. 493; eadem fere Cod. Vatic. bibl. Christ. N. 637, f. 80—82) Senonensi historiae inuititur. Praeter historiam usque ad a. 1110. deductam, quam supra p. 343. memoravimus, praesertim alia eiusdem argumenti, quae in a. 1152. desinit, historiam Francorum ab Hugone conscriptam sequitur (Bouq. cont. XII, p. 115 sqq.)

ditis tamen ultimis libri VI. capitibus, quibus res Karoli M. successorumque eius enarrantur. Ex magna codicum copia, quos supra (p. 338) recensui, hi ad manus fuerunt:

1. C. Parisiensis, S. Victoris N. 311, liber optimae notae, quem inde a sexto libro nonnullis locis cum editis comparavi.

2. C. Vindobonensis Hist. prof. N. 682, inde a IV. libri initio a Pertzio cum Rottendorffii editione collatus.

3. C. Bernensis N. 324, Senonensi necnon Fossatensi continuatione vel interpolatione auctus. Praefationes et inde a Pippini tempore ipse textus in usus nostros descripta sunt.

Ceteros codices, praesertim Parisienses, evolvisse, eorumque ordinem enotasse satis visum est.

Huic subiecimus Historiam Francorum Senonensem, quam in codice 3. aliisque Hugonis libro adiectam legimus, prima huius libelli parte ex Duchesnii editione (III, p. 349) suppleta. Secuti sumus praesertim

1*. Codicem olim S. Maglorii (S. Germain Francois Harlay N. 485), quem primum haec cum Hugonis opere coniunxisse supra (p. 339) dixi.

Ex 3. etiam ea recepimus quae in Fossatensi monasterio inserta sunt et ad hoc maxime coenobium respiciunt.

Praeterea vero etiam ex Aimoini Floriacensis libro de miraculis S. Benedicti saec. XI. incipiente (a. 1005) scripto ea seligere placuit, quae ad Franciae regum successionem spectant. Haec enim non solum in continuationem historiae ab Aimoino inchoatae transierunt, sed etiam in Chronico S. Benigni Divionensi descripta indeque in Hugonis Flaviniacensis librum sunt translata. Brevia sunt, sed quae non sine causa, quippe veteris et diligentis scriptoris testimonia, magnam nacta sunt auctoritatem. Mabillonii editionem (Acta SS. ord. S. Benedicti IV, 2, p. 356 sqq.) secutus sum.

C. Brevem Francorum historiam, quam ab Hugone scriptam putamus (supra p. 342) separatim edere noluimus, quum eaedem res iisdem fere verbis nonnisi ordine mutato in alio libro (D.) sint repetitae. Minus etiam nostri consilii esse potuit, magnam illam collectionem historicam, qua huius libri fragmenta cum aliis excerptis sunt coniuncta, huic volumini inserere. Sed praecipuam lectionis varietatem sequenti operi subiecimus, codice usi Bernensi N. 90 (supra p. 341), cuius apographum prope nos habemus, necnon Duchesnii collata editione (IV, p. 96—98).

D. Librum „qui modernorum regum Francorum continet actus", operum ab Hugone confectorum utilissimum, iam prima vice integrum exhibemus. Codicem Leodiensem Bethmannus noster fideliter exscribendum curavit, cuius vestigiis semper fere inhaerere potuimus. Liber ipso teste non una manu exaratus est, sed altera hic illic singulas lineas, immo integras fere paginas chartae intulit, nigriori plerumque usa atramento eodem quo aliquot lineae (praef. c. 8. 11.) expunctae sunt; semper vero narratio sine interruptione procedit, ita ut duo scribae dictantis verba recepisse videantur. Textus raris mendis iisque levissimis aspersus est. Pauca tantum in verbis scribendis mutavi, e pro ae in vocabulorum fine positum, nimium litterae c pro t, n pro m usum et quae sunt eiusmodi, scribis potius quam auctori tribuenda.

Ultimo loco historiam regum Francorum monasterii Sancti Dionysii posuimus, qualem in codice 1) Bruxellensi et 2) Bernensi reperiri supra (p. 341. 343) dictum est, quibuscum ultima eaque genuina libri parte 3) Bouqueti editionem eiusdem historiae usque ad a. 1137. deductae comparavimus; ibique 3a) codicem S. Victoris N. 419. indicat.

Hoc modo vero factum esse confido, ut non solum Hugonis scripta recte discerni possint et diiudicari, sed etiam ceterae Francorum historiae s. XII. scriptae e tenebris sint evolutae earumque tempus, ordo et coniunctio ita stabilita, ut cuique ad genuinas rerum notitias facilis iam pateat accessus. Quodsi haec me non fefellerit opinio, magnum quem per plures annos in hanc editionem impendi laborem, quamvis perpaucos ipsi historiae Germaniae fructus tulerit, non incassum dixerim. Multa collegi et inter se comparavi, ut haec pauca imprimerentur.

G. WAITZ.

EX HISTORIA ECCLESIASTICA.

EDITIO PRIMA LIBRIS IIII. DIGESTA.

INCIPIT LIBER HISTORIAE AECCLESIASTICAE GESTORUMQUE ROMANORUM ATQUE FRANCORUM COMPREHENSUS BREVITER AB HUGONE DE SANCTA MARIA[a].

Dominae suae Adelae venerabili comitissae Hugo sancti Benedicti Floriacensis alumpnus magnae felicitatis decus. Dignum censeo, serenissima domina, munus presentis operis mansuetudini vestrae supplici affectu dedicare, cum sitis nostri aevi multis preponenda proceribus, tum generositate preclara, tum probitate precipua, tum quoniam estis litteris erudita, quod est gentilitium sive civilitas magna. Munus autem meum hunc appello codicellum compendiosa brevitate subtilissimum, qui sua vos amenitate delectet et adhortetur ad benefaciendum, et ad vitam bonis moribus exornandam. Non quod non sitis satis decenter magnis virtutibus adornata, sed quod semper in melius proficere commonemus. Aecclesiasticam enim relegens historiam a multis historiologis per partes editam et modis variis comprehensam, hoc uno volumine decrevi coartare et coadunatis mihi quam pluribus libris deflorare, veritatisque medullam de singulis diligenter extrahere, utens eorumdem auctorum verbis in quibusdam locis, aliquando vero sermonibus meis. Certe laboriosum valde negotium, quoniam brevitatem nonnunquam comitatur obscuritas, cum et luculentus esse contendo et brevis esse laboro. Ceterum omnia quae ibi a mea rusticitate dictata repperiuntur, inculto sermone perorata probantur[b]. Verum utcumque haec dicta sunt, poterunt tamen legentibus prodesse, et uberiorem gestorum seriem ad memoriam revocare, indoctis scilicet atque doctis ac secularibus negotiis occupatis, illis maxime qui in legendis divinis scripturis magnum in vita positum solamen existimant, dum ille qui multa legit eadem ibi breviter recordatur et compendio ignarus instruitur. Si quis autem his contentus esse noluerit, hunc ad opulenta et magnifica volumina de quibus haec sumpsi transmitto. Calumpnosis vero sive mordacibus viris patet in me, confiteor, campus calumpniandi profusior, quia tam arduum opus nimis audacter arripui, quod esset viris eruditis reservandum. At invidis sive scurrilibus, qui propter superbiae typum mea forsitan scripta superbo despicient supercilio, respondeo, quia de illorum nominibus reminiscendis non erit, sicut suspicor, postmodum posteritas laboratura, sed eque ut probra ita eorum preconia tecta manebunt. Vestri autem nominis monimentum, domina mea, tam huius libri occasione, quam bonorum operum executione, quibus incessanter operam impenditis, perenniter posteris relinquetur; nec poterit umquam ullo oblivionis tempore terminari. Igitur hoc exile munus a me vobis oblatum gratanter suscipite, et ab improbis favore vestro defendite. Sapientes enim quondam antiquorum gesta virorum non negligenter preteribant, sed ad institutionem presentis vitae libris inferebant. Siquidem per historiam preteriti temporis series comprehenditur, et per regum et

a) anno millesimo centesimo nono ab incarnatione Domini *add.* 2. b) prebantur 1? *fortasse* prebentur?

imperatorum successiones multa necessaria perscrutantur. Ergo ab Octaviano Augusto exordium narrationis incipiam, et Romanorum imperatorum et presidum nomina simul et gesta ibi curiosissime denotabo usque ad Karolum Magnum et eius filium Ludovicum. Ecce habetis quod otiabunda legatis: actus videlicet antiquorum imperatorum et quorundam Deo amabilium virorum pariter memorabiles actus ab incarnatione dominica usque ad tempora prefinita. Quibus si fueritis intenta, non deprimet inertia acumen ingenii vestri splendidum et honestum. Porro de virtutum vestrarum preconio, quas originis vestrae sublimitas et naturae felicitas nobis infuderunt, modo loqui erubesco, ne videar uti levitate parasitica. Loquar autem alias ubi fuerit oportunum. His autem qui sinistrorsum suscepturi sunt, quod hoc opus vobis dedicavi, respondeo: beatum Hieronymum presbyterum sanctam Paulam et eius filiam Eustochiam multis scriptis honorasse saepe, et venerabilem Gregorium antistitem Romanum Theudelindae Italorum reginae quatuor dialogi sui libros transmisisse. Sed et mulier secus pedes Domini sedens audiebat verba oris eius, tanto Phariseis et Saduceis non solummodo sed et ipsis Christi ministris melior, quanto devotior. Sexus enim femineus non privatur rerum profundarum intelligentia, verum, ut in sequenti lectione lucide declarabimus, solet aliquando feminis inesse magna mentis industria et morum probatissimorum elegantia.

Preterea huius historiae liber nimis profunda latenter continet aecclesiae sacramenta. Nam sicut primum hominem a Deo formatum sexta conditi mundi die scriptura tradente cognovimus, sic sexta mundi aetate redemptum declarabimus. Et sicut eundem hominem de immaculata terra factum esse didicimus, sic Salvatorem nostrum natum esse de intemerata virgine fideli relatione demonstrabimus. Et sicut Adam sexta ebdomadis die a Deo inspiratus accepit ab eo liberi arbitrii sui potestatem, per quam non servili necessitate sed ingenua voluntate obediret Creatori, ut et de obedientia vitae aeternae pretium et de inobedientia merito consequeretur interitum, ita sexta mundi aetate liquet homines accepisse de coelo Spiritum sanctum, per quem legem Domini sive voluntatem eius liberaliter, non serviliter sicut ceterae creaturae, sed quasi filii carissimi, possent adimplere. Quas enim rationabiles creaturas prima aetate condidit omnipotens Dominus, angelicam scilicet et humanam, quibus liberi arbitrii potestatem dedit, ut hac facultate ditatae in Creatoris sui laude perenniter permanerent. Sed quia prior, id est angelica, non tamen tota, viciata et per superbiam ab amore sui Creatoris recedens erumpnosa facta fuerit, contra humanam invidia inardescens naturam, subgessit ei offendiculum peccati, ut eam impietatis suae nevo pollueret, magnum credens esse sibi solatium, si una ruerent et sui reatus poenam pariter paterentur. Quod divina maiestas non pertulit, sed humanam naturam ad pristinam decrevit reformare dignitatis nobilitatem. Unde sumpsit de femina carnem, ut haberet in eius incarnatione[a] ipsa humana natura, unde posset ad illam quam perdiderat beatitudinem eius beneficio remeare. Ostendit ergo Dominus in angelica natura, quam punivit, iustitiae suae censuram, et in humana, quam redemit, miserationum suarum dulcedinem. Universae quippe viae eius misericordia et veritas. Itaque sicut per Adam prima mundi aetate merorem mortis invenimus, ita per incarnati verbi mysterium sexta ibidem mundi aetate, sicut supra retulimus, vitae aeternae iocunditatem recuperavimus. Antequam tamen haec fierent, tertia iam mundi aetate extitit Abraham patriarcha, a quo ritus et religio circumcisionis sumpsit exordium, cum omnes gentes corruptae errore simulacris immolarent. Demum vero data est lex Iudaico populo, qua verus Dominus coleretur. Et Dominus quidem, qui cuncta de nihilo fecit, uno momento temporis potuisset omnia simul facere et universum genus humanum ad sui reverentiam cultumque perducere. Sed non fecit, immo secreto et inscrutabili sacramento non in mundi principio sed opportuno tempore disposuit nasci de virgine. Qui ubi mundo per nativitatem humanae carnis serenus illuxit, ex Iudaico et gentili populo sexta mundi aetate unam aecclesiam congregavit, et ita sibi invicem utrumque populum intra eandem aecclesiam uno spiritu foederavit, ut iam non esset ibi ulla diversitas, sed una libertas. Quod autem de femina nasci voluit, magnum nobis benignitatis suae beneficium ostendit et immensum humilitatis exemplum. Ceterum carne contaminari non potuit, qui carnem mundare venerat. Potuit tamen secundum carnem nasci, crucifigi atque resurgere ad salutem nostram miro et ineffabili modo sine iniuria impassibilis et incommutabilis maiestatis. Verum tam pia sacramenta non potest rimare perfidia superborum, quia non vult credere. Aecclesia vero sancta haec omnia in domino Iesu Christo sinceritatis affectu credit et complectitur et magna devotione prosequitur. Ergo et vos*

* *In margine haec adduntur:* Sciendum est, quia sicut in diluvio nemo salvari potuit nisi in arche, sic nunc nemo salvari potuit nisi in ecclesia.

a) incarnationem 17

aecclesiae Domini filia haec eadem sacramenta intenta mente percipite et letabunda legite et legendo credite.

Vive, vale, gaude, multa dignissima laude
Progenies regum, cleri populique columpna,
Quam probitas morum, quam nobilitas atavorum
Exornant eque; cedant tibi prospera quaeque!

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT PROEMIUM SIVE LIBER PRIMUS HISTORIAE ECCLESIASTICAE, QUAEQUE BREVITER EST AB HUGONE DE SANCTA MARIA MONACHO SANCTI BENEDICTI FLORIACENSIS MONASTERII TRANSFORMATA VEL DEFLORATA, ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MILLESIMO CENTESIMO NONO.

Antequam tamen opus propositum adgrediar explanare, ecclesiasticas scilicet historias letissime[a] suavitate refertas compendiosus breviator deflorare, primum oportunum existimo presenti volumine de Iudaicae plebis statu quaedam perstringere, ne illorum famosissimam generositatem penitus videar silentio preterire; de quorum constat origine dominum nostrum Iesum Christum carnem suscepisse. Igitur ab Abraham eorum patriarcha usque ad eiusdem Christi nativitatem quandam narrationis lineam deducam; a Syriae regno vel regibus exordium sumens, et a tertia mundi aetate, qua legitur Ninus regnasse, sub quo natus est Abraham; multa quae quinque libri continent Moysi ab initio seculi pretermittens.

A constitutione quippe mundi usque ad modo dictum Ninum inveniuntur anni tria milia et centum octoginta quatuor, qui ab omnibus historiographis gentilibus vel omissi vel ignorati sunt. Quibus et ego causa compendii pretermissis, a notissimis regum imperatorumque temporibus hanc ecclesiasticam historiam ordinare studebo et precedentium rerum signis legitime confirmabo, illud recolens quod Lucas euangelista, cum dominicae incarnationis texeret historiam, Herodis regis Iudaicae gentis in ipso sui sancti euangelii principio intulit mentionem. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis Iudeae sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia.* Itemque post pauca: *Exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis*, Caesaris Octaviani faciens iterum mentionem. Oportet enim, ut opinor, a notissimis regibus vel imperatoribus catholicis viris ecclesiasticas historias ordinare, et ab his quae celebri fama feruntur etiam apud gentiles perfectissime roborare. Unde ego a Nino regum antiquorum notissimo nunc incipiam.

Itaque rex primus, qui dudum regibus habitum morem, quibus fines regni magis tueri quam preferre mos erat, nova regni cupiditate mutavit et bella finitimis intulit, Ninus, cuius supra meminimus, legitur extitisse. Qui dum totam Syriam et alias multas Orientis provincias sibi subegisset et per annos 50 regnavit. Quibus . . . . . .

. . . . . .

Hoc nunc de statu Iudaici populi et tempti dixisse sufficiat, ut ad ecclesiasticam cursum transferamus historiam[b].

Oportunum tamen adhuc esse cognosco, ut et de Parthis aliquid dicam, cum quibus Romanus populus orbis imperium legitur divisisse. Principium igitur ab origine strictim est repetendum. Tantum enim regnum silentio prorsus preteriri fas non est. Sed quia Parthi Scytharum exules extitere, sicut ipsorum vocabulo deprehenditur — Scythico enim sermone Parthi exules appellantur — de Scytharum regno prius pauca narrabo. Scytharum igitur gens[c] *ut p. 355.*

. . . . . .

. . . . . .

quem ultorem paterni sanguinis futurum metuebant. Ad extremum vero saepe nominati Parthi, cum tam se pares magnitudini Romanorum crederent, Romana signa, quae Crasso interfecto deripuerant, ultro Octaviano Augusto reddiderunt, et obsidibus traditis firmum foedus cum eo pacti sunt. Plus enim apud eos memoratus Augustus favore nominis sui fecit, quam facere quisquam alius imperator armorum robore potuisset. His etiam nunc de Parthis breviter expeditis, opus propositum nunc conabor invadere et a notissimis Romanorum imperatorum temporibus, sicut supra promisi, totam hanc historiam legitime confirmare. Ab Octaviano Augusto quippe imperatorum nomina Romanorum ibi seriatim pernotabo usque ad Karólum Magnum eiusque filium imperatorem Ludovicum, et tempora quibus floruerunt lucide designabo, sicque secundum eorum catalogum rerum relationes gestarum ita temporibus assignabo, ut, si modo dictum decurras catalogum, quid sub unoquoque imperatore gestum sit, evidenter agnoscere possis. Sed et sanctorum successiones apostolorum et presidum[d] nomina Romanorum hic inseram, quive viri catholici locis celeberrimis post ipsos apostolos regendas susceperint ecclesias adnotabo. Nec preteribo persecutionum turbines, quibus sancti martyres diversis temporibus pro Christo carceribus trudi edictis principalibus urgebantur. Sed illi divino amore flagrantes, sevientibus in necem illorum regibus et legibus et ducibus et gentibus, flecti nullis cruciatibus potuerunt, semper inexpugnabiles permanentes. Hos primitiva flores tulit ecclesia, et his adhuc stipata vernat mirabili varietate. Horum denique meminisse semper erit utile. Preterea perfidos non pretermittam philocumpos, id est amatores lucrantiae, qui maligno afflati spiritu divina coinquinare dogmata frivolis adinventionibus volnerunt.

a) letissima ? b) *V. Rottend. p.* 24. c) *V. Rottend. p.* 29. d) *fortasse:* presulum.

Horum etiam erroribus locis oportunis, paucis quidem sed affatim, Dei opitulante iuvamine, curabo respondere. Extremam quoque templi eversionem, quae facta est sub Vespasiano et Tito, non tacebo, et[a] delectionem sive depopulationem rerum illarum quae dicebantur Sancta sanctorum, licet fuerit umbra non veritas; umbra tamen designat vestigia veritatis et intuentibus diligenter signis quibusdam futura solet exprimere.

INCIPIT AECCLESIASTICAE LIBER HISTORIAE SECUNDUS.

Secundus Romanorum monarchus, interfecto Iulio Caesare, Octavianus Augustus extitit, quo[a]

. . . . . .

et Arnobius Affricanus rethor sapientissimus[b].

EXPLICIT LIBER SECUNDUS, QUAMVIS PRIMUS PROEMII SPECIEM VIDEATUR OBTINERE.

INCIPIT PROLOGUS TERCII LIBRI, IN QUO CONTINETUR GALLIAE SITUS.

Precedenti libro Spiritus sancti suffragio pauca de quibusdam primitivae ecclesiae sanctis, qui post nostri Salvatoris nativitatem et eius ad coelos gloriosam ascensionem pressuras innumerabiles pro fide sustinuere catholica, peroravi; presenti vero volumine temptabo, si possum, de illis qui pacis et tranquillitatis diebus floruerunt aliquid etiam dicere; ab illo tempore ducens exordium quo Romani imperatores idolis abrenunciantes, pro quibus olim persequebantur christianos, verum Deum coeperunt colere, qui mundi fabricam condidit universam. Nullo enim tempore destitit Deus in vinea sua, id est in sancta ecclesia, idoneos operarios conducere; ipsa vero tanto latius fructuosos palmites circumquaque diffudit, quanto duriora pro Redemptoris sui nomine certamina toleravit. Sed et quorundam hereticorum perfidiam hoc etiam libro denudare curabo, ne quisquam christianus eorum umquam reciculis illaqueatus capiatur. Solent enim heretici quasi aucupes muscipulam suae fraudis abscondere et quibusdam simulationibus venenum suae nequitiae subornare, ut incautos decipiant et suae telo perfidiae confodiant; quod ubi forte fecerint et hominem quolibet particulo sui erroris nevo resperserint[c], mox miserabiliter inextricabilibus nexibus impedire satagunt eumque semper ad deteriora protrahunt, donec in profundum erroris veniat, quisquis eorum dolos et fraudulenta labia quasi virus mortiferum non evitat. Velatur enim divini muneris efficatiam iniquitas. Diabolus ergo hereticorum subdola versutia post persecutionis tempora, quae sustinuit ecclesia primitiva, magno molimine temptavit subvertere catholicam fidem. Sed pietatis Dei munificentia contra prefatam nequitiam armavit sanctos suos proceres, quosdam videlicet confessores, qui magno suo labore eorum dolos pessumdarent et sacrae fidei lineam uberiori facundia roborarent. Quorum profecto meritum a martyrii dignitate non degenerat. Denique constat, quod omnes quos ecclesiastica fides non illuminat cecitas erroris obnubilat, et quos Christus, qui de tota mundi massa suam sibi congregavit ecclesiam, non colligit, hos profecto diabolus ad interitum secum rapit.

Incipiam etiam a meo inserere operi proposito quaedam capitula de gestis Francorum. Non enim fas est preterire penitus tantae gentis virtutem, quae Gallorum gentem asperam, audacem, bellicosam et cunctis regnis terribilem ipsisque etiam Romanis imperio terrarum florentibus formidabilem, suis armis subigere et sibi retinere potuit. Prius tamen ipsius Galliae situm, quam nunc prefata Francorum gens incolit, breviter comprehendam atque depingam.

Igitur universa Gallia . . . . . [d]

. . . . . .

insulas Cycladas, *ut infra p.* 356.

His prelibatis nunc ordinem historiae curabo evolvere.

Constantinus Magnus, Constantii moderatissimi et egregii principis filius, in Britannia[e]

. . . . . .

primus ex Grecorum gente Romano potitus est imperio[e]

EXPLICIT LIBER TERCIUS.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI QUARTI, IN QUO CONTINETUR ITALIAE SITUS SECUNDUM SENTENTIAM HISTORIOLOGI PAULI.

Quoniam his qui diversis occupantur curis tedet multos evolvere libros, placuit mihi immensum pelagus ecclesiasticarum historiarum compendiose colligere et numerosam librorum copiam hoc uno volumine comprehendere, prolixam in eo orationem summopere facere devitans, quae solet aliquando quibusdam magnum generare fastidium. Quero ergo eis placere quos semper brevis et aperta delectat oratio. Verum cernens nunc hoc etiam meum exercitium modum propositae brevitatis evadere, illud quod singulis heresibus in quibusdam locis, tametsi breviter, respondere consuevi, amodo pretermittam, quamquam ea quae precedenti libro respondi magnum legentibus queant emolumentum prestare, quo et dogmata fidei christianae contraria valeant devitare et incautam simplicitatis imperitiam subterfugere. Poterunt, inquam, illis maxime prodesse, qui magna doctorum volumina, quibus eis responsum est, non habent, aut secularibus impliciti curis ea legere vel intelligere nullatenus possunt. Igitur historiali stilo contentus quod restat operis explanabo. Acephalorum[f] tamen heresim pseudoprophetarum[g] penitus non silebo. Sed et Italiae situm in presenti prologo paucis comprehendam et provintiarum eius numerum subtiliter nescientibus intimabo.

a) sed referam *ed. all.* a') *V. Rottend. p.* 36. b) *V. Rottend. p.* 89. *Desunt in hac editione quae in altera de papis Milliade et Silvestro leguntur.* c) respexerint ? d) *V. Rottend. p.* 91. e) *V. Rottend. p.* 143. f) asceph. 1. g) pseudopropheta 1.

Italia ergo patria sive regio Romanorum [a] . . . . . et Gallia Cisalpina quae [a] infra Alpes est vocitatur. Et haec de Brenno sive Gallis, quorum supra dudum meminimus, paucis dixisse sufficiat, ut ad historiae cursum sermo noster citius revertatur.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Mauricius igitur Orientis imperium mortuo Tyberio consecutus, imperavit annis 21. [b] . . . . . [c]

Denique Nicephorus imperator Constantinopolitanus, cuius supra meminimus post multas et insignes victorias de Sarracenis mortuus est, et Michel gener ipsius ad imperium sublimatus est.

EXPLICIT LIBER HISTORIAE ECCLESIASTICAE GESTORUMQUE ROMANORUM ATQUE FRANCORUM.

INCIPIT EPILOGUS OPERIS PRECEDENTIS AD VENERABILEM SCRIPTUS BLESENSIUM MELDENSIUM ET CARNOTENSIUM COMITISSAM.

Haec, opinione liberalitatis vestrae provocatus, venerabilis comitissa, ab antiquis historiologis, velut apis a diversis floribus mel colligens, aggregavi; uno, inquam, hoc [d] volumine omnium Romanorum imperatorum et presulum nomina vel actus vobis recitavi, quique viri catholici in locis celeberrimis post apostolos regendas susceperunt ecclesias indicavi. Graves quoque persecutionum procellas, quas primitiva pro suo Salvatore pertulit ecclesia, peroravi, et iocundissimos confessorum flores quos in pace protulit nominavi. Optimorum preterea virorum, Gallorum scilicet et ceterarum gentium, memorabiles actus a tercia mundi aetate usque ad obitum imperatoris [d*] Karoli Magni vobis decantavi. Dampnandas etiam hereticorum blasphemias et quomodo eis obsisti debeat breviter [e] declaravi. Erumpnas quoque Iudaici populi, quas pro suis impietatibus passi sunt et quibus propagantibus christianismus per orbem diffusus sit [e], scribere procuravi. Sed tam compendiosum et honestum volumen non illiteratis principibus, quibus ars litteratoria spretui est, sed vobis merito dedicavi, ne nominis vestri monimentum ulla [f] valeat umquam vetustate corrumpi, quae posterorum memoriae solet inimicari. — Apicem preterea celsitudinis [g] vestrae si quis scire desiderat, Guillelmi famosissimi ducis Normannorum et regis Anglorum filiam vos esse cognoscat, illius videlicet qui memoratum sibi regnum sua subiugavit industria. Nullus rex nostrorum temporum illo sapientior felitior ac moderatior fuit. Ceterum illius regalem magnificentiam et liberalitatem nemo credo laudare sufficiet; non enim recte [h] magnanimitate Rolloni suo antecessori debet adequari, sed tanto maiori preconio potest efferri, quo Iulium Caesarem et Claudium imperatorem imitatus est, qui prefatam insulam, id est Anglorum terram, armis subegere victricibus; quod nullus Romanorum imperatorum preter illos ausus est aggredi. Tamen ille deficiens licet ducatus et regni sui principatum hereditario iure filiis suis, vestris fratribus, dereliquerit, morum suorum elegantiam et eam quae semper eum comitabatur affluentiam vobis [i] deseruit; affluentiam enim eius et morum elegantiam specialiter pre ceteris vestris fratribus possidetis, teste Gallia, quae nunc tota vestra liberalitate fulcitur et non mediocriter insignitur. Multis igitur estis preponenda proceribus, sicut in huius libri primo prologo dixi; tum generositate preclara, tum probitate precipua, tum quoniam estis litteris erudita, quod est gentilitium sive civilitas magna. Attavorum denique vestrorum splendidam hoc in epilogo subiciam genealogiam, et demum alio, si vobis placuerit, libro tam attavorum vestrorum, Danorum scilicet atque Normannorum, quam regum gesta Francorum ab imperatore Ludovico, Karoli Magni imperatoris filio, usque ad haec nostra tempora breviter decantabo. Rollo igitur, cuius ante meminimus, antecessor principum Normannorum, Danorum dux potentissimus extitit; sed Karoli regis Francorum tempore post Ludovici imperatoris decessum per Sequanam [k] intravit in Galliam; ingressusque in eam, Normanniam sibi vindicavit. Admirabilis ei filius successit nomine Guillelmus, cui cognomen Longa spata fuit, qui Ludovicum, Karoli Francorum regis filium, sicut in libro quem vobis promitto non reticebo, ab exilio quo latebat Francorum sua potentia revocavit in regnum. Et huic Guillelmo successit Richardus, et Richardo alter Richardus. Richardo vero secundo successit Robertus, qui genuit honorabilem Guillelmum [l] regem Anglorum, patrem vestrum.

EXPLICIT EPILOGUS.

a) *V. Rottend p.* 35. b) *V. Rottend, p.* 143. c) *Finem huius libri cum altera editione contulimus p.* 358 *sqq.* d) h. i. 2. d*) *deest* 1?. e) *deest* 2. f) nulla 1. g) celsitudini 1. h) *deest* 2. i) v. d. s. *desunt* 2. k) secanam 2. l) guillermum 2.

EDITIO ALTERA LIBRIS VI. DIGESTA.

INCIPIT LIBER PRIMUS HISTORIARUM ECCLESIASTICARUM.

Assiriorum igitur rex potentissimus fuit olim Ninus, qui bellum finitimis inferens regibus, omnes Asiae populos preter Indos sibi subiugavit, et annis in ea 50 regnavit. Quibus *etc.*

. . . . . .

cf. p. 351 Hoc nunc de statu Iudaici populi et templi dixisse sufficiat. Hoc tamen non silebo, prophetas eiusdem gentis tam aetate quam sapientia gentiles philosophos praecessisse, ne qua gens de antiquitate suae sapientiae super patriarchas et sanctos prophetas, quibus divina inerat sapientia, ulla se vanitate iactaverit[a].

. . . . . .

Multa etiam alia super his erant dicenda; sed quia liber iste nimis extenditur, ratio moderationis exigit ut iam terminetur[b].

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI SECUNDI.

Igitur quoniam iocundum est sapienti sacras historias nosse, quarum sola superficies solet ab humanis mentibus nebulas erroris abigere et eas ad imaginem veritatis adducere, curabo nunc iuxta historiae textum legentibus notificare, quomodo processit in mundo recta eruditio fidei per quosdam gradus et articulos aetatum ac temporum, et quomodo vetus testamentum euangelicis ministravit principiis in prefiguratione divinorum sacramentorum, sicut virilem aetatem solet aetas puerilis precedere. Sed quamvis ab ipsa mundi origine in tota mundi latitudine nonnisi duas societates hominum comperimus extitisse, cum tot tantaeque gentes per eundem orbem diversis ritibus moribus que[c] viventes, multiplici linguarum, armorum vestiumque sint varietate distinctae, quas civitates duas merito possumus appellare; quarum una civitatum predestinata est regnare cum Deo, et altera perire cum diabolo: tercia tamen mundi aetate, cum iam omnes gentes per orbem diffusae, beneficiorum Dei et suae conditionis oblitae, insensibiles pro eo colerent creaturas, elegit Deus Abraham virum sanctum, cuius exemplo mundum ad agnitionem sui converteret et ab erroris precipicio libereret; cui etiam circumcisionis notam imposuit, quod nostrae regenerationis signum fuit; qua[d] post communem carnis generationem, quia seculo nascimur, Deo regeneramur per aquam et Spiritum sanctum. Quarta vero mundi aetate idem Deus et dominus per ignem Moysi de rubo primum locutus est, ut educeret Israeliticum populum de Aegypto, ac demum 40 diebus ac noctibus ipsius iterum tentus alloquio scriptam in tabulis legem meruit suscipere; qua[d] idem Dei populus frueretur, donec veniret Christus, qui interiorem sensum legis eiusdem ecclesiae suae, data sancti Spiritus gratia, reseraret. Hac ipsa etiam aetate construxit idem Moyses Domino in heremo tabernaculum, quod universalem presentis seculi significabat ecclesiam, et archam testamenti, per quam Christus designabatur, in quo sunt omnes sapientiae divinae thesauri repositi, et candelabrum, per quod sancta predicatio, quae iter lucis euntibus ad vitam ostendit, exprimitur, et mensam, per quam sancta significatur scriptura, et alia multa, in quibus expressit nimis alta presentis ecclesiae sacramenta. Quinta denique mundi aetate Salomon rex pacificus templum illud nobilissimum in Ierusalem extruxit, in quo etiam nonnulla imago rei futurae precessit. Sexta quoque mundi aetate Christus Dei et hominis[e] mediator mundo apparuit et mortem crucis pertulit, ut mors, quam vitae constat esse contrariam, eius morte instrumentum fieret per quod transiretur ad vitam. Demum vero surgens a mortuis, misit de coelo Spiritum sanctum suis apostolis in Ierusalem constitutis, qui eis omnium reseravit misteria scripturarum et attulit notitiam diversarum linguarum. Indeque dispersi sunt super faciem universae terrae baptizantes ubique in nomine Patris et Filii et Spiritus
Isa 2, 3. sancti. Tunc adimpletum est quod scriptum est: *Ex Syon exibit lex et verbum Domini de Ierusalem.* Inde enim procedens verbum Domini per totum emanavit mundum, et ex tunc coepit in terris aedificari turris, non ex lapidibus ac cementis, sed e diversis populis et linguis, cuius cacumen penetrat coeseculi magnum bonum, quod preparavit Deus diligentibus se. Haec etiam Dei sponsa, propter numerosam quam ei cotidie parit filiorum sobolem per baptismatis sacramentum, merito potest appellari. Ipsa quippe suo redemptori Christo intellectualiter adherens corporeo, si dici fas est, amplexu, veris impletur fecundaturque virtutibus. Cui quasi suae novae nuptae novus sacerdos nova tradidit sacramenta, imposuitque ei onus leve et iugum suave, ut quanti penderet eum intelligeret. Dedit quippe ei pro circumcisione, quae plebem Hebraicam non mediocriter honerabat, sancti baptismatis sacramentum et pro diversorum specie sacrificiorum suum sacrificandum et edendum corpus et sanguinem. Cuius veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca iustorum. Igitur prima lex velut pedagogus rudibus atque carnalibus hominibus primum posita est, eruditens eos vel peccare prohibens metu poenae presentis; secunda vero sublimiorem vitae viam iam eruditis sine interminatione poenae presentis ostendit. Non decebat ergo ut euangelica perfectio precederet Mosaicam legem. Nam quaeque perfecta solent esse posteriora.

a) V. *editionem Rottendorffii p.* 24. b) V. *Rottendorff p.* 27. c) que *derst* 3. d) quam 3? e) hominum *Rott.*

His ita se habentibus restat et nunc, ut de Parthis, qui diu in Perside regnaverunt, aliquid dicam, antequam propositum opus attingam. Tantum enim regnum silentio preterire non debeo. Cum Parthis quippe Romanus populus orbis imperium legitur divisisse. Sed quia Parthi Scitharum exules extitere, sicut ipsorum vocabulo deprehenditur — Scithico enim sermone Parthi exules appellantur — de Scitharum regno prius pauca narrabo; quamquam ordo prepostorus esse videatur, quod[a] post Pompeii et Caesaris bella, que iam digessi, de Vesone rege Aegypti et de Amazonum regno et de introitu Cyri in Scythiam, quae ante Caesaris ortum contigerunt, tractabo. cf. p. 351.

EXPLICIT PROLOGUS LIBRI SECUNDI.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Scitharum igitur gens antiquissima, sub septentrione posita, ab uno latere Ponto, ab altero vero montibus Riphaeis et Asia a tergo terminatur. Sed Scythae non minus illustria principia quam imperia habuerunt, nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere; quippe cum viri hos de quibus agimus Parthos Bactrianosque, feminae vero eorum Amazonum regna condiderint. Itaque res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum est, uter apud eos illustrior sexus fuerit. His tamen Vesoges rex *etc.* . . . . . quem ultorem paterni sanguinis futurum metuebant. His de Parthis breviter expeditis, operi proposito manum applicabo[b].

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT PROLOGUS TERCII LIBRI, IN QUO CONTINETUR ITALIAE SITUS.

Amodo igitur promissam defloraturus historiam, a nativitate domini et salvatoris nostri Ihesu Christi exordium sumam, ac postmodum sanctorum successiones apostolorum et presulum nomina Romanorum hic inseram, demumque qui viri catholici locis celeberrimis post ipsos apostolos regendas susceperunt ecclesias expediam. Nec preteribo persecutionum turbines, quibus sancti martires diversis temporibus pro Christo carceribus trudi edictis principalibus urgebantur. Sed illi divino amore flagrantes, sevientibus in necem illorum regibus et legibus, ducibus et gentibus, flecti nullis cruciatibus potuerunt, semper inexpugnabiles permanentes. Similiter et sanctae mulieres virilem gerentes animo fidem, carceribus includebantur, cedebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, coronabantur. Hos primitiva flores tulit ecclesia, et his adhuc stipata vernat mirabili varietate. Horum denique meminisse semper erit utile. Preterea perfidos non pretermittam philocumpos, id est amatores iactantiae, non sapientiae, qui continentia, castitate atque ieiunio sicut quadam pietatis veste exterius tecti, intrinsecus vero habentes animum venenatum, per dulces sermones multis in ecclesia scandalum intulerunt. Quorum perfidiam denudare curabo, et eorum erroribus locis oportunis, paucis quidem sed affatim, Dei opitulante iuvamine, respondebo. Quod illis maxime profuturum esse confido, qui magna doctorum volumina, quibus eis responsum est, non habent, aut secularibus impliciti curis ea minime legere possunt. Nam ex his tametsi brevibus responsis potuerit et incautam simplicitatis impericiam devitare et dogmata fidei christianae contraria declinare. Arguam denique cecitatem Iudeorum, qua nolunt in Christum credere, quem sciunt sibi a prophetis pronuntiatum fuisse. Extremam denique templi eversionem, quae facta est sub Vespasiano et Tito, non tacebo; sed referam deiectionem sive depopulationem rerum illarum quae dicebantur Sancta sanctorum, licet fuerit umbra non veritas; umbra tamen designat vestigia veritatis et diligenter intuentibus signis quibusdam futura solet exprimere. Optimorum preterea virorum, Romanorum scilicet, Gallorum Gothorumque et ceterarum gentium memorabiles actus hic inseram, et totum hoc opus legitima ratione corroborare contendam. Incipiens quippe ab Octaviano Augusto, omnium imperatorum nomina Romanorum ibi seriatim denotabo usque ad Karolum Magnum et eius filium imperatorem Ludovicum, et tempora quibus floruerunt lucide designabo, sicque secundum eorum katalogum rerum relationes gestarum ita temporibus assignabo, ut, si modo dictum decurras katalogum, quid sub unoquoque imperatore gestum sit, evidenter agnoscere possis. Sunt tamen nonnulli quibus videtur fore superfluum, cum secundum tempora regum vel imperatorum ecclesiasticae pertractantur historiae. Sed non est contra religionem ecclesiasticam aut euctenticam disciplinam. Lucas nempe euangelista, cum dominicae incarnationis texeret historiam, Herodis regis Iudaicae gentis in ipso sui sancti euangelii principio intulit mentionem. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis Iudeae sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia.* Itemque post pauca: *Exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis*, Caesaris Octaviani faciens iterum mentionem, quatinus illa quae minus erant hominibus nota ab his quae pene aput omnes celebri fama ferebantur confirmarentur et roborarentur; quod et multi alii religiosi divinarum tractatores historiarum fecisse leguntur. Illae quippe res gestae quae nulla regum ac temporum certitudine commendantur, non per historiam recipiuntur, sed inter aniles fabulas deputantur. Porro ideo Christus usque ad sextam venire distulit aetatem, ut novae legis plenitudinem prolixitas temporis non auferret. Nam si ante venisset, cuncta forsitan legis novae precepta vetustas temporis abolevisset. Nunc autem ea servare ipse imminens iudicii terror exigit, nec sinit propinquitas vicini examinis periclitari novae fidei perfectionem. Proinde docebat, ut qui 6. feria hominem fecerat, 6. die perfecerat, 6. mundi aetate eum ad plenitudinem legis perduceret, etiam veterescentem suo novo adventu reficeret. cf. p. 351. inf. cf. p. 352. inf. cf. p. 352. sup. cf. p. 351. sup. cf. p. 351 sup.

Proinde presenti prologo, quoniam id multum operi proposito convenire non dubito, Italiae situm cf. p. 352. inf.

a) quicquid 3. b) *V. Rottendorff p.* 33.

cf. p. 353. paucis comprehendam et provintiarum eius numerum subtiliter nescientibus intimabo. Italia ergo patria sive regio Romanorum . . . . . infra Alpes est vocitatur. Et haec de Brenno sive de Gallis, quorum supra dudum meminimus, paucis dixisse sufficiat. Amodo vero fultus Dei adiutorio, et in tres libros totum opus dividere et in unum corpus ecclesiasticam historiam curabo redigere.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT TERCIUS LIBER.

Secundus Romanorum monarcus, interfecto Iulio Caesare, Octavianus Augustus extitit, quo . . . . . .

. . . . . .

Igitur post extremum Iudaicae plebis excidium eorumdem breviter arguam perfidiam Iudeorum, qui nondum voluit in Christum credere[a].

EXPLICIT LIBER TERCIUS.

INCIPIT PROLOGUS QUARTI LIBRI.

Maximus versatur error in cordibus Iudeorum[b] . . . . . .

. . . . . .

Porro haec contra Iudeos sub specie prologi dixisse sufficiat et hic metam finitus accipiat.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Domicianus igitur frater Titi iunior[c] . . . . . .

. . . . . .

Repperit quoque dalmaticae usum[d].

EXPLICIT LIBER QUARTUS.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI QUINTI IN QUO CONTINETUR GALLIAE SITUS.

cf. p. 352. Precedenti libro Spiritus sancti suffragio pauca de quibusdam primitivae ecclesiae sanctis, qui post nostri Salvatoris nativitatem et eius ad coelos gloriosam ascensionem pressuras innumerabiles pro fide sustinuere catholica, peroravi; presenti vero volumine temptabo, si possum, de illis qui pacis et tranquillitatis diebus floruerunt aliquid etiam dicere; ab illo tempore ducens exordium quo Romani imperatores idolis abrenunciantes, pro quibus olim persequebantur christianos, verum Deum coeperunt colere, qui mundi fabricam constituit universam. Nullo enim tempore destitit Deus in vinea sua, id est in ecclesia sua, idoneos operarios conducere, neque illa dignos illi fructus per pacientiam gignere; sed quanto duriora pro Redemptoris sui nomine certamina toleravit, tanto gloriosius semper de diabolo triumphavit. Proinde zelatur divini muneris efficaciam antiqui serpentis impietas, et contra pietatis iustitiam armatur iniquitas. Ille quippe, qui dudum in coelum positus divinitati se comparavit et esse Deo similis non per iustitiam sed per potentiam concupivit, quique propter suam de coelo proiectus est superbiam, solita versucia post persecutionis tempora, quam sustinuit ecclesia primitiva, tranquillitati eius invidens, rursus per quosdam hereticos temptavit subvertere catholicam fidem; et qui prius adversus eam sevam persecutionum excitaverat tempestatem, ille etiam postmodum in ea hereticorum seminavit germina nequam. Sed pietatis Dei munificentia contra prefatam nequiciam quosdam suos armavit proceres, qui magno suo labore et hereticorum dolos pessumdarent et sacrae fidei lineam uberiori facundia roborarent[e]. Quorum profecto meritum a martirii dignitate non degenerat. Nam idem labor pro fide certantibus eos martiribus equiparat. Et quia nichil est veritate validius, ita omnem pravitatem fides catholica prefatorum labore virorum contrivit, sicut dudum antiquorum philosophorum ambiguas opiniones sanctorum patriarcharum atque prophetorum auctoritate quassavit. Et quemadmodum ille felix angelorum exercitus, qui post diaboli lapsum in coelis remansit, Deo secundum sibi datum ordinem dignitatum famulatur et servit et ad nutum eius angelorum multitudinem archangelorum obedientia regit, ita et nunc ecclesia secundum sibi datos gradus ordinis et disciplinae ipsi Deo pro humana possibilitate fideliter in terra ministrat. Verum quos illa non colligit, hos profecto diabolus ad interitum secum rapit. Et hec presenti prologo de sancta dixisse sufficiat ecclesia.

cf. p. 352. Amodo vero inseram operi inchoato quaedam capitula de gestis Francorum locis oportunis. Non enim fas est preterire penitus tantae gentis virtutem, quae Gallorum gentem asperam, audacem, bellicosam et cunctis regnis terribilem ipsisque etiam Romanis imperio terrarum florentibus formidabilem, suis armis subigere et suo sensu sibi potuit retinere. Prius tamen ipsius Galliae situm, quam nunc prefata gens Francorum incolit, breviter comprehendam atque depingam. Igitur universa Gallia, non tam ampla quam inclita, tribus provinciis terminabatur antiquitus. Quarum una Belgica, alia Aquitania, alia vero Lugdunensis nominabatur. Porro Belgica provincia habet ab oriente limitem fluminis Rheni et Germaniam, ab euro vero habet Alpes Apennicas et a meridie provinciam Narbonensem et ab occasu provinciam Lugdunensem et a circio oceanum Britannicum. Urbes eius inclitae et famosae: Colonia Agrippinensis, Tungris, Treveris, Mettis quae et Mediomatricum, Remis, Laudunis, et pagus Helveciorum, quem nunc Alemanni incolunt. Fluunt per eandem provinciam Scaldus, Matrona, Mosa et

a) *V. Rottendorff p.* 65. b) *Haec etiam omittere placuit; v. Rottend. l. l.* c) *V. Rottend. p.* 68. d) *V. Rottend. p.* 89.
e) *deest* 3. f) laborarent 3.

Ausona, quae ultimos Remorum fines preterfluit. Silva eciam habetur in ea quae dicitur Ardenna, quae a ripis Reni fluminis usque in Treverorum fines extenditur. Aquitania vero a Varunna flumine ad Pireneos montes extenditur et obliquo Ligeris cursu, qui eam ex parte terminat, pene in orbem cingitur. Continentur in ea urbes egregiae: Narbona, Arvernus quae Clarus mons dicitur, Bituris, Cadurs, Tholosa, Ruthenus, Lemovis, Petragorica, Pictavis, Burdegala, Sanctona et Engolisma. Meat per Aquitaniam Dordonia, quae in Varunnam immergitur. Silva habetur in ea Letenna[a], Biturigibus et Arvernis confinis. Lugdunensis autem provincia oritur a monte Iurano, qui est inter Sequanos et Helvecios, et a lacu Lemanno et flumine Rodano, et extenditur ad oceanum Britannicum, dilataturque ad Ligeris alveum, qui eam ab Aquitania separat et dividit. Urbes in ea multae et opulentae: Lugdunum, Cabillonis, Edua quae et Augustudunus, Senonis, Autissiodorus, Nivedunus quae et Nevernis, Meldis, Trecas, Parisius, Carnotum, Gennabus quae et Aurelianis, Rothomagus, Ebroas, Oximus id est Sagensis, Cinomannis, Luxovium, Nannetis, Andus quae et Andegavis, Abrincatina, Redonis, Venetus. Quarum Augustudunus et Senonis maioris auctoritatis antiquitus fuere. Nam Augustudunus amicitiam Romani populi amplectendo, nobilis evasit; Senonenses vero Romam quondam obsidione cinxerunt. Fluunt per Lugdunensem provinciam Rodanus et Araris qui et Sagonna vocatur, et Sequana qui oceano Britannico immergitur. Silvae in ea Perticus et Langûlaria. Has tres Galliae provincias dum Franci occupassent, illam regionem quae septentrionem versus inter Mosam et Rhenum porrigitur Austriam, illam autem quae a Mosa usque ad Ligerim protenditur Neustriam vocitaverunt. Quaedam tamen pars Galliae quam Burgundiones intra Lugdunensem occupavere provinciam nunc Burgundia vocatur. Aquitania vero nomen adhuc avitum retinet. Dicta Aquitania quod prae ceteris Gallie provinciis fontibus et torrentibus scaturiat. Et haec modo tantum de situ Galliae compendioso sermone dixisse sufficiat. Restat tamen ut et Narbonensem provinciam, quae pars Galliarum est, describamus. Narbonensis provincia habet ab oriente Alpes Gothicas et ab occidente Hispaniam et a circio Aquitaniam et ab aquilone Belgicam Galliam et a septentrione Lugdunensem provinciam et a meridie insulas Baleares, a fronte vero qua Rodanus defluit in mare insulas Cicladas. His ita decursis, ad historicam revertar amenitatem.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

Constantinus igitur Magnus, Constantii moderatissimi et egregii principis filius, in Britannia[b] . . . . . .

. . . . . .

primus ex Grecorum gente Romano potitus est imperio[c].

EXPLICIT LIBER QUINTUS.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI SEXTI.

Ecce[d] dum immensum pelagus historiarum cupio perstringere et numerosam librorum copiam uno volumine coartare, videor quibusdam modum propositae brevitatis excessisse. Sed audiant queso quos brevis delectat oratio. Brevitatem in oratione custodiendam esse confiteor, si causa permittat, quia quorundam sensus hominum magis honerat oratio prolixa quam doceat. Segetem etiam nimia sternit ubertas, et ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas; prevaricatio tamen dicenda est transire dicenda, et non minus servat modum perfectae orationis, qui strictius quam debet rem quam qui effusius dicit, cum alter materiam excessisse, alter dicitur non implesse. Peccat igitur uterque, sed alter viribus, alter peccat imbecillitate. Porro nunc etiam illi[e] qui hunc codicem ideo forsitan superbo despicient animo, eo quod eum non novis commentis sed quorundam illustrium virorum coacervaverim scriptis, respondeo, quoniam alterius adiumento divinitas sola non indiget, nec dici aliquid ab aliquo potest quod iam non sit[f] dictum, aut aliqua iacet abstrusa in cordibus nostris scientia, quam non illustraverit usus precedentium virorum. Totum tamen a veridicis auctoribus sumptum veraciter affirmo. Verum multa quae secuntur ab Anastasii Romani bibliothecarii libro decerpsi, quem tempore Karoli Magni de Greco transtulit in Latinum. Res enim gestae sub aliis imperatoribus usque ad Mauricium lucide Latinis continebantur in libris; a modo vero dicti imperatoris temporibus rerum gestarum series nulla fulta manebat auctoritate, sed historiographus quisque vulgi tantum opinionem suo ponebat in codice; quod ex lectionibus quae in exaltatione sanctae crucis per universas fere leguntur ecclesias animadverti potest. Quas falsitate refertas quibuscumque sapientibus lucide liquet. Prefatus autem Anastasius suis temporibus ea quae in Greca continebantur historia ab Octaviano Augusto usque ad Michaelem, qui Nicephoro successit, rationabili prosecutus oratione, Latino transtulit eloquio; in quo opere nobis multa quae hactenus nesciebamus aperuit, ibique de Mubamet pseudopropheta pauca quidem locutus est, sed quibus temporibus fuerit lucide designavit. Liber tamen ille per multos latuit annos, sed nuper meis Deo volente venit in manibus. Cuius auctoritas non est frivola vel inepta, sed autentica, probabilis et robusta. Proinde codicem istum tibi merito, o Adela nobilis comitissa, dicavi, quam non mediocriter litteris eruditam esse non ambigo, ad deliniendum animum tuum et ad acuendam[g] fidem pectoris tui, sperans quod nominis tui monimentum hac etiam possit occasione non mediocriter insigniri, ita ut non valeat ultra aliqua vetustate corrumpi, quae posterorum memoriae solet inimicari. Ecce habes coram te propugnatores fidei catholicae, habes rectores civitatis Dei per divisas ecclesias Christi populo presidentes. Cui civitati reguli presidet potentia, Deus Dei filius homo verus,

a) *V. Rottend. p.* 91. b) *V. Rottend. p.* 143. c) lecenna 3. d) *Haec desunt ap. Rottend.; v. praef. p.* 339.
e) illud — despiciet 3. f) d. sit 1. g) accuendam 1.

et[a] Deus omnipotens, qui sua sapientia totam ipsius civitatis structuram regit, exaltat atque defendit. Qui te milibus sanctorum consociet in seculo seculorum. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS LIBRI SEXTI.

INCIPIT LIBER SEXTUS.

Mauritius igitur genere Cappadocus Romanum imperium ascendit est anno dominicae incarnationis 575.[a'] . . .

. . . . . .

Anast. Iustinianus[b] itaque patri suo succedens in regno anno incarnationis divinae 678.[c] imperavit annis 10 . . .

. 10

Defuncto vero Ebroino, Pipinus, filius Ansegiseli, dominari sub regibus coepit in Austria. Porro iste Ansegiselus
P. D. VI, 22. Anchisen de nomine Anchisae quondam Troiani principis est dictus[d]. Cuius memoratus filius Pipinus ex uxore Plectrude duos filios habuit, Drogum et Grimoldum[d]; sed ex concubina[e] genuit Karolum Tuditem[f]. . . .

Anast. Leoncius igitur[**] imperavit annis 3. 15

Absimarus igitur, qui et Tiberius nominabatur, imperavit annis circiter 7. . . . . .

. . . . . .

Iustinianus igitur imperavit secundo annis 6. . . . . .
P. D. VI, 34. Philippicus ergo, qui et Bardanicus nominatur, creatus apud Chersonam imperator, anno divinae incarnationis 20
704.[g], imperavit anno uno et dimidio. . . . . .

. . . . . .

Anastasius igitur, qui et Arthemius dictus est, imperavit annis tribus et mensibus 6. . . . . .
cf. Ado. Circa hos preterea dies Childebertus moriens, regnum Francorum deseruit habendum filio suo minori Dagoberto. Sed et Pipinus maior regiae domus defunctus est; cui successit filius Karolus, qui Tudites appellabatur a maioribus malleis fabrorum quibus tundi et extenuari gravior ferri materia solet. Qui maior 25
P. D. VI, 16. regalis aulae factus sub Dagoberto[***], satis strenue cum Saracenis pugnavit. Nam precedenti tempore Saraceni ex
Africa transfretantes, Hispaniam sibi subiugaverant, indeque Karoli temporibus cum uxoribus et parvulis erumpentes,
Ado. Aquitaniam Galliae provinciam invaserunt et usque ad Septimaniae et Viennensis provinciae fines quaeque[h] deppopu-
Einh. c. 2. lantes pervenerunt. Sed hos Karolus Tudites duobus magnis preliis, uno in Aquitania apud Pictavium et altero
Paul. l. l. iuxta Narbonem, ita dericit ut Hispaniam eos redire compelleret. In† quo bello 365 Saracenorum milia interfecit. 30
Iste est Karolus, qui propter assiduitatem bellorum res ecclesiasticas laicis tradidit. Pugnavit
cf. Ado. etiam contra Saxones et Bavarios, quos cum magna difficultate superavit. Cum Heudone quoque Aquitanorum duce
P. D. VI, 42. saepe dimicavit, et Rainfredum comitem regalis palatii a palatio expulit, sed unam ei tamen civitatem, id est Andegavensem, concessit. Porro regi Francorum Dagoberto successit filius eius Theodericus. . . . . .

. 35

P. D. VI, 41. Theodosius igitur, Anastasio defuncto, imperavit anno uno. . . . . .

. . . . . .

cf. Anast. Leo igitur anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 709.[i] Romano potitus imperio, imperavit annis 23. . . .

. . . . . .

Et item hoc ferme tempore Karolus Tudites defunctus est et apud Sanctum Dionisium non longe 40
a Parisiaca urbe sepultus anno ab incarnatione Domini 741, principatum regiae domus obtinentibus filiis eius
Einh. c. 2. Karlomanno[k] et Pipino pariter. Quorum Karlomannus[l], relicta regni administratione, Romam adiit, ibique secularem militiam reliquit, ac demum in monte Serapti[m] sancti Silvestri monasterio a se constructo, ibidem in habitu monachico per annos aliquot habitavit. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota solvenda Romam sollempniter commearent et eum velut dominum quondam suum preterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrum- 45
pebant††. Ideo locum mutare decrevit. Nam inde in[n] Samnium provinciam proficiscens, apud castrum Cassinum quod
cf. Ado, reliquum erat temporalis vitae religiose conversando complevit. Prefato denique Dagoberto vita decedente†††, regnavit
pro eo Theodericus[o] filius eius, et hoc*† defuncto, regnavit Childericus**†, quem et Hildricum appellabant. De quo,
Einh. l. l. cum esset vir inutilis ac remissus et nihil preter regis nomen et precarium victum, quod ei aulae prefectus regiae
Ado. ministrabat, de tota potentia regni possideret, Pipinus maior regiae domus per legatos suos studuit interrogare Zachariam Romanum antistitem, dicens, an ille deberet esse rex Francise, qui otio deditus solo nomine regio erat contentus. 50

* etiam dictus est A.

** Leo igitur, qui et Leontius nominatus est, imp. A. *ubi res Romanae et imperatorum tempora aliter brevius-que exhibentur ex Adone.*

*** iuniore *add.* A. 55

† In — interfecit *desunt* A. *qui pergit:* Iste tamen K. pr.

†† interrumpentes locum mutare compelluntur. Nam huiusmodi frequentiam cum suo proposito officere vidisset, relicto monte Serapti in Samnium provintiam ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Cassino secessit et ibi quod *cum Einh.* A.

††† exempto r. Th. A. 60

*† h. iterum d. A.

**† Hildricus vir inutilis . . . . . / possidens. De quo saepe nominatus Pipinus . . . suos Z. R. interrogavit a., si ille manere debebat . . . . contentus. Cui p. illum d. vocari regem remandavit q. b. r. p. regeret. Qua occasione Franci Hildricum detonsum in monasterio detruserunt et P. s. r. c. In Romana vero cathedra Zachariae pontifici Stephanus successit. Porro Leo augustus apud Constantinopolim 65
preterea Leone decedente Constantinus factus est imperator A. *qui pergit:* Constantinus *etc. (n. * pag.* 359.)

a) et d. o. *desunt* 3. a') *V. Rottend. p.* 143. b) LXIII. Iustinianus 2. *et ita deinceps numeros addit.* c) DCLXXXVI. *Rott.* d) Grimoaldum *R.* e) c. Alphaide *R.* f) ruditem 2. *deest Rott.* g) DCCXI. *R.* h) quosque 2? *R.* i) DCCXVIII. *R.* 70
k) karolomagno 2. l) karolomagnus 2. karlomagnus A. m) seraptim 2. n) in — religiose *desunt* 2. *qui pergit* conservando compl. o) Chilpericus f. e. cui successit Theodoricus *R.*

Cui pontifex remandavit, illum debere appellari regem qui bene rem regeret publicam. Qua responsione Franci auditi, Hildrico in monasterio detruso et monachili tunica palliato, Pipinum sibi regem constituerunt. Qui ubi rex est creatus, omnes sibi rebellantes magna potestate subegit et Griphonem fratrem suum regem fecit Austrasiorum, et Thassilonem suum ex sorore nepotem ducem instituit Bavariorum. Gripho tamen propter suae mentis insolentiam ei bellum indixit. Interea vero Constantinopoli Einh.

. . . . . .

Eodem etiam anno mortuus est Leo imperator animae simul et corporis morte, et sit imperii et impietatis eius pariter successor Constantinus filius eius, anno a conditione mundi[a] iuxta Romanos sextus millesimus et ducentesimus et quadragesimus octavus, sed secundum computationem Egyptiorum et Alexandrinorum sextus millesimus et ducentesimus tricesimus secundus. Annst

Constantinus* igitur, persecutor legum a patribus traditarum, imperium[b] suinens anno incarnationis dominicae 734, imperavit annis 34, mensibus 2 et diebus 26.

. . . . . .

Interea vero monachi coenobii Casinensis auctoritate Karlomanni, cuius supra meminimus, Romam venerunt, rogantes Zachariam magnum pontificem, ut litteras Pipino Francorum regi dirigeret, quatinus beatissimi corpus Benedicti, quod Floriacenses monachi furtim sibi vendicaverant, avito restituat[c] loco. Quibus Romanus pontifex annuens, per eundem Karolomannum episcopis Franciae studuit scribere, dicens: *Zacharias episcopus . . . . . valete*** Quam epistolam Karlomannus rex populis Galliae coram fratre suo Pipino rege in magno conventu cleri presentavit. Tunc pius princeps haec audiens, Remigium Rothomagensem episcopum cum tribus episcopis Floriacum potestative direxit, ut maximam partem cura non modica corporis sancti Benedicti Cassinensibus[d] monachis redderent partemque loci salario reservarent; pertractans prudenti consilio, ut nec fratrem contristaret nec tamen regnum Francorum tanto honore privaret. Sed quoniam non est sapientia neque consilium contra Deum, biduo ante statutum advontum episcoporum res Floriacensibus innotuit fratribus. Tunc fratres triduanum ieiunium celebrantes, his verbis beatissimum Benedictum orabant ante sanctum eius sepulchrum: *O unica spes nostra post Deum, ne derelinquas nos orphanos, qui huc non nostris meritis, sed multarum[e] animarum venisti salute; scimus certe et omnino fatemur, n . indignos esse tua presentia, quia inutiles operarii sumus, et non ambulavimus in mandatis tuis iuxta professionem nostram; sed emendare parati sumus negligentias nostras, et flagellis nos tuae paternitatis ultro substernimus, tantum ne dimittas clientulos tuos, qui huc propter tuam presentiam congregati sumus; suscipe quaesumus lacrimas nostras, et commane nobiscum in loco isto, quem dudum tibi dignanter elegisti; si autem mole peccatorum nostrorum exacerbatus nobiscum remanere nolueris, notum sit tibi, quia quocumque ires decreveris, nos devotissimos conviatores habebis: non nos terrebunt pericula fluminum aut fuga montium vel violentia tempestatum, nec nos poterit aliqua creatura a paternitate impedire tua.* Creberes super pavimentum in maxima quantitate[f] pluere pre nimia lacrimarum inundatione. Et cum iam in his singulibus et lacrimis totum expendissent triduum, ecce memorati episcopi adsunt, et mandata regis implere conantur, moxque reserari sibi fores ecclesiae iubent. Medo tunc illud sanctum regebat coenobium; qui cum precepta regalia graviter suscepisset, non se posse reddere respondit depositum, quod ad servandum se suscepisse gaudebat, non ad reddendum. *Ceterum si sanctus*, inquiens, *Benedictus ad pristinum vult reportari mausoleum, non illum retinere possumus; sin vero hic remanere disposuit, suo propter salutem plurimarum animarum transferri sua membra permisit, certissimum habetote, impotes voti vestri vosmetipsos ad propria redituros.* His dictis, fratribus totius congregationis ad se vocatis, intra vicinam basti Petri ecclesiam se cum eis reclusit, ubi solo tenus prostratus et lacrimis ora perfusus, orationi vacabat[g]. Episcopi vero templum sanctae Dei genitricis ingressi, antequam ad sancti Benedicti propinquassent tumulum, in dissolutionem et formidinem sunt conversi, et tanta caecitate percussi, ut nec invicem se recognoscere quirent. Cum autem se divina ultione excaecatos esse sensissent, coeperunt errabundi palpando per ecclesiam pergere, quo ad restes campanarum impegissent, quas vi magna coeperunt trahere; non enim aliter poterant his qui foris remanserant infortunium suum notificare. Quo excito sono[h], fratres de iam dicta apostoli Petri processerunt ecclesia, existimantes triste spectaculum se visuros; sed quaenam causa tardandi esset in ecclesia nesciebant. Explorandi ergo gratia quidam de eis intraverunt, et mox apertis oculis eos per ecclesiam errare deprehendentes, egressi sunt, dicentes: *Quia pius pater noster Benedictus exaudivit nos et suscepit lacrimas nostras; venite et videte magnalia Dei.* Et tunc pariter ecclesiam introeuntes, invenerunt eos *vel* clamantes nihilque videntes. Quibus cum dicerent: *Quid facitis, o boni barones[i]?* illi respondere dicentes: *Ve nobis, quia sancti patris Benedicti requiem temerare venimus, et ideo caecitatem incurrimus; vos autem servi Dei mittus agite nobiscum, et nolite nobis secundum presumptionem nostram reddere talionem; sed orate pro nobis omnipotentem Deum, ut aperiat oculos nostros, noeque vobis promittimus numquam deinceps talia presumpturos.* Ad hoc verba fratres solo tenus fusi, orabant attentius, ut divina pietas eis lumen reddere dignaretur; et cum orarent, aperti sunt oculi eorum. Demum vero prefati viri ad regem reversi, narraverunt quae fuerant passi, et adiecerunt, quia non deberet Gallia tam sanctis ossibus viduari. Sed dum rex morosius papae legatos retineret, idem papa Zacharias defunctus est. Cui successit Stephanus in pontificali sede. Qui et ipse per se ad eundem regem in Francism venit**. Nam rex Italiae Aistulfus nomine ecclesiam Roma :m*** suis possessionibus spoliabat. Adrev. Adrevald. Mir S. Benedicti c. 15. cf. Ado et Gesta pontif. Roman

* Constantinus igitur imperavit annis 27. A. *ubi reliqua desunt usque* Huius in diebus papa Stephanus *(n. **)*.

** A *ita pergit (v. supra n. *)*: Huius in diebus papa Stephanus ad Pipinum regem in F. v.

*** R. nequiter impugnabat et suis illam p. sp., et dum i. v. p. a. r. mor. in monasterio s. D. infirmus iacuit;

a) mundi quinquies MDCCCCXL. ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCXLI. *R.* b) imp. — 734. *desunt R.* c) auctore statuat 2. d) cassiniensibus 2. e) perm. 2. f) *deest* 2. g) vocab. 2. h) sompno 2. i) domini *R.*

48) ut apud Adrevaldum c. 15. legitur. Sed pro *Pippini excell. maioris domus* Hugo scripsit: *Pppini excell. regis Francorum.*

Sed dum idem venerabilis papa apud regem aliquandiu moraretur, aegritudinem incurrit; qua detentus molestia, apud sancti Dionysii coenobium non longe a Parisiaca urbe lecto decubuit; sed ipsius sancti Dionysii meritis tandem convaluit, et in eadem basilica altare in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum etiam precibus convaluerat, consecravit, anno ab incarnatione Domini 754. Qui etiam postquam Romuleam remeavit ad urbem, ipsi sancto Dionysio intra modo dictam urbem monasterium aedificare coepit; quod morte preventus consummare[a] non potuit. Successor tamen eius Paulus illud nobiliter consummavit, et quosdam Dei servos natione Grecos illic adunavit, locumque ipsum Ad sanctos

cf. Ado et G. pontif. Martyres in scola Grecorum appellari precepit. Porro rex Pipinus copiosum a Gallia movit exercitum, memorato Stephano Romano pontifici prebiturus auxilium. Et ingressus Italiam, regem Aistulfum obsedit, et 40 obsides ab eo suscepit, ut beato apostolo Petro et sancto papae Stephano omnia predia restitueret, quodque numquam ampliur

Ado. Romanam ecclesiam inquietare presumeret. Sed hoc totum recedente Pipino Aistulfus irritum fecit. Sed[*] non post magnum temporis interrallum, dum quadam die venatum pergeret, subito Dei percussus iudicio expiravit. Mortuo vero Aistulfo, Desiderius ei successit. Eodem quoque tempore Pipinus rex Francorum Constantini imperatoris magna dona recepit; et ab Italia rediens, contra Waifarum[b] Aquitanorum ducem cum filio suo Karolo perrexit, et castella Aquitaniae Canteram[c] et Burbonem expugnavit et cepit, et Clarmontem[d] concremavit, ac Lemovicas usque pervenit, et dum inde rediret, Bituricas cepit. Rursusque non longo post tempore Aquitaniam intravit, et eam perambulavit usque Cadurcum, et inde redieus in Argentoniaco castello et in Bituricensi civitate sibi presidium collocavit. Demum quoque[**] tertia expeditione Aquitaniam intrans usque Warunnam fluvium pervenit; et cum inde reverteretur, tandem intra pagum Petragoricum predictum ducem Waifarum[e] interfecit. Post haec autem idem rex Pipinus bellicosissimus Saxoniam intravit, et illam expugnavit. Baioariam quoque totam sibi vendicavit[***].

Anast. Interea Constantinus nefandissimus imperator contra Bulgaros pergens horribilem infirmitatem incurrit, qua et defunctus est, non minus quam Diocletianus martyrum sanguine plenus. Cui successit Leo Cazarus, filius eius. In Romana vero cathedra Stephano papae subrogatus est Paulus, et post Paulum sedit alter Stephanus; cui successit

cf. Ado. Adrianus. Floruit per idem tempus sanctus Bonefacius Maguntiacensis[f] episcopus, qui in Frisia verbum Dei predicans palmam martyrii meruit adipisci.

Anast Leo Cazarus igitur imperavit annis 5. Cuius ultimo imperii anno, mortuo Niceta Constantinopoleos patriarcha, Paulus genere Cyprius, verbo et actu coruscans, consecratus est in eadem sede.

cf. Ado. His etiam diebus Pipinus, qui auctoritate Romani pontificis Zachariae ex prefecto palatii Francorum rex fuerat

Einh c. 3 institutus, obiit in Parisiaca urbe anno regni sui 15, incarnationis vero Christi 769, superstitibus liberis suis Karolo

Ado et Karlomanno, ad quos pertinebat regni successio. Quorum Karolus† in Noviomensi urbe regiam suscepit coro-

Einh. c. 3 nam et frater eius Karlomannus Suessionis. Sed Karlomannus, transacto biennio quo sublimatus est in regno, vita decessit; et uxor eius et filii ad Desiderium regem Longobardorum nulla vi compulsi fugerunt, eius patrocinium expe-

Ado. tentes; sicque totius regni Francorum consensu virorum Karolus regni monarchiam solus optinuit. Proinde Karolus

Einh c. 6. primo regni sui anno Aquitaniam ingressus, ducem Hunoldum, qui post Waifari[g] necem ipsam sibi provinciam retinere parabat, est aggressus. Quem etiam Wasconiam[h] petere compulit. Sed Karolus Wasconum duci Lupo[i] mandavit ut profugum reddat, et nisi hoc mature faciat bello se eum expetiturum. Lupus vero saniori usus[k] consilio, non solum Hunoldum reddidit, verum etiam se ipsum cum provintia cui preerat eius potestati permisit. Porro dum ad Karolum[l],

Ado. sicut dictum est, Francorum ex[m] integro pervenisset regnum, legatus Romanae ecclesiae nomine Petrus ab Adriano pontifice missus ad†† eundem gloriosum regem Karolum venit, postulans ab eo auxilium contra Longobardorum regem

Einh c. 6. Desiderium, qui more patris sui Aistulfi Romanam inquietabat ecclesiam. Cui Karolus obaudiens, bellum contra Desi-

Ado Einh derium magna virium copia preparavit, et per montem Cenysium Italiam introivit, et cum forti robore Papiam Italiae civitatem circumdedit, et ibi regem Desiderium cepit et in exilium misit. Preterea filium Desiderii Adalgisum a regno

Einh. c 7. patrio effugavit, et subactae Italiae filium suum Pipinum regem constituit. Quo in Italia composito negotio, Saxonicum

sed adiutus s. D. precibus tandem convaluit; unde in eadem basilica altare in h. s. a. P. et P. c., Pipinumque et duos eius filios Karolum et Karlomagnum in reges Francorum benedixit. Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini 754. Precedenti tamen anno Karlomannus monachus ad fratrem suum Pipinum quibusdam de causis venerat et adhuc in Francia morabatur; sed cum rex inde copiosum movisset exercitum Stephano Romano pontifici prebiturus auxilium, Viennae illum egrotantem dereliquit. Ipse vero rex insistens inchoato negotio, in Papia civitate obsedit Aistulfum et tandem 40 obs. ab eo recepit, ut b. P. et p. St. o. sui iuris pr. rest. Quod totum *etc.* A.

* A. *ita pergit* Verum post haec ab Aistulfo ultio divina non procul abfuit. Nam cum q. d. v. p. *etc.*

** Denique A.

*** A. *pergit*: His patratis aegrotare coepit et gravatus morbo obiit in Parisiaca urbe anno d. i. 768, superstitibus *etc.*

† K. Noviomo Franciae civitate est in regno sublimatus et f. e. K. S. Quibus expletis, Karlomannus, fraterno licet frustratus auxilio, ducem Hunoldum, q. p. W. mortem Aquitaniam sibi retinere temptaverat, est aggressus. Quem tandem rex ferocissimus fugere et W. p. c. Quem et ibi consistere non sustinens, Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut p. r; quod ni festinato faciat, bello se cum expostulaturum promittit. Sed Lupus s. u. c. n. s. H. r. sed etiam . . . permisit. Verum transacto biennio quo Karlomannus s. c. in r., vitam finivit, et totius regni Francorum principatus sub Karoli potestate devenit. Interim vero Romae Stephano papae Paulus successit, et p. P. s. a. St., et post hunc Adrianus. Floruit . . . . adipisci. Post Constantinum vero imperatorem Leo Cazarus imperavit. — Leo Cazarus igitur imperavit annis 5. Huius temporibus legatus *etc.* A.

†† ad regem Francorum gl. K. v. p. s. c. r. Des. Tunc rex magnus Karolus bellum c. D. preparavit, q. R. m. p. s. inq. eccl., et per montem Cenisum *etc.* A.

a) consumare 2. b) wafferum 2. c) cantheram 2. d) clarjmontem 2. e) waiferum 2. f) magunciasis 2. g) waifori 2. h) guasc. 2. *et postea.* i) L. W. d. 2. *R.* k) us. cons. *desunt* 1. l) karlomannum 2. m) ex i. *desunt* 2. *R.*

bellum arripuit. Saxones autem ita eius sunt virtute perdomiti et emolliti, ut decem milia hominum ex eis cum uxoribus[a] et parvulis sublatos transtulerit et per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuerit. Talique tandem conditione bellum constat esse finitum, ut abiecto demonum cultu christianae fidei sacramenta susciperent et Francis uniti unus populus efficerentur. Interim tamen dum hoc adhuc[b] bellum traheretur, dispositis per loca congruis presidiis, Hispaniam est ingressus, saltuque Pyrenei superato et omnibus quae adierat oppidis atque castellis in deditionem susceptis, reversus est. Sed dum inde rediret, in ipso Pyrenei*) iugo Wasconum perfidiam est expertus. Nam cum agmine longo, ut loci et angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Wascones, in sinu montis insidiis collocatis, extremam partem agminis invaserunt et in subiectam vallem deiecerunt. Consertoque cum eis prelio, omnes quos invenerunt interfecerunt. In quo prelio Eggibardus regiae mensae praepositus et Anselmus comes palatii et Rollandus prefectus limitis Britannici cum aliis quam pluribus sunt interfecti. Ex quibus Rollandus Blavia castello deportatus est ac sepultus**). His quoque diebus magnus rex Francorum Karolus ab Hispania reversus, repperit coniugem suam Hildegardam[c] in villa regia quae vocatur Cassinogilus, et est inter Droth[d] et Warunnam[e], geminam edidisse prolem; quorum unus antequam nasceretur interiit, alter vero baptizatus nominatus est Hludovicus. Post haec autem domnus Karolus rex, subiugatis Narbonensibus, in Franciam est reversus, et non post multum tempus ad Capuam Campaniae urbem per Italiam perrexit, et inde rediens, bellum Beneventanis indixit. Verum dux provinciae Aragius nomine, regis ferocitatem ferre non prevalens, filios suos Rumaldum[f] et Grimaldum obsides ei pro conservanda fidelitate transmisit. Ei iterum post hec Karolus[g] ad Galliam est reversus. Baiosaricum denique bellum est exortum[h] et celeriter consummatum. Sed et Sclavis bellum est illatum. Dani vero et Sueves[i] Sclavis erant federati. Sed hos omnes una tantum expeditione rex sepe dictus ita edomuit aut[k] contudit, ut ulterius illi mallent subesse quam rebellare. Hunos quoque et Avares idem rex potentissimus aggressus est. Quod bellum intra octavum quo ceptum est annum feliciter est consummatum. Totam preterea Phrisiam atque Britanniam suo dominatui subiugavit. Leoni vero imperatori successit Constantinus, vir christianissimus, filius eius.

Eich. c. 7.

Eich. c. 8.

V. Hlud. c. 3.

Ado.

Eich. c. 1

Ib. c. 11.

Ib. c. 12.

Ib. c. 13.

Constantinus**) igitur, Leonis filius, cum matre sua Hyrene Romanum sortitus imperium, anno incarnationis Ihesu Christi domini nostri 791. imperavit annis decem. Hic facta pace cum Arabibus . . . . . ut stajim crucialum mora sequerétur, sicque secundo imperavit Hyrene uno fere quinquennio.

Anast.

Eodem etiam anno Romae obeunte beatae memoriae Adriano papa, consecratur in eadem sede Leo, vir per omnia reverendus. Et ipso iterum***) anno prefati Adriani papae cognati Romae commoventes populum contra Leonem papam, tenuerunt eum et excecaverunt; non tamen lumen eius extinguere potuerunt. At ille confugit ad Karolum regem Francorum; qui ultus est eum[l] et restituit in sede sua. Leo vero coronavit illum imperatorem in templo sancti Petri, circumdans imperatoria veste. Tunc sibi adclamatum est ab universo populo Romanorum[m]: *Karolo augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romano vita et victoria.* Bellis igitur supradictis feliciter consummatis, Karolus magnus rex Francorum regnum, quod post patrem suum Pipinum forte quidem iam[n] magnumque susceperat, ita nobiliter ampliavit atque dilatavit, ut duplum ei adiecerit. Nam cum prius non amplius quam illa pars Galliae quae intra Rhenum ac[o] Ligerim[p] oceanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germaniae quae intra Saxoniam et Danubium Rhenumque ac Salam fluvium, qui Toringos ac Sorabos dividit, et a[q] Francis qui orientales dicuntur incolitur, et preter haec Alamanni atque Baiosarii ad regni Francorum potestatem pertinerent, ipse per bella memorata primo Aquitaniam et Wasconiam totumque Pyrenei montis iugum usque ad Hiberum amnem, qui apud Nacarios[r] oritur et fertilissimos Hispaniae agros secans sub Tortosae civitatis menia Balearico mari miscetur, et Italiam totam, quae ab Augusta Pretoria usque in Calabriam inferiorem, in qua Grecorum ac[s] Beneventanorum constat esse confinia, totam preterea Saxoniam, quae quidem Germaniae pars non modica est, et utramque Pannoniam et in altera Danubii ripa appositam Daciam, omnesque preterea barbaras nationes, quae inter Rhenum ac Wiseram fluvios oceanumque atque Danubium positae sunt, lingua quidem pene similes sed habitu vel moribus valde dissimiles, ita perdomuit, ut eas sibi tributarias faceret. Auxit etiam gloriam regni sui[t] quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi conciliatis. Adeo namque Andefossum Gallicius atque Asturicae regem sibi in societatem devinxit, ut is, cum ad eum vel litteras vel legatos mitteret, non aliter se apud[u] illum quam proprium suum appellari iuberet. Scottorum[v] quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum numquam aliter nisi dominum sequo ei subditos et servos eius pronuntiarent. Extant epistolae ad eum missae, quibus huiusmodi affectus eorum[w] erga illum indicatur. Cum Aaron quoque rege Persarum, qui excepta India totum pene tenebat Orientem, talem habuit in amicitia concordiam, ut hic[x] gratiam eius omnium qui in toto orbe terrarum erant regum ac principum amicitiae preponeret solumque honore ac munificentia sibi colendum iudicaret. Ac proinde cum legati eius, quos cum donariis ad sacratissimum Domini ac Salvatoris nostri sepulchrum locumque resurrectionis miserat, venissent et ei domini sui voluntatem indicassent, non solum quae petebantur fieri permisit, sed etiam sacrum sanctae Mariae Latinae locum ut illius potestati scriberetur concessit, et revertentibus legatis suos adiungens, inter vestes et aromata et ceteras orientalium terrarum[y] opes ingentia illi dona direxit, cum ei ante paucos annos[z] eum quem tunc solum habebat roganti misisset elephantem. Porro inter munera quae legati imperatoris a Perside detulerunt orologium ei ex auricalco arte mechanica compositum attulerunt, in quo 12 horarum cursus ad clepsidram visebantur[*], cum totidem ereis[a] pillulis[b] quae ad completionem horarum decidebant et casu suo subiectum sibi cimbalum tinnire faciebant, additis in eodem orologio[c] eiusdem numeri equitibus, qui per 12 fene-

Ado.

*) P. montis A.

**) Constantinus ergo imperator cum matre sua Hirene imperavit annis 8. Hic ad regem Franciae Karolum misit et cum eo pacem firmavit. Ipse etiam apud Constantinopolim a suis tentus est et excecatus. Mater tamen in imperio permansit. Horum etiam temporibus Baleares insulae a Mauris et Sarracenis depopulatae sunt. Sed et horum anno 6. Romae obeunte *etc.* A. *celeris omissis.*

***) eodem A.

a) p. et ux. 2. *R.* b) d. ad hoc 2. d. adhuc *R.* c) hildegardem 2. d) droh 2. e) uerunnam 1. f) romuld. 2. *R.* g) karlomannus 2, karlomagnus A. h) exortum — bellum est *desunt* 2. i) Sueones *R.* sueui clauis 2. k) ac 2. l) illum 2. *R.* m) romano 2. *R.* n) tam forte m. 2. magnum q. et forte *R.* — et magnum A. o) et 2. *R.* p) ligerum 2. q) et a *desunt* 2? *R.* r) nacarros 2, navarros *R.* nacaros A. s) et 2. t) *deest* 2. u) ap. ill. se q. p. s. dominum a. 2. v) scothorum 2. w) *deest* 2. x) is 2? *R.* y) *deest* 1. z) amicos 2. *) versab. 2. a) eneis 1. b) pullulis 2. c) *deest* A.

40) Cf. Turpini libr. cap. 29.

Ado. atras horis completis exiebant et impulsu egressionis suae totidem fenestras aperiebant*). Circa hoc preterea tempus delata sunt ossa beati martiris Cyprianj a Kartagine cum reliquiis beatorum Scillitanorum martirum Sperati sociorumque eius, et posita sunt in ecclesia beati Iohannis baptistae in civitate Lugdunensi. Sarraceni etiam[a] Sardinia potiti, primo cum Sardis prelium commiserunt, et amissis tribus milibus suorum, in Corsicam directo cursu pervenerunt, ibique cum classe cui Balgarius comes preerat decertantes, victi, fugati atque perempti sunt, amissis 14 navibus suis. 5

cf. V. Hlud. c. 10. sqq. Interea etiam sepe nominati imperatoris Karoli filius Ludovicus Hispanias est ingressus, et Barciloniam[b], quae contra patrem rebellaverat, iterum sibi subiugavit. — Porro**) Karolus Magnus, cum esset rex Francorum, imperatoris Romani Romae suscepit insignia 8. Kal. Ianuarii, anno quarto quo mater Constantini imperatoris Hyrene filio suo defuncto sola recepit imperium. Et dum imperaret Romae Karolus christianissimus augustus, Nycephorus patricius apud Byzantium adversus Hyrenen rebellavit augustam et . . . . . ubi et defuncta est. 10

Karolus***) igitur[c] Magnus ex rege Francorum factus imperator Romanorum anno dominicae incarnationis

Eish. c. 17. 784[d], imperavit annis 47[e] circiter. Hic susceptа, sicut superius dictum est, et ordinata re publica, inchoavit opera plurima ad imperium dignitatis et regni Francorum commodum pertinentia[f] diversis in locis. Inter quae videntur esse precipua basilica sanctae Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, et pons apud Magontiacum in Rheno quingentorum passuum longitudinis; nam tanta est ibi fluminis latitudo. Qui tamen uno antequam decederet anno[g] incendio conflagravit, nec refici potuit propter festinatum illius decessum, quamquam in ea meditatione esset ut pro ligneo lapideum restitueret. Inchoavit et palatia operis egregii, unum haut longe a Magontiaca[h] civitate iuxta villam cui vocabulum est Ingelebem[i], et alterum Noviomagi[k] super Vahalem fluvium qui Batavorum[l] insulam in parte meridiana preterfluit. Precipue tamen edes sacras ubicumque in toto regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus et patribus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur imperavit, adhibens curam per legatos ut imperata perficerentur. Unde multa sub eius imperio sunt reparata, immo a[m] fundamentis aedificata monasteria, sed precipue haec: monasterium sancti Philiberti, monasterium sancti Florentii[n], monasterium Caroffi, monasterium Concas[o], monasterium sancti Maxentii, monasterium Menate, monasterium Magniloci, monasterium Musiacum, monasterium sancti Savini, monasterium Noviliacum[p], monasterium sancti Theofridi, monasterium sancti Pascentii, monasterium Dorosa[q], monasterium Sollempniacum, monasterium puellare sanctae Mariae, monasterium puellare sanctae Radegundis, monasterium de Vera, monasterium Deutera in pago Tholosano, monasterium Valide in Septimania[r], monasterium sancti Aniani, monasterium Galune, monasterium sancti Laurentii, monasterium sanctae Mariae quod dicitur in Rubine, monasterium Caunas, et cetera plurima, quibus veluti quibusdam lichnis[s] totam decoratur Aquitaniae regnum. Quae omnia ipse pius imperator Karolus Magnus auri et argenti ponderibus gemmarumque preciosarum exornavit muneribus, amplissimis etiam honoribus ditavit, et insuper, quod est preciosius, sanctissimis reliquiarum patrocinitis insignivit. Porro haec sunt nomina metropoleorum quae[t] sub eius ditione inebant: Roma, Ravenna[u], Mediolanum, Foroiulium, Gradus, Colonia, Magontiacus, Iuvavum[v] et Saltburg[w], Treveris, Senonis, Vesontium[x], Lugdunum, Rothomagus[y], Remis, Arelas, Vienna, Darantasia, Ebredunum, Bituris, Burdegala, Turonis[z]. Has omnes idem potentissimus imperator honorabiliter multis muneribus excolebat; sed precipue Romanam inter eas ecclesiam[1] et fideliter defensabat et suis opibus exornabat. Nec patrio sermone erat contentus, sed etiam in peregrinis linguis ediscendis operam impendit[*]. Verum Grecam linguam melius poterat intelligere quam pronuntiare. In discenda denique grammatica Petrum Pisanum habuit auditorem et in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcuinum. Temptabat etiam scribere, tabulasque ferebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis[a] assuesceret; sed parum profuit labor preposterus ac sero inchoatus. Religionem denique christianam summa pietate semper excoluit, et ecclesiam mane et vespere necnon et nocturnis horis et sacrificii tempore impigre frequentavit. Circa pauperes quoque liberalitate maxima preditus erat, ut qui non solum in suo regno illis subvenire, verum etiam in transmarinis regionibus in Syriam et Aegiptum et Affricam et Hierosolimis et Alexandriae atque Kartagini pecunias multas mittere satagebat. Ob hoc etiam maxime transmarinorum regum amicitias expetebat, ut sub eis degentibus[b] christianis refrigerium[c] aliquod proveniret. Idem preteres serenissimus imperator corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti et apice capitis rotundo, naso paululum mediocritatem excedente, oculis pulchris, canitie veneranda, facie leta, voce clara, valitudine prospera. Denique convivabatur raritissime, coenaque cotidiana quaternis tantum ferculis prebebatur, preter assam carnem, quam venatores veribus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo[d] alio cibo vescebatur. Inter coenandum aut aliquod acroama aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum[e] res gestae; delectabatur et libris sancti Augustini, precipueque his qui de civitate Dei prolitulati sunt. Vini vero et omnis potus adeo parcus in bibendo erat, ut super coenam raro plus quam ter biberet. Aestate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens, ac semel bibens, depositis vestibus et calciamentis, velut noctu solitus erat duabus aut tribus horis quiescere. Noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquies non solum expergiscendo sed etiam surgendo interrumperet. Habuit preterea tres filios, Karolum videlicet, Pipinum et Ludovicum. Habuit et tres filias, Rothrudem[f], Bergam et Gislam. Habuit etiam alias duas filias de Fastrada sua uxore. Fastrada vero defuncta, Leothgardam Alamannam duxit uxorem; et ea mortua, habuit iterum duas concubinas, Gresuindam Saxonici generis, de qua nata est ei[g] filia nomine Adaltruth, et Reginam, quae genuit ei Drogonem et Hugonem. Preterea mater eius Bertrada in magno apud[h] eum honore consenuit. Liberos quoque suos ita censuit instituendos, ut tam filii quam filiae primo liberalibus studiis, quibus et ipse operam dabat, eruderentur. Tum filios, cum primum aetas patiebatur, more Francorum equitare et armis ac venationibus exercerі fecit. Filias vero lanificio[i] assuescere coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere atque ad omnem honestatem eruditi iussit. Ex his omnibus duos ian-

*) f. quae prius erant apertae claudebant. Eodem quoque tempore A. *cum Adone*

**) Porro — defuncta est *d sunt* A.

***) K. *Magnus ig.* ex r. *f. imp.* Rom. imp. a. 47 c. Hic susceptа. sicut dictum est, et A.

a) enim 3. preteres A. b) barcillonam 2. c) *deest* 2. *R.* d) DCCCII. *R.* e) circiter XL et VII 3. f) p. c. 3. g) *deest* 3. h) maguncia 2. magontiaco 3. i) *ita* 2. 3. ingeleben A. k) magi super — parte *desunt* 2, *qui pergit:* quod merid. l) bathanorum 3. m) immo funditus 2. *R.* n) maxentii 2. o) conchas 2. Florentii, monast. Concas, m. Caroffi, m. s. Max., m. Musiacum, m. Menate *R.* m. Caroffi — Musiacum *desunt* 2. p) noviacum 3. q) de rosa 2. r) *ita verba accerrit Hugo* s) licnis 2, lihnis 3. t) qui s. e. dictione 3. u) ravencia 2. v) iuuanum 2. w) salisbur 2. saltbugk 3. x) uesuntium 2 y) rothomagum. rhemis 2. z) thur. 2. tur. burd. 2. *R.* *) dedit 3. a) effigendis 3. b) eisdem gentibus 2. c) a r. 3. d) *deest* 2. e) *deest* 2. ant. et 3 f) rottr. 3. g) ei n. est 3. h) ap. e. *desunt* 3. i) lanef. 3

tum filios ac filiam, priusquam moreretur, amisit, Karolum, qui natu maior erat, et Pipinum, quem regem Italiae fecerat, Einh. c. 19.
et Rothrudem[a], quae filiarum eius primogenita a Constantino Grecorum[b] imperatore desponsata erat. Quorum Pipinus
unum filium Bernardum, filias autem quinque, Adalaydem[c], Atulam[d], Gundradam, Berthaidem ac Theoderatam super-
stites reliquit. In quibus rex pietatis suae precipuum documentum ostendit, cum filio defuncto nepotem patri succe-
dere et neptes inter filias suas educari fecisset. Imperator denique Nicephorus[e] Constantinopolitanus ad eum misit, et cf. Ado.
firmissimum fedus cum eo disposuit, totamque Venetiam illi voluntate spontanea donavit. Verum tandem magnificus
imperator Karolus cum finem vitae sibi cerneret imminere, Ludovico filio suo, quem Aquitaniae regem dudum ordina- cf. Einh. c. 30.
verat, coronam imperiolem dereliquit; Bernardum autem, filium Pipini filii sui, Italiae regem fecit. Decessit autem Ado. Einh.
anno[f] vitae suae 72[f], regni vero sui 47. et incarnationis Christi 814, indi. idne 4, 5. Kal. Februarias. Sepultus est c. 30. 31.
autem in ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae Aquisgrani, arcusque supra tumulum eius deauratus est exstructus.
Ceterum eius omnis gesta quae vulgo narrantur non sunt hic propter vitandum fastidium legentis
pleniter explanata. Preterea Romae post Leonem, cuius supra fecimus mentionem, sedit Stephanus quartus,
Stephano quoque successit Paschalis. Eodem quoque tempore floruit sanctus Egidius confessor precipuus, natione Grecus, qui Dei nutu veniens ad Gallias, in provintia cui Septimania nomen
est heremiticam duxit vitam. Claruit etiam his temporibus Paulus gentis suae, id est Longobardorum, historiae scriptor. Qui de monasterio montis Cassini venit in Galliam, attractus amore et opinione prefati principis Karoli precellentissimi imperatoris.

Nicephorus[**] itaque, sicut superius iam diximus, ex patricio imperator creatus, imperavit annis 8. Hic fuit vir Anast.
crudelis et avarissimus . . . . . .
post obitum patris sui mensibus duobus et diebus sex. Intra quos dies Michael Curopalates ad imperium est assumptus.
Michael ergo divinae incarnationis anno 804. super Stauratium invadens imperium, imperavit annis duobus. Ab
hoc exegit reverendus patriarcha . . . . . .
. . . Crunnus vero Adrianopolim comprehendit. His preterea diebus Arabes sibimet adversantes regni sui solidita-
tem amiserunt, et ex uno quatuor tyranni efficiuntur. Quorum unus Aegiptum et Affricam simul sibi vendicavit,
Hispaniam vero duo et Palestinam quartus inter se divisere.

Ludovicus denique[g] Pius, Karoli Magni[h] filius, post patris obitum Romanum obtinens imperium anno divinae
incarnationis 814, imperavit annis ferme 27. Hic fuit vir clementissimae naturae. Unde cum iuxta suorum cf. Ado.
lenitatem morum rempublicam disponeret, tulit finem multis adversitatibus plenum, tam a liberis quam a regni proceri-
bus crudeliter impugnatus. Fuit tamen[i] semper preceptorum Domini ferventissimus exec tor et legis sanctae strenuis- Ib. c. 29.
simus propagator. Congregatis nempe episcopis et nobilissimis viris, fecit componi et ordinari librum canonicum[k] normam
continentem. Ipsius denique tempore ceperunt deponi ab episcopis et clericis baltei gemmeis cultris honorati et cingula V. Hist. c. 28.
auro compta & exquisitae vestes[l] et alia seculoria pariter ornamenta. Adiecit etiam[m] quedam seculoribus legibus Ib. c. 32.
capitula pernecessaria[n]. Genuit etiam[o] serenissimus imperator filios[p] tres ex Hermengarde prima uxore sua, scilicet Lo- Ado.
tharium, Pipinum atque Ludovicum. Et ex sua uxore secunda nomine Iudit genuit[q] Karolum regem Francorum. Porro
Lotharius, imperatoris primogenitus, dum esset a patre benignissimo super Italiam constitutus, Romam venit. Et sancti V. Hist. c. 36.
paschae die in ecclesia beati Petri apostoli a Paschali papa coronam cum nomine suscepit augusti. Paschali vero Ib. c. 40.
papae successit Eugenius. Ad quem misit Hilduinus abbas Sancti Dyonisii Sanctique Medardi, postulans ab eo sibi
transmitti ossa venerabilis martiris Sebastiani. Quod et impetravit, et honorabiliter, ut[r] docebat, iuxta corpus sancti
Medardi collocavit in Suessonica urbe. Eodem etiam tempore sanctissimorum martirum Yppoliti atque Tyburcii cor- Ado.
pora a Roma delata et in sancti Dyonisii ecclesia non longe ab urbe Parisiaca sunt tumulata. His preterea diebus[s] V. Hist. c. 38.
Gundulfo Methensi episcopo Drogo, frater i peratoris Ludovici, suc sait. In Romana vero cathedra Eugenio papae Ib. c. 41.
successit Valentinianus, et Valentiniano Gregorius quartus. Quo annuente Lotharius patrem suum Ludovicum impera- Ib. c. 48.
torem[t] comprehendit, et apud sancti Medardi monasterium custodiri mandavit. Uxorem quoque ipsius Iudith exilio
relegavit, et Karolum, quem ex ea Ludovicus susceperat, castro Priumie[u] commendavit. Verum non multo post Fran- cf. Ib. c. 51.
ciae principes imperatorem Ludovicum a custodia liberaverunt, et patri filium Lotharium reconciliaverunt. Post haec
vero[v] clementissimus imperator inter filios suos quatuor suum divisit imperium; Lothario cf. Hugo Flav.
quidem Italiam, Ludovico autem Germaniam atque Saxoniam, et Pipino Aquitaniam, Karolo
vero Franciam delegavit atque Burgundiam. Sed Lotharius hanc imperii divisionem non equa-
nimiter tulit, sed totum imperium sibi subicere temptavit. Quod ut pater comperit, ilico adver-
sus eum iter arripuit; sed in ipso itinere adversa comprehensus valitudine diem clausit extremum. Cuius corpus V. Hist. c. 61.
a Drogone episcopo Methis delatum et in ecclesia sancti Arnulfi confessoris est tumulatum. Decessit vero anno vitae
suae 64.[w] Post cuius obitum quatuor eius filii apud Fontanidum campum atrociter pugnaverunt.
In quo bello Franciae, Italiae, Aquitaniae, Alamanniae, Saxoniae Burgundiaeque omnes pene cf. Ado.
milites mutuis sese concidere vulneribus. Victoriam tamen Karolus optinuit Calvus. In Romana
vero cathedra memorato papae Gregorio Sergius successit, et Sergio Leo quartus, et Leoni Benedictus, et Benedicto
Nicholaus. Floruit etiam his temporibus Theodulfus Floriacensium abbas et Aurelianensium episcopus. Qui cum insimulatus multis criminibus apud imperatorem Ludovicum fuisset[x], Andegavis est exilio relegatus. Qui[a] dum in custodia teneretur, contigit ut ibidem die palmarum veniret iam dictus piissimus imperator, et dum[b] secus domum qua custodiebatur

*) a. inc. Domini 814. et aetatis suae 72, r. v. a. 47. et 5. Kal. Februarii mensis A.

**) Denique Nicephorus imperator Constantinopolitanus, cuius supra meminimus, post multas et insignes victo-
rias de Sarracenis mortuus est, et Michael, gener ipsius, ad imperium sublimatus est A. *qui ita operi finem dedit; epilogo addito supra p.* 353. *edito.*

a) rhotr. 2. A. b) gregorum 3. c) adelaidem 3. d) attulam 3. e) nichepb. 3. f) LXXXII. 2. g) *deest* 2. *R.*
h) imperatoris *add.* 2. *R.* i) itcrum 3? k) canonicae 3. l) *deest* 2. m) preteea 2. *R.* n) necr 2.
o) et. ipse 3. p) tr. f. 2. *R.* q) *deest* 2. *R.* r) h. i. s. m. ut d. coll. corp. in suessionica 2. *R.* s) tempo-
ribus 2. *R.* t) *deest* 2. *R.* u) priugae 2. pruuinne 3. *pro* priumie. v) *deest* 3. w) 3. *add.* incarnationis
uero dominicae DCCCmo. XL. VII. Kl. Iulii. x) inter se dimicauerunt 3. y) sese 2. *R.* z) falso f. 3.
a) andegauiam 2. *R.* b) Quo 3. b) cum 2. *R.*

idem Theodulfus episcopus processio pertransiret, facto silentio presente imperatore illos pulcherrimos versus, qui nunc usque per Galliam in eadem sollempnitate psalluntur[a], a se editos, per fenestram decantavit; quorum hoc est[b] exordium:

Gloria, laus et honor tibi sit, rex Christe redemptor;
Cui puerile decus prompsit osanna pium.

Quibus imperator emollitus, mox eum a vinculis absolvi precepit et priori gratia redonavit. Sed dum ad sua revertitur, veneno, sicut fertur, extinguitur. Cui successit in episcopatu Ionas, vir venerabilis, qui contra Claudium Taurinensem[c] episcopum heresiarchen[d] librum de adoranda edidit cruce. Dogmatizavit[e] enim memoratus here icus crucis dominicae signum non oportere adorari, quod nisi adhibeatur frontibus nostris sive aquis quibus regeneramur aut crismati quo linimur aut sacrificio quo vegetamur, nichil rite perficitur[50]. Sed ei memoratus Ionas[f] episcopus satis lucide catholiceque illo suo respondit libello. Floruit etiam hoc eodem tempore vir quidam Rabanus nomine, qui et ipse de laude crucis librum diversis scematibus decoratum metrice composuit. Porro Ludovico imperatori quatuor eius successere filii. Quorum Lotharius post patris obitum non multis diebus evolutis aversa valitudine correptus, imperii sui temperamento derelicto, monachus[g] factus est, relinquens filio suo Ludovico Italici dignitatem imperii. Karolus vero Pius Franciam, Burgundiam et Aquitaniam obtinuit solus.

HISTORIA FRANCORUM SENONENSIS.

Anno[h] ab incarnatione Christi 688. Pippinus Auster maior domus regiae principatum Francorum suscepit.

Anno Domini 711. obiit Childebertus rex Francorum.

Anno Domini 712. obiit Pippinus senior, et filius eius qui dicitur Karolus Martellus principatum usurpavit.

Anno Domini 715. obiit Dagobertus rex iunior 14. Kal. Februarii, qui regnavit in Francia annis 5. — Secundo anno post mortem eius pugnavit primum Karolus Martellus princeps contra Ratbodum ad Coloniam, regnante Theoderico, filio suprascripti Dagoberti iunioris. — Eo tempore gens impia Wandalorum Galliam devastare coepit. Quo tempore destructae ecclesiae, subversa monasteria, captae urbes, desolatae domus, diruta castra strages hominum innumerae factae, et multus ubique humani generis sanguis effusus est. Ea tempestate gravissime per totam Galliam detonabat, Wandalis omnia flammis et ferro proterentibus. Pervenientesque Senones civitatem, coeperunt eam omni arte iaculis et machinis infestare. Quod cernens presul eiusdem urbis Ebbo nomine, exiens de civitate cum suis, fretus divina virtute, exterminavit illos ab urbis obsidione. Fugientibusque illis, persecutus est eos usque dum egrederentur de finibus suis.

cf. Ann. S. Columb.

Anno Domini 741. obiit Karolus Martellus princeps, sepultus in basilica sancti Dyonisii Parisius. Hic res ecclesiarum propter assiduitatem bellorum laicis tradidit. Quo mortuo, Karolomannus et Pippinus, filii eius, principatum suscipiunt.

Anno Domini 750. Pippinus electus est in regem, et Childericus, qui de stirpe Chlodovei regis remanserat, tonsoratur. Hic defecit progenies Chlodovei regis.

Anno Domini 768. Pippinus rex moritur, et filii[i] Karolus qui dicitur imperator magnus et Karolomannus eliguntur in regno.

cf. Ann. S. Columb.

Anno Domini 769. Karolomannus obiit.

Anno Domini 804. obiit Alcuinus philosophus, abbas Sancti Martini Turonorum.

Anno Domini 813. obiit Karolus imperator magnus, et Hludovicus, filius eius, qui Pius

a) psalmitur 2. b) sit 2. c) thaur. 2. d) herisiarchum 2. e) dogmatizabat 3. f) ep. i. 2. *R.* g) f. est m. 2. *R.* h) *Haec ex Duchesnio (Ch.) III, p. 349.* i) filius *Ch.*

50) Hist. Francorum haec addit: *Dicebat enim: in presepi puer reclinatus est Christus; adorentur „Si adoratur crux, adorentur et puellae; quoniam asini, eo quod asinum sedens Ierosolimam venit idem virgo peperit Christum; adoretur etiam presepe, quia dominus Christus.“*

dicitur, regnum Francorum et imperium Romanorum suscepit. Huius igitur in tempore pagani diffusi sunt in provincia quae Pontivus pagus appellatur. Vicesimo igitur anno regni domni Hludovici piissimi imperatoris rebellavit contra eum Hlotharius, filius eius, auferens illi regnum Francorum. Ipso anno collecto exercitu copioso valde, Hludovicus pater restituit sibi regnum quem illi abstulerat filius.

Anno Domini 840. 2. Kal. Iulii obiit Hludovicus Pius imperator. Eodem anno facta est eclypsis solis feria 4. ante ascensionem Domini hora diei nona, 2. Non. Maii. — Vertente igitur anno in die ascensionis Domini fit bellum Fontanetum in Burgundia a quatuor filiis ipsius Hludovici, Karolo scilicet, Hlothario, Hludovico et Pippino, ubi multus effusus est sanguis humanus. Ex quibus Karolus qui appellatur Calvus regnum Francorum et imperium Romanorum obtinuit, Hlotharius vero partem Franciae sibi vindicavit, quae usque in hodiernum diem ex suo nomine Hlotharii regnum appellatur. Hludovicus autem Bavariam sibi vindicavit unctusque est in regem. Ann. S. Col.

Anno Domini 877. Karolus imperator qui Calvus appellatur, filius Hludovici piissimi imperatoris, cum[a] secunda profectione Romam peteret[b], 3. Kal. Octobr. in ipso itinere obiit Vercellis civitate, ibique sepultus est[c] in basilica beati Eusebii martiris; ubi[c] requievit annis 7. Post haec autem per visionem delatum est corpus eius in Frantiam[52], et honorifice sepultum in basilica beati Dyonisii martiris Parisius[53]. Suscepit autem regnum Hludovicus[c] filius eius.

Sequenti vero anno Iohannes papa Romanus ad Gallias veniens cum Formoso episcopo Portuensi, ferens sibi[d] preciosissimas[e] reliquias, primo Arelatum navigio advectus, per Lugdunum aliasque civitates usque ad Tricassinam[f] urbem accessit[54]. Ibique cum Hludovico rege, filio Karoli Calvi, locutus, ad Italiam repedavit. cf. A. S. Col.

Post haec defunctus est Hludovicus rex Francorum, filius Karoli Calvi, relinquens[a][55] filium suum parvulum Karolum nomine, qui Simplex appellatur, cum regno in custodia Odonis principis. Eo tempore gens incredula Normannorum per Gallias sese diffudit, cedibus incendiis atque omni crudelitatis genere debachata. Deinde Franci, Burgundiones et Aquitanenses proceres congregati in unum, Odonem principem elegerunt sibi[g] in regem. 879. 888.

Obeunte vero Odone rege Kal.[g] Ianuar.[c], recepit regnum Karolus Simplex, filius Hludovici. Sub[h] ipso tempore venerunt Normanni in Burgundiam ad Sanctum Florentinum. Occurrit autem illis Richardus[i] dux Burgundiae cum suo exercitu in territorio Tornoderense, inruensque in eos, percussit multitudinem ex eis in ore gladii, et reliqui fugerunt 5.[k] Nonas Iunii. Tempore illo factus est terrae motus circa coenobium sanctae Columbae virginis 5. Id. Ianuarii. 898. cf. A. S. Col. a. 899. ib. a. 896.

Eo tempore pagani obsederunt Carnotinam civitatem. Collecto igitur exercitu Richardus dux Burgundiae et Robertus princeps irruerunt in eos, peremptis ex paganis 6800, et a paucis qui remanserunt obsides capientes, 13.[l] Kal. Augusti in sabbato[56], auxiliante illis superna clementia per intercessionem sanctae Dei genitricis Mariae. 905. ib. a. 911.

Post haec igitur mediante mense Martio apparuit stella a parte circii, emittens radios[m] magnos [diebus[n]] fere 14. Sequenti anno fuit fames magna per totam Galliam. Deinde post quinque fere annos Kal. Febr.[o] igneae acies visae sunt in coelo diversorum colorum, quod mirum fuit alternis se insequentes. Ipso anno fuit magna dissensio[p] inter regem et principes eius. Ob hanc causam plurimae strages perpetratae sunt christiani populi; sed favente Deo omnis illa contradictio cessavit. Tertio autem anno post hanc persecutionem ib. 919. ib. a. 919. 921.

* *Cod.* 3. *haec addit:* Qui genuit duos filios Ludovicum et Karlomannum. Obiit autem paraschevo sancti paschae, filiumque suum coronari mandat. Ludovico autem, Karlomanni fratre, Ludovici filio filii Karoli Calvi, Turonis infirmante, usque ad monasterium sancti Dyonisii deportatus, sepultus est ibidem. Quo mortuo, primores regni Karlomannum, fratrem ipsius, receperunt. Karlomanno autem defuncto, successit ei filius nomine Ludovicus cognomento Qui-nichil-fecit. Quo extremum diem ob unte, filius eius Karolus qui Simplex appellatus est, evum agens in cunis, patre orbatus remansit cum regno *etc.*

a) Qui cum *incipiunt codices* 2. 3. b) p. in i. i. III. Kal. 3. c) *deest Ch.* c') lud. 1°. *hoc loco,* 3. *semper.* d) secum *Ch.* e) preciosas 3. f) trec. 3. g) *deest* 3. h) *Quae sequuntur Cont. Aimoini recepit.* i) ricardus 3. *saepius.* k) 5. Non. Iun. *desunt Cont. Aim.* l) XII *Ch.* m) radium magnum *Cont. Aim. Ch.* n) *deest* 1°. 3. o) decembr. 3. p) dissentio 1°.

52) Cf. infra Hist. S. Dionysii. 53) Aliter Ann. Bertin. narrant. 54) Haec ex Ann. Bert. a. 878. et Ann. S. Columbae a. 882. composuit. 55) Auctoris errorem iam monachus Fossatensis (3.) correxit. 56) Hoc a. 905. ita fuit.

cf. A. S. Col. a. 921. defunctus est Richardus dux Burgundiae Kal. Septembris, sepultusque in basilica sanctae Columbae virginis in oratorio sancti Simphoriani martiris.

922. cf. ib. a. 922. Secundo anno post eius mortem Robertus[a] princeps rebellavit contra Karolum Simplicem, unctusque est in regem 3. Kal. Iulii. Et nondum anno expleto 17. Kal. Iulii factum est bellum Suessionis[b] civitate inter Karolum Simplicem et ipsum Robertum[c], qui regnum Francorum[d] invaserat; ubi interfectus est ipse Robertus. — Karolo vero a cede belli victore revertente, occurrit illi Herbertus infidelium nequissimus, et sub fictae pacis simulatione in castro quod Parrona dicitur ut hospitandi gratia diverteret conpulit. Et sic eum dolo captum retinuit. Habebat enim idem Robertus sororem istius Herberti in coniugio; de qua[e] ortus est Hugo Magnus. Illic itaque positus Karolus, Rodulfum, nobilem filium Richardi, Burgundionum ducem, quem de sacro fonte susceperat, una cum consilio Hugonis Magni, filii supradicti Roberti, et procerum Francorum sublimavit[f]. Isdem autem Karolus Simplex post longam carceris maceratione defunctus est in ipsa custodia, et[g] sepultus in basilica sancti

929. cf. ib. a. 922. Fursei[h], quae est in ipso Parrona castro. Unctus est vero in regem ipse Rodulfus 3. Idus Iulii Suessionis civitate.

His temporibus pagani iterum Burgundiam vastaverunt[i], factumque est bellum inter christianos et paganos in monte Chalo, peremptis a paganis ex christianis 8. Idus Decemb. multis milibus.

936. cf. ib Igitur defuncto Rodulfo rege[k] 18. Kal. Febr., sepelierunt um in basilica sanctae Columbae virginis. — Post mortem igitur Rodulfi regis Hugo Magnus una cum Francis accersiens Guillelmum[l] archiepiscopum[57], misit illum ad Ogivam, uxorem iam dicti Karoli Simplicis, ut idem[m] reduceret Hludovicum filium eius. Fugerat[n] enim ad patrem suum regem Anglorum ob timorem Herberti et Hugonis. Veniensque illuc Guillelmus[o] archiepiscopus, datisque obsidibus sub sacramenti titulo Ogivae matri eius, reduxit Hludovicum in Frantiam. Igitur

cf. ib. 13. Kal. Iul. unctus est in regem Hludovicus, filius Karoli Simplicis, apud Laudunum.

ib. Secundo autem anno post haec 16. Kal. Martii circa gallorum cantum usque inlucescente die sanguineae acies per totam coeli faciem apparuerunt. Sequenti autem mense 9. Kal. Aprilis Hungri adhuc pagani Frantiam, Burgundiam atque Aquitaniam ferro et igne depopulari coeperunt.

cf. ib. Post haec rebellaverunt Francorum proceres contra Hludovicum regem, super omnes autem Hugo Magnus. In ipso anno valida facta[p] est magna fames per totum regnum Francorum, ita ut modius[q] frumenti venumdaretur 24 solidis. Deinde non post multis[r] diebus

945. ib. captus est Hludovicus rex[s] dolo Baiocas[t] civitate a Normannis, multis ex Francorum populo

954. ib. interemptis, consentiente Hugone Magno. Post haec mense Maio feria 6. pluit sanguis super operarios. Et ipso anno mense Septembri Hludovicus rex, totum tempus vitae suae plenum ducens angustiarum et tribulationum, diem clausit extremum, sepultusque est Remis in basilica sancti Remigii. Sequenti quoque mense 2. Id. Novemb. Hlotharius, iam iuvenis, filius eius, unctus est in regem Remis, et Hugo Magnus factus est dux Francorum.

955. ib. Secundo autem anno post haec mense Augusto obsedit supradictus Hugo Magnus Pictavis civitatem; sed nichil ei profuit. — Dum enim obsideret[u] eandem urbem, quadam die intonuit Dominus terrore magno, disrupitque turbo[v] papilionem eius a summitate usque[w] deorsum, stuporque magnus invasit illum cum exercitu suo, ita ut vivere nequirent. Statimque in fugam versi, recesserunt ab urbis obsidione. Fecit autem hoc Deus[x] per intercessionem beati Hylarii, qui semper tutor et defensor illius[y] est urbis.

cf. ib. In ipso anno defunctus est Gislebertus dux Burgundiae, relinquens ducatum Ottoni, filio Hugonis Magni. Habebat namque Otto filiam illius Gisleberti in coniugio.

956. cf. ib Secundo anno obiit Hugo Magnus dux Francorum apud Drodingam[z] villam 16. Kal. Iul., sepultusque est in basilica beati[a] Dyonisii martiris Parisius. Cui successerunt filii eius, Hugo videlicet, Otto et Heinricus[b], nati ex filia Odonis[b] regis[58]. Hugo dux Francorum effectus est

a) roth. 1*. *hoc loco, Ch.* b) S. c. *desunt* 3. c) Roth. *Ch. semper.* d) franchorum 1*. *saepius.* e) quo 1*. 3. f) in regnum s. *Ch.* g) et s. *desunt* 3. h) F. confessoris *Ch.* i) h. iterum v. *Ch.* k) rege rod. 3. l) wilelmum 1*. Will. *Ch.* m) inde *Ch.* n) Fugerat — Hugonis *desunt* 3. o) wilermus 1*. p) f. est f. v. *Ch.* q) modium f. renderetur *Ch.* r) m. p. 3. s) filius Karoli Simplicis *add. Ch.* t) Baiogas *Ch.* u) obsederet 3. v) trabo 1*. 3. w) u. ad *Ch.* x) Dominus *Ch.* y) est i. 2. 3. z) dodringam 3. dordingam *Cont. Aim.* a) sancti *Ch.* b) henricus 1*. Heinr. *Ch.* b) Ottonis *Ch.*

57) Senonensem. 58) filia Heinrici, sorore Ottonis I.

et Otto dux Burgundionum. Defuncto[a] Ottone duce Burgundionum, successit Heinricus[b], frater eius.

Sub ipso tempore oritur contentio inter Ansegisum episcopum Trecarum et Robertum 939.
comitem. Eiectus vero ex civitate episcopus[c] Ansegisus[d] a Roberto comite, perrexit in Saxoniam ad Ottonem imperatorem[e], adductosque Saxones, mense Octobrio obsedit Trecas civitatem longo tempore. Venientes autem[f] in predam Senones[g], occurrerunt illis Archembaldus archiepiscopus et Rainaldus[h] comes Vetulus cum exercitu maximo in loco qui vocatur Villare, interfectosque Saxones cum duce suo Helpone nomine, Senonenses extiterunt victores. Dixerat enim Helpo incensurum se ecclesias et villas quae sunt super Venenas[i. 59] fluvium usque ad civitatem, infigereque[k] suam lanceam in portam sancti Leonis. Interfectus autem cum populo suo[l] a Senonibus[m], reportatus est in patriam suam Ardennam a servis suis. Sic enim iusserat mater ipsius Helponis nomine Warna. Planxerunt autem eum planctu magno Rainaldus[n] comes et Archembaldus[o] archiepiscopus; consanguineus enim illorum erat. Videns itaque Bruno[p] dux[58'], socius eiusdem Helponis, qui obsederat Trecas civitatem, quod mortuus esset socius suus Helpo, cum suis reversus est in patriam suam.

Deinde[q] vero non post multos dies Hlotharius rex congregans exercitum copiosum 978.
valde, renovavit[r] in ditione[s] sua Hlotharium regnum[60]. Veniensque ad palatium quod vocatur Aquisgrani, ubi commanebat Otto imperator cum uxore, hora prandii[t], ingressusque palatium[u] nemine contradicente, comederunt et biberunt quicquid illi ad usus[v] suos paraverant. Otto vero imperator cum uxore sua et populo fugiens, reliquit palatium. Depredato itaque Hlotharius rex palatio et tota provintia, reversus est in Frantiam cum pace, nemine persequente. Post haec Otto imperator congregans exercitum suum, venit Parisius; ubi interfectus est nepos ipsius Ottonis cum aliis pluribus ad portam civitatis, incenso suburbio illius. Iactaverat namque se extollendo dicens, quod lanceam suam infigeret in[w] portam civitatis Parisiorum. Convocans igitur Hlotharius rex Hugonem ducem Francorum et Heinricum[x] ducem Burgundionum, inruit[y] in eos, fugientibusque illis persecutus est usque Suessionis civitatem[z]. Illi autem ingressi fluminis alveum quod dicitur Axona[61], nescientes vadum, plurimi ibi perierunt. Et multo plures consumpsit aqua quam gladius vorasset, et tanti ibi perierunt, ut etiam aqua redundaret cadaveribus[a] mortuorum. Aqua enim impleverat ripas suas. Hlotharius vero rex constanter persequens illos tribus diebus et tribus noctibus usque ad fluvium quod fluit iuxta Ardennam sive Argonam, interfectis ex hostibus maxima multitudine. Desinens autem persequi illos Hlotharius rex, reversus est in Frantiam cum magna victoria. Otto autem imperator cum his qui evaserant cum magna confusione reversus est ad propria. Post haec non apposuit ultra Otto rex ut veniret, nec ipse nec exercitus eius, in Frantiam. In ipso anno pacificatus est Hlotharius rex[b] cum Ottone rege Remis civitate con- 980.
tra voluntatem Hugonis et Heinrici fratris sui [contraque[c] voluntatem exercitus sui]. Dedit autem Hlotharius rex Ottoni regi in beneficio Hlotharium regnum; quae causa magis contristavit corda principum Francorum*.

Anno 956.[d] obiit Hlotharius rex[e] senex plenus[f] dierum, sepultusque est in basilica beati[g] 986.
Remigii Remis. Cui successit Hludovicus, filius eius iuvenis. Anno 982.[h] obiit Hludovicus 987.
rex iuvenis, qui regnavit in Frantia annis 9. Sepultus vero est in basilica beati Cornelii martiris Compendio. Cui successit Karolus, frater eius, filius Hlotharii regis. Eodem anno re-

* *Codd.* t'. 3. *addunt:* In diebus illis episcopus Aletis civitatis nomine Salvator veniens Parisios cum duobus abbatibus, ferens sibi pretiosissimas reliquias, videlicet almi Maglorii archipresulis, medietatem sancti Sansonis archiepiscopi, cum toto corpore Maclovii episcopi, Sanatoris[i] episcopi, Leucerni episcopi, Winguantonis[k] abbatis, cum aliis multis. Receptique sunt a supradicto rege cum magno honore in basilica beati Bartholomei apostoli.

a) D. autem 3. b) haurieus t'. Haior. *Ch.* c) *deest* t'. 3. d) ansegismus t'. ansegisinus 3. e) *deest Ch.* f) venientesque in 3. g) *ita* t'. senonis 3. *lege:* Saxones. — V. autem contra praedictos Senones *Cont. Aim.* h) Rainardus *Ch. C. Aim.* i) Venena *Ch.* k) infigeretque l. s. *Ch.* l) s. p. 3. m) Senonensibus *Ch.* n) Rainardus *Ch.* o) archemboldus t'. p) burno t'. 3. q) D. post non m. *Ch.* r) *ita* t'. 3. *Ch. Cont. Aim. pro* revocavit. s) dictione t'. 3. t) prandendi *Ch.* u) in p. *Ch.* v) adversus t'. w) ad *Ch.* x) haurieum t'. Haior. *Ch.* y) inruensque fugientibus *Ch.* z) civitate *Ch.* ') multos t'. a) cadauerum t'. b) *deest* 3. c) *haec add. Ch. Cont. Aim.* d) *ita codd. pro* 986. *Hunc annum Ch. habet.* e) *deest Ch.* f) et pl. 3. g) sancti *Ch.* h) *ita codd. pro* 987. *Hunc annum habet Ch.* i) senatoris 3. k) wingantonis 3.

58') Archiepiscopum Coloniensem intelligit, qui ducatui Lotharingico praefectus erat. Quis Helpo dux fuerit, mihi non constat. 59) Vannes. 60) Cf. Richerum III, 70 sqq. 61) Aisne.

bellavit contra Karolum Hugo dux Francorum, eo quod accepisset Karolus filiam Herberti comitis Trecarum. Collecto[62] igitur Hugo exercitu copioso valde, obsedit Laudunum, ubi manebat[a] Karolus cum uxore[b] sua. Exiens vero Karolus de civitate, fugavit Hugonem cum exercitu suo, incensa[c] hospitia ubi manebant hostes[d]. Cernens itaque Hugo dux quod minime posset Karolum vincere, consilium habuit cum Ascelino traditore vetulo, qui erat epi-
991. scopus falsus Laudunis[e] et consiliarius Karoli. Itaque tradens Ascelinus episcopus Laudunum in nocte una quiescentibus cunctis Hugoni duci Francorum, vinctus est rex[f] Karolus cum uxore sua, et ductus in custodia Aurelianis civitate. Nondum autem ipse Karolus erat unctus in regem, resistente Hugone duce. Manens vero idem Karolus in custodia Aurelianis in turri[g], genuit illi[h] uxor sua filios duos Hludovicum et Karolum. Eodem anno unctus est in regem Remis civitate[i] Hugo dux, et ipso[k] anno Robertus, filius eius, in regnum[l] piissimus
987. rex ordinatus est. Hic deficit regnum Karoli Magni.

In[m] diebus illis erat in Remensium civitate archiepiscopus vir bonus et modestus, frater Hlotharii[n] regis ex concubina, nomine Arnulfus. Hugo autem rex invidebat ei, volens exter-
991. minare progeniem Hlotharii regis. Congregansque in urbe Remensi synodum, hisdem[o] Hugo rex invitavit archiepiscopum Senonicae urbis nomine Seguinum[p] cum[q] suffraganeis suis[63]. In quo concilio fecit degradare donnum Arnulfum archiepiscopum Remorum, dolo nepotis sui quem tenebat in carcere, dicens non debere esse episcopum natum ex concubina. In loco vero eius consecrari fecit[r] donnum Gerbertum monachum philosophum. Qui Gerbertus magister fuit Roberti regis, filii istius Hugonis, et donni Leotherici[s] archiepiscopi[t], successoris venerabilis Seguini. Arnulfum vero[u] fecit mancipari custodiae Aurelianis civitate. Venerabilis itaque Seguinus archiepiscopus non consensit[v] in degradatione Arnulfi neque in ordinatione Gerberti. Iussio autem regis[w] urgebat. Alii vero episcopi, licet inviti, tamen propter timorem regis, degradaverunt Arnulfum et ordinaverunt Gerbertum. Seguinus autem plus timens Deum quam terrenum regem, noluit consentire regis nequitiae; sed magis in quantum potuit redarguit ipsum regem; propter quam causam ira regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore expelli iussit[x] Arnulfum de ecclesia beatae Mariae Remensis, et sic alligatum retrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianis civitate, ubi detinebatur nepos eius Karolus, mansit ibi annis tribus. Nuntiantur haec omnia presuli[y] Romano[64]. Qui valde indignatus super hoc facto, interdixit omnes episcopos qui Arnulfum deie-
995. cerant et Gerbertum ordinaverant. Misit quoque[z] Leonem abbatem a sede apostolica ad donnum Seguinum archiepiscopum urbis Senonicae, qui vice sua in urbe Remensi synodum congregaret; mandans illi ut sine dilatione revocaret de carcere Arnulfum et degradaret Gerbertum. Collecto igitur concilio iterum[a] in urbe Remensi, ex iussione apostolica revocatus est Arnulfus de custodia, et cum honore magno[b] receptus est in propria[c] sede. Gerbertus autem[d] intelligens quod iniuste pontificalem dignitatem suscepisset, poenitentia ductus est. Altercationem vero Gerberti pontificis et Leonis abbatis valde utilem[e] plenius invenies in gestis[f] pontificum Remorum[65]. Post haec donnus Gerbertus electus est pontifex in urbe Ravenna[g] ab Ottone imperatore et a populo eiusdem urbis. Residensque in eadem urbe pontifex quam plurimos[h] annos, defunctus est papa urbis Romae. Statimque omnis populus Romanus sibi dari adclamat donnum Gerbertum. Assumptus autem de urbe Ravenna[i], ordi-
999. natus est pontifex summus[k] in urbe Roma.

Anno incarnationis Christi 998. obiit Hugo rex, sepultusque est in basilica beati Dyonisii martiris[l] Parisius. Cui successit Robertus, filius eius, in regnum[k], piissimus et modestus,

Anno Domini 999. venerabilis Seguinus archiepiscopus ab imo coepit restaurare coenobium sancti Petri Milidunensis, et monachos ibi mittens, abbatem Walterium[l] eis prefecit.

a) commenebat *Ch.* b) coniuge *Ch.* c) incensis hospitiis *Ch.* d) hospites *Ch.* e) Lauduni *Ch.* f) *deest Ch.* g) turrim 1°. 3. h) ei *Ch.* i) *deest Ch.* k) in i. *Ch.* l) regum *Ch.* m) Hisdem diebus erat *Ch.* n) chlotharii 1°. *et infra.* o) *ita* 1°. p) Seuuinum *Ch. semper.* q) con 1°. r) *f.* c. 3. s) Leoter. *Ch. semper.* t) *deest* 3. u) autem *Ch.* v) conseatit 3. w) *deest* 1°. 3. x) i. rex *Ch.* y) pontifici 3. z) itaque a s. ap. l. abb. 3. ') *deest Ch.* a) maximo 3. b) prima *Ch.* c) uero 3. d) utile 1°. e) in g. *desunt* 1°. f) uienna 1°. 3. g) plurimis annis 3. h) a. p. 3. i) *deest* 1°. k) e. regum *Ch. C. Aim.* l) galt. 3.

62) Cf. Richerum IV, 37 sqq. 63) Cf. Richer. IV, 51 sqq. qui haec accuratius exponit. 64) Cf. Richer. IV, 89. 95 sqq. 65) Richeri librum intelligere videtur, ubi haec IV, 99 sqq. narrantur.

In ipso anno tradidit Walterius[a] miles et uxor eius castellum Milidunum Odoni militi[b].[66] Congregans vero Robertus rex exercitum copiosum valde et Burchardus[c] comes[d], convocatosque Nortmannos[e] cum duce suo Richardo, obsedit castrum Milidunum. Capto[f] igitur castro, suspensus est Walterius[g] et uxor illius in patibulo. Burchardus autem comes recepit castrum Milidunum sicuti ante possederat.

Igitur Rainaldus[h] comes Vetulus Senonum post multa perpetrata[i] mala defunctus est, 999† et sepultus in basilica sanctae Columbae virginis. Cui successit Frotmundus[k], filius eius, habens in coniugio filiam Rainoldi[l] comitis Remorum[67].

Anno[m] Domini 1000, indictione 18, 15.[n] Kal. Nov. transiit[o] ad Christum venerabilis Seguinus metropolitanus episcopus. Post transitum vero eius[p] stetit ecclesia Senonica sine benedictione sacerdotali uno[q] anno. Adclamabat autem omnis populus sibi ordinari donnum Leothericum, nobilissimis[r] ortum natalibus, tunc archidiaconum, omni bonitate conspicuum; sed resistebant quam plurimi clerici, cupientes episcopalem conscendere gradum. Precipue vero Frotmundus comes, filius Rainoldi[s] vetuli, natus ex mala radice, hoc non permittebat fieri, eo quod haberet filium clericum nomine Brunonem, volens de eo facere episcopum. Dei autem nutu congregati suffraganei episcopi Senonicae ecclesiae, cum voluntate et auctoritate apostolica, sublato omni timore humano, sollempniter ordinaverunt donnum Leothericum in sede pontificali, ut preesset ecclesiae Senonensi[68].

Anno Domini 1001. obiit Henricus dux Burgundiae sine filiis. Rebellaveruntque Burgundiones contra regem Robertum, nolentes eum recipere. Ingressus itaque Landricus comes Autissiodorum, tenuit civitatem.

Anno Domini 1003. Robertus rex, assumptis Nortmannis cum duce suo Richardo et exercitu copioso valde, vastavit Burgundiam, obsidens Autissiodorum multis[t] diebus. Burgundiones autem nullo modo ei se subdere volentes, unanimiter ei resistebant. Obsedit[u] Avallonem castrum tribus fere mensibus, et famis necessitate illud[v] cepit; tuncque reversus est in Frantiam[69].

[Mortuo[w] itaque Frotmundo comite Senonum, successit ei Rainardus, filius eius, infidelium nequissimus. Hic persecutionem intulit ecclesiis Christi et fidelibus eius, quanta non est audita a tempore paganorum usque in hodiernum diem. Archiepiscopus autem Leothericus[x] nimis[y] angustiatus pro hac re, quo se verteret omnino nesciebat. Totum vero se Domino committens, in orationibus et vigiliis exorabat[z] Christum, ut ei superna pietas auxilium ministraret.]

Igitur anno a passione Domini 1015, indictione 13, 10. Kal. Maii capta est civitas Senonum ab archiepiscopo Leotherico per consilium Rainardi Parisiensis presulis[a], et regi tradita Roberto[b]. Rainardus comes eiusdem urbis[c] fugiens nudus evasit. [Nec[d] immerito. Talem enim persecutionem christianis intulerat, qualis non fuerat audita a tempore paganorum. Quam ob rem predictus archiepiscopus sapienti usus consilio, vi ab urbe compulit exire.] Frotmundus vero, frater eius, et ceteri milites de civitate ingressi in turrim quae est in civitate, obt nuerunt eam[e]. Rex autem oppugnans eam diebus multis, cepit eam, et fratrem Rainardi comitis Frotmundum duxit in carcerem Aurelianis civitate; ubi et defunctus est.

[Anno[f] Domini 1031. obiit Robertus rex; cui successit filius eius Henricus Huius 3. anno, hoc est anno Domini 1034, urbs Parisii flagravit incendio.]

---

a) gall. 3. b) comiti *Ch., Co t. Aim.* c) Burcard. *et infra* Ricard. *Ch.* d) ad quem castrum pertinebat *add. Cont. Aim.* e) norm. 3. *Ch.* f) Castro igitur capto *Ch.* g) gualt. 1°. gau. 3. h) Rainardus *Ch.* reynardus *Cont. Aim.* i) mala p. *Ch.* k) fromundus 3. *Hugo, Cont. Aim.* l) Rainaldi *Ch.* l') *Reliqua deo.* 3. m) XVI. *Ch., Cont. Aim.* n) transit *Ch.* o) illius *Ch.* p) a. u. *Ch., Cont. Aim.* q) nobilissimum 1°. r) Rainardi *Ch.* s) d. m. *Ch.* t) O. vero *Ch.* O. etiam *Cont. Aim.* v) eum *Ch.* w) *ita Ch., Cont. Aimoini, Hugo, Clarius; desunt* 1°. x) lotherius *Hugonis cod. Bern.* y) nimium *Ch.* z) orabat Ch. ut sibi a. p. dignaretur auxiliari *C. Aim.* *) Rainoldi *Ch.* a) pci 1°. presbiteri *cod. Par.* 4969A. *vocat cod. Par.* 5009 *ubi recentiori manu:* episcopi, *et ita Cont. Aim. Clarius;* episcopi Parisiacensis *Ch.* comitis Parisiorum *Hugo.* b) Rotberto trad. *Ch.* c) R. autem comes *f. Ch., C. Aim.* Nec — exire *desunt Ch., Hug., Cont. Aim.* e) *deest Ch.* f) *Haec desunt Ch., C. Aim.*

66) Cf. Will. Gem. VII, 14. 67) Eadem in Clarii Chronico S. Petri Vivi Senon. leguntur, Bouq. X, p. 222. 68) Cf. Clarium l. l. 69) Haec cum Willelmo Gem. V, 15 conveniunt.

FRAGMENTA HISTORIAE FOSSATENSIS.

Regnante[a] itaque, ut prefatum est, piissimo Ludovico augusto, beatae recordationis Rorigo venerabilis comes cum orationis gratia Glannafolium, quod ab eodem susceperat, sacrosque cineres sancti Mauri visitaret, veteris ruinae loca et antiqua religione desolata perlustrans, dolore tactus intrinsecus, quod absque habitatore et debitae religionis officio locus, qui per beatum Maurum tot virtutum miraculis olim effloruerat, in antiquam pene redactus solitudinem inreverenter et sine honore vacaret, de restauratione coepit cogitare; sed iterum quorundam occasione prepeditus, interrupto opere, Brennovem possessionis suae cespitem repedavit. Verum quoniam omnipotenti Deo loci cura fuerat, cuidam reverentissimae vitae abbati Iacob nomine Cormaricensis coenobii per revelationem innotuit, qualiter de reparatione operis quae audierat comiti declararet. Ille autem semel et secundo minus decenter audita suscipiens, tertio a beato Mauro, per quem haec fuerant coelitus ostensa, ut in libro translationis eius plenius continetur[1], horribiliter flagellis eruditus divinae didicit parere iussioni. Igitur venerabilis comes plagis exterritus, abbatem qui haec nuntiaverat multis donatum muneribus gaudentem remisit ad propria; ipse vero tali animatus oraculo, postpositis omnibus quae agebat, ceptum opus adgreditur. Cumque Ligerim navigio subvehente transmearet, spera ignea latioris instar clipei visa est supra caput illius, adeo ut vigorem ignis pertimesceret adfuisse; pariterque coeleste percepit oraculum inquiens repetito sermone: *Hic aedifica, hic aedifica, hic aedifica.* Consummatis omnibus et perfectis quaecumque monasticae religioni congruebant, prout veteris vestigia ruinae conspexerat, duos de monasterio sancti Martini religiosae vitae viros Lantbertum atque Ebbonem affinitate sibi propinquos evocavit, quorum prudentia et consilio pertractaret, cui locum videlicet abbati aut ecclesiae commendaret. Erat autem Fossatensis coenobium monasterii pre ceteris totius imperii piissimi Ludovici augusti ordine religionis antecellens, quippe quod nec a primo institutore suo deviaverat, nec diversis studuerat vanitatibus, sicut nostri temporis quaedam novimus monasteria. Cumque suo et altiori suorum consilio loca plurima convenirent ecclesiarumque circumiacentium habitus et religionem equo iudiciorum libramine discussissent, relictis omnibus Fossatensi monasterio locum placuit mancipare. Misit igitur venerabilis comes, qui prefati monasterii abbatem Ingelbertum sanctissimae vitae virum evocaret, et sicut prefati sumus, locum sancti Mauri qui dicitur Glannafolium, adsenciente piissimo Ludovico augusto[2], a quo et susceperat, locum inquam et possessiones cum omnibus pertinenciis suis, regendum emendandum et possidendum Ingelberto abbati et Fossatensi monasterio in perpetuum mancipavit. Eodem etiam tempore dono eiusdem piissimi Ludovici augusti, interventu bonae memoriae Begonis comitis, Benedicto abbate, amplificavit Deus satis honorifice multis donariis et possessionibus Fossatense monasterium. Nam cum visendi gratia laudabile religionis studium, quo tam magni principes principumque amici potentes cingula militiae dissolverunt, comes prefatus advenisset, remotam quidem laudavit solitudinem; sed tantorum virorum victum et vestitum tenuem spiritualemque pro Domino paupertatem mirabatur. Dedit[3] itaque rex piissimus, interventu bonae memoriae Begonis comitis, in augmentum victus et vestitus pauperum Christi Fossatensium, in pago Parisiaco villam quae vocatur Ferreolas cum omnibus appenditiis suis, pratis, silvis terrarumque circumiacentiis, vicariam quoque advocationem et ecclesiam. Itemque aliam possessionem quae Oratorium sive Aratorium dicitur cum omnibus quae suo dominio subiecta videbantur. Item et in eodem pago Torciacum cum vineis, pratis, silvis et omnibus adiacentiis, et ecclesiam; Rentiliacum quoque cum circumiacentiis suis. In pago Meldensi ecclesiam atque villam quae Curtis Protasia sive Prasia dicitur, cum appenditiis suis. Precepit etiam paupertate loci conpunctus imperialesque apices fieri decrevit[4], ut ubicumque infra ditionem totius imperii nemo ab eis teloneum neque quod vulgo dicitur ripaticum neque rotaticum aut pontaticum vel portaticum aut travaticum atque cispitaticum necnon et salutaticum aut ullum censum vel ullum occursum aut ullam redibitionem ab ipsis accipere aut exactare presumat; sed liceat tam eos quam homines vel omnia illorum cum pace discurrere et negotia libenter peragere.

a) *Haec in Begonis chron. post verba capitula permecessaria supra p. 363. l. 33. legentur* 3.

1) V. Odo, Transl. S. Mauri c. 2, ap. Mabillon Acta IV, 2, p. 170 sqq., unde haec sumpta sunt.
2) V. dipl. Hludovici, Bouquet VI, p. 591.
3) Charta deperdita esse videtur. Bouquet VI, p. 492.
4) V. dipl. Hludovici,

Contigit[a.5] et per idem tempus prefati regis Roberti dominio Podienses rebellare. Quod cum audisset, collectis exercitibus suis festino cursu superveniens, urbem vallavit, multiplicique circumcingens obsidione, congregatis undique qui regiae favebant maiestati, ex remotis et prope positis in auxilium regis confluentibus[b] numerosa multitudine, circumsedit. Sed quoniam situ difficilis et labore civium ad hoc ipsum preparata civitas habebatur, cassatis assultibus tantae rei ordo penitus adnullatur. Populus et qui ex vicino, sicut prefatum est, regio favore convenerant, diuturnae sessionis tedio victus, ad propria pedetentim relabitur. Rarescit exercitus, et dolore regis civitas obsessa non profectura gratulatur. Nam quod minus hac via successerat, malis supervenientibus, rex cogitur alia retractare. Descriptis igitur quae circa eum gerebantur signis et sigillis, sub obsecratione sacramentorumque fidei attestatione familiarem et dilectissimum comitem Burchardum hortatur et admonet, ignominiosae tempestatis periculo subvenire: *Age nunc eia, dilectissime, ne nostris temporibus gloriae regum per nos aliquid detrahatur, aut in nostri obtrectationem imperii huius rei macula subito prorumpat alienus. Nunc, nunc, amantissime, familiaritatis et devotionis magnae affectus, quam rebus prosperis exhibebas, rei probet eventus; nec me, quo semper in ceteris prospere usus sum et expertus, de summae necessitatis periculo poeniteat adtemptare.* His auditis venerabilis comes, ut erat incultis vestibus, barba incultior, nullo tardatus horrore periculi nec labore longioris viae, quo Hierosolimis Domino multum desudaverat, resumpto vigore peregrinum obliviscitur. Sollicitus vero quid ageret, per castella, per vicos, ubi spes et facultas et auxilium crédidit oportunum, missis legationibus sibi et domino presidia postulabat. Adsunt in instanti ex castellis et municipiis, civitatibus et vicis, incredibile dictu, universi devota mente quicquid agere vellet auxilium comiti promittentes. Miratur et ipse tantam subito confluxisse multitudinem, laudans et benedicens Deum, qui presto est invocantibus se in auxilio oportuno. Profectus est itaque cum infinita multitudine venerandus comes Burchardus, promptior in milibus, religione primus, cunctorum facundissimus. Numerati sunt autem Aurelianis in ponte, et inventi sunt armatorum 30 milia. Redit obsessis humilitas, fugit animositas, prospera in contrarium cedunt, fortunamque brevem repentina mutat calamitas. Pergit in obviam rex cum obtimatibus, miscent amplexus, fit mora in osculis, et de salute sciscitatus, ad castra deducit cum gaudio. Ruit populus; venitur ad spectaculum; obstrepit vulgus; iuventus exultat; redit animis ferocitas: bella minantur, clipeos aptant, enses distringunt, arma novantur, iacula vibrant, equos commutant, faleras ornant. Curritur in mortem, fit pugna de periculo; pudet extremum videri; exertant humeros, provocant hostem; bellum geritur sine hoste; fremunt bella, tument odia, pax perit. Iamque desiderio pugnae armati incedunt; sompnus fugit ab occulis; obsessos premunt excubiis, noctem exturbant clamoribus quae longior ceteris videbatur. Spectant de muris miseri sua fata, fugam meditantur et horrent; innixi iaculis mortem expectant; vivunt de munere noctis. Silet inops expersque sui quondam valida senectus; consilio friget animosa iuventus. Occurrunt mulieres veste reiecta, crinibus abruptis natos ostentant, pectora plangunt. Interea dies optata recurrit. Tunc vero exoritur clamor, nulloque vocante turba ruit; cornua flectunt, arma retentant. Rex autem indicto silentio prefatum comitem Burchardum secretius alloquens, presse iubet exercitibus et suo de cetero parere consilio. Venerandus itaque senex, prout antiquorum regum melius id noverat consuetudinis, dispositis per girum legionibus, subsequentem locum decernit satrapis et centurionibus; monet appropiari exercitum, monstrat aditus et occulta viarum, et deinceps, quo maius imminebat periculum, ipse prior omnibus suo procedit collegio. Ad primam igitur emissionis vocem vix preconis tuba insonuerat, et clamore subsequuto tela volant. Alii fossa precipites vallum complent et menibus herent; hi levant machinas, arietes aptant, scalas innectunt parietibus; hi faces iaciunt, muros effodiunt portasque refringunt. Quid plura? Fuit in momento quasi non fuisset; volat ignis ad alta; hostis ubique; ruit urbs inclita; trudùntur miseri cives cathenis; templa predantur; spolia diripiunt. Et forsitan in immensum ensis hosticus evagaret, sed noctis beneficio revocatur. Die igitur altera pacatis omnibus et subiugatis circumquaque regionibus, venerandus comes Burchardus a rege petita licentia cum suis digreditur. Cumque sui fines comitatus attigisset, iubet sub-

a) *Haec in Hist. Senon. post verba* comitis Rectorum *supra p.* 369. *l.* 8. *leguntur.* b) cumll. *c.*

5) Haec in V. Burchardi a. Odone, Bouquet X, p. 349 sqq., non leguntur.

sistere, habitoque sermone sequentibus et circumstantibus se dixit: *Huc usque, domini et amici mei, quibus Deus dedit precesse potestate non crudelitate, mortali homini regi morituro licuit deservire. Nunc autem vergentibus annis immortali regi, cuius est vita et mors, cuius est regnum ei imperium, qui permanet in secula seculorum, cui servire regnare est, qui dat post mortem vivere, huic libet desudare.* Dixit, et arrepto gladio quo erat accinctus, coram omnibus barbam precidit, et eam simul et gladium Fossatensi transmisit aecclesiae; ipse vero disposituras cetera Corboilum subiit, quod ei proximum videbatur. Mirantur et stupent universi, scientes quia haec mutatio dexterae Excelsi. Quidam etiam corde compuncti, postea eidem coenobio permaxima dona contulerunt. Rebus igitur dispositis, prolatis secum ac deportatis vasis plurimis aureis et argenteis[a]. . . . . .

. . . . . .

Hic[b] de regibus breviter retexamus. Reges Francorum electione pariter et successione solti sunt procreari a primo Faramundo usque in Hildericum regem, qui iussu et consilio Stephani Romani pontificis in monasterium trusus est ac detonsus. Cui Faramundo successit Clodio, Clodioni Merovechus, a quo Merovingi appellabantur; Merovecho Childericus. Hic de regno electus est, sed revocatus sapienti consilio Vienadi. Ad quem cum veniret Basina, uxor Bisini regis Thoringorum, interrogata quid quereret, respondit: *Novi utilitatem et pulcritudinem tuam; ideo huc veni.* De qua genuit magnum Clodoveum. Hic pro ceteris regnum Francorum ampliavit, et ad quemcumque perrexisset, victor remeavit. Hic accepit in uxorem Chrothildem christianissimam, filiam Chilperici regis, neptem vero Gundobadi; cuius monitu et predicatione postea baptizatus est a sancto Remigio. Qui cum ad bellum pararet contra Alaricum regem Gothorum, monitu Crothildis reginae aecclesiam principi apostolorum construxit; in qua et conditus iacet, et bonae memoriae Crothildis ad latus eius, et nunc ibidem quiescit beatissima virgo Genovefa. Hic ex eadem Crothilde genuit Clodomirem, Childebertum et Clotharium. Clodomiris genuit sanctum Clodoaldum. Childebertus vero et Clotharius in poenitentiam sui reatus aecclesias construxerunt, Childebertus aecclesiam sancti Vincentii, cuius stola revertens ab Hispania locum insignivit; in qua et ipse conditus iacet, et nunc requiescit beatissimus Germanus Parisiensis antistes. Clotharius vero aecclesiam sancti Medardi Suessionis; in qua et ipse conditus iacet. Genuit etiam Clodoveus de concubina primogenitum suum Theodericum; Theodericus vero Theodebertum. Cuius tempore miserus a beato Benedicto magistro suo princeps et propagator monasticae religionis beatus Maurus Gallias devenit. Defunctis autem fratribus, Clotharius solus accepit imperium. Ipse vero genuit Carebertum, Gustrannum, Sigibertum atque Chilpericum. Qui Chilpericus, defunctis fratribus, solus accepit imperium. Huic successit Clotharius. Hic genuit magnum Dagobertum, ecclesiarum largitorem, qui aecclesiam beati Dyonisii Ariopagytae construxit; in qua et ipse conditus iacet. Cui successit Clodoveus. Cuius tempore sanctus Babolenus per manum Audoberti Parisiensis episcopi et Blidegisili archidiaconi construendum suscepit Fossatense coenobium. Hic accepit uxorem Balthildem; de qua genuit Clotharium; qui regnavit post patrem 4 annis, et mortuus est. Quo decedente, Theodericus, frater eius, regnavit. Ebroinus autem maior erat regiae domus. Ipse est qui beatum Leodegarium Eduensem episcopum post terebrationem oculorum gladio percussit. Franci vero consurgentes in eum, de regno Theoderico expulerunt, Ebroinum Luxovio monasterio monachum effecerunt; mittentes in Auster, Childericum, qui tercius erat, regem constituunt; sed pro sua levitate ab eisdem perimitur, et Theodericus in regnum restituitur. Theoderico defuncto, successit Clodoveus, filius eius, regnavitque annis duobus. Huic autem successit Childebertus, frater eius; Childeberto Dagobertus iunior; sub quo constituitur maior regiae domus Karolus Tuditus, Pipino patre suo iam defuncto. Dagoberto autem defuncto, Franci quendam clericum Danielem regem constituunt; quem et Chilpericum nuncupant. Karolus vero Tuditus in eos consurgens, Rainfredum comitem palatii a palatio expulit, et Eudo sublatis regalibus thesauris cum Chilperico rege ultra Ligerim recessit. Anno autem insequuto Eudo amicitiae causa Karolo Tuditi regem Chilpericum reddidit, et mortuus est Noviomo. Deinde Franci Theodericum Cala monasterio enutritum, filium Dagoberti iunioris, regem super se statuunt. Et hoc defuncto, regnavit Childericus, quem et Hildricum appellant. Ipse est de quo supra diximus[c], qui in monasterium trusus est ac detonsus.

Pipinus vero comes palatii maior domus, Karoli Tuditis filius, communi assensu Francorum et consilio, Stephano papa consecrante et benedicente, apud Sanctum Dyonisium in regem sublimatus est. Regnavit autem annis 15, et mortuus est, sepultusque est in eodem monasterio prostrato facie, superstitibus liberis suis Karolo et Karlomanno. Sed Karlomannus post biennium mortuus est, sicque regni monarchiam Karolus, qui postea Magnus appellatus est, solus obtinuit. Hic regno adiecit imperium. Cumque 33 annis regnaret, factus est imperator, Leone papa consecrante, et imperavit annis 14; computatique anni regni et imperii 47 faciunt. Decessit autem anno vitae suae 72, sepultusque est Aquisgrani. Heres autem tantae sublimitatis Hludovicus Pius, filiorum novissimus, ceteris decedentibus, successit. Hic genuit ex Hermengarde Lotharium, Pipinum atque Hludovicum. Karolum vero regem Francorum, qui et Calvus appellatus est, genuit de Iudith. Hic post multas imperii divisiones, post innumeros bellorum angustias, Pipino et Lothario decedentibus, rex et imperator constitutus est. Ludovicus autem Germaniam obtinebat.

Cumque universo pene orbi Karolus imperaret, placuit pre ceteris nationibus Gallias honorare, reliquiasque quas patruus suus Karolus Magnus Constantinopoli advectas Aquisgrani posuerat, clavum scilicet et coronam apud Sanctum Dyonisium; Compendium vero,

a) *ita desinit codex fine destitutus.* b) *Haec in Hugonis Chronico post verba metrice composuit supra p. 364. l. 14 leguntur.*

c) in Hugonis historia.

cf. Aimoin.

quod instar Constantinopoleos suis diebus decreverat fabricari, ut de nomine suo Karnopolim sicut Constantinus Constantinopolim appellaret[7], sindonem delegavit. Porro Fossatensi posuit monasterio corrigias, quibus preside Pilato ligatus est filius Dei, salus mundi, hostia vitae, precium mortis, qui, solutus in carne sua inimicitiis, ligatis solutionem, captivis remissionem, corde contritis et se querentibus sanare venerat contritionem. Habet igitur, ut prefatum est, preciosissimas et venerabiles Fossatense monasterium corrigias venerabiliter apud se reconditas. Cuius etiam temporibus dono benignissimae largitatis sanctissimum corpus beati Mauri discipuli sancti Benedicti suscepit et possidet. Ad quem cum serenissimus imperator visitandi et orandi gratia devenisset, profecto cuius ope et auxilio tot infirmantium generibus indultas audierat sanitates, suffragiis pro quibus venerat impetratis, remisit ei duo pallia preciosa, quae usque hodie memoriale sempiternum Fossatense habet coenobium. Contulit etiam perplurimas possessiones, quae melius sacris apicibus ipsius denotantur. 7

Genuit autem prefatus imperator de Richilde Ludovicum. Ipso autem obeunte, remisit filio suo Ludovico per manum Richildis preceptum imperii et apstam quae vocatur sancti Petri, sed et regium vestimentum et coronam et sceptrum; sicque ab omnibus rex constituitur. Ann. Cost. V, 38.

Qui[a] genuit duos filios Ludovicum et Karlomannum. Obiit autem parachevo sancti paschae, filiumque suum Ludovicum coronari mandat. Karolus autem, filius Ludovici regis Germaniae, in Longobardiam perrexit, et ibi regnum optinuit. Promotus est etiam et consecratus imperator a Iohanne papa. Ludovicus autem frater suus regno et ecclesias inutiliter vivens mortuus est. Nota divisionem regni et imperii, nec de regibus Francorum quemquam amplius imperare. ib. c. 39. c. 40.

Ludovico[a] autem, de quo supra diximus, Karlomanni fratre, Ludovici filio filii Karoli Calvi, Taronis infirmante, usque ad monasterium sancti Dyonisii deportatus, sepultus est ibidem. Quo mortuo, primores regni Karlomannum fratrem ipsius receperunt. Karlomanno autem defuncto, successit ei filius nomine Ludovicus, cognomento Qui-nichil-facit. Quo extremum diem obeunte, filius eius Karolus, qui Simplex appellatus est, evum agens in cunis, patre orbatus remansit. Elegerunt igitur Franci, timore Normannorum compulsi, qui eis praesset et puerum fideliter custodiret. Unctus est itaque Odo, filius Roberti comitis Andegavensis, vir Saxonici generis, nutritor pueri fidelissimus et rei publicae gubernator. Quo decedente, Karolus Simplex regnum recepit. c. 41. c. 42.

Sub eodem tempore Normannis exeuntibus occurrit dux Burgundiae Ricardus et princeps Robertus, frater prefati Odonis, eosque illorum exercitibus. Mortuo Ricardo, princeps Robertus palam contra Karolum rebellavit, eo quod ei pars regiminis fratris sui non redderetur. Unctus est itaque violentia sua in regnum Karoli; sed ab eodem ipso anno interfectus, vitam pariter amisit et regnum. Karolo itaque a cede revertenti occurrit Herbertus Virmandensis, cuius sororem Robertus habuerat; de qua natus est Hugo Magnus. Multumque exoratus in Parrona castro hospitare coegit; sed recedentibus aliis, iniquorum iniquissimus regem vinculis mancipavit. Et quia status regni dubius agebatur, positus tamen in custodia, Hugonis Magni consilio procerum, quo Francorum, Rodulfum, filium Ricardi ducis prefati Burgundiae, quem de sacro fonte susceperat, regem mandat ordinari. Ipso autem longa maceratione carceris custodia defunctus, reliquit parvulum filium Ludovicum ex Hesdgiva, filia regis Anglorum; sepultus est in basilica sancti Fursei. Defuncto autem Rodulfo, Ludovicus regnum recepit. Rebellaverunt tamen in eum quidam Francorum, super omnes autem Hugo Magnus. Deinde captus est dolo Baiocas civitate, mortuusque est in custodia, supertitibus Karolo et Lothario. Karolus privatus senuit, Lotharius vero in regem unctus est. Hugo Magnus factus dux Francorum obiit, sepultusque est ad Sanctum Dyonisium. Cui successerunt filii, Hugo, qui factus est dux Francorum, Otto et Heinricus. Lotharo defuncto, successit filius eius Ludovicus, et Ludovico Karolus; contra quem rebellavit Hugo dux Franciae. Cumque non posset resistere, tradente Asceline episcopo Laudunum recepit, regemque cum uxore Aurelianis in custodia suscipavit; non tamen erat unctus in regem. His ita peractis, primores Franciae Hugonem ducem sibi regem elegerunt. Item in eodem anno ipse Hugo Robertum filium suum regem consecravit. c. 43. c. 44.

Sicque per successionem Roberto successit Heinricus, Heinrico Philippus, Philippo Ludovicus; Ludovicus Grossus[a] autem genuit Philippum, Ludovicum atque Robertum. Philippus autem vivente patre unctus est in regem; sed morte repentina preventus obiit, sepultusque est in basilica sancti Dyonisii. Quo decedente, unctus est frater eius Ludovicus Pius[a], patre adhuc vivente. Iste Ludovicus genuit Philippum regem sapientissimum, qui Normanniam auquisivit, quam reges Angliae antea tenebant, et multas alias terras regno Francie copulavit, Ferrandum comitem Flandrie, Renaudum comitem Bollonie et alios quam plures apud pontem Bovinarum bello superavit. Iste diu regnavit et multa bona fecit; obiit autem anno ab incarnatione Domini 1223, sepultusque est apud Sanctum Dyonisium. Successit ei Ludovicus, filius eius, vir magno animo et bellicosus, parvo tempore post patris obitum regnavit. Hic cruce signatus contra Albigenses, qui eo tempore in fide catholica errabant, defunctus est apud montem Panceri, sepultusque est apud Sanctum Dyonisium iuxta patrem suum, anno Domini 1226[b]. Hic ex Blanca uxore sua, filia regis Hispanie, 4 genuit filios, Ludovicum, Robertum, Alfonsum et Karolum. Ludovicus post patris obitum puer 13 anno-

a) *supersor.* c. b) XXVIII. *corr.* XXVI. c.

7) Cf. Hugonis modernorum regum Francorum actus c. 1. 8) Eadem ex eodem codice supra p. 365. n. * leguntur.

rum cum matre regnare cepit et regnavit 44 annis. Hic statura magnus humilimus fuit et religiosus, erga Dei cultores benivolus et devotus amator pauperum religiosorum; cuius tempore multa monasteria novorum ordinum per regnum Francie constructa sunt. Hic basilicam mire pulcritudinis iuxta palatium suum Parisius edificavit, in qua coronam Domini spineam et crucem sanctam cum multis aliis reliquiis recondidit. Hec de regibus breviandi et ordinandi causa dicta sufficiant[a].

AIMOINUS FLORIACENSIS DE REGIBUS FRANCORUM.

EXCERPTA EX MIRACULIS S. BENEDICTI.

LIBER I.

1. Gallicanarum incolas regionum assiduis exterarum labefactatos incursibus nationum, et veteres et modernae quibusque eas intellectu revolventibus pandunt historiae. Quos Iulii Caesaris decennalis attrivit concertatio, Hunorum subita dilaceravit irruptio, Gothorum subvertit praesumptiva habitandi invasio, ad ultimum Francorum vivida bello dextra victos pariterque victores aequa sorte suo subiugavit dominio. Horum praeferox potentia cum in subigendis tum etiam in arcendis a suis finibus barbaris gentibus viguit concordiae viribus usque ad divae memoriae Caroli Calvi tempora, filii Hludovici cui agnomen Pius fuit. Contra hunc fraternae insimulatio invidiae finitimarum concitavit odia gentium, praecipue Nortmannorum, qui piraticam exercendo maritima regni eius loca direptionibus gravissimis depopulati sunt. Obstitit primo eorum saevis conatibus Rotbertus Andegavensis comes, Saxonici generis vir, cui per id locorum a rege summa rerum delegata fuerat, adnitentibus sibi praeeminentissimis Neustriae viris Rainulfo atque Lamberto, uti eloquentissimus auctor Adrevaldus priori refert libro[1]. Sed illis varia obeuntibus sorte, Dani excursionis suae liberam nacti occasionem, quae et quanta civitatibus bina expeditione intulerint dampna, vastationibus seu incendiis monasteriorum ac reliquarum ecclesiarum, studioso lectori procedentis operis
877. textus patefaciet. Verum augusto Karolo rebus humanis exempto, filius eius Hludovicus successit, qui Nihil fecisse praenomen sortitus est, sive quod vix duobus annis regno potitus nil strenue gessit, sive quod sanctimonialem quandam, sicuti a maioribus accepimus, Kalae monasterio puellarum abstractam coniugio copulans suo, peccatum, quod nihil esse noscitur, perpetravit[b]. Huius in diebus effera memoratorum natio Danorum tertiam Neustrasiis inflictura cladem advenit, iutulissetque maiorem superioribus, ni Hugo per Gallias abbatis honore praeditus eorum compescuisset temerarios ausus. Denique quod parva manu innumeras hostium phalanges, adiutus manifesto sanctissimi patris Benedicti auxilio, ita fuderit ut vix nuntius superviveret, ex scriptis venerabilis viri Adelerii[74] agnosci facile est. Qua plaga humiliati Dani Gallias per aliquot spatium temporis quietas liquerunt. At Hugone
886. ultimos vitae suae claudente soles Hludovicoque principe post administratum biennio regnum diem obeunte[75], Karolus, eius filius, qui Simplex postea est dictus, in cunis aevum agens, patre orbatus remansit. Cuius aetatem Franciae primores incongruam, ut erat, exercendae dominationis arbitrati, maxime cum iam recidivi Nortmannorum nuntiarentur motus, consilium de summis ineunt rebus. Supererant duo filii Rotberti, senior Odo dicebatur, Rother-
888. tus alter patrem nomine referens. Ex his maiorem natu Odonem Franci licet reluctantem tutorem pueri regnique elegere gubernatorem. Qui mente benignus et rei publicae hostes arcendo strenue praefuit, et parvulum optime fovit, atque adolescenti et sua repetenti patien-

a) *Varia*: Nunc unde digressi fuimus revertamur *codex ad Hugonis tertium redit.* b) perpetrarit *ed.*

1) c. 33, Mabillon Acta II, p. 387 sqq. 2) Mabillon l. l. p. 393. 3) Hludovicus II, filius Karoli Calvi obiit 879, sed pater Karoli Simplicis Hludovicus III. fuit, filius Hludovici II, mortuus a. 882. Eandem errorem vide supra p. 365 ab Historia Senonensi commissam.

ter regna refudit; a quo parte regni redonatus, quo advixit tempore hostibus terribilis eique 898.
semper extitit fidelis[4]. Ab hac fraterni mansuetudine animi in tantum frater eius aberravit Rotbertus, ut, eo defuncto, quia pars regiminis, quam germanus suus Odo tenuit, non redhibebatur, palam tyrannidem invaserit. Quam causam aquilonales populi sibi non obfuturam arbitrati, cum scilicet totius regionis incolae, studiis in diversa porrectis, concordi nequaquam adversus eos rebellarent animositate, totis incumbendum rapinae viribus decernunt. Et quia nobis ad praesens non bella regum tumultusve gentium disserere animo propositum est, quin immo miracula per beatissimum nostrae vilitatis alumnum, Deo operante, patrata Benedictum mens promere gestit, ad ea explicanda veniendum est. . . . . .

3. Interea Rotbertus affectatae tyrannidis potentiam palam exercere cupiens, a qui- 922.
busdam episcopis diademate se regio coronari ac sceptro regni insigniri partim blanditiis partim minis extorsit; sed nequaquam huius praesumptionis laetos habuit exitus. Denique Suessionicis in campis bello a ducibus Karoli exceptus vitaque spoliatus, licet exercitus 923.
eius victoriam obtinuerit, ipse tamen nefariae temeritatis pretium luit. Nec tamen socii defectionis interitu eius territi, perfidiae deseruere contumaciam; quin potius Herbertus comes Virmandensis infando scelere dominum suum regemque totius Franciae Karolum, dolo captum, vinculis quoque irretitum, Peronnae direxit tenebroso carcere recludendum. Et quia regni status sine principe agebatur in incertum, maxime cum Hugoni, Rotberti filio, qui post probis actionibus Magni nomen promeruit, puerilis obsisteret aetas quominus regias assumeret infulas, et Herberti cunctos haberet odium praecipue eos quos humanitatis respectu ad misericordiam aerumna commovebat principis: tandem Rodulfus quidam, Burgundia oriundus, regendae praeficitur Francorum patriae. Qui quam severus in coercendis sanctae Dei ecclesiae extiterit praedonibus, hoc uno liquebit exemplo . . . . . .

5. Ceterum Rodulfo rege defuncto, qui dum armis protervos Danorum compescit in-
cursus, Gallias usque adhuc ab eorum impetu magna ex parte facit manere quietas, conversae res. Nam Karolus ergastulo clausus, animam, non corpus, custodia exemit, relinquens Hlu- 929.
dovicum, ex Headtgiva Anglorum regis filia susceptum. Qui calamitatis paternae procella semet involvi metuens, ad Anglos-Saxones maternae affinitatis invitatus gratia se contulit, in transmarinis arbitratus se tutiorem manere regionibus, quam inter suos dominus si foret
in cubiculo, rex in convivio. Post excessum sane Rodulfi regis ab Hugone Magno revocatus, 936.
specietenus regno redditus est patrio. Cuius administratio, ius dominationis exercere cupienti, tam sui a Tethbaldo Carnotensium comite captione, quam post regni recuperationem[a] 945.
vario instabilis fortunae proventu laboriosa[b] illi fuit. Is obiit mortem duobus liberis super- 954.
stitibus, Lothario atque Karolo, quos ei Gerberga, soror Othonis Romanorum postea imperatoris, genuerat. Karolus aevo iunior privatis in aedibus senuit; in hereditatem omnem Lotharius successit, qui potestate regia functus est per triginta et eo amplius annos perpetua . . . . . .

LIBER II.

1. Lothario regi caeleste, ut credimus, pro terreno commutanti regnum Hludovicus 986.
filius successit. Qui immatura praeventus morte destitutum proprio herede Francigenae 987.
gentis principatum, utpote naturalis expers coniugii, dereliquit. Sane patruus eius Karolus, quem privatum senuisse supra praelibavimus, conabatur, si posset, a sui generis auctoribus diu possessum sibi vindicare imperium; sed eius voluntas nullum sortitur effectum. Nam Franci primates, eo relicto, ad Hugonem, qui ducatum Franciae strenue tunc gubernabat, Magni illius Hugonis filium, cuius iam mentio facta est, se conferentes, eum Noviocomo solio sublimant regio. Is eodem anno Rotbertum filium sibi consortem regni legit. Et quia, quantum ad coeptae rei causam attinet, de regibus diximus, ad eam prosequendam veniendum est . . . . . .

8. Nunc iam ab Aquitania gressum verbi promoventes in Franciam redeamus, narra-
tisque de statu regni seu regum quae ad rem pertinere videbuntur, miraculum per beatissimum patrem nostrum Benedictum ab omnipotente Deo ..... gestum recitemus, sicque per mona-

a) recuperatione varia ed. b) laboriosaque ed.

4) Haec falsa esse satis constat.

sterium ad Burgundiae partes certis ex causis transitum faciamus. Dux Francorum Hugo infulas regni adeptus cum filio per decem continuos annos eis potitus est; moriens autem
996. Rotberto filio monarchiam sui reliquit principatus. Hugonides Rotbertus uxoriam inire copulam iam dudum mente tractans et ab Arelatensium partibus adsumere sibi coniugem volens, exercitum congregat sponsae iam iamque adventanti occursurus 5

HUGONIS LIBER QUI MODERNORUM REGUM FRANCORUM CONTINET ACTUS.

COLLATA HISTORIA FRANCORUM EIUSDEM SCRIPTORIS.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO QUI MODERNORUM REGUM FRANCORUM CONTINET ACTUS. 10

Matildi gloriosae imperatrici Hugo indignus monachus patris Benedicti Floriacensis cenobii tenporali[a] pariter et eterna felicitate letari. Presentem libellum vobis ideo, domina mea, deflorare decrevi, ut generis vestri sublimitas posteris innotescat et attavorum vestrorum nobilitas venturis seculis intimetur. Quo etiam in libro modernorum regum Francorum actus vobis breviter explanare curabo, eorum videlicet qui post Lugdovicum imperatorem regnaverunt in 15 *Franciam, ad deliniendum animum vestrum Quae nusquam historia seriatim digesta, sed hac illacque quibusdam in codicibus inserta et aliis tractatibus interfusa tenetur, eo quod nemo usque modo eam curavit in unum corpus adgregatam congerere et in unius libri formam redigere. In hoc preterea prologo vobis vestrorum attavorum splendidam genealogiam recensere curabo, et eorum pariter actus inter prefatorum regum gesta breviter enarrabo, et quae sit* 20 *stirpis vestrae generositas, lucide nescientibus declarabo. Rollo igitur, de cuius sanguine processistis, Danorum dux inclitus extitit; qui Karoli Calvi regis Francorum tenporibus[a] post imperatoris Lugdovici decessum per Sequanam intravit in Galliam; et ingressus in eam, totam sibi vindicavit Neustriam, quae nunc Normannia vocitatur. Rolloni vero successit filius nomine Guillelmus, et Guillelmo Richardus, princeps nobilis atque magnificus. Hic quoque Richardus* 25 *genuit alterum Richardum, virum Deo carum atque sanctissimum. Et iste Richardus genuit Rotbertum, et Rotbertus Guillelmum Anglorum regem inclitum, qui memoratum regnum sua sibi subiugavit industria, quod nullus Romanorum imperatorum ausus est aggredi preter Claudium et Iulium Cesarem. Nullus rex nostrorum temporum hoc Guillelmo fuit felicior ac moderacior. Eius magnanimitatem et magnificenciam nemo laudare sufficit, quibus ille usque ad* 30 *terminos terrae super omnes evi nostri reges ac principes apparuit gloriosus. Pauci posthac reges, sicut reor, illum imitabuntur et eius affluencia et morum elegantia perfruentur, quibus eum Deus in hac vita felixque fortuna ditavit. Huius quoque fuit heres ac filius Henricus, Anglorum rex magnificus, pater vester. Hec in transcursu de vestra sufficiat dixisse prosapia et de progenie celsitudinis vestrae. Porro ego dudum amitae vestrae, relictae videlicet comitis* 35 *Stephani Carnotensis, codicem unum de gestis Romanorum imperatorum deflorare curavi, qui continet Francorum adventum in Galliam, et regum antiquorum eiusdem gentis refert[b] prosapiam usque ad Karolum Magnum et eius filium Lugdovicum. Quorum Karolus Magnus sua industria Romanorum sibi vindicavit imperium, et decedens suo reliquit filio Lugdovico. Lugdovicus vero cum quatuor genuisset filios, illud eis divisit. Unde inter eos magna discordia* 40 *pullulavit, et tres germani, Lotharius videlicet Lugdovicus atque Pipinus, contra fratrem suum Karolum dimicaverunt atrociter, anno secundo obitus Lugdovici, apud Fontanidum campum, cupientes eum Franciae regno privare. Sed non valuerunt. Prevaluit enim adversus eos Francorum exercitus. Ab illo tamen die usque nunc manet regnum Francorum ab imperio Romanorum seiunctum atque divisum. Nam Lotharius Germaniam et Italiam sortitus est et Romam* 45 *et Ravennam regias urbes cum nomine imperatoris, Lugdovicus vero, germanus ipsius, Baioa-*

a) sic l. b) refer l.

riam et Saxoniam, et Pipinus Aquitaniam atque Vasconiam, et Karolus Franciam Burgundiam et minorem Britanniam atque Neustriam; sed et Aquitaniam ipse sibi postmodum adquisivit. Cuius Karoli regis genealogiam in subsequenti libro sigillatim per singula capitula denotabo usque ad Lugdovicum huius prosapiae regem ultimum, qui sine liberis decessit. Post cuius obitum proceres Franciae provexerunt super se Hugonem Magnum, magni cuiusdam Hugonis ducis Franciae filium. Cuius etiam cathalogum ordine suo subiciam et horum omnium actus pariter usque ad presentis temporis regem domnum Lugdovicum, clementissimi regis Philippi filium, Deo annuente sicut promisi paucis sermonibus conprehendam. Eius vero actus meo inculto stilo contaminare non audeo. Nam quod scribo brevi sermone concludo [nullum rethoricae facundiae fucum interserens[a]]. Sed et illa quae vobis deflorare curamus non a nobis accepimus, sed a multis codicibus nostro sudore decerpsimus[b] ad suplementum historiae illius cuius supra meminimus et quam sicut promisimus nuper edidimus. Vos autem munus vobis oblatum favorabiliter queso suscipite, et auctoritatis vestrae signo corroborare curate. Valete. Deus omnipotens sua vos gratia benedicat et prole fecundet et prosperitate semper letificet. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER.

1. Karolus igitur Calvus, Lugdovici Pii imperatoris filius, post bellum Fontanidum Francorum obtinuit regnum, anno incarnacionis divinae 842, et regnavit annis ferme 38. Qui[c] cum esset vir gloriosus atque magnanimus valde, edificavit in regno suo Compendium villam, et eam Karnopolim suo de nomine vocari precepit; quam etiam preciosa[c] domini nostri Iesus Christi sindone nobiliter insignivit. Obtulit etiam[d] idem serenissimus rex sancto martiri Dionisio unum de clavis quibus in cruce fuit adfixum corpus dominicum et quandam ligni sanctae crucis portiunculam cum quadam particula spineae coronae nostri Redemptoris. Hac[cc,1] preterea tempestate Willelmus comes Arvernorum et dux Aquitanorum 1
Cluniacensem edificavit abbatiam. Girardus etiam, quidam comes inclitus Burgundiae, duas construxit ecclesias, Vizeliacensem scilicet et Pultariensem[2]. In quarum una sancta Maria Magdalena nunc habetur humata, et in altera idem Girardus postmodum est tumulatus. Eodem quoque tempore Ebbo, nobilis partium princeps Biturigensium, sanctae Dei genitricis Mariae Dolensem edificavit abbatiam. Giraldus preterea, quidam vir magnae sanctitatis ac preclarae nobilitatis, Aureliacum construxit cenobium.

Anno proinde incarnacionis dominicae 858. Lotharius imperator aversa valitudine correptus, imperii sui temperamentum dereliquit, et tunsoratus et monachus factus apud Placenciam obiit[3], relinquens filio suo Lugdovico Italici dignitatem imperii. Karolus autem rex 3
Francorum audiens obisse fratrem suum Lotharium, Virdunum venit, ibique plures regni Romani proceres sibi se commendantes susecpit. Indeque venit Metis Nonas Septembris. Ubi etiam Adventicium eiusdem urbis episcopum et Franconem Tungrensem presulem et Attonem Virdunensem pontificem cum aliis proceribus multis iterum in sue commendatione suscipiens, imperiali[e] corona meruit coronari, 5. Idus mensis ipsius. Forte tunc Lugdovicus[5], Lotharii defuncti imperatoris filius, et alter Lugdovicus Germaniae[e] rex, hostili tenebantur expedicione prepediti cum Saxonibus universis, qua Winidos, qui e regione Saxonum habitant, debellabant; quos et vicerunt et prospere reversi sunt. Ann Bertin. a. 860.

Anno denique incarnationis dominicae 870. Lugdovicus, Lotharii imperatoris filius, Romae coronatus est, ab Adriano eiusdem urbis pontifice, indeque in partes perrexit Beneventanas. Karolus vero eodem anno Viennam obsedit et cepit; et inde rediens, nativitatis dominicae festivitatem apud hosti Mederdi monasterium celebravit. Ipse proinde tempestate Basilius, quem Michael Constantinopolitanus imperator sibi consortem asciverat, ipsum interfecit, et eius sibi imperium usurpavit. His[6] etiam diebus Dani pyraticam exercentes, duce Alstagno per 6

ib. a. 872. ib. a. 870. ib. a. 872.

*) *Haec etiam in historia Francorum leguntur:* Rex quoque Francorum Karolus Compendium *etc.*

**) *In historia Francorum haec ita leguntur c. a.* 858: His etiam diebus Guillelmus inclitus comes Arvernorum Cluniacense[f] fundavit cenobium, et sanctus Geraldus preclarae ingenuitatis vir Aureliacum extruxit monasterium. Hac etiam tempestate ecclesia Wiseliacensis constructa est a nobilissimo comite Gerardo; in qua requiescit venerabile corpus sanctae Mariae Magdalenae.

a) n. v. f. f. i. *linea transducta delela sunt tam antiquitus* 1. b) decersimus 1. c) precioso *H. F.* (*cod. Bern.*)
d) *deest H. F.* e) germanie 1. f) cluacense *c. Bern.*

1) Cf. Ademarum III, 21. ubi haec et fundatio cenobii Dolensis rectius in saec. X. collocantur. 2) Vezeley et Pouthières. 3) Auctor Lotharium I. imperatorem et II. regem non distinxit. 4) rex Lotharingiae coronatos est. 5) De hoc in bello contra Winidos gesto sermo esse nequit. 6) De his historiae Normannicae locis cf. quae in praefatione p. 344 dixi.

portum Flandrensium emergentes, vi magna Franciam invaserunt, et Vermendense atque Noviomense territorium ita penitus attriverunt, ut et sancti Quintini martyris monasterium flammis exurerent et nichil extra portam civitatis Noviomensis illesum et incontaminatum relinquerent. Sed et omnes ad quas pervenire potuerunt ecclesiae extra municionem locatae ab eis sunt favillatae. Erat quippe Francia militum presidio nuda, quia eius robur in bello Fontanido nuper deperierat. Unde rex Karolus cum prefato tyranno fedus pepigit, et hostem, quem ferro nequibat, auro conpescuit. Quo federe securus Alstagnus a Francorum terra per oceanum pelagus Italiam tendens, Lunae portum attigit, et ipsam urbem continuo cepit. Qua potitus, per numerosa annorum curricula ibidem deguit, regique familiaris postmodum factus est, ex inimico amicus. Verum iste Alstagnus vulgo Gurmundus solet nominari.

A. Bert. a. 872. a. 875. a. 876. a. 877. Hist. Sen. A. Bert. Interea vero, id est anno incarnacionis Christi 873, Romae Adrianus papa defungitur, et Iohannes eiusdem urbis archidiaconus ei substituitur. Porro anno incarnacionis divinae 876. papa Iohannes Karolum regem, ut Romam tenderet invitavit, et venientem in ecclesia sancti Petri favorabiliter coronavit. Tunc etiam secundo imperiali corona coronatus et imperator Romanorum est appellatus. Anno quoque incarnacionis dominicae 877. Iohannes papa Papiam venit, ibique illi Karolus obviam abiit, ei Crucifixi magnam imaginem ex auro puro factam per eum Sancto Petro transmisit. Sed cum indo remearet, vitam veneno finivit; et Vercellis deportatus, in beati Eusebii basilica est sepultus; ubi et requievit annis 6. Sed demum ad Sanctum Dionisium est delatus, et ibidem honorifice tumulatus. Lugdovicus vero patrem suum Karolum audiens esse defunctum, proceres Franciae sibi protinus conciliare curavit, dans eis abbacias et comitatus et villas secundum cuiusque postulacionem. Timebat enim propter suam inoptiam[a] Francorum amittere regnum.

Precedenti tamen anno, qui fuit annus incarnacionis dominicae 876, dum rex Karolus nepotis sui ius sibi subigere temptat, Danorum gens perfida per oceanum pelagus Sequanam ingressa, regnum Francorum secundo cepit infestare. Quorum Danorum erat dux Rollo, vir potentissimus, supranominati Gurmundi regis et archipyratae propincus. Qui primo inpetu sui adventus statim sibi Rothomagum subiugavit. Deinde fere per unum annum Parisiorum obsedit civitatem; sed tamen illam capere non potuit. Interim tamen Baiocas evertit, et urbem Meldensem expugnavit. Verum post annum unum, quo vaginam suae habitacionis egressus fuerat et omnem oram maritimam incendiis et rapinis contaminaverat, ab Anglorum rege invitatus, insulam illam expeciit, et per triennium ibi demoratus, eandem gentem sibi firmo federe colligavit. Quae res et vires eius non mediocriter auxit et magnam rerum copiam ei subministravit. Porro Karolo Calvo successit filius eius Lugdovicus.

2. Lugdovicus igitur post patris obitum obtinuit regnum Francorum anno incarnacionis
A. Bert. et H. Senon. divinae 877, et regnavit annis circiter tribus. Huius temporibus, anno videlicet incarnacionis dominicae 878. Iohannes papa cum Formoso Portuensi episcopo veniens in Galliam, in Trecassina civitate generale[b] sinodum celebravit. Anno[**] vero sequenti eclipsis lunae contigit, cum esset luna 14. Idus Octobris. Eodem quoque mense secuta
A. Pict. 59. II p. 334. est etiam solis eclipsis, cum esset luna 23. Et[*] ipso anno Rollo, cuius supra meminimus, Anglorum auxilio fretus, per Sequanam et Ligerim perque Varumnam, tria maiora Franciae flumina, quae oceano influunt, emergens secundo, tripertito exercitu, iam non more pyratico[7], sed libere terrestri prelio, Franciam pervadendo cepit infestare. Cooperuerunt itaque Dani superficiem terrae sicut locustae, nec erat facile cuiquam hominum eos prohibere. Igitur de navibus exilientes et huc vel illuc more rabidorum luporum discurrentes, die[**] natalis sancti
843. baptistae Iohannis urbem Namneticam adorsi concremant[8], et Gunhardum[c] presulem sacra missarum sollempnia peragentem super aram martiris Ferreoli, quae est ad levam edis beati Petri apostoli matris ecclesiae eiusdem civitatis, obtruncant[d]. Demum vero[e] urbe succensa ac depopulata, quasi tenpestas valida ceperunt hac illacque discurrere et omnia per quae
9 vagabantur prosternere. Et Andegavensi urbe conflagrata[9], civitatem quoque Turonicam obsederunt. Sed tunc ab hostili pervasione beatissimi Martini[f] meritis meruit liberari, cuius corpus paulo ante introductum fuerat intra menia ipsius urbis. Ipsum tamen sancti Martini monasterium, quod iusta urbem erat, concrematur; clerici fugantur, monachi disperguntur,

*) *Hist. Franc. (cod. Bern.) haec cum Willelmo Gemm. contingens ita habet:* (Rollo) demergens per S. et L. p. Guarannam tria q. o. i. flumina trip. exerc. iam n. m. p. sed libere terras circumadiacentes pervadendo c. i. Igitur die *etc. v. n.* "

**) *Sequentia etiam in historia Francorum legnntur.*

a) inepciam 1. b) *ita* 1. c) gunardum *H. F.* d) obtruncuit 1. e) Denique urbe *B. F.* f) m. martyris *mer. H. F.*

7) Similiter Adrevaldus Floriacensis, Mirac. S. Benedicti c. 33: non *iam*, inquit, *piraticam exercendo.*
8) Quod iam a. 843. factum est; cf. Ann. Bert. h. a. 9) Cf. Adrevaldum l. l.

et venerabile corpus sancti Martini Autissiodorum[a] cum honore defertur[10]. Hac etiam seviente 853.
procella urbs Cenomannica[b] devastatur, et cenobium sanctae virginis Scolasticae extra mu-
rum urbis situm exustum est. Sed[c] corpus ipsius sanctae virginis intra eiusdem urbis sinum[d]
est positum et conservatum. Multa preterea sanctorum corpora a Britannia et a Neustria in
Galliam sunt translata et per urbes munitas atque castella locata; ubi etiam adhuc retinen-
tur humata. Nam omnes fere clerici sive monachi terrae illius, tam crudeli clade perter-
riti, tutiora loca pecierunt, secum suas perferentes reliquias cum ecclesiasticis ornamentis.
Eodem[e] quoque tempore Karoli Magni palacium, quod dicebatur Cassinogilum, inter Droht
fluvium et Varunnam positum, dissipatum est et eversum[11]. 11) cf.

Porro Lugdovicus in tota vita sua nil strenue gessit. Regno tamen vix triennio potitus cf. H. Sen.
decessit, relinquens filium suum sibi successorem Karolum nondum adultum[**.12]. Cui posuit
tutorem et procuratorem Odonem, Roberti Andegavorum comitis filium. Quem etiam post-
modum regni proceres ad reprimendum impetum Danorum, qui tunc Franciam infestabant,
regem, et fratrem eius Robertum ducem inferioris constituere Burgundiae. Ille vero et 888
regnum susceptum per annos 12 ab hostibus diligenter tutare curavit, et pupillum Karolum
clementer donec adolesceret educavit. Quibus expletis, anno incarnationis divinae 891.[13]
decessit; et Karolus iam adultus illi successit. Erat etiam in illis diebus in superioris Bur-
gundiae partibus alter nobilis dux, nomine Richardus, qui ab exsecucione iusticiae Iusticiarius appella- Hugo Vird.
batur; et erant ei tres filii, Rodulfus videlicet, Boso et Hugo. Quorum Rodulfus postmodum rex Franciae fuit, et
Boso Galliae superioris quae Comata vocatur[14]. In Romana vero cathedra Iohanni papae Leo successit, t4
et Leoni Benedictus, et Benedicto Gregorius quintus.

3. Karolus vero, qui Simplex cognominatur, paternum cepit disponere regnum anno
incarnacionis dominicae 891[15], et regnavit annis ferme 30. Cuius[***] in diebus Rollo Danorum
dux, conscensis navibus, per Sequanam et Sagunnam, Galliae maxima[e] flumina, tendens ad
superiora, Burgundiae et Arvernorum fines intravit, et usque ad Clarmuntem Arvernorum
urbem totam regionem diversis calamitatibus replevit, et copiam[e'] rerum omnium exina-
nivit. His etiam diebus Parisius, Meldis, Belvacus et ceterae urbes Franciae vastantur et
depopulantur. Tunc etiam sepenominatus Rollo per provinciam Senonensem ad inferiora 865.
descendens, Floriacum venit[16]. Verum† ante biduum quam illuc pertingeret[f], eius adventus ad noticiam Diedericus.
Floriacensium pervenit monachorum. Qui statim Aurelianis citissime[g] fugiendo pervenerunt, et intra ipsam urbem, in
ecclesia sancti presulis Anseni, sancti Benedicti preciosum ac venerabile corpus deposuerunt, donec ille malignancium[h]
impetus pertransiret. Erat[i] enim tunc Aureliana civitas et bellicosis civibus plena et muris firmis-

*) *Historia Francorum:* Sed et in Aquitania K. M. p. q. C. vocabatur d. est et evulsum.

**) *Historia Francorum ita:* Post hec autem defunctus est Ludovicus rex Francorum, filius Caroli Calvi, relinquens filium suum parvulum Karolum nomine qui Simplex appellatur, cum regno in custodia Odonis Burgundiae ducis. Qui iuvenem optime fovit et adulto regni gubernacula libenter refudit. A quo etiam regni parte donatus, demum quamdiu vixit ei fidelis extitit. Deinde Franci Burgundiones et Aquitanenses proceres congregati in unum, Odonem principem elegerunt sibi in regem.

***) *Hist. Franc. ita pergit:* Quibus paratis Rollo, cuius sepe meminimus, conscensis navibus tandem per S. et S. maxima fl. t. a. s. B. et A. f. subintravit et u. ad Cl. A. civitatem t. r. d. c. exinanivit, et inde rediens, per provinciam Senonensem Floriacum venit.

†) *Quae sequuntur etiam historia Francorum habet.*

a) antis. 1. b) cenomannis 1. c) et *H. F.* d) s. c. et p. *ib.* *Reliqua desunt.* e) maxima 1. e') copis 1†
f) pergeret *H. F.* g) *deest ib.* h) malignorum *ib.* i) Erat — decimis *des. ib.*

10) Cf. Annales Bertin. anno 853. 11) De hoc palacio Aimoinus, Miracul. sancti Benedicti I, 1. Nortmannorum referens vastationes: *Inter quae,* inquit, *eminentissimum illud Karoli Magni principis palatium. Cassignol, gloria quondam et decus cunarum filii eius iam praefati Hludovici Pii, quod ita Deo inimica gens subvertit, ut et inhabitabile redderet et tamen quid aliquando fuerit manifeste appareat. Id eo loci situm est, quo torrens Codrot Garonnam influit, turrim lateritiam in margine memorati torrentis exstructam habens, e qua et adventus praevideri et ingressus hostilium possit arceri navium, simulque ut classis regia, absque adversariorum impedimento fabricata in minori, ad fluenta maioris deduceretur amnis. Habet vero ecclesiam amplíori ecclesiae coniunctam miro opere ex lateribus fornicatam, in qua, si bene visa recordor, permodicum habetur sarcophagum, in quo frater Hludovici Pii geminus esse putatur sepultus.* Cf. etiam Aimoini vita Abbonis Floriac. c. 20. 12) Errores partim ex Historia Senonensi (supra p. 365) auctor recepit et latius propagavit. Quae in hist. Francor. addidit ex Aimoino Floriac. c. 1. sumsit. 13) Obiit a. 898. 14) Quod falsum esse constat. 15) Anno 893. coronatus est rex. 16) Sermo vero est de re, quam Adelerius in Mirac. S. Benedicti c. 41. (Mabillon Acta II, p. 393) brevius, longius vero Diedericus monachus (l. l. IV, 2, p. 352) narrat. Hunc sequitur Hugo. Cf. etiam Ann. Bert. a. 865. Nam eadem haec direptio esse debet, fabulose exornata.

Dieder. simis diligenter acciata. Iapius autem ille cetus Danorum[a] Floriacum advenies, sexaginta ibi sacri[b] desideri monachos repperit et quosdam cum eis ecclesiae servitores; quos mox gladio trucidavit, ipsumque sancti patris Benedicti cenobium prius devastatum offera rabie concremavit. Sed eadem nocte pius pater Benedictus in[c] somnis appa-
17 ruit cuidam comiti nomine Gisilolpho[17], qui eiusdem monasterii erat advocatus, et dixit ad eum: *Eia comes! quare te tanta timiditas sive ignavia oppressit, ut tuae advocationis locum Floriacum tibi creditum tedefensum, ut servi Domini tibi* 5 *taceant inhumati, a gentilibus interfecti?* Cui comes: *Quis*, inquid, *es tu, pater?* At ille: *Ego sum frater Benedictus, qui de Beneventanis finibus in Galliam[d] translatus, propriam requiem in Cassino[e] monte sprevi, et hunc locum Floriacensis monasterii elegi, ut lucerna disciplinae monasticae per meam corporalem coessentiam universae innotescerat Galliae. Surge ergo quamocius, et esto vir fortis et bellator robustus, et insequere dorsa crudelium paganorum, qui et locum meum violaverunt* 10 *et igni combusserunt, imuper et monachos meos[f] et collibertos[g] interfecerunt et impune, pro pudor! evaserunt.* Ad haec comes: *Quomodo*, inquid, *possum vel insequi quos tubes vel[h] predam excutere, qui non habeo tempus congregandi satellites meos?* Cui pater sanctus: *Noli*, inquid, *exsiveri propter pauciatem militum! tantum accelera, et arripe clipeum cum his qui* 15 *tibi adsunt hominibus, et insequere velocius, nichil metuens, quia ego ero tecum, ut auxilium latura tua; et innumis ab hostium telis, victor famosus revertaris.* His dictis, comes evigilavit; secumque[i] quae viderat et audierat prudenter pertractans, celeriter surgit, et arreptis armis, cum suis hostes insequitur, tanti patris[k] animatus oppositione. Maximeque 20
18 impetu subito[l] super eos irruit, et[l] hostes adgressus, captivos emancipavit, predam excussit, et victor letabundus absque lesione[m] aliqua est regressus. Qua expleta victoria, Floriacum est ingressus, et non sine lacrimarum copia interemptorum tumulavit corpora, illud psalmigrafi commemorans: *Effuderunt sanguinem sanctorum, et non erat qui sepeliret.* Quod factum postmodum pervenit[n] ad noticiam Karoli regis Francorum, videlicet[l] qualiter comes Gisilolphus, sancti 25
Benedicti advocatus, cum paucis hostium multitudinem prostravisset, predam excussisset, victos enodatos redaxisset, et
18 victor illesus remeavisset. Moxque[o] predictus comes advocatus[p] ante regem affuit[18], remque per ordinem sicut egerat illi retexuit, testem sibi advocans Deum, quia in hora congressionis beatissimus pater Benedictus, monachili habita revestitus, caballum cui invidebat conscendit, et in tota illa congressione, uti pius propugnator promiserat, frenum tenuit et equum rexit scutumque rotavit et illum illesum cum suis omnibus ab hostili acie reduxit. Quod audiens rex, Dominum glorificavit, et Floriacum perveniens, lamentum desolacionis dedit; et post haec munificencia regali copiosum subsidium restaurationi adhibuit. Data denique, ut dignum erat[q], torcius restaurationis aberrima copia, in unius anni spacio pene totum monasterium in pristinum renovatum est modum. Porro quedam ecclesia intra castrum Floriacum erat constructa et in honore sancti Petri apostolorum principis consecrata, quae divina gratia ab incendio remanserat inviolata. Evoluto denique anno[r], monachi qui ad Aurelianam confugerant urbem, consilium inierunt, ut beati corpus Benedicti in inicio adventus Domini ab urbe Aurelianensi navigio reportarent, et illud in prefata sancti Petri basilica, quae intacta ab igne remanserat, eo usque collocarent, donec eorum officinae regulari more[s] perficerentur. Statuto igitur die conventus episcoporum et abbatum non minimus Aurelianis advenit, quatinus thesaurum Domini, sancti corpus videlicet Benedicti, secundum condictum[t] proprium reportarent ad locum. Acceperunt igitur viri timorati sacrum corpus sancti Benedicti, et impo- erunt navi. Quae cum tantae sanctitatis honus susceperet, mire modo totum illud Ligeris spacium, quod ab Aurelianensi civitate usque ad Floriacum protenditur, cursum versus absque gubernatore et humano remige sine offendiculo decurrere cepit, ut crederes Christum in[l] navi cum apostolis sedentem et elementis potestative imperitantem. Depositis[oo] igitur sacris pignoribus in antefata sancti Petri basilica, celebrataque sollempniter divino misterio, quique in sua rediere cum gaudio. Ipsa vero dies pridie Nonas Decembris eme dinoscitur, in qua, quamdiu huius mundi spera volvitur, honor et memoria tantae gloriae per totam Galliam celebratur.

911. Post paucos denique dies prefatus Rollo disposuit obsidere Carnotum[19]. Preerat urbi eodem tempore sacerdos venerandus nomine Wantelinus. Qui audiens advenientium opinionem hostium perfidorum, orabat sanctam Dei genetricem Mariam, ut illa ab imminenti periculo protegeret civitatem. Expeciit eciam ambos Burgundiae duces, scilicet Richardum atque Robertum, et Pictavensem marchionem Eubalum, petens ut suo adventu miseris civibus prestarent auxilium. Et cum inde redisset, Rollo veniens cum numerosa hominum caterva, urbem fortiter inpugnare cepit. Et cum iam eam intrare pararet, ecce Dei nutu Richardus dux cum Francis et Burgundionibus hostes adgressus, cepit eos repente proterere et incautos hac illacque dispergere. Wantelinus etiam baiulans reliquias sanctae Dei genetricis, egressus patentibus portis una cum ferratis militibus, urgebat eos adtencius. Sicque prefatus tyrannus Dei virtute superatus et victus, cum magno detrimento Rodomum est regressus.

*) Verum intra annum monachi qui remanserant *Hist. Franc.*

**) *Hist. Franc. ita:* Ipsa — per omnem Galliam sollempniter celebratur. Verum ubi navis portum Floriacensem impegit, maxima episcoporum, abbatum, monachorum clericorumque una cum plebeis turmis multitudo occurrit, psallentes et dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Et cum ingens frigus, uti tunc temporis solet, cuncta obstrinxisset arva, res contigit mira et vehementer stupenda. Nam cum per eam portam quae nunc Pascalis dicitur sanctissimi cineres inferrentur, ecce in medio Aprili, in omnes arbores eiusdem loci tam pomiferae quam agrestres, spineta etiam et arbusta in flores eruperunt, ut palam cunctis innotesceret, qualiter sanctus Benedictus pater apud omnipotentem dominum nostrum Iesum Christum gloria et honore sublimatus existeret. Nulla vox alia audiebatur nisi: *Gloria tibi, Domine, quia nunc cognoscimus, quid te donante suscepimus.* Depositis — gaudio. *(Haec etiam ex Diederico.)*

a) d. f. *desunt H. F.* b) sancti *tb.* c) a. in s. *tb.* d) gallias *tb.* e) m. c. *tb.* f) *deest tb.* g) coliberos *tb.* h) et 1. i) que *deest H. F.* k) patri 1. l) *deest H. F.* m) a. ulla l. *H. F.* n) ad n. p. *tb.* o) Moxqueque 1? p) evocatus *H. F.* q) est *tb.* r) modo *tb.* s) cumdictum 1. t) cb. cum ap. s. in n. et p. i. el. *H. F.*

17) Girboldus nobilissimus Autissiodorensium comes duci tribuit. 19) Eandem rem sed brevius narrat ab Adelerio vocatur. 18) Ipsam victoriam et Willelm. Gem. II, 15.
hanc rem miraculose gestam Adelerius Hugoni

Quem Franco eiusdem urbis archiepiscopus videns divino verbere graviter afflictum, ut eum consolaretur accessit. Et primum quidem eius animum blandis sermonibus delinivit, ac demum de suis malis actibus studuit increpare, et ad extremum cepit illum ad fidei et religionis catholicae cultum sagaciter invitare. At Rollo eius sermonibus emollitus et Dei verbere pariter castigatus, illi protinus adquievit. Quod[a] memoratus episcopus festinanter regi Karolo nunciare curavit; videlicet quod sepefatus tyrannus Dei esset gratia mitigatus et cor eius ad christianismum suscipiendum aliquatenus emollitum. Aderat ibi forte, cum hec predictus regi referret episcopus, Rotbertus Burgundiae dux[20]; qui per eundem episcopum Rolloni mandare curavit, quod si christianus effici vellet, ipse eum ex sacro fonte susciperet et ei suum nomen inponeret. Itaque tandem res ad effectum perducta est. Loco quippe et tempore prefinito, dux Rotbertus cum ceteris Galliae proceribus ad eum veniens, illum a sacro fonte levavit, et imponens ei suum nomen, eum magnificis muneribus honoravit. Demum vero rex Karolus desponsavit illi filiam suam nomine Gillam, dans illi iure beneficii Neustriam, quam nunc Normanniam vocitamus, a fluvio Andelle usque ad oceanum mare. Anno ergo incarnacionis dominicae 912.[21] Franco Rothomagensis archiepiscopus catholica fide diligenter inbutum sepefatum Rollonem unda baptismatis purificavit, et dux Rotbertus[a'] illum a salutifero fonte suscepit. Et ex illo tempore mansit memoratus princeps Christi fidelissimus cultor, cuius ante fuerat crudelissimus persecutor. Baptizatus autem est anno 86. quo Franciam venerat depopulaturus.

Ipso proinde anno corpus beati Martini ab Altisiodero ad Turonicam relatum est urbem. Cuius ecclesiam nuper concrematam optimates urbis reedificaverunt, et ne leviter amplius ab hostibus opprimeretur, muro cinxerunt.

Rex quoque Karolus pontem mirae firmitatis super Sequanam extrui fecit, positis in utrisque capitibus castellis artificiose fundatis, ubi presidia collocavit. Quibus patratis, materiam[b] quietis arripuit; et ocio desidiaque resolutus, Haganonem quendam militem de mediocribus sibi consiliarium adsumens, procerum suorum consilium spernere cepit. Igitur Hagano, quem insperatae opes nimium provexerant, latori eius adsistens, regni negotia disponebat. Quod omnes pene Francorum proceres videntes et indigne ferentes, regem deseruerunt. Herbertus etiam Vermendensium comes montem Laudunum illi abstulit. Memoratus quoque Rotbertus Burgundiae dux contra eum rebellare cepit; et veniens ab Burgundia cum valida militum manu, super Axona fluvium sua temptoria fixit. Karolus vero resedit super fluviolum Saram. Sed cum cotidie ducis Rotberti virtus exresceret, regis autem decresceret, Karolus cum amico suo Haganone trans Mosam latenter proficiscitur. Porro post hec prefatus Rotbertus a quibusdam Galliae episcopis diademate regio se coronari, partim minis, partim extorsit blandiciis, anno incarnacionis dominicae 924.[22] Eodem etiam anno Herveus Remorum archiepiscopus obiit, et Savulfus, eius dem ecclesiae archidiaconus, illi successit.

Sequenti vero anno rex Karolus cum sui regni Lothariensibus Mosam transiens, contra prefatum regem Rotbertum ad Attiniacum venit. Rotbertus quoque rex contra eum processit, et super Axonam sub urbe Suessonica sua fixit temptoria. Sed Karolus cum suis Lothariensibus repente super eum irruit. Ibique Rotbertus in ipso belli exordio non minori fortunae impetu destitutus quam fuerat elatus, perimitur. Verum ubi post bellum Lotharienses ad sua reversi sunt, Herbertus comes regem Karolum dolo cepit et Perona direxit, ibique illum per totum quinquennium vinculis tenuit laetitum. Finito vero quinquennio ibidem Karolus spiritum exalavit, et in ecclesia beati Fursei tumularium habuit sepulturam.

Habebat prefatus rex filium nomine Lugdovicum, ex Agiva Anglorum regis susceptum filia. Qui metuens paternae calamitatis involvi procella, mare transiens latuit in Anglorum terra. Vacillabat igitur Gallia, cum Hugoni, Roberti nuper defuncti ducis filio, qui post pro bonis actibus Magni nomen promeruit, puerilis obsisteret etas quominus regius assumeret infulas, et Herberti cunctos teneret odium. Unde quidam regni proceres adunati Rodulfum, Richardi Iusticiarii filium, a Burgundia evocatum, regio sublimavere solio.

Prefati preterea Karoli regis temporibus, id est anno incarnacionis dominicae 923. Berengarius Longobardorum imperator regno ab optimatibus suis exturbatus est, et Rodulfus Cisalpinae Galliae rex ab eis[b] in regnum susceptus. Hac preterea tempestate Rollo, qui et Robertus, princeps Normannorum, senio confectus et longa milicia fatigatus, defunctus est, relinquens filium suum Guillelmum sibi successorem. Circa hoc quoque tempus obiit Henricus imperator, et Otho eius filius successit ei.[c] Defunctus est etiam Rodulfus Iarensium et Cisalpinae Galliae rex, et successit illi filius eius Conradus.

4. Rodulfus[c] igitur, Richardi ducis filius, sicut premissum est, regno Francorum potitus est adhuc superstite Karolo rege, anno incarnacionis dominicae 926[23], et regnavit annis 16. Hic regni solium assequitus, et in coherendis malefactoribus fuit severus et in regno tuendo sagacissimus. Hic denique primo regni sui anno in Aquitaniam est profectus, eo quod Willelmus comes eiusdem provinciae dedigna-

Flod. a. 920. — 920. — Flod. a. 923. — Hugo Flav. — Flod. l. l. — Flod. a. 923. — 923. — Hugo Flod. — 929. — H. Sen. — Hugo Flav. — cf. Aimoin. Flor. c. 3. — Flod. b. a. — 927. — 936. Flod. — 937. — Hugo Flav. — 924. Flod.

*) *Hist. Franc. ita:* Interea sepedictus rex Karolus (*supersc.:* Simplex) avide matheriam q. s.

a) intelligens *add. sed alia manu del.* 1. a') robertum 1? b) is 1? c) Rodulfus – subdidit *sec. manu scripsit* 1.

20) comes Parisiensis. 21) Cf. Will. Gem. II, 18. Praecedentia ab huius libro sunt aliena. 22) anno 922. 23) anno 923.

Flod. batur illi se subdere. Igitur tandem pervenere ambo supra Ligerim in pagum Augustidunensem, et discurrentibus utrimque viris nobilibus, comes prefatus regi se subdidit. Unde rex illi Blasiconsem pagum cum civitate donavit. In 1 eodem etiam loco dedit Hugoni, filio defuncti ducis Rodulfi[a], Cenomannensium civitatem.

Eodem etiam anno Huni Berengario duce, quem Langobardi dudum a regno suo depulerant, Italiam depopulantur, cf. Fl. a. 923. et Papiam urbem opulentam et populosam igne succendunt. Quibus patratis, fuga mostlium[b] transeuntes, Gallias infestare ceperunt. Ab ipsis quippe multa monasteria sunt destructa, et eorum terroris corpus sancti Remigii intra Remen- Ib. a. 924. sis civitatis menia fuit delatum atque transpositum. Verumptamen Rodulfus Cisalpinae Galliae rex et Hugo Viennensis comes, eos per devia mostlium[b] agitantes, Tholosanam provinciam petere compulerunt. Ubi prefatus Berengarius a suis perimitur, et ita Gallia ab eorum infestatione liberatur.

Ib. a. 931. Anno proinde regni prefati regis Rodulfi quinto Herbertus Vermendensium comes defecit ab illo. Rex vero Rodulfus, iuncto sibi Hugone Magno, quoddam eius castellum Dominicum nomine cepit et diruit. Perro Ib. a. 932. sexto regni ipsius anno Raimundus et Herminigaudus, potentissimi Gothiae principes, necnon et Lupus Wasconum Ib. a. 933. comes regis vassalli efficiuntur. Sed et Vienna civitas Burgundiae illi reddita est. Per idem etiam tempus comes Normannorum Guillelmus, Rollonis filius, sepefato regi Rodulfo se commisit[c] proprio voto.

Ib. a. 931. Anno vero incarnacionis dominicae 931. Britones in Cornu Galliae constituti, adversus Normannos, quibus sub- 2 diti erant, insurgentes, ducem illorum interemerunt[d]. Quod[2] audiens Willelmus Normanniae princeps, terram illorum hostiliter intrans duriter devastavit. Et Berengerium quidem, eorum ducem potentissimum, sibi reconciliavit, Alanum vero, alterum ducem illorum, a terra fugavit, et sic totam Britanniam denuo sibi vi vindicavit.

Hugo Flav. 936. Rex vero Rodulfus anno incarnacionis dominicae 936. sine liberis est defunctus[e]. Quod[3] audiens rex Anglorum Altannus, Willelmo principi Normannorum legatos cum muneribus misit, ut Lugdovicum, Karoli Simplicis filium, cum consilio procerum Francorum patris revocaret in

Flod. regnum. Quod ille gratanter suscepit et feliciter consumavit. Cum Hugone enim Magno et comite Herberto aliisque Francorum proceribus prefatum iuvenem apud Bolonium ipsis maris littoribus contiguam[e] suscepit, et usque ad montem Ludunum perduxit. In[**] cathedra vero Romanae ecclesiae Iohanni papae Leo, et Leoni Stephanus, et Stephano Martinus, et Martino successit Agapitus. Hoc preterea floruerunt in tempore famosi Galliae episcopi Adalbero Mettensis et Fulbertus Carnotensis.

5. Lugdovicus igitur, Karoli filius Simplicis, coronatus est favore prefatorum principum ab Artaldo

Flod. Remorum archiepiscopo, anno incarnacionis domini nostri Iesus Christi 936, et regnavit annis ferme 18. Hic

Hugo Flav. desponsavit sororem suam nomine Mathildem Conrado regi Burgundiae, dans ei iure dotalicii Lugdunensem Burgundiae 4 urbem[4]. s. Dedit etiam partem regni Lothariensis Otthoni imperatori; Ottho vero dedit illam Henrico fratri suo. Rex vero Lugdovicus imperatoris Otthonis sororem nomine Gerbergam duxit uxorem. Hugo quoque, Roberti ducis filius, alteram Othonis sororem, Henrici imperatoris filiam, sortitur uxorem.

Flod. Anno denique incarnacionis dominicae 937. celi pars ardere visa est, et Hungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam est inexcuta; qua villae et agri sunt depopulati, et domus et basilicae sunt conflagratae. Eodem etiam anno Rodulfus furensis et Cisalpinae Galliae rex obiit, et ei parvulus filius Conradus in regno successit.

Ib. a. 940. Regni quoque Lugdovici anno quinto Hugo Magnus Remorum obsidens urbem, Artaldum ipsius urbis episcopum a sua sede depulit, et Hugonem, Herberti comitis filium, ei sustituit. Sequenti vero anno comes Her- 943. bertus est defunctus et apud Sanctum Quintinum sepultus. Odo etiam abbas Cluniacensium ac Floriacensium Turonis eodem defunctus est anno. Qui dum esset vir eloquens et litterarum sciencia pollens, inter alia quae[f] fecit opuscula, sermonem etiam illum de sancto edidit Benedicto, cuius istud est exordium: *Festiva beatissimi Benedicti sollemnitas.* Post cuius decessum beatus Maiolus suscepit regimen Cluniacensis ecclesiae.

Flod. Hac preterea tempestate, anno videlicet incarnationis dominicae 943, Arnulfus comes Flandrensium Guillel- 943. mum, Rollonis filium, principem Normannorum, ad colloquium invitatum mala fraude peremit apud castellum Pinchiniacum iuxta fluenta Somenae[5]. Erat Guillelmo ex concubina filius nomine Richardus. Rex[6] vero Lugdovicus, audita nece prefati principis, cogitabat, quomodo illam Normanniae partem quae iacet super Sequanam suum redigeret in dominium. Tunc accersito Hugone Magno, dedit ei Ebroicacensem et Baiocacensem Normanniae urbes tali condicione, ut de reliquo honore sibi adiutor existeret, quatinus iam dictam Normanniae partem ipse rex ad suum retorquere posset dominium. Condicto denique die abiit rex, ut obsideret Rothomagensem et Hugo

*) *Hoc loco in Hist. Franc. legitur:* Floruit his temporibus apud Floriacum monasterium abbas Lambertus, vir simplex et iustus.

**) *Hist. Franc. ita:* Interea vero Romae Iohanni papae Leo sanctissimus successit; et post hunc sedit Stephanus; et post Stephanum Martinus; Martino vero successit Agapitus. Ludovicus vero filius Karoli (*supersor.:* Simplicis) minoris, regnavit annis 29.

a) moncium f. b) mustium f. c) cummisi f. d) interemerunt f. e) cuniguam f. f) quae fecit — sollemnitas *sec. manu* f.

1) Rotberti. 2) Cf. Will. Gem. III, 1. 3) Cf. Will. Gem. III, 4. 4) Ita Hugo Flav. SS. VIII. p. 364 de Lothario rege. 5) Cf. Will. Gem. III, 11. 6) Cf. Will. Gem. IV, 2 sqq.

Baiocacensem Normanniae urbes. Bernardus denique quidam Normannus in illis diebus, vir valde callidus et versutus, arcem custodiebat Rothomagensem. A quo rex Rothomagum veniens pacifice receptus est. Verum regi in urbe moranti prefatus dolose suggessit Bernardus, ut memoratum ducem Hugonem a Baiocacensi obsidione recedere faceret et totam Normanniam in suum dominium retineret. Quod rex statim facere curavit. Unde discordiae fomes inter regem pullulavit et ducem. Proinde Hugone ab urbe discedente, rex ilico eam ingreditur. Et dum ibi paucis diebus suum refecisset exercitum, rursus Rotdomum[a] remeavit. Et assumens ibi sepefatum adolescentem Richardum, secum usque Laudunum perduxit. Sed dum demum a rege neglegenter tractaretur, quidam miles eius Osmundus nomine ipsum adolescentem Richardum furto sublatum perduxit primum ad castrum Codiciacum, ac demum restituit hominibus atque parentibus suis. Quod ubi rex conperit, Rodomum reversus, susceptus est pacifice. Interea vero Normanni miserunt ad regem Danorum nomine Aygroldum, ut Richardo comiti suo consanguineo, quem rex exheredare volebat, succurrere festinaret. Qui continuo affuit, et regi Ludovico mandavit, ut sibi obviam ad colloquium veniret. Deceptus igitur rex consilio Bernardi comitis Silvanectensis et alterius Bernardi Rothomagensis, cuius supra meminimus, qui fraudem noverant, venit obviam pagano Aygroldo regi Danorum, nichil suspicans mali. Perfidus autem Aygroldus super regem ad se venientem repente irruit, eumque inparatum inveniens, pene omnes eius milites interemit. Statimque ex Lugdovici parte interfectus est Herluinus[b], Monasterioli castri comes nobilissimus, et cum eo strenuissimi comites undeviginti militesque non pauci. Quod cernens rex Lugdovicus, solus fugere cepit; sed a Normannis, quos sibi esse fideles sperabat, est retentus et sub custodia Rhodomo positus. Tunc regina Girberta Hugonis Magni expetivit suffragia. Quam ille reverenter suscepit, et demum de regis ereptione tractare cepit.

Porro Normanni filios regis dari sibi obsides quesierunt, nec aliter regem se dimissuros asseruerunt. Mittitur ad regi- Flod a. 945.
nam pro pueris. Illa[c] minorem regis filium mittens, maiorem denegat se esse missuram. Datur igitur obses regis
minor filius; et ut rex dimittatur, Wido etiam Suessionorum episcopus esse pro rege obsidem dedit. Tunc rex sepedictum adolescentem Richardum de terra Normannorum revestivit, et sic a Normannis recessit. Hugo
vero Magnus regem a Normannis suscipiens, nequaquam liberum abire permisit; sed comiti Tetbaldo suo
illum commisit vassallo. Qui tandiu illum custodia septum tenuit, donec rex montem Laudunum Hugoni Magno he-
bendum concessit.

Post hos autem dies Theotilo, Turonicae urbis venerandus episcopus, ad Laudunum montem causa exigente Ib. a. 945.
properavit. Sed dum ad propria remearet, in ipso itinere gravi cepit egritudine deficere. Et cum iam ultimum ex- Ib. a. 945.
haret spiritum, apparuit signum quoddam luminis per aera discurrens, cubitum longitudinis habere visum, cuius lumine ad depellendas[d] noctis tenebras sufficienter perfuncti sunt qui funus eius deducebant. Talique potiti solamine, per
milia fere ducenta Turonicam usque corpus eius pertulerunt ad urbem. Sicque in monasterium sancti Juliani, quod idem vir sanctus summa instituerat religione, iuxta sepulcrum domni Odonis abbatis reverenter est humatus; et exinde ipsum templum divinis miraculis illustratur.

Anno denique decimo regni Lugdovici ipse rex Aquisgrani palatio cum Ottone imperatore sanctum Ib. a. 947.
pascha celebravit, et ab eo magnifice muneratus in Franciam remeavit. Proinde rex Lugdovicus anno regni sui Ib. a. 949.
terciodecimo Laudunum improvisus aggreditur, et nocturno silencio muro machinis latenter accenso et diruto portarum sera, oppidum ingreditur. Turrim tamen, quam ipse nuper ad portam castri fundaverat, capere non potuit; quam ideo a civitate seclusit, ducto intrinsecus muro. Hugo vero hoc comperto ilico illo affuit; et introducens in arcem custodes cum sufficiente victu, obviam perrexit[7] Conrado Lothariensium duci. Dux vero inter regem et Hugonem treuces posuit usque ad mensem Augustum. Indeque reversus rex Lugdovicus, Remis revertitur; ubi Adalbertus, filius comitis Herberti, ad eum veniens, ipsius vassallus efficitur. Donum vero anno quintodecimo Ib. a. 951.
regni sui ipse rex Lugdovicus Aquitaniam cum exercitu petiit. Sed antequam ingrederetur eam, Karolus Constantinus Viennae episcopo et Stephanum nominatissimum Arvernorum episcopum ad eum venientes, sui efficiuntur. Guillelmus Pictavensis etiam illi obviam venit, et in eius se fidelitate commisit. Post hoc quoque rex Lugdovicus anno regni sui decimo nono egressus monte Laudano, Remensem veniebat ad urbem. Et ecce antequam Ib. a. 954.
ad Axonam fluvium pervenisset, apparuit ei quasi lupus gradiens ante illum. Quem cum insequeretur, admisso vivaciter equo, prolapsus graviter contritus, ac inde Remis defertur. Ibique diu langore protracto decubans, defunctus est, et sepultus apud Sanctum Remigium, decimo kl. Octobris superstitibus, Lothario scilicet et Karolo[e], quos ei genuerat Ger- Hugo Flav.
berga, soror Othonis imperatoris. Quorum Lotharius patri successit, Karolus vero privatus senuit.

6. Lotharius igitur, Lugdovici filius, Remis ab Artaldo archiepiscopo consecratus patri successit, anno Flod.
incarnacionis divinae 954, et regnavit annis viginti et tribus. Porro anno incarnacionis dominicae 956. Richardus[8], filius Guillelmi principis Normannorum, filiam Hugonis ducis duxit uxorem. Eodem tamen anno memoratus dux, Hugo videlicet Magnus, est defunctus et apud Sanctum Dionisium Flod. Hist. Sen.
tumulatus, reliquenus filios tres, quos ei genuerat filia imperatoris Othonis, Hugonem, Othonem et Henricum. Quorum Hugo ducatum Francie sortitus est, et Otho Burgundiae. Anno proinde incarnacionis divinae 962. Henricus Hugo Flav. Flod.
imperator Romam pergens, ab Otthaviano papa, qui Agapito successerat, imperiali corona coronatus est. Verum non multo post Romani a sua sede depulerunt memoratum papam Otthavianum, et substituerunt cf. Hugo Fl.

*) Karolo parvo *Hist. Fr.*

a) 6s 1. b) berlicinus 1. c) Ille — adolescentem *alters manu* 1. d) depellendas 1.
7) Flodoardus haec de rege dicit. 8) Cf. Will. Gem. IV, 10. 9) Otto.

ei Iohannem quendam[10]. Quod audiens imperator Romam rediit, et prefatum Iohannem iudicio
Flod. synodali deposuit. Eodem etiam anno Vulfaldus[a] abbas ecclesiae sancti Benedicti Floriacensis presul efficitur Carnotensis. Cuius viri temporibus Mabbo quidam Britannorum episcopus beatissimi confessoris et presulis Pauli corpus a Britannia ad Floriacense detulit cenobium cum multis ornamentis.

11 Sequenti vero anno Normannorum comes Richardus[11] depopulatus est Carnotensem et Dunensem terram super comitem Tetbaldum. Tetbaldus quoque Normannicos fines ingressus, Ebroicacensem cepit civitatem. Sed dum inde revertitur, Richardus transmeato amne[a] ad casas Hermentrudis in portu fluminis Seccanae super eum irruit, et superatum de terra sua effugavit. Demum quoque Danos, Alanos et Deiros sibi in auxilium advocans, tamdiu prefatum debellavit Tetbaldum, donec ipse Tetbaldus Ebroicacensem illi reddidit civitatem. Quibus patratis, barbari a Richardo bene remunerati, relicta Gallia reversi sunt ad propria.

1030. Hac preterea tempestate Rodulfus, Conradi regis filius, sine liberis defunctus est. Cuius sororem nomine Gillam Henricus imperator sortitus uxorem, ipsius regnum suum posuit in dominium[12].

Hugo Flav. His etiam ferme diebus obierunt Odo Toronorum et Herbertus Melderum et Trecorum comites et Willelmus Pictavorum[b]. Rex quoque Lotharius anno regni sui vicesimo tercio vivendi finem fecit; succ-
986. cessitque ei filius eius Lugdovicus. Obiit autem Lotharius rex anno incarnacionis dominicae 976[13], et sepul-
Hist. Sen. tus est Remis apud Sanctum Remigium.

7. Lugdovicus itaque, Lotharii filius, regnum Francorum adeptus anno incarnacionis
987. divinae 976, regnavit annis duobus. Porro iste Lugdovicus[14] sine sobole defunctus est, et sepultus Com-
Hist. Sen. pendio in basilica beati Cornelii martyris. Quo mortuo, patruus eius Karolus cupiens aepoti succedere, a proceribus Franciae et maxime ab Ascelino Laudunensi episcopo pessimo proditore — prefati enim Karoli esse consiliarius videbatur — apud urbem Silvanectensem[15] custodiae traditus est[c] cum duobus filiis suis Karolo atque Ludovico.
991. In qua positus custodia non multo post defecit. Quo defuncto, modo dicti duo adolescentes ad imperatorem Romanum
Aimoinus Flor. II, 1. fugerunt, apud quem et defuncti sunt. Francise vero proceres Hugonem Franciae ducem, Magni Hugonis filium,
987. assumentes, Noviomo illum regio sublimavere solio, eodem anno, quo prefatus rex obiit Lugdovicus. Sicque deficiente secunda regum Francorum linea, translatum est regnum in terciam generacionem, Dei hoc optante[d] iudicio, qui quos vult elevat et quos vult humiliat. Merovingi quippe a Meroveo rege quondam illi reges nuncupabantur[e], qui primi regnaverunt in Franciam. Quae progenies regum perduravit usque ad regem Hildricum, qui etiam alio nomine Childericus nominatur. Cuius palatio prefuit Pipinus, filius Karoli Tuditis. Porro rex Childericus cum esset inutilis et ineptus, iudicio Zachariae Romani pontificis a Francorum proceribus in monasterium est detrusus et monachili tunica palliatus, et Pipinus regali solio

*) *Haec longius in Historia Francorum ita habentur:* Et eodem anno Vulfaldus abbas monasterii sancti Benedicti Floriacensis presul efficitur urbis Carnotensis. Erat enim vir strenuus et sapientissimus. Hic enim Floriacense monasterium vallo munivit et muro. Huius etiam temporibus Malbo[f] Britannorum episcopus ex oppido quod Sancti Pauli dicitur corpus eiusdem presulis sancti Pauli secum ad Floriacense detulit cenobium cum multis ornamentis, et Osvaldus, nepos Odonis Cantuariorum pontificis, in eodem sancto monachum professus est cenobio. Sed inde demum adsumptus et ad nativum solum revocatus, Eboraci consecratus est episcopus. Qui ut devotionem, quam erga patrem habebat animo Benedictum, factis ostenderet, in insula illa cenobium sub eiusdem nomine gloriosissimi confessoris construxit, quod Ramesense nominavit, et multis Floriacensem locum honestis muneribus locupletavit. Precedenti etiam tempore sub memorato rege quidam pontifex de Britannia veniens cui nomen erat Hedrem, et in Floriacensi loco monachilem assumens tunicam, corpus beati Mauri martyris secum detulit, quem constat Romae passum sub Celerino prefecto, imperantibus imperatoribus Karino et Numeriano. Sed et alter nichilominus ad eundem veniens cenobium
16 Abbas quoque Ricardus[16], qui ante Vulfaldum Floriacensi prefuit loco, adtulit ibidem non modicam sanctae crucis portionem et partem spongiae qua cruce depositum totum est sacratissimum corpus nostri Redemptoris.

a) anne l. b) pictanorum l? c) est — terciam generationem *secunda manu* l. d) *fortasse:* aptante? e) nonc. l. f) *ita c. Bern.*

10) Hugonis Flav. errores novis auxit. 11) Cf. Willel. Gem. IV, 15, qui haec aliis verbis narrat. 12) Gisela, Rodulfi regis soror, patri Heinrici regis nupsit; Heinrici successor Conradus regnum Burgundiae obtinuit. 13) a. 986. 14) De hoc Ludovico in cod. Bernensi N. 90 haec in margine leguntur plane fabulosa: *Hic in pago Vinmaco pugnavit contra Normannos, et deleto eorum exercitu, quem de transmarinis conduxerant partibus, maximo tropheo potitus est.* 15) *apud Aurelianis* Hist. Senon. 16) Richardum Vulfaldo successisse, Aimoinus Mir. S. Benedicti I, 7. tradit.

sublimatus. Pipino vero successit filius eius Karolus Magnus, qui etiam postmodum Romanorum extitit imperator. Sed et Karolo successit Lugdovicus Pius imperator. Qui cum quatuor genuisset filios, imperium suum illis divisit; unde inter eos magna discordia crevit; et commissum est ab eis bellum Fontanidum in Burgundia die ascensionis dominicae. In quo prelio magnus ex utraque parte contritus est exercitus. Karolus tamen, eorum frater iunior, quem ceteri fratres exheredare volebant, victoriam obtinuit; et ab illo die usque in hodiernum diem regnum Francorum manet ab imperio Romanorum seiunctum ac separatum. De cuius Karoli regis stirpe fuerunt omnes isti reges, quorum hic actus expressimus, usque ad Lugdovicum istum, de quo modo pauca premisimus; qui cum sine liberis decessisset, proceres Franciae, sicut etiam paulo ante premisimus, provexerunt super se Hugonem Magnum, Hugonis ducis Franciae filium.

8. Hugo igitur Francorum dux, Hugonis Magni filius, regni Francorum dignitatem adeptus anno incarnati verbi 987, regnavit annis circiter 11.* [Porro* iste Hugo ascivit sibi in 987.
consorcium regni Hugonem filium suum[17], qui a quibusdam Capet solet appellari. Qui cum[b] 17
septem annis cum patre regnasset, decessit adhuc superstite rege genitore suo.]

Anno denique incarnacionis dominicae 983. imperator Otho secundus est defunctus [et Aquisgrani sepultus c], et Hugo Flav.
succesit ei filius eius tercius Otho. Qui cum in Romana sede papam constituisset, Iohannes Crescentius, unus de
nobilibus Romanorum, illum apostolica sede privare presumpsit. Quod prefatus audiens imperator, Romam venit, et
papam illum sicut presumptorem et destructorem sanctae Romanae ecclesiae violenter ac turpiter a sede deposuit, et occiso Crescencio, Gerbertum ibidem ordinari precepit. Qui propter sciencism qua polebat quasi per quosdam gradus in ecclesia sancta per intervalla temporum meruit exaltari. Nam primum Remensium, ac demum Ravennacium adipisci meruit presulatum; ad ultimum vero apostolice sublimitatus est in cathedra, ubi etiam sedit per annorum multa curricula.

Anno eciam incarnacionis divinae 988. imago Crucifixi intra urbem Aurelianensem in ecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli posita lacrimare visa est. Sequenti vero anno memorata civitas igne conflagrata est. Sed Arnulfus eiusdem urbis venerabilis episcopus sua sollercia sanctae Crucis reparavit ecclesiam. Ipsa etiam tempestate Roma maxima ex parte igne conbusta est, et ecclesia sancti Petri vastari cepit ab eodem incendio. Et cum iam ibi nichil humana prevalerent auxilia et trabes lammiais aereis coopertae arderent, omnis pleba urbis ibidem adcurrens apostolorum cepit implorare suffragium. Et mox ignis sopitus est et extinctus.

Anno** proinde incarnacionis dominicae 994.[18] ecclesia sancti Martini Turonis concre- 18
mata est. Pro qua Herveus, eiusdem ecclesiae thesaurarius, vir nobilis atque sanctissimus, extruxit a fundamentis hanc quam nunc cernimus ecclesiam miro decore. Porro rex Francorum Hugo anno regni sui undecimo Miliduni defungitur, et in ecclesia sancti Dionisii 996.
tumulatur, relinquens sibi successorem filium suum Rotbertum.

9. Rotbertus igitur, Hugonis regis filius, patri suo successit in regno anno incarnacionis dominicae 995, et regnavit annis 34. Hic*** fuit vir mansuetus et admodum litteratus, habuitque uxorem sapientem nomine Constanciam, filiam Guillelmi Tholosani comitis[19], quae 19

*) *Hist. Franc. add.*: Hugo denique postquam sublimatus est in regno, statim Robertum filium suum Aurelianis coronari fecit. Regnavitque cum prefato filio suo Roberto circiter annis 9. In quibus ordinari fecit in Floriacensi cenobio venerabilem abbatem Abbonem, tam seculari quam litterali scientia preditum. Qui demum incarnationis dominicae anno 1004. a perfidis Wasconibus in quadam prefati monasterii cella martirizatus occubuit, et nunc usque ad eius sacrum tumulum divina gratia magna fiunt miracula.

**) *Hist. Franc. ita*: Anno denique incarnationis dom. 984. ecclesia beatissimi Martini Turonis igne cremata est. Pro qua Herveus, thesaurarius ipsius sancti presulis, iecit fundamentum huius ecclesiae quae hodie cernitur. Interim vero iacuit corpus sancti Martini in ecclesiola quae est intra claustrum annis 20.

***) *Hist. Franc. ita*: Hic rex religiosus precepto patris vivente patre Aurelianis in regem coronatus est, anno dom. inc. 987 (986. *Ch.*), regnavitque cum eo 9 annis. Duxit autem uxorem Constantiam, filiam Guillelmi comitis Arelatensis, natam de Blanca, sorore Gaufridi comitis Andegavensis; ex qua genuit 4 filios, Hugonem qui cognominatus est Magnus, Henricum, Robertum, Odonem. Ex his Hugonem Compendii coronari fecit in regem adhuc vivens; qui patri accessit in regnum, non successit, quia adhuc vivente patre iuvenis defunctus est. Hic rex mansuetus et mediocriter litteratus honestavit regnum suum ecclesiis sanctis et edificiis. Inter quas edificavit *etc. (v. infra n.* ** *p.* 386.)

a) Porro — suò *linea transducta delevit manus altera in* 1. b) con 1. c) et A. s. *delentur in* 1.

17) Haec falsa esse facile patet. Hugo regni consortem fecit Rotbertum, qui post patrem regnavit. Hic vero Hugonem filium regem nominavit et mox mortuum vidit, v. infra c. 9. 18) Ann. S. Martini Turon., Bouquet X, p. 225, hoc a. 997. ponunt. De Herveo cf. Glab. Rod. III, 4. 19) Cf. Vaissette, Histoire de Languedoc II, p. 601, qui haec recte dicta esse monet. Hist. Francorum Constantiam Arelatensis comitis filiam habet, et ita Aimoinus (supra p. 376); sed haec et quae de matre Blanca refert a vero recedunt; nam Arsindis, filia Geufredi, Willelmo Tolosano nupsit.

genuit ei quatuor filios, Hugonem videlicet, Henricum, Odonem atque Robertum. Iste proinde rex anno incarnacionis dominicae 997. Burgundiam cum triginta milibus hominum intravit, et Guillelmum comitem Transsagunnanum[20], qui ab eo defecerat, graviter devastavit, et eius terram sibi vi maxima subiugavit.

Hugo Flav. 1014. Anno denique incarnacionis Christi 1002. imperator Otho tercius est defunctus, et successit ei filius[21] eius Henricus. Porro iste Henricus anno regni sui septimo, incarnacionis vero dominicae 1011[22], a Benedicto papa in urbe Romana imperiali corona meruit coronari.

1004. Anno quoque incarnacionis dominicae 1003. Abbo[23] venerabilis Floriacensium abbas propter zelum regularis disciplinae, quem[a] sectabatur, apud quamdam ipsius cenobii possessionem in Wasconia sitam martirizatus est. Ad cuius nunc tumulum divina gratia magna fiunt miracula. Cui successit domnus Gaulinus[b], qui etiam postmodum Bituricensium obtinuit presulatum[24]. Cuius temporibus, anno scilicet incarnacionis Christi 1026. concrematum est Floriacense cenobium; sed insistente memorato Gaulino archipresule Biturigensium, infra biennium est restauratum et enceniatum. Extruxit etiam ibidem ipse Gaulinus turrim ex quadris lapidibus ad occidentalem prefatae ecclesiae plagam; sed tamen eam morte preventus consummare non potuit. Intulit proinde in eadem ecclesia porcionem non modicam sudarii domini nostri Iesu Christi, et inclusit illam in aurea dextra, quam his versibus decorari fecit extrinsecus:

Gaudia leta fert manus ista,
Sindone Christi plena refulgens.

Fecit et alia multa, quae recensere per singula longissimum est.

Sed et Rotbertus rex regnum suum venustavit edificiis magnis et ecclesiis sanctis. Aedificavit[**)] enim in urbe Aurelianensi basilicam sancti Aniani[25] et ecclesiam sanctae Mariae matris Domini inter murum et vallum. Sancti quoque Hylarii capellam edificavit ante palacium suum. In Aquilina[26] etiam silva sancti Leodegarii extruxit ecclesiam, et sancti Me-

*) *In Hist. Franc. haec leguntur:* Floruit his temporibus in Floriacensi cenobio Gallinus[b] abbas egregius, qui propter suorum probitatem morum et animi[b'] libertatem a rege Roberto cum abbatia Floriacensi Bituricensem obtinuit pontificatum. Cuius diebus superius nominatum Floriacense cenobium casuali conflagratum est incendio; sed eo insistente i. b. e. r. et e. Concrematum est autem anno inc. dom. 1026. [3. Kal. Augusti septima sabbati *add. Ch.*] Preterea domnus Gaulinus secundum cordis sui magnificentiam turrim ex quadris extruere[c] cepit lapidibus ad occidentalem prefati monasterii plagam; sed eam morte disturbatus reliquit imperfectam. Porro multis ipsam satratissimam aedem prefatus[d] abbas honestavit ornamentis. Inter quae analogium Hispanico metallo fieri fecit fusoria arte compositum[e]; cui preminet deaurata aquila pansis[f] alis. [Turibulum denique aureum pulcherrimi operis et copiosae quantitatis, chorum etiam psallentium tabulis Hispanici cupri circumdedit opere fusili. Has columnarum seiunxit interpositione celeberrimo scalpro comptarum. Fecit quoque 18 tholos eiusdem metalli sparsim eidem choro desuper infixos. Parietemque post priorum dorsa tabulis fragineis compegit, porphiretico marmore a foris indutis. Stationem quoque suae sedis eodem marmore decoravit. *Ch.*] Intulit etiam isdem[g] Gaulinus eidem ecclesiae[h] non modicam portionem sudarii d. n. I. Chr., inclusitque illam aurea dextra, quam his versibus depingi fecit extrinsecus: *Gaudia . . . refulgens.* Constituit etiam[i], ut ipsa dextera annuatim deportaretur[k] in circuitu castri ipsius die ascensionis Domini in feria quinta, ut hac benedictione fidelium populus munitus cum gaudio remearet[l] ad propria. Fecit et alia plura quae recensere per singula nimis longum nobis esse videtur.

) *Hist. Franc. loco supra pag.* 385 *n.* * *allato ita pergit:* Inter quas edificavit in u. A. monasterium s. A. et ec. s. M. m. D. necnon et sancti confessoris Hyl. a. p. s. Extruxit etiam ecclesiam sancto Leodegario in silva Aquilina[m] et sancto Medardo in Vitriaco castello. Edificavit quoque[n] monasterium sancti Reguli in civitate Silvanectensi et sanctae Dei genitricis Mariae in Stampensi castro, apud Augustudunum denique edificavit sancti Cusiani monasterium. Sed et Parisius construxit e. s. N. in p. s., et item ecclesiam sanctae Mariae in Pisciaco castello. Sub memorato denique principe anno dom. inc. 1014. dedicata est Turonis ecclesia[o] memorata (*supra l. l.*) sancti Martini ab Hugone archipresule Turonensi. Hac preterea tempestate Fulco c. A. ed. c. in t. s. in h. s. Sepulchri.

a) *ita* 1. b*) Gaulinus *Ch.* b) a. sui *Ch.* c) construere *Ch.* d) p. a. *desunt Ch.* e) compactum *Ch.* f) spansis *Ch.* g) i. g. *desunt Ch.* b) e. sanct e p. n. m. *Ch.* i) denique *Ch.* k) deportetur *Ch.* l) remeet *Ch.* m) aquilino *cod. Bern.* n) *deest Ch.* o) s. M. ecclesia *Ch.*

20) De quo cf. Glaber Rod. III, 2; Transsagunnanus i. e. trans Ararim (*Saone*). 21) Nota scriptoris errorem. 22) Ita pro anno 1014. iam Hugo Flav. 23) Cf. Glaber III. 3. et supra p. 385 n. * 24) anno 1013; cf. Helgaldi Vita Roberti c. 29. 25) Cf. Helgaldi V. Roberti c. 23 sq. 26) Iveline.

dardi apud Vitriacum castrum. Sancti quoque Reguli basilicam edificavit in urbe Silvanectensi, et apud Augustidunum sancti ecclesiam Cassiani. Construxit etiam duas ecclesias sanctae Dei genetricis Mariae, unam in Stampensi castro et alteram in Pisciaco. Parisius denique construxit ecclesiam sancti Nicholai in palacio suo. Huius etiam in diebus Fulco comes Andegavensium edificavit cenobium in honorem sancti Sepulchri in territorio suo. Idem quoque comes Fulco dimicavit cum Odone comite Carnotensium apud Pontilevium [27], ubi nunc habetur ecclesia sanctae Dei genetrici dicata. Iste Odo fuit Tetbaudi comitis filius, ex sorore Herberti Trecorum comitis progenitus. Et is Odo genuit alterum Odonem ex Berta, filia Conradi regis Burgundiae. Sed et comes Fulco genuit Gaufridum Tuditem. Porro iste Gaufridus construxit in suo territorio sanctae Trinitatis cenobium apud Vendocium castrum. 27

Anno preterea incarnacionis divinae 1026. Richardus, primi Richardi filius, Iherosolimam proficiscens, 700 peregrinos secum duxit, quibus omnibus subsidia victus sufficienter amministravit [28]. Iste etiam in Fiscannensi cenobio monachos posuit, et eis ad usum cotidianarium predia multa contulit. Qui ex hac vita decedens [a], reliquid sibi successorem filium suum Rotbertum. Hac preterea tempestate firmata est pax quae treuga vocitatur. Statutum est etiam in sexta feria et in sabbato a carnibus abstinere. 1026. Hugo Flav.

Porro [*] rex Rotbertus cum iam se senio gravari conspiceret, Hugonem filium suum participem sui constituit regni. Verum modo dictus Hugo sexto regni sui anno defunctus est. Rex quoque Rotbertus non multo post Miliduni defungitur, et apud Sanctum Dionisium sepelitur [29], relinquens sibi successorem filium suum Henricum. Porro instante obitu regis Rotberti pluviarum inundatione diversis in regionibus flumina excrevere; sed pre ceteris Liger suas metas preteriit, ita ut villas penetraret et casas everteret et ovilia cum ovibus raperet et ruricolarum nonnullos pueros interficeret [30]. Cometes etiam septimo Idus Marcii per trium dierum spacium apparuit. Et sequenti anno grando mense Iulio vineas et arbores contrivit [b]. Unde e vestigio per triennium subsecuta tam valida fames, ut mures et canes ab hominibus vorarentur [31]. 1017. cf. Ann. Flor. 1025. 1031. 29 Ann. Flor. a. 1013.

10. Henricus [**] igitur patri suo succedens in regno anno incarnacionis dominicae 1032, regnavit annis 27. Huius mater Constancia magnam regni porcionem post funus mariti in suum conabatur rettnere dominium, urbem scilicet Silvanectensem et Senonensem et castellum Bistisiacum [32] et Donnum Martinum [33] et Putoolum et Milidunum et Pisciacum [34] et Codiciacum. Multos etiam Franciae et Burgundiae proceres sibi conciliaverat et a filii fidelitate seiunxerat. Quod [***] Henricus [c] non tulit, sed adorsus Pisciacum, mox illud suum retorsit ad 1031. 34

[*]) *In Hist. Franc. haec ita leguntur:* Verum sepe nominatus rex Rotbertus iam senior factus, H. f. s. p. s. c. r. Sed Hugone sexto r. s. a. defuncto, Henricum eius germanum, virum armis strenuum, suum iterum sublimavit in regnum. (*Apud Ches. haec ante verba n.* * p. 386 *relata leguntur, post n.* ** *vero sequentia.*) Verum instante obitu memorati regis R. p. i. d. in r. fl. suos preteriere terminos; sed p. c. Liger [suas preterilt metas *Ch.*], ita ut v. p. c. e. [et *Ch.*] o. c. o. r. et r. n. p. i. Cometes etiam ardens app., et s. a. magno grandinum imbre Iulio mense vineae cum sationibus sunt protritae. Per tr. denique e v. s. est t. v. f., ut m. et c. ab h. v. — Precedenti tamen tempore duobus principibus Franciae inter se dissidentibus, Odone videlicet Carnotensium et Fulcone Andegavensium, commissum est inter eos prelium in loco quod Pontilevium nuncupatur. In quo prelio Fulco comes victoriam obtinuit.

[**]) *Hist. Franc. post verba n.* * *relata pergit:* Henricus igitur, defuncto patre Roberto, regnavit annis fere 25 [d]. H. m. C. maximam r. p. in suam p. f. m. detorserat dominationem, S. sc. u. atque Sen., cast. etiam B. et D. M. Puteolumque et Meledunum, necnon et P. et C. Multos.... fidelitate mala fraude subduxerat. Inter quos precipue Odonem Campaniae comitem sibi devinxerat; cui medietatem Senonicae civitatis donaverat.

[***]) *Hist. Franc. ita:* Henricus igitur rex, contractis undecumque validissimis copiis, bellum cum matre sua Constantia primo conseruit (Verum rex Henricus cum esset miles acerrimus, et matrem adversus eum calcitrantem cita devicit fortuna, et perfidorum machinamenta procerum sua pessundedit prudentia. Siquidem prima congressionum suarum principia cum matre conseruit Constantia *Ch.*), et castrum adorsus Pisciacum, mox.... obsedit atque recepit. Q. c. C. mox ab eo d. exp., et deinceps quo advixit tempore sibi fidelis extitit. Deinde Odonem aggressus comitem rex Henricus, Gornacum castrum illi abstulit, et Sen. urbis partem ad s. iterum d. revocavit. Post hec vero cum marchione Flandrensium Balduino Hugonis Bardulfi castrum Merelis-villam [e, 35] evertit, et [f] Petneram [36] castrum biennali [g] obsessione conclusum [36] suam redegit in potestatem.

a) descedens l. b) contrivit l. c) herricus l. d) XXX *Ch.* e) merisvillam *Ch.* f) et *deest Ch.* g) biennalli *c. Bern.*

27) Pont-Levoy. Cf. Fulconis hist. Andegav., etiam Aimoini Mir. S. Benedicti II, 9. 28) Fictitia haec peregrinatio, cuius alius scriptor nullus meminit. BOUQ. 29) Cf. Glaber. Rod. III, 9. 30) Cf. CONT. 31) Cf. Ligeritum fluvium, Bouq. X, p. 606. 32) Betisy. 33) ad Coucy. 34) Poissy et Pontoise. 35) cuius situs non constat. 36) Petiviers.

dominium. Demum vero Puteolum obsedit et cepit. Quod cernens Constantia, ab eo dextram expeciit. Post haec autem aggressus est rex Odonem comitem, et abstulit[a] illi Gorniacum[37] castrum. Senonicae quoque urbis partem, quam illi regina Constantia dederat, ad suum postmodum retorsit dominium.

Per[*] idem quoque tempus, hoc est anno incarnationis Christi 1037. supradictus comes Campaniae, 5
Hugo Flav. Odonis filius, cum esset nepos ex sorore Rodulfi regis Burgundiae, et Rodulfus sine liberis decessisset, in honorem eius irruit, et fines Burgundiae subintrans, obtinuit civitates et castella usque ad Iurum et ad montem Iovis, obsedilque Viennam. Quae ea condicione ei a civibus reddita est, ut prestituto termino in eadem urbe rex appellari et coronari debuisset. Infra hoc tamen terminum expedicionem movit in regnum Lotharingiae, et Bar castrum cepit; et dimissis ibidem quingentis militibus, ad alia se convertit. Porro Rodulfus rex Burgundiae regnum imperatori reliquerat 10
cum lancea sancti Mauricii, quod erat insigne regni Burgundiae. Audiens vero imperator, Odonem Burgundiam invasisse, misit contra eum Gozelonem ducem tocius primae Reciae, qui et exercitum eius fudit et ipsum
1037. Odonem multis laceratum vulneribus interfecit. Eius tamen corpus Turonis est perlatum ac tumulatum. Cui successere filii duo, Tetbaudus et Stephanus. Quorum Tetbaudus Carnotensem et Turonensem sortitus est urbes, et Stephanus factus comes Meldensium et Trecassinorum. Sed hii ambo 15
postmodum, iuncto sibi comite Vadensium Rodulfo viro bellicosissimo, contra regem Henricum rebellare ceperunt. Sed rex primum cum Stephano congressus, illum superavit, comite Rodulfo bellica sorte retento. Demum vero incitavit Goffridum Tuditem comitem Andegavensium contra Tetbaudum. Qui regis assensu urbem obsedit Turonicam. Quod audiens Tetbaudus, cum suis viribus ilico affuit. Cum quo Gaufridus congressus, illum protinus 20
superavit et cepit cum septingentis et sexaginta militibus. Quem etiam tandiu vinculis tenuit
38 compeditum, donec ab illo prefatam extorqueret civitatem[38].

Interea vero rex Medandicum Galerannum[39] devicit et exheredetavit. Ipso etiam tempore Hugo Bardulfus, vir non contemnendae virtutis ac nobilitatis, contra regem Henricum Pitueris[40] castrum munivit. Sed rex biennio illud obsidens ad dedicionem conpulit[b], et 25
memoratum Hugonem honore spoliatum de terra effugavit.

Hugo Flav. Anno preterea incarnacionis dominicae 1035. comes Rotbertus, Richardi principis Normannorum heres et filius, a Hierosolima rediens, apud Niceam[c] urbem defunctus est, relinquens sibi successorem Willelmum filium suum. Qui a Normannis exheredatus, ad regem Henricum venit in Franciam, a quo benigne susciti et postmodum feliciter meruit heredari. Anno[**] quippe incarnacionis dominicae 1047. sepe- 30
dictus rex Henricus cum tribus tantum milibus armatorum commisit[d] bellum cum 30 milibus Normannorum, et eos superavit, et memoratum adolescentem Guillelmum eis vi superposuit[41].

Hugo Flav. Precedenti tamen tempore, hoc est anno incarnacionis dominicae 1045. Henricus imperator duxit uxorem Agnetem, Gillelmi comitis Pictavensis filiam, apud Byzuncium urbem. Per idem quoque tempus Leo papa 35
1050. in Galliam venit et ecclesiam sancti Remigii Remis consecravit[42].

Rex etiam accepit in coniugium[e] filiam regis Russorum Annam, quae[***] ei tres genuit

*) *Hist. Franc. ita:* Anno denique inc. dom. 1037. memoratus[f] Campaniae comes, videlicet Odo, contra Alamannos et Lotharingios nimio fastu ducens exercitum, magnum de se eis prebuit triumphum. Nam commisso prelio cum prepotentissimo[g] Alemannorum[42a] duce Gotelone, multa 40
suorum amissa copia, terga vertit et confossus occubuit. Quo defuncto, Tietbaldus, filius eius[h] maior natu, Carnotensem urbem et Turonensem sibi vendicavit, minor vero frater Tetbaldi nomine Stephanus Meldensium et Tricassinorum sortitus est civitates. Sed hi a. c. r. H. r. c. Rex autem p. c. St. c. i. facile sup. atque fugavit, c. R. r. Metlandicum[i] etiam post haec devicit Galerannum, quem exheredatavit[k] et terram eius sibi subiugavit; 45
demum autem Gaufredum A. c. contra Tietbaldum comitem excitavit; unde eius natu comes Gaufredus urbem obsidione cinxit Tur. Quod a. T. c. s. v. eo tetendit; sed Gaufredus ei obviam procedens, cum eo viriliter decertavit eumque superavit et c. s. et s. m. cepit; a quo etiam eodem tempore Turonicam extorsit civitatem.

**) *Hist. Franc. ap. Ch. haec ita habet:* Anno denique i. d. 1047. saepe nominatus rex .... Norman- 50
norum eosque superavit, et venerabilem adolescentem Willelmum, magni Normannorum principis Roberti filium, eis vi superposuit, quem exhereditare volebant. Hic rex, pacato sibi regno, uxorem duxit nomine Annam, filiam Georgii Sclavi, regis Rutiorum. *Cod. Bernensis horum loco Willelmum Gem. sequitur, pergit vero n.* ***

***) *Hist. Franc. ita:* ex qua filios tres, Philippum, Robertum atque Hugonem Emmamque filiam 55
genuit; ex quibus Robertus puer mortuus est (ex qua g. filios tres, Ph. R. Hugonem *Ch.*).

a) abtulit 1. b) cunpulit 1. c) miceam *seu* nucesm 1. d) cummisit 1. e) coniugium 1. f) m. princeps C. c. *Ch.* g) pot. *Ch.* h) *deest Ch.* i) medandicum *Ch.* k) et exh. *Ch.*

37) Gournai-sur-Marne. 38) Cf. Glab. Rod. V, 2. Gem. VII, 17. et Hist. Norm. ap. Bouq. XI, p. 148. 39) Mellendensis ap. Willelmum Gem. V, 10. audit, i. e. de Melun. 40) Petiviers. 41) Cf. Will. 42) Cf. Will. Gem. VII, 15. 42a) i. e. Theutonicorum. 60

filios, Philippum videlicet, Hugonem atque Rotbertum. Quorum Rotbertus inmatura morte decessit. Ipse* proinde rex Henricus construxit ecclesiam ante menia Parisiacae urbis, in honorem sancti Martini.

Hac denique tempestate quidam miles Normannus nomine Richardus, vir quidem strenuus et ingenuus, sed non magnae nobilitatis, cum quibusdam militibus suae gentis oracionis causa montem Garganum expeciit. Sed cum peragrata Apulia animadvertisset[a] homines 1016. 1017.
eiusdem terrae esse desides et inertes, ibidem remansit et socios suos secum retinuit. Demum vero mandavit hominibus suae terrae, ut, si vellent diviciis et honoribus ditari, ad eum confluerent. At illi deni ac viceni ceperunt crebro ad eum confluere. Inter quos nepos prefati Richardi Rotbertus eo profectus est. Qui[b] cum numero viribusque valde crevissent, magnam provinciae partem sua sibi subposuere industria. Verum memoratus Rotbertus cum esset vir ingenii acrioris, Siciliam et Calabriam postmodum suo sibi subiecit ingenio. Et cum vivendi finem fecisset, duos reliquit filios, Rotgerium et Buiamundum. Quorum Rotgerius dux nobilis fuit, et Buiamundus pene totum orbem fama suae replevit industriae. 1085.

In Romana vero cathedra Leoni papae Benedictus[43], et Benedicto Iohannes, et Iohanni[43] Clemens successit. Porro contra istum Clementem Romani insurrexerunt, et eum a sua 1046.
cathedra pepulerunt. Sed Henricus imperator hoc audiens Romam venit, et illum suae sedi restituit. Eodem tamen anno memoratus imperator ex hac vita decessit, et Henricus ter- 1056.
cius[44] illi successit. Papae quoque Clementi Victor[45], et Victori Stephanus, et Stephano successit Nicholaus. Rex** autem Henricus anno incarnacionis dominicae 1058.[46] Philip- 1058.
pum filium suum duodennem[47] consecrari fecit die pentecostes Remis a[c] Gervasio archiepiscopo, astantibus viginti duobus Franciae, Burgundiae et Aquitaniae archiepiscopis et episcopis et abbatibus multis. Affuerunt eciam duo Nicholai papae legati, Hugo videlicet Bisunciensis archiepiscopus et Hermenfredus Sedunensis episcopus. Sequenti vero anno defunctus est rex sepedictus Henricus, et apud Sanctum Dyonisium tumulatus, relinquens*** filio suo 1060.
regi Philippo nondum adulto tutorem comitem Flandrensium Balduinum, virum sibi fidelissimum et honestum.

11. Philippus igitur regnum assecutus est Francorum anno incarnacionis divinae 1059, regnavitque annis ferme 40. Cuius mater Anna, Henrici relicta, nupsit Rodulfo comiti[48], viro nobili et generoso.

Et cum nondum esset rex Philippus adultus, quidam proceres Franciae Hispaniam intraverunt, et Barbastam urbem[49] expugnaverunt atque ceperunt. Hac etiam tempestate, hoc est anno incarnacionis dominicae 1065. cometes apparuit per trium spacia mensium; et eodem anno Willelmus comes Normannorum Anglis bellum indixit. Siquidem rex Anglo- 1066.

Hugo autem[d] factus iuvenis uxorem duxit filiam Herberti Vermandorum comitis (c. Vermandensis, natam ex filia Rodulphi comitis *Ch.*), per quam obtinuit comitatus duos, Vermandensem et Vadensem; de qua genuit Rodulfum, qui ei successit in regnum. (Vadensem. Ex qua cum genuisset filios et filias, divino amore succensus, cum exercitu Gallorum et Germanorum Ierosolimam profectus est, et in hoc itinere defunctus est. *Ch.*)

*) *Hist. Franc. haec habet post verba p.* 388 n.* *aliata:* Denique r. H. c. e. prope m. P. u. inh. s. M. *additque quae supra leguntur:* Comes autem[e] suprataxatus Gaufredus extruxit sanctae Trinitati cenobium apud Vendocinum castrum.

**) *Hist. Franc. ita:* [Philippus vero adhuc puer hoc ordine in regem sublimatus est *Ch.*] Anno ab inc. Dom. 1059. prefatus rex Henricus senio se gravari conspiciens, Philippum[f] filium suum consecrari fecit in die pentecostes ante altare beatae Mariae a Gervasio tunc Remensi archiepiscopo, astantibus quam plurimis Franciae, Burgundiae et Aquitaniae archiepiscopis et episcopis 22. Adfuit etiam Hugo Bisuntinus archiepiscopus, Nicholai papae legatus. Adfuerunt abbates quam plurimi et primates regni, Guido dux Aquitaniae, Hugo, filius Roberti ducis Burgundiae, cum aliis multis. [Non multo post defuncto patre, puer positus est sub custodia Balduini Fl. c. qui *etc. n.*⁰⁰⁰ *Ch.*]

***) *Hist. Franc. ita:* (Philippum vero filium suum sub tutela Balduini Flandrensis comitis constituit), qui eum nobiliter et fideliter educavit, et regnum eius strenue rexit ac[g] defendit.

a) animavertisset 1. b) Qui — nundoniam expeciit *infra p.* 390. *l.* 8. (a. b) *secunda manu* 1. c) *deest* 1. d) vero *Ch.* e) etiam *Ch.* f) praefatum f. e. Ph. in d. p. c. f. *Ch.* g) et *Ch.*

43) Haec ante Leonis tempora facta sunt. 44) imperator, quartus rex. 45) Victor Leoni successit. 46) 1059. V. coronationis acta, Bouq. XI, p. 32. 47) corrige: *septennem*. ROUQ. CONT. 48) Vadensi et Crespeiacensi. 49) Hac de re cf. historiam Francorum ap. Chesnium IV, p. 88 editam. quam cum Hugone affinitate quadam coniunctam esse supra (p. 343) dixi.

cf. Hugo VI. rum Eduardus[a], cum non haberet filium, adoptaverat prefatum Willelmum, et suum ei reliquerat regnum. Quo defuncto, quidam comes Anglorum Hairaldus illum sibi preripuerat.
1066. Unde prefatus Willelmus copiosum adunavit exercitum, et cum septingentis navibus eo navigavit. Hairaldus autem audiens memoratum Willelmum Angliam intrasse, cum magno exercitu ei occurrit. Commissum est igitur prelium, et pugnatum est acriter utrimque; sed tandem superatus est Hairaldus et occisus. In quo prelio habuit prefatus Willelmus in agmine suo centum quinquaginta milia hominum. Post bellum autem ilico Willelmus Lundoniam[b] expeciit, ibique die natalis Domini receptus et coronatus est.

1067. Hoc etiam anno Turonensium et Andegavensium proceres suo principi Gaufrido bellum
Apr. 5. intulerunt, et eum in ipsa quinta feria, quae parasceven antecedit[50], intra civitatem Andegavensium ceperunt custodiae et mancipaverunt. Huius maliciae et prodicionis capita fuerunt frater ipsius Gaufridi Fulco et Gaufridus de Pruliaco et Rotbertus Burgundio et Adelardus Ticio, Rainaldus quoque de castro Guntarii et Girardus Berlai filius[51]. Super quos irruit divina ulcio ipsa eadem die. Nam pleps eiusdem urbis una conspiratione[c], hora circiter nona, Gaufridum de Pruliaco interfecit. Rainaldus etiam de castro Guntarii et Girardus Berlai filius ipsa eadem die perempti sunt, et Adelardus Ticio igne crematus et Rotbertus in
62 frusta dissecatus[52]. Fulco vero comes, qui fratris honorem sibi rapuerat, formidans ne rex Philippus pro perpetrata nequicia super eum irrueret et honore privaret, Vastinensem comitatum[53] ei reliquid. Porro Gaufredus et Fulco nepotes fuere Gaufridi Tuditis. Vastinensis enim comes Albericus, pater eorum, fuit gener ipsius. Tudites vero sine liberis defunctus est.

1067. Hac etiam etate Balduinus comes Flandrensium vita decedens filium suum Balduinum
1070. sibi successorem reliquid. Verum Balduinus iunior paucis patrem supervixit annis; sed succes-
1074. sit illi Rotbertus patruus eius[54]. Non multo post quoque defunctus est Vadensium comes Rodulfus, et successit ei Symon filius eius. Qui et ipse paucis diebus patrem supervixit; in quibus tamen satis strenue seculo militavit. Demum vero divinitus inspiratus, mundi pompam in ipso iuventutis suae flore propter Dei amorem deseruit, et in exilium perrexit, et
1082. Romam expeciit. Ubi positus, ad Deum migravit, et in porticu sancti Petri honorabilem adeptus est sepulturam. Ipsa etiam tempestate quidam adolescens Tetbaudus nomine,
1066. clarus genere, de territorio Senonico, castro Provinno, heremum expeciit; ubi et deguit per annos fere septem. Quibus expletis decessit, [et in eum Dei spiritus requievit[d]]; quem in quibusdam locis sepe magnis miraculis glorificare dignatur.

Hac iterum tempestate Sarraceni duce quodam rege Iuffeto[e] nomine mare transeuntes, terram Andefunsi regis Galliciae et Asturicae[f] occupaverunt. Andefunsus vero cum eis prelium conmisit[g]; sed superatus est. Qui cum sciret omnes Gallos ad bellum posse celeriter excitari, misit in Galliam, mandans proceribus regni, quia nisi sibi ferrent auxilium, cum Saracenis fedus componeret[h] et christianismum desereret. Quod audientes Franci, certatim se preparaverunt et eo perrexerunt. Sarraceni autem eorum audientes adventum, pavore perterriti, unde venerant remeaverunt. Franci vero Hispania pervagata reversi sunt ad propria.

a) euardus 1. b) nundoniam 1. c) cunsp. 1. d) et i. e. D. a r. *expuncta in* 1. *erasis post* quem *duobus verbis, post* locis *uno.* e) viffeto 1? f) asturciae 1? g) conmisit 1. h) cump. 1.

50) Ann. Andeg., Bouquet XI, p. 30, feriam quartam pridie Nonas April. indicant, et die crastina ultionem subsecutam esse dicunt. Cf. etiam Fulconis narrationem ib. p. 138. 51) Giraldus de Monasteriolo l. l. nominatur. 52) Robertus Burgundio, Rainaldi I. Nivernensis Autissiodorensisque comitis filius; .... plus triginta annis praelio in quo captus est Gaufridus comes superstes fuit, nedum eo ipso die in frusta discerptus sit. BOUQ. CONT. 53) le Gatinois. 54) Robertus, Balduini iunioris frater, Arnulphi, quem omittit Hugo, patruus fuit ac successor. BOUQ. CONT. Historia Francorum usque ad a. 1110. deducta (v. n. 49) ita narrat (Duchesne IV, pag. 88): *Ipse* (Balduinus) *autem non post multum tempus ex hac vita decessit, relinquens filium sibi aequivocum Balduinum, qui etiam paucis supervixit annis. Is quoque reliquit heredem nomine Arnulfum. Cui inimicans Rotbertus patruus suus, exheredare nisus est; quod et fecit. Arnulfus autem regem petens Philippum, auxiliari sibi ab eo exposcebat. Porro rex congregatis multis armatorum milibus, Flandriam petit, cum Rotberto congressurus. Rotbertus diffidens viribus, primo cum rege congredi timuit. Postremo assumpta audacia regium fudit exercitum ipsumque voti incompotem regredi in Franciam compulit. In qua pugna Arnulfus, nepos Rotberti, qui regem in auxilium sui invitaverat, cum pluribus aliis nobilibus occubuit. Rotbertus autem fratris sui Balduini obtinuit hereditatem.*

Interea vero rex Anglorum Guillelmus edificavit Cadomense cenobium in territorio suo, ditans illud possessionibus multis. Guido quoque comes Pictavensis in modo dicta urbe fundavit et construxit cenobium unum in honorem sancti Iohannis. Hac etiam tempestate quidam monachus nomine Girardus extruxit secus Ligeris flumen in territorio Autissiodorensi sanctae Dei genetricis Mariae cenobium, quod De Karitate vocatur. Alter quoque monachus nomine Giraldus, vir sanctissimus, edificavit alterum sanctae Dei genitricis Mariae cenobium intra Dordoniam et Varunnam in territorio Burdegalensi, quod Silvae maioris vocatur. Guillelmus etiam abbas Floriacensis ipsam quam regebat ecclesiam, multis incendiis devastatam et senio pregravatam[a], novo iecto edificare cepit fundamento; sed morte prereptus consummare non potuit. Proinde[*] rex Philippus, iam iuventute robustus, cepit uxorem filiam ducis Frisiae, quae genuit ei domnum Lugdovicum, presentis temporis regem, et eius sororem nomine Bertam. Porro anno incarnacionis dominicae 1041[55] Nicholao papae successit Alexander. Circa hos preterea dies obiit comes Tetbaudus, et successerunt illi duo filii eius Stephanus et Hugo. Quorum Stephanus factus est Blesensium Carnotensium atque Meldensium comes, et Hugo Trecassinorum. Guillelmo quoque regi Anglorum tres successere filii, ex Matilde Balduini Flandrensium comitis sorore progeniti, scilicet Rotbertus, Guillelmus et Henricus, et Adela soror eorum. Quorum Rotbertus, quem privatus genuerat, factus est comes Normannorum; Guillelmus vero, quem rex factus genuerat, regnum eius est assecutus. Adela autem soror eorum sortita est virum nomine Stephanum, comitem Carnotensium Blesensium atque Meldensium.

1066. 1028? 1078. 1061. c. 1080. 1087.

Anno denique incarnacionis divinae 1074. Alexander[56] papa decessit, et Hildebrandus, Romanae ecclesiae archidiaconus, illi successit, qui altero nomine Gregorius septimus appellatur. Consecratus est autem sine consensu et licencia imperatoris. Quod imperator moleste tulit. Papa vero noviter consecratus concilium celebravit, in quo inter alia decreta talem sententiam promulgavit: *Si quis episcopus vel abbas episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates recipiatur, nec ulla ei audiencia concedatur, nisi illam dignitatem, quam inlicite presumpsit, deseruerit.* Quod decretum imperator tanquam adversus se prolatum existimavit. Interea vero Saxones contra imperatorem facta conspiracione ducem quendam Rodulfum nomine regem creaverunt. Qui ilico ad papam direxit, pollicens illi, se omnem subiectionem servaturum fideliter, si suum illi favorem inpenderet. Cuius sponsionem papa libenter amplexatus est. Celebratoque postmodum alio concilio, Henricum imperatorem et omnes eius fautores exconmunicavit, et regnum

1073. 1074. Hugo Vird. VIII, 412. 1077.

[*]) *Hist. Franc. ita:* Philippus vero, filius Henrici Francorum regis (Rex vero *Ch.*), postquam ad iuveniles annos pervenit, regnum suum integrum recepit, et defuncto tutore suo Balduino comite[b], consilio Roberti Frisonis, filiam Florentii ducis Frisonum Bertam in uxorem duxit; ex qua Ludowicum et filiam nomine Constantiam genuit [atque[c] Henricum]. Quae cum edulta fuisset ad nubiles usque annos, nupsit Hugoni Trecassino comiti; a quo postea disiuncta propter consanguinitatem, nupsit Boismundo principi Barrensi, viro magnanimo et strenuo.

a) pergrav. 1? b) suo *add. c. Bern.* c) s. H. *desunt Ch.*

55) lege 1061. 56) Rectius haec in historia Francorum usque ad a. 1110. deducta (supra n. 49.) narrantur (Duchesne IV, p. 89): *Defuncto Alexandro papa, loco eius successit Hildebrandus, qui et Gregorius. Hic magna synodo Romae congregata, Aenricum imperatorem de quibusdam criminalibus ad se delatis accusabat. Imperator audiens se criminari, legitimam purgationem offert. Papa autem purgationem eius negat se recepturum; sed cum, cum imperio dignus non sit, anathemate feriendum, nisi coronam imperii deponeret. Quo nolente imperium deponere, contra voluntatem totius pene concilii eum excommunicavit. Quae res totum ecclesiae statum turbavit. Exigebat quoque idem papa ab eo dimitti dominationem omnium sui imperii ecclesiarum, ne cui baculum pastoralem donaret, iuxta quod in antiquorum statutis continetur patrum. Quod ille facere renuit. Haec fuit iustior causa istius anathematis. Imperatore igitur ecclesiae communione privato, papa Gregorius quendam Rodulfum genere Saxonem pro eo regnare constituit. Hic a ducibus eiusdem imperatoris, qui ad bellum eum lacessierant, interfectus est. Post haec imperator legatos papae dirigit, iterum atque iterum satisfactionem super suis accusationibus offert. Papa vero in sua perseverante sententia, Romam cum magna armatorum manu tendit, eamque per aliquod tempus obsidet. Qua tandem recepta, Guitbertum Ravennatem episcopum pro Gregorio papam constituit, qui mutato nomine dictus est Clemens. Gregorius vero in Apuliam aufugit, in qua quandiu supervixit commoratus est. Defunctus autem sepultus est Salernae in monasterio sancti Mathei. Loco ipsius abbas Cassinensis Desiderius ordinatus est, qui alio nomine vocatus est Victor. Quo obeunte, Odo, qui et Urbanus, de genere Francorum, ei succedit.*

1080. Italiae et Theuthonicorum ex Dei parte et sua ei interdixit, et ut nullus christianus ei sicut regi obediret prohibuit. Inprecatus est etiam, ut nec ipse nec fautores eius in aliqua belli congressione aliquas vires vel victoriam obtinerent. Rodulfo vero ex parte Dei et sua ut regnum regeret concessit, et absolutionem omnium peccatorum suorum tam illi quam omnibus sibi fideliter adherentibus indulsit, et suam largitus est benedictionem. Imperator tamen
1080 non multo post cum Rodulfo congressus, illum peremit. Demum vero furens atrociter Ro-
1084. mam venit anno incarnacionis dominicae 1084, et illam cepit et muros subvertit, et papam in turre Crescentis inclusit, et Ravennorum archipresulem ordinari precepit et in ecclesia sancti Petri sedere constituit, et eum Clementem appellari fecit. Gregorius vero inclusus in turre Crescentis, misit legatum ad Rotbertum ducem Apuliae, ut veniret et obsidionem [a] solveret. Quod ut imperator rescivit, ab Urbe cum prefato papa Clemente recessit. Post eius discessum Rotbertus affuit, et papam Gregorium secum usque Salernum perduxit; ubi et
1085. deguit, donec ex hac vita migravit. Quo apud Salernum ita decedente, clerus et populus, qui ei adherebat, Desiderium, montis Casini abbatem, in loco ipsius papam ordinaverunt,
1088. eumque Victorem nominaverunt. Qui non multo post defunctus est, adhuc Clemente superstite; et successit ei Odo Hostiensis episcopus, qui Urbanus est appellatus.

Hac preterea tempestate, anno videlicet incarnationis dominicae 1087. quidam Barenses egressi ab Italia Anthiochiam negociandi gratia navigabant. Quo dum tenderent [b], Mirream ad urbem cum tribus navibus applicuerunt. Invenientesque illam Christi cultoribus vacuam — Turci quippe illam devastaverant — graviter doluerunt. Tunc divinitus animati frege-
1087. runt sepulchrum sancti Nicholai, et tulerunt inde sanctissima ossa ipsius, et suam detulerunt ad urbem. In qua postmodum novam edificantes ecclesiam, illud venerabile thesaurum de-
1100. posuerunt. Anno preterea incarnationis divinae 1100. rex Anglorum Guillelmus, magnifici regis Guillelmi successor et filius, dum venationem exercet in silva quae adiacet Vindoniae urbi, a quodam milite sagitta percussus interiit. Ille tamen miles qui sagittam iecit illum inscientem percussit. Cervum quippe sagittare parabat; sed sagitta retrorsum acta regem insperate percussit et illum inopinabiliter interemit. Quod divino nutu contigisse non dubium est. Erat enim rex ille armis quidem strenuus atque munificus, sed nimis lascivus et flagiciosus. Verum antequam interiret, magnis sibi signis preostensis, si voluisset, corrigi debuisset. Nam dum sibi subitus peccatis suis exigentibus immineret interitus, in eadem insula in qua manebat sanguinis unda fetida per spacium unius diei emanavit ipso presente, quod dicebatur eius portendere mortem. Ipso etiam tempore apparuerunt alia signa stupenda in eadem insula, quibus, sicut iam dictum est, terreri et vitam suam corrigere debuisset. Quae iuventa stolidus et honore superbus contempsit, et semper incorrigibilis mansit. Unde Dei iusto iudicio subita et intempestiva morte preventus occubuit [c]. Cui successit frater eius iunior Henricus, vir sapiens atque modestus.

Precedenti tamen tempore, anno videlicet incarnacionis dominicae 1098. cum esset luna 25, stellae de celo cadere visae sunt pridie Nonas Aprilis, a media nocte usque ad auro-
57 ram [57]. Et eadem nocte Giraldus abbas Silvae maioris migravit ad Dominum [58]. Eodem
1095. etiam anno Urbanus papa venit in Galliam, et magnum apud Clarummontem concilium mense Novembrio celebravit. Imperium enim orientale a Turcis et Pincenatis graviter infestabatur, et iam Capadocia minor et maior et Frigia maior et minor et Bithinia simul et Asia, Galacia quoque et Libia [d] et Pamphilia et Isauria et Licia et insulae principales illarum regionum, Chio videlicet et Mithilena, ab eis captae tenebantur, et fiebant cotidie diversae cedes christianorum et derisiones in Christum dominum et in religionem nostram. Unde papa in memorato concilio exortatus est Gallorum gentem, quam noverat bellicosissimam, ut viriliter oppressis fratribus succurrerent, ne eorum temporibus christianismus in Orientis partibus penitus deperiret. Asserebatque, gloriosam et ineffabilem mercedem in celo assecuturos esse eos omnes, qui cruce Domini insigniti propter hoc negocium exequendum peterent sanctum sepulchrum. Monebat etiam, ut antequam barbari Constantinopolitanam urbem sibi subicerent, eo festinarent; in qua est statua, ubi Christus fuit ligatus et flagellatus, et clamis coccinea, qua fuit indutus, et spinea corona qua fuit coronatus, et flagellum quo fuit

a) obsidicionem 1. b) tenderet 1. c) occubuit 1. d) *fortasse:* Lidia.

57) Cf. Balderici Dol. hist. Hierosol. ap. Bongars p. 88. 58) Cf. Chron. S. Maxentii Malleacense, Bouq. XII, p. 403.

flagellatus, et arundo quam pro sceptro tenuit, et vestimenta quibus antequam crucifigeretur expoliatus fuit, et quedam porcio crucis in qua confixus pependit, et clavi quibus affixus fuit, et aliae simul sanctae reliquiae, quae magnum omnibus christianis generarent detrimentum si amitterentur. Denique omnes episcopi qui ibi aderant testabantur, omnes illos admiscendos sanctorum martyrum collegio, qui ab instanti procella christianismum defenderent, et absque dubio gloriosam in hoc seculo famam in eternum et in celo mercedem ineffabilem consecuturos. Ortabantur etiam, ut universi armis muniti succurrerent totis viribus pietatis fratribus christianis in periculo constitutis. Igitur non multo post videres inmensam plebis multitudinem a tota occidentali plaga catervatim eo voto spontaneo tendere, exercitum videlicet equitum ac peditum cum diversis telis et armis. Non pueros inprudencia, non senes debilitas, non mulieres sexus inbecillitas domi tenebat; sed omnes divinitus inspirati, non alicuius regis vel principis potestate conpulsi, explere tam laboriosum negocium alacriter properabant. Cum viris gradiebantur et feminae, necnon et pueri parvi. Potentiores tamen inter hos omnes et fama celebriores hii fuisse noscuntur[59]: Ademarus Podiensis episcopus, Raimundus comes Sancti Fgidii, Hugo frater regis Philippi, Rotbertus comes Normannorum, et alter Rotbertus comes Flandrensium, et frater eius Godofredus de Bolonia, Stephanus quoque comes Carnotensium, et Balduinus frater Rotgerii ducis Apuliae, et Buiamundus, et Tancredus eius consobrinus, et Petrus quidam heremita, qui peditum magnum conducebat exercitum. Sed et cum his erant plures alii proceres ex diversis regionibus, quorum nomina nunc sigillatim [a] recensere non necessarium est. Quos omnes, ubi Constantinopolitanam ad urbem convenere, suscipiens imperator magnis opibus honoravit, adeo ut munerum ipsius eorum nemo fuerit expers. Illi vero inde egressi, post multos labores ad Antiochiam perve- 1098.
nerunt, et eam per spacium octo mensium obsederunt. Quibus evolutis, et pluribus hinc et inde cotidianis concursibus interfectis, Deo auxiliante eam intraverunt. Turcus enim quidam, qui portam ipsius urbis custodire videbatur, tradidit eam illis, intromittens in ipsa latenter ante crepusculum lucis comitem Bauduinum[60] et Buiamundum cum exercitu copioso. Quod cives videntes, timore percussi fugerunt confestim ad municionem. Preerat urbi amiralius nomine Cassianus[61]. Qui protinus ad soldanum Persiae transmisit, ut ei succurreret. Porro christiani urbe potiti, magnam gentis profanae multitudinem detruncaverunt. Illi vero qui municionem intraverant novum circa se murum extruentes, magnis intus sese viribus defendebant. Soldanus autem Persiae Carbaram[62] nomine, audiens quod christiani Antiochiam cepissent, congregavit exercitum magnum, in quo erat ammiralius Iherosolimitanus et rex Damasci, Turcique et Arabes et Sarraceni et Publicani et Agulani multi. Et ecce iam tercia dies intuxerat, quod christiani civitatem intraverant, cum ille perfidorum ibidem affuit exercitus. Nostri vero urbe egressi, instructi et armati eis curaverant occurrere. Commissum est ergo prelium magnum in ipso civitatis introitu et protractum usque ad vesperum, et ex utraque parte cesi multi mortales. Sed ubi nox advenit, nostri intra muros se receperunt, et hostes haut longe sua fixere temptoria. Verum ipsa nocte quidam nostrorum, periculo quo artabantur intus et exterius perterriti, turpiter per murum se demittentes, fugere quam Deo spem suae salutis committere maluerunt. Illi vero qui remanserunt artabantur fortiter per dies 30, dum illi qui in municione erant positi eos urgerent desuper vehementer, et illi qui de foris erant pabulandi causa illos progredi modis omnibus prohiberent. Itaque ceperunt eis victualia deficere, et corripuit illos miserabilis fames. Unum enim ovum 15 denariis vendebatur, et una gallina solidis 15, sed et caseus unus quatuor libris denariorum, et modicum panis uno bisancio, et una nux uno denario. Folia fici et cardui quidam pro summis edebant deliciis, et quidam caballorum et asinorum et camelorum carnibus vescebantur, et nonnulli coria animalium coquebant et manducebant. Et cum ita affligerentur per dies 30, quadam die in ipso diei crepusculo divinis sacramentis premuniti, omnes unanimes foras eruperunt et sex acies contra hostes ordinaverunt. In prima acie fuit Hugo Magnus cum his qui aderant Francia, et in secunda dux Godefredus cum hominibus suae terrae, et in tercia Robertus Normannus cum Normannis, et in quarta episcopus Podiensis cum Aquitanis, et in quinta Tancredus cum Langobardis et Italiae viris; et in sexta fuit Buiamundus seorsum cum agmine copioso, ut si forte christianos ab hostibus urgeri conspiceret, confestim se eis conjungeret et auxiliculum [b] ferret. Videbatur quippe inter reliquos principes esse vir astucie singularis. Porro intus Sancti Egidii comes remanserat Raimundus, vir egregius, cum aliquantis custodiens temptoria christianorum, ne Turci de municione [c] descendentes ea sibi caperent aut comburerent. Carbaran quoque in duobus cuneis totum suum divisit exercitum. Tunc signo elato conflixere acies compositae, et cesi sunt plurimi ex utraque parte; sed tandem Carbaran Dei virtute perterritur fugit. Quod cernentes nostri, magno ad celum clamore sublato eis viriliter insistebant. Tunc et illi qui temptoria custodiebant [d] certatim omnes fugae se crediderunt, relinquentes temptoria sua. Nostri vero eos persequentes, quantum eis in ipso die virium fuit ad insequendum et manus eorum valuerunt ad occidendum, tantum hostium prostraverunt, tantaque fuit cedes barbarorum illorum, ut vix pauci de tanto remanerent exercitu. Multi qui adfuerunt testati sunt, se vidisse exercitum magnum prodire de montanis, quem precedebant sancti martires Georgius, Demetrius atque Mercurius, habentes equos albos et vexilla gerentes candida, qui una cum christianis barbarorum urgebant exercitum. Igitur hostibus innumerabilibus inopinabiliter fugatis

Gestal V, 21. cf. Bald. c. 23.

c. 28.

c. 29.

a) *ita* 1. b) ammiculum 1. c) munione 1. d) custodiebant—ibidem tumulatur *nova pagina incipiente sec. manu* 1.

59) Cf. Baldericus l. l. p. 89. 60) qui in hac obsidione non affuit; cf. Sybel p. 378. In reliquis Gesta IV, 20. sequi videtur (cf. praef.) 61) Bagi Sian intelligitur. 62) Kerbuga.

Gesta c. 29. et cesis, versus est christianus populus ad tentoria diripienda. Ubi multum auri repertum est et[a] argenti, vini quoque et frumenti et ferisae copia multa. Sed et equorum, mulorum, asinorum, camelorum, boum et ovium ibidem est inventa grandis numerositas. Quam colligens, ad civitatem tendebat alacris Deo amabilis populus universus. Tunc illi
c. 30. qui in arce erant hoc videntes, confestim se ducibus reddiderunt, impetrata sibi vita et abeundi licencia. Demum vero paucis diebus reparati, ceperunt duces pariter tractare, cuinam suorum committerent urbem, donec peragerent iter sancti sepulcri. Et tandem tradita est conservanda Buismundo, assensu tocius populi et consilio procerum sapientum. Interea vero Podiensis episcopus defunctus est et reverenter ibidem tumulatus. Actum est autem hoc bellum anno incarnacionis divinae 1098. Porro nocte illa quae bellum precessit, a parte aquilonis lux ingens in celo ardens apparuit, a prima noctis vigilia donec illucesceret, portendens humani sanguinis effusionem, qui in crastinum effundendus erat. Capta est igitur et retenta Antiochia
c. 32. a populo Dei tanta facilitate, quanta non potuisset capi ab ullo mortali imperatore, nisi Dominus voluisset. Est enim ampla[b] et fortis, et clauditur duobus firmissimis muris. Est etiam caput tocius Syriae, et continet in se monasteria 60; archiepiscopus quoque urbis ipsius preminet 156 episcopis. Clauditur[c] proinde ab oriente
c. 30. quatuor magnis montaneis, et ab occidente vallatur Farfar. Verum dum operiuntur ibi milites Christi tempus oportunum, quo peragerent competenter iter sancti sepulcri, quidam miles nomine Raimundus Piletus, aggregatis sibi socils,
c. 31. circumiacentem provinciam graviter devastavit. Comes quoque Sancti Egidii Aharam et Marram urbes munitissimas expugnavit et cepit. Godefridus etiam de Bolonia retinuit sibi Rohes et quedam castella quae erant per girum.

1099. Hiemis denique recedente tempore et veris remeante, omnis Deo dilectus exercitus coad-
Gesta c. 35. unatus est apud Antiochiam, et inierunt consilium, ut incoatum perficerent iter. Tunc deinde
c. 36. progressi accelerabant ut ceptum peragerent iter. Et multis in itinere civitatibus captis, tandem Iherosolimam obsidione
c. 37. cinxerunt. Obsessa est itaque 8. Idus Iunii; et obsedit eam Rotbertus comes Normannise ad septentrionalem plagam urbis ipsius, iuxta beati Stephani prothomartiris templum. Post eum vero fixit sua temptoria alter Rotbertus Flandrensium comes. Ab occidente quoque obsedit eam dux Godefridus et Tancredus, et a meridie, qua mons eminet illi, comes Sancti Egidii. Obsessa est itaque firmiter per sex epdomadarum intervallum. Intra quas epdomadas everterunt murum primum; duplici enim muro cingebatur. Transactis autem iam epdomadibus sex, feria
Iul. 15. sexta epdomadis septimae, hora itidem sexta, divinitus animatus christianus exercitus, scalis interiori muro
c. 38. applicatis, primum fusiluit in eam ab illa parte qua residebat dux Godefridus et Eustachius frater eius. Quod cives conspicientes et eis resistere non valentes, stupidi passim fugere hac illacque ceperunt. Christiani vero eos more pecudum detruncabant, et alii portas succidebant. Patefacto igitur introitu, introivit reliqua fidelium multitudo. Tunc cives maiori formidine repleti atque turbati, templum Salomonis expecierunt[d]. Christiani vero eos persequebantur feriendo et occidendo. Redundabat sanguis ubique[e], sed maxime circa templum, ita ut milites Christi usque ad cavillas pedum in eo consisterent. Quod cernens ammiralis urbis, qui erat in turre David, tradidit se comiti Raimundo. Comes vero et
c. 39. eum et eos pariter qui cum eo erant iuletos conduxit usque ad Ascalonem. Porro milites Christi in ipso Domini
Baldericus templo auri et argenti et lapidum preciosorum invenere copiam magnam. Sed et in domibus urbis inventa est ab eis magna et inestimabilis gaza. Patrato ergo divina virtute tam preclaro triumpho, abierunt omnes gaudentes et pre nimio gaudio flentes ad Iesu Christi et Salvatoris nostri sepulcrum, obtuleruntque ibi dona devocionis suae. Altera vero die cesorum cadavera congregaverunt. Quorum moles tanta esse visa est, ut murorum altitudinem adequare videretur. Quae igne subposito conflagraverunt, ne fetor ipsorum aerem corrumperet et eis molestiam generaret. Igitur ille Deo amabilis christianorum exercitus in tota hac via inestimabili est[f] usus successu. Nam cum nullo hostium agmine est congressus quod non exuperaverit, nullam urbem obsedit quam non expugnaverit, nullam gentem est aggressus quam non calvaverit[g]. Unde magnam gloriam suis sibi meritis adquisivit. Nullus enim regum aut imperatorum per tam longum terrae spacium suos hostes invasit, aut adversus tantas gentes tam feliciter dimicavit. Quis naves, quis equos, quis arma, quis sumptus tantis hominum milibus preparare potuisset? Patet igitur, patet plane, quia solus Deus hunc triumphum per christianae plebis manum ideo voluit exercere, ut eorum fama longius diffunderetur ac cresceret[63]. Ipse quippe sua virtute omnes illas gentes, si voluisset, potuisset subvertere aut uno tem-
Gesta c. 39. poris momento ad inferna demergere vel per suos angelos funditus extirpare. Porro milites Christi regia virtute potiti, Godefridum, virum strenuum et honestum, regio diademate redimitum ibi reliquerunt, ut et hostes fidelissimos expugnaret et christianis circumquaque remanentibus in oportunitatibus subveniret. Consecraverunt etiam ibidem patriarcham quendam Arnulfum, clericum satis industrium ac benignum. Porro Iherosolima urbs regalis est [inter montes sita, habens ad occasum turrim David et ab orientali parte templum et a meridie montem Calvariae[h]]. Est etiam quasi tocius orbis umbilicus, et habundat satis mediterraneis copiis nec fraudatur maritimis. Continet etiam in se domini et Salvatoris nostri sacrosanctum sepulcrum omnibus christianis excolendum. In ea quoque quondam sancta pullulavit ecclesia, et eam dominus noster Iesus Christus suo sanguine dedicavit. De qua hec tenuiter prelibavimus, quoniam plenitudinem huius hystoriae scriptam esse alias iam cognovimus.

1100. Philippi vero regis adhuc temporibus, anno scilicet incarnacionis dominicae 1102[63*], de-

a) *deest* 1. b) *ita* 1. c) Clauditur — pecudum detruncabant *secunda manu non uno atramento scripta sunt* 1. d) *ita corr.* 1. *ipse, qui prius scripserat:* quoque et veris. e) ubique — Raimundo *sec. manu* 1. f) est — funditus extirpare *sec. manu* 1. g) *ita* 1. *fortasse:* calcaverit? h) inter m. — Calvariae *in margine supplet* 1.

63) Cf. Baldericus: *Non enim viribus suis hanc ascribebant victoriam, sed Deo, qui operatus est in eis et velle et posse, totum illud attribuebant.* 63*) lege: 1100.

functus est rex Iherosolimorum Godefridus, et successit ei frater eius Balduinus. Obiit quoque Henricus imperator anno incarnacionis dominicae 1106.

Anno* proinde incarnacionis dominicae 1108. rex Francorum Philippus, vir mitis[a] et 1108.
sapiens, Miliduni[a'] positus decessit 3. Nonas[64] Augusti, anno vitae suae 53[65], regni vero sui 41, et sepultus est apud Floriacense cenobium in ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae et sancti pariter Benedicti, successitque ei filius eius rex et miles strenuissimus Lugdovicus. Anno quoque eodem mortuus est Andefunsus rex Hispaniae, vir bellicosus et sapiens.

Hec modernorum regum actus scire volentibus nudis scripsi verbis atque simplicibus, multas res memorabiles exiguo claudens in codice. Obmitto tamen in hac historia multa quae scio, et multa quae nusquam apud Latinos repperiuntur. Unde liber iste minus quam debet continere videtur. Hinc tamen sciri potest series tenporum et alia plura scitu dignissima. Sed hec cuncta, scio, despicient illi apud quos civica litterarum disciplina peregrinatur, et quorum scurrilitati comes est negligencia sive desidia, et illi simul qui breviata contempnunt, et quibus solent prolixa generare fastidium. Verumptamen hec omnia illis potent prodesse, quibus gratissimum est plurima nosse.

EXPLICIT HISTORIA NOVA FRANCORUM[b].

*) *Hist. Franc. ita finitur:* Defunctus est autem prefatus rex Philippus anno ab inc. D. 1108[c], pridie Kal. Aug. apud castrum Militonense. Cuius corpus secundum dispositionem patris Ludowicus deferre fecit ad monasterium Floriacense et in monasterio sancti Benedicti sepulturae mandari. Quo facto, episcopi qui ad exequias regis convenerant post exequias statim Aurelianis convenerunt, et propter perturbatores regni salubri consilio Ludowicum iuvenem, religionis amatorem, moribus mansuetum, armis strenuum, bello acerrimum, in die inventionis prothomartiris Stephani in regem unxerunt ante altare sanctae crucis, et coronam regni capiti eius imposuerunt, Daimbertus Senonensis archiepiscopus, Ivo[d] Carnotensis episcopus, Iohannes Aurelianensis episcopus, Hubertus Silvanectensis episcopus, provocati plurimis exemplis aliorum regum, qui diversis in locis propter imminentes turbas a diversis episcopis consecrati sunt.

HISTORIA REGUM FRANCORUM MONASTERII SANCTI DIONYSII.

1.[e] Anthenor et alii profugi ab excidio Troie, Asia porragata, Frigeque rege facto et cum suis inter Macedones remanente, transactis Meothidis paludibus, in finibus Pannoniae edificavere civitatem nomine Sicambriam. Et constituerunt post mortem Anthenoris duos, Torgotum et Francionem, a quo Franci, ut quibusdam placet, sunt appellati. Quibus mortuis, duces elegerunt Sunnonem et Genebaldum atque Marchomirum; cuius filius Pharamundus apud illos primus more regio regnavit. Regnavit autem idem Pharamundus annis circiter 11, et mortuus est; regnavitque a quo Meroveo rege utili[f] reges Francorum Merovingi sunt appellati. Cuius tempore Wandalorum gens Germaniam Galliamque depopulans, multas civitates subruit multumque sanguinem christianorum fudit. Regnavit autem idem Meroveus annis 17, et mortuus est. Cui successit filius eius Childericus in regno; sed postea ob enormitatem luxurie de regno a Francis pulsus est, atque Toringiam petens, apud Biszinum regem aliquantisper habitavit. Post quem Franci penitentia ducti remittunt, et ad se accersitum in regno restituunt, pulso Romano quem sibi prefecerant. Regina vero Toringorum Biszina nomine eum subsequuta est, relicto proprio viro supra iam nominato; ex qua sibi in coniugio copulata filium procreavit nomine Clodoveum. Regnavit autem ipse Childericus annis 20, et mortuus est; regnavitque Clodoveus filius eius post eum; qui fuit rex potens super omnes retro reges Francorum. Qui cum post mortem Childerici patris sui regnum Francorum suscepisset regendum, Siegrium Egidii filium apud Suessionis superatum extinxit.

2.[g] Post hec Chrotildem, filiam Gundobaldi regis Burgundie, sibi in coniugio sociavit. Et cum esset idolorum cultor precipuus, precibus coniugis sue excitus, a beato Remigio Remensium archiepiscopo baptizatus est. Post hec cum Alarico Gothorum rege apud urbem Pictavensem bello coniungitur, eiusque exercitum prostravit, et regnum eius obtinuit. Hic ab Anastasio imperatore libellos de consulatu accepit, et statim usque ad basilicam sancti Martini Turonis tanquam augustus processit, et diadema capiti imposcens augustus est appellatus. Et cum per circuitum plurimos hostium peremisset, ipse diem clausit extremum, obiitque apud Parisius anno etatis sue 45, imperii vero sui 30, sepultusque est in basilica sancti Petri, quam ipse funditus edificaverat. Eo tempore sanctus Benedictus abbas virtutibus floruit. A transitu sancti Martini usque ad obitum huius Clodovei computantur anni 112. Post cuius

a) mitis 1. a') miduni 1. b) *alie manus atramento fusco addidit:* 1125° anno Heinricus iunior imperator obiit. Eodem anno Lotharius iacepit regnare; *alterius alie manus:* 1137. anno obiit Lotharius imperator. Anno 1138. Conradus succedit. c) 1109. *Ch.* d) Hivo *Ch.* e) 1 *rubrum praemittit:* De his qui ab excidio Troiae fugerunt et in Pannonia edificaverunt civitatem Sincambriam, ex quibus Franci dicti sunt. f) iteli 2. g) Quomodo Clodoveus rex consilio uxoris sue baptizatus est, et de morte eius *rubrum addit* 1.

Gr. Tr. c. 1; *M. ep.* c. 1. c. 2. c. 3. *Gr. Tr.* c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 11. 12. c. 15. 17. c. 18. c. 19.

64) lege: *Kal.* BOUQ. CONT. 65) corrige 56. BOUQ. CONT.

G Fr. c. 19. obituum quatuor filii eius, id est Theodericus[a], Clotharius, Childebertus, Clodomirus, regnum eius inter se diviserunt.
H. ep c. 30. Theodericus sedem Remensem elegit, Clodomirus Aurelianensem, Childebertus Parisiensem, Clotarius Suessionensem. Eorum vero sororem Amalaricus Alarici filius in matrimonio postulavit et accepit. Iste vero Theodericus ex concubina natus, postquam sedem Remensem regendam susceperat, mortuus est; in loco cuius[b] Theo-
G. Fr. c. 19. c. 26. debertus filius eius successit. Cuius Theodeberti tempore Dani Gallias irruperunt; sed superati ab ipso Theodeberto, et rege eorum peremto, rapina terre restituta est. Qui 14. regni sui anno obiit; regnavitque Theudoaldus filius eius pro eo.

Isidor. 3.[c] Per idem tempus Iustinus maior apud Constantinopolim urbem tenebat imperium, et Hilldericus
cf. H. m. Wandalorum rex episcopos de exilio redire precepit. Eodem tempore Theodericus rex Italie Iohannem papam et Simmachum patricium et Boetium phylosophum gladio peremit. Sub eodem tempore Sigismundus Burgundionum rex filiam huius Theoderici[d] regis Italie, natam ex sorore Theoderici filii Clodovei, in matrimonio accepit, suamque germanam Hunttrico Wandalorum regi tradidit. Hermenfredo quoque regi Thoringorum[e] Malbergam copulavit, et terciam Alemannorum regi Huctrico tradidit[66].

P. D. I, 26. Per idem tempus Cassiodorus senator et Dyonisius abbas, qui ciclum decennovalem composuit, et Arator poeta apud urbem
c. 23. Romam claruerunt. Tunc temporis Alboinus[f], filius Aldoeni regis Langobardorum, Thurismodum regem Iepidorum in
c. 25. bello peremit. Hoc etiam tempore apud urbem Constantinopolim Priscianus Cesariensis, gramatice artis reperter,
cf. G. Fr. claruit. Per idem tempus Theudoaldus filius Theodeberti 7. anno regni sui mortuus est. Sub eodem tempore Clodo-
c. 27. c. 20. mirus filius Clodovei interfecit sanctum Sigismundum Burgundionum regem, virum bonum et iustum, cum uxore et
c. 21. filiis. Qui Clodomiras apud Viennam cum contra Burgundiones ad bellum cum exercitu pergeret, illos fugientes incauto subsequtus est; inter quos cum velocissimo equo perveniens, ex adversa parte percussus corruit, et mortuus est. Cuius
c. 24. uxorem Clotarius frater eius in coniugio accepit, et duos filios eius, videlicet filios fratris sui Clodomiri, ob invidiam regni cultro interfecit. Quorum unus erat annorum 10, alius 7; tercius vero effugit, Clodoaldus nomine, et auxilio puerorum fortium liberatus est. Qui postea, relicto regno, propria manu se totundit, et clericus factus, bonis operibus preditus est; postea vero presbiter ordinatus, plenus virtutibus migravit ad Dominum.

c. 28. 4.[g] Eodem tempore Childebertus, frater prenominati Clotharii, apud Parisius febre correptus defunctus est, et in
c. 27. ecclesia sancti Vincentii quam edificaverat sepultus[h]. Sed et mater eorum Chrotildis regina Turonis civitate defuncta[i]
est, atque Parisius deportata, iuxta virum suum Clodoveum condita iacet. Unde factum est, ut omnis monar-
G. Fr. chia regni Francorum sub potestate Clotharii deveniret. Cuius filii ex diversis mulieribus plures fuere;
c. 27. 28. quorum unus Crannus nomine a patre in Aquitania principe constitutus est. Qui contra patrem suum Clotharium rebellare volens, sed non valens, conduxit in suum auxilium regem Britannorum Conobrem nomine. Contra quos ipse
Clotharius pergens, viriliter pugnavit, atque rege Britannorum interfecto, Crannus captus est; quem iussit Clotharius
c. 29. pater suus cum uxore et filiis eius igne comburi. Illis diebus beatus Medardus migravit ad Dominum. Post hec ipse Clotharius, secundo[k] regni sui anno postquam Crannum peremerat, valida febre correptus, mortuus est, et in basilica sancti Medardi Suessionis, quam edificaverat, a filiis suis honorifice sepultus est. Tunc quatuor filii
eius, id est Chorebertus, Guntrannus, Chilpericus, Sigebertus, regnum inter se diviserunt, et Cherebertus Parisius, Gun-
P. D. II, 10. trannus Aurelianis, Chilpericus Suessionis, Sigebertus sedem Remensem habuit. Hoc tempore Benedictus papa Romane
ecclesie preerat. Chilpericus vero primatum totius Gallie obtinuit, quamvis promptior et validior
G. Fr. c. 31. illo esset frater eius Sigebertus. Qui Sigebertus duxit uxorem Brunichildem nomine, filiam Athanaschildi regis
c. 37. Hispanie; ex qua habuit filium nomine Childebertum. Hic Childebertus duos genuit filios, Theodebertum scilicet et
c. 38. Theodericum. Qui Theodericus per consilium prefate Brunichildis avie sue Theodebertum fratrem suum interfecit et
c. 31. filios eius; sed et ipse postmodum per insidias eiusdem veneno interiit. Cuius etiam filios ipsa occidit.

5.[l] Videns autem hoc Chilpericus, quod Sigebertus frater suus Brunichildem duxisset uxorem, misit Hispaniam,
et accepit sororem illius Brunichildis, Walasintam[m] nomine, dimittensque reginam Andoveram, ex qua iam tres filios susceperat, id est Theodebertum, Meroveum et Clodoveum. Habebat etiam regina Andovera puellam in suo obsequio nomine Fredegundem, per cuius ingenium pravum rex predictam Walasintam nocte in strato suo strangulavit, recepitque Andoveram in coniugio; quam postea ipse Fredegundis ita decepit, ut propriam filiam,
quam ex rege conceperat, ex sacro fonte per nequam consilium suscipere faceret. Ob quam causam ipsa Andovera
perpetuo a rege est separata, et in monasterio cum ipsa una filia velamine velata usque ad finem vite sue permansit.
Ista vero Fredegundis, primo regine pedisequa, postea autem regine effecta, ab ipso Chilperico rege suscepta est in
c. 35. coniugio; ex qua tres filios genuit. Quibus defunctis, quartum genuit, nomine Clotharium, qui fuit pater incliti et fo-
c. 30. mosissimi regis Dagoberti. Predictus vero Sigebertus postquam Hunos super se irruentes bis superaverat et fratrem
c. 32. suum Chilpericum bello fugaverat, fraude ipsius Fredegundis a duobus servis peremptus est 14. regni sui anno, etatis
c. 33. vero 40. Cuius filius Childebertus iunior furtim ablatus est, et regnavit pro eo; matremque eius Brunichildem Chil-
pericus rex patruus suus in exilium trusit. Cherebertus vero quid egerit aut quomodo se habuerit, cer-
Isidor. tum non habemus. His diebus Iustinianus imperator Constantinopolim preerat. Hic per Belisiarium patricium
de Persis mirabiliter triumphavit; ac deinde in Affricam missus, Wandalorum regem delevit. Per idem tempus apud
Antonii monachi divina revelatione reperta Alexandriam perducuntur et in ecclesia sancti Iohannis baptiste humantur.
cf. P. D. III, 11. Post Iustinianum Iustinus minor annis 11 imperavit; sub quo rex Gothorum Thotila a Narsete magistro militie eiusdem
Isidor. Iustini superatus est. Post Thotilam Leuvigildus rex Gothorum in regione Hispanie quosdam rebelles superavit.
G. Fr. Predictus vero Childebertus[n] cum patruo suo Guntranno pacem habuit; quam postea infregit; sed cum eo postmodum
reconciliatus est. Tunc temporis Tyberius[o] Constantinus imperator potentissimus apud Constantinopolim 7 annis rexit
P. D. IV, 12. imperium. Ad hunc Chilpericus rex Francorum legatos dirigens, multa ornamenta aures ab eo suscepit; post quem
c. 13. Mauricius purpuram induit regnumque suscepit. Hic 50 milia solidos Childeberto iuniori direxit, ut Langobardos de
c. 15. c. 17. Italia exterminaret. Qui misso exercitu Italiam devastavit. Idem quoque Childebertus cum consobrino suo, Clotharioc. 1. scilicet, Chilperici filio, bellum gessit eiusque exercitum vehementer afflixit. Post hec ipse Childebertus Hispaniam

a) *super his nominibus litteras scriptas esse* s. d. c. b. *fortasse ut ordo mutaretur* 2. b) eius 2. c) Quomodo sanctus Sisimuddus *(sic)* et sanctus Leodegarius episcopus interfecti sunt. *add.* 1. d) thoder. 1? 2. e) chorinc. 1? 2. f) albonius 1? 2. g) De morte Clotharii regis et quomodo filii eius regnum Francorum diviserunt. *add.* 1. h) et *add.* 2. i) defuncta 1? 2. k) ∥ 2. ℓℓ. 1. l) Quomodo Chilpericus rex Andoveram uxorem reliquit consilio Fredegundis famule sue. *add.* 1. m) wasuintam 1. n) childertus 1. 2. o) tybericus 1. 2.

66) Haec unde auctor sumserit nescio. Continent peculiaria quaedam, sed haud dubie falsa.

ingressus, magnam cedem de populo illo fecit. Eo tempore magnus Gregorius pontifex Romane ecclesie floruit, et Thessalo a supradicto rege Francorum apud Baiocriam rex ordinatus est. P. D. III, 21. 24. IV, 7.

6.a Eodem tempore Fredegundis regius Chilpericum regem virum suum, quem adulteraverat, propter adulterium quo timebat se deprehendi inter se et Laudericum comitem, insidiantes interfecerunt, cum regnasset 23 annis; remansitque cum filio suo Clothario. Que postea diebus multis consenuit, et plena immunditiis ultimum signavit diem. Per idem tempus Guntramnus rex obiit. Postea vero Childebertus rex Francorum, filius videlicet Sigeberti et Brunichildis, iuvenis extinguitur anno etatis sue 25. Huni, qui et Avares, post mortem eius in Franciam irrumpent, gravissimaque bella cum Francis gesserunt. His diebus Brunichildis regina cum nepotibus suis adhuc pueruliis Theodeberto et Theoderico regebat Gallias; qui postea regnum Francorum inter se diviserunt. Agilulfus rex Langobardorum pacem cum hoc Theoderico firmavit. Circa hec tempora monasterium sancti Benedicti a Langobardis depopulatur. Igitur Mauricius, postquam 21 annis rexit imperium cum filiis suis Theodosio et Tiberio atque Constantino, a Foca, qui fuit strator Priscii patricii, occiditur. Hoc anno Theodebertus et Theodericus reges Francorum adversus Clotharium filium Chilperici dimicaverant. Et beatus papa Gregorius migravit ad Dominum. G. Fr. c. 35. c. 36. c. 37. P. D. IV, 12. IV, 14. c. 18. c. 27. c. 29. c. 30.

7.b Eo tempore filius Agilulfi regis Langobardorum filiam huius regis Theodeberti in coniugium accepit. Hic etate Eleutherius patricius eunucus, dum imperii iura conaretur arripere, a militibus peremptus est, capulque eius Constantinopolim delatum est. Focas, extincto Mauricio eiusque filiis, per 8 annorum curricula principatus est. Hic regente papa Bonefacio statuit sedem Romane et apostolice ecclesie caput esse omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam omnium ecclesiarum se ascribebat. Contra hunc Focam Eraclianus, qui Affricam regebat, rebellavit eumque regno privavit, remque publicam Eraclius eiusdem filius regendam suscepit. Eodem tempore Theodebertus rex a fratre suo Theoderico perimitur; qui et ipse postmodum a Brunichilde veneno extinguitur. Quibus ita defunctis, Clotharius iunior, filius scilicet Chilperici et Fredegundis, totius Gallie primatum obtinuit; qui et regni gubernacula suscepit; maluit prius ultor propinquorum suorum existere, quam belli occasionem deponere. Denique in ipso regni sui primordio Brunichildem reginam, que propinquos suos Theodebertum et Theodericum, filios videlicet Childeberti consobrini sui, peremerat et plures alios de semine regio extinxerat, quasi iungeretur ei in coniugium convocavit. Que leta effecta, sicut ei iussum fuerat, venit, compta preciosis ornamentis quasi ad nupcias. Quam ille, iudicio Francorum camelo iussit imponi et per circuitum castrorum circumduci et postea ad equos indomitos ligatam disrumpi. Sicque obitu nefando, ut fuerat digna, ad inferos descendit. Cuius etiam ossa in igne consumpta nusquam comparuerunt. G. Fr. c. 39. c. 39. c. 40.

8.c Huic vero Clothario fuit filius, Dagobertus scilicet, amantissimus iuvenis; quem idem pater una rex, dum adhuc viveret, in regno Austrasiorum sublimavit; contra quem Saxones commoto exercitu fortiter pugnaverunt; sed Deo donante pater suus Clotharius ei subvenit, et trans Renum cum ipsis Saxonibus bellum iniit; in quo singulari certamine Bertoaldum ducem eorum peremit, pro eo quod Dagobertus filius eius sauciatus fuerat in prelio superiori, omnemque regionem eorum ita subiugavit, ut non remaneret in ea belligerans vir quantitatem spate illius supereminens. Tanta tunc Francorum potentia, tanta regum animositas erat. Tempore horum, Clotharii scilicet et dulcissimi filii eius Dagoberti, regnum Francorum valde elevatum est, necnon et sancta ecclesia per sacerdotes et ecclesiasticos viros sublimata refulsit, in tantum ut Romanus pontifex mittens in Galliam rogaret, ut sibi transmitterentur viri fortes in fide et sapientes in eloquio, qui contra hereticos cum eo disputare possent. Eo tempore Eraclius arcem Romani tenebat imperii. Qui sapiens in scribus liberalibus et maxime in astronomia, mandavit Dagoberto, ut Hebreos de regno suo exterminaret; quod et libentissime Dagobertus fecit; previderat enim idem imperator in sideribus quibus intentus erat, quod Romanorum imperium a cir uncisis deleretur; sed quod intelloxerat de Hebreis, hoc actum dinoscitur esse a gente Agarenorum, quos Sarracenos vocamus. G. Dag. c. 12. c. 13. c. 24.

9.d Eraclio quoque mortuo, Heracliones filius eius cum matre Martina duobus annis regnavit, et post eum Constantinus, qui et Constans, germanus eius, tenuitque imperium annis 28. Hic interfectus est apud Seracusam Sicilie civitatem, capulque eius delatum est Constantinopolim, et post eum regnavit Mezentius ab indictione 7. usque ad 12. Anno vero 37. regni Clotharii Bertetrudis, mater Dagoberti regis, moritur. Post cuius obitum ipse Clotharius aliam uxorem duxit nomine Sichildem; de qua filium habuit nomine Hairbertum. Ipse vero Clotharius 45. regni sui anno moritur, et in suburbio Parisii in ecclesia sancti Vincentii sepelitur. Quod Dagobertus filius eius audiens, universis principibus quibus imperabat in Austria promovere iubet exercitum. Cumque Remis pervenisset, omnes pontifices et duces Burgundie et Neustrie ibibi se illi nosscuntur tradidisse. Hairbertus vero frater eius nitebatur, si posset regnum patris assumere; sed voluntas illius parum sortita est effectum. Brunulfus autem, frater Sichildis regine et avunculus eiusdem Hairberti, volens eum stabilire in regno, multa adversus Dagobertum machinabatur. Quapropter, multis transactis diebus, a ducibus Dagoberti iussu eiusdem regis apud Ablatona interfectus est. Cumque totam regnum a Dagoberto fuisset occupatum, sapicuti suus consilio pagum Tholosanum et Caturcitanum, Agenensem et Petragoricum et Sanctonicum et usque ad Pirenees montes Hairberto fratri suo concessit, eo tenore ut nullo tempore adversus eum de regno patris presumeret. Inde vero Parisius rediens, Gomadrudem reginam, quam patris sui Clotharii consilio coniugem acceperat, eo quod esset sterilis, Francorum instincta reliquit, et quendam speciosissimi decoris et generis puellam nomine Nantildem in matrimonio accipiens reginam sublimavit. P. D. IV, 61. V, 6. cf. V, 11. 12. G. Dag. c. 5. c. 15. c. 16. c. 21. c. 16. c. 21.

10.e Denique cum Austrium regio cultu circuiret, mestusque esset nimium, eo quod filium qui post eum regnaret minime haberet, quendam puellam nomine Ragnetrudem stratui suo ascivit; de qua eodem anno multis precibus et elemosinarum largitionibus Deo donante filium habuit, quem Hairbertus frater suus Aurelianis de sacro fonte suscepit. Dum autem illum dominus Amandus Treiectensis episcopus benediceret cathecuminumque faceret, saltaque oratione nemo responderet *Amen*, aperuit Dominus os pueri, cunctisque audientibus respondit *Amen*. Qui ex aqua et spiritu sancto regeneratus, Sigebertus nomen accepit. Hairberto vero rege defuncto, Dagobertus rex omne regnum suum sub ditione sua redegit. Eodem anno nuncios Samoni Sclavorum regi direxit, quatinus regnum suum ab eo reciperet. Quibus Samo respondit: *Et terra quam habemus Dagoberti est, et nos sui sumus, si amicitias disposuerit servare nobiscum.* Cui legati dixerunt Dagoberti: *Non est possibile, ut servi Dei cum canibus amicitias tempnat.* Quibus rex Samo respondit: *Si vos estis servi Dei, et nos sumus Dei canes, et dum vos contra ipsum agitis, permissum habemus vos morsibus* c. 24. c. 25. c. 27.

a) De morte Fredegundis infestissime regine, et quomodo Theodebertus et Theodericus regnum diviserunt. *add.* 1.
b) Quomodo Brunichildis regina Theodebertum et Theodericum interfecit. *add.* 1. c) Quomodo Dagobertus filius Clotharii contra Saxones pugnavit. *add.* 1. d) Quomodo Dagobertus rex Hayberto fratri suo Tholosam dedit et terram totam usque ad Pyrenees montes. *add.* 1. e) De Sigeberto filio Dagoberti regis, quem S. Amandus baptizavit. *add.* 1.

G Dag c. 27. *iscerare*. Tunc mis i Dagoberti electi sunt de conspectu Samonis. Quo audito Dagobertus graviter tulit, et congregato
c. 31. exercitu, terram illorum crudelissime devastavit. Inde victor rediens, Mettis civitate divertit, et pontificum et procerum suorum consilio Sigebertum filium suum in regno Austrasiorum sublimavit sedemque Mettis habere permisit.
c. 32. Cumque eidem regi Dagoberto de Nantilde regina natus fuisset filius nomine Ludovicus, obtimatum suorum consilio cum Sigeberto rege Austrasiorum filio suo per pactionis vinculum confirmavit, ut Neutricum et[a] Burgundie ad regnum eiusdem Ludovii post Dagoberti regis decessum respiceret.

c. 35. 11.[b] Per idem tempus Sadregisilus Aquitanorum dux a quibusdam interfectus est. Et cum haberet filios in palatio educatos, qui facillime possent mortem patris vindicare et soluissent, secundum leges Romanas a regni procuribus redarguti, omnes paternas possessiones perdiderunt. Cumque omnia ad regis fiscum pertinerent, ipse gloriosus rex Dagobertus ecclesie sancti Dionisii easdem possessiones, id est Novigentum in pago Andegavensi, Parciscum, Nalliacum, Podenciniacum, Pascellariis atque Anglarias in pago Pictavensi, aliasque perplures cum aliis supra mare, devotissime tradidit. Quarum nomina si quis inquisierit, ut reor 27 inveniet. Ipse vero rex gloriosus inter alia que laudabiliter gessit, memor voti sui, sanctorum Dyonisii Rustici et Eleuterii auro puro et preciosis gemmis memorias exornavit, et quamvis ecclesiam, quam a fundamine construxerat, intrinsecus miro decore fabricaverit, foris quoque desuper auxidam, infra quam martirum corpora tumulaverat, ex argento puro cooperuit. Post gloriosum vero regni amministrationem, 16. postquam regnum Francorum sortitus fuerat anno, profluvio ventris Spinogilo villa non procul a Parisius egrotare cepit. Post paucos autem dies cum sue vite sentiret imminere periculum, Egamo consiliarium suum ad se venire precepit, reginam et Ludovium filium suum eidem in manu commendat; convocatisque primoribus palacii filioque et uxore, cum sacramento fieri iussit de his que ecclesie sancti Dionisii contulerat, ne quilibet de successoribus suis vel quelibet potestas eidem ecclesie auferre presumat, si iram Dei et offensam sancti Dionisii incurrere non optat. Omnibus vero obtimatibus dolore consternatis, blande leniterque virtute qua potuit consolatus est. Cumque post longam ammonitionem loquendi finem fecisset, Ludovius filius eius omnesque proceres ipsum preceptum secundum regis inimonem propriis subscriptionibus firmaverunt. His ita explosis, christianissimus rex Dagobertus humanis rebus exemptus est. Intolerabilis autem luctus subito totum replevit palatium, universumque regnum ob ipsius mortem acerbissima occuparit lamentatio. Conditus autem aromatibus, cum ingenti populorum dolore atque frequentia translatus est in ecclesiam sancti Dyonisii Rustici et Eleuterii, quam condigne ex auro et preciosis gemmis diversique generis ornamentis foris et intus ultra quam credi possit mirifice exornavit; ubi etiam ordinem psallentium ad instar monasterii Augunensium et sancti Martini Turonensis, ut ibidem laus Dei perhenniter haberetur, instituerat, atque iuxta eorum tumulum in dextro latere honore debito sepultus est.

c. 43. 12.[c] Post cuius discessum filius eius Clodoveus sub tenera etate sibi regnum patris accivit, omnesque Francorum duces et Neustrie et Burgundie equo in regno sublimaverunt, acceptoque uxorem de genere Saxonum nomine Baldhildem, pulchram valde et ingeniosam; ex qua tres filios habuit, Lotharium videlicet, Childericum et Theodericum. Sigebertus vero filius prefati Dagoberti, rex Austrasiorum, defunctus est, reliquitque filium suum Dagobertum nomine, quem Grimoaldus maior domus Austrasiorum Dodoni Pictavensi episcopo detonsum sub custodia direxit. Quapropter ipse Grimoaldus a Francis captus est, Parisiusque perductus et in vinculis mancipatus, dignas in carcere persolvit penas; ubi et miserabiliter vitam finivit[e]. Regnavit autem Clodoveus Dagoberti filius annis 16, et mortuus est. Tunc Franci, facto generali conventu, maiorem filiorum eius, Clotharium scilicet, super se regem statuunt, et Hildericum fratrem eius in regno Austrasiorum profecerunt, Theoderico iuniore fratre eorum in Francia cum Clothario rege patre suo remanente. Eodem tempore mortuus est Archinoaldus; in cuius loco Hebroinus a Francis eligitur, vir crudelis et superbus. Post hec Clotharius mortuus est, cum annis 4 imperasset. Cui frater eius iunior Theodoricus successit in regno; sed Franci propter Hebroinum, qui ei fidissimus erat, indignati sunt, scientes eius impietatem; et propter hoc Theodericum a regno et Hebroinum a ducatu deiecerunt, crineque capitis detonso in monasterio Luxovio in Burgundie sito concluserunt. Tunc in Austriam propter Childericum, fratrem huius Theoderici, miserant; quem cum Vulfaldo duce venientem in regno sublimaverunt. Qui postea cum uxore, cuius uterus ex conceptione iam intumescebat, a Bodone et aliis Francis interfectus est, et Vulfaldus perfugato evasit ad Pipinum in Austriam. Leudisius, Archinoaldi filius, maior in domo eligitur. Leodegerius pontifex et Gerinus frater eius in hoc consilio permixti erant.

13.[f] Audientes Theodericus atque Hebroinus mortuum esse Childericum, de monasterio latenter exierunt, et crescente coma cum maximo armorum apparatu in Franciam redierunt, alter ad regnum, alter ad ducatus officium. Tunc Hebroinus Leudisium, qui ei in principatu succeserat, apud Carisiacum castrum dolo interfecit, et Leodegarius pontifex et Gerinus frater eius ab eodem ignominiose cruciati perimuntur, et[g] Lupus dux in exilium retruditur, sicut in precepto eiusdem Theoderici continetur, quod de hereditate ipsius Lupi monasterium sancti Benedicti constructum sit in agro Floriacensi. Postea vero Hebroinus multa exercens maleficia, a quodam Franco nomine Ermenfredo perimitur. — Deinque a temporibus Clodovei filii Dagoberti regis, patris vero Theoderici, regnum Francorum decidens per maiores domus cepit ordinari; quorum primus apud Austriam Pipinus reliquit filium suum nomine Grimoldum; post Grimoldum Archinoaldus. Quo defuncto, Ebroinus succedit, Vulfaldo apud Austriam ducis officio fungente. Quo decedente, Martinus et Pipinus iunior, filius Ansegisili, qui alio nomine Anchises dictus est, in Austria maiores domus fuere. Qui etiam moto prelio contra Theodericum regem atque Ebroinum ducem armatas acies dirigunt. Sed Martinus fuga lapsus, dolo Ebroini Laudano Clavato interficitur. Pipinus vero in Austriam redit; ad quem Hermenfredus occiso Ebroino fugiens evasit. Fuerunt autem maiores domus, ex quibus quidem regalis generatio processit, primus Ansbertus senator, qui ex Bilhilde, filia secundi Clotharii, genuit Arnoldum, patrem sancti Arnulfi postea Mettensis episcopi; qui Arnulfus genuit Ansegisilum, alio nomine dictum Anchisem, patrem Pipini. Franci denuo pro Ebroino Waratonem maiorem domus efficiunt; cuius filius Gislemarus, contradicente patre suo Waratone, cum Pipino civilia bella habuit. Iterum Pipinus cum Theoderico et Bertario bellum

c. 47. Lib de maioribus domus.

a) ut 1. b) De morte Dagoberti, et de beneficiis quae ecclesie beati Dionysii contulit. *add.* 1. c) orga 1. *in loco raso.* d) De successoribus Clodovei regis, et quomodo Theodericus et Ebroinus monachi effecti sunt. *add.* 1. e) finiut 1. 2. f) Quomodo idem Theod. et Ebroinus de monasterio egredientes regnum Fr. invaserunt. *add.* 1. g) et iunior 1. 2.

67) Cf. geneal. regum Francorum, Bouq. II, p. 697: *constructo in agello Floriacensi.* Haec etiam aliis locis cum hac narratione convenit. *et Lupus pessimus dux in exilium r. s. i. p. e. Th. c. q. de h. i. Lupi essent in monasterio sancti Petri*

inlit; quos vicit et cepit, atque thesauris acceptis Nordebertum quendam de suis maiorem domus constituit; et postea in Austriam victor remeavit. Cuius filii fuerunt Drogo et Grimoldus; ex quibus Grimoldus ducatum accepit in Campania. Lib. de mail. domus.

14.[a] Mortuo Theoderico, Clotharius filius eius regnum puer obtinuit. Quo defuncto, Childebertus frater eius successit. Hairberto quoque mortuo, Grimoldus Pipini filius maior domus efficitur; Childebertus vero rex ut ex hac vita migravit, regnum eius suscepit Dagobertus filius eiusdem adhuc puer. Quo tempore Grimoldus maior domus Theusindam filiam Rabodi ducis coniugio sibi copulavit. Qui a Rangario Frisione in basilica sancti Lamberti peremptus est; pro quo pater eius Pipinus Theudoaldum filium eius, quem ex alia coniuge habuerat, in honore patris constituit; ipse quoque Pipinus eodem anno, qui est incarnationis dominicae 714, medio Decembri obiit, postquam obtinuerat principatum sub nominatis regibus annis 27. Plectrudis, Pipini quondam uxor, Karolum, ex alio uxore eiusdem Pipini filium, captum tenuit; sed Deo donante virus evasit. Hic enim post mortem Dagoberti minoris, qui quinque annis regnavit, multa prelia commisit contra Rabodum Frisionem contraque Ragenfredum, qui pro Theodoaldo, Grimoldi iusti et modesti filio, maior domus efficitur. Tunc Franci Danihelem quendam clericum post abiectionem tonsure in regno stabiliunt, eumque Chilpericum nominant; contra quem Karolus pugnavit atque in fugam victor compulit; ac deinde Coloniam veniens, thesauros patris sui Pipini a Plectrude noverca sua recipiens, regem sibi Clotharium statuit; qui eo anno mortuus est. Tandem Chilpericus rex, qui primum Danihel vocatus est, et Rainfredus dux Eudonem ducem expetunt in adiutorium; ex quibus Chilpericus, qui et Danihel, cum thesauris regalibus fugit; quem postmodum idem Eudo cum multis muneribus Karolo reddidit. Quo non plus quam 5 annis regnante, Franci Theodericum, Dagoberti iunioris filium, super se regem statuunt.

15.[b] Quo tempore Karolus maior domus et princeps Austrasiorum multa bella contra Rabodum et Rainfredum atque Eudonem contraque Baiocrios et contra Sarracenos impari manu iniit, et semper Dei gratia victor exstitit, atque anno dominice incarnationis 741. dux defunctus et in monasterio preciosi martiris Dionisii a suis humatus est. Hic[c] res ecclesiarum laicis tradidit propter assiduitatem bellorum[68], atque pro hoc solo maxime est eternaliter dampnatus. Epist. syn. Caris.[68]

Nam sanctus Eleutherius Aurelianensis episcopus, qui in monasterio sancti Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum seculum est raptus, et inter cetera, que Domino sibi ostendente conspexit, vidit ipsum Karolum in inferno torqueri. Cui interrogasti responsum est ab angelo ductore, quia sanctorum iudicio, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumcunque res abstulit et divisit, ante illud iudicium anima et corpore sempiternis supplicils est deputatus; et recepit simul cum suis peccatis penas propter peccata omnium qui res suas honore et amore Dei ad loca sanctorum in luminaribus divini cultus et alimoniis pauperum et servorum Christi pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reversus, sanctum Bonifacium et Fulradum[d] abbatem ecclesie sancti Dionisii ad se vocavit; eisque talia dicens, iussit ut ad sepulchrum illius Karoli irent, et si corpus eius ibidem non reperirent, ea que dicebat vera esse crederent. Qui pergentes ad locum ubi corpus eius humatum fuerat, sepulchrumque eius aperientes, subito visus est draco exisse; et totum illud sepulchrum inventum est interius denigratum, acsi fuisset exustum. Nos autem illos vidimus qui usque ad nostram etatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt et nobis vive voce versciter dixerunt. — Post cuius mortem Karlomagnus et Pipinus filii eius primatum regni Francie obtinuerunt. Quorum alter, hoc est Karlomagnus, contra Hunaldum[d] ducem Aquitanorum se deinde contra Odilonem Baiocriorum ducem conflictum habuit; et ad ultimum in Siracti monte monachus effectus, postmodum in monte Cassino religiosam vitam duxit. Postremum in Franciam ad fratrem suum Pipinum ium regem legatus sancti Stephani pape rediit; atque Italiam repetendo, facta legatione, apud Viennam Gallie urbem obiit. Lib. de mail. domus.

16.[e] His temporibus Hildricus in regno Francorum constituitur; de quo Pipinus adhuc dux legatos ad Zachariam papam direxit, interrogans eum, si ita manere deberent reges Francorum, cum pene nullius potestatis essent, sed solo nomine contenti. Quibus legatis Romanus pontifex respondit, illum debere regem vocari et esse, qui rem publicam regeret. Detonso igitur rege Hildrico et in monasterio retruso, Franci Pipinum regem super se statuunt. Hic rebellantes sibi subegit, Griphonemque fratrem suum, Thassilonem quoque ex sorore nepotem, quorum alterum Austrasiorum, alterum Baiosariorum duces instituit[69]. Denique Zacharia Romano pontifice defuncto, beatus Stephanus succedit, qui persecutione Haistulfi in Franciam venit; ubi egrotavit usque ad mortem[70], et in ecclesia sancti Dionisii ante altare ipsius martiris pristinam salutem recepit visitatione et allocutione eiusdem, et pro benedictione pastorali et ob testimonium rei geste posteris demonstrandi claves et pallium apostolice dignitatis inibi reliquit, unxitque[71] in reges Francorum florentissimum regem Pipinum et duos filios eius Karolum et Karlomagnum. Sed et Bertradam, coniugem ipsius incliti regis Pipini, indutam cicladibus regiis, gratia septiformis spiritus in Dei nomine consignavit, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate beati Petri sibi a Domino tradita obligavit, et obtestatus est ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum propagine orti regem super se presumant aliquo modo constituere, nisi de eorum propagine. Tunc gloriosus rex Pipinus congregans proceres regie potestatis, eosque tanti patris ammonitione imbuens, statuit cum eis, que Christo favente una cum eodem papa decreverat perficere. Tunc Francorum consilio direxit missos Haistulfo nequissimo Langobardorum regi, ut pacifice ablata restitueret ecclesiis. Sed nequam Haistulfus omnia facere renuit. Gesta pontif. Rom.

17.[f] Ceraens vero Pipinus, quod atrocissimi Haistulfi nequaquam valeret saxeum cor emollire, premisit ante suum occursum aliquos ex suis proceribus ad custodiendas Francorum clausas. Quod audiens protervus Haistulfus, super eos repente irruit cum suis exercitibus; sed Dei bonitas Francis contulit victoriam, ita ut ipse Haistulfus fugam arriperet et absque armis pre timore Francorum in Papia civitate se recluderet. Quam Pipinus obsidens et multum

a) Quomodo quidam clericus nomine unctus est in regem Francorum, qui cum rex esset, Cilpericus dictus est. *add.* 1.
b) Quomodo S. Eleuterius Karolum Martellum vidit in inferno et quomodo serpens de sepulcro eius exivit. *add.* 1.
c) nota hanc contra sacrilegos *add.* 2. *alia manu in marg.* d) fultadum 1. 2. d') humaldum 1. 2. e) Quomodo
f) Quomodo idem Pipinus diversis ecclesiis multa ex eis, quae pater eius abstulerat, reddidit. *add.* 1.

68) Cf. Hugonis h. eccl. supra p. 358. 69) a. 858, ap. Baluze Capitul. ed. Chiniac II, p. 108. 69') Cf. supra p. 359. 70) Cf. Gesta pont. Rom. 71) Haec cum notitia coronationis apud Bouquet V, p. 9. conveniunt.

Gesta pontt. Rom. constringens, atrocissimus Haistulfus veniam postulans, omnimodis professus est se redditurum civitates. Pactoque confirmato, recipiendas ipsas civitates rex Pipinus consiliarium suum Fulradum abbatem Sancti Dionisii misit; et continuo ipse rex cum suis in Franciam feliciter repedavit. Post hoc pestifer Haistulfus quodam in loco venationis intentus, divino iudicio fulmine percussus, atrocissima morte interiit. Tunc Desiderius quidam dux, audiens obisse Haistulfum, illico aggregans multitudinem exercituum, auxilio predicti pape Fulradi abbatis sancti Dyonisii, super Rachisum, fratrem prefati Haistulfi regis Langobardorum, arripuit fastigium. Postea idem beatissimus papa Stephanus Deo annuente rem publicam dilatans, et dominicam plebem ut bonus pastor ab insidiis inimicorum eruit, cursumque consummans, Dei vocatione ad vitam transiit perpetuam. Pipinus autem rex gloriosus dampnationem patris sui Karoli cognoscens, sinodum apud Liptinas congregari fecit. Cui prefuit cum sancto Bonifacio legatus apostolice sedis Georgius nomine. Nam et sinodum ipsam habemus, et quantumcunque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, prout potuit ecclesiis reddere curavit. Et quoniam omnes res ecclesie, a quibus ablate erant, restaurare propter contestationem quam cum Gaifero Aquitanorum duce habebat non prevaluit, precarias fieri ab episcopis exinde petiit, et nonas ac decimas ad restaurationem tectorum, et de unaquaque ecclesia 12 denarios[a] ad casam, cuius res beneficiate, sicut in libro capitulorum regum habetur, dari constituit, usque dum ipse res ad ecclesiam revenirent. Ipse vero gloriosissimus rex Pipinus regnum Francorum rexit nobiliter per 15 annos et eo amplius, Parisiusque morbo aque[b] intercutis deficiens mortuus est, et in monasterio sancti Dionisii deportatus atque humatus est.

Epist. syn. Caris. 5.

Einh. V. Kar. c. 3.

cf. Einh. l. l.

18.[c] Post cuius discessum Franci, facto generali conventu, Karolum Magnum, filium eius, super se regem statuunt; ad quem postmodum sanctus pontifex Adrianus compulsus in Franciam venit[73], querelam depositurus de iniuriis et pervasione sancte Romane ecclesie, a Desiderio Langobardorum rege perpessis. Karolus autem rex amore et honore beati Petri et reverentia[d] sancti presulis Adriani ductus, expeditionem preparans, ipsum Desiderium in
774. civitate Papia obsedit, et cepit cum uxore et uno filio; alterum autem filiorum eius regno expulit; ipsum vero Desiderium regem in Franciam misit, eumque iussit in ecclesia sancti Dionisii tonsorari et monachum fieri. Quod et factum est, ibique usque ad ultimum vite sue diem moratus est, sepultusque est ibidem in sinistra parte monasterii[74]. Interim famosissimus rex Karolus ad limina apostolorum Romam perrexit. Prefatus vero Adrianus papa et priores senatorii ordinis atque sacer clerus omnisque populus Romanus cum honore eundem
800. regem exceperunt, insuper imperatorem esse acclamaverunt et die sancto pasche consecraverunt. Hoc itaque peracto, cum suis prospere reversus est in Franciam. Qui sublimatus[d'] super omnes gentes, quas adiutorio et labore Francorum sibi subiecerat, dum moratur Aquisgrani, Albuinum ducem Francorum atque Naimonem primicerium Wasconumque ducem ad se in conclavi evocat. Quibus ait: *Bonum atque rectum mihi videtur, ut Franci omnes mihi tributa solvant, uti cetere gentes que subiecte manent dicioni nostre.* Hoc audito, viri sapientes Albuinus atque Naimo seu alii proceres qui aderant tristes effecti, regi respondentes dixerunt: *Domine rex, desine hoc a Francis querere, quia illorum auxilio et labore regna vicisti omnia.* A rex aliquantisper commotus ira, ait, nullomodo suum velle aliter verti, nisi sicut dixerat. At illi terminum prolongando petierunt prolixum. Quod et rex cessit. Interim convocaverunt omnes primores regni, eisque velle regis manifestaverunt. Qui indignati super hac re moleste acceperunt.

19.[e] Tamen a Naimone duce Wascono et Albuino delicioso bene consulati sunt. Iusserunt enim, ut omnes Franci prepararent se ad expeditionem 2 annorum, sicque armati ad regem tenderent. Et factum est. Ex improviso nuntii diriguntur ad regem, qui nuntient exercitum ascendere contra eum immensum. Quo rex audito, mente consternatus est, eo quod minime spatium illi foret congregandi exercitum. Quid plura? Mox Albuinus et alii proceres[f] Francorum assunt ante Karolum dicentes: *Quid agis, Karole? Suscipe tributum Francorum; adest tibi paratum exitiale*[g]. Quod ille audiens ait: *Deliqui; date consilium, quid agam? — Mitte*, inquiunt, *legatos obviam exercitui, et satisfac omnibus per emendationem.* Quod et factum est. Post vero Franci aiunt ad regem: *Tui milites sumus; armati quocunque iusseris ibimus.* Sicque cum Ludovico rege filio eius missi sunt in partes Wasconie; peractoque negocio, cum maximo tripudio ad loca propria sunt reversi. Qui gloriosus rex post
Einh. V. Kar. c. 30. longam regni amministrationem febre simul laterisque dolore fatigatus, 7. postquam decubuit die, sacra communione percepta, decessit, anno etatis sue 72. et ex quo regnare ceperat 47. 5. Kal. Febr. hora diei 3. Qui a suis ibidem in ecclesia sancte Dei genitricis, quam funditus edificaverat, conditus aromatibus humatus est.

a) denariis 1. 2. b) atque 1. 2. c) Quomodo Karlomannus post patris obitum et quomodo apud Romam imperator effectus sit. *add* 1. d) reverentia 2. d') sublimatur 1. 2. e) Quomodo Franci cum Karlomanno rege voluerunt proeliare, et de morte ipsius Karoli. *add.* 1. f) preces 1. g) extiale 1.

72) ap. Baluze II, p. 109. 73) Haec et sequentia falsa esse et fabulis plena, cuique patet. 74) Ann. mai. Sangall. SS. I, p. 75. Corbeiam, Ann. Leodienses SS. IV, p. 13. et Anselmus c. 18, SS. VII, p. 198. Leodium exilii locum dicant.

20.[a] Cui[75] successit in regno filius eius Ludovicus Pius imperator famosissimus, nulli 814.
regum suo tempore postponendus. Qui gloriosus imperator tres filios suos Lotharium, Ludovicum et Pipinum sublimando, monarchiam regni eis distribuit. Nam Lothario imperium Romanorum et aliis duobus partes regni divisit; atque instigante humani generis inimico, ipsi tres filii eius, factione quorundam pravorum hominum, ipsum Ludovicum patrem suum imperatorem dolo capiunt, uxoremque eius Iudith et Karolum, utriusque filium, ab eo extrahunt 833
et exulant, deserente omni populo ipsum Ludovicum imperatorem et ad filium eius Lotharium transeunte. Ebbo etiam Remorum archiepiscopus inter eos ad eundem se contulit Lotharium. Qui Lotharius per imperialia palacia venieus, adduxit secum eundem patrem suum usque Suessionis ad monasterium sancti Medardi. Ibique hortantibus et urgentibus ceteris episcopis seu primoribus regni, coactus est Ebbo illi imponere publicam penitentiam; unde nimiam et perpetuam eius incurrit offensam. Inde vero plurima pars procerum et populi verterunt se iterum ad iam dictum Ludovicum imperatorem, deserentes filium eius Lotharium, restitueruntque eum in imperium apud monasterium sancti Dionisii[76]. Tandem 834.
longo post tempore in concordiam remeante patre cum filiis, ascivit ipse imperator Ludovicus consensu et favore supradictorum filiorum Karolum in regno; cuius extitit Francorum et Burgundie regnum. Quamdiu autem supervixit genitor eorum Ludovicus, pacem quoquo[a*] modo visi sunt tenere. Qui gloriosus imperator post longam regni amministrationem viam ingressus est universe carnis, sepultusque est Mettis civitate a fratre suo Drogone eiusdem 840.
urbis presule in monasterio sancti Arnulfi[77]. Post cuius mortem Franci, facto generali conventu, filium eius Karolum Calvum super se regem statuunt[78]. Contra quem supradicti fratres invidia regni commoti, expeditionem ex omnibus copiis suorum extrahunt regnorum, ut dimicando contra eum auferant illi regnum.

21.[b] Quod Karolus cognoscens, omnes primores sui evocat regni, super hac re eos consulens. At illi unanimiter mente virili succensi, inquiunt, non posse pati, ut sinant eos ingredi fines suos. Unde Karolus illis gratias referens, obviam fratribus cum eis pergit. Erat autem vigilia ascensionis Domini nostri[79]. Ipso die adveniente exercitu undiquè, qui pene confluxerant quasi harena maris, resident in parrochia Remensi. In crastinum exagitante diabolo in Fontaneola exercitus trium regum, id est Lotharii, Lucdovici atque Pipini, spe- 841.
rantes fore exercitum Karoli invalidum et ociosum pro sancta ascensione, subito eum invadunt. Sed propitio Deo Franci et reliquus exercitus Karoli viriliter dimicantes, eos excipiunt, diuque confligendo pars Karoli victrix efficitur. Post quiete Karolus degens in regno, et supervivens ceteros fratres, omnia regna eorum suo coniunxit imperio. Qui incomparabili existens bonitate, et priores et futuros reges Francorum superavit munificentia ecclesiastica. Nam totius regni sui monasteria largitate precipua augendo multiplicavit; insuper cenobium sancti Dionisii, ubi ipse corpore requiescit, mirabiliter terris et diversi generis ornamentis amplificavit. Pro quibus beneficiis ut liberaretur ab inferis, ductus est in penarum loca, ut has expavescens a malis se subtraheret; et rursum ostensus est ei floriger campus, ubi requiescunt boni, quatinus magis ac magis in bonis proficeret, ut tandem illuc pervenire posset. Quod quomodo contigerit, in gestis ipsius plenius invenitur. Qui post gloriosam regni amministrationem ad sublimium[c*] apostolorum limina pergens, in ipso itinere morbo correptus interiit. Deinde corpus illius sepulture traditur in parrochia Lucdunensi in monasterio sci- 877.
licet Nantoani[d*,80].

22.[e] Dum itaque ibi tumulatus multo tempore iaceret, visio in monasterio sancti Dionisii, statuto in pago Parisiaco cuidam monacho Erchengario nomine et cuidam clerico sancti Quintini Vermandensis Annonis nomine in una nocte apparuit[f], dicens se esse Karolum imperatorem ac Calvum, et se illis a Deo palam directum, ut voluntas Dei omnipotentis filio suo Ludovico regi et proceribus regni Francorum panderetur.

a) I. *infra ante verba:* Qui Lotharius per imperialia *novum caput orditur, rubra praemissa:* De discordia facta inter Ludovicum regem piissimum et filium eius Lotharium. a*) quoque 1? 2. b) Quomodo Karolus Calvus regnavit, et de discordia facta inter se et duos fratres eius. *add.* 1. c) subimium 2. d) uantoani 1. 2. e) Quomodo Karolus Calvus post obitum suum cuidam monacho apparuit. *add.* 1. f) aparuit 1? 2.

75) Haec cum veteribus fontibus in universum conveniunt, neque tamen ita descripta sunt, ut certum fontem indicare possimus. 76) Cf. Ann. Bert. h. a. 77) Cf. Ann. Fuld. h. a. 78) Iterum fabulosa auctor narrat. 79) Legit hic auctor 7. Kal. Iunii (pro *Iulii*), qui dies hoc anno incidebat in ascensionem. BOUQ. 80) Cf. Ann. Bert. a. 877.

23.[a] Nam ait displicere Deo sanctisque martiribus Dionisio Rustico et Eleuterio et aliis omnibus, quod frustretur corpus illius sepultura basilice sanctissimi Dionisii, cui libenti dum advixit animo quecunque valuit tribuere studuit, seu ornamenta, que usque hodie in ipsa reservantur ecclesia, precio inestimabilia, auro decorata, gemmisque et lapidibus preciosis, seu predia et prepotentes villas. *Eant igitur quantocius et transferant corpus meum ad locum Sancti Dionisii.* Quod filius eius et principes regni audientes, convocatis archiepiscopis et episcopis et abbatibus atque precipue Sancti Dionisii abbate Waltero nomine, honorifice a loco prime sepulture Nantoani[b] cenobii ad locum devehunt Sancti Dionisii martiris dignanter, et ante sancte Trinitatis altare tumulant.

24.[c] Huic vero glorioso regi[d] successit filius eius Ludovicus[e] rex; qui genuit[f] Karlo-
Cont. Aimoini c. 42. magnum et Ludovicum. Karlomagnus genuit Ludovicum[g]; cuius diebus natio Danorum terciam Neustrie[h] inflictura cladem evenit. Sed Hugo cognomento Abbas eos compescuit, quorum phalanges ita stravit, ut vix quantus superviveret. Qua plaga humiliati Dani Gallias per aliculos temporis spacium quietas reliquerunt. Defunctis vero Hugone abbate et Ludovico principe, Karolus filius eius, qui Simplex dictus est, in cunis evum egens, patre orbatus remansit; cuius etatem Francie primores domiatai incongruum arbitrati, cum iam recidivi Danorum nunciarentur motus, consilium de summis iniunt rebus. Supererant igitur duo filii Roberti comitis Andegavorum, qui fuit vir Saxonici generis, Odo scilicet et Robertus. Odonem maiorem natu Franci et Burgundiones atque Aquitani, licet reluctantem, Karoli pueri tutorem regnique elegere gubernatorem; quem unxit Walterus Senonum archiepiscopus. Qui benigne et rei publice hostes arcendo strenue profuit et puero semper fidelis extitit. Quo obeunte, Karolus puer dictus Simplex regnum recepit. Sub ipso tempore venerunt Normanni in Burgundia ad Sanctum Florentinum. Occurrit autem illis Ricardus dux Burgundie in territorio Tornodense, percussitque multitudinem eorum in[i] ore gladii, et reliqui fugerunt. Tempore illo factus terremotus circa cenobium sancte Columbe 5. Idus Ianuarii. Item obsidentibus Danis Carnotinam[k] civitatem, Ricardus prenominatus dux et Robertus, frater Odonis regis, irruerunt in eos, peremptisque 6 milibus octingentis, et a paucis[l] qui remanserant obsides acceperunt 14. Kal. Augusti in sabbato, auxiliante Deo et intercessione beate Marie. Item medio mense Martio apparuit stella a parte circii emittens radium fere diebus 14.

25.[m] Sequenti anno fames invaluit per totam Galliam. Post 5 fere annos Kal. Febr. ignee acies vise sunt in celo, alternatim se insequentes. In ipso autem anno fuit dissentio inter regem et principes eius; qua causa strages multe perpetrate sunt. Tercio anno post hanc persecutionem defunctus est Ricardus dux Burgundie Kal. Septembris,
c. 43. sepultus est in basilica sancte Columbe in oratorio Simphoriani martiris. Secundo anno post mortem eius Robertus princeps contra Karolum Simplicem, quia pars ei regiminis Odonis fratris sui non reddebatur, tirannidem invasit, et a quibusdam episcopis diademate regio se coronari ac sceptro regni insigniri[n] ac inungi partim blanditiis partimque minis extorsit, sed letos exitus inde non habuit. Necdum enim anno illo finito, factum est bellum Suessionis civitate inter Karolum Simplicem et Robertum principem, ubi ipse Robertus a ducibus Karoli interfectus est, licet exercitus eius obtinuerit victoriam; nec tamen socii eius territi defectione, deseruere contumaciam. Karolo itaque a cede revertenti, occurrit ei Herbertus comes Virmandensis, iniquorum nequissimus, et ficta[o] pace deceptum in Perronn[p] castro hospitandi gratia compulit, et sic eum dolo captum tenebroso carcere recluxit. Habebat enim predictus Robertus sororem huius Herberti, de qua natus est Hugo Magnus. Et quia status regni sine principe agebatur in incertum, Karolus in custodia positus Radulfum, filium Ricardi prefati ducis Burgundie, quem de sacro fonte susceperat, consilio Hugonis Magni, filii predicti Roberti, et procerum Francie, regnare fecit; equi unctus est in regem civitate Suessionis. Karolus autem propter carceris macerationem, cum 27 annis regnasset, in ipsa custodia defunctus est, sepultusque est in basilica sancti Furaci, relinquens[p'] filium suum nomine Ludovicum, quem ex Heagiva, regis Anglorum filia, susceperat. Qui calamitate patris sui involvi metuens, ad Anglos cum ipsa matre sua fugit. Eodem tempore pagani Burgundiam vastaverunt, factumque est prelium inter eos et christianos in monte Kalo, peremptis a paganis multis milibus nostrorum.

26.[q] Rodulfus vero rex 13 annis regens Franciam, et severus in coherendis ecclesie predonibus et faciens remanere impetus Danorum, moritur, et sepultus est in basilica sancte Columbe iuxta patrem suum. Post cuius
81 obitum Hugo Magnus una cum Francis misit Gisleb[81]ertum[81] Senonum archiepiscopum ad Heagivam, uxorem iam dicti Karoli Simplicis, quae fugerat ad patrem suum regem Anglorum cum filio suo Ludovico, et sub sacramento datis obsidibus reduxit eam in Franciam una cum ipso filio. Igitur ex consensu Hugonis Magni et primorum Francie unctus est in regem ipse Ludovicus, filius Karoli Simplicis, apud Laudunum. Secundo anno post hec 15. Kal. Martii in primo gallorum cantu usque ad diem sanguineas acies in celo sunt vise. Sequenti mense 9. Kal. Aprilis Hungri adhuc pagani Franciam atque Burgundiam ac Aquitaniam ferro et igne depopulari fecerunt. Post hec
c. 44. rebellaverunt Franci contra Ludovicum regem, super omnes autem Hugo Magnus. Iude non post multos dies[r] idem rex Ludovicus, filius Karoli Simplicis, supra Normannos ducens non modicum exercitum, dolo captus est ab ipsis Normannis civitate Baiocas, multis interfectis Francorum, consenciente tamen Hugone Magno. Eodem anno fames invaluit per totam Galliam, adeo ut modius frumenti venderetur 24 solidos. Post mense Maio feria 6. sanguis pluit super operarios. In ipso anno mense Septembri Ludovicus rex, totum tempus plenum ducens angustie et tribulationis, cum regnasset annis 16, diem clausit extremum, sepultusque Remis in basilica sancti Remigii, relictis duobus filiis suis Lothario atque Karolo, quos ei genuerat Gerberga, soror Othonis Romanorum postea imperatoris. Sequenti mense 2. Idus Novembris Lotharius, filius eiusdem, iam iuvenis, unctus est in regem Remis, et Hugo Magnus factus est dux Francorum. Secundo anno post hoc mense Augusto obsedit ipse Hugo Pictavis civitatem; sed nichil ei profuit. Dum enim obsideret eam, quadam die intonuit Dominus, et disrupit turbo papilionem eius a summo usque deorsum, stuporque invasit eum cum exercitu suo, ita ut vix evaderent; versique in fugam recesserunt ab obsidione, nemine persequente.

a) Visio monachi a Karolo Calvo prolata. *add.* 1. b) uantoani 1. 2. c) *hanc divisionem ipse instituit.* d) gloriose rege 1. e) balbus *secunda manu supersor.* 2. f) de concubina *sec. manu add.* 2. g) qui nichil fecit *sec. manu add.* 2. h) neustris 1. i) in ore *post suppl.* 2. *desunt* 1. k) parnetimam 1. 2. l) paucis 1. m) Quomodo Herbertus comes Karolum Simplicem apud Peronam in carcere retruxit. *add.* 1. n) iairi 1. o) facta *corr.* ficta 2. p) partona 1. p') reliquens 2. q) Quomodo Ludovicus, filius Karoli Simplicis, regni Fr. adeptus est principatum. *add.* 1. r) *post suppl.* 1. 81) Guillelmum rectius Aimoini cont. et Hist. Senon. hunc dicunt.

27.[a] Eodem anno Gislebertus dux Burgundie defunctus est, reliquens ducatum Othoni, filio Hugonis Magni, cui filiam suam in coniugio copulaverat. Sequenti anno post hec obiit ipse Hugo Magnus in Doringa villa 16. Kal. Iulii, sepultusque est in basilica sancti Dyonisii. Successerunt autem ei filii sui Hugo cognomento Capex et Otho atque Henricus, nati ex filia Othonis regis Saxonum; quorum Hugo effectus est dux Francorum et Otho dux Burgundionum[b]. Othone vero defuncto, successit ei frater eius Henricus. Sub eodem tempore orta est contentio inter Anegisum episcopum Threcarum et Robertum comitem. Electus autem Anegisus de civitate, perrexit Saxoniam ad Othonem regem; adductisque Saxonibus, mense Octobrio obsedit Trechas longo tempore. Euntibus vero in predam Saxonibus, occurrerunt eis Archenbaldus archiepiscopus et Renaldus comes Vetulus cum maximo exercitu in loco qui dicitur Villare. Helpone duce ibi interfecto cum Saxonibus, Senonenses exiterunt victores. Diserat enim idem Helpo, se incensurum ecclesias et villas que sunt super Venesam fluvium usque ad civitatem et infigere lanceam suam in porta sancti Leonis. Interfectus autem Helpo cum multo populo, reportatus est a servis suis in terram suam Ardennam; sic enim mater sua Warna eum adiuraverat. Plauserunt autem eum Renaldus comes et Archenbaldus archiepiscopus, quoniam consanguineus eorum erat. Videns vero Bruno dux Helponem socium suum interfectum, roversus est in patriam suam. Non post multos dies Lotharius rex Francorum congregans immensum exercitum, revocavit in ditione[c] sua Lotharium regnum; veniensque ad palatium Aquisgrani, ubi manebat Otho imperator, hora prandii ingressus intus, nemine contradicente, comeditque et bibit quicquid illi sibi paraverant. Otho vero imperator cum uxore sua et populo suo fugiens evasit. Depredato palatio et tota provincia, Lotharius rex rediit cum pace in Franciam, nemine persequente. Post hec ipse Otho imperator congregato exercitu usque Parisius venit, ubi nepos eiusdem cum aliis pluribus occisus est ante portam, incenso suburbio ipsius urbis; ipse enim iactaverat se lanceam suam infigere in porta Parisius. Lotharius autem rex, convocato Hugone duce Francorum et Henricum Burgundionum ducem, super eos repente irruit, et persecutus est fugientes usque ad urbem Suessionis. Illi vero ingressi alveum fluminis quod dicitur Axona[d], vadum nescientes, plurimi perierunt, multo plures aque quam gladio; tantique fuerunt ibi necati, ut fluvius redundaret cadaveribus mortuorum. Lotharius autem cum Francis persequens eos tribus diebus et totidem noctibus usque ad fluvium qui fuit iuxta Ardennam silvam, interfecit multos ex eis, dedignansque eos ultra persequi, cum magna victoria in Franciam remeavit. Otho vero imperator taliter dehonestatus, cum paucis de suis in Lotharingiam rediit. Qui post hec nec reviit Franciam, nec quilibet successorum eius. Eodem autem anno ipse Lotharius rex et idem Otho pacificati sunt civitate Remis, contradicentibus Hugone et Henrico ducibus totiusque Francie primoribus. Dedit vero Lotharius rex Othoni imperatori Lotharium regnum pro vinculo amoris; que causa magis contristavit corda Francorum.

Cont. Aim. c. 44.

28.[e] Post hec Lotharius rex obiit, sepultusque est Remis in basilica sancti Remigii; successitque ei Ludovicus filius eius; qui 9. regni sui anno obiit iuvenis sine filiis, sepultusque est Compendio in ecclesia sancti Cornelii, atque Karolus, frater eius, filius scilicet prefati Lotharii, regnum Francorum obtinuit. Eodem vero anno Hugo dux Francorum cognomento Capex contra Karolum hunc rebellavit, eo quod ipse Karolus in matrimonio acceperat filiam Herberti Trecharum comitis. Qui collecto copioso exercitu, Laudunum obsedit, ubi ipse Karolus manebat cum uxore sua. Karolus cum suis exiens de civitate, Hugonem fugavit et obsidentium fugientium hospitia incendit. Tunc Hugo cernens, quod nullo modo posset Karolum vincere, consilium habuit cum Ascelino traditore, Laudani pontifice et eiusdem Karoli consiliatore. Tradens itaque Ascelinus[f] Laudunum Hugoni duci cunctis quiescentibus, Karolus cum uxore sua captus est intus, atque civitate Aurelianis in carcere recluditur; nondum enim unctus erat in regem, Hugone contradicente. Qui reclusus Aurelianis duos filios ex predicta coniuge, Karolum et Ludovicum, genuit. Et[g] genus et regnum defecit hic Karolis. Eodem vero anno ipse Hugo dux cognomento Capex unctus est in regem civitate Remis, Robertumque filium eius dulcissimum in ipso anno regio diademate sublimari fecit.

c. 45.

29.[h] Illis diebus domnus[i] Arnulfus vir bonus et modestus, frater prefati Lotharii, natus tamen de concubina, Remorum ecclesiam gubernabat. Huic Hugo ordinatus rex plurimes insidias tetendit, cupiens exterminare omnem progeniem Lotharii. Qui congregans concilium in civitate Remis, Seguinum Senonum archiepiscopum cum suffraganeis suis ad illud invitavit. In quo concilio prefatum Arnulfum, quoniam multum ei invidebat, degradari fecit, atque Aurelianis cum prefato Karolo nepote ipsius custodie mancipavit, dicens natum ex concubina non debere pontificali infula sublimari. In cuius etiam locum Girbertum philosophum consecrari fecit, eo quod magister fuerat Roberti regis, filii sui, et domni Leuterici, postea Senonum archiepiscopi. Seguinus vero archiepiscopus nullo modo consentire voluit degradationi Arnulfi nec Girberti consecrationi, licet urgeret iussio regis; sed plus Deum quam terrenum regem timens, in quantum potuit restitit; qua causa ira regis in eum efferbuit. Quo audito Romanus pontifex episcopos, qui ordinationi Girberti et Arnulfi degradationi consenserant, a sacerdotali honore suspendit, misitque Leonem abbatem a sede apostolica ad Seguinum Senonum archiepiscopum, qui vice sua civitate Remis congreget concilium. Collecto igitur concilio ex iussione apostolica, predictus Arnulfus, iam tercium annum agens in vinculis, revocatur de custodia et cum honore reponitur in sede propria. Girbertus vero intelligens, quod pontificatus honorem usurpasset iniuste, penitentia ductus iudicabat se indignum tali honore. Altercationem autem Girberti et Leonis misi apostolici si quis diligentius inquisierit, in gestis Remorum pontificum invenire poterit. Per idem tempus electione Othonis imperatoris et acclamatione populi Girbertus philosophus suscepit episcopatum Ravennate urbis; quo per plures annos ibidem residente, Romano papa defuncto, a populo urbis Rome acclamatur sibi dari pontifex. Qui assumptus de Ravenna, consecratur episcopus in urbe Romana.

c. 46.

30.[k] Eodem vero tempore Hugo rex cognomento Capex 11. annum agens in corona, civitate Parisius humanis rebus exemptus est, et in basilica sancti Dyonisii sepultus est. Cui successit Robertus, filius eius, regum piissimus, valde litteratus[m] et modestus. Qui ex regina Constancia, comitis Provincie filia, tres filios genuit, Hugonem regem, qui ob nimium decorem corporis et morum vocatus est Flos iuvenum, et Robertum Burgundie ducem atque Henricum, postea Francorum regem. Eodem tempore quidam miles Walterus nomine et uxor eius castrum Milidunum Odoni comiti tradiderunt. Rotbertus autem rex

956.

a) Quomodo Hugo Capex dux Francorum effectus est. *add.* 1. b) burgondionum 2. c) indictione 1. 2. d) arona vadunt 1. 2. e) *novum caput tam antea verbis* Lotharius autem cum Francis *incipit rubrumque:* Quomodo Hugo Capex Karolum filium Lotharii Aurelianis in carcerem retrusit, *addit* 1. f) estelinus 2. g) et Ludovicum *add.* 1. *in marg.* h) Quomodo idem Hugo regnum Francorum arripiens omnem progeniem Lotharii regis exterminare voluit. *add.* 1. i) domnus 2. k) De morte Hugonis Capet, et quomodo Robertus filius eius unctus est in regem. *add.* 1.

82) Nota pentametrum. 83) Ita etiam Hugo hist. mod. c 9, supra p. 385.

Cont. Aim. c. 46. et Burchardus comes congregantes exercitum, convocatisque Normannorum auxiliis, obsederunt Milidunum. Quo expugnato[a] et capto, Walterus et uxor eius, quis illud tradiderant, ante portam eiusdem castri suspensi sunt in patibulo. Tunc Rotbertus[b] rex Burchardo[b'] comiti idem castrum sicut antea possederat[c] reddidit. Rainaldus igitur comes Senonum Vetulus, plenus omnibus malis, defunctus, sepultus est in basilica sancte Columbe. Cui Frotmundus,
c. 47. filius eius, successit, habens in coniugio filiam Rainaldi Remorum comitis. Sub ipso tempore Segulfus Senonum archiepiscopus ultimum vite sue signavit diem; post cuius transitum Senonensis ecclesia sine pastore fuit per annum unum. Omnis autem populus eiusdem urbis poscebat sibi dari Leuthricum archidiaconum; sed quidam clerici volentes ordinari resistebant, precipue Frotmundus, filius Rainaldi comitis, volens consecrari episcopum filium suum Brunonem[c'] clericum. Sed Dei voluntate et apostolica auctoritate Leuthericum consecraverunt episcopum suffraganei pontifices Senonice ecclesie. Eodem anno defunctus est Henricus dux Burgundie sine filijs, rebellaveruntque Burgundiones, nolentes recipere regem Rotbertum, nepotem eiusdem Henrici. Landricus itaque comes ingressus Autilliodorum tenuit civitatem. Quo audito Rotbertus rex collegit exercitum, convocatoque Richardo duce Normannorum, vastavit Burgundiam, obsidens Autisiodorum multis diebus. Burgundiones vero se subdere ei unanimiter resistebant. Obsedit iterum Avallonem castrum fere tribus mensibus. Quo fame ei reddito, regressus est in Franciam cum exercitu suo.

31.[d] Mortuo autem Frotmundo comite Senonum, successit ei Renardus filius eius, iniquorum nequissimus; qui ecclesiis et Christi fidelibus tantam persecutionem intulit, quanta non est audita a tempore paganorum usque in hodiernum diem. Qua persecutione Leutericus Senonum archiepiscopus angustiatus, orabat attentius ut sibi unique Christus misereretur. Postea vero ab archiepiscopo Leuterico civitas Senonum capta est consilio Rainaldi Parisiorum episcopi, et reddita festinanter Roberto regi; unde Raisardus comes fugiens, nudus latuit. Sed Frotmundus frater eius ceteriique milites ingressi turrem civitatis, obtinuerant eam multis diebus. Quam Robertus rex oppugnans, in illa Frotmundum cepit; quem Aurelianis vinculis mancipavit; ubi miserabiliter vitam finivit. Sub eodem tempore mense Februario duobus diebus, 14.[e] scilicet et 15, sol in virtute sua mirabiliter luxit. In circuitu eius visus est circulus etherei coloris permaximus, fulgens quasi arcus in nubibus. Circa ipsum circulum duo soles visi sunt, quasi duo radii longissimi, unus versus Aquitaniam iubar emittens, alius[f] versus Franciam. Hec signa 5. feria tota die sunt visa; sequenti autem die, hoc est 6. feria, ipsa eadem signa[g] in sole similiter apparuerunt a prima hora diei usque in[h] terciam plenam, sed non sicut in die primo clara. Prima[i] die huius signi fuit luna 14, in secunda[i] 15.

32.[k] Post hec Robertus rex christianissimus obiit anno Domini[l] 1031, positusque est
1031. iuxta patrem suum in ecclesia sancti[m] Dyonisii. Post cuius obitum filius eius Robertus Burgundie ducatum obtinuit, et Hugo Flos iuvenum maior natu unctus[n] in regem[o], coronam regni Francie suscepit. Qui mirificis bellorum insignibus magnanimitatisque virtutibus laureatusque[p] effulsit. Quo primo regni sui anno humanis rebus subtracto[q 84], Henricus frater eius, miles audacissimus, monarchia regni sublimatus, unctus est in regem, matre sua Constancia contradicente multosque primorum Gallie[r] contra illum excitante. Quos omnes ille brevi tempore et parva manu ita armis perdomuit, ut sese suaque omnia eius summitterent potestati. Qui inter alia que strenue gessit Willelmum Normannorum ducem a quibusdam potentibus Normannis exhereditatum, ipsis devictis, in honore[s] restituit, quibusdam ex eis patibulo suspensis, aliis vinculis mancipatis, aliis potestatibus privatis. Hic ex Anna, filia regis Russie nomine Bullesclot[t], genuit Philippum regem et Hugonem Magnum, Virmandensem[u] postea comitem. Tercio autem regni eius[v] anno urbs Parisius[w] flagravit incendio. Hoc etiam regnante per 5 annos fames invaluit. Ipse denique, multis preliis devictis, plenusque
1060. dierum, civitate Senonas[x] obiit morte communi, sepultusque est iuxta patrem suum in basilica sancti Dionisii.

33.[y] Philippus autem filius eius coronam regni post eum recepit, unctus in regem Remis a Gervasio archiepiscopo eiusdem[z] urbis. Quo regnante 7. Kal. Mai. cometes apparuit fere diebus 5, magnum iubar emittens contra occidentem. Nec multo post, in ipso videlicet anno, die festi sancti Michaelis comes Normannorum Willelmus cum ingenti na-
1066. vium apparatu mare transiit, regnumque Anglorum occupavit et cepit. Illis diebus ossa beati
1087. Nicholai a Myrrea Licie urbe translata sunt in Barin civitate Apulie iuxta mare. Post hos dies prefatus Willelmus Normannorum[a] comes et rex Anglorum moritur, successeruntque

a) expugnanto 1. repugnante *corr.* expugnato 2. b) robertus 1. b') burchado 1? 2. c) possederant 1? 2. c') brumonem 1. 2. d) Quomodo Senonum civitas regi Roberto tradita est consilio Rainaldi Paris. episcopi *add.* 1. *et caput incipit ante verba:* Quo fame. e) 14. ec. et 15. *desunt* 3. f) atque alius 3. g) *deest* 3. h) ad 3. i) primo — secundo 3. k) *novum caput infra verbis* Qui inter alia *incipit* 1. *rubramque addit:* Quomodo post regis Roberti obitum Henricus filius eius coronatus est rex. l) dominicae incarnationis 3. m) b(esti) 3. n) est *add. sed deletvit* 2. o) patre superstite *add.* 3. p) que *deest* 3. q) et in ecclesia b. Dionysii decenter humato f. e. H. m. a. adhuc patre vivente 3. r) francie 3. s) honorem 3. t) bullesdoc 3. u) p. Verm. c. 3. v) sui 3. w) Parisii 3. x) Parisii 3. y) *hanc ipse institui divisionem.* z) u. e. 3. *) *deest* 3. a) dux norm. 3.

84) Hugo ante patrem Rotbertum, quocum rex erat constitutus, mortuus est.

ei filii ipsius, Robertus in Normannia et Willelmus Rufus[a] in Anglia. Post hec diversarum gentium motus ad Iherusalem capiendam, crucibus ad humeros vestibus superpositis, factus est clamantium *Deus vult*. In cuius captione splendor in celo visus est pene per totum orbem. Postea Willelmus Rufus[a] rex Anglorum, venationi intentus, sagitta incaute emissa occiditur. Cui Henricus frater eius[b] velocissime successit, ne impediretur a Roberto fratre suo, iam de[c] Iherosolimitana expeditione reverso.[d] Eodem anno ipse Henricus diademate coronatus regio, accepit uxorem nomine Mathildem, filiam regis Scotorum, valde litteratam. Sub eodem tempore mense Februario cometes apparuit, et in anno sequenti mense Maio Goiffredus Martellus[85] Andegavorum comes, iuvenis valde plangendus, in obsidione unius castelli sagitta interficitur. Ipso etiam anno Henricus Romanorum et Theutonum imperator Leodio Sancti Lamberti ultimum vite sue signavit diem, fugiendo filium suum persecutorem, periurum et rebellem, quem honorifice sublimaverat regem. Sequenti anno domnus[e] Paschalis papa secundus in Franciam venit, ubi[f] a Philippo rege et Gallie primoribus valde honoratus est, ut dignum erat apostolice sedis dignitati[g]. Peractoque[h] pro quo venerat, cum pace reversus est ad propriam sedem. Philippus vero rex, cuius temporibus hec evenerunt, in primordio regni sui accepit uxorem, sororem scilicet[i] Roberti[k] Flandrensis comitis, cuius laus multa habetur in bellicis negociis; ex qua genuit Ludovicum regem et filiam unam nomine Constanciam; quam idem pater suus rex Hugoni Trecharum comiti in matrimonio copulavit; sed postmodum pro parentela ab eo ablatam Boamundo viro bellicoso[l] apud Carnothum coniugio copulavit. Ipse vero Philippus, vivente legali coniuge sua, Fulconi Rechin Andegavorum comiti uxorem suam apud Turonis dolo subripuit; ex qua Philippum et Florum genuit[m] et filiam unam, quam Tanchredus Anthiochenus[n] in coniugio postulavit et accepit. Ipse autem Philippus 48. regni sui anno apud Milidunum 4. Kal. Augusti obiit, sepultusque[o] est in ecclesia sancti Benedicti super Ligerim in pago Aurelianensi. Cui Ludovicus filius eius successit, unctusque est in regem Aurelianis a domno[p] Daigberto[q] archiepiscopo Senonensi. Qui in multis exercitiis fatigatus, partim sua simplicitate partim procerum suorum infidelitate Deo donante victor extitit[86].

1097. 1100. 1106. 1107. 1072. 1092. 1108.

*) *In* 3. *haec adduntur*: Accepit autem uxorem filiam Humberti Moriennae vel ut vulgo dicitur de Intermontes; ex qua genuit filios quinque, Philippum, Ludovicum, Robertum, Hen-

a) *supersc.* 2. b) ipsius 3. c) a 3. d) *hoc loco* 1. *addit rubram*: Quomodo post regis Roberti obitum Henricus filius successit in regnum Francorum. e) donnus 2. f) et 3. g) dignitati sedi 1. sedi *supersc.* dignitati 2. sedi et dignitati 3. h) quo *desit* 3. i) ex parte matris *add.* 3. k) r. ierosolymitani fl. c., filii vero Roberti Frisionis 3. l) genere Romano *add.* 3a. m) et f. u. g. 3. n) genere Normannus *add.* 3. o) et sepultus 3. p) donno 2. q) daimberto 3.

85) iunior huius nominis, Fulconis Rechin filius. 86) In codicibus 1. et 2. genealogia sequitur regum Francorum, cui 1. hanc praemittit rubram: *Quomodo post eversionem Troie homines qui fugerunt Franci sunt vocati, et de nominibus regum.* Genealogiae tenor hic est: *Post captam Troiam atque deletam Eneas cum 22 navibus, cum quibus Paris Alexander in Greciam ierat Helenamque deportaverat, quibus portabantur reliquie Troianorum, venit in Italiam, regnante ibi Latino et apud Atheniensis Menesteo, apud Sicionios Polipkide, apud Assirios Aptane, et apud Hebreos iudex Lapdon erat. Mortuo autem Latino, regnavit Eneas ibi tribus annis in supradictis locis, eisdem regibus, nisi quod Sicinniorum[a] iam Pelasgus erat et Hebreorum iudex Sanxon, qui propter nimiam fortitudinem putabatur Hercules. Anthenor etiam nobilissimus Troianorum et alii multi ab excidio prefate urbis profugi, Asya pervagata, Frigaque rege facto et cum suis inter Macedones remanente, ingressi hostia Tanay fluminis, transactisque Meotidis paludibus, in finibus Pannonie edificavere civitatem nomine Sichambriam. Post mortem vero Anthenoris statuerunt duos Torgotum et Francionem, a quo, ut quibusdam placet, Franci sunt appellati. Quo mortuo, duces elegerunt Sennonem et Genebaldum atque Marchomirum; cuius filius Pharamundus genuit Clodium crinitum, a quo reges Francorum criniti habebantur. Clodio vita decedente, Meroveus affinis eius regni Francorum gubernacula suscepit; a quo Meroveo rege utili reges Francie Merovingi sunt appellati. Meroveus genuit Childericum; Childericus Clodovecum; Clodoveus Clotharium; Clotharius Chilpericum; Chilpericus Clotharium; Clotharius Dagobertum; Dagobertus Ludovicum; Ludovicus Clotharium et Chilpericum iuniorem et Theodericum; Theodericus Childebertum; Childebertus Dagobertum iuniorem; Dagobertus iunior Theodericum; Theodericus[b] Clotharium. Et post transmigrationem generationis Ansbertus genuit Arnoldum ex filia Clotharii regis; Arnoldus vero sanctum Arnulfum, postea Mettensem episcopum. Sanctus Arnulfus genuit Ansegisum; Ansegisus Pipinum maiorem domus; Pipinus Karolum Martellum; Karolus Martellus Pipinum postea regem; Pipinus rex Karolum Magnum imperatorem; Karolus Magnus imperator Ludovicum Pium imperatorem;*

a) sirinniorum 1. 2. b) th. cl. *in marg. add.* 2.

ricum; quinti nomen non occurrit memoriae, qui et puer decessit[87]; habuitque ex ea filium unum. Philippus vero patre vivente unctus est in regem civitate Remis, sed non multo post urbe Parisius de equo corruens, mortuus est, et in ecclesia sancti Dionysii sepultus est. Item eodem anno unctus est frater eius Ludovicus in regem in urbe supradicta ab Innocentio papa II, cum ibi teneret concilium. Transactis deinde tribus annis moritur Henricus rex Anglorum et dux Normannorum; et successit ei Stephanus, nepos eius, comes Moritolii. Sequenti autem anno Willelmus dux Aquitanorum ad extrema ductus, precepit hominibus suis, ut filiam suam unicam matrimonio copularent Ludovico iuveni filio regis Francorum; carebat enim alio herede. Nam frater suus Raimundus paulo ante Iherusalem perrexerat, et filiam Boamundi iunioris principis Antiochiae, ipso mortuo, accepit uxorem simul cum principatu eiusdem urbis. Decedente itaque prefato Pictavorum comite Willelmo, accepit Ludovicus iuvenis rex Francorum filiam eius cum ipsius ducatu. Ipso anno obiit in civitate Parisius Ludovicus senior rex Francorum Kal. Augusti, et sepultus est in ecclesia sancti Dionysii; et successit ei Ludovicus filius eius rex Francorum et dux Aquitanorum anno ab incarnatione Domini 1137.

1129. 1131. 1135. 1137.

Ludovicus Pius imperator Karolum Calvum imperatorem; Karolus Calvus Ludovicum tantum[a] *regem; Ludovicus Karlomagnum et Ludovicum; Karlomagnus Ludovicum Qui-nichil-fecit; Ludovicus Karolum Simplicem; Karolus Simplex Ludovicum, qui traditus est Baiocas a Hugone Magno duce. Ludovicus iste Lotharium et Karolum genuit de Gerberga, sorore Othonis imperatoris; Lotharius senex Ludovicum et Karolum. Ludovicus rex obiit iuvenis sine filiis; cui successit Karolus frater eius; qui nondum unctus in regem, traditus est cum uxore sua Lauduno ab Ascelino eiusdem urbis presule, et redditus Hugoni cognomento Capet. [Nomina regum Francorum, qui de genere Hugonis Capet processerunt,* add. 1.*] Quem idem Hugo Aurelianis mancipavit custodie; ubi mortuus est cum uxore sua et duobus filiis, quos ibi genuerat, Ludovico et Karolo. Et genus et regnum deficit hic Karoli, et*[b] *transit ad supradictum Hugonem cognomento Capes; qui genuit regem Rotbertum; Rotbertus Henricum; Henricus Philipum; Philipus Ludovicum; Ludovicus Ludovicum piissimum [sive*[c] *grossum]. [Ludovicus*[d] *genuit Philippum. Philippus genuit Ludovicum. Ludovicus genuit Ludovicum. Ludovicus genuit Philippum.]* Codex 1. post verba *regem Rotbertum* ita pergit: *Et huic successit Henricus filius eius. Post quem regnavit Philippus filius eius. Quo mortuo Ludovicus filius eius regnum suscepit paternum. Et post hunc regnavit Ludovicus filius eius. Post hunc regnavit Philippus filius eius. Anno d. i.* 1181. *unctus est in regem Remis a Willermo archiepiscopo avunculo in presentia patris sui Ludovici, et militari ambitu stipatus, baronibus totius Francie et Flandrie circa eum astantibus, scilicet Philippus comes Flandrie et Viromandie, Balduinus comes Namucensis, Henricus comes Trecarum, Stephanus comes Blesensis, Theobaldus comes Carnotensis, avunculi sui, et alii multi. Anno d. i.* 1214. *predictus rex Philippus bellum gessit cum Alemannis et Theutonicis et Flamingis, et cum Othone eorum imperatore et comite Flandrensi Fernando nomine et Reinnaldo de Bolonia, et cum Willelmo Longaspata, fratre regis Anglorum. Omnes istos depugnavit et vincit, fugato Othone imperatore, predictis comitibus vinculatis, secum adduxit in Franciam, custodie mancipavit. Decessit autem gloriosus rex Philippus anno vite sue sexagesimo tercio, regni vero sui 44. Iste Philippus filius fuit Ludovici supra memorati regis. Et post hunc regnavit Ludovicus filius eius. Et post hunc regnavit Ludovicus filius eius, undecimum etatis agens annum.*

87) Hugo. His adde Philippum archidiac. Paris. et Petrum Cortiniacensem.

a) tamen 1. b) *pergit alia manu* 2. c) *s. g. post add.* 2. d) *haec posteriori manu scripta sunt, alia erasa:* ludovicus piissimus philippum istum ...

CHRONICON AFFLIGEMENSE.

Affligemensis prope Ascham et Alostum siti monasterii origines et per proximos annos historiam monachus quidam, cuius nomen latet, post annum 1122 *conscripsit. Usus est eam in rem narrationibus fratrum qui rebus ab initio interfuerant et chartis in archivio coenobii adservatis, nec tamen ad sua usque tempora historiam produxit, sed initio saeculi XII. substitit, subiecta una tantum notitia de visione Fulgentii abbatis anno* 1109. *Libellum eodem saeculo monachus Affligemensis alius, qui Sigeberto auctarium adiecit, evolutum excerpsit, saeculo decimo et septimo ex antiquo codice descripsit Simon Guilermot S. Gisleni Hannoniensis subprior, cuius apographo usi*

1) *Dacherius opus sub titulo „Historia Affligemiensis" Spicilegio T. X.* 585 *sqq. et De la Barre T. II.* 769 *sqq. alterius editionis inseruerunt. Quorum textum cum*

2) *Auctario Affligemensi in editione nostra SS. T. VI. collatum repetimus. Usum saeculi XII. aliquoties in vocibus* caritas, domnus, elemosina, inicere, subicere, *et nominibus* Heinricus, Rodulfus, Odulfus *scribendis restituimus. Continuatio quae apud Dacherium legitur, utpote saeculo XVII. medio ab Odone Cambiero composita, omittenda erat.*

Praefatio. Quia labentium decursus temporum iunioribus subducit memoriam praeteritorum, perutile mihi visum est ad notitiam posterorum scripto mandare, quomodo, quo tempore, quibusve fundatoribus Afflegemiense coenobium inchoatum sit, sicut ab eis accepimus, qui rebus ipsius interfuerunt, et ex eo tempore ad nos usque perduraverunt.

1. Eo itaque tempore quo dissidium ortum est inter papam Gregorium, qui alio nomine Hildebrandus dictus est, et Heinricum[a] quartum huius nominis imperatorem, contigit sanctam ecclesiam diversis necessitatibus et adversitatibus opprimi et fatigari, quia capite ipso quod ex regno et sacerdotio constat per morbum discordiae infirmato, reliquum corpus a languore integrum permanere non potuit. Tunc siquidem simonia, antiquarum haeresum sola superstes, tunc presbyterorum coniugatorum irreverentia adeo in orbe praevaluerant, ut sancti Spiritus dona iam apud principes saeculi essent venalia, et inter vitam laicorum et clericorum pene nulla foret distantia. Super hoc sequaces imperatoris a sede apostolica excommunicati, quos sibi communicare nolle videbant, rapinis, tormentis et ipsis etiam mortibus puniebant. Sed pius Dominus miseriae suorum compatiens, plures religiosos suo spiritu inflammatos excitavit, qui sepem apponerent, et pro domo Israel in praelio starent. Horum unus fuit Wedericus[b] sacerdos et monachus sancti Petri Gandensis coenobii, vir saeculari nobilitate, et quod maius est, divina religione valde conspicuus, qui apostolicae auctoritatis licentia roboratus, Flandriam et Brabantiam provincias circuibat, verbum Dei disseminando et populum Dei a peccatis sua praedicatione convertendo; cuius admonitione sunt compuncti sex milites, Gerardus scilicet cognomento Niger, in armorum strenuitate per has provincias tunc famosissimus, Cinelinus et Hargerus, necnon Vulbodo, Geldulfus quoque et Tibaldus. Isti sua omnia quae iniuste acquisierant relinquentes, magistrum pauperum pauperes sequuti sunt, et cum eo tribus fere mensibus permanserunt. Deinde arctioris vitae desiderio aestuantes, quid

a) henr. 1. *constanter.* b) wethericus 2.

sibi deinceps agendum sit, eumdem patrem et magistrum suum interrogant, quomodo remissionem peccatorum sibi iam ab eo repromissam a Domino percipiant.

2. Eodem vero tempore domnus Anno Coloniensis ecclesiae episcopus[a], qui totius religionis studio praeditus[b], actione et nomine apud Deum et homines insignis habebatur: ad quem praedictus Wedericus filios suos propriae iam salutis avidos destinavit, atque ut secundum ipsius praeceptum et consilium iter suarum dirigerent actionum, constanter admonuit. Illi igitur, ut erant docti, absque mora Coloniam properantes, ad episcopum perveniunt, prioris vitae suae statum detestabilem per humilem confessionem aperiunt, ac deinde poenitentiae remedium secundum ipsius exquirunt arbitrium. Quibus, ut erat vir summae prudentiae, ut ad locum patrati facinoris redirent persuasit, et ut locum quem rapinis innocentium antea maculaverant, voluntaria afflictione divino servitio manciparent, expedire sibi asseruit. Illic se denique divinae pietati bonis operibus conciliarent, ubi hanc ad iracundiam per illicita studia provocaverant; illic diabolo et actibus eius renuntiarent, ubi pernitioso eius servitio spontanea voluntate socii fuerant. His itaque tam salubribus beati viri animati responsis, ad natale solum conciti redierunt, et locum[1] quemdam desertum, Afflegem dictum, in vigilia
1083. Iun. 28. summorum apostolorum Petri et Pauli, anno videlicet incarnationis dominicae millesimo octuagesimo tertio convenerunt, ut secundum viri Dei mandatum ibi poenitentiae labori insisterent, ubi prius poenitenda commiserant: qui locus solis latronum conventiculis et conspirationibus tunc aptus erat, tum quia desertus, tum quia itineri publico contiguus, per quod mercatoribus et peregrinis undequaque venientibus transitus erat; de quibus latrones in hoc vicino insidiarum loco constituti praedam agebant. Convenientes igitur, tres tantum panes et ipsos elemosina acceptos, et unum caseum cum paucis ferramentis secum detulerunt, et illam terram desertam excolere coeperunt. Statuerunt autem primo iuxta facultatem virium suarum permodicum oratorium, deinde domum pauperibus, necnon et aliam domum hospitibus supervenientibus, sibi quoque tugurium ad inhabitandum aedificare.

3. Porro miles quidam nomine Gerardus, qui dicebatur Albus, in hac provincia crudelitate et robore opinatissimus exstitit, qui etiam inter alia ferocitatis suae indicia, Domino permittente, die quadam homicidii reatum ultroneus incidit; cumque peracto scelere domum rediret, inimicus humani generis illi in via apparuit, quem ex more suo horrenda visione afficiens, pene exanimem reddidit. Ille vero Dei super se iudicium metuens, iamque illi cui diu servierat mancipatum se credens, cogitans tamen si quo modo ius illius posset evadere, ad praedictos fratres concito cursu pervenit, ibique totius feritatis rabie deposita, de lupo in agnum Dei gratia confestim mutatus apparuit, tantaeque admirationis apud universos conversio ipsius exstitit, ut alter alterius maximae novitatis gratia hunc tam crudelem, tam immanem conversum esse referret, et pro tam subita illius immutatione tota provincia summo Deo gratias ageret.

Sept. 8. Eodem quoque anno in nativitate sanctae Mariae venit ad eos miles quidam Henrardus nomine, cui aeque ex poenitentia homicidii saeculum omne viluerat, coepitque explorare loci situm et inhabitantium conversationem; cui cum vivendi laborisque austeritas et laborantium unanimitas placuisset, reversus domum suis omnibus renuntiat, et in proximo festo sancti
Oct. 1. Remigii veniens, de caetero cum eis remanere disposuit. Hi ergo sicut scriptum est: *Ecce*
Psal. 132, 1. *quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum*, cum magna dulcedine et tranquillitate cohabitantes, ad nihil intendebant, nisi quod animarum saluti proficeret, corpora vero vel manuum labore vel fidelium elemosinis sustentabant.

4. Ne vero coeptis eorum aliqua ecclesiastica persona vel saecularis obstaret potentia, petierunt et impetraverunt assensum Gerardi Cameracensium episcopi, Herberti quoque clerici qui in Anglia manens altare de Ascha tenebat, in cuius parochiae fundo iidem fratres consederant; Adela quoque comitissa Lovaniensis super hoc interpellata, cum duobus filiis Heinrico[c] et Godefrido, quorum erat allodium, benigne annuit. Nec iis contenti, imperato-
1084. Mart. 31. rem Heinricum expetunt, et die quo primum coronatus est, ipsius comitisque Palatini, ad quem pars allodii respiciebat, assensum quaerunt et inveniunt.

Dum autem plus quam necesse erat rem persequuntur, nimia et simplici sua curiositate se undique expedire cupientes, impediunt; quia enim audierant quondam ibi mansisse aliquem

a) *scil.* erat. b) *ita editio princeps*, praedictus *ed.* 2. c) henrico 1. *constanter.*

1) Cf. chartam Heinrici comitis Brachbantensis a. 1086. ubi Hafflingem vocatur.

monachum Lobiensem, Lobium ad abbatem venerunt, et eius licentiam petierunt; qui licet nihil certi vel scripto vel alicuius testimonio de loco haberet, tamen ipsa eorum postulatione in spem eius adipiscendi inductus, omnino contradixit, nisi eius ditioni et obedientiae et se et locum subicerent; quod fratres renuentes, abierunt ad episcopum Leodiensem Heinricum, rem omnem diligenter aperiunt, rogantes ut abbatem suae petitioni conciliaret. Episcopus autem evocato abbate, cum nihil apud eum proficeret, vocati sunt nonnulli seniores ecclesiae Lobiensis, et cum eis de hoc negotio episcopus agere coepit: cumque et ipsi valde resisterent, nec tamen aliquo argumento quidquam sui iuris in loco demonstrare possent, episcopus ad pacem utriusque partis firmandam et controversiae occasionem posteris amputandam, promisit se daturum ecclesiae Lobiensi commutationem ipsius fundi, et sic abbas et monachi assenserunt et exfestucaverunt. Sic fratres in sua reversi, coepto instabant operi.

5. Coeperunt post haec vitam monachicam et habitum desiderare, nil sibi superesse arbitrantes, per quod Deo propinquiores efficerentur. Adeuntes episcopum Cameracensem Gerardum, suum pandunt desiderium, postulantes ut eis aliquos provideret, qui eos ad ordinem desideratum instruerent. Episcopus autem ut erat vir pius, eorum devotioni congaudens, ipsos iussit edicere, de quo monasterio sibi magistros vellent assumere. Aquiscincti[2] tunc recens exstructi magna habebatur opinio, quia[a] erat caeteris monasteriis famosius et fraterna caritate et sanctae religionis districtione. Huius ergo coenobii fratres sibi ad tempus accommodari petierunt; quos episcopus cum mandatis suis et litteris Aquiscinctum dirigens, obsecrat abbatem et conventum, ut quod pauperes Dei ad ipsius honorem petebant, absque retractatione concederet. Alardus primus abbas eiusdem loci tunc praeerat dominico gregi, qui tam episcopali auctoritati quam fratrum caritati obediens, sperans quoque per hanc occasionem locum qui construebatur sibi subiciendi, cum eis priorem suum nomine Titubaldum, et alium fratrem Rodulfum dictum direxit[b]: qui cum venissent, admodum delectati sunt loci situ et amoenitate. Nec multo post mandaverunt abbati suo, ut veniret et locum consideraret. Abbas vero certum sui adventus denuntians diem, iussit ut Tornaci cum equis sibi occurrerent, et inde Afflegem usque deducerent. Cum ergo sicut disposuerat adductus, in vigilia ascensionis Domini venisset, placuit et ipsi tam coeptum opus quam loci situs.

6. Contigit ut ipsa die superveniret domnus Fulgentius, qui postea Dei dispensatione abbas est constitutus, qui ex Brabantia oriundus, monachus autem sancti Agerici coenobii Virdunensis, dominicis castris fere per annos duodecim irreprehensibiliter militaverat. Theoderico autem civitatis ipsius episcopo propter imperatorem excommunicato, cum abbas coenobii et fratres caeteri eius se abstinerent communione, nec vellent excommunicati subdi obedientiae, facta est magna fratrum dispersio, ita ut monasterium tunc celeberrimum pene redigeretur ad nihilum. Tunc itaque et iste, de quo nobis sermo est, discedens, in patriam rediit, adiuncto sibi socio quodam nomine Herimanno. Audita autem fama huius novellae constructionis, crebro illuc veniebat, et voluntariam spiritus paupertatem et corporalem in laboribus humiliationem in diversis videns admirabatur, admirans delectabatur, in tantum ut stabilitatem perpetuo inibi firmare deliberaret. Hic itaque, sicut praedictum est, ipsa die quo et abbas Aquiscinctinus advenit, sic quasi deinceps cum eis iam permansurus. Die postera, qui gloriosa Domini ascensione celebris erat, abbas benedixit vestes monachicas, et duobus ex illis Henrardo scilicet et Gerardo dedit[c], demoratusque ibi non plus duobus vel tribus diebus abiit. Cum autem post dimidium fere annum monachos suos revocasset, domnus Fulgentius adscito socio suo Herimanno cum iis fratribus remansit, eosque de his quae monastico ordini et animarum saluti congruebant, instruebat.

7. Anno aedificationis coeptae quarto evocaverunt domnum episcopum Gerardum, qui veniens dedicavit locum in praesentia domni comitis Heinrici, qui eum et libertate donavit et viginti mansis terrae auxit. His felicibus studiis invidens inimicus totius boni diabolus, eos impedire tentabat, quia si res ad perfectionem venisset, praevidebat multos sibi subripi et dominicis castris aggregari. Corrupit ergo unum ex primis, quos superius nominavimus, fundatoribus, scilicet Vulbodonem, eumque suis sucgestionibus supplantatum discedere compulit, sicut Iudam de apostolorum collegio vel Nicolaum de diaconorum consortio eliminavit. Hic ergo cum abiisset, et quasi canis ad vomitum reversus, saeculo se rursus immersisset, non post multum tempus venit ad monasterium, exquirens ut omnium quae in loco elaborata

1087.

55 a) qui *ed.* b) misit *Dacherius supplevit* c) *supplevit Dacherius.* 2) Anchin.

fuerant pars sexta sibi daretur, se priorum sextum, ideoque rerum partem sextam ad se pertinere affirmans. Cui ex consilio domni Fulgentii fratres responderunt, eum quamdiu cum ipsis permanserat, omnia habuisse communia, quia vero sua sponte discesserat, eum in communibus portionem habere ulterius non posse. Ille cum nihil profecisset, repulsam suam volens ulcisci, perrexit ad Theodoricum Virdunensem episcopum, accusans duos monachos de ipsius episcopatu fugisse, qui in Brabantiam venientes, multa nefanda tam de ipso quam de imperatore diffamarent; ideoque expedire ut inde effugarentur, ne per eorum criminationes et imperialis maiestas et ipsius auctoritas vilesceret. His mendosis accusationibus nimium credulus episcopus, scripsit Gerardo episcopo Cameracensi, ut monachos illos de loco expelleret, nec in finibus episcopatus alicubi consistere permitteret. Episcopus vero Gerardus, licet fratribus et loco, quem ipse iam dedicaverat, multum faveret, tamen propter metum imperatoris, cuius dono episcopatum acceperat, simul propter episcopum Virdunensem, quem apud imperatorem sibi et prodesse et nocere posse sciebat, indixit fratribus, ut discederent nec ulterius in sua diocesi remanerent. Hoc praeceptum fratres aegerrime ferentes, cum iam alibi auxilium non invenirent, confugerunt ad archiepiscopum Remensem Reonaldum, cui et unde essent, ubi consedissent, quid ab episcopo Cameracensi pro falsa perversi hominis delatione perpessi essent, diligenter exposuerunt. Archiepiscopus autem audita eorum causa, compassus est iniustae eorum afflictioni, mandavitque episcopo Gerardo, praecipiens in virtute obedientiae, ut a pauperum Christi infestatione desisteret, nec eos ultra vexare praesumeret. Sic optata securitate fratres potiti, nullam deinceps molestiam passi sunt ab episcopo. Sic itaque Dominus suorum adiutor et protector in omnibus, cum misericordia maxime in tribulationibus praesto est, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, insurgentes adversarii insidias annihilando comminuit, atque iniustas suorum oppressiones potenti dextera sedando coercuit.

1087. 8. In eodem quoque anno, scilicet inchoante aedificationis quarto, quidam clericus egregiae indolis adolescens nomine Arnulfus, instinctu divino tractus in assumptione sanctae Dei genitricis ac perpetuae virginis Mariae adveniens, pusillo gregi coniungitur: qui in sancta professione annis pluribus irreprehensibilis degens, postmodum industria sua et ingenio, consilio et auxilio, eidem ecclesiae plurimum profuisse dignoscitur: siquidem ab adolescentia sua usque ad diem mortis suae annis circiter sexaginta quatuor in vinea Domini haud segniter laborans, ardore sancti propositi succensus, pondus diei et aestus fortiter pertulit, nobisque suae patientiae, imo perseverantiae imitabile satis exemplum dereliquit.

Ab anno vero quarto usque ad sextum, duobus scilicet annis, in maxima tranquillitate et quiete secum commorantes, et quam dulcis sit Dominus aliquid iam ex parte praegustantes, in sancto proposito certatim fervebant, numero quidem fratrum his duobus annis non multum augmentati, sed magis ac magis virtutibus adaucti, institoris instar euangelici venditis omnibus pretiosam margaritam tota intentione comparare gestiebant. Quis etenim enarrare sufficiat, quanta eos concordia caritatis coniunxerit, cum quis proximum suum tamquam se ipsum ad altiora quaeque et meliora virtutum studia promovere contenderit? Patientiam namque ipsorum enarrare necesse non existimo, quam in laboribus et aerumnis, in tanta virtute[a] ac vestitus austeritate et inopia, in destruendo et construendo omnibus sanum sapientibus esse notissimum non ignoro. Nonnulli etenim qui spiritum Dei non habebant, laborum nimietate in fugam convertebantur; sed hi quos vera Dei caritas accenderat, visa
Iob 11, 16. improborum ruina, ut in Iob legitur, territi purgabantur.

1089. Sexto autem anno odor tantae religionis diutius latere non valens, foras erupit, per provincias, per civitates, per vicos et castella se tantarum virtutum fragrantia circumquaque respersit, adeo ut exteros quosque ac remotos e suis sedibus evocatos, in admirationem ac venerationem servorum Dei accersierit.

Coeperunt igitur plurimi tam clerici quam laici ad eos confluere, alii quidem conversionis desiderio, alii autem ut servorum Dei se devote commendarent patrocinio; in tantum siquidem illo anno numerus eorum Deo auspice succrevit, ut inter clericos et laicos duodenarii numeri perfectionem collegium ipsorum attingeret.

9. Verum quia patris spiritualis auxilium sub quo sacrae militiae signa ferrent, cui vice Christi in omnibus obedientes essent, minime habebant, coeperunt super hac re anxie nimis

a) *an potius* vitae, *aut* victualium. *Dachery.* — vitae *legere malim.*

aestuare, et de electione abbatis sedula secum relatione pertractare. Duo vero praedicti monachi, domnus videlicet Fulgentius, eiusdem socius nomine Herimannus, abbatis sui, scilicet domni Rodulfi, in hoc negotio et auxilio niti disponebant, tum quia prudentia et religione pene cunctis temporis illius abbatibus eminebat, tum quia primitus sub ipso sacri propositi habitum susceperant. Consilio igitur inito domno Fulgentio domi a fratribus retento, cum praedicto Herimanno Gerardum Nigrum in festivitate sancti Lamberti in occursum abbatis Leodium dirigunt, quibus ut quemdam ipsius monachum nomine Laurentium de hac provincia exortum, qui dudum in ipsius coenobio prioratus officio fungebatur, sibi eligerent, innuit. Praedicti autem fratres Leodium venientes, abbatem, ut sperabant, repererunt; quem convenientes, causas sui itineris exponunt eiusque consilium et auxilium requirunt, praedictum monachum, si suae non displiceret prudentiae, abbatem sibi donari expetunt. His auditis abbas, ut erat vir prudens ac providens, Dei nutu sanius atque utilius consilium illis proposuit, illumque potius eligendum, quem sibi superna dispensatio destinaverat, domnum videlicet Fulgentium, constanter admonuit. Quod onus ne forte, ut vir mansuetus et humilis, excusare perseveraret, litteras ei sua auctoritate signatas per eosdem fratres in testimonium direxit, mandans ei atque praecipiens, ut omni excusatione remota, Dei voluntati et fratrum electioni quantocius assentiret: monachum vero quem ipsi petebant, se nullatenus accersire posse asseruit, eo quod praedicta eiusdem coenobii fratrum dispersione, ipse cum aliis in exteram remotamque provinciam abierit. Talibus igitur responsis eius atque consiliis praedicti fratres admodum exhilarati litterarumque auctoritate roborati, vale invicem dato, festinato domum redierunt, et rem gestam omnino occultantes atque celantes, tamquam nihil actum esset, paucis diebus conticuerunt: dicebant enim, si ei rei gestae series alicuius opinionis indicio nota fieret, tale officium declinare malens quam suscipere, clam fugam arriperet.

10. Iam autem circa festum omnium sanctorum rursus clamor fratrum exoritur, se nihil absque pastore agere grex devotus conqueritur, atque tandem ex consensu omnium in festivitate sancti Martini dies electionis constituitur. Praevenientes igitur hunc diem orationibus et elemosinis, ieiuniis et vigiliis durisque verberum castigationibus, quotidianis lacrymis interpellabant sancti Spiritus gratiam, ne per antiqui hostis invidiam tantam fratrum aliquatenus pateretur dissolvi aut turbari concordiam. At pius Dominus qui semper prope est omnibus invocantibus se in veritate, timentium se voluntati tantis interpellatus precibus obtemperavit, et ut sequitur in eodem psalmo, diligenter se ab omni subreptione discordiae custodivit. Quid plura? Condicta dies aderat, in qua humilis ille conventus pastorem sibi eligere decreverat. Praemissa igitur oratione, ex more in capitulum veniunt, congrua causae et tempori tractare incipiunt, miroque modo in unam sententiam omnes voces voluntatesque conveniunt: *Domnum Fulgentium divinitus destinatum hoc honore et officio dignissimum iudicamus: hunc nobis pastorem et patrem una voce omnes eligimus.* Ille autem, utpote vir mirae humilitatis, e contra varias ac diversas excusationes praetendit, pastorali se officio indignum cum lacrymis asseruit: postremo se nulla ratione id onus suscepturum fore multis assertionibus affirmavit. Haec eo cum lacrymis perorante, praedictus frater Herimannus protinus surrexit, abbatis sui litteras hactenus occultatas in medium protulit, praeceptum obedientiae, periculum inobedientiae ei palam intimavit, et ut petitioni fratrum in abbatis sui [a] assensum praeberet admonuit. Sed ut solent simplices quique in mentis suae proposito quandoque esse pertinaces, ipse sententiam suam nullatenus immutare voluit, quia plorando, clamando, eiulando petitioni eorum resistere se posse credidit. At illi mira constantia semper in eadem voluntate stabiles persistebant, ac tandem zelo Dei interius commoti, in hanc vocem erumpebant: *Dominus*, inquiunt, *qui te nobis servis suis licet indignis provida dispensatione destinavit, qui omnium nostrum voluntates consilio et praecepto abbatis tui concordes effecit, ipse te procul dubio et prodesse disposuit. Sed quid multa? Si plus restiteris, compulsus vim patieris: iamque velis, nolis, nobis pater noster efficieris.* His dictis incepta spalmodia [b] congrua consurgentes, unanimiter in eum irruunt, manus iniciunt, ac pia violentia ferendo potius quam ducendo ad altare pertrahunt, atque caetera, ut moris est, regulariter in eum per vim adimplentes, in sede abbatis statuunt. Ille vero ut excusationis et contradictionis suae humilem pertinaciam spe et effectu frustratam perpendit, timens ne ipse eis prima perturbationis causa

Psal. 144, 19.

Ib. 20.

a) obedientia *excidisse videtur.* b) i. q. psalmodia.

existeret, tandem importunitate eorum convictus, acquievit, onusque sibi impositum licet invitus cum metu et reverentia suscepit.

11. Contigit interea nutu Dei, ut quidam clericus de Flandria oriundus, vir forma, scientia, genere omnique probitate conspicuus, nomine Hugo, huius coenobii famam virtutum audiret, audita videre satageret; visis vero, votis omnibus interesse concupisceret. Veniens igitur, ut dictum est, pene maiora quam fama vulgaverat reperit, atque vera esse omnia quae audierat contestans, de stabilitate sua cum eis firmanda protinus tractare coepit. Fratres ergo de tam reverendae personae adventu summo Pastori gratias innumeras referentes, in Domino plurimum laetabantur: atque ut pium desiderium, quod mente conceperat, effectu quantocius adimpleret, crebrius hortabantur. Ille vero monita salubria quemadmodum bona terra excepit, et stabilitate sua ut suggerebant apud eos firmata, fructum satis uberem postmodum ex se produxit.

1088. Abbas autem quia nondum secundum consuetudinem ecclesiasticam pontificali benedictione confirmatus erat, compulsus a fratribus Cameracum cum suis iter arripuit, atque hunc Hugonem, de quo nobis sermo est, clericali adhuc amictum schemate vitae suae comitem habuit. Cameracum igitur venientes, abbas quidem in festivitate sancti Gregorii[a] anno septimo pontificali benedictione et auctoritate sua confirmatus, praedictus autem clericus diaconatus ministerio sublimatus est. Peractis igitur muneris sui negotiis, cum prosperitate redeunt, compertoque quod secundo sabbato Tornaci futura esset ordinatio, saepe dictum clericum ordinandum presbyterum sub celeritate eo dirigunt. Adepto autem presbyterii honore, ad praeelectum sibi locum concitus rediit, ubi deposita pompa saecularis habitus, ac diu sibi desideratum capiens indumentum, naufragium saeculi huius felici cursu nudus evasit. Coepit itaque totius religionis ac probitatis studio esse primus, qui conversionis ordine fuit extremus. Fratres igitur quando tantarum virtutum germina in eo succrescere conspexerunt, communi consilio et consensu prioratus ei officium conversionis suae die decimo quinto tra-
Luc. 11, 11. 18, 14. diderunt. Sic denique, ut scriptum est: *Qui se humiliat exaltabitur*, quando postposito fastu huius saeculi ad humilem pauperum monachorum conversionem secundum humanos intuitus descendit, infra unius mensis circulum ad diaconi sacerdotii prioratusque apicem gradatim ascendit. Sublimatus autem hoc honore, studebat per omnia abbati se subdere, praeceptis illius in omnibus obedire. At contra abbas non se tamquam dominum aut magistrum illi praetulit, sed humanitatis atque fragilitatis humanae participium prudenter attendens, se servum ac ministrum per obsequii humilitatem non solum illi sed et omnibus aliis exhibuit. Quanta tunc subiectos caritas et concordia coniunxit, quando ipsos etiam praelatos tam verae humilitatis pax et amor univit: aut quod discordiae scandalum subiectis unquam subripere poterat, ubi ipsi etiam praepositi de inferiori loco contendebant? Sic itaque alter alterius onera devotissime portans, cum caritate et sollicitudine gregis sibi commissi curam annis fere triginta quinque, usque ad obitum[3] videlicet domni Fulgentii, gerebant, quem regularibus insistere disciplinis omni tempore, quo pariter incolumes perdurabant, verbis simul et exemplis incessanter commonebant.

1091. 12. Contigit interea Dei gratia, qui re vera mavult peccatorum conversionem quam mortem, ut princeps quidam vicini castelli, vir secundum saeculi huius fastum genere inclytus, praediis et possessionibus ditissimus omnique saeculari dignitate praeditus nomine Heribrandus, transitoria et caduca fastidiret, et veras divitias, quae non minuuntur, tota aviditate quaerere disponeret. Nocturna etenim visione turbatus ac territus, anhelabat conversionis suae desiderium accelerari quantocius. Ordo autem visionis, ut dicitur, talis erat. Dormiens cum uxore sua nomine Adela, admodum religiosa et honesta femina, videt se subito tremendo Dei iudicio praesentatum, auditum, damnatum, atque ab impiis tortoribus ad loca tormentorum violenter pertractum. Ille autem tam tristem pavescens sententiam, coepit prae nimia spiritus anxietate corporali luctu perpetuam loci sibi designati meditari tristitiam; cumque nullum sibi praesidium, nulla spes superesset, sed iam in horrenda barathri illius voragine se demergendum sibi desperatus crederet, confestim illi sanctus Petrus apostolorum princeps apparuit, trementemque blande consolans, pavorem eius his verbis compescuit: *Ne*

a) georgii 2.

3) anno 1120 secundum Auctarium Affligemense; anno tamen 1121 Rodulfus Tudonensis eum vivum adiit, Franco successor eius in charta anni 1123 occurrit.

timeas, inquit, *Heribrande, ne timeas, sed de his tormentis te mea intercessione et auxilio redimendum incunctanter scias.* His visis evigilat, conversusque ad coniugem, gravi se somno territum adhuc spirans affirmabat. Cui illa, *Nescio*, inquit, *quod aut quale fuerit somnium, sed magni timoris atque doloris adhuc evidens in te perseverat indicium.* Cui ille visionem ex ordine retulit, atque in fine subiecit: *Decet*, inquit, *certe beatissimo Petro, qui mihi in tanta necessitate licet indigno fideliter adstitit, grates dignas referre, pro innumeris beneficiis devota obsequia rependere, atque deinceps vitam sic agere, ut tam terribilem sententiam possimus evadere: et ut tibi voluntatem meam patenter aperiam, ex hoc iam, si mihi consenseris, relicto saeculo, summo Regi et glorioso eius apostolo fideliter deserviam.* At illa, *Absit*, inquit, *ut tam piae voluntati ullatenus resistam, ut saluti tuae imo meae contraria existam: quin etiam quidquid boni facere disponis, secundum vires meas cooperatrix effecta libenter assentiam.*

Agnito autem tam facili consensu coniugis, laetus admodum effectus diem perficiendi propositi certum constituit, in quo universae familiae suae comitatum, ultimum eis valedicturus, in unum collegit. Accinctus itaque ultimo militiae cingulo, erectoque vexillo proprio, armatus videlicet contra spirituales nequitias, subsequentibus amicis et cognatis, velut ad bellum iturus Afflegem properat; ingressusque ecclesiam beati Petri, non iam cum uxore sed cum sorore sua, deposita veste militiae, omnipotenti Deo et praeelecto eius apostolo in aeternum servum se mancipat, sicque libertatem saeculi pro Dei servitio felici oblatione uterque commutavit. Tradidit ipso die eidem ecclesiae coram testibus patrimonii sui quod habebat in Flandria quamdam portionem, qua propter inconvenientiam et distantiam locorum ibidem vendita, eodem argento hic in vicinia sibi aliam terram comparavit. Verum quia filii eorum necdum creverant, sed adhuc parentum consilio et auxilio indigebant, mater ad prospectum imbecillitatis eorum, licentia domni abbatis interdum ad consulendum eis descendit. Pater vero quoad vixit in Dei servitio stabilis permansit. Ut ergo omnibus notum fieret, quanta Dei clementia ac pietate ad sanctum propositum accersitus imo tractus fuerit, infra tricesimum conversionis suae diem febre correptus, in vera confessione vitae huius diem ultimum clausit. Praedicta igitur coniux post admirabilem viri sui conversionem tam celerem subsequi cernens remunerationem, misericordi Domino, qui mirabiliter traxit quos ad vitam praeordinavit, tota alacritate ac devotione benedixit, atque in eius sancto servitio residuum vitae suae tempus sub sanctae religionis habitu peregit.

13. Haec siquidem de domno Heribrando et generosa eius coniuge secundum temporis nostri necessitatem paucis perstrinximus: nunc autem qualiter filii eius patris sunt vestigia subsecuti, sermonem protendamus.

Quinque filiorum eius, diversis licet temporibus et aetatibus, ad nos convenerunt, diversas singillatim patrimonii sui portiones in unum nobis collegerunt, unum universi, Deum videlicet qui dederat, per se heredem reliquerunt. Quorum alius coniugatus carnales voluptates et illecebras vilipendens, relicto saeculo cum uxore et filiis dominicum gregem maiori numero adauxit et ampliori praediorum possessione ditavit. Alius post obitum coniugis cum filiis et filiabus divinam militiam arripuit. Alius a coniugii immunis vinculo, eo devotius quo liberius divinis se servitiis mancipavit. Horum duo primi non nativitate quidem sed conversione, Ingelbertus[a] videlicet atque Sigerus, primo iuventutis flore vernantes, cum iam mundus eis arridendo blandiretur, lenocinia eius nihil ducentes, coniugii vinculum velut desiderii sui impedimentum contemserunt, atque in Domino potius quam in mundo delectati, monachi effecti aeterna magis quam transitoria appetierunt, possessiones quoque suas ex integro monasterio conferre decreverunt. Sed divinae providentiae sententiam quis immutare poterit? Ipsi etenim qui tunc non sua per vim diripuerunt, postmodum non solum iniuste sublata, verum etiam universa proprio iuri debita, imo et ipsi se ipsos eidem ecclesiae, cui damnum intulerant, restituerunt.

Paucis siquidem interpositis annorum circulis, frater eorum domnus Folcardus, qui nativitate primus erat, infirmitate praeventus fratrumque suorum iuniorum exemplis provocatus, ipsorum vestigia subsequitur. Qui ex eadem infirmitate convalescens, tanto postea in sancta conversatione vixit devotius, quanto diutius fuerat in saeculo commoratus. Octo bovaria patrimonii sui ecclesiae tribuit, reliqua omnia filiae suae licet invitus reliquit. Cuius conversioni frater eius domnus Onulfus adversatus, causae nostrae et utilitati plurimum re-

a) Iggelbertus 2.

stitit, atque inter alia contradictionis et elationis verba se nunquam monachum futurum, etiamsi sciret se vivum ad tartara deducendum, cum iuramento affirmavit. Non post multo autem et ipse Onulfus gravissima infirmitate corripitur, metu mortis anxiatur, conscientia accusante turbatur, et quia de corporis salute spem prorsus omnem perdiderat, quodcumque animae suae remedium sollicite perquirebat. Quid plura? Omni timore deposito iuramentique poenitens temerarii, habitum sanctae religionis, quem pridem detestatus erat, cum omni humilitate et modestia petiit, atque ad saepe dictam perductus ecclesiam, se et uxorem suam nomine Gertrudem cum duobus filiis Godefrido et Waltero et una filia cum universis possessionibus et substantiis suis Deo vivo et vero devotissime commendavit, atque in brevi sub eadem poenitentiae devotione vitam finivit. Filii autem litteris traditi, subsequente eos gratia divina, gradum sacerdotii sunt adepti. Postremo domnus Arnulfus et ipse divini iaculo timoris salubriter saucius, cum duobus aeque filiis et totidem filiabus adveniens, possessiones a fratribus sibi collatas, suis superadditas amplius dilatavit.

14. Horum igitur conversione descripta, necessitatis causa ordine praepostero paulisper utamur, atque ad domnum Ingelbertum de Calfstert fratrem domni Heribrandi edisserendo regrediamur. Hic itaque Ingelbertus cum quoddam sui iuris castellum ab hostibus iniuste pervasum cum suis satellitibus viriliter, ut erat vir in armis strenuus, defendere niteretur, ictu lanceae graviter vulneratus, claudus efficitur. Grandi ergo bellorum impulsu diu multumque defatigatus, tandem introrsus ad semetipsum prudenter rediit, et quoniam qui foris nullam, reperit interius, secum pacem pacto piae conversationis confirmare proposuit. Salubri denique exquisito consilio de conversatione sua secum cogitavit, fratresque praedicti coenobii suae aedificationis gratia crebra visitatione et colloquutione frequentabat, audiensque ab eis quod salubrius erat, secundum possibilitatem suam factis adimplere gestiebat, sed tamen intolerabilem bonorum suorum iacturam aegre ferebat. Nam ecclesiae quidem in qua se Deo famulaturum vovcrat, omnia sua conferre desiderabat; sed quia ab hostium impetu et infestatione ea expedire nullo modo poterat, quid utilius sibi eligeret omnimodis ambigebat. Tandem vero perpendens sibi utilius fore atque salubrius, ut ex his aliquid saltem commodi fratribus conferret quam universa simul hostibus depraedanda relinqueret, comitem Heinricum, qui summum tunc locum in his finibus obtinebat, adiit, atque universa quae sui iuris erant in manus ipsius tradidit: pro quibus idem comes quatuor suos milites in confinio praedictae ecclesiae cohabitantes cum universis possessionibus suis in usum fratrum illi retribuit, Sigerum videlicet atque fratrem eius Herminiannum *) de Ecclegem, Titubaldum de Thidalmont, atque Renizonem cognomento Ridderman, venatorem scilicet suum. Post haec licentia ab eo accepta Afflegemium reversus, statim saecularem habitum mutavit, et iam cunctis superior hostibus perpetuae sibi pacis firmavit chirographum.

*) Herimannum?

15. Sub quanta vero humilitate et mansuetudine sanctum peregerit propositum, ad nostram aedificationem paucis intimandum videtur. Siquidem vir tantae nobilitatis et nominis asinos cum annona fratrum ad molendinum minavit, et ut mos est infimis servulis, panem suum in sinu gestans hora prandii super saccum suum tamquam super sedile stratum tapetibus residens, epulas quas sibi attulerat cum gratiarum actione sumsit, omnibus et servulis quos illic reperit, qui servitio eius pene videbantur indigni, ceu fratribus benigne communicavit. Sed haec parva sunt; nam calceamenta fratrum ipse lavit, ipse egregiis manibus suis perunxit, famulorum suorum pedes insuper ipse saepissime abluit. Sed et hoc parum est; unum adhuc referam, quod totius humilitatis mihi videtur transcendere normam. Quadam denique die nullo sciente aut praecipiente locum necessariorum inferius a sordium foetore mundare coepit, cum ecce unus e fratribus id forte aspiciens ad abbatem venit, domnum Ingelbertum illic stare, id agere nuntiavit. Territus abbas concitus foras exiit, atque venerabilem virum praedicto insistentem operi reperit, ac prae stupore nimio stupefactus in hanc vocem erupit: *Quid agis*, inquit, *frater, quid agis?* At ille demisso in terram vultu, *Operi*, inquit, *valde necessario, venerande pater, insisto.* Abbas autem tantam illius admirans humilitatem, quantocius eum exire compulit, ac ne diutius huic operi insisteret, sub interminatione prohibuit. Tunc ille: *Libenter*, inquit, *pater amabilis, coeptum opus perficerem, nisi mandatum vestrae sanctitatis transgredi formidarem, verumtamen ut iubetis faciam.*

16. Magna siquidem secundum saeculum nobilitas et dignitas eius exstitit, sed ut veram dignitatem acquireret, oblitus quodammodo quod fuit, omnibus se inferiorem et viliorem per humilitatem constituit. Nunquam quis illum iratum vidit, nunquam murmur ex ore eius per-

sonuit, nunquam plus se alio honorari permisit. Quadam denique die ex itinere rediens, tam corporis debilitate quam siti et esurie pene defecerat, cum unus de fratribus illi occurrens, si comedisset interrogat; qui nequaquam se comedisse affirmabat. Cui frater ait: *Ibo igitur et prandium vobis praeparabo,* ipse autem quasi ludendo respondit: *Ite,* inquit, *ite, et bonam nobis refectionem praeparate.* Sequenti vero die se de hoc verbo recognovit, ac tantillum propriae voluntatis ac desiderii sibi subrepsisse graviter ingemuit. Talibus igitur ac tantis virtutibus pollens, ac possessiones ecclesiae quotidie dilatare cupiens, praedictum comitem Heinricum rursus adiit, atque[a] ea quae pridem dederat, augmentanda suggessit, cuius precibus pius comes benigne, ut decebat, annuit, eique ea quae nunc Wawere possidemus, in usus ecclesiae in perpetuum tradidit.

17. Contigit interea ut duo filii domnae Idae Boloniensium comitissae, dux videlicet 1096.
Godefridus et frater eius Balduinus, qui uterque postea unus post alium regni sceptro potiti sunt, Ierosolymam proficisci disponerent, in id ut loca sancta, quae ab infidelibus et impiis obsessa tenebantur, Dei adiutorio per manum validam christianae religioni restituerent. Coadunantes igitur longe lateque fidelium exercitum, in huius quoque provinciae terminos convenerunt, in qua plerisque pauperibus coenobiis de propriis patrimoniis larga beneficia contulerunt. Quo comperto frater Godefridus cognomento Niger, quoniam ante conversionem suam memorato duci Godefrido notus erat, Gandavum ubi forte tum venerat, illi obviam properat; quem ut in reditu suo hospitandi gratia Afflegemium divertat, multis precibus expostulavit. Dux autem religiosus ac pius preces tam devotas parvipendere noluit, sed mox disperso pene exercitu hac illacque, ne multum per ipsum fratres gravarentur, cum fratre suo comite Balduino atque comite Godefrido, qui postea ducatus vexillum strenuus gessit, et cum reliquis quos secum detinuit, ad memoratum coenobium declinavit. Susceptus igitur a fratribus cum debito honore et reverentia, omnique illi humanitate exhibita, volens beneficiis fratrum vicem rependere, cum optimatibus suis ad altare sancti Petri accessit, ibique quinque patrimonii sui mansos in loco qui Huglintrau dicitur, concedente fratre suo Balduino, eidem ecclesiae iuxta statuta principum legaliter obtulit. Verum quia frater eorum comes Eustachius huic donationi non intererat, non parvus metus fratribus omnibus inerat, ne post discessum eorum aliquid ab eo paterentur adversitatis incommodum. Inito itaque consilio, fratres quidam ex ipsis Boloniam properant, atque hoc fratrum suorum beneficium sua auctoritate corroborari expostulant. Ille autem non solum fratrum suorum donationi non restitit, verum etiam quidquid sui iuris erat superaddens, ratam et inconcussam, matre sua annuente imo compellente, in perpetuum statuit. Porro nobilium filiorum mater aeque generosa ac nobilis in his postea finibus iter agens, apud idem coenobium hospitium sibi elegit, atque inter caetera largitatis suae beneficia altare de Genapia, quod sui iuris erat, libere et ab omni absolutum exactione fratribus devotissime tradidit.

18. Frasne[b] autem post haec dedit nobis quaedam matrona nobilis, nomine Eremberga, 1099.
cum filiis suis pro sua parentumque suorum animabus. Ansele vero domni Fulgentii abbatis frater carnalis, nomine Adun, ante conversionem suam propriis impensis construxit, terram circumiacentem quam nunc usque possidemus, suo argento comparavit, perfectisque ibidem velut ad ipsum usum proprium omnibus, fratris sui sequens vestigia, sub ipso sacrae religionis habitum suscepit. Duas quoque alodii partes, cuius apud Verteiic heredes sumus Hillinus de Baltersem cum quodam filio suo nomine Gisleberto nostro monacho nobis tradidit, tertiam vero ipsius partem quaedam matrona Lovaniensis nomine Geva gratis nobis adimplevit. Apud Everaberghe quoque erga Arnulfum de Stenherhe[c] aliud allodium viginti duabus marcis emimus: pro quo tres alterius alodii partes, quibus nunc apud Esschen fruimur, erga Franconem castellanum Bruxellensem commutavimus; quod videlicet allodium tanto valebat amplius, quod quartam partem erga Godesonem de Wesenbecca viginti tribus marcis et dimidia comparavimus. Helricus etiam quidam civis Lovaniensis apud nos monachus factus, mansum unum terrae dedit nobis apud Levedale. Rembaldus etiam de Dofle in hoc loco sanctae religionis habitum suscepit, secumque allodium in quo curtis quaedam, quae dicitur Berchem, sita est, nobis attulit. Miles quoque quidam de Ascha nomine Gislebertus Clinhleunt cum uxore sua nihilominus ad conversionem venit, atque etiam omne phoedum quod de duce Godefrido habebat, cuius et servus erat, nobis dedit. Idem vero dux omnia haec libertati

a) utque *edd.* b) cellam Fraxiniam 2. c) Stepkerke?

nostrae donavit, in cuius possessione curtim Colried statuimus. Filii quoque Onulfi de Meltburch, Walterus videlicet et Emelinus, eorumque avunculus nomine Wiscolo de Putige et eius filii, allodium quod inter se commune erat vendiderunt, in quo curtim, quod dicitur Ieten superior, constituimus. Praeterea Rodulfus de Gunchelberga quae mundi sunt relinquens, sanctioris vitae flagrans desiderio, apud nos monachus efficitur, partemque allodii sui quod habebat apud Zellehe nobis largitur; alteram vero partem, quae filiae suae et viro ipsius sorte ceciderat, ab utrisque pretio dato comparavimus, in cuius allodii possessione duas curtes ibidem construximus.

19. Sciendum autem, quoniam quaeque ex hac parte Aschae in agris obtinemus, fere omnia a servis ducis Godefridi seu beneficio seu iure hereditario inhabitantibus particulatim mercati sumus, quorum omnium ab eodem pio duce libertatem consequuti sumus. Porro allodium in Cobbeghem in bosco et in plano ab Arnulfo de Vilvord caro admodum pretio, centum videlicet et quadraginta marcis emimus, quod cooperante duce Godefrido in ecclesia nostra pacto stabili perpetualiter confirmavimus. Praeterea domna Remundis de Alost, eiusque duo filii Balduinus et Ivamus apud Erenbodeghem loca duorum molendinorum nobis concesserunt, atque altare eiusdem villae, quod sui proprii iuris erat, nostrae ecclesiae obtulerunt. Porro nos de manu laicarum personarum Dei donum suscipere metuimus, adeoque ut ab episcopo potius donationem hanc consequeremur solerter institimus. Illis autem iuxta petitionem nostram idem altare episcopo Cameracensi dedentibus, nos ab episcopo, et sub ipso donatione rata et auctoritate episcopali confirmata canonice suscepimus.

Terram quoque ante portam nostram iacentem spatio duorum mansorum in longitudine porrectam, idem duo fratres nobis contulerunt. Postea vero senior illorum Balduinus videlicet infirmitate gravi corripitur, ante mortem suam monachus efficitur, eoque volente atque petente ad nos usque transvehitur. Tunc itaque assentiente fratre suo dedit nobis in Flandria apud Testreet quoddam allodium in pascuis, cuius fiscus singulis annis decem libris argenti appenditur.

20. Apud Oesterzeel dedit nobis Arnulfus de Wintica tres allodii sui mansos, aeternum potius quam temporale pro his exspectans commodum, qui post haec ictu belli graviter vulneratus, relicto saeculo apud nos monachus est effectus; uxor quoque eius defuncta apud nos iacet humata. Willelmus quoque de Volsar vir nobilis, eodem succensus desiderio, apud nos sanctae conversationis habitum sumsit, ac tertiam allodii cuiusque partem apud Sconart nobis tradidit; duas autem residuas pretio comparavimus. Sigerus quoque de Erenbodeghem,
1100. et ipse conversus, ibidem mansum unum adiecit. Robertus comes iunior sancti Andreae[a] locum nobis in eleemosynam tribuit; altare vero eiusdem loci licet sui foret iuris tamen quia spiritale donum est, ab episcopo Noviomensi, in cuius dioecesi locus ipse situs est, nobis firma stabilitate donari fecit. Filius autem ipsius, Balduinus videlicet comes inclytus, largitatis suae beneficium nobis conferre desiderans, cogitabat apud se quid necessitati nostrae utilius tribueret atque vicinius: comperiens igitur allodium quoddam vicinum nobis a fratribus sancti Bertini possideri, conventu facto cum eis vicissitudinem huius in confinio sui eis plenam restituit, nobis autem praedictum allodium magnitudinis sex mansorum ob memoriam sui tradidit.

Duo carnales germani, conditione liberi, apud Rodenburch castellum Flandriae simul indivisi commanebant, qui adhuc ambo a consortio coniugii immunes perseverabant: uno itaque uterque succensi desiderio, de salute animarum suarum inter se sedulo conferebant, terrena omnia aeternorum respectu quam sint parva atque despicienda sibi invicem proponebant: postremo saeculo saeculique actibus se renuntiaturos unanimiter disponebant. Relicto igitur solo patrio cum omnibus quae habebant, exules effecti, veram patriam inquirunt, transitisque nonnullis ditioribus ac vicinioribus coenobiis, nostrae paupertatis consortium adipisci maluerunt, domumque suam quam pariter inhabitaverant, cum universa supellectili sua, cum armentis videlicet et pecoribus, cum agris et possessionibus tradiderunt, ubi usque hodie curtim adauctis postea praediis possidemus.

Vroiiendiic etiam a comite Theoderico atque a comitissa Clementia duo praedia, quae secundum linguae suae consuetudinem pecorias appellant, pretio grandi comparavimus, quorum donationem sigillo comitis munitam ac perpetua stabilitate firmatam coram prima-

a) cellam S. A. prope Brugas sitam ?

tibus ac baronibus terrae ab utrisque suscepimus. Super haec multa emolumenta in praediis et argento Flandria nobis ministravit. Praedia quidem plurima propter distantiam et inconvenientiam locorum ibidem vendidimus, pretium vero in emendis aliis possessionibus vicinioribus nobis utiliter expendimus.

VISIO DOMNI FULGENTII HUIUS LOCI ABBATIS PRIMI.

Fulgentius primus Afflegemiensis abbas duo grabata ad coelum deferri videbat, quorum unum archiepiscopum Cantuariensem, alterum Cluniacensem abbatem esse dicebatur. Unum ascendebat quarta feria unius hebdomadae; alterum similiter alterius hebdomadae eadem feria. Quod paucis transcursis diebus rei probavit eventus: nam domnus Anselmus archiepiscopus quarta feria ante dominicam coenam die illucescente migravit; sanctus vero senex Hugo abbas dominica, ut supra dictum est, peracta resurrectione eadem feria, 6. scilicet die advesperascente, carne solutus. 1109. Apr. 21. Apr. 28.

CHRONICAE POLONORUM.

EDIDERUNT

I. SZLACHTOWSKI ET R. KOEPKE PH. DD.

Ante hos centum annos Godofredus Lengnich chronicon Polonorum primus in lucem emisit, quod Martino cuidam Gallo vindicandum esse sibi persuadebat. Neque aliter videbatur editori posteriori I. V. Bandtkio, qui idem chronicon ex locupletiore codice nostro seculo publici iuris fecit, postque eos idem nomen ab omnibus viris doctis repetitum est, qui Polonorum res antiquissimas illustrandas sibi sumserunt. Sed non sane iure. Nam neque Martini neque Galli nomen stare potest, quum a recentioribus scriptoribus tradita, omnibus quibus fides habenda est auctoritatibus careant. Re enim paulo accuratius examinata, unum tantum invenies praesidium, idque hoc loco in summam dubitationem merito vocandum, quo hanc sententiam nonnulli tueri posse sibi videbantur; est hoc Dlugossi rerum Polonicarum scriptoris seculi decimi quinti
1 *testimonium. Verum est, legitur apud hunc Martini Gallici nomen*[1]*, sed, dolendum sane est, quae laudat verba illius, in nostris codicibus non leguntur. Quis vero tali auctoritate innitatur? Quum igitur codices nostri neque unum neque alterum illud nomen exhibeant, reiicienda sunt ambo; neque Galli nomen retinendum videbatur ob pauca illa verba, recentiore manu exarata, quae in codice Heilsbergensi iam deperdito legebantur*[2]*, neque ob mentionem apud alios Polo-*
3 *norum scriptores ante Lengnichium factam*[3]*. Nam illo altero nomine sine dubio auctoris patriam indicare voluerunt. Sed haec etiam de patria quaestio non minus est obscura quam de nomine illa. In ipso enim libro tenebris vix*

1) Dlugoss hist. Polon. ed. Lips. I, 36: *Ducem eorum Lech superasse Martinus Gallicus auctor est.* I, 65: *Nonnulli asserunt hunc Leskonem in proelio cum caesare Karolo Magno inito victum et occisum esse; ita enim repperi Martinum Gallicum de eo scripsisse.* Semler in animadversionum ad antiquiores rerum Polonicarum specimine in Actis societatis Iablonovianae de Slavis Lecho Czechoque Lips. 1772. p. 30sqq. observavit verba quae a Dlugosso afferuntur ex Ekkehardo 905. esse descripta, et Dlugossum interpolatum quendam Martini codicem secutum esse. Aliis Martinus ille Gallicus non auctor nostri chronici sed alius quidam videbatur esse. 2) Teste Lengnichio in fronte Heilsbergensis codicis haec legebantur: *Gallus hanc historiam scripsit, monachus ut opinor aliquis, ut ex prooemiis coniicere licet, qui Boleslai tertii tempore vixit.* Et in fine: *Hucusque Gallus.* 3) B. Paprocki in libro Herby rycerztwa Polskiego Krakau 1584 sub voce Orzel edidit carmen de morte Boleslai I, 16. et cantilenam in Boleslaum tertium III, 11 13. 14. quorum auctor est ei *anonymus*. Cromerus Polonia Col. 1589 p. 46 scribit: *Gallus quidam qui non multo ita post haec tempora Boleslai tertii et superiorum regum Poloniae res gestas libris tribus complexus est.* Sarnicius ann. Poloniae edit. Lips. Dlugossi II, 894. *Gallus et Cadlubcus fere synchroni regi Crivoustio* cf. p. 1056. Herburtus, qui chronicon nostrum editurus erat, in praefatione ad Kadlubkonem appellat eum *Gallum anonymum*. At in chronico principum Polon. saec. XIV. Stenzel script. rer. Siles. I. nostri auctoris liber simplici nomine *cronica* laudatur, cf. p. 60, 66.

dispellendis auctor videtur se texisse; nusquam quis fuerit, vel ubi terrarum natus sit, apertis verbis tradidit. Unum vero est quod nullis dubitationibus convelli potest, Polonus non erat, quod ipse verbis probavit luce clarioribus in epistola ad capellanos ducales ante tertium librum: Tantum opus non ideo coepi ut — patriam vel parentes exul[4] apud vos et peregrinos exaltarem, sed ut aliquem fructum mei laboris ad locum meae professionis reportarem. — Hunc laborem suscepi — ut otium evitarem, et dictandi consuetudinem conservarem, et ne frustra panem Poloniae manducarem[5]. *Legine possunt quae clariora sint? Auctor apud Polonos exul, non ut* suam *patriam vel* suos *parentes laudibus efferret opus suum aggressus est, sed ut Polonorum rebus scribendis hospitalitati eorum gratiam rependeret, sibique fructum aliquem*[6] *ad illud monasterium, ubi se monachum professus erat, aliquando reversurus reportaret. Nam ita* locum *illum* professionis *intelligendum esse credimus*[7]. *Neque huic quam proposuimus sententiae illi obstant loci, quibus Poloniam patriam appellat*[8], *neque Polonicae linguae scientia, quam sine ullo dubio tenebat, eum Polonum fuisse evincit*[9]. *Ex occidentalis Europae partibus advena in Polonia sedem fixit*[10], *eamque consuetudine sibi alteram patriam fecit. Sed ubi tandem primam lucem vidit? Gallum eum fuisse alii, Germanum alii voluerunt*[11]; *sed ex neutro populo originem duxit, Italus videtur fuisse. Quod una potissimum qua usus est voce* vastaldiones[12] *confirmatur, quae ni fallimur eadem est ac Langobardorum* gastaldiones. *Quae vox apud solos Italorum scriptores occurrit, neque sane perspici potest, quomodo monachus Polonus vel Germanus in talem vocem, quae ad peregrinorum aures vix pervenerit, incidere potuerit. Et hoc videtur Itali esse, quod Germanos in universum vocat Alemannos*[13], *quod Germanos saltem auctores numquam fecisse omnes sciunt. Accedit denique, quod apud hominem septemtrionalem illorum temporum frustra quaeras, quod uno loco apparet, eum pingendi artis fuisse haud imperitum, vel tabulas pictas eum saepius inspexisse*[14]. *Nescimus an coniecturae iusto plus indulgeamus, si hunc Italum monachum non modo in Boleslai tertii ducis aulam venisse, sed etiam*

4) Miro modo hoc loco se torquet Bandtkie p. XXV, qui ut auctorem Polonum faciat subintelligere vult vocem *tanquam*. 5) Hoc Polonismum esse probavit Bandtkie p. XXIV. *Chléb Polski iekdś.* 6) Se aliquam laboris mercedem expectasse indicat III. epist. 7) Quod etiam videtur Bandtkio p. XXII. Sententia Kownackii et Lelewelii eum in monte Coelio Romano fuisse Benedictinum monachum, cf. Ossolinski Vincent Kadlubek aus dem Polnischen von Linde. Warschau 1822. p. 375, 600, una cum falsa lectione editionis Gedanensis in I. epistola *supra montem S. Gregorii* reiecta est. 8) Quos accurate collegit Bandtkie p. XXIII. Saepius auctori *patria* idem est quod *terra, regio*, e. g. I, prooem. 12, 20. Sensu proprio verbo usus est I, 7. 15. II, 33. 35. 45. III. ep. 1. 5. 7. qui omnes loci ad auctoris patriam nihil faciunt. At in epistola ante librum tertium opus suum *honori patriae* haud inutile fore opinatur, idque *ad laudem principum et patriae nostrae* exaratum esse in epistola lib. II. testatur. Si tenes verba supralaudata hoc loco nihil aliud indicavit quam quod Polonia altera sit patria. Eodem fere sensu Polonos II, 33. vocavit *nostros*. Aliis locis peregrinus incolarum invidiam veretur II, 12: *exulis non per omnia complacebo*; quibus adde quod I. ep. II, ep. de detractoribus et odio dixit. 9) Polonismi sunt *Gnezen* Sclavonice *nidus* I, 1. *cebri* i. e. situlae I, 2. *Lapis* (castrum) *Kamin*, *Kamien* i. e. lapis II, 37. *in vacuum na prośno* I, 16. *se quinto solummodo* II, 33. i. e. ipse cum quatuor sociis, Polonice *samopiat*. 10) Ex occidentali Europa saepius advenas in Poloniam commigrasse, probari videtur *Galli* castro, cuius mentio facta est II, 38. 39. 11) Praeter Lengnichium Francogallus auctor videbatur Bentkowskio et Lelewelio, cf. Ossolinski p. 373, 606; Germanus Semlero l. l. p. 47. qui in laudata commentatione corruptam Lengnichii editionem bene castigavit; Germanus transrhenanus, eodem fere sensu quo Galli apud Lambertum occurrunt, Samueli Bandtkio in Dzieie Królestwa Polskiego Wroclaw 1820. I, 345; Polonus Kownacio Ossolinski ed. Linde p. 377 et I. V. Bandtkio p. XIX. Huc minime esse referenda verba II, epilog. *tot terras transivimus* sed metaphorice ea esse intelligenda observavit Bandtkie. 12) I, 12. legitur *vastandiones*; II, 1. *vastaldiones et comites*. Italum prodere videtur I, 12. vox *potissando*. 13) II. 37. III, 1. *impetuosi Alemanni*; III. 3. *impetus Alemannorum*; III, 3. 14) II, epist.

inter capellanos ducales receptum esse dicamus. In libri tertii enim dedicatione ad capellanos ducales scripta aliosque bonos per Poloniam clericos, hos fratres carissimos *appellat.* Vidit *etiam Boleslaum ducem ob Sbigneum fratrem coecatum* ieiunantem, cinere et cilicio humi pervolutum, lacrimis irriga-
15 tum, ab humano consortio separatum[15]. *Facile itaque credas auctorem ex paucissimis illis fuisse, quibus ducis secretum ad S. Aegidii monasterium in Ungaria iter notum fuerit, eumque unum ex ducis comitibus fuisse; ita accurate eius poenitentiam eiusque iter in Ungariam et ad sancti Adalberti sepulcrum perscripsit. Quibuscum hoc etiam coniungas, quod, etsi non atrox crimen in Sbigneum commissum, tamen Boleslaum excusare conatur, ipsumque facinus cuius ducem poenitebat, non aperte indicavit, sed cautius et obscurius tantum innuit*[16]. *Quod minime mireris, si finem consideres quem sibi in libro componendo auctor proposuit, ut Boleslaum tertium potius laudibus suis celebraret, quam Polonorum res gestas posteritati traderet. Quod consilium in prooemio libri prim disertis his verbis proposuit:* Est autem intentio nostra de Polonia et duce principaliter Bolezlao describere, eiusque gratia quaedam gesta praedecessorum digna memoria recitare. *Quod aliis quoque libri locis non mi-*
17 *nus aperte profitetur*[17]. *Satisque constanter hunc finem in toto libro intuitus est, nam haud raro doleas, quod ob hoc consilium paucissimis verbis res absolvit, quas sine dubio copiosiore sermone narrare potuisset. Itaque omnium priorum ducum Poloniae res gestas uno libro primo comprehendit, Boleslai vero vitam usque ad vigesimum octavum aetatis annum i. e. usque ad annum* 1113. *(obiit dux* 1139.*) duobus alteris libris uberrima narratione exposuit. Attamen non uno tenore librum perscripsit, sed, ut ipse probat, in fine libri secundi* aliquantisper quievit[18]. *Duos enim libros priores composuit anno* 1109 *vel* 1110, *quos, ut aliis nonnullis episcopis, Paulo episcopo Crusvicensi et Mauro Cracoviensi dedicavit, quorum ille* 1110 *diem supremum obiit*[19], *alter*
20 *anno* 1109. *consecratus est*[20]. *Tertium librum paulo post Boleslai ad S. Aegidium iter, fortasse ipso anno* 1113, *conscripsisse videtur. Fautores vero et adiutores huius operis quinque illos habuit episcopos, quibus librum primum dedicavit, quorum* auctoritate et opitulatione fretus, *scribendi munus in se suscepit, quorumque* benignitas certas ei metas interius aperuit[21]. *Vix enim dubites, quin illi auctori scribendi subsidia administraverint, et ante omnes Michael cancellarius, quem* coepti laboris opificem suumque cooperatorem *vocat*[22].

Praesidia quibus usus est, paene omnia ita erant parata, ut ea tantum posteritati traderet, quae aut ex aliorum narrationibus hauserat, aut ipse testis
23 *viderat. Ex libris unam tantum sancti Adalberti passionem laudavit*[23]. *Litterae quas inseruit potius ab ipso auctore videntur scriptae, quam ab illis quibus tribuuntur*[24]. *Res ab illis* qui noverant inquisivit[25], *et in Polonorum fabellis antiquissimis narrandis secutus est* seniores antiquos, *quas vero quam ex paganismi temporibus originem ducerent, oblivioni potius quam memoriae tra-*
27 *dere voluit*[26]. *Alio loco* maiorum relationem *laudat*[27]. *Neque carmina popu-*

15) III, 25. 16) l. l. 17) l, epilog. 30. II, 45. 18) II, 50. 19) Ita Dlugoss in vitis episcoporum Crusvicensium in MS. bibliothecae Ossolinskii. 4. n. XVIII. chart. f. 101 vers. In editione Lipsiensi Dlugossi I, 391. errore typographi Paulus appellatur Paulinus episcopus Cracoviensis; codices quos inspexit Szlachtowskius recte habent *Crusvicensis.* 20) Cf. notas ad initium epistolae dedicatoriae lib. I. De Syroslao I. qui in chron. princ. Polon. Stenzel I, 158. legitur sedisse a. 1112—1120, in catalogo epp. Wratislav. ibid. II, 132. anno 1111—1120. cf. ibid. 21) I, epist. 22) l. l. II, epist. 23) I, 6. Neque Iohannis Canaparii neque Brunonis ep. vitam S. Adalberti ante oculos habebat, sed miracula videntur fuisse vetustiora illius generis ut leguntur M. G. SS. IV, 613. in quo libello nostri chronicon exscriptum est. 24) I, 30. III, 2. 13. 14. 25) II, epilog. 26) I, 3. 27) II, 42.

1. *Guillermus Apulensis Cod. Abrincatensis.*

Gesta ducũ ueterũ uelle carmine poetre.
Aggredior uatis nouus de gesta nouor.

(*versus finales*)

P aeris atq; me populi sua caritᵉ uocarat
M ulta per arte · p munat atq; uia
O rat plausibil · qua prius placuer

Bethmann' sagent

2. Genealogia comitum Flandriarum.
G. P. Behmann.

mno ab incarnatõe dñi
dcc.xcvii. imperante ihũ con-
stantino filio hyrene. pmo.
Patmann sc.

3. Chronicon Polonorum
a. C. Warsoviensis fol. 20.

Incipit cronica que dicit gambulatan
de gesta Cronicas polonorum. Primo
O mino. ay. dei
gratia summo
pontifici. Sim
Symoni pa-
o. ayauo. Sy-
rillao. do digni
ac uenandis
pontifibus polonie regionis
nacion. nam cooperatori suo ve
nabili Cancellario. michaeli
cepta; laboris opuscula sub regni
scriptor opusculi sup montem
sion dñi sui gregi admillo vigi
lanti studio speculari ac de virtute
in virtute gradiendo deũ deorũ face
ad faciẽ ꝛ templum. Illi uelut
anctoritate suffulcus paues p
tulan uraꝫ opuscula cõ fretus
expedit. Flei dubitatio hypis
lumine. ut ain ꝛ cognitam palpi
tare tum cognoscerem rectoꝛ o
culos precedentium luce lucidius
choruscare. Et cui tales premise
uiui emulos defensores loca
pendam quin ꝛ insultando mur
mui arent ꝛ iudicii detractores.
Et quis fortuna uoti compos vos fa
uentes obtulit esse dignu
duxi tantos uiros miscere quasi
cronica serie. Viu namq; ipe
uirtus probꝫ preconiis illustrauit
de Poloniam. Bolezlaum cin
gelbe memorabi ꝛ famosis
sit. ei multa ꝛ magnifica nob
gesta primitꝰ retinuit. quedã
ꝛ suggerere subsequẽ posteꝝ
memorie nõ diuitꝰ. Et adhi
vos uno ore una laude unani

b. C. Santhonus de Crechel pag. 000.

Domino. ay. dei gra
summo pontifici Di
mini ep Symoni pa
uso ayauo Syzo
slao. deo digno ac
uenerandis pontifibus polonie
regionũ necnõ ꝛ earũ cooperato
ri suo venerabili Cancellario
michaeli cepti ep laboris opusci
ti subsequenꝫ scriptor opusculi
sup montẽ sion dominici sci gre
gi commisso uigilanti studio specu
lari ac de uirtute in virtutem
gradiendo deum deorum face
palpitare cum cognouerim
rectorum oculos precedẽtiũ
luce lucidius choruscare
Et cum tales premiserim
tanquidicos defensores plo-
rem-
rem pendam · quin ꝛ insultando mur-
murarent inuidi
si detractores Et quidã
fortuna voti compos vos fa
uentes obtulerit esse dei
dignum duxi tantos uiros
miscere quasi cronici seriei
Vtq; namq; ipe virtus probꝫ
preconiis illustrauit deus

laria Polonorum reiecit, ut probat illa cantilena in honorem Boleslai composita[28]. Num vero alterum illud carmen a Germanis in laudem Boleslai factum revera ex populi ore an ex auctoris ingenio originem traxerit[29], haud immerito dubitet aliquis. Cautiusque atque modestius omnia quae ob antiquitatem dubia videbantur, vel quae non satis perspecta et cognita erant, voce fertur vel alio quodam modo notavit[30], alia denique se nescire aperte professus est[31]. Neque minus laudavit testes qui rebus interfuerant[32]. Ut veritatem historiae teneat[33] quasi normam atque legem sibi proposuit, quam ab eo in universum satis accurate observatam esse minime neges, etsi cautius de Boleslao tertio et de morte sancti Stanislai scripsit[34]. Haud dubie auctor vir erat eruditus, litteris antiquis satis imbutus, ut illis locis probavit quibus antiquorum populorum rerum gestarum memoriam protulit[35]. Ex rerum scriptoribus prae ceteris legit Sallustium[36], ex poetis Lucanum[37]. Scribendi genus longe abhorret a nativa venustate illa, quae apud alios illorum temporum scriptores animum allicit; est tumidum atque imaginibus et metaphoris audax, ita ut non uno loco haesites, utrum quae legis sensu proprio an metaphorico sint intelligenda. Accedit quod totum paene librum versibus illis composuit, qui apud saeculi duodecimi scriptores saepissime leguntur. Ex quibus illos tantum servavimus, qui paulo accuratius confecti, rhythmum habent aure facile percipiendum.

Ex posteriorum temporum scriptoribus nostrum auctorem in suum usum verterunt Kadlubek[38], compilator apud Lengnichium[39], auctor chronici ducum Poloniae[40], annales Poloni[41], Dlugossus[42] et Sarnicius[43].

Ad textum nostrae editionis constituendum duos illos codices, quorum hodie exstat notitia, in auxilium vocavimus; pluribus tamen locis, quum illi neque vetusti neque optimae sint notae, coniecturis tantum medela potuit afferri. Coniecturas Pertzii P. annotationes Szlachtowskii S. Köpkii, qui et chronologiam constituere conatus est, K. littera signavimus.

1) Codex Varsoviensis bibliothecae comitum Zamoisciorum, membraneus, saeculo XIV. medio confectus, 97 foliorum signatorum, continet praeter chronicon nostrum in duabus columnis a fol. 20 vers. ad fol. 54 vers. nitido charactere scriptum (cuius exemplum dedimus), inscriptionibus capitum et litteris initialibus cinnabari pictis, a) fol. 1—20 vitam Alexandri M.; b) a fol. 55 recto ad 74 vitam sancti Stanislai, quam I. V. Bandtkie una cum chronico Galli vulgavit[44]. In calce huius folii est initium c) annalium Polonorum Thraskae, a duce Meschone usque ad a. 1341 fol. ad 89 vers. continuatorum; d) fol. 90—96 vers. chronicon Hungarorum mixtum et Polonorum[45]; e) folio 96 et ultimo 97 recto consignatae sunt variae saec. XVI. res gestae, verso autem invenitur carmen idiomate Polonico scriptum, de nece comitis de Tenczyn, eodem tempore patrata. Cuius codicis praestantissimi lectiones ex

28) II, 28. 29) III, 11. 30) I, 2. 7, 18. 21. 27. 28. 29. II, 8. 16. 17. 22. 23. 24. 49. 31) I, 18. II, 7. 16. 33. 32) III. 1. 33) II, 31. 34) III, 25. I, 27. 35) III, epist. 36) I, prooem. 3. 6. 7. II, 6. 13. 16. III, 8. 37) II, 5. 38) Dlugossi ed. Lips. II, 651. et alias chronicon ante oculos videtur habuisse. 39) Quem sub Kadlubkonis nomine editum a Lengnichio chronicon Miorszi esse voluit Bielowski in libro Wstęp Krytyczny do dziejów Polski. Introductio. 40) Stenzel SS. rer. Siles. I, 45 sqq. Quod iam exposuit Semlerus l. l. p. 36. 41) ed. Lengnich p. 33 qui annales Cracovienses si non ex nostro chronico, ex parte tamen ex alio fonte fluxerunt, cuius auctor nostrum legit; neque minus Cosmam ille exscripsit. 42) Cf. supra annot. 1. 43) Dlugoss ed. Lips. II, 1063. 44) exceptis miraculis S. Stanislai, quae non occurrunt in cod. Varsoviensi. 45) Chronicon hoc edidit Varsoviae 1823. H. Kownacki ex codice nostro 2, ex qua editione minus accurata edidit hoc chronicon S. Endlicher in Monumentis Arpadianis Reg. Hung. S. Galli 1848. I, 60.

ipso codice Varsoviae summo studio a se exscriptas, benigne nobiscum communicavit v. d. Augustinus Bielowski.

2) *Codex Clodaviensis postea Pulaviensis Santkonis de Czechel, chartaceus, saeculo XV. exeunte paratus, paginis* 945 *seriore manu consignatis (p.* 25 *bis signata) et duobus foliis ultimis membran. constans, Clodaviensi beati Aegidii monasterio a praeposito eiusdem Santkone de Czechel donatus est, ut* 46 *probat haec inscriptio*[46] *p.* 1: Cronica Polonorum et alia quae dicitur flores temporum, de summis pontificibus et imperatoribus, in fine inventarium omnium ornatuum ecclesie Gneznensis, ex dono fratris Santconis pro monasterio beati Egidii Clodavensi. *Deinde codex ad ecclesiam Gneznensem pervenit, unde in bibliothecam Iohannis Zamoiscii migravit, qui eum, ut inscriptio pag.* 1 *testatur, bibliothecae academiae Zamoscensis saec. XVII. legavit. Quibus vero fatis inde in bibliothecam Thaddaei Czacki pervenerit, erui non potest. Cuius post obitum codex cum tota bibliotheca ab Adamo principe Czartoryscio emtus, in bibliotheca Pulaviensi conservabatur. Ad hunc quem Gneznensem appellat codicem I. V. Bandtkie editionem suam a.* 1824. *paravit. Continet codex praeter chronicon nostrum pag.* 242—307 *in duabus columnis scriptum, litteris initialibus capitum cinnabari pictis, inscriptionibus vero eorum cinnibari subductis, quarum exemplum dedimus, haud pauca monumenta ad dilucidandam antiquam Polonorum historiam: a) Annales Polonorum Benedictinos Gneznenses, Thraskae p.* 14—21, 117. 118, 326—349, *Cracovienses maiores et breviores p.* 942. 943; 944. 945; *b) Chronicon Boguphali episcopi Poznaniensis, et qui hocce continuavit, Basconis custodis Poznaniensis p.* 23—117; *c) chronicon anonymi archidiaconi Gneznensis p.* 118—224, *interiectis annalibus Polonorum, cum hoc chronico communiter occurrentibus; d) vitam S. Stanislai cum miraculis p.* 307—326; *e) chronicon Hungarorum mixtum et Polonorum p.* 349—359; *f) legendas passionales de sancto Wenzeslao martyre, de sancto Podven. de sancto Procopio et de sancta Ludmilla p.* 500—533; *g) documenta de controversiis regum Poloniae cum crucigeris p.* 2—14 *et* 534—855; *h) Martini Poloni chronicon imperatorum et pontificum p.* 904—942; *i) Statutum Casimiri M. Visliçense p.* 858—901; *k) 3 epistolas Santkonis de Czechel p.* 234—237; *l) denique foliis duobus ultimis p.* 946—949 *inventarium ecclesiae Gneznensis, seriore tempore codici iunctum et cum eo ligatum. — Quem codicem contulit Szlachtowskius. Fluxit aut ex uno eodemque cum* 1. *fonte, aut saltem* 1. 2. *ex codicibus qui ex uno fluxere proveniunt; loci enim corrupti et erroneae lectiones fere eaedem sunt in utroque codice.*

3. *Codex Szamotuliensis, postea Heilsbergensis chart. saec. XV. exeuntis prima pagina auratis litteris minoribus exhibet inscriptionem:* liber magnifici domini Petri de Schamotuli, castellani et capitanei Poznaniensis 1471, „*satis* 47 *nitide*[47] *scriptus, multis vacuis spatiis inter omnia fere capita relictis ad pingendas haud dubie litteras eorum initiales, complectitur* 279 *paginas, ex utroque latere numeris Arabicis recentiori manu signatas*“, *quae in duabus cuiusvis paginae columnis contextum exhibent. Hic quoque codex erat ad manus I. V. Bandtkii, cum editionem suam Galli pararet, quem cum cod.* 2. *ex bibliotheca Pulaviensi acceperat. Ex hac editione descriptionem huius codicis hausimus, quem in bibliothecis hodie frustra quaesiveris, iniuria temporum ablatum. Varias lectiones ex Bandtkii editione recepimus. Erat vero codex infimae sine dubio notae; est enim mutilatus et interpolatus. Desiderantur capita I,* 21. *II,* 9. 16.

46) a Bandtkio minus recte lecta. 47) Sunt verba Bandtkii.

20. 27—33. 44—47. *III*, 16—26[48]. *Reliqua capita paene omnia sunt in compendium redacta, orationes directae saepius recisae, hinc inde in textu litteras* etc. *invenies. In textum recepta sunt ex vita sancti Stanislai capita* 11. 14—16. 32 *et alia quaedam ex vita sancti Stephani descripta*[49].

Primam editionem ex codice Heilsbergensi paravit G. Lengnich Gedani 1749 *sub hoc titulo:* Vincentius Kadlubko et Martinus Gallus scriptores historiae Polonae antiquissimi. *p.* 56, *quam repetivit Mizler de Kolof in Historiarum Poloniae et Lithuaniae scriptorum magna collectione, Varsoviae* 1769 *tom. III. Tertia est I. V. Bandtkii qui eundem codicem et Clodaviensem secutus* Martini Galli chronicon *Varsoviae* 1824. 8. *integrum primus satis accurate edidit.*

Quibus subsidiis adiuti, textum quantum fieri poterat genuinum restituere conati simus, in verbis tamen scribendis pro more saeculi XII. ineuntis diphthongum ae *et syllabam* ti *loco simplicis* e *et* ci *quae in libris saeculi XIV et XV habentur restituimus.*

Leopoli et Berolini, mense Decembr. 1849.

I. SZLACHTOWSKI et R. KOEPKE.

INCIPIT EPISTOLA ET QUAEDAM PRAEAMBULA TANGENTIA CRONICAS POLONORUM HOC MODO[a].

Domino M.[50] *Dei gratia summo pontifici, simulque*[b] *Symoni*[51]*, Paulo*[52]*, Mauro*[53]*, Syroslao*[54]*, Deo dignis ac venerandis pontificibus Poloniae regionis, nec non etiam cooperatori suo,* [51] *venerabili cancellario Michaeli, coeptique laboris opifici, subsequentis scriptor opusculi supra montem Syon Domini sanctorum*[c] *gregi commisso*[d] *vigilanti studio speculari, ac de virtute in virtutem gradiendo Deum deorum facie ad faciem contemplari.*

Ni vestra auctoritate suffultus, patres praetitulati, vestraque opitulatione fretus fierem, meis viribus in vanum tanti ponderis onus subirem, et cum fragili lembo[e] *periculose*[f] *tantam*[g] *aequoris immensitatem introirem; sed securus nauta poterit in navicula residens per undas saevientis freti navigare, qui nauclerum habet peritum, qui scit eam*[h] *certam ventorum et syderum moderamine gubernare. Nec maluissem quoquomodo tantae caribdis naufragium evitare, ni libuisset vestrae karitati meam naviculam vestri remigii gubernaculis sublevare; nec de tanta silvarum densitate ignarus viae potuissem exire, ni vestrae benignitati placuisset certas*[i] *mihi metas interius aperire. Tantorum ergo*[k] *rectorum aminiculis insignitus*[l] *portum subibo securus, ventorum turbinibus expeditus; nec dubitabo lippis luminibus viam incognitam*[m] *palpitare, cum cognoverim*[n] *rectorum oculos praecedentium luce lucidius choruscare. Et cum tales praemiserim causidicos*[o] *defensores, flocipendam, quitquid musitando*[p] *murmurarent invidiosi detractores. Et quoniam fortuna voti compos vos fautores obtulerit iustae rei, dignum duxi tantos viros inserere quasi cronica seriei*[q]*. Vestro namque tempore vestrisque precibus preciosis illu-*

a) Incipit — modo *desunt* 2. 3. b) simul 3. c) scm̄ 1, sctūm 2. d) supra montem spondis scti Gregori misso, *pro* super montem — commisso *corrupte exhibet* 3. e) lembo *habuit et* 2. *sed delevit et in margine scripsit* limbo. f) lembo periculose fragili 3. g) tanta 1. 2. h) ea 3. i) cecitas 1. *sic habuit et* 2. *sed delevit, et in margine posuit* certas. k) igitur 3. l) insignios 1. 2. m) laxis lmg. ing. *pro* l. l. v. i. 3. n) cognoverim 1. o) causidicus 3. p) in usitando 1. 2. *sed* 2. *postea correxit.* q) cronicam scriri *pro* c. s. 3.

48) Capita I, 27. 28. quae facile desideres p. 44 in Lengnichii continuatione Kadlubkonis leguntur. 49) p. 73. 76. quod iam monuit Prazmowski ap. Ossol. p. 304. 50) Martinum archiepiscopum Gneznensem litteram hanc indicare iam Lengnich observavit ed. Ged. fol. 2. Secundum hist. Polon. Dlugossi Martinus adeptus est hanc dignitatem a. 1092, obiit a. 1118. S. 51) Simeon episcopus Plocensis ordinatus secundum Dlugossum a. 1107, obiit 1129. S. 52) Paulus episcopus Cracovicensis (seu Vladislaviensis) ordinatus a. 1098, obiit a. 1110. S. 53) Maurus, episcopus Cracoviensis, ordin. a. 1109, obiit a. 1118. S. 54) Zyroslaus, episcopus Vratislaviensis ordin. 1091, obiit 1120. Dlugossus hist. Pol. I, 321. 416. In historia episcoporum Smogorov. et Ricinensium Dlugossus addit, Zyroslaum demum anno 1100. consecratum fuisse, minime vero anno 1112 ut habet erronee Rozicius scriptor saec. XV. Sommersberg. script. rer. Siles. I, 64. quem secutus est Bandtkie in sua editione Galli pag. 3. not. 3. S.

stravit Deus Poloniam Bolezlavi tercii gestis memorabilibus et famosis[a]. Et cum multa et magnifica vobis gesta praetermittam degentibus, quaedam tamen[b] suggerere subsequenter[c] posteriorum memoriae non dimittam[d]; sed ad praesens vos uno ore, una laude[e] unanimiter unanimes unanimus, et quos indissolubile caritatis vinculum annectit, nostris[f] quoque praeconiis adnectamus[g]. Dignum est enim, ut rerum etiam gestis insiterant praenotari, quos divina gratia facit donis carismatum ipsis principibus principari, cibi quorum dispensatione subditorum quod capacitatibus coelestis alimoniae fidelibus erogatur, eorundem patrocinii nostrae pusillanimitatis opusculum suffragio tueatur[h]. Nam quos Deus ordinavit tanto privilegio dignitatis hominibus ceteris praeminere, oportet eosdem studiosius singulorum[i] utilitatibus et necessitatibus praevidere. Igitur ne viles[k] personae videamur vanitatis fimbrias[l] dilatare, codicellum non nostro decrevimus, sed vestris nominibus titulare. Quocirca laudem huius operis et honorem[m] huius patriae principibus ascribamus, nostrum vero laborem laborisque talionem vestrae discretionis arbitrio fiducialiter committamus. Spiritus sancti gratia, quae vos dominici gregis pastores ordinavit, tale suggerat consilium vestrae menti, quatenus princeps digna dei munera promerenti, unde vobis honor, sibique[n] gloria proferenti[o]. Semper gaudete, nobis operique favete.

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT EPILOGUS[p].

Bolezlavus dux[q] inclitus,
Dei dono progenitus,
hic per preces Egidii
sumpsit causam exordii
Qualiter istud fuerit,
si Deus hic[r] annuerit[s],
possumus vobis dicere,
si placeat adiscere.
Relatum est parentibus
successore carentibus,
conflent[t] auri congeriem
in humanam[u] effigiem,
Quam mittant sancto propere[v].
fiat ut eis prospere[w],
votumque Deo voveant,
atque firmam spem habeant.
Aurum ilico funditur,
effigies efficitur,
quam pro futuro filio
sancto mittunt Egidio.
Aurum, argentum, pallia.
donaque mittunt alia,
vestes sacras et aureum
calicem sat ydoneum.

Nec mora, missi properant
per terras quas non noverant;
praetereuntes Galliam
pervenerunt Provinciam.
Missi munera proferunt,
monachi grates referunt;
causam[x] narrant itineris
et qualitatem operis.
Tunc monachi continuo[y]
ieiunavere[z] triduo;
et dum agunt ieiunium,
mater concepit filium;
Et pro vero pronunciant[a*],
quod[b*] missi sic inveniant[c*].
Monachi rem recipiunt,
missi redire cupiunt,
Transeuntes Burgundiam
remearunt Poloniam.
Ergo gravem inveniunt
ducissam quando veniunt.
Sic puer ille nascitur,
qui Bolezlavus dicitur,
quem Wladislaus genuit
dux, sicut[d*] Deus voluit.

a) fauosis 1, *ita et* 2. *habuit, sed correxit.* b) tj 3. tantum 1. 2? c) subsequentium *legit* 3. *secund. ed. Vars.* d) obmittam 3. e) u. l. *desunt* 3. f) vestris 3. g) annectam 3. h) *Ita legendum videtur*; donis *est coniectura Pertzii.* Dignum est enim ut rerum eciam gestis institarunt prenotari, quos divina gracia facit de hiis carismatum ipsis principibus principari, tibi quorum dispensacione subditorum quod apacitatibus celestis alimonis fideles erogatur, eorundem patrocinii nostre pusillanimitatis opusculum suffragio tueatur 1. Dignum est enim, ut rerum eciam gestis institerim prenotari (*in margine addit* vestras dignaciones prenotemus), quos divina gracia facit de hiis carismatum ipsis principibus principari cibi quorum dispensacione subditorum quod apacitatibus celestis alimoniis fideles erogatur, eorundem patrocinii nostre pusillanimitatis opusculum suffragio tueatur 2. Dignum est enim ut rerum eciam gestis institeram prenotari, quos divina gracia facit de hiis carismatum ipsis principibus principari, tibi quorum dispensacione subditorum quod apicibus celestis alimonie fidelibus errogatur, eorundem patrocinii nostro pusillanimitatis opusculum tueatur 3. in stateram pr. — item quorum diap. — apicibus celestis alimoniis fideles *Bandtkie.* i) ceterorum 3. k) viliter 3. l) fibrias 2. m) honore 3. n) in 3. n*) preferenti *codd.* o) epilogum 1. 2. p) rex 3. q) *deest* 3. r) *hoc loco addunt in margine* 1. 2. Prologus tercii libri. s) conflant *non recte correxit ex* conflent 2. t) humana 1. 2. u) ppe 2. pape 3. v) ut eis fiat pro spe *pro* F. u. e. p. 3. w) casam 2. x) connivio 1. *sic et* 2. *sed postea correctum.* y) ieiunare 1. 2. z) et p u'o pnunciant 1. et pu'o prununciant 2. et pro puero pronunciant 3. a*) *ita legendum* q *cum nota adbreviationis · non vero* qui, *Pertz.* b*) fuerant 3. c*) sic 3. d*) sic 3.

Genitrix Iudith nomine,
fatali forsan omine —
Iudith[a] salutavit populum
per Holofernis[b] iugulum[c] —
Ista[d] peperit filium,
triumphatorem hostium,
de cuius gestis scribere
iam tempus est insistere.

INCIPIUNT CRONICAE[e] ET GESTA DUCUM SIVE PRINCIPUM POLONORUM.

Primo[f] prohemium.

Quoniam orbis terrarum in universitate spatiosa a regibus ac ducibus plurimis plurima memoria digna[g] geruntur[h],[55], quae fastidiosa negligentia philosopho rum[i], forsitan inopia, silentio conteguntur, operae pretium duximus quasdam res gestas Polonicorum principum, gratia cuiusdam gloriosissimi ducis ac victoriosissimi nomine Bolezlavi, stilo puerili[k] potius exarare, quam ex toto posterum memoriae nichil notabile[l] reservare; ob hoc etiam[m] maxime, quod Dei dono precibusque sancti Egidii natus fuit, per quem, ut[n] credimus, bene fortunatus semperque victoriosus extitit. Sed quia regio Polonorum ab itineribus peregrinorum est remota, et nisi transeuntibus in Rusiam[o] pro mercimonio paucis nota, si breviter inde disseratur[p], nulli videatur absurdum, et si pro parte describendo[q] totum inducatur, nemo reputet onerosum. Igitur ab aquilone Polonia septemtrionalis pars est Sclavoniae[r], quae habet ab oriente Rusiam, ab austro Ungariam, a subsolano Moraviam et Bohemiam, ab occidente Daciam et Saxoniam collaterales. Ad mare autem septemtrionale vel anphitrionale[s] tres habet[t] affines barbarorum gentilium ferocissimas nationes, Selenciam[56], Pomeranam[u] et[56] Pruziam[v], contra quas regiones Polonorum dux assidue pugnat, ut eas ad fidem convertat; sed nec gladio praedicationis cor eorum a perfidia potuit revocari, nec[w] gladio iugulationis eorum penitus vipperalis progenies aboleri. Saepe tamen principes eorum a duce Poloniensi[x] proelio superati, ad baptismum confugerunt; itemque collectis viribus fidem christianam abnegantes, contra christianos bellum denuo paraverunt. Sunt etiam ultra eos et infra brachia amphitrionis aliae barbarae gentilium nationes et insulae inhabitabiles, ubi perpetua[y] nix est et glacies. Igitur terra Sclavonica ad aquilonem hiis regionibus suis partialiter divisuris[z] sive constituturis[*] existens, a Sarmaticis qui et Getae vocantur in Daciam[a] et Saxoniam terminatur[b], a Tracia autem per Ungariam, Hunis[c] qui et Ungari dicuntur quondam[d] occupatam[e], descendendo per Carinthiam in Bavariam[f] diffinitur, ad austrum vero iuxta mare mediterraneum ab Eppyro derivando per Dalmaciam, Crovaciam[g] et Hystriam[h] finibus maris Adriatici[i] terminata, ubi Venecia et Aquileia[k] consistit, ab Hytalia sequestratur. Quae regio, quamvis multum sit nemorosa, auro tamen et[l] argento, pane et[m] carne, pisce et[n] melle satis est copiosa, et in hoc plurimum aliis praeferenda, quod cum[o] a tot supra dictis gentibus et christianis et gentilibus sit vallata, et a cunctis insimul et a singulis multotiens impugnata, nunquam tamen ab ullo fuit penitus subiugata; patria[p] ubi aer salubris, ager[q] fertilis, silva melliflua, aqua piscosa, milites bellicosi, rustici laboriosi, equi durabiles, boves arabiles, vaccae lactosae, oves lanosae. Sed ne digressionem nimium prolixam fecisse videamur, ad intentionis nostrae propositum revertamur. Est autem intentio nostra de Polonia et de duce principaliter Bolezlao[r] describere, eiusque gratia quaedam gesta praedeces orum[s] digna memoria[t] recitare. Nunc ergo sic ordiri materiam incipiamus, ut per radicem ad ramum

a) Angelum *anteponit* 2. *forte* iugulum *quod postea omittit.* b) Holoferni 2. c) *deest* 2. d) ita 2. e) cronice *erat et* 2. *sed corrector ultimam litteram* e *in* a *mutavit.* f) incipiunt — primo *desunt* 3. g) *deest* 1. 2. h) gerunt 3. i) plurimorum 3. k) *omittit, et spatium vacuum relinquit* 3. l) mutabile 1. 2. 3. m) et iam, *saepe* 2. ecciam *semper* 3. n) *deest* 1. 2. o) Russiam *semper* 3. p) deseratur 1. 2. desja 3. q) describendo pro parte 3. r) Sclavonie 2. *sed corrector* e *delevit.* s) v. a. *desunt* 3. t) quoque 2. u) Pomoraniam 3. v) Prusiam 2. Russiam 3. w) nisi 2. x) Polonie 3. y) perpetue 3. z) divisivis 2. 3. *) constitutis 2. 3. a) Duciam 2. b) terminantur 1. 2. c) huius 1. 2. d) condam 2. e) Hunis — occupatam *desunt* 3. f) Chorinthiam et Bavariem 3. g) Scrovaciam 1. Stromaciam 3. h) Istriam 3. i) striatici 1. *Sic habuit et* 2. *sed postea correxit.* k) Venecia et Aquilegia 3. l) *deest* 1. 2. m) *deest* 3. n) *deest* 3. o) que eciam *eum pro* quod cum 3. p) *deest* 3. q) terra 3. r) Boleslao principaliter 3. s) predecessoris 2. t) memorie 3.

55) Sall. Catil. 4. Iug. 17. S. 56) Per Selenciam non intelligere auctorem neque Silesiam nec terram Slesvicensem, sed Luticiam seu, ut auctor vitae S. Ottonis habet, Leuticiam, demonstravit iam S. Girtler in Indice lect. univ. Crac. a. 1823. S.

arboris ascendamus. Qualiter ergo ducatus honor generationi huic acciderit, subsequens ordo narrationis intimabit[a].

LIBER PRIMUS[b].

57 ### 1. *De duce Popelone. Dictus*[c.57] *Chosisco*[d].

Erat namque in civitate Gneznensi, quae nidus interpretatur Sclavonice[e], dux nomine Popel, duos filios habens, qui more gentilitatis ad eorum tonsuram grande convivium praeparavit[f], ubi plurimos suorum procerum et amicorum invitavit. Contigit autem ex occulto Dei consilio duos illuc hospites advenisse, qui non solum ad convivium non[g] invitati, verum etiam a civitatis introitu cum iniuria sunt redacti. Qui statim civium illorum inhumanitatem[h] abhorrentes et in suburbium descendentes, ante domunculam aratoris praedicti ducis pro filiis convivium facientis forte fortuna devenerunt. Ille vero bonae compassionis pauperculus hospites illos[i] ad suam[k] domunculam invitavit, suamque paupertatem eis benignissime praesentavit. At illi[l] pauperis invitationi[m] gratanter inclinantes et hospitalitatis tugurium subeuntes: *Bene*, inquiunt, *nos advenisse gaudeatis, et in nostro adventu bonorum*[n] *copiam, et de sobole honorem et gloriam habeatis.*

2°. *De Pazt*[p] *filio Chosischonis*[q].

Erant enim hospitii[r] domestici[s] Pazt[t] filius Chostconis[u] et uxor eius Repca[v] vocabulo nuncupati[w], qui cum magno cordis affectu pro posse suo hospitum necessitati ministrare sathagebant, eorumque[x] prudentiam intuentes, secretum si quid[y] erat cum eorum consilio perficere disponebant. Cumque de more resistentes[z] colloquerentur de plurimis, et peregrini an ibi potus aliquid[a] habeatur inquirerent, arator hospitalis respondit: *Est*, inquit, *michi vasculum cervisiae fermentatae, quam pro caesarie filii quem habeo unici tondenda*[b] *praeparavi, sed quid prodest hoc tantillum? Si libeat ebibatis.* Decreverat enim rusticus ille pauper, quando dominus suus dux pro filiis convivium praepararet — nam in alio tempore prae nimia paupertate non posset — aliquid obsonii[c] pro suo tondendo parvulo praeparare, et quosdam amicorum et pauperum, non ad prandium, sed ad gentaculum invitare, qui etiam porcellum nutriebat, quem ad illud servitium reservabat. Mira dicturus sum, sed quis[d] valet Dei magnalia cogitare? vel quis audet de divinis beneficiis disputare? qui temporaliter pauperis[e] humilitatem aliquotiens exaltat[f], et hospitalitatem etiam gentilium remunerare non recusat. Imperant ergo[g] eum[h] hospites[i] securi cervisiam propinari, quam bene noverant potissando[k] non deficere sed augeri; usque adeo enim crevisse fertur cerevisia, donec vasa mutuata replerentur omnia et quae ducis convivantis invenere vacua. Praecipiunt et porcellum supradictum occidi, unde decem situlae, Sclavonice cebri, mirabile dictu, memorantur adimpleri. Visis ergo[l] Pazt et Repca[l] miraculis quae fiebant, aliquid magni praesagii[m] de puero sentiebant, iamque ducem et convivas invitare cogitabant, sed non audebant, nisi prius peregrinos hoc inquirant. Quid moramur? consilio itaque hospitum et exhortatione dominus eorum dux et convivae omnes ipsius[n] ab agricola Pazt invitantur, neque rustico suo dux invitatus[o] condescendere dedignatur. Nondum enim ducatus Poloniae erat tantus, neque princeps orbis tanto fastu superbiae tumescebat, nec tot cuneis clientelae stipatus, ita magnifice procedebat[p]. Inito[q] de more convivio, et habundanter omnibus apparatis, hospites illi puerum totonderunt, eique Semovith vocabulum ex prae-
58 sagio futurorum[58] indiderunt.

a) intimaverit 3. — b) *deest* 1. 2. 3. c) dĉs 1. dctus 2. dicto 3. deductus *coniecit B.* d) Choszyeto 3. e) sclavonice 2. *sed corrector primum* c *delevit.* f) preparabat 1. 2. g) *deest in codicibus; addiderunt editores.* h) inhumanitate 3. i) praedictos 3. k) propriam 3. l) ille 3. m) invitacionem 3. n) hor. *habebat* 2. *quod corrector delevit et in margine apposuit* honorum. honorie 3. o) Il *deest* 1. 2. 3. p) Past 2. q) Choszyszkonis 3. *Totam inscriptionem:* Capitulum — Chosischonis 1. *in margine sistit, narrationis filo a capite praecedenti non interrupto.* r) hospitio 3. s) domesticii 2 t) Pazto *erat* 2. *sed littera* o *erasa, ita tamen, ut clare appareat.* u) Chossistconis 2. Chosiszconis 3. v) Repta 2. w) nuncupata *erat* 2. *sed uli. a mutatum in* i. x) qui eorum 3. y) quod 3. z) resciontes 3. ') *deest* 3. a) tondendam 1. 3. condendam 2. b) obsonti 1. obsenti 2. c) quid 1. quis *suadet legere* 2. d) pauperum 1. 2. e) pauperis humilitatem temperat aliquocies 3. f) igitur 2. 3. g) em *addit* 2. *sed postea delevit.* h) hospitas *erat* 2. *sed manus alia* tas *delevit, et in margine addidit:* tibus *ita ut esset* hospitibus, *quod additum* tibus *edit. Vars.* cibus *legebat.* i) prtisando 2. potisando 3. k) igitur 2. 3. l) Repta 2. 3. m) prestigii *potest quoque legi* 3. n) *deest* 3. o) *vox haec posita post verbum* dedignatur 3. p) procedebant 1. 2. q) puto *errore scribae* 3.

57) i. q. laudatus, benedictus. P. 58) Cf. vita S. Ladislai regis Hungariae in Endlicher Rerum Hung. mon. Arpadiana. S. Galli 1848. I, 236. S.

3. [a] *De duce Semovithaii qui dicitur Semovith filio Paxt* [b]

Hiis itaque peractis puer Semovith, filius Paxt Chossistconis [c] viribus et aetate crevit, et [d] de die in diem in augmentum proficere probitatis incepit [e], eotenus quod rex regum et dux ducum [f] eum Poloniae ducem concorditer ordinavit, et de regno Pumpil [g] cum sobole radicitus extirpavit. Narrant etiam seniores antiqui, quod iste [h] Pumpil [i] a [k] regno expulsus, tantam [l] a muribus persecutionem patiebatur, quod ob hoc a suis consequentibus [m] in insulam transportatus, et ab illis feris pessimis illuc transnatantibus in turre lignea tamdiu sit defensus, donec prae foetore pestiferae multitudinis intereimptae ab omnibus derelictus, morte turpissima, monstris corrodentibus exspiravit. Sed istorum gesta quorum memoriam oblivio vetustatis abolevit, et quos error et ydolatria defoedavit, memorare negligamus, et ad ea recitanda, quae fidelis recordatio meminit, istos succincte nominando transeamus. Semovith vero principatum adeptus, non [n] voluptuose vel inepte iuventutem suam exercuit, sed usu laboris et militiae, probitatis famam et honoris gloriam acquisivit, atque sui principatus fines ulterius quam aliquis antea [o] dilatavit. Cuius loco decedentis Lestik filius eius subintravit [p], qui paternae probitati et audaciae gestis sese militaribus adaequavit [q]. [59] Lestik [r] quoque morienti Semimizl [s] eius genitus successit, qui parentum memoriam et genere et [t] dignitate triplicavit [u].

4. *De caecitate Meschconis* [v] *filii* [w] *Zemimizl ducis* [x].

Hic autem Semimizl magnum et memorandum Meschonem [y] progenuit, qui primus nomine vocatus alio [z], septem annis a nativitate caecus fuit. Septimo vero recurrente nativitatis eius anniversario, pater pueri, more solito convocata comitum aliorumque suorum principum concione, copiosam epulationem et sollempnem celebrabat, et tantum [a] inter epulas prae caecitate pueri, quasi doloris et verecundiae [b] memor, latenter ab imo [c] pectore suspirabat. Aliis equidem exultantibus et palmis ex consuetudine plaudentibus, laetitia alia aliam cumulavit, quae visum recepisse caecum puerum indicavit [d]. At pater nulli [e] nuntianti hoc credidit, donec mater de convivio exurgens ad puerum introivit, quae patri nodum [f] ambiguitatis amputavit, cunctisque residentibus [g] videntem puerum pronuntiavit [h]. Tunc demum cunctis laetitia plena fuit, cum puer illos quos nunquam viderat recognovit, suaeque caecitatis ignominiam in gaudium inextricabile commutavit. Tunc Semimizl dux seniores et discretiores qui aderant [i] subtiliter sciscitatur, si quid prodigii per caecitatem et illuminationem pueri designatur. Ipsi vero per caecitatem Poloniam sic antea fuisse quasi caecam indicabant, sed de cetero per Meschonem illuminandam et exaltandam super nationes contiguas prophetisabant [k]. Quia et ita se habuit, et aliter tamen interpretari potuit. Vere Polonia caeca prius erat, quae nec culturam veri Dei nec doctrinam fidei cognoscebat, sed per Meschonem illuminatum est et ipsa illuminata [l], quod [m] eo credente Polonica gens de morte infidelitatis est exempta. Ordine [n] enim competenti Deus omnipotens visum primus Meschoni corporalem restituit, et postea [o] spiritalem adhibuit, ut per visibilia ad invisibilium agnitionem penetraret, et per rerum notitiam ad artificis omnipotentiam suspicaret. Sed [p] cur rota [60] currum praecurrit [q]? Semimizl autem senio confectus extremum vale [r] mundo fecit. [59]

5. *Quomodo Mesco* [s] *recepit Dobrowcam sibi* [t] *in uxorem* [u].

At Mescò [v] ducatum adeptus, ingenium animi coepit et vires corporis [w] exercere, ac na-

a) **HI** *deest in codicibus hoc loco et numerus capituli in omnibus sequentibus omnium trium librorum, in quibus et vox capituhum deest, praeter ea capitula penes quae notavimus solum defectum numeri.* b) de duce — Paxt *desunt* 3. c) Chossisconis 2. Choszysconis 3. d) *deest* 3. e) cepit 3. f) *deest* 3. g) Pumpil *erat et* 2. *sed corrector efformavit* Popiel. Popel 3. Popiel *Polonice scilicet.* h) istem 1. 2. *deest* 3. i) Pumpil *erat et* 2. *sed iterum a correctore in* Popiel *mutatum.* Popel 3. k) de 3. l) tanto 3. m) consequacibus 2. persequentibus 3. n) *deest* 2. 3. o) ante ea 3. p) cui successit mortuo Lesthko filius eius pro eo, *pro* cuius loco — subintravit 3. *In margine:* de duce Lesthkone *ponunt* 1. 2. q) coequavit 3. r) Lesthkoni 3. s) Szemimisl 3. *In margine* de duce Zemimizl *ponunt* 1. 2. t) *deest* 3. u) Oplicavit 3. v) Mechconis 2. Mieszkonis 3. w) filio 1. 2. x) Zomomisl etc. *pro* Z. d. 3. y) Meschconem 2. Miesskonem 3. z) illo 3. a) *deest* 3. b) vere quotidie 3. c) uno 2. *qua voce cancellata corrector in margine posuit* intimo. d) *ita correximus;* invitavit *codd. et edd.* P. e) illi 3. f) nondum vulnus 3. g) resistentibus 2. g*) presentavit 2. h) adherent 2. i) prophetabant 2. k) est *erronee repetit corrector* 2. l) quia 2. m) cum *anteposuit sed postea delevit* 1. n) et preteres *addit* 2. o) d'r, *hoc signum, quod legi potest* dicitur *stetit* 2. p) *ita emendavi.* P.; precurritur *absque interrogationis signo* 1. 2. *edd. Verba* Tunc demum — praecurrit *desunt* 3. q) postmodum *addit* 3. r) Mescho 2. s) *deest* 2. t) Quomodo — uxorem *desunt* 3. u) Anno Domini DCCCCLXV Miessko *pro* At Mesco 3. v) *deest* 3.

59) Sall. Iug. 4. 8. 60) i. e. cur narratio gestis praecurrit? P.

tiones per circuitum bello saepius atemptare. Adhuc tum[a] in tanto gentilitatis errore involvebatur[b], quod sua consuetudine[c] septem uxoribus abutebatur. Postremo[d] unam christianissimam de Bohemia Dubrovcam nomine in matrimonium requisivit[e 61]. At illa ni pravam consuetudinem illam dimittat, seseque fieri christianum promittat, sibi[f] nubere recusavit. Eo ergo[g] collaudante, se usum[h] illius paganismi dimissurum et[i] fidei christianae sacramenta suscepturum, illa domina cum magno secularis et ecclesiasticae religionis apparatu Poloniam introivit, necdum tamen thoro sese maritali foederavit, donec ille paulatim consuetudinem christianitatis et religionem ecclesiastici ordinis diligenter contemplans, errori gentilium
966. abnegavit seque gremio matris ecclesiae counivit[k].

6. *De primo Bolezlavo qui dicebatur Gloriosus seu Chabri*[l].

Primus ergo Polonorum dux Mescho per fidelem uxorem ad baptismi gratiam pervenit, cui ad laudem et gloriam satis habundanter sufficit, quod suo tempore et per eum oriens ex alto regnum Poloniae visitavit[m]. De hac namque benedicta femina gloriosum Boleslavum
992. generavit[n], qui post ipsius[o] obitum[62] regnum viriliter gubernavit, et in tantam Deo favente
Mai. 25. virtutem et potentiam excrevit, quod, ut sic eloquar, sua probitate totam Poloniam deauravit. Quis enim eius gesta fortia vel certamina contra populos circumquaque commissa digne valeat[p] enarrare, nedum etiam scriptis memorialibus[q] commendare? Numquid non ipse[r] Moraviam et Bohemiam[s] subiugavit, et in Praga ducalem sedem obtinuit, suisque eam sufi003. fraganeis deputavit[63]? Numquid non ipse Hungaros frequentius in certamine superavit,
999? totamque terram eorum usque Danubium suo dominio mancipavit[64]? Indomitos vero tanta virtute Saxones[t] edomuit[65], qui[u] in flumine Salae in medio terrae eorum meta ferrea fines
66 Poloniae terminavit[66]. Quid ergo[v] est necesse victorias et triumphos de gentibus incredulis nominatim[w] recitasse, quas est constans[x] eum quasi sub pedibus conculcasse? Ipse namque
995? Selenciam, Pomoraniam et Prusiam usque adeo vel in perfidia resistentes contrivit vel conversas in fide solidavit, quod ecclesias ibi multas[y] et episcopos per apostolicum, ymmo apostolicus per eum ordinavit. Ipse etiam beatum Adalbertum in longa peregrinatione et a sua rebelli gente Bohemica multas iniurias perpessum, ad se venientem cum magna veneratione suscepit, eiusque praedicationibus fideliter[z] et institutionibus obedivit. Sanctus vero martir igne caritatis et zelo praedicationis accensus, ut aliquantulum iam in Polonia fidem pullulasse et sanctam ecclesiam excrevisse conspexit, intrepidus Prusiam intravit, ibique martirio
997. suum agonem consummavit[a']. Postea vero corpus ipsius ab ipsis Prusis Bolezlavus auri pondere comparavit[67], et in Gneznensi[b'] metropoli condigno honore collocavit[c']. Illud quoque memoriae[d'] commendandum aestimamus, quod tempore ipsius[e'] Otto Rufus[68] imperator ad sanctum Adalbertum orationis ac reconciliationis gratia simulque gloriosi Bolezlawi cognoscendi fama introivit, sicut in libro de passione martiris potest propensius inveniri[69]. Quem Bolez70 lavus sic honorifice et magnifice suscepit[70], ut regem imperatorem Romanum ac tantum hospitem suscipere decens fuit. Nam miracula mirifica Bolezlavus[f'] imperatoris adventu, acies inprimis[g'] militum multimodas, deinde principum in planitie spatiosa quasi choros ordinavit, singulasque[h'] separatim[i'] acies diversitas indumentorum discolor variavit. Et non quaelibet erat ibi vilis[k'] varietas ornamenti, sed quitquid potest usquam gentium pretiosius reperiri, quippe Bolezlavi tempore quique milites et quaeque feminae curiales palliis pro lineis vesti-

a) *ita edimus;* cum 1. 2. tamen 3. b) volvebatur 3. c) *hoc loco ad calcem columnae addit* 1: Anno Domini DCCCCLXV uxorem accepit. d) Postremum 2. e) Dambrowcam nomine requisivit filiam ducis Bohemie *pro* Dubrowcam — requisivit 3. f) quoque *addit* 3. g) igitur 3. h) ipsum 3. i) sed 3. k) consensit 1. seque — counivit *desunt* 3. l) De — Chabri *desunt* 2. 3. m) Natus est DCCCCLXVII *addit in margine* 1. n) Anno Domini DCCCCLXVII de hac benedicta femina Dambrowka glorioso duce Boleslao generatur *pro* Primus ergo — generavit 3. o) patris 3. p) voluit 3. q) memoralibus 3. r) *dipthm incertum pro* N. q. u. i. 3. s) et Bohemiam *add. in margine corr.* 2. t) tanta virtute Saxones *transponit in:* Saxones tanta virtute 3. u) quod 3. v) igitur 2. 3. w) nominali 3. x) constat 3. y) micas = magnificas 3. z) fideliter *praeposito verbo* obedivit 3. a') consecravit = consignavit 3. b') Gnezna 3. c') sepelivit 3. d') dignum *add.* 3. e') anno videlicet Domini M. *addit* 3. f') Bolezlavi 1. 2. g') Bolezlaus in adventu imperatoris prepandit (pēndit). In primis acies *pro* Bolezlavus imperatoris — inprimis 3. h') singulas quoque 3. i') separatim 3. k') *deest* 3.

61) Cf. Cosmas I, 26. K. 62) Cf. Thietmarum inediti. S. 66) Cf. Ann. Quedlinburg. 1007, 1012, IV, 37. et Ann. Bildesh. 992. Diem 5. Id. Mai. exhibet calend. Merseburg. Vid. Roepell I, 103. K. 1017. K. 67) Bruno vita S. Adalb. c 34 et Miracula S. Adalb. c. 9. S. 68) immo tertius. K. 63) Cf. Cosmas I, 35. K. 64) Cf. de his Roepell I, 651. K. 65) Annales Polonorum Cracovienses 69) Cf. praefatio. K. 70) Cf. Ann. Quedlinburg. 1000. K.

bus vel laneis utebantur, nec pelles quantumlibet pretiosae, licet novae fuerint, in eius curia sine pallio[a] et aurifrisio portabantur. Aurum enim eius tempore commune quasi argentum ab omnibus habebatur, argentum vero vile quasi[b] pro stramine[c] tenebatur. Cuius gloriam et potentiam et divitias imperator Romanus considerans, admirando dixit: *Per coronam imperii mei*[d], *maiora*[e] *sunt quae video, quam fama percepi;* suorumque[f] consultu magnatum coram omnibus adiecit: *Non est dignum tantum ac virum talem*[g], *sicut unum de principibus, ducem aut comitem nominari, sed in regale solium glorianter redimitum dyademate sublimari*[70]. 1025. Et accipiens imperiale dyadema capitis sui, capiti Bolezlavi in amicitiae foedus imposuit, et pro vexillo triumphali[h] clavum ei de cruce Domini cum lancea sancti Mauricii dono dedit, pro quibus illi Bolezlavus sancti Adalberti brachium redonavit. Et tanta sunt illa die dilectione couniti[k], quod imperator eum fratrem et cooperatorem imperii constituit[l], et populi Romani amicum et socium appellavit. Insuper etiam[k] in ecclesiasticis honoribus[l] quitquid ad imperium pertinebat in regno Polonorum, vel in aliis superatis ab eo vel superandis regionibus barbarorum, suae suorumque potestati concessit, cuius pactionis decretum papa Silvester[m] sanctae Romanae ecclesiae privilegio confirmavit. Igitur Bolezlavus in regem ab imperatore tam gloriose sublimatus, inditam sibi liberalitatem exercuit[n], cum tribus suae consecrationis[o] diebus convivium regaliter et imperialiter celebravit, singulisque diebus vasa omnia et supellectilia transmutavit, aliaque diversa multoque pretiosiora praesentavit. Finito namque convivio, pincernas et dapiferos vasa aurea et argentea, nulla enim lignea ibi habebantur, cyphos videlicet et cuppas, lances et scultellas[p] et cornua de mensis omnibus trium dierum congregare[q] praecepit, et imperatori pro honore, non pro principali munere, praesentavit. A camerariis vero pallia extensa et[r] cortinas[s], tapetia, strata, mantilia, manutergia, et quaecumque servitio praesentata fuerunt, iussit similiter congregare[t] et in cameram imperatoris comportare[u]. Insuper etiam[v] alia plura dedit vasa, scilicet aurea et argentea diversi operis, pallia vero[w] diversi coloris, ornamenta generis ignoti, lapides pretiosos et huiusmodi[x] tot et tanta praesentavit, quod imperator tanta munera pro miraculo reputavit. Singulos vero principes eius ita magnifice muneravit, quod eos ex amicis[y] amicissimos[71] acquisivit. Sed 71
quis dinumerare poterit qualia et quanta maioribus[z] dona dedit, cum nec unus quidem inquilinus de tanta multitudine sine munere non recessit. Imperator autem laetus magnis cum muneribus ad propria remeavit, Bolezlavus vero regnans in hostes yram veterem renovavit.

7. *Quomodo terram potenter Bolezlavus Russiae*[a] *intravit*[a].

Igitur inprimis inserendum est seriei, quam gloriose et magnifice suam iniuriam de rege Ruthenorum vindicavit[b], qui sibi sororem dare suam in matrimonium denegavit[72]. Quod Bolezlavus rex indigne ferens cum ingenti[d] fortitudine Ruthenorum regnum invasit, eosque primum armis resistere conantes, non ausos committere[e], sicut ventus pulverem, ante suam faciem profugavit. Nec statim cum hostili more civitates capiendo vel pecuniam congregando suum iter retardavit, sed ad Chyou[f] caput regni, ut arcem regni simul et 1018.
regem caperet, properavit[g]. At Ruthenorum rex[73] simplicitate gentis illius in navicula tunc[h] 73
forte cum hamo piscabatur, cum[i] Bolezlavum adesse regem ex insperato nuntiant. Quod ille vix credere potuit, sed tandem[k] aliis et aliis sibi nuntiantibus, certificatus exhorruit. Tunc demum pollicem simul[l] et indicem ori porrigens, hamumque sputo more piscatorum liniens, in ignominiam suae gentis proverbium protulisse fertur: *Quia Bolezlavus huic*[m] *arti non stu-*

a) pellio 3. b) qua 3. c) habebatur *addit sed postea qua superfluum punctis notavit* 2. d) *deest* 2. e) suorum 3. f) virum ac civem *pro* a. v. t. 3. g) trāphas 3. h) cog'ti *l.* 2. 99ti 3. couniti *voce saepe utitur auctor.* i) instituit 3. k) et tam 2. *a correctore enim* i *in* t *mutatum;* et tam 3. l) hominibus 3. m) Rex Boleslaus fuit tempore Silvestri pape *addit in margine* 2. n) exeruit 2. o) coronationis 3. p) scutellas 2. q) congregari 3. r) *deest* 3. s) cortinias 3. t) congregari 3. u) comportari 3. v) super *pro* insuper etiam 3. w) *deest* 3. x) et huiusmodi *desunt* 3. y) limitis *vel* limicis *erronee* 3. z) nobilioribus *videtur scribum per contractionem sed absque vitio* 2. a) Rusie 2. a) Quomodo — intravit *desunt* 3. b) Nam anno D. MXVIII contra regem Ruthenorum viriliter dimicavit *pro* Igitur inprimis — vindicavit 3. d) in magna *pro* cum ingenti 3. e) sed non ausos *pro* non ausos committere 3. f) th'yoo 2. Kyow 3. g) *deest* 3. h) navi culati *pro* navicula tunc *corrupte* 3. i) cui 3. k) tamen 3. l) unum 2. *et* 3. *in fragmento p.* 93. m) huius 2.

70) Quod demum a. 1025. factum est ut probant Ann. Quedlinburg. Cf. Roepell I, 162. K. 71) Sallustii Iugurtha 10. S. 72) Bolezlavi filia Swatopulko, filio Wladimiri, Russiae principis, nupserat. K. 73) Iaroslaus, filius Wladimiri. K.

duit, sed arma militaria baiolare[a] *consuevit, idcirco Deus ad manum eius tradere civitatem istam regnumque Ruthenorum et divitias destinavit.* Haec dixit, nec plura prosecutus, fugam arripuit. At Bolezlavus, nullo sibi resistente civitatem magnam et opulentam ingrediens, et evaginato gladio in aurea porta percutiens, risu satis iocoso suis admirantibus[b], cur hoc fecisset, enodavit. *Sicut,* inquit, *in hac hora*[c] *aurea porta civitatis ab isto ense percutitur, sic in nocte*
74 *sequenti soror regis*[74] *ignavissimi mihi dari prohibita corrumpetur; nec tamen Bolezlavo thoro maritali sed concubinali singulari vice tantum coniungetur, quatenus hoc facto nostri generis iniuria vindicetur, et Ruthenis ad dedecus et ad ignominiam imputetur.* Sic dixit, dictaque factis complevit. Igitur rex Bolezlavus urbe ditissima[d] regnoque Ruthenorum potentissimo decem mensibus potitus[e], inde pecuniam in Poloniam transmittendo nunquam extitit otiosus; undecimo vero mense, quia regna quamplurima tenebat, et puerum ad regnandum Meschonem adhuc ydoneum non videbat, loco sui quodam ibi Rutheno sui generis in dominium constituto[75], cum thezauro residuo Poloniam remeabat[f]. Illum itaque[g] cum ingenti gaudio[h] et pecunia[i] remeantem, iamque Poloniae finibus propinquantem[k], rex fugitivus collectis viribus ducum Ruthenorum cum Plaucis et Pinciniatiris[l] a tergo subsequitur, et ad fluvium Bugam committere certus de victoria conabatur. Arbitrabatur namque Polonos more hominum de tanta victoria praeda gloriantes, unumquemque domum suam propinquare, utpote triumphatores terrae suae finibus propinquantes, et tamdiu extra patriam sine filiis et uxoribus immorantes. Nec illud sine ratione cogitabat, quia magna pars iam Polonorum exercitus rege nesciente defluxerat[m]. At rex Bolezlavus videns suos milites paucos esse, hostes vero quasi centies[n] tantum[o] fere, non sicud ignavus et timidus, sed ut audax et providus, suos milites
76 sic affatur[76]: *Non est opus probos et expertos diu milites cohortari*[p]*; nec triumphum sese nobis offerentem retardari, sed est tempus vires corporis animique virtutem exercendi. Nam quid prodest tot et tantas prius victorias habuisse, vel quid prodest tanta regna nostro dominio subiugasse tantasque divitias aliorum cumulasse, si forte nunc subactos nos contingat haec et nostra perdidisse? Sed de Dei misericordia vestraque probitate comperta confido, quod si viriliter in certamine resistatis, si more solito fortiter invadatis, si iactantias et promissiones in praedis dividendis et in conviviis meis habitas ad memoriam reducatis, hodie victores finem laboris continui facietis, et insuper famam perpetuam ac triumphalem victoriam acquiretis. Sin vero victi, quod non credo, fueritis, cum sitis domini, servi Ruthenorum et vos et*[q] *filii vestri eritis, et insuper poenas pro illatis*[r] *iniuriis turpissime rependetis.* Haec et hiis similia rege Bolezlao proloquente, omnes sui milites hastas suas unanimiter protulerunt, seque cum triumpho malle quam cum praeda domum turpiter[s] intrare responderunt. Tunc vero rex Bolezlavus suorum unumquemque nominatim exhortans, in[t] hostes confertissimos[u] sicut leo sitiens penetravit. Nec est nostrae facultatis recitare, quantas strages sibi resistentium ibi fecit[v], neque quisquam valet hostium peremptorum milia certo numero computare, quos constabat ad proelium sine numero convenisse, paucosque superstites fuga lapsos evasisse[w]. Asserebant namque plurimi pro certo, qui post multos dies pro amicis vel propinquis inveniendis ad locum certaminis de longinquis regionibus veniebant, tantam ibi cruoris effusionem fuisse, quod nullus poterat nisi per sanguinem[x] vel super cadavera per totam planitiem ambulare, totumque[y] Bugam fluvium plus cruoris speciem quam fluminis retinere. Ex eo enim tempore Rusia Poloniae vectigalis diu fuit.

a) baiolare 3. *in fragm. p.* 93. b) ammirantibus 3. *in fragm. p.* 93. c) *deest* 2. d) etc. *addit* 3. *in fragm. p.* 93. e) *ita emendavi;* quibus *codd. et edd.* P. f) regnoque Ruthenorum potentissimo — remeabat *desunt* 3. *in fragm. p.* 93. *in contextu vero p.* 135. *ab verbis* Tunc demum pollicem usque ad remeabat. 3 *tali modo narrationem contrahit:* Tunc Boleslaus civitatem magnam et opulentam nullo sibi resistente ingrediens, gladio in aurea portam percussit. Cumque civitate potentissima, regnaque Ruthenorum potirent, cum magno thezauro in Poloniam remeabat. g) At illum *pro* illum itaque 3. h) gladio 3. i) ad propria *pro* et pecunia 3. k) iamque — propinquantem *desunt* 3. l) cum Plaucis et Pincinatiris *desunt* 3. m) arbitrabatur namque — defluxerat *desunt* 3. n) cencies *erat* 2, *sed corrector* s *in* o *transformavit.* o) tum 1. 2. p) coartari *erat* 2. *sed transformatum a correctore in* cohortari. q) *deest* 1. r) pillatis 1. 2. *incuria scribae.* s) d. t. *transponit* 2. t) At rex Boleslauus, videns suos milites paucos — in *contrahit* 3. *tali modo:* At rex B. videns suos milites paucos esse, hostes vero quasi cencies tantum fere, suos milites confortans et de Dei misericordia confidens. u) *ita corrigit edit. Vars.* confortissimos *codd.* v) hostium ibi stravit *pro* strages s. r. i. *f.* 3. w) peremptorum hostium quanta millia ibi ceciderint enarrare *pro* hostium peremptorum — evasisse 3. *ubi etiam vox* enarrare *alia manu additur apparet.* x) cruorem 3. y) totum 3.

74) Peredslawa vulgo nominata. K. 75) Sustopulko genero. K. 76) Sall. Catil. 18. S.

8. *De magnificentia et potentia Bolezlavi Gloriosi.*

Plura itaque sunt et maiora gesta Bolezlavi, quam a nobis possint describi, vel etiam[b] nudis sermonibus enarrari. Nam quis arithmeticus[c] satis certo numero ferratas eius acies valeat computare, nedum etiam describendo victorias et triumphos tantae multitudinis recitare? De Poznan[d] namque mille trecenti loricati milites cum quatuor milibus clipeatorum militum, de Gneznen[e] mille quingenti loricati et quinque milia clipeatorum, de Wladislau[f] castro octingenti loricati et duo milia clipeatorum, de Gdech[g] [77] trecenti loricati et duo milia clipeatorum; hii omnes fortissimi et ad bella doctissimi[h] magni[i] Bolezlavi tempore procedebant. De aliis[k] vero civitatibus et castellis et[l] nobis longus et infinitus labor est enarrare, et vobis forsitan fastidiosum fuerit hoc audire. Sed ut vobis fastidium numerandi praetermittam, numerum vobis sine numero multitudinis anteponam. Plures namque habebat rex Bolezlaus milites loricatos, quam habeat[m] nostro[n] tempore tota Polonia clipeatos; tempore Bolezlavi totidem in Polonia fere[o] milites habebantur, quot homines cuiusque generis nostro tempore continentur.

9. *De virtute et nobilitate Gloriosi Bolezlavi.*

Haec erat Bolezlavi regis[p] magnificentia militaris, nec inferior ei erat virtus obedientiae spiritualis[q]. Episcopos quippe suosque capellanos in tanta veneratione retinebat, quod eis astantibus sedere non praesumebat, nec eos aliter quam dominos appelabat, Deum vero summa pietate colebat, sanctam ecclesiam exaltabat, eamque donis regalibus adornabat[r]. Habebat etiam praeterea quiddam iustitiae magnum et humilitatis insigne, quod si quando rusticus pauper vel muliercula quaelibet de quovis duce videlicet[s] vel comite quereretur, quamvis esset magnis negotiis occupatus, multisque cuneis et magnatum et[t] militum constipatus, non prius se de loco dimovebat[u], donec causam ex ordine conquerentis auscultaret, et pro illo de quo querebatur camerarium transmandaret; interim vero ipsum conquerentem alicui fideli suo commendabat, qui eum procuraret sibique causam adversario adveniente suggereret, et sic rusticum quasi pater filium admonebat, ne absentem sine causa accusaret, et ne iniuste conquerendo iram quam alteri conflabat sibimet ipsi cumularet. Nec accusatus citissime vocatus venire differebat, nec diem a rege constitutum qualibet occasione praeteribat. Adveniente vero principe, pro quo missum fuerat, non se illi maligne[v] commotum ostendebat, sed alacri eum et affabili vultu recipiens, ad mensam invitabat, neque ea die, sed sequenti vel tertia causam discutiebat. Sicque diligenter rem pauperis ut alicuius magni principis pertractabat[w]. O magna discretio magnaque perfectio Bolezlavi! qui personam in iudicio non servabat, qui populum tanta iustitia gubernabat, qui honorem ecclesiae ac statum terrae in summo culmine retinebat. Iustitia nimirum[x] et aequitate[y] ad hanc Bolezlavus gloriam et dignitatem ascendit, quibus virtutibus initio potentia Romanorum et imperium excrevit. Tanta virtute, tanta potentia tantaque victoria regem Bolezlavum Deus omnipotens decoravit, quantam eius bonitatem et iustitiam erga se ipsum et homines recognovit, tanta gloria Bolezlavum, tanta rerum copia tantaque laetitia sequebatur, quantam eius probitas et liberalitas merebatur.

10. [z] *De proelio Bolezlai cum Ruthenis.*

Sed ista memorare subsequenti pagina differamus, et quoddam eius proelium novitate facti satis memorabile[*] referamus, ex cuius rei consideratione humilitatem superbiae praefe-

a) regis 3. b) iam 2. *deest* 3. c) arithmeticus 1. arithmaticus *erat* 2, *sed corrector* a *posterius in* o *mutavit;* arismeticus 3. arithmeticus *suadet legere edit. Vars.* d) De magna populacione Gnezn. et Pozn. civitatum *addit in margine prisca manus* 2. e) Gnezna 3. f) Wladislaw 3. g) Gdeth *quoque legi potest* 2. 3. *quia* o *et* t *non facile distinguuntur. Posterior, sed prisca manus delevit* Gdech, *et posuit in margine* Gdansk 2. h) de....ssimi 3. i) *deest* 3. k) *deest* 1. *decrat et* 2. *sed in margine eadem manu appositum.* l) *deest* 3. m) habebat *erat scriptum* 2. *sed ultimum* b *corrector notavit tanquam erroneum.* n) iuxta 3. o) i P. f. *transponunt in* f. i. P. 2. *et* 3. p) *deest* 3. q) spāl. 3. r) adorabat 1. s) *deest* 3. t) *deest* 2. u) demorebat 3. v) maligne 1. 2. w) hec est iusticia et equitas Bolesiai *addit hoc loco* 3. *omittendo reliqua huius capituli.* x) *ita videtur legendum pro* in mirum. y) *Ex verbis* Iusticia in mirum et equitate *effecit corrector additis duobus verbis superpositisque lineis duas periodos:* Iusticiam in mirum modum et equitatem diligebat 2. z) Item *praeponit* 3. *) quoddam autem factum memoria dignum *pro* Sed ista — memorabile 3.

77) Gdecz, nunc Giecz, in magno ducatu Poznaniensi inter Wrzesnia, Sroda et Kostrzyn. Urbem metropolim Gnezden. Cf. Cosmas II, 2. S. longe a praedicta urbe (Gdecz) ventum erat ad hanc munitam destruxerunt Bohemi a. 1039. Non

ramus. Contigit[a] namque uno eodemque tempore Bolezlavum regem Rusiam, Ruthenorum vero regem[b] Poloniam, utroque de altero[c] nesciente, hostiliter introisse, eosque super fluvium alterum in alterius termino regionis, interposito flumine, castra militiae posuisse. Cumque nunciatum esset Ruthenorum regi, Bolezlavum ultra iam fluvium transivisse, inque sui regni confinio[d] cum exercitu consedisse, existimans rex insulanus se quasi feram[e] in rethibus cum sua multitudine conclusisse, proverbium ei magnae superbiae capiti suo reforquendum dicitur mandavisse: *Noverit se Bolezlaus tanquam suem in volutabro canibus meis et venatoribus circumclusum.* Ad haec rex Polonicus[f] remandavit: *Bene*, inquit[g], *suem in volutabro nominasti, quia in sanguine[h] venatoris canumque[i] tuorum, id est ducum et militum[k], pedes equorum meorum inficiam, et terram tuam et civitates ceu[l] feras singularis[l] depascam.* Hiis verbis[m] utrimque renuntiatis, die sequenti solempnitas imminebat, quam[n] rex Bolezlavus celebraturus[o], in diem certum[p] bellum committere differebat. Eo namque die animalia innumerabilia mactabantur, quae sequenti solempnitate ad mensam regis, cum omnibus suis principibus comessuri[q], more solito, parabantur. Omnibus itaque cocis, inquilinis, apparitoribus[r], parasitis exercitus ad animalium carnes et exta purganda super ripam fluminis congregatis, ex altera ripa Ruthenorum clientes et armigeri clamosis vocibus insultabant, eosque probrosis iniuriis ad iracundiam lacessebant. Illi vero nichil iniuriae e contrario respondebant, sed intestinorum sordes et inutilia contra eorum oculos pro iniuria iaciebant[s]. Cumque Rutheni magis eos magisque contumeliis incitarent, et sagitis etiam acrius infestarent, canibus[t] quos[u] tenebant avibusque omissis[v], cum armis militum in meridiana[w] dormientium fluvio transnatato, Bolezlavi parasitorum exercitus[79] super tanta Ruthenorum multitudine triumphavit. Bolezlavus itaque rex et exercitus totus clamore simul et strepitu armorum excitatus[x], quidnam hoc esset sciscitantes, cognita rei causa, facta[y] ex industria dubitantes[z], cum ordinatis aciebus in hostes undique fugientes irruerunt; sicque parasiti nec gloriam victoriae soli, nec sanguinum noxam soli habuerunt. Tanta vero fuit ibi militum flumen transeuntium multitudo[a], quod non aqua videbatur ab inferioribus, sed quaedam itineris siccitudo. Hoc autem tantillum dixisse de bellis eius sufficiat, quatenus eius vitae recordatio ab auditoribus imitata proficiat[b].

11. *De dispositione ecclesiarum[c] in Polonia et virtute Bolezlavi.*

Igitur rex Bolezlaus[d] erga divinum cultum[e] in ecclesiis construendis et episcopatibus ordinandis beneficiisque conferendis ita devotissimus[f] existebat, quod suo tempore Polonia duos metropolitanos cum suis suffraganeis continebat. Quibus ipse per omnia et in omnibus ita benivolus et obediens existebat, quod, si forte aliquis[g] principum contra[h] quemlibet[i] clericorum vel pontificum[k] litigii causam inchoabat, vel si quitquam de rebus ecclesiasticis usurpabat, ipse cunctis manu silentium indicebat, et sicut patronus et advocatus pontificum causam et ecclesiae defendebat. Gentes vero barbarorum in circuitu quas vincebat non ad tributum pecuniae persolvendum, sed ad verae religionis incrementum coercebat. Insuper etiam ecclesias ibi de proprio construebat[l], et episcopos honorifice clericosque canonice cum rebus necessariis apud incredulos ordinavit[m]. Talibus ergo virtutibus, iustitia et aequitate, timore scilicet[n] et dilectione, rex Bolezlavus praecellebat, talique discretione regnum remque publicam procurabat. Virtutibus siquidem multis ac probitatibus longe lateque Bolezlavus emicuit, tribus tamen[o] virtutibus, iustitia, aequitate, pietate specialiter ad tantum culmen magnitudinis ascendit. Iustitia, quia sine respectu personae causam in iudicio discernebat, aequitate, quia principes et populum cum discretione diligebat, pietate, quia Christum eiusque sponsam modis omnibus honorabat. Et quia iustitiam exercebat et omnes[p] aequanimiter

a) contingit 2. b) *deest* 3. c) alio 3. d) confinio 3. e) predam 3. f) Polonie 3. g) inquam 1. inq. 3. h) sanguinem 2. i) canum et venatorum *pro* v. c. 3. k) tuorum 3. k*) *ita emendavi.* cum 1. 2. 3. P. l) feris singuleribus *pro* f. s. 3. m) veris *non recte* 1. n) solemne imminebat quod *pro* q. i. q. 3. o) celebraturis 2. p) tertium 3. in diem certum *bis repetit* 2. q) pro comestione 3. r) apparitor 2. s) proiiciebant *pro* p. i. i. 3. t) omnibus 2. canibus *scripsit corrector in margine, deleto* omnibus. u) *ita correxi;* que *codd. et edd.* P. v) *ita emendavimus;* comissis *codd. et edd.* P. w) meridie 3. x) exercitus 2. y) factam *suadet legere* 2. *deest* 3. z) cogitantes 3. a) sanguinem *non recte* 1. 2. b) *deest* 1. 2. 3. *addidit edit. Geden.* c) prof. 3. d) equitatis 3. d) Boleslaus *semper* 3. e) e. d. c. *desunt* 3. f) devotissimis 2. g) *deest* 1. 2. h) contra principum aliquis *pro* a. p. c. 3. i) quelibet 2. k) amicorum et presbiterorum *pro* c. e. p. 3. l) construebant 3. m) eosdem ordinabat *pro* i. o. 3. n) videlicet 3. o) vero 2. p) omnia 3.

78) scilicet hora. P. 79) i. e. pueri, servientes. P.

diligebat, et matrem ecclesiam virosque ecclesiasticos exaltabat, sanctae matris ecclesiae precibus eiusque praelatorum intercessionibus cornu eius in gloria Dominus exaltabat, et in Psal. 88, 24. cunctis semper bene semperque prospere procedebat. Et cum sic esset Bolezlavus religiosus in divinis, multum tamen apparebat gloriosus in humanis.

12. *Quomodo Bolezlavus per suas terras sine laesione pauperum transiebat.*

Eius namque tempore non solum comites, verum etiam quique nobiles torques aureas immensi ponderis baiolabant[a], tanta superfluitate pecuniae redundabant. Mulieres vero curiales coronis aureis, monilibus, murenulis[b], brachialibus, aurifrisiis et gemmis ita honustae procedebant, quod ni sustentarentur ab aliis, pondus metalli sustinere non valebant. Talem etiam gratiam ei Deus contulerat, et ita visu desiderabilis cunctis erat, quod, si forte quemlibet a conspectu suo pro culpa veniali momentaneo[c] removebat, quamvis ille rerum suique libertate frueretur, donec benivolentiae eius ac[d] conspectui redderetur, non se vivere sed mori, nec esse[e] liberum sed trusum carceri reputabat. Suos quoque[f] rusticos non ut dominus in angariam coercebat, sed ut pius pater quiete eos vivere permittebat. Ubi enim suas stationes suumque servitium determinatum[g] habebat, nec libenter in tentoriis sicut Numida[h], vel in campis, sed in civitatibus et[i] castris frequenter habitabat. Et quotiens de civitate stationem in aliam transferebat, aliis in confinio dimissis, alios vastandiones et villicos commutabat[k]. Nec quisquam eo transeunte viator vel operator boves vel[l] oves abscondebat, sed ei praetereunti pauper et[m] dives arridebat, eumque cernere tota patria properabat[n].

13. *De virtute et pietate uxoris Bolezlavi Gloriosi*[o].

Duces vero suosque comites ac principes acsi fratres vel filios diligebat, eosque salva reverentia, sicud sapiens Dominus, honorabat. Conquerentibus enim super illis[p] inconsulte non credebat, contra[80] lege[q] condempnatos iudicium[r] misericordia temperabat[81]. Saepe namque uxor eius regina[82], prudens mulier et discreta, plures[s] pro culpa morti deditos de 83 manibus lictorum erripuit, et ab imminenti mortis periculo liberavit, eosque in carcere, quandoque rege nesciente, quandoque vero dissimulante, sub custodia vitae misericorditer reservavit. Habebat autem rex amicos duodecim consiliarios[t], cum quibus eorumque[u] uxoribus eum curis et consiliis expeditum[v] convivari multotiens et coenare delectabatur, et cum eis regni familiarius et consilii misteria pertractabat. Quibus epulantibus pariter et exultantibus, et inter alias locutiones in memoriam, ex occasione forte generis, illorum dampnatorum incidentibus, rex Bolezlavus illorum morti bonitate parentum condolebat, seque praecepisse eos perimi poenitebat[w]. Tunc regina venerabilis pium pectus regis blanda[x] manu demulcens, sciscitabatur ab eo, si carum ei fieret, si quis eos sanctus a morte forsitan[y] suscitaret. Cui rex respondebat[z], se nichil tam[a] pretiosum possidere, quod non daret, si quis eos posset ad vitam de funere revocare, eorumque progeniem[b] ab infamiae macula liberare. Haec audiens regina[c] sapiens et fidelis, pii furti se ream et consciam accusabat, et cum[d] amicis duodecim et uxoribus eorum ad pedes regis pro sui dampnatorumque venia prosternebat. Quam rex benigne complexans, cum osculo de terra manibus sublevabat, eiusque fidele furtum, ymmo pietatis opera collaudabat[e]. Eadem ergo[f] hora pro captivis illis, per mulieris prudentiam vitae reservatis, cum equis plurimis mittebatur, et euntibus redeundi terminus ponebatur. Tunc vero laetitia multiplex illis residentibus accrescebat, cum regina regis honorem ac regni utilitatem sic sapienter observabat, et rex eam cum amicorum consilio de suis petitionibus audiebat. Illi autem, pro quibus missum fuerat, venientes[g], non statim regi sed reginae praesentabantur, qui ab ea[h] verbis asperis et lenibus[i] castigati, ad regis balneum

a) baiulabant 3. b) *vox haec correcta est ei lectio incerta* 2. c) et momentanea 3. d) et 3. e) se 3. f) suosque *pro* Suos quoque 3. g) determinari 1. *sic erat et* 2, *sed corrector ultimum* i *in* um *mutavit.* h) domo 3. i) vel in 3. k) commutavit 3. l) et 3. m) vel 2. n) properabat 2. o) De virtute — Gloriosi *desunt* 3. p) illos 2. q) legem 1. 2. 3. lege *suadet legere edit. Vars.* r) cum *addit* 3. s) multos 3. t) consiliatores 2, *sed corrector mutavit in* consiliarios. u) et eorum 3. v) omnibus curis et consiliis expeditis *pro* c. e. c 3. w) permitebat 2. x) *deest* 3. y) *deest* 2. z) respondit 3. a) *deest* 3. b) progenie 2. c) eciam *erat* 2, *sed corrector deletas voci* eciam *superposuit* cum. d) commendabat 3. e) igitur 3. f) *deest* 3. g) eo 3. h) levibus 2.

80) i. q. erga. P. 81) *Contra legem damnatos, cum hoc intelligeret, liberavit.* Chron. princ. Pol. Stenzel I, 52. Cf. vita S. Ladislai in Endlicher Rer. Hung. monum. Arpad. I, 238. S. 82) Quater uxorem duxit Bolezlaus; ultima erat Oda, filia Ekkardi, marchionis Misnensis. K.

ducebantur. Quos rex Bolezlavus, sicut pater filios, secum balniantes[a] corrigebat eorumque progeniem memorando collaudabat. *Vos,* inquit, *tanta, vos, tali prosapia exortos, talia*[b] *committere non decebat.* Aetate quidem[c] provectiores verbis tantum tam per se quam per alios castigabat, in[d] minoribus[e] vero verbera cum verbis adhibebat. Sicque paterne commonitos ac indumentis regalibus adornatos, datis muneribus collatisque[f] honoribus, ire domum cum gaudio dimittebat[g]. Talem ergo[h] sese rex Bolezlaus erga populum et principes exhibebat, sic sapienter et timeri et amari se a cunctis sibi subditis[i] faciebat.

14. *De magnalitate*[k] *mensae et largitate Boleslai.*

Mensam vero suam sic ordinate, sic honorifice retinebat, quod omni die privato[l] 40 mensas principales, exceptis minoribus, erigi faciebat, et nichil tamen[m] de alienis, sed de propriis in hiis omnibus expendebat. Habebat etiam aucupes et venatores omnium fere nationum, qui suis artibus capiebant omne genus volatilium et ferarum, de quibus singulis, tam quadrupedibus quam pennatis, cottidie[n] singula apponebantur fercula suis mensis.

15. *De dispositione castrorum et civitatum sui regni per Bolezlaum.*

Solebat quoque magnus Bolezlavus, in finibus regionum[o] ab hostibus conservandis[p. 82*] multotiens occupatus, suis villicis ac vicedominis[q], quid de indumentis in festis annualibus[r] praeparatis, quidve de cibis et potibus in singulis civitatibus fieret, interrogantibus, proverbium posteris in exemplum commemorare, sic inquiens[s]: *Satius et honestius est hic michi gallinae pullum ab inimicis conservare, quam in illis vel illis civitatibus desidiose convivanti insultantibus michi meis hostibus locum dare. Nam pullum perdere, per virtutem, non pullum reputo, sed castrum vel amittere civitatem.* Et advocans de suis[t] familiaribus quos volebat, singulos singulis civitatibus vel castellis deputabat[u], qui loco sui castellanis et civitatibus convivia celebrarent[v], ac indumenta[w] aliaque dona regalia, quae rex dare consueverat, suis fidelibus praesentarent. Talibus dictis et factis admirabantur universi prudentiam et ingenium[x] tanti[y] viri, conferentes ad invicem: *Hic est vere pater patriae, hic defensor, hic est dominus*[z], *non alienae pecuniae dissipator, sed honestus rei publicae dispensator, qui dampnum rustici violenter ab hostibus illatum castello reputat vel civitati perditae conferendum.* Quid multis moramur? Si singula facta vel dicta magni Bolezlavi memoranda carptim[a] voluerimus scriptitare, quasi si stilo laboremus guttatim pelagus exsiccare. Sed quid nocet otiosis lectoribus hoc audire, quod vix[b] potest[c] cum labore historiographus invenire?

16. *De morte Bolezlai Gloriosi lamentabili*[d].

Cum igitur tot et tantis rex Bolezlavus divitiis probisque[e] militibus, ut dictum est, plus quam rex alius abundaret[f], querebatur[g] tamen semper, quod[h] solis militibus indigeret. Et quicumque[i] probus hospes aput eum in militia probabatur, non miles ille sed regis filius vocabatur; et si quandoque, ut assolet, eorum aliquem[k] infelicem in equis vel in aliis audiebat, infinita dando ei circumstantibus alludebat: *Si possem sic hunc probum militem a morte divitiis liberare, sicut possum eius infortunium et paupertatem mea copia superare, ipsam mortem avidam divitiis honerarem*[l], *ut hunc florem*[m] *tam audacem in militia reservarem*[n]. Quocirca talem ac tantum virum successores debent[o] virtutibus imitari, ut valeant ad tantam gloriam et potentiam sublimari. Qui cupit post vitam acquirere tantam famam, acquirat dum vivit[p] in virtutibus tantam palmam. Si quis captat Boleslao memoriali tytulo comparari[q], elaboret suam vitam eius vitae[r] venerabili conformari. Tunc erit[s] virtus in gestis militaribus collaudanda[t], cum fuerit vita militis[u] honestis moribus adornata. Haec erat magni Bolezlavi gloria memoranda, talis virtus recitetur[v] posteriorum memoriae imitanda. Non enim in

a) balneantes 2. 3. b) tali 1. 2 c) vero 3. d) *deest* 3. e) moribus 2. f) muneribus *addunt* 1. 2. g) permittebat 3. h) igitur 1. 3. i) subiectis 3. k) magnitudine 3. l) *deest* 3. m) tā *in margine* 2. n) *deest* 3. o) reg' 3. p) observandis 3. q) vicedinis 3. r) animalibus 2. 3. s) inquirens 3. t) nam pullum reputo sed castrum vel amittere civitatem et vocans de suis *corrupte pro* Nam pullum — suis 3. u) preferebat 3. v) prepararent 3. w) indomita 2. x) ingenium et *pro* e. i. 2. y) talis 3. z) hic est dominus *desunt* 3. a) *deest* 3. a) cartim 1. 2. 3. b) vir *non recte* 2. c) *deest* 3. d) laud 2. De morte — lamentabili *desunt* 3. e) atque 3. f) habundaret 2. g) querebat 2. 3. h) quia 2. i) quidq'uā 2. *sed penultima per dimidium, ultima vero littera tota sunt deletae.* k) quemlibet 1. 2. l) honorarem 2. onerarem 3. m) talem 1. 2. n) conservarem 3. o) debent successores *transponit* 3. p) ipse *addit* 3. q) aparari 1. 2. comparari 3. r) vita 2. s) autem 3. t) gestis est collauda *pro* in gestis militaribus collaudanda 3. u) multis 2. fuit vita multis *pro* fuerit vita militis 3. v) ut *addit* 2. recitatur 3

82*) i. e. in finibus conservandis ab hostibus. K.

vacuum Deus illi gratiam super gratiam cumulavit, nec sic[a] eum sine causa tot regibus ac ducibus antefecit, sed quia Deum in omnibus et super omnia diligebat, et quoniam erga suos, sicud pater erga filios, caritatis visceribus affluebat. Unde cuncti, sed[b] specialiter quos venerabatur episcopi[c], archiepiscopi[d], abbates, monachi, clerici[e] sedulo eum suis precibus Domino commendabant; duces vero, comites aliique proceres hunc semper victorem, hunc sibi fore superstitem exoptabant. Gloriosus itaque Bolezlavus felicem vitam laudabili fine concludens, cum sciret se debitum carnis universae completurum[f], tum[g] omnibus suis ad se principibus et amicis undique congregatis, de regni gubernatione et statu secretius ordinavit, eisque multa post se mala futura voce prophetica nuntiavit[h]: *O utinam, fratres[i] mei*, inquit, *quos delicate tanquam mater filios enutrivi[k], quae positus in agone nascitura[l] video, vobis in prospera convertantur, et utinamque[m] ignem seditionis accendentes[n] Deum et hominem[o] vereantur! Heu! heu! iam quasi per speculum in aenigmate video regalem prosapiam[p] exulantem[q] et oberrantem, et hostibus, quos sub pedibus conculcavi, misericorditer supplicantem*[83]. *Video* 83
etiam de longinquo de lumbis meis procedere quasi carbunculum emicantem, qui gladii mei capulo connexus, suo splendore Poloniam totam efficit[r] relucentem. Tunc vero luctus et moeror ibi astantium et hoc audientium cordis viscera penetravit, et prae dolore nimio mentes omnium stupor vehemens occupavit. Cumque paulisper dolore compresso[s] Bolezlavum inquirerent, quanto tempore funus ipsius habitu cultuque lugubri celebrarent, voce veridica respondit: *Nec mensibus nec annis doloris terminum[t] vobis pono, sed quicumque me cognovit meamque gratiam acquisivit, memor mei die cottidie[u] me plorabit. Et non solum qui me noverunt meamque benivolentiam habuerunt, me plorabunt[v], sed etiam eorum filii filiique filiorum Boleslavi regis obitum narrantibus aliis condolebunt.* Bolezlavo ergo[w] rege de mundana conversatione descendente[84], aetas aurea[x] in plumbeam[y] est conversa. Polonia prius regina, 1025.
auro radiante cum gemmis coronata, sedet[z] in pulvere viduitatis vestibus involuta, in luctum Inn. 17,
cythara, plausus[*] in moerorem, organum[a] in suspiria convertuntur. Illo nimirum anno continuo[b] nullus in Polonia convivium publice celebravit, nullus nobilis vir vel femina vestimentis se[c] solempnibus adornavit, nullus plausus, nullus cytharae sonus audiebatur in thabernis, nulla cantilena puellaris, nulla vox laetitiae resonabat[d] in plateis[85]. Hoc per annum est a 85
cunctis universaliter observatum, sed viris nobilibus et feminis plorare Bolezlavum est cum vitae termino terminatum. Rege itaque Bolezlawo inter homines exeunte, pax et laetitia rerumque copia videntur simul de Polonia commeasse. Hactenus Bolezlavi magni laudibus termini metam inponamus, eiusque funus aliquantulum carmine lugubri lugeamus.

De morte Bolezlavi carmina.

Omnis aetas, omnis sexus, omnis ordo currite!
Bolezlavi regis funus condolentes cernite,
Atque mortem tanti viri simul mecum plangite!

Heu! heu![e] Bolezlave, ubi tua gloria?
Ubi virtus, ubi decus[f], ubi rerum copia?
Satis restat ad plorandum, vae michi Polonia!

Sustentate me cadentem prae dolore, comites,
Viduatae michi, quaeso, condolete milites,
Desolati respondete[g], *Heu nobis!* hospites!

a) si 1. 2. b) et 2. 3. c) et *addit* 2. d) archiep. episcopi *pro* e. a. 3. e) presbiteri 3. f) completorum 2. g) cum 2. 3. h) pronunciavit 3. i) *deest* 3. *relicto spatio vacuo.* k) innutrivi 3. l) nascitura 1. 2. 3. m) tuti namque 1. 2. 3. n) sedicionee accedentes *pro* sedicionis accendentes 3. o) homines 3. p) regem talem pro sapiencia *pro* regalem prosapiam 3. q) exultantem 2. 3. r) efficiet 3. s) dolorem et presso *pro* dolore compresso 1. 2. 3. t) *deest* 2. u) nocteque 3. v) me plorabunt *desunt* 3. w) igiur 3. x) aureus 1. *sic habuit et* 2. *sed a correctore s delehum.* y) plumbeus 2. z) sedens 2. 3. *) pallium 1. 2. 3. plausus *ed. Ged.* a) gaudium 3. b) *deest* 3. c) se vestibus *pro* vestimentis se 3. d) audiebatur 3. e) eheu, heu 3. f) decor 3. g) videte 3.

83) Paprocki Herby ryceratwa pol. forto ex codice sione regni inter filios Boleslai intelligi posset, alio orationem hanc paulo diverso modo profert, magni momenti documentum foret. S. 84) Diem dicit enim: *Video regnum in multa variaque frusta* mortis vide apud Cosmam I, 41. K. 85) Cf. vita *scindi* etc. quod si de tradita a Thietmaro divi- S. Ladislai ed. Endlicher I, 241. S.

Quantus dolor, quantus luctus erat pontificibus!
Nullus vigor, nullus sensus, nulla mens in ducibus.
Heu! heu! capellanis, heu sibi[a] omnibus!

Vos qui torques portabatis in signum militiae,
Et qui vestes mutabatis regales cottidie,
Simul omnes resonate, *Vae, vae nobis hodie!*

Vos matronae, quae coronas gestabatis aureas,
Et quae vestes habebatis totas aurifriseas[b],
His[c] exutae, vestiatis lugubres et laneas.

Heu, heu! Boleslave, cur nos pater deseris?
Deus talem virum umquam mori cur permiseris?
Cur non prius nobis[d] unam simul mortem dederis[e]?

Tota terra desolatur, tali[f] rege vidua,
Sicut suo possessore facta domus vacua,
Tua morte lugens, moerens, nutans[g] et ambigua.

Tanti viri funus mecum, omnis homo, recole,
Dives, pauper, miles, clerus, insuper agricolae,
Latinorum et Slavorum[h.85] quotquot estis incolae!

Et tu, lector bonae mentis haec[i] quicumque[k] legeris,
Quaeso, motus pietate, lacrimas effuderis,
Multum eris inhumanus, nisi[l] mecum fleveris.

17. *De successione Meschonis secundi Bolezlaydes Gloriosi*[m].

Postquam ergo magnus Bolezlavus de mundo decessit, secundus Mescho[n], filius eius, in regnum successit, quia iam[o] vivente patre sororem tertii Ottonis imperatoris[86] uxorem ac-
87 ceperat, de qua Kazimirum[87], id est Karolum, restauratorem Poloniae procrearat[p]. Hic vero Mescho[q] miles probus fuit, multaque gesta militaria, quae longum est dicere, perpetravit. Hic etiam propter[r] patris invidiam vicinis omnibus extitit odiosus, nec, sicud pater eius, vita[s] vel moribus vel divitiis copiosus. Dicitur etiam a Bohemicis[t] in colloquio per traditionem captus, et genitalia, ne gignere posset, corrigiis astrictus, quia rex Bolezlavus pater eius similem eis
1003. iniuriam fecerat[u], quum[v] eorum ducem[88] suumque avunculum excecaverat. Qui de captione quidem exivit, sed uxorem ulterius non cognovit. Sed[w] de Meschone sileamus, et ad Kazimirum restauratorem Poloniae descendamus[x].

18. *De successione et deiectione Kazimiri post mortem patris*[y].

1034. Mortuo igitur Mescone[89], qui post obitum regis[z] Bolezlavi parum vixit, Kazimirus cum matre imperiali puer parvulus remansit[*]. Quae cum libere filium[a] educaret, et pro modo femineo regnum honorifice gubernaret, traditores eam de regno propter[b] invidiam eiecerunt,
90 puerumque suum secum in regno quasi deceptionis obumbraculum tenuerunt[90]. Qui cum esset adultus aetate et regnare coepisset, malitiosi veriti, ne matris iniuriam vindicaret, in

a) ipsis 3. b) aureas *pro* t. a. 3. c) e his 3. d) *deest* 3. e) dedis 3. f) *deest* 3. g) mutans 1. 2. h) Sclavorum 3. i) *deest* 3. k) quidque 2. l) si non 3. m) filii Bolezlavi *pro* II bolezlaydes gloriosi 2. De successione — Gloriosi *desunt* 3. n) Anno Domini MXXV, post mortem Boleslai Miezko *pro* Postquam ergo — Mescho 3. o) videu *addit superflua* 2. p) procrearet 2. q) Mezko 3. r) per 3. s) MXXV. *addit hoc loco in margine prisca et forsan eadem manus* 2. t) Bohemis 3. u) faceret 2. fecit 3. v) inde 3. w) *deest* 3. x) Miezko enim, ut alibi legitur, in amenciam cecidit, et mortuus est eodem anno quo et pater *addit* 3. y) De successione — patris *desunt* 3. z) patris 3. *) remansit parvulus *transponit* 2. a) licet puerum *pro* libere filium 3. b) per 3.

85) Distinguit Polonos ecclesiae occidentalis et orientalis. S. 86) Richenzam, filiam Ezonis comitis palatini Rheni ex sorore Ottonis III. Mechthilde. S. Cf. Fundatio Brunwilarensis. K. 87) Miracula S. Adalberti c. 9. S. 88) Bolezlaum III. Rufum a. 1003. Cosmas I, 34. De Meschonis capdvitate apud alios scriptores nihil legitur. K. 89) Cf. Annal. Hildesheim. 1034. K. 90) Longe aliter hanc rem narrat monach. Brunwilarensis. Vide quod de Richenza disseruit Roepell I, 662. K.

eum insurrexerunt eumque in Ungariam secedere coegerunt. Eo namque tempore sanctus Stephanus Ungariam gubernabat, eamque tunc primum[a] ad fidem minis et blanditiis[b] convertebat, qui cum Bohemicis[c], Polonorum infestissimis inimicis, pacem et amicitiam retinebat, nec eum liberum, quoadusque vixit, gratia dimittebat. Quo de hac vita migrante, Petrus 1038.
Veneticus Ungariae regnum recepit, qui ecclesiam sancti Petri de Bazoario[d. 91] inchoavit, quam nullus rex[e] ad modum inchoationis usque hodie consummavit. Hic Petrus etiam rogatus a Bohemicis[f]; ne Kazimirum dimitteret, si cum eis amicitiam ab antecessoribus receptam retinere vellet, voce regali respondisse fertur: *Si lex antiqua diffinierit, quod Ungarorum rex Bohemicorum*[g] *ducis carcerarius fuerit, faciam quae rogatis.* Et sic Bohemorum legationi cum indignatione respondens, eorumque amicitiam vel inimicitiam parvipendens, datis Kazimiro 100 equis totidemque militibus, qui eum secuti fuerant, armis et vestibus praeparatis eum honorifice dimisit, nec iter ei, quocumque vellet ire, denegavit. Kazimirus vero[h] gratanter iter arripiens, ac in regionem[i] festinanter Theutonicorum[k] perveniens, aput matrem et imperatorem[92] quanto tempore nescio fuerit conversatus, sed in actu militari miles au- 92
dacissimus extitit[l] comprobatus. Sed paulisper eum cum matre requiescere permittamus, et ad desolationem et devastationem Poloniae redeamus[m].

19. *De rehabitione regni Poloniae*[n] *per Kazimirum, qui fuit monachus*[93].

Interea reges et duces in circuitu Poloniam quisque de parte sua conculcabat, suoque dominio civitates quisque castellaque contigua vel applicabat vel vincendo terrae[o] coaequabat. Et cum tantam iniuriam et calamitatem ab extraneis Polonia pateretur, absurdius tamen[p] adhuc et abhominabilius a propriis habitatoribus vexabatur. Nam in dominos servi, contra nobiles liberati, se ipsos in dominium extulerunt, aliis in servitio versa vice detentis, aliis peremptis uxores eorum incestuose honoresque sceleratissime rapuerunt. Insuper etiam a fide catholica deviantes, quod sine voce lacrimabili dicere non valemus, adversus episcopos et sacerdotes Dei seditionem inceperunt, eorumque quosdam gladio quasi dignius[q] peremerunt, quosdam vero[r] quasi morte dignos viliori[s] lapidibus obruerunt. Ad extremum autem[t] tam ab extraneis quam ab indigenis[u] ad tantam Polonia[v] desolationem est redacta, quod ex toto paene divitiis et hominibus est exacta. Eo tempore Bohemi Gneznen et Poznan[w] de- 1039.
stru erunt, sanctique corpus Adalberti abstulerunt[94]. Illi vero qui de manibus hostium evadebant, vel qui suorum seditionem devitabant, ultra fluvium[x] Wysla in Mazoviam fugiebant[y], et tam diu civitates praedictae[z] in solitudine permanserunt[*], quod in ecclesia sancti Adalberti martiris sanctique Petri apostoli sua fere cubilia posuerunt. Quae plaga creditur eo[a] toti terrae communiter evenisse, quod Gaudencius, sancti Adalberti frater et[b] successor, occasione qua nescio, dicitur eam anathemate percussisse. Haec autem dixisse de Poloniae destructione sufficiat, et eis qui dominis naturalibus fidem non servaverunt ad correctionem proficiat. Kazimirus ergo[c] apud Theutonicos[d] aliquantulum conversatus[e] magnamque famam ibi militaris gloriae consecutus, Poloniam se redire disposuit, illutque matri secretius indicavit. Quem cum mater dehortaretur, ne ad gentem perfidam et nondum bene christianam rediret, sed hereditatem maternam pacifice possideret, et cum etiam imperator eum remanere secum rogaret, eique ducatum satis magnificum dare vellet, proverbialiter utpote homo literatus respondit: *Nulla hereditas avunculorum*[95] *vel materna iustius vel honestius possi-* 95
debitur quam paterna[f]. Et[g] assumptis secum militibus 500[h], Poloniae fines introivit[96], ulteriusque progrediens, castrum quoddam a suis sibi redditum acquisivit, de quo paulatim vir- 1039.

a) **provinciam** *pro* tunc primum 3. b) blanditus 2. c) Bohemis 3. d) Bazario 3. e) *deest* 3. f) Bohemis 3. g) Bohemorum 3. h) igitur 3. i) terram 3. k) Theutunicorum 2. 3. l) fuerat 3. m) *hoc loco inserit* 3. *caput X. ex vita S. Stanislai descriptum.* n) *deest* 3. o) *deest* 1. 2. p) tum 2. q) dignos 3. r) non 3. s) *deest* 3. t) vero *anteponit pleonastice* 3. *sic et* 2. *sed postea qua superfluum punctis notavit.* u) indignis 2. v) poloniam 3. w) Gneznam et Poznaniam *pro* Gneznen et Poznan 3. x) Bumen 3. y) fugebant 1. z) ille 3. *) permanebant 3. a) *deest* 3. b) *deest* 1. c) igitur 2. d) Theutunicos 2. e) conservatus 2. f) Kazimirus. ergo — paterna *desunt* 3. g) Rex Casimirus igitur 3. h) sexcentis 3.

91) Borsod in comitatu Borsodiensi. S. 92) Heinricum tertium. K. 93) *qui fuit monachus* expresse quidem in codicibus legitur, sed verba haec posterioris temporis esse additamentum cum Bandtkio censemus, cum et narratio capitis huius hoc probet, et auctor Kazimirum *hominem literatum* appellans, non silualet in contextu de us monachatu. S. Cf. etiam Roepell I, 160. K. 94) Cf. Cosmas, II 2. K. 95) Herimanni archiepiscopi Coloniensis et Ottonis ducis Sueviae, fratrum Richenzae. K. 96) Cf. Annalista Saxo 1039. K.

tute cum ingenio[a] totam Poloniam a Pomoranis[b] et Bohemicis[c] aliisque finitivis gentibus[d] occupatam liberavit, eamque suo dominio mancipavit. Postea vero de Rusia nobilem cum
97 magnis divitiis uxorem[e.97] accepit, de qua filios quatuor unamque filiam regi Bohemiae desponsandam generavit. Nomina autem filiorum eius haec[f] sunt: Bolezlavus, Wladislaus, Mescho[g] et Otto. Sed de Kazimiro quid egerit primitus pertractando finiamus, et postea de filiis, quis eorum primus[h], quisve[i] posterius regnaverit[k] ordinabilius edicamus[l].

20. *De proelio comitis Meczslavi cum Mazovitis*[m].

Igitur eliberata[n] patria et expugnata, profugatisque gentibus exterorum, non minor Kazimiro restabat hostilis profugatio suae gentis suorumque iure proprio subditorum. Erat namque quidam Meczslaus[o] nomine, pincerna patris sui Meschonis et minister; post mortem ipsius Mazoviae gentis sua persuasione princeps existebat et signifer. Erat enim eo tempore Mazovia Polonis illuc antea[p] fugientibus, ut dictum[q], in tantum populosa, quod agricolis rura, animalibus pascua, habitatoribus loca erant spatiosa. Unde Meczlavus[r] in audacia suae militiae confisus, ymmo ambitione perniciosae cupiditatis[s] excecatus, nisus est[t] obtinere per praesumptionis audaciam, quod sibi non cedebat[u] per ius aliquod vel naturam[v]. Inde etiam in[w] tantum superbiae fastum conscenderat, quod obedire Kazimiro rennuebat[x], insuper etiam ei[y] armis et insidiis resistebat. At Kazimirus indignans servum patris ac[z] suum Mazoviam violenter obtinere, sibique[*] grave dampnum existimans et periculum[a], ni se[b] vindicet, imminere, collecta pauca quidem numero manu bellatorum[c], sed assueta[d] bellis, armis congressus,
1047. Meczslawo[e] perempto, victoriam et pacem totamque[f] patriam[g] triumphaliter est adeptus[98]. Ibi namque tanta caedes Mazovitorum[h] facta fuisse memoratur, sicut adhuc locus certaminis et praecipitium ripae fluminis protestatur. Ipse etiam ibi Kazimirus ense caedendo nimis[i] extitit fatigatus, brachia totumque pectus et faciem effuso sanguine cruentatus, et in tantum fugientes hostes solus est persecutus, quod mori debuit, a suis omnibus non adiutus, sed quidam[k], non de nobilium genere, sed de gregariis militibus nobiliter opem tulit morituro, quod bene Kazimirus sibi restituit in futuro, nam et civitatem ei contulit, et eum[l] dignitate inter nobiliores extulit. In illo enim certamine 30 acies ordinatas Masovienses habuerunt, Kazimirus vero vix tres acies bellatorum plenas habebat[m], quoniam, ut dictum est, tota Polonia[n] paene deserta iacebat.

21.° *De proelio Kazimiri cum Pomoranis.*

1046. Hoc itaque proelio memorabiliter superato, Pomoranorum exercitui in auxilium Meczlao[p] venienti, Kazimirus cum paucis indubitanter obviam properavit[q]. Nuntiatum namque prius illud ei fuerat, ipsosque in auxilium inimicis advenire praesciebat. Unde prudenter disposuit singulariter prius cum Mazoviensibus diffinire, postea facilius cum Pomoranis campum certaminis introire. Illa enim vice Pomorani quatuor legiones militum in arma ducebant, Kazimiri vero milites nec unam dimidiam adimplebant. Sed quid tamen? Cum perventum esset ad locum certaminis, Kazimirus, ut vir eloquens et peritus, in hunc modum suos milites cohortabatur:

Ecce dies expectata primitus! *Ecce finis de labore penitus!*
Superatis tot falsis christicolis, *iam securi pugnate[r] cum discolis.*

a) tam virtute quam ingenio *pro* v. c. i. 3. b) Pomonis 2. c) Bohemis 3. d) finitimis nacionibus *pro* finitivis gentibus 3. e) uxorem *in margine apposuit corrector* 2. f) que *pro* eius haec 3. g) Mezico 3. h) primitus 3. i) quis vero 3. k) regnavit 3. l) educamus 2. m) Meschonis cum Mazovitis et Meczslao *pro* M. c. M. 2; De proelio — Mazovitis *desunt* 3. n) deliberata 1. 2. 3. o) Mesth Metzzslaus *legitur* 2. *sed prior vox uti erronea punctis notata.* p) ante ea 2. *deest* 3. q) ut dictum *desunt* 3. r) Meczslaus 2. s) ambicione cupiditate *pro* a. p. c. 3. t) *deest* 2. u) competebat 3. v) iustitiam 3. w) et 3. x) et *addunt* 1. 3. y) *deest* 3. z) et 3. *) sibi 3. a) et periculum *desunt* 3. b) vi se *pro* ni se 2. *sed posterior, verbis tamen manus, facto signo, opposuit in margine* nisi, *ita ut legatur* nisi vi se. c) armatorum 3. d) asseveta 3. e) Meczlawo 2. f) tantamque 2. g) provinciam 3. h) Mazovitarum 3. i) mine 3. k) quidem 1. 2. si quid *pro* sed quidam 3. l) cum 3. m) habebant 1. 2. n) *deest* 3. o) *totum hoc capitulum et initium sequentis omittit* 3. *qui post ultimum verbum praecedentis capituli* iacebat *addit in continuo:* Iste interfecit S. Stanislaum Crscovicnsem episcopum, valde venerabilem virum. p) Meczlao 2. q) propetravit *erat* 2. *qua voce cancellata, corrector in margine posuit* properat. r) pugnare 1. 2. 3.

97) Dobrognevam, sororem Iaroslai principis. K.

98) Quod auxilio Iaroslai factum esse narrat Nestor ad 1047. Sed paulo prius haec altera de Pomoranis victoria reportata est, quum a. 1046 annalibus Altahensibus testibus pax inter Kazimirum et Pomoranorum ducem constituta sit. K.

Multitudo non facit victoriam, sed cui Deus donavit suam gratiam.
Mementote virtutis praeteritae et labori vestro finem ponite.

Hiis dictis, cum adiutorio Dei proelium introivit magnamque victoriam acquisivit. Dicitur quoque sanctam ecclesiam affectu magno pietatis honorasse, sed praecipue monachos sanctarumque monialium congregationes augmentasse, qui[a] monasterio parvulus a parentibus est oblatus, ibi sacris litteris liberaliter eruditus[99]. 99

22. *De succcssione secundi Boleslay dicti Largi, Kazimirides*[b].

Hiis igitur Kazimiri gestis memorabilibus praelibatis, aliisque compluribus sub silentio prae festinantia reservatis, vitae terminum finienti, finem terminemus et scribenti[c]. Postquam itaque extremum vale Kazimirus mundo fecit, Bolezlavus[d] eius primogenitus, vir largus 1058.
et bellicosus, Polonorum regnum rexit. Qui sua satis gesta gestis praedecessorum coaequavit[e], nisi quod quaedam eum ambitionis vel vanitatis superfluitas agitavit. Nam cum in principio sui regiminis et Polonis et Pomoranis imperaret, eorumque multitudinem ad castrum Gradec[f.1] obsidendum innumerabilem congregaret[g], suae contumaciae negligentia non solum 1061.
castrum non habuit, verum etiam Bohemorum insidias vix evasit, ac Pomoranorum dominium sic amisit. Sed non est mirum aliquantulum per ignorantiam oberrare[h], si contigerit postea per sapientiam quae neglecta fuerint emendare[i].

23. *De conventione Bolezlavi cum duce Ruthenorum.*

Non est igitur[k] dignum probitatem multimodam et liberalitatem[l] Bolezlavi secundi[m] regis silentio praeterire, sed pauca de multis in exemplum regni gubernatoribus aperire. Igitur rex Bolezlavus secundus audax fuit miles et strennuus, hospitum susceptor benignus, datorque largorum[n] largissimus. Ipse quoque, sicud primus Bolezlavus magnus, Ruthenorum regni caput, urbem Kygow[o] praecipuam hostiliter intravit, ictumque sui ensis in porta 1069.
aurea signum memoriae dereliquit[p]. Ibi etiam quendam sui generis Ruthenum, cui permittebat regimen[q], in sede regali constituit[2], cunctosque sibi rebelles a potestate destituit. O pompa gloriae temporalis! O audacia fiduciae militaris! O magestas regiae potestatis! Rogatus itaque Bolezlavus largus a rege quem fecerat, ut obviam ad se veniret sibique pacis osculum ob reverentiam suae gentis exhiberet, Polonus quidem hoc annuit, sed Ruthenus dedit quod voluit Computatis namque Largi Bolezlavi passibus equinis[r] de statione ad locum conventionis, totidem auri marcas Ruthenus posuit. Nec tamen[s] equo descendens, sed barbam eius subridendo divellens, osculum ei satis pretiosum exhibuit[t].

24. *De delusione Bohemorum contra Bolezlavum Largum.*

Contigit eodem tempore Bohemorum ducem[3] cum tota suorum virtute militum Po- 1068.
loniam introisse, eumque transactis silvarum condensis, in quadam planitie satis apta certamini consedisse. Quo audito, Bolezlavus impiger hostibus obviam properavit, eosque properans, transgyrando viam qua venerant obsidens, interclusit. Et quia plurima pars diei praeterierat, suosque properando fatigaverat, sequenti die se venturum ad proelium per legatos Bohemis intimavit, eosque ibidem residere nec[u] se diutius fatigare magnis precibus exoravit. *Antea quidem exeuntes,* inquit[v], *de silva, sicut lupi capta praeda famelici, silvarum latebras, absentepastore, impune solebatis penetrare, modo vero, praesente cum venabulis venatore canibusque post vestigia dissolutis, non fuga nec insidiis, sed virtute poteritis detenta retiacula devitare*[w]. At contra Bohemorum dux versuta calliditate Bolezlavo remandavit[x],

a) quoniam 2. b) *argumentum capituli a correctore in margine est adscriptum* 2; De successione — Kazimirides *desunt* 3. c) Obiit Kazimirus MXXXVIII. *ponit in margine* 1. d) Iste occidit Stanislaum *addit hoc loco supra columnam super voce* Bolezlavus 1. e) Mortuus est Casimirus anno Domini MLVIII, cui successit Boleslaus filius eius in regnum, filius inquam primogenitus, vir largus et bellicosus, qui sua satis gesta gestis predecessorum coequavit *pro* Hiis igitur Kazimiri — coaequavit 3. f) Gradek 3. g) *decst* 2. h) oberrasse 3. i) emendasse etc. 3. k) *deest* 3. l) libertatem 2, 3. m) *docst* 3. n) *decst* 3. o) Kyow 2. Kyycvo 3. p) reliquit 2. q) pertinebat regnum *pro* permittebat regimen 3. r) equis 2. 3. s) de *addit* 3. t) exibuit 1. u) non 2. v) exeuntes *repetunt* 1. 2. w) Antea quidem — devitare *desunt* 3. x) S. c. Bohemorum versuta calliditate Boleslao remandavit *pro* At contra — remandavit 3.

99) Verba *qui monasterio — eruditus* male intellecta, ansam forte dederunt fabulae, eum fuisse in regno Bohemiae. S. 2) Isäslavum principem Kiowensem qui a suis erat expulsus. K. 3) Wratislavum II. K.

indignum esse tantum regem ad inferiorem declinare, *sed die crastina, si filius est Kazimiri, sit paratus ibidem Bohemorum servitium expectare.* Bolezlaus vero, ut se filium ostenderet Kazimiri, ibi stando Bohemorum fallacine satisfecit. Sed die iam postera mediante, Polonorum castra ab exploratoribus nuntiatur[a], quod a Bohemis nocte praecedenti fuga, non proelium ineatur. In eadem hora Bolezlavus delusum se[b] dolens, acriter eos per Moraviam fugientes persequitur[c], captisque pluribus ac peremptis, quia sic evaserant, sibimetipsi dedignando revertitur. Adnectendum[d] est etiam narrationi[e], quae causa fere totum de Polonia loricarum usum abolevit, quas antiquitus magni Bolezlavi regia exercitus ingenti studio frequentavit.

25. *De victoria Bolezlavi Largi[f] contra Pomoranos.*

Contigit namque Pomoranos ex subito Poloniam invasisse, regemque Bolezlavum ab illis remotum partibus[g] hoc audisse. Qui cupiens animo ferventi de manu gentilium patriam liberare, collecto nondum exercitu, debuit antecedens inconsulte nimium properare. Cumque ventum esset ad fluvium, ultra quem turmae gentilium residebant, non ponte requisito vel vado loricati milites et armati sed profundo gurgiti a credebant. Pluribus itaque[h] loricatorum ibi praesumptuose submersis, loricas reliqui superstites abiecerunt, transmeatoque flumine, quamvis dampnose, victoriam habuerunt. Ex eo[i] tempore loricis Polonia dissuevit, et sic expeditior hostem quisque invasit, tutiorque flumen obiectum sine pondere ferri transmeavit.

26. *De liberalitate[k] et largitate Bolezlavi, et[l] de quodam paupere clerico.*

Item unum memorabile secundi Bolezlavi factum[m] liberalitatis eximiae non celabo, sed ad imitationis exemplum successoribus intimabo. In civitate Cracoviensi quadam die Largus Bolezlavus ante palatium in curia residebat, ibique tributa Ruthenorum aliorumque vectigalium in tapetis strata prospectabat. Contigit ibidem clericum quendam pauperem et extraneum affuisse[n] tantique thezauri magnitudinem perspexisse[o]. Qui cum ammiratione[p] tantae pecuniae illuc[q] oculis inhiaret[r], suamque miseriam cogitaret, cum ingenti gemitu suspiravit. Bolezlavus autem rex, ut erat ferus, audiens hominem miserabiliter gemivisse[s], et existimans aliquem camerarios percussisse, iratus sciscitatur, qui fuerit[t] ausus sic gemere, vel quis praesumpserit[u] ibi quempiam verberare. Tunc ille miser clericus tremefactus, maluisset umquam pecuniam se vidisse, quam ea de causa regis curiam introisse.

Sed cur miser clericelle latitas? Cur indicare, gemivisse[v] te, dubitas[w]?
Gemitus iste totam tristitiam conculcabit, suspirium istud[x] magnam tibi laetitiam generabit.

Noli, large rex, noli[y] miserum clericellum prae timore diutius anchelare, sed festina tuo thezauro eius humeros honerare[z]. Igitur interrogatus a rege clericus, quid cogitasset cum sic lacrimabiliter suspirasset, cum tremore respondit: *Domine rex, meam miseriam meamque paupertatem, vestram gloriam vestramque maiestatem considerans, felicitatem infortunio dispariliter[a] comparando, prae doloris magnitudine suspiravi.* Tunc rex largus ait: *Si propter inopiam suspirasti, Bolezlavum regem paupertatis solatium invenisti. Accede itaque ad pecuniam quam miraris, et sit tuum quantumque uno honere[b] tollere[c] conaris.* Et accedens ille pauperculus, auro et argento cappam suam tantum implevit, quod ex nimio pondere rupta fuit, et eadem pecunia visum cepit[d]. Tunc rex largus de collo suo pallium extraxit, illudque clerico pauperi pro sacco pecuniae porrexit, eumque iuvans melioribus honeravit. In tantum enim clericum[e] auro et argento rex largus honeravit, quod sibi collum dissolvi clericus, si plus poneret, exclamavit.

Rex fama vivit, ditatus pauper[f] obivit[g].

a) nunciantur 3. b) sic 3. c) sequitur 3. d) *in margine hoc loco et ad finem paene capitis subsequentis postilla sunt binae stellulae* 2. e) *ita emendavimus*; racionem 1. 2. romani 3. f) *deest* 3. g) *bis repetit* 2. h) namque 2. i) eodem 2. k) libertate 3. l) *deest* 1. 2. m) memoriale factum. Boleslai et liberalitatis *pro* memorabile's. B. factum 3. n) affuisse 2. o) prospexisse 2. 3. p) et animi racione 2. admiratione 3. q) ibidem 3. r) iniaret 1. ochis miaret *pro* oculis inhiaret 2. inhire't 3. s) ingemuisse 3. t) fuit 3. u) presumpeit 3. v) gemuisse 3. w) *deest* 3. x) illud 3. y) *deest* 3. z) onerare 3. a) disparaliter 3. b) onere 3. b) plus *minus recte* 1. 2. 3. tollere *ed. God.* c) et eadem p. v. cepit *desunt* 3. d) clerico 2. e) pauper ditatus *transponit* 3.

4) *dives factus recessit.* Chron. princ. Polon. Stenzel I, 61. S.

27.[a] *De exilio Bolezlavi Largi in Ungariam.*

Ipse quoque Salomonem regem de Ungaria suis viribus effugavit, et in sede Wladislaum, 1064.
sicut[a'] eminentem corpore sic affluentem pietate, collocavit[b]. Qui Wladislaus ab infantia nutritus in Polonia fuerat, et[b] quasi moribus et vita Polonus factus fuerat. Dicunt talem nunquam regem Ungariam[b'] habuisse, neque terram iam post eum fructuosam sic fuisse. Qualiter autem rex Bolezlavus de Polonia sit eiectus, longum existit ennarrare, sed hoc dicere licet, quod non debuit christianus in christianos[c] peccatum quodlibet corporaliter vindicare. Illud enim multum sibi nocuit, cum peccato peccatum[d] adhibuit, cum pro traditione[e] pontificem[f] truncationi membrorum adhibuit. Neque enim traditorem episcopum[f] excusamus, 1079.
neque regem vindicantem sic se turpiter commendamus, sed hoc in medio deferamus, et ut in Ungaria receptus fuerit disseramus.

28. *De susceptione Bolezlavi per Wladislavum regem Ungariae.*

Cum[g] audisset Wladislaus[h] Bolezlavum advenire,
Partim[i] gaudet[7] ex amico, partim restat locus irae[8];
Partim ex recepto quidem fratre gaudet[9] et amico,
Sed deferre Wladislavo facto[k] dolet[10] inimico[l]. 10

Non eum recipit, velud extraneum vel hospitem vel par parem recipere quisque solet, sed quasi miles principem vel dux regem vel rex imperatorem recipere iure debet[m].

Bolezlavus[n] Wladislavum suum regem appellabat[o],
Wladislaus se per eum esse[p] regem cognoscebat.

In Bolezlavo tamen unum[q] ascribendum est vanitati, quod eius pristinae multum obfuit probitati;

Nam cum regnum alienum fugitivus introiret,
Cumque nullus rusticorum fugitivo[r] obediret,

obviam ire Bolezlavo[s] Wladislavus, ut vir humilis, properabat, eumque propinquantem eminus equo descendens ob reverentiam expectabat. At contra Bolezlavus humilitatem regis mansueti non respexit, sed in pestiferae fastum[t] superbiae cor erexit. *Hunc*, inquit, *alumpnum in Polonia educavi, hunc regem in Ungaria collocavi. Non decet eum[u] me ut aequalem venerari, sed equo sedentem ut quemlibet de principibus osculari[v]*. Quod[w] intendens Wladislavus aliquantulum aegre tulit, et ab itinere declinavit, ei tamen servitium per totam terram fieri satis magnifice commendavit. Postea vero concorditer et amicabiliter inter se sicut fratres convenerunt. Ungari tamen illud altius et profundius in corde notaverunt, unde magnam[x] sibi Ungarorum invidiam cumulavit, indeque[y] citius extrema dies[z] eum, ut aiunt, 1031.
occupavit[*].

29. *De filio eiusdem[a] Bolezlavi Mezcone[b] tertio[c].*

Habuit autem unum filium rex Bolezlavus[d] nomine Meschonem[e], qui maioribus non esset inferior probitate, ni Parcarum invidia puero vitale filum interrumperet pubescenti iam aetate[f]. Illum enim[g] puerum rex Ungarorum Wladislavus mortuo patre nutriebat,

a) *Loco huius et sequentis capituli, quae desiderantur in contextu, 3. habet fragmentum alii loco inserium atque p. 44 ed. Ged impressum, praeterea autem alia fragmenta ex libro de passione S. Stanislai et de vita beati Stephani regis Ungariae, quae exhibentur in vita S. Stanislai, capite* 10. 11. 14. 15. 16. 22. a') sic 1. 2. 3. b) ecium 2. b') Ungaris 1. 2. 3. c) christianum 2. d) peccatum peccato *transponit* 2. e) tradicioē *linea super* e *posita supplet* omissum n 2. *quare recte* tradicione *legitur.* f) Epm. *legebatur et* 2. *sed pia manus serioris haud dubie aevi, zelo ducta, erasis duabus postremis lineolis litterae* m, *reimpuens primam* t *iaciam efformavit* Epi = episcopi. *Corrector scriptori contemporaneus nunq am scullello sed penna usus est.* g) enim *addit* 3. *p.* 94 *in fragmento.* h) rex Ungarie *addit* 3 *ibid.* i) *deest* 3. k) ſco *vel* ſto 1. 2. l) partim ex recepto — inimico *desunt* 3. m) Hunc enim Wladislaum Bolezlaus, pulso propriis tribus rege Salomone de Ungaria, in s de regali collocavit pro Non eum recipit — debet 3. *in fragm. p.* 94. n) igitur *addit* 3. o) appellat 2. p) *vocem inserui.* P. q) em nrm *pro* tamen unum 2. enim nostro *suadet legere edit. Varsav. quae lectio textum corruptum haud corrigit.* r) fugitivus 1. 2. s) Wladislawo *erronee* 2. t) fastum inanis *pro* p. f. 3. u) *deest* 2. v) osclari 2. w) Qui 2. x) *hoc loco in margine inter lineas rubras ponunt* 1. 2: obiit Bolezlaus largus MLXXXb. y) inmque 3. *in fragm. p.* 94. z) extrema dies cicius *transponit* 3. *ibid.* *) Oblit autem miserabiliter anno Dni MLXXXI. *addit* 3. a) *deest* 3. b) Mesconis 1. 2. Mieszkone 3. c) III. 1. 2. d) Boleslaus rex sceleratissimus unum filium *pro* unum filium rex Bolezlavus 3. e) Mesconem 2. Mieszkonem 3. f) qui maioribus — aetate *desunt* 3. g) *deest* 3.

5) Ladislaus I. anno demum 1077. rex creatus est. K. 6) Stanislaum episcopum Cracoviensem. K.
7) Wladislaus. P. 8) Bolezlavo. P. 9) Wladislaus. P. 10) Boleslavus. P.

eumque[a] loco filii parentis gratia diligebat. Ipse nimirum puer coaetaneos omnes et Ungaros et Polonos honestis moribus et pulcritudine superabat, omniumque[b] mentes in se futuri spe dominii signis evidentibus provocabat; unde placuit patruo suo Wladislavo duci puerum[c] in Poloniam sinistro alite revocare, eumque[d] Ruthena puella[11] fatis[e] invidentibus uxorare. Uxoratus ergo[f] adolescens imberbis et formosus sic morose, sic sapienter se[g] habebat, sic antiquum morem antecessorum gerebat, quod affectu mirabili toti patriae complacebat. Sed fortuna rebus secundis mortalium inimica in dolorem gaudium commutavit, et spem probitatis et florem aetatis amputavit. Aiunt enim quosdam aemulos, timentes ne patris iniuriam vindicaret, veneno puerum bonae indolis peremisse, quosdam vero qui cum eo biberunt vix mortis periculum evasisse. Mortuo autem puero Meschone[h], tota Polonia sic lugebat, sicut mater[i] unici mortem filii. Nec illi solummodo quibus notus erat, lamentabantur, verum etiam illi qui nunquam eum viderant[k] lamentando feretrum mortui sequebantur. Rustici quippe aratra, pastores peccora deserebant, artifices studia, operatores opera[l] prae dolore Meschonis[m] postponebant; parvi quoque pueri et puellae, servi insuper et ancillae, Meschonis exequias lacrimis et suspiriis celebrabant. Ad extremum misera mater, cum in urna pueri plorandus conderetur[n], una hora, quasi mortua, sine vitali spiritu tenebatur, vixque post exequias ab episcopis ventilabris et aqua frigida suscitabatur[o]. Nullius enim regis vel[p] principis exitium apud etiam barbaras nationes tam diutino moerore legitur conclamatum, nec exequiae[q] tethrarcharum[r] magnificorum[s] ita lugubres celebrantur[t], nec anniversarium caesaris ita fuerit cantu lugubri celebratum[u]. Sed de moestitia[v] pueri sepulti sileamus, et ad laetitiam regnaturi pueri[w] veniamus.

1087.

1089?

30. *De uxoratione Wladyslavi, patris tertii Boleslavi.*

Mortuo itaque[x] rege Bolezlavo, aliisque fratribus defunctis, Wladislavus dux solus regnavit, qui filiam Wratislavi Bohemici[y] regis nomine Iuditham uxorem accepit, quae filium[z] ei tertium Bolezlavum peperit, de quo nostra intentio titulavit, ut tractatio quae sequitur intimabit. Nunc vero, quia succincte per arborem a radice derivando transivimus, ad inserendum cathalogo[*] ramum pomiferum et stilum et animum applicemus. Erant enim futuri pueri parentes adhuc carentes sobole, ieiuniis et orationi[a] instantes, largas pauperibus elemosinas facientes, quatenus omnipotens Deus, qui steriles matres facit in filiis laetantes, qui baptistam contulit Zachariae, et vulvam aperuit Sarae, ut[b] in semine Abrahae benediceret omnes gentes, talem filium daret eis heredem, qui Deum timeret, sanctam ecclesiam exaltaret, iustitiam exerceret[c], ad honorem Dei et salutem populi regimen[d] Poloniae detineret.

12 Haec incessanter illis agentibus, accessit ad eos Franco[12] Poloniensis episcopus consilium salutare donans, eis sic inquiens: *Si quae dixero vobis devotissime compleatis*[e], *vestrum desiderium procul dubio fiet vobis.* Illi vero libentissime de tali causa pontificem audientes, atque magna se facturos spe sobolis promittentes, rem dicere quantocitius[f] exorabant. Ad haec praesul: *Est*, inquit, *quidam sanctus in Galliae finibus contra austrum iuxta Massiliam, ubi*

a) eum 3. b) virtutes *addit* 2. *sed tamquam erroneum suppositis punctis notavit.* c) *deest* 3. d) cumque 3. e) satis 3. f) igitur 3. g) *deest* 1. 2. h) Mesconc 2. 3. i) vivit *addit, sed tamquam erroneum punctis notavit* 2. k) noverant 3. l) *deest* 3. m) Mesconis 2. 3. n) poneretur 3. o) suscitator 1. 2. p) et 3. q) a. e. *iterum repetit sed cancellavit* 2. r) retharcharum 2. *prima iam littera erronea per correctorem in* t *mutata;* thethar-char 3. s) magnificum 1. 2. t) celebrabantur 3. u) nec anniversarium — celebratum *desunt* 3. v) mestitiam *pro* de moestitia 3. w) *deest* 3. x) *deest* 3. y) Bohemie 3. z) *deest* 2. *) cathelogo 2. a) orationis 1. 2. b) *deest* 2. c) e. i. o. *desunt* 3. d) regnum 2. 3. e) compleveritis 3. f) quantocius 3.

11) Eudoxia, si Dlugosso fides habenda est. K.

12) Franconem hunc auctor episcopum *Polonien-sem* nuncupat, Vincentius Kadlubkonis *antistitem* simpliciter ed. Lips. p. 668. sed eius commentator p. 672. episcopum *Cracoviensem* eum appellat. Quem sequutus est Dlugossus lib. IV. a. 1085 p. 305. Lampertum eum nominans. Post occisionem S. Stanislai ep. Cracov. per Boleslaum Largum a. 1079 Gregorius VII. Poloniam sacris interdixit, episcopatus quoque Cracoviensis vacavit antistite quatuor annos. Idem censendum de episcopatu Crusvicensi, quem auctor Poloniensem appellat in libri tertii epistola; nam secundum Dlugossi *vitas episcoporum Crusvicensium* hucusque ineditas episcopus Crusvicensis Andreas mortuus est anno 1081, et demum a. 1087 suffectus est illi Baptista Romanus. Cf. Vitae episcop. Crusvicensium Ms. bibl. Ossolinsk. Leopoliens. 4. Nr. XVIII. fol. 100. 101. Fuit ergo verosimiliter Franco episcopus tempore interdicti a rege vel capitulo electus episcopus Crusvicensis, qui non potuit obtinere papae confirmationem, vel ante obtentam mortuus est, quare frustra desideratur in serie episcoporum Crusvicensium a Dlugosso conscripta. S.

Rodanus intrat mare — terra[a] Provincia, et sanctus Egidius nominatur[13] —, *qui tanti meriti apud Deum existit, quod omnis qui in eo devotionem suam ponit*[b] *et memoriam eius agit, si quid*[c] *ab eo petierit, indubitanter obtinebit. Ad modum ergo pueri ymaginem auream fabricate, regalia munera praeparate, eaque sancto Egidio mittere festinate.* Nec mora, puerilis ymago cum calice de auro purissimo fabricatur, aurum, argentum, pallia, sacrae vestes praeparantur, quae per legatos fideles[14] in Provinciam[d] cum huiusmodi litteris deferrentur: 1085.

Epistola Wladislai ad Sanctum Egidium et[e] *ad monachos*[f].

Wladislaus, Dei gratia dux Poloniensis[g], *et Iuditha, legitima coniux eius, O.*[h] [15] *venerabili abbati Sancti Egidii*[i] *cunctisque fratribus humillimae devotionis obsequium. Audita fama, quod sanctus Egidius praerogativae pietatis praemineat dignitate, et quod promptus sit adiutor, sibi data divinitus potestate, pro spe sobolis munera sibi nostrae devotionis offerimus, vestrasque sanctas orationes in auxilium nostrae petitionis humiliter imploramus.*

31.[k] *De ieiuniis et orationibus pro nativitate*[l] *tertii Bolezlavi*[m].

Perlectis itaque litteris et muneribus receptis, abbas et fratres mittenti munera[n] retulerunt, et triduanum ieiunium cum letaniis et orationibus peregerunt, divinae maiestatis omnipotentiam obsecrantes, quatenus devotionem fidelium praesentialiter sibi tanta mittentium[o] multoque plura voventium adimpleret[p], unde gloriam sui nominis apud gentes incognitas exaltaret, atque[q] famam Egidii sui famuli longe lateque dilataret[r]. [16]

Euge, serve Dei, caput huius materiei[s],
Perfice servorum quae poscunt vota tuorum!
Pro puero puerum, pro falso perfice verum;
Confice carnalem, retinens tibi materialem.

Quid plura? Necdum ieiunium a monachis in Provincia complebatur, et iam mater in Polonia de concepto filio laetabatur. Nondum inde legati discedebant, et iam monachi dominatn eorum concepisse praedicebant. Unde missi domum citius et alacrius remeantes, et praesagium monachorum certum esse probantes, de concepto filio fiunt laeti, sed de[t] voto laetiores erunt facti[u].

EXPLICIT PRIMUS LIBER.

LIBER SECUNDUS[v].

Incipit epistola.

Domino Paulo, Dei gratia Poloniensi reverendae discretionis episcopo, suoque[w] *cooperatori immittendae*[x] *religionis Michaeli cancellario, modici dispensator obsonii paternae venerationis ac debitae servitutis obsequium.*

a) certe 3. b) habet devocionem *pro* d. s. p. 3. c) quicquid *pro* si quid 3. d) in Provinciam *desunt* 3. e) *binas ultimas lineas litterae* m *in verbis* sanctum Egidium *pius quidam lector erasit* 2. *eformavitque satis inepte genitivum ex accusativo, delevit quoque* et, *obitus delere et praepositionem repetitam* ad *tali modo iam superfluam.* f) capitulum *addit* 3. g) Polonie 3. h) *deest* 3. i) S. Egidio 3. k) XXXI. *deest* 1. 2. 3. capitulum vero *adest* 1. 2. *deest* 3. l) uti *i. e.* nativitate 2. *stylo non intellecto et inde delecto, manus posterior post* Boleslavi *posuit* donacioni. m) capitulum *hoc loco addit* 3. n) *Semler l. c. p.* 35 *consulit addere* sua *aut* gratiae, *referens munera non ad monachos sed ad parentes.* o) miptencium 3. p) adimplent 3. q) et 3. r) exdilataret *erat* 1. *sed ex postea delotum,* exdilataret 2. s) materie 3. t) pro 3. u) sunt effecti *pro* erunt facti 3. v) L. s. *addit Bandtkie, desunt in codicibus.* w) suo quoque 3. x) imitande 2. imitande 3.

13) Monasterium S. Aegidii in valle Flaviana prope Nemausum in dioecesi Arelatensi, Gallis *St. Gilles.* Chronicon Polonorum ap. Stenzel Script. rer. Siles. I, 12. monasterium hoc *Sancti Galli* appellat. S. 14) Unus eorum erat Petrus, capellanus reginae Iuditbae, ut refert Cosmas II, 36. Dlugossus eum canonicum Cracoviensem fuisse affirmat I, 305. S. 15) Odiloni, qui tunc temporis fuit abbas huius monasterii. Mabillon Annales Bened. V, 128. S. 16) Wladislaus, cui precibus monachorum S. Aegidii in Valle Flaviana Bolesiaus filius natus est, multas ecclesias et monasteria sub titulo S. Aegidii construxit dotavitque, ut apparet ex codice Clodaviensi, qui in fronte pag. 36, ubi in chronico Boguphali de Wladislao sermo occurrit, haec habet manu XV. saeculi scripta: *Iste Wladislaus in honorem beati Egidii dotavit et fundavit ecclesiam parochialem in Clodawa, ecclesiam collegialam in honorem beati Egidii in Cracovia, aliam collegiatam in Lancicia, parochialem in Crobya et alias plures in honorem beati Egidii confessoris, ad cuius preces habuit filium.* Eodem tempore et Ladislaus rex Hungariae fundavit abbatiam S. Aegidii ord. S. Benedicti in Hungaria in comitatu Semighiensi. Cf. Bel. M. Compend. Hung. geographicum, Posonii 1777. p. 178. S.

Meditanti mihi de plurimis, iniecit[a] se vestrae recordatio largissimae karitatis[b] vestraeque fama longe lateque diffusa vobis collatae divinitus sapientiae ac humanitus[c] probitatis[d]. Sed quia plerumque capax mentis intentio concipit, quae tarda[e] loquendi facultas[f] non exprimit, bonae voluntatis intentio sufficiat pro loquela. Nam cum facit quis quod potest[g], tunc[h] iniuste[i] fit querela. Verumptamen ne tantorum virorum gloriam, tamque religiosorum memoriam praelatorum silentio praeterire videamur, eorum laudibus insistendo quasi gallum de fonticulo comportare Tyberinis gurgitibus innitamur. Licet enim[k] quod perfectum est non possit naturaliter augmentari, ratio tamen non prohibet illud scriptis laudumque praeconiis venerari. Nec indecens in picturis aliquis iudicatur, si speciosis[l] coloribus pro varietate[m] operis[n] niger color misceatur[o]. In mensa quoque regum saepe quoddam vile praesentatur edulium, quo deliciarum propellatur cottidianarum fastidium. Insuper etiam formica, cum sit camelo quantitate corporis animal inaequale, opus tamen suum exercet studiose, suis[p] viribus coaequale. Quarum exemplo rerum inductus, balbutientis more puerilia verba formare conor, in laudem virorum per se laudabilium adhibita sine laude, vel in praeconium Israhelitarum veraciter sine fraude; quorum vita laudabilis, doctrina perspicabilis, mores imitabiles, praedicatio salutaris, quorum[q] sapientia, bicipite philosophiae monte derivata, condensa silvarum Poloniae sic sagaciter illustrant, ne prius triticeum fidei semen in terram humani cordis incultam spargant, donec inde spinas et tribulos verbi divini ligonibus radicitus exponant, similes existentes[r] homini[s] patri familias, scienti de thesauro proferre nova et vetera, vel Samaritano, vulnerati[t] plagas alliganti vinumque desuper[u] et oleum infundenti; qui triticum quoque conservis fideliter[v] distribuunt ad mensuram, et talentum non abscondunt[w], sed dividunt ad usuram. Sed cur mutus fari nititur de facundis, vel ingenii puer parvi cur implicat se tam profundis[x]? Parcat tamen ignorantiae, parcat et benivolentiae, magni patres, vestrae discretio sanctitatis, nec perpendat, quid vel quantumlibet sui laboris offert, sed quid captat nostrae desiderium facultatis. Nam cum potenti pauper amicus quantumlibet[y] sui laboris minimum amministrat, non donum sed dantis affectum perpendens, illud recipere magno pro munere non recusat. Igitur opusculum, almi patres, stilo nostrae pusillanimitatis ad laudem principum et patriae nostrae pueriliter exaratum suscipiat et commendet excellens[z] auctoritas et benivolentia vestrae mentis, quatenus Deus omnipotens bonorum temporalium et aeternorum vos amplificet incrementis.

Explicit epistola. Incipit epylogum[a].

Nobis astate, nobis hoc opus recitate!
Per vos, si vultis, opus est laudabile multis.
Non est mirum, a labore si parum quievimus,
Tempus erat quiescendi[b], tot terras transivimus,
Neque coeptum iter bene cognitum habuimus,
Sed per illos qui noverunt paulatim inquirimus.
Exurgamus iam de[b] sompno, nam satis dormivimus,
Vel unius iam diei viam inquisivimus;
Hac expleta de futura satis cogitabimus.
Duce Deo prosequamur quod interposuimus,
Persolvamus quod[c] frequenter supra titulavimus,
Et addamus si quid nimis[d] ignoranter diximus.

INCIPIT SECUNDUS LIBER.

1. *Tertii Bolezlavi primo de nativitate[e].*

1085. Dec. 23. Dec. 25. Natus igitur puer Bolezlavus in die festo sancti Stephani regis fuit[17], mater eius vero subsequenter infirmata, nocte dominicae nativitatis occubuit. Quae mulier in pauperes et

a) *deest, et spatium vacuum* 3. b) caritatis 2. 3. c) humanus 2. d) pietatis 3. e) tarde 2. f) facultate 1. 2. g) petunt 3. h) *deest* 3. i) iuste 1. 2. 3. *corrupte exhibent.* k) L. e. *bis repetit* 2. l) preciosis 3. m) varietate 2. n) magni *addit* 2. *quod tamen punctis suppositis tanquam erroneum notatum.* o) inseratur 1. 2. p) *deest* 3. q) vita laudabil. 2. *erronee repetit sed punctis notavit.* r) existunt 3. s) hominum 1. 3. t) vulnerato 3. u) del super 3. et oleum desuper pro d. e. o 2. v) *omittit* 3. w) abscondit 2. x) vel ingenii p. p. c. i. s. t profundis *omittit* 3. y) libet *erronee bis repetit* 2. z) commendet extollens 3. a) epilogus 3. b) pro Non est mirum — quiescendi: Non est a labore si parum *etc.* 3. c) qui 1. 2. 3. d) minus 2. e) p. d. n. *omittit* 3.

17) Errare videtur; dies Stephani regis erat 20. Aug., Stephani protomartyris 26. Dec. Cosmas II, 36 narrat Juditham 23. Dec. peperisse et 25. Dec. obiisse. K.

captivos ante diem praecipue sui obitus opera pietatis exercebat, et multos christianos de servitute Iudeorum suis facultatibus redimebat. Illa mortua, Wladislavus dux, quia homo gravis aegerque[a] pedibus erat, et aetate parvulum[b] habebat, sororem[18] imperatoris tertii[18] Henrici, uxorem prius Salemonis Ungariae regis, in matrimonium[c] desponsavit, de qua nullum filium sed tres filias procreavit[d], una quarum in Rusia viro nupsit, una[e] vero suum sacro velamine caput texit, unam autem[f] suae gentis quidam sibi counivit. Sed ne tanti pueri parentem nudo sermone transeamus, aliquo eum ornamento militiae vestiamus. Igitur Polonorum dux Wladislavus Romanorum imperatori maritali connubio counitus, de Pomoranis, succurrentibus suis, castrum eorum obsidendo triumphavit[19], eorumque contumaciam suis sub pedibus conculcando[g] annulavit, eiusque victoriae gaudium Dei[h] genitricis assumptio generavit. Quibus victis, civitates eorum et municipia infra terram et circa[i] maritima violenter occupavit, suosque vastaldiones et comites in locis principalibus[k] et munitioribus ordinavit. Et quia perfidiae paganorum omnino voluit insurgendi fiduciam amputare, suosmet praelatos iussit nominato die in hora constituta omnes in meditullio regni[l] munitiones concremare. Quod ita[m] factum fuit[n]. Nec sic tamen gens rebellis edomari potuit. Nam quos Setheus[o] eis praefecerat[p], qui tunc militiae princeps erat[q], partim pro eorum noxa peremerunt, nobiliores vero, discretius et honestius se habentes, vix amicorum assensu[r] fugerunt[s]. 1090. Aug. 15.

2. *De bello cum Pomeranis*[t].

At Wladislavus dux, illatae[a] suis iniuriae reminiscens, cum forti manu terram eorum ante quadragesimam introivit, ibique ieiunii plurimum adimplevit. Expleta itaque ibi ieiunii parte quam plurima, Stetin[v], urbem[w] terrae populosiorem[x] et opulentiorem, ex inproviso intravit, indeque[y] praedam inmensam et captivos innumerabiles congregavit. Cumque iam cum sua praeda nichil dubitans remearet, iamque securus sui regni finibus propinquaret, Pomorani subito subsequentes eum super fluvium Nacla[z.20] invaserunt, bellumque cum eo pridie palmarum[a] cruentum et luctuosum[a] partibus utrisque commiserunt. Illud enim proelium hora quasi diei[b] tertia est inceptum, vespertino vero crepusculo difinitum[c]. Pomorani tandem[d] pro munitione noctis caliginem induerunt, Poloni vero campum victoriae Drzu[z.21] vocabulo tenuerunt. In dubio enim pependit, utrum christianorum lues[f] an paganorum ibi[g] extiterit[h]. Quod[i] flagellum Deus, ut credimus, omnipotens in transgressoribus observantiae quadragesimalis[k] ad correctionem exercuit[l], sicut quibusdam postea de ipso liberatis periculo revelavit. Et quia luctuosa et dampnosa, sicut dictum est, victoria multis erat, diesque dominicae resurrectionis[m] imminebat, vicit ratio redeundi consilium dantium persequendi. 1091. Mart. 2. Apr. 3. Apr. 13.

3. *Obsidio castri Nakiel*[n].

Itemque de Bohemia[a] tribus aciebus in auxilium evocatis, Pomoraniam invadit Wladislavus circa sancti solempnia Michaelis[b]. Ibique castrum[c] Nakyel[z.22] obsidentibus inaudita mirabilia contingebant, quae singulis eos noctibus armatos et quasi in[a] hostes pugnaturos terroribus agitabant. Cumque talem delusionem diutius paterentur, et quidnam illud esset vehementius mirarentur, una nocte pavore solito concitati, longius a castris[i] exeuntes, noctur- Sept. 29.

a) debilisque 3. b) parvulus 1. 2. 3. *erronee; lege* parvulum *scil. filium.* c) i. m. *omittit* 3. d) generavit 3. e) aliam 3. f) tercia vero *pro* u. e. 3. g) *omittit* 1. 2. h) *omittit* 3. i) *a correctore additum* 2. *omittit* 3. k) principalioribus 3. l) terre 3. m) sic 3. n) est 3. o) Saecsecheus 3. p) preferebat 3. q) *deest* 3. r) consensu 3. s) fugaverunt 3. t) *inscriptio edit. Vars. p.* 134; *codices nullam habent, sed intervecto spatio a capite pergunt.* u) *deest* 1. 2. v) *ita emendavi.* P. *deest* 3. sumsi 1. 2. statim *et* summi *eisdem ductibus scribuntur.* w) *deest* 1. 2. x) *deest* 2. populo priorem 3. y) ibique 3. z) quendam 3. unda 1. 2. *quod chcidatur lectione Chron. princ. Polonorum, quod habet* Nocha *vel* Nakla. Nakla *Dlugossus quoque adoptavit.* a) palmas 1. 2. a) inductionem *pro* e. l. 2. b) die 1. 2. c) est direptum 3. d) tamen 3. e) Drzy 3. f) vires 3. g) ubi 2. h) extiterint 3. i) Quis 2. k) XLme 3. l) exeruit 2. m) resurrectionis 3. n) O. c. N. *non habent codices, argumentum est edit. Vars. p.* 136. o) Bohemie 3. p) *pro* i. a. e. P. i. W. c. s. a. M. *habet* 3. inexcubilium evocatis W. circa e. sollempnia Michaelis. q) *deest* 3. r) Nakel 2. s) *deest* 2. t) castro 3.

18) item Iuditham. K. 19) Annales Polonorum Cracovienses inediti proelium hoc sub anno 1090 ponunt, locum vero Psechen appellant; hodiernum ut videtur Paszow, *Betsche*, prope Mixdryzecz, *Meseritz*. S. Recentiores hoc anno 1091 factum esse putant. K. 20) Proelium Wladislai videtur quidem in campo prope Drezdenko, *Driesen*, commissum, quare Lelewel consulit legere Drzu non Drzu, ast fluvius qui est ad hanc urbem, Noteć, *Netze*, iam a Dlugosso vocatur; similius esset lectioni cod. 1. 2. nomen fluvii Drwa, *Drage*, qui prope Drzeń — Drezdenko in fl. Noteć incidit. S. Cf. Barthold Gesch. von Rügen u. Pommern I, 428. K. Est Netzo fluvius. P. 21) probabiliter hodiernum Drezdenko, *Driesen*. Drzeu Dlugossus I. 321. S. 22) Naklo, *Nackel*, ad fl. Noteć, *Netze*. S.

1091. nas umbras quasi palpitantes[a], delusi[b] hostium vicissitudine, sequebantur; interim[c] vero oppidani properanter[d] de[e] propugnaculis[f] descenderunt, eorumque machinas partemque stationis combusserunt. Itaque Poloni cum se nichil profecisse[g] nec se bellum invenisse conspicerent, et cum magna pars exercitus, praesertimque Bohemi, victualia non haberent[h], incassum labore consumpto redierunt[i]. Sicque Pomorani contra Poloniam paulatim in superbia[k] sunt erecti, per puerum Martis[l], quem chalamo pingimus, extirpandi. Sed ne laetam exenterare materiam videamur, malorum invidiam potius quam detractionis infamiam patiamur. Nec absurdum ullatenus ulli discreto[m] videatur, si in hac hystoria cum legitimo concubinae filius inducatur. Nam in hystoria principali duo filii Abrahae memorantur, sed ab[n] invicem a patre pro discordia separantur, ambo quidem de patriarchae semine procreati, sed non ambo iure patrimonii coaequati.

4. *De Zbigneo rebelli*[o].

Igitur[p] Zbignevus[q], a Wladislavo duce de concubina progenitus, in Cracoviensi civitate adultus iam aetate litteris[r] datus fuit, eumque[s] noverca sua in Saxoniam docendum monasterio monialium transmandavit. Eo tempore Setheus[t] palatinus comes, vir[u] sapiens, nobilis et formosus erat, sed avaritia excecatus, multa crudelia et inportabilia exercebat. Alios scilicet vili occasione transvendebat, alios de patria propellebat, ignobiles vero[v] nobilibus praeponebat[w].

Unde multi[x] sua sponte, non coacti, fugiebant,
Quia idem sese[y] pati sine culpa metuebant.
Sed qui prius fugitivi, per diversa vagabantur,
Brethizlavi[z] ducis consilio in Bohemia congregantur.

Sicque Bohemorum calliditate quosdam pretio conduxerunt, qui Zbigneum[a] furtim de claustro[b] monialium extraxerunt. Recepto ergo[c] Zbigneo, in Bohemia fugitivi legationem[d] in haec verba comiti mittunt nomine Magno[e] Wrotislavensi: *Nos quidem, comes Magne*[f], *quoquomodo Zethei contumelias in exilio positi toleramus, sed tibi, Magne, cui nomen ducatus est plus dedecori*[g] *quam honori, lacrimabiliter*[h] *condolemus, cum laborem honoris, nec*[i] *honorem habeas, cum pristaldis*[23] *Zethei*[k] *dominari non audeas; sed si iugum servitutis de cervice volueris excutere, festina puerum quem habemus in clipeum defensionis recipere.* Et hoc totum dux Bohemicus suggerebat, qui libenter discordiam inter Polonos seminabat. Hoc audito Magnus diu inprimis haesitavit, sed communicato consilio maioribus et laudato, verbis eorum eum recipiens acquievit.

Pro quo facto Wladislavus, pater eius, contristatur,
Sed[l] Zetheus cum regina multo magis conturbatur.

Igitur legatum[m] Magno Wratislaviensisque[n] magnatibus[o] regionis transmiserunt, sciscitantes, quid hoc esset, quod Zbignevum[p] cum fugitivis sine patris imperio recepissent, si[q] rebelles existere vel obedire sibi vellent[r]. Ad haec Wratislavienses unanimiter[s] responderunt, non se patriam Bohemicis vel[t] alienis nationibus[u] tradidisse, sed domini ducis filium suosque fugitivos recepisse, seseque[v] vel domino duci legitimoque filio suo[w] Bolezlavo in omnibus et per omnia fideliter obedire, sed Setheo suisque malis operibus modis omnibus contraire. Populus autem legatum[x] lapidare volebat[y], quia Sethei partes falsis ambagibus defendebat.

Unde multum Wladislavus[z] indignatus, et Setheus ira nimis inflammatus,

1093. Wladislavum Ungariae regem et Brethislavum[aa] Bohemiae ducem in auxilium sibi contra[b] Wrathislavienses mandaverunt, unde plus[c] dedecoris et dampni quam honoris et proficui habuerunt[24]. Nam Setheum[d] rex Wladislavus[e] vinctum secum in Ungariam transportasset[f],

a) *pro* n. u. q. p. *habet* 3. nocturnas quasi umbras papitantes. b) *deest* 3. c) iterum 2. d) properantes 1. e) *deest* 3. f) propugnaculum 3. g) fecisse 3. h) habuerunt 2. i) redierunt 3. k) superbiam 3. l) matris 2. m) discrecio 2. n) ad 1. 3. o) D. Z. r. *desunt in codicibus, argumentum edit. Vars. p.* 138. p) *deest* 3. q) Zbigeuus 2. r) lectis 2. s) cumque 3. t) Stephanus 2. Szecxeus 3. u) quidam *addit* 1. quidem *addit* 3. v) *deest* 3. w) preferebat 3. x) multa 3. y) se *alierum superpositum manu correctoris* 2. z) Brzecislai 3. *) ideoque 3. a) Sbigneum 2. b) monasterio 3. c) *deest* 3. d) legacionem 2. e) Quorum 3. f) *deest* 3. g) decori 1. 2. 3. dedecori *rectius habet Chron. princ. Polon. ed. Stenzel p.* 65. h) lacrimabilitus 2. i) non 3. k) Zetheus 1. 2. 3. l) et 2. m) legato 3. n) Wratislao 3. o) magnatibusque 3. p) Sbigneum 2. 3. q) sed 1 2. 3. r) vellent 1. s) *deest* 3. t) et 3. u) *deest* 3. v) sequs 3. w) eius 3. x) obedire *addit erronee* 2. *sed post delevit.* y) *deest* 3. z) nimis Wladislavus *pro* n. W. 3. aa) Brzecislaum 3. a) in 3. b) *deest* 3. c) Zecheum 3. d) r. W. *desunt* 3. e) *deest* 3.

23) i. e. exsecutoribus. K. 24) Aliter Cosmas III, 1. K.

ni pro[a] salute cum parvulo Bolezlavo transfugisset. Cumque nichil[b] virtute contra Wrathislaviensea potuissent proficere, quia sui contra suos bellum gerere noluissent, pacem invitus[c] cum filio pater fecit, eumque tunc primum suum filium appellavit. Reversus interim de Polonia[d], quo fugerat Setheus, maiores inter eos callide promissis et muneribus attemptabat, eosque[e] paulatim in partem inflectebat. Ad extremum vero pluribus inflexis cum exercitu dux Wladislavus ad urbem Wratislaviensem accedebat[f], iamque[g] castra sibi reddita per circuitum obtinebat; Zbigneus vero videns sibi proceres intus et extra defecisse, durum[h] intelligens se contra stimulum calcitrasse, vulgi fidei vitaeque suae diffidens, de nocte fugit, fugiensque castrum Crusvicz[i], militibus opulentum, ab oppidanis receptus introivit. 1093.

5. *De castro Cruszwic expugnato et deleto*[k].

At pater dolens eum impune sic evasisse, Crusvicienses eumque contra se ipsum recepisse, cum eodem exercitu Zbignevum fugientem[l] prosequitur, totisque viribus Crusviciense castrum aggreditur. Zbignevus vero convocata[m] multitudine paganorum, habensque septem acies Crusviciensium, exiens de castro cum patre[n] dimicavit, sed iustus iudex inter patrem et filium iudicavit. Ibi namque bellum plus quam civile[25] factum fuit, ubi filius adversus patrem, et frater contra fratrem arma nefanda tulit. Ibi, spero, miser Zbignevus paterna maledictione quod futurum erat promeruit; ibi vero Deus omnipotens Wladislavo duci misericordiam tantam fecit, quod innumerabilem de hostibus multitudinem interfecit, et de suis sibi paucissimos mors ademit. Tantum enim humani cruoris sparsum fuit, tantumque cadaverum in lacum[o] castello contiguum corruit, quod ex eo tempore piscem illius aquae comedere quisque bonus christianus exhorruit. Sicque Crusvicz, divitiis prius[p] et militibus opulentum, ad instar paene desolationis est redactum. Igitur Zbigneus in castrum fugiens cum paucissimis[q] liberatus, utrum[r] vitam perdat an membrorum aliquod est incertus. At pater iuventutis stultitiam non ulciscens, ne paganis dubitans vel alienis gentibus adhaereret, unde[s] magis periculum immineret, pro vitae membrorumque salute quaesita fide concessa[t], secum illum in Mazoviam transportavit, eumque carcere in castro Sethei aliquanto tempore maceravit. Postea vero in consecratione Gneznensis ecclesiae interventu episcoporum eum et[u] principum advocavit, eorumque precibus[v] gratiam quam perdiderat acquisivit. 25

6. *Miraculum de sancto Adalberto*[w].

Et quoniam[x] ecclesiae mentio Gneznensis in hoc fieri forte[y] contigit[z], non est dignum praeterire miraculum[26], quod[a] in vigilia dedicationis pretiosus martir Adalbertus et[b] paganis et[b] christianis ostenderit. Accidit autem eadem nocte, in quoddam castrum Polonorum quosdam traditores eiusdem castri Pomoranos sursum funibus[c] recepisse, eosque receptos in propugnaculis[d] diem crastinum ad oppidanorum[e] perniciem expectasse. Sed[f] ille qui semper vigilat, nunquam dormitabit, oppidanos dormientes sui militis Adalberti vigilantia custodivit, et paganos in[g] insidiis christianorum[h] vigilantes armorum terror[i] spiritualium agitavit. Apparuit[k] namque quidam super album equum Pomoranis armatus, qui gladio eos extracto territabat, eosque per gradus et solium castri praecipites agitabat[l]. Sicque procul dubio castellani, clamoribus paganorum et tumultibus excitati, defensione gloriosi martiris Adalberti ab imminenti sunt mortis periculo liberati. Haec ad praesens de sancto dixisse sufficiat[m], et ad intervallum[n] superius nostrae stilus intentionis incipiat[o]. 26

7. *De divisione regni inter utrumque filium*[p].

Igitur Gneznensi[q] basilica[r] consecrata, et Zbignevo gratia patris impetrata, Wladislavus dux ambobus filiis suum exercitum commendavit, et[s] in Pomoraniam eos in expeditionem

a) *deest* 2. b) non vel 3. c) istus 2. d) de loco *Chronicon princ. Polon. ed. Stenzel* p. 66. e) eos 1. 2 f) accedat 3. g) iam 3. h) dirum 2. i) Crusswica 3. *semperque hanc orthographiam observat.* k) *argumentum edit. Vars.* p. 144. *codices non habent, sed* 1. 2. *interponunt spatium*, 3. *vero uno habitu, non incipiens a capite, pergit.* l) fugiens 3. m) commixta 3. n) pace 2. 3. o) i. l. *desunt* 3. p) primum 3. q) est *addit* 3. r) *deest* 1. 2. s) unum 1. 2. 3. *recepimus lectionem Banditii.* t) concesse 3. u) ad 2. v) et in conspectu eorum *pro* e. p. 3. w) *argumentum cod.* 3. *deest* 1. 2. x) quia 3. y) forte *in margine addit* 2. z) hic facta est *pro* i. h. f. f. c. 3. a) *deest* 3. a) a 3. b) a *addit* 3. c) funibus 3. d) crastinum 3. e) oppidanarum 1. 2. f) At 3. g) *deest* 1. 2. h) Christi 3. i) v. a. t. *desunt* 3. k) sperait 2. l) agitavit 3. m) sufficit 1. 2. n) ab intervallo *pro* e. i. 3. o) incipistur 3. p) *argumentum cod* 3. *deest* 1. 2. q) Gnesnensis 1. 2. r) ecclesia 3. s) *deest* 2.

25) Lucan. Pharsal. I, 1. K. 26) Sall. Iug. 79. S.

delegavit. Illi autem abeuntes, et quale nescio consilium capientes, inperfecto negotio ex
1097? itinere redierunt. Unde pater nescio quid suspicans, confestim inter eos regnum divisit, sed de manu tamen sua sedes regni principales non dimisit. Sed[a] quid in divisione cuique contigerit, enumerare nobis imminet honerosum, neque multum hoc audire vobis uerit fructuosum[a].

8. *Ulterior huius divisionis dispositio*[b].

Interrogatus autem pater a principibus, quis eorum excellentius emineret in legationibus mittendis[c] et suscipiendis, in exercitu convocando et conducendo, et in tanti regni dispensatione multimoda, sic respondisse fertur: *Meum quidem est, ut hominis senis et infirmi, regnum inter eos dividere, ac de praesentibus iudicare; sed alterum alteri praerogare*[d], *vel probitatem et sapientiam eis dare, non est meae facultatis, sed divinae potestatis*[e]. *Hoc autem unum cordis mei desiderium vobis possum aperire, quod discretiori ac probiori in terrae defensione et hostium inpugnatione volo vos omnes post mortem meam unanimiter obedire. Interim vero, sicut divisum eis regnum, partem*[f] *suam quisque*[g] *retineat. Post obitum quidem meum Zbigneus cum hoc quod habet Mazoviam simul habeat*[h], *Bolezlavus vero, legitimus filius meus, in Wratislaw*[i] *et in Cracovia et in Sandomir*[k] *sedes regni principales obtineat*[l]. *Ad extremum autem, si ambo probi non fuerint, vel si forte discordiam habuerint,*

Ille qui externis[m] *nationibus adhaeserit*
Et eas in regni destructionem induxerit,
Privatus regno, patrimonii iure careat;
Ille vero solium regni lege perhenni possideat,
Qui honori terrae melius et utilitati provideat[n].

Facta[o] autem, ut dictum est[p], regni divisione, habitaque patris luculenta satis oratione[q], puerorum quisque[r] suam regni portionem[s] visitavit, eorum vero[t] pater semper in sua Mazovia libentius habitavit.

9.[u] *De aetate puerili Boleslai*[v].

Interim ne sit alicui aliquatenus[w] admirandum, si quid scripserimus de Bolezlavi pueritia memorandum. Non enim, sicut assolet plerumque lascivia puerilis, ludos inanes sectabatur, sed imitari strennuos actus ac militares, in qua puer poterat, nitebatur. Et quamvis sit puerorum nobilium in canibus et in volucribus delectari, plus tamen solebat Bolezlavus adhuc pueerulus in militia gratulari. Nondum enim equum ascendere vel descendere suis viribus praevalebat, et iam[x] invito patre, vel aliquotiens nesciente, super hostes in expeditionem dux militiae praecedebat.

10. *Zeczech et Boleslaus Moraviam vastaverunt*[y].

Nunc vero quoddam eius[z] initium puerilis militiae depingamus, et sic paulatim de minoribus ad maiora transcendamus. Sicut notum est, dux Wladislavus, senio gravis et aetate, Setheio[*] palatino comiti suum exercitum[a] committebat, eumque pugnaturum vel terras hostium vastaturum delegabat. Unde cum esset Moraviam[b] invasurus, ivit cum eo puerulus
1094? solo nomine pugnaturus. Illa vice partem Moraviae maximam destruxerunt, indeque praedam multam et captivos adduxerunt[c], ac sine belli discrimine vel itineris redierunt.

11. *Bolezlavus puer interfecit aprum*[d].

Multa possem de audacia huius pueri scriptitare,
Nisi tempus iam instaret ad summam operis properare.
Tamen[e] quoddam in occulto non permittam latitare,
Cum sit dignum ad exemplum probitatis rutilare.

a) Sed quid — fuerit fructuosum *desunt* 3. b) *argumentum edit. Vars. p.* 150., t. 2. *spatium relinquunt*, 3. *vero non interrumpit narrationis filum.* c) immittendis 2. d) prerogans 3. e) voluntatis 3. f) potestatem 1. g) unusquisque 3. h) habebit 3. i) Wratislavia 3. k) Sudomir 2. l) obtinebit 3. m) exterius 2. n) Ad extremum — utilitati provideat *desunt* 3. o) Effecta 2. p) hac *pro* u. d. e. 3. q) h. p. l. s. o. *desunt* 3. r) p. q. *transponit* 3. s) partem 3. t) eorumque *pro* e. v. 3. u) *totum hoc capitulum omittit* 3. v) *argumentum edit. Vars. p.* 152. *deest* 1. 2. 3. w) aliquaneus 2. x) eciam 1. y) *argumentum edit. Ged. deest* 1. 2. 3. z) pueri Boleslai 3. *quia omisit praecedens capitulum.* *) Zechero 3. a) exercicium 2. b) Morium 2. c) abduxerunt 3. d) *argumentum edit. Ged. p.* 83. *deest* 1. 2. 3. e) cum 2.

Quadam vice puer Martis ad gentaculum[a] in silva residens, aprum immanem transeuntem ac densitatem silvae subeuntem vidit, quem statim de mensa surgens, assumpto venabulo subsecutus, sine comite vel cane praesumptuosus invasit. Cumque ferae silvestri propinquasset, et iam ictum in eius gutture vibrare voluisset, ex adverso quidam miles eius occurrit, qui vibratum ictum retinuit, et venabulum ei auferre voluit. Tum[b] vero Boleslavus ira, immo audacia stimulatus, geminum duellum mirabiliter, humanum scilicet et ferinum, singulariter superavit. Nam et illi venabulum abstulit, et aprum occidit. Ille vero miles postea cur hoc fecerit requisitus, se nescivisse quid egerit est professus, et ob hoc tamen est ab eius gratia longo tempore sequestratus. Ille vero puer inde rediit fatigatus, et vix tamen vires[c] obtinuit ventilatus[d].

12. *Bolezlavus ursum interfecit*[e].

Aliud quoque factum eius puerile huic simile non tacebo, quamvis noverim, quia aemulis[f] non per omnia complacebo[g]. Idem[h] puer cum paucis in silva deambulans, in eminentiori loco forte constitit, ac deorsum huc illucque contemplans, ursum ingentem cum ursa colludentem[i] prospexit. Quo viso, statim aliis prohibitis in planitiem descendit, ac solus et intrepidus equo sedens cruentas feras[k] adivit, ursumque contra se conversum brachiis erectis venabulo perforavit. Quod factum satis fuit illic astantibus ammirandum, et non videntibus pro tanta audacia pueri recitandum.

13. *Bolezlavus in hosticum procurrit*[l].

Interea Boleslavus, martialis puer, viribus et aetate crescebat, nec, ut assolet aetas[m] puerilis, luxui vel vanitatibus intendebat[27], sed ubicumque hostes praedas agere sentiebat, illuc impiger cum coaequaevis[n] iuvenibus properabat, et plerumque[o] furtim cum paucis terram hostium introibat, villisque combustis captivos et praedam adducebat. Iam enim ducatum Wratislavensem, puer aetate, senex probitate retinebat, necdum tamen militare[p] gaudium attingebat. Unde quia spes in eo iuvenis bonae indolis pullulabat[q], iamque magnum[r] in eo gloriae signum militaris apparebat omnes eum principes diligebant, quia futurum in eo magnum aliquid perpendebant.

14. *Bolezlavus Pomoranos oppugnat*[s].

Idem vero puerulus, Martis[t] prole progenitus, quadam vice super Pomoraniam equitavit, ubi iam evidentius famam sui nominis propalavit. Namque castrum Mezyrtecze[u. 28] tantis viribus obsedit, tantoque impetu assultavit[v], quod[w] paucis diebus oppidanos[x] deditionem facere coartavit[y]. Ibi quoque[z] dapifer Woyslavus in vertice tale signum audaciae comparavit, quo vix eum extractis ossibus operatio sagax medici liberavit.

15. *Quomodo bellum gesserit in Pomorania*[a].

Inde regressus quieti militum aliquantulum indulsit, eosque statim illuc puer laboriosus reduxit. Qui regionem barbarorum subiugare concupiscens, praedas agere prius vel incendia facere non conatur, sed eorum munitiones vel civitates obtinere vel destruere meditatur[b]. Igitur gressu concito quoddam[b] nobile satis ac[c] forte castrum[d] obsessurus invasit, quod tamen eius primum impetum non evasit, unde praedam multam et captivos egit, bellatores vero sententiae bellicae redegit[e]. Et quo magis[f] amari debuit, eo sibi maiorem invidiam cumulavit et inimicorum insidias ad suum interitum provocavit.

a) genticulum 2. b) Cum 3. c) *deest* 3. d) etc. *addit* 3. e) *argumentum edit. Vars. p.* 156 *deest* 1. 2. 3. f) exaulis 2. g) quamvis noverim — complacebo *desunt* 3. h) namque *addit* 3. i) colludere 2. 3. k) bestias 3. l) *argumentum edit. Vars. p.* 157. *deest* 1. 2. 3. m) estas 2. n) coequanis 2. coevis 3. o) plerum 2. p) militarem 1. 2. q) pullulavit 3. r) *deest* 3. s) *argumentum edit. Vars p.* 158. *deest* 1. 2. 3. t) in artis *non bene* 2. u) Mezsirziecaye 2. medzyrzecz 3. v) i. i. a. *desunt* 3. w) in *addit* 3. x) ad *addit* 3. y) compulit *pro f. c.* 3. z) Ibi quoque *usque ad finem capituli desunt* 3. a) *argumentum edit. Vars p.* 159. *deest* 1. 2. 3. b) *finitum capituli usque ad* meditatur *omittit* 3. b) Aliud quoque *pro* I. g. c. q. 3. c) et 3. d) gradu concito *addit hoc loco* 3. e) redegit 1. f) E. q. m. *usque ad finem capituli desunt* 3.

27) Sall. Iug. 61. S. 28) Międzyrzecz, germanice *Meseritz* in magno ducatu Posnaniensi. S. Aliam sententiam tuitus est Giesebrecht Wendische Gesch. II, 165. K.

16.[a] *Machinationes Zethei*[b].

Interea namque Zetheus multas, ut ferunt, ipsis pueris insidias praetendebat, ac paternum animum ab affectu filiorum multis machinationibus avertebat. In castellis etiam puerorum partibus deputatis aut sui generis aut inferioris, quibus dominarentur, comites vel pristaldos praeponebat, eosque pueris inobedientes existere versuta calliditate commovebat. Ambobus siquidem fratribus infestus insidiator existebat, sed magis tamen Bolezlavum legitimum et acrem animo, post patrem regnaturum, suo infortunio metuebat. Ipsi vero fratres iusiurando se coniunxerant[k] et inter se signum fecerant[l], quod, si Zetheus eorum alteri machinaretur insidias, alter alteri subvenire cum totis viribus suis nullius morae pateretur inducias. Contigit autem, nescio vel calliditate vel rei veritate, ducem Wladislavum Bolezlavo puero mandavisse, se Bohemos in Poloniam introituros[m], praedam facturos ab exploratoribus audivisse, quapropter oporteret eum ad locum citissime determinatum properare, et comites sui ducatus, quos Zetheus praefecerat et in quibus puer nullatenus confidebat, in auxilium advocare. Puer vero paternis iussionibus credulus, ad locum constitutum cum suis collateralibus[n] festinus[o] nichilque dubitans incedebat, sed cum eo tamen comes Woyslavus, cui erat commissus, non pergebat. Unde unus ad alium invicem susurrantes, utpote signum traditionis suspicantes: *Non es*, inquientes, *sine causa periculi, quod pater tuus te praecepit ad locum solitudinis ambulare, et insidiantes vitae tuae Zethei familiares et amicos illuc in auxilium advocare. Scimus enim et certi sumus, quia Zetheus totam progeniem teque*[p] *maxime nititur, ut heredem regni, modis omnibus abolere, solusque totam sub manu sua captam Poloniam retinere, insuper*[q] *etiam Woyslavus comes, cui commissi sumus, qui propinquus est Zetheo, nobiscum procul dubio advenisset, ni*[r] *machinamentum aliquod nobis fieri cognovisset. Unde necesse est, citissime nos consilium aliquod invenire, quo possimus istud periculum nobis imminens praeterire.* His dictis puer Bolezlavus vehementissime metuebat, totusque sudore manantibus affluebat. Accepto itaque convenienti satis consilio, secundum ingenium puerile velocitus ad Zbignevum, ut ad se cum suis quantocitius in auxilium properaret, cum signo constituto transmiserunt, ipsique statim ad urbem Wratislaviensem[s], ne praeoccuparetur ab insidiatoribus aemuli redierunt. Regressus ergo[t] puer Boleslavus, inprimis maiores et seniores civitatis[u], deinde totum populum in concionem advocavit, eisque, quas a Zetheio patiebatur insidias ex ordine sicut puer cum lacrymis enarravit. Illis e contra prae pyetate pueri lacrimantibus, et iram indignationis in Zetheum absentem verbis[v] ignominiosis iactantibus, Zbignevus cum paucis, nondum[w] collecta multitudine, properando[x] adveniens, orationem fratris, ut litteratus et maior aetate, rethorice coloravit, ac[y] populum tumultuantem ad fidelitatem fratris et contrarietatem Zethei luculenta oratione[z] sequenti vehementer animavit: *Ni vestrae fidei*[29], *cives, stabilitas inviolabilis nostris antecessoribus nobisque, licet parvulis, nota fuisset et experta, nequaquam puerilis aetatis imbecillitas, tantis calamitatibus attentata, totque factionibus inimicorum agitata, totam refugii spem in vobis et consilii posuisset. Sed notum constat exteris nationibus et propinquis, vos multa perpessos pro insidiis vitae nostrae*[a] *machinationibus ab hiis, qui successionem nostri generis nituntur penitus abolere, dominorumque naturalium hereditatem ordine praepostero distorquere. Quapropter, quia senio iam confectus genitor noster et infirmitate, sibi nobisque vel patriae minus praevalet praevidere, necessarium est, nos in nostro fretos*[b] *praesidio gaudiis ambitiosorum vel maleficiis interire, vel in exilium fugientes fines Poloniae transilire; unde vestrum dignemini nobis animum aperire, si manere liceat vel de patria nos exire.* Ad haec multitudo tota Wratislaviensium, dolore cordis intrinsecus tacta, paulisper conquievit[c], erumpensque statim in vocem, intentionem mente conceptam unanimiter cum affectu pyetatis aperuit: *Nos quidem*, inquientes, *fidem servare volumus domino nostro naturali, patri vestro, dum vixerit*[d], *nec eius soboli deficiemus, quamdiu nobis status vitalis affuerit. Igitur de nobis nullam diffidentiam habetote, sed exercitu congregato, ad curiam patris armati properate, ibique salva reverentia paterna, vestram iniuriam vindicate.* Quae dum adhuc dicebantur, et iureiurando a civibus firmabantur, Woyslavus

a) *totum hoc capitulum deest* 3. b) *argumentum edit. Vars. p.* 160. *deest* 1. 2. c) coniunxarint 2. d) fecerint 2. e) introsturos 1. f) collateribus 2. g) festinans 3. h) te 2. i) et *omittit* 2. k) in 1. l) *verba infra de Wratislaviensibus dicta* 2. *errore lapsus hoc loco posuit, sed dein linea transversa delevit:* dolore cordis intrinsecus tacta, paulisper conveniti, erumpensque statim. m) igitur 2. n) civitates 1. 2. o) vrbem 1. 2. p) non cum 2. q) properantes 2. r) at 1. 2. s) *ita correximus;* luculentam racionē 1. 2. t) vestre 1. 2. u) freti 1. 2 v) convenit 1. 2. w) vixit 1. 2. *aut sensus et rhythmus vixerit postulant.*

29) Sall. Cat. 20. 8.

comes, qui puerum Bolezlavum nutriebat, de servitio suo veniebat, et quae fiebant ignorabat. Qui suspectus proditionis ob Zethei consanguinitatem est habitus, et civitatem introire rebusque pueri providere prohibitus. Illo autem satisfactionem proferente, se, si quid controversiae contigerit, nescivisse, satisfacere volentem eosque subsequentem nequaquam pueri tunc temporis[a] receperunt, sed obviam patri collecta multitudine processerunt. Igitur dux Wladislavus eiusque filii in loco qui dicitur Zarnowyecz[b] [30], seiunctis filiis a patre, cum exercitibus consederunt, ibique diutius inter se legationibus altercantes, vix tandem[c] consiliis procerum minisque iuvenum Zetheum dimittere senem pueri coegerunt. Aiunt etiam patrem ibi filiis iurasse, nunquam se deinceps eum ad honorem pristinum revocare. Ad castrum itaque sui nominis Zetheo fugiente, ad patrem fratres humiliter inermes et pacifici perrexerunt, eique non ut domini, sed ut milites vel servi suum obsequium pronis mentibus et cervicibus obtulerunt. Sicque pater et filii cunctique proceres couniti, Zetheum fugientem ad castellum quod fecerat cum toto exercitu sunt secuti. Quem dum persequi et extra terram expellere conarentur, ipse dux noctu, cum lectulo suo requiescere putaretur, nemine suorum conscio, cum tribus exceptis familiaribus exercitum latenter exiens[d], ad Zetheum ex altera parte Wyslae fluminis cum navicula transmeavit. Unde cuncti proceres indignati asserebant, quia[e] deserere filios totque principes cum exercitu non est sapientis sed consilium delirantis, statimque facto consilio[f] decreverunt, quatenus Bolezlavus Sudomir[31] et Cracow, sedes regni principales et proximas occuparet, easque fidelitate recepta in dominium possideret, Zbignevus autem contra Mazoviam[g] properaret, et urbem Plocensem illamque plagam contiguam obtineret. Bolezlavus quidem sedes praedictas occupavit et tenuit, Zbignevus vero, praeventus a patre, suum coeptum explicare non potuit. Sed quid tam diu finalem causam Zethei factionis prolongamus? Si labores singulos in dissensione[g'] Zethei describamus, gesta Zethei procul dubio Iugurtino[h] volumini coaequamus. Et ne tamen insulsi vel desidiosi videamur, coeptum iter adhuc aliquantulum gradiamur. Item alio tempore pueri principes et exercitum asciverunt, et contra Plocensem urbem ex altera parte Wyslae fluminis castra militiae posuerunt, ubi etiam Martinus archiepiscopus, senex fidelis, magno labore magnaque cautela iram et discordiam inter patrem et filios mitigavit. Ibi quoque dux Wladislavus, ut aiunt, iureiurando se Zetheum retenturum nunquam amplius confirmavit. Tunc Bolezlavus patri sedes occupatas restituit, nec pater cum filiis pactionem factam obtinuit. Ad extremum interim senem pueri coegerunt, quod[i] Zetheum de Polonia propellendo[i'] suum desiderium impleverunt[31*].

Qualiter autem hoc contigerit vel qualiter de exilio redierit,
prolixum et taediosum est edocere,
sed hoc dixisse sufficiat, quod[k] postea non sibi licuit
ullum dominium exercere.

17. *De propugnaculo Pomoranorum sua sponte destructo*

Hactenus de Zetheo et regina dixisse sufficiat, nunc vero penna temperata de puero Marti[m] dedito coeptae[n] studium intentionis proficiat[o]. Hiis ita peractis, ecce, nunciatum est eis Pomoranos exivisse, eosque contra Zutok[32], regni custodiam et clavem[p], castrum[q] oppositum erexisse. Erat enim castrum novum ita altum et ita proximum christianis, quod ea quae dicebantur et fiebant in Zutok et audiri et videri bene poterant a paganis[r]. Igitur Zbignevus, quum[s] aetate maior erat[t], partemque regni Pomoranis patrique proximam retinebat, cum exercitu patris atque suo[u] contra Pomoranos sine fratre parvulo properavit, minusque tum laudis maior cum multis antecedens, quam frater iunior cum[v] paucis subse-

a) tempus 2. b) Sarnowecz 1. Czarnowyecz *potest quoque legi* 2. c) tantundem 2. d) exre eriens 2. e) quod 1. f) consilio *deest* 1. 2. 3. *sed recte addit Chr. pr. P. p.* 68. g) Morauiam 2. g') dispensiones 1. 2. h) i gurtino 1. Igurtino 2. i) quia 2. i') propellando 1. 2. k) quia 2. l) *argumentum edit. Vars. p.* 168. *deest* 1. 2. 3. m) Marci 2. n) *ita videtur legendum qua ad* intentionis *pertinens; cepto* 1. 2. 3. o) *verba* Hactenus de Zetheo — proficiat *omittit* 3. p) clauum 1. 2. et clauem *dersus* 3. q) *decet* 3. r) Erat enim —. a paganis *desunt* 3. s) quoniam 2. t) *pro* Igitur Zbignevus quum aetate maior erat *habet* Zbignevus autem quoniam nata maior erat 3. u) suo patrisque *pro* patris atque suo 3. v) ē = esthabent *male* 1. 2.

30) ad fluvium Noteć, *Netse*, non Czarników, ut nominis ad flumen Vistulam sita. S. 31*) scil. ipsi pueri. K. 32) Zanthok ad Wartham fluvium, vult Stenzel Chron. princ. Pol. p. 68. nota 1. S. 31) Sandomir, urbs capitalis principatus eiusdem inter Driesen et Landsberg. S.

quens acquisivit. Nam maior illuc properans[a], neque castrum illud novum viriliter assultavit, nec hostes cum tanta multitudine in proelium irritavit, sed timens inde[b] magis quam timendus, ut aiunt[c], ad propria remeavit. At puer Bolezlavus, Martis filius, fratre maiore discedente ut advenit, quamvis nondum cinctus gladio, plus praecipiens quam frater maior tenens gladium ibi fecit.

Nam et pontem[d] invadendo castellanis abstulit,
Et in portam prosequendo suos enses intulit.

Hoc initium militiae Bolezlavi magnae futurae probitatis indicium exstitit christianis, magnumque signum suae destructionis[e], magnum terrorem intulit ipsis etiam Pomoranis. Zbigneo autem cum multitudine venienti[f] nichilque virile facienti insultantes ignaviam ascribebant, Bolezlavum vero cum paucis postea venientem, et audacter suos hostes usque ad portas[g] invadentem, lupi filium appellabant, *Zbigneus*, inquientes, *debet ut clericus ecclesiam gubernare, istum vero decet puerulum, ut apparet, strennuis*[h] *actibus militare.* Sicque iunior frater cum paucis paulatim incedens, plus honoris et laudis acquisivit quam maior, qui cum magno impetu et cum magna multitudine properavit. Videntes ergo[i] pagani puerum, quia paucos habebat, revertentem, metuentes interitum, si cum multis redierit, imminentem, castellum suum quod fecerant ipsimet destruxerunt, cassoque labore securitatis latibula petierunt.

18. *De balteo militari Bolezlavo a patre devictis Pomoranis oblato*[k].

Videns ergo Wladizlavus, quia puer aetate florebat gestisque militaribus praepollebat,
1099. Aug. 15. cunctisque regni sapientibus complacebat, eum[l] accingi gladio in assumptione sanctae Mariae dispposuit, apparatumque magnificum in civitate Plocensi praeparavit[33]. Iam enim aetate et infirmitate continua senescebat, et in illo puero successionis fiduciam expectabat. Dum se cuncti praepararent et ad festum properarent, nuntiatum est Pomoranos Zantok[m] castrum obsedisse, nec audebat[n] quisquam eis de principibus contraire. Igitur invito patre multisque prohibentibus puer Martis illuc irruens de Pomoranis triumphavit, sicque rediens armiger victor, a patre gladio praecinctus, cum ingenti tripudio solempnitatem celebravit. Neque solus illa die balteo militari cinctus fuit, sed ob amorem et honorem filii multis pater coaetaneis arma dedit.

19. *De Plaucis*[34] *devictis*[o].

Bolezlawo itaque[p] milite noviter constituto, in Plaucis Deus revelavit, quanta er eum operari debeat in futuro. Contigit namque noviter eo militari balteo praecincto, Plaucos in unum[q] innumerabiles convenisse, seseque more solito per Poloniam discursuros, in partes[r] seiunctos[s] tres vel quatuor ab invicem remotius, Wyslam fluvium nocturno tempore natavisse. Qui sequentis[t] diei[u] diluculo cursu rapido[v] discurrentes, et praedam innumerabilem capientes, onerati spoliis circa vesperam ultra retro fluvium redierunt, ibique securi ac[w] fatigati nocturnae quietis[x] tuguria posuerunt, sed non ita securi quieverunt, sicut antiquitus consueverunt[y]. Namque[z] Deus, christianorum conservator suaeque vigiliae vindicator, paucorum fidelium audaciam in multorum perniciem paganorum suscitavit, quibus irruentibus dominicae diei in gloria[a] suae potentiae brachio triumphavit. Ex eo tempore Plauci adeo sunt stupefacti, quod regnante Bolezlavo videre Poloniam non sunt ausi.

20. [b] *Prophetia de Bolezlavo*[b].

Contigit quoque quoddam a quodam fieri verbum[c] in militaris consilio cinctionis, quod dignum est inseri nostrae tytulo mentionis. *Domine dux*, inquit ille quidam, *Wladislave, pyus Deus hodie regnum Poloniae visitavit, tuamque senectutem et infirmitatem totamque patriam per hunc hodie factum militem exaltavit. Beata mater, quae talem puerum educavit!*

a) properans 2. b) illic 3. c) u. a. *desunt* 3. d) p̄s 5̄ 3. e) magnum futurae — destructionis *desunt* 3. f) veniente 1. 2, 3. g) portam 3. h) strenuus 1. i) igitur 3. k) *argumentum edit. Vars. p.* 172. *deest* 1, 2, 3. l) eumque 2. m) Zutok 1. 2. n) audiebat 1. 2. o) *argumentum edit. Vars. p.* 173. *deest* 1 2. 3. p) igitur 3. q) convenire *addit erronee* 2. *sed punctis suppositis notavit.* r) parte 1. 2, 3. s) seiunctas 1 t) sequentes 3. u) *deest* 1. 2. v) velocius *addit* 3. w) atque 3. x) quiet 3. y) sreuerunt 1, 2. z) Nam 3. a) dominice diem gloria 2, in gloria diei dominice 3. b) *totum hoc caput omittit* 3. c) $\overline{\text{vm}}$ *codices lineolis duabus superpositis proferunt, quod forsan* proverbium *legi potest, sic enim auctor dicta memoria digna appellat.*

33) De anno vide Cosmam III, 9. et Giesebrecht Wend. Gesch. II, 166. K. 34) i. e. Patzinacis.

Usque modo Polonia fuit ab hostibus conculcata, sed per hunc[a] *puerulum erit ut antiquitus restaurata.* Ad haec verba omnes qui aderant stupuerunt, et ut aiebat pro reverentia ducis innuerunt. Nos tamen non credimus hoc verbum de vanitate processisse, sed prophetiae spiritu advenisse, quia iam in factis eius puerilibus comprobatur, quod Polonia quandoque per eum in statu pristino restauratur.

21. *De morte Wladislavi*[b]

Sed ad praesens se puer aliquantulum[c] a labore reficiat, dum ducem Wladislavum, pyum et mansuetum virum, in pace nostra penna sepeliat. Dux ergo Wladislavus pristinae seditionis reminiscens, quum Zetheum de Polonia profugavit, quamvis aetate debilis et infirmitate fuerit, nullum tamen in curia sua palatinum vel palatini vicarium praefecit, omnia namque per se ipsum vel suo consilio sagaciter ordinabat, vel cuilibet comiti, cuius provinciam visitabat, curiae responsionem et sollicitudinem commendabat. Et sic per se patriam sine palatino comite rexit, donec spiritus eius[d] corporea mole solutus, ad locum debitae mansionis perrexit[e]. Mortuus est ergo dux Wladislavus[f] aetate plenus et[g] infirmitate longa detentus[34], cuius exequias quinque diebus in urbe Plocensi cum capellanis celebrando, Martinus archiepiscopus expectando filios sepelire non est ausus. Advenientes autem ambo fratres adhuc insepulto patre, magnum inter se paene de divisione thezaurorum[h] et regni discidium habuerunt, sed divina gratia inspirante, et[k] archiepiscopo sene[l] fideli mediante, praeceptum viventis in praesentia mortui tenuerunt. Wladislao ergo[m] duce in ecclesia Plocensi honorifice satis ac magnifice tumulato, thezaurorumque patris inter filios[n] regnoque[o] Poloniae vivente patre facta divisione designato, sortem uterque suae divisionis habuit. Bolezlavus tamen legitimus duas sedes regni principales partemque terrae populosiorem obtinuit. Puer autem Bolezlavus adepta parte patrimonii, militibus et consilio confortatus, coepit animi virtutem viresque corporis exercere, coepitque fama simul et aetate iuvenis bonae indolis adolescere[p]. 1102. 34

22. *Bolezlavus expugnavit Albam urbem regiam*[q].

Novus ergo[r] nova bella miles[s] incipit renovare, hostesque suos cogitat acrius et[t] frequentius provocare. Convocata itaque multitudine bellatorum, cum paucis electis penetravit meditullium patriae paganorum. Cumque ad urbem regiam et egregiam Albam[35] nomine pervenisset, neque partem tertiam sui exercitus habuisset, equo descendens, nullum instrumentum expugnandi vel machinamentum adaptavit, sed violenter ac mirabiliter urbem opulentam et populosam die qua venerat expugnavit. Dicunt etiam quidam eum primum invasisse, eumque primum propugnacula conscendisse. Ex quo facto terribilis per nimium extitit Pomoranis, suisque laudabilis et amabilis omnibus christianis. De civitate autem praedam innumerabilem asportavit[u], munitionem vero planiciei coaequavit[v]. 1102.

23. *De nuptiis Bolezlavi*[w].

Sed praetermissis pluribus suo loco retractandis, de nuptiis referamus eiusque donis[x] Bolezlavi magni regis muneribus comparandis. Qualiter hoc autem a Paschali papa secundo concessum fuerit, quod nuptias initas[y] de consanguinitate licuerit, Balduinus[z] Cracoviensis episcopus, ab eodem papa Romae consecratus, fidei ruditatem et patriae necessitatem intimavit, sicque Romanae sedis auctoritas, ut fertur, hoc coniugium[a] misericorditer, non canonice nec usualiter, sed singulariter collaudavit[36]. Nos autem de peccato tractare vel iustitia materiam non habemus, sed res gestas regum ducumque Poloniae sermone tenui recitamus[b]. Octo siquidem diebus ante nuptias totidemque post nuptiarum[c] octavas belliger Bolezlavus 1103. 36

a) istum *pro* per hunc 1. 2. b) *argumentum edit. Vars. p.* 176 *deest* 1. 2. 3. c) Bolezlavus 3. d) *verba a* pristinae seditionis — spiritus eius *desunt* 3. e) eternaliter permansurus *addit* 3. f) autem *pro* e. d. W. 3. g) in *addit* 3. h) divisionem thesaurorum *pro* d. d. t. 1. 2. de divisione thesauro 3. k) in 2. l) et *addit* 3. m) igitur 2. n) l. f. *desunt* 3. o) ac regno 3. p) adolere 1. 2. 3. q) *argumentum cod.* 3. *deest* 1. 2. r) igitur 2. 3. s) miles nova bella *transponit* 3. t) ac 2. *superpositio* et. u) mirabilem apportavit *pro* i. a. 3. v) etc. *addit* 3. w) *argumentum edit. Vars. p.* 180. *deest* 1. 2. 3. x) dictis 3. y) istos 3. z) Balduig 3. a) conviviam 3. b) recitamus 3. c) nupcias 3.

34) Cf. Cosmas III, 16. K. 35) Bialogród, *Belgard* ad Persantam. S. De alia urbe huius nominis ad Lebam vide Barthold I, 433. K. 36) In matrimonium duxit Boleslaus Zbyslavam Russorum gente oriundam. Roepell I, 231. K.

dare munera non quievit, aliis scilicet renones[37] et pelles palliis coopertas et aurifrisiis delimbatas[a], principibus pallia, vasa aurea et argentea, aliis civitates et castella, aliis villas et[b] praedia.

24. *Insidiae Zbignei incitantis hostes*[c].

Interea Zbignevus frater eius, qui vocatus ad nuptias fratris venire refutavit, cum Pomoranis et Bohemis[d] amicitias foederavit, et dum nuptiae fierent, ut ferunt, intrare Poloniam
1103. Bohemos animavit. Qui Bohemi per provinciam Wratislaviensem discurrentes, et praedas captivosque colligentes et incendia facientes, pluribus annis dampnum illi regioni nocuum intulerunt[38]. Quo audito impiger Bolezlavus, licet magis de violata fraternitate quam de regni populatione doluerit, misit tamen legationem fratri, cur hoc sibi fecerit, vel in quibus eum offenderit. Zbignevus contra se tale quid nescivisse respondebat, seque innoxium talis flagitii quibusdam circumlocutionibus asserebat. Cumque Bolezlavus assidue cum hostibus et Bohemis et Pomoranis dimicaret, suaeque divisionis portionem ab invasoribus viriliter expugnaret, Zbignevus fratri suo laboranti nec invitatus auxilium impendebat, insuper etiam cum hostibus fratris occulte foedus et amicitiam coniungebat, et pecuniam illis pro militibus in[e] subsidium transmittebat. Et cum frequenter eum belliger Bolezlavus et legatis et colloquiis conveniret, fraterna karitate commovendo ne familiaritatem et amicitiam cum hostibus paternae hereditatis palam vel clanculo iniret, unde magnum regno Poloniae discidium eveniret, ille e contra sapienter et pacifice respondebat, et sic fratris iram[f] et principum invidiam temperabat. Sed de hoc plenius[g] in alio loco subsequenter disseramus, et interim gestis Bolezlavi militaribus alludamus.

25. *Poloni vastaverunt Moraviam*[h].

Igitur belliger Bolezlavus iniuriae Bohemorum vindicator tres acies militum in Moraviam
1104. transmisit, qui in ipsa ebdomada dominicae[i] resurrectionis euntes, et praedam et incendia
Apr. 17. facientes dignam[k] paene suis factis[l] recompensationem invenerunt, quia tantae solempnitatis reverentiam infregerunt[m]. Nam Swatopolc[n] dux Moraviensis[o] cum acri militum acie persecutus est eos cum redirent, et abstulisset[p] eis praedam, ut aiunt, ni cum ea pedites anteirent. Videntes autem Poloni Moravienses[q] ad bellum praeparatos fiducialiter propinquare, non cogitant in fuga sed in armis suam fiduciam collocare. Igitur utrinque bellum acerrimum inchoatur, quod non sine dampno gravissimo partibus singulis terminatur. In primo namque conflictu Suatopolc[r] dux Moraviensis[s], sicut aper molossis indagatus, scilicet undique curvo dente percutiens, alios perimit, aliis viscera fundit, nec prius gradum figit vel facere dampnum desistit, donec venator anhelus cum alia turba canum suis laborantibus occurrit — sic primum Suatopolc Polonos onustos praeda circumflexo tramite praecidens[t] paene triumphaliter oppressisset, ni militaris acies totis[u] viribus glomerata, iram instantis pariter et audaciam repressisset. Tunc quidem tinnitus[v] de galeis percussis per concava[w] montium condensaque silvarum resonant[x], ignis scintillae de ferro per aera micant, hastae clipeis collisae crepant, pectora scinduntur, manus et cervices corporaque truncata per campum palpitant, ibi campus martialis, ibi fortuna ludit. Ad extremum adeo sunt utrinque fatigati et in dampno peremptorum militum coaequati, quod nec Moravienses[y] laetam victoriam habuerunt, nec Poloni notam infamiae incurrerunt. Ibi quoque Zelislavus comes[z] manum qua[a] clypeo corpus tegebat amisit, quam amissam statim viriliter abscisorem interimens vindicavit. Dux vero Bolezlavus ob honorem sibi pro carnea manum auream restauravit.

26. *Ipse Bolezlavus Moraviam devastat*[b].

Item ipse[b] Moraviam intravit, sed cunctis rusticis audita fama in[c] munitionibus cum praeda receptis, licet Bohemis et Moraviensibus[d] congregatis, incendio maiori quam alio

a) delibutas 3. b) *deest* 3. c) *argumentum edid. Vars. p.* 182. *deest* 1. 2. 3. d) Bobe 2. e) et 3 f) *deest* 3. g) plenarius 1. 2. b) P. v. M. *desunt* 1. 2. i) dominice 3. k) *deest* 3. l) sue pene factam *pro* p. s. f. 3. m) quia — infregerunt *desunt* 3. n) Swacopole 2. Swanthopol 3. o) Moravie 3. p) abstulisse 1. 2. 3. q) Moravos 3. r) Swastopole 2. Swanthopol 3. s) Moravie 3. t) precedens 2. u) totque 3. v) tignitus 1. 2. w) concova 2. cava 3. x) velut *addit* 2. y) Moravi 3. z) *deest* 3. a) contra 3. b) *argumentum edit. Vars. p.* 187. *deest* 1. 2. 3. b) Boleslavus *addit* 3. c) et 1. *deest* 2. d) Moravie 3.

37) Vestis ex pellibus facta. K. Cf. Caesar. bell. Gall. VI, 21. Sallust. fragm. histor. p. 264 ed. Bip. GROTEFEND. 38) Cosmas l. l. K.

dampno ibi facto, tamen inpugnatus remeavit, in quo facto tamen[a] difficultate rei perpensa non parvam gloriam acquisivit. Nam de parte Poloniae Moravia arduitate montium ac densitate silvarum adeo est obstrusa, quod et pacificis viatoribus ac[b] peditibus[c] expeditis periculosa videntur ac per nimium onerosa. Ipsi etiam Moravienses[d] adventum eius longe ante praescientes, non sunt ausi cum eo proelium campestre[e] committere, nec in itineris difficultate saltim[f] insidiis[g] intranti vel exeunti resistere.

27.[h] *Legatus pontificis maximi*[i].

Eo itaque de Moravia satis glorianter redeunte, Romanae sedis legatus, Walo nomine Belvacensis[k] episcopus, Poloniam advenit, qui cum virtute Bolezlavi, zelo iustitiae tantum canonicae districtionis rigorem exercuit, quod duos episcopos ibi nullo vel prece vel pretio subveniente deposuit. Sedis itaque Romanae legato reverenter honorato, concilioque canonice celebrato, missus apostolica data benedictione Romam rediit, belliger vero Bolezlavus hostes suos impugnaturus adiit.

28. *De expeditione in urbem Colobreg*[39] *facta*[l].

Igitur in Glogou exercitu convocato[40], nullum peditem sed milites tantum electos equosque praecipuos duxit secum, nec eundo per deserta die noctuque labori vel esuriei continuis quinque diebus sufficienter indulsit. Sexta die tandem sextaque feria communicati sunt eucharistia, refecti pariter victu corporeo, Cholbreg veniunt ductu sidereo. Praecedenti nocte Bolezlavus officium fieri sanctae Mariae[m] constituit[n], quod postea usu pro devotione retinuit. Die sabbato, aurora lucescente, ad urbem Cholbreg propinquantes, fluviumque proximum sine ponte vel vado, ne praescirentur a paganis, cum periculo transeuntes, agminibus ordinatis, aciebusque retro duabus in subsidio collocatis, ne forte Pomorani hoc[o] praescirent eosque incautos adirent, urbem opulentam divitiis munitamque praesidiis unanimiter invadere concupiscunt. Tunc quidam comes ad Bolezlavum accessit, datoque consilio reticendo cum derisione recessit. At[p] Bolezlavus suos breviter adhortatur, unde quisque satis ad audaciam provocatur. *Ni vestram*, inquit, *milites, expertam probitatem et audaciam habuissem, nequaquam retro antam meorum*[q] *multitudinem dimisissem, nec cum paucis usque ad maritima pervenissem.*

Nunc vero de nostris auxilium non speramus,
Hostes retro, fuga longa, si de fuga cogitamus,
In Deo tantum et in armis iam securi confidamus.

Hiis dictis, ad urbem potius volare quam currere videbantur. Quidam tantum praedam, quidam urbem capere meditantur. Et si cuncti sicut quidam unanimiter invasissent, illa die procul dubio gloriosam Pomoranorum urbem et praecipuam habuissent; sed copia divitiarum praedaque suburbii militum audaciam excecavit, sicque fortuna civitatem suam a Polonis liberavit. Pauci tantum probi milites gloriam divitiis praeferentes, emissis lanceis, pontem extractis gladiis transierunt portamque civitatis intraverunt, sed a civium multitudine coarctati, vix tandem retrocedere sunt coacti. Ipse dux etiam Pomoranus illis advenientibus intus erat, timensque totum exercitum advenire, per aliam portam effugerat. At Bolezlavus impiger, non in uno loco consistebat, sed officium suum probi militis ac strenui ducis exercebat; suis videlicet laborantibus occurrebat, simulque nocitura vel profutura providebat. Interea alii aliam portam et alii aliam invadebant, alii captivos ligabant, alii marinas divitias colligebant, alii pueros et puellas educebant. Igitur Bolezlavus milites suos, quamvis tota die fatigatos assultando, vix tandem eos circa vesperem revocare potuit commorando. Militibus itaque revocatis ac suburbio spoliato, recessit inde Bolezlavus magni Michaelis consilio extra muros, omni prius aedificio concremato. Ex quo facto natio tota barbarorum concussa vehementer exhorruit, famaque Bolezlavi longe lateque dilatata procrebuit. Unde etiam in

1107.

a) cum 2. in 3. b) et 3. c) pedibus 1. 2. d) Moravi 3. e) prelio campestri 1. 2. f) d. s. *desunt* 3. g) saltem *addit* 3. h) *quae inde sequuntur capitula usque ad cap. XXXIV desunt* 3. i) *argumentum edit. Vars. p.* 188. *deest* 1. 2. k) Belnacensis 2. l) *argumentum edit. Vars. p.* 189. *deest* 1. 2. m) sancte Marie fieri *pro* f. s. M. 2. n) instituit 2. o) hoc Pomorani *pro* P. h. 2. p) Ad 1. 2. q) *deest* 2.

39) Kołobrzeg, *Kolberg*, in Pomerania ad mare Balticum situm. S. 40) De sequenti auctoris chronologia cf. Giesebrecht Wend. Gesch. II. 167. n. 1. K.

1107. proverbium cantilena componitur, ubi satis illa probitas et audacia convenienter extollitur in haec verba:

Pisces salsos et foetentes apportabant alii,
Palpitantes et recentes nunc apportant filii.
Civitates invadebant patres nostri primitus,
Hii procellas non verentur neque maris sonitus.
Agitabant patres nostri cervos, apros, capreas,
Hii venantur monstra maris et opes aequoreas.

29. *De nova in Pomoranos expeditione et colloquio cum Collomano habito* [a].

Labore tanto militibus ex itinere fatigatis, et iam aliquantula quiete concessa recreatis, ad expeditionem Bolezlavus cohortes iterum revocavit, et Pomoranos ad bellum denuo pro-
41 vocavit. Huius vero expeditionis Swatobor eius consanguineus [41] causam excitavit, cuius progenies nunquam fidelitatem Polonis dominis observavit. Erat enim ipse Swatobor [b] in Pomorania carceratus, et a quibusdam a regno suo traditoribus subplantatus. Impiger enim Bolezlavus suum cupiens consanguineum liberare, terram Pomoranorum meditatur totis viribus expugnare. Sed Pomorani metuentes audaciam Bolezlavi, callidum consilium inierunt, namque sibi consanguineum reddiderunt [c], et sic eius iram et impetum intollerandum evase-
1107. runt. Inde rediens Bolezlavus cum rege Ungarorum Colomanno, super reges universos suo tempore degentes litterali scientia erudito, diem et locum colloquii collocavit, ad quem rex Ungarorum venire, timens insidias, dubitavit. Erat enim Almus, Ungarorum dux, tunc temporis de Ungaria profugatus [42], et a duce Bolezlavo [d] hospitalitatis gratia sustentatus. Postea tamen aliis inter se legationibus transmandatis, insimul convenerunt, et invicem discesserunt, perpetuis fraternitatibus et amicitiis confirmatis.

30. *De expeditione Scarbimiri in Pomoranos* [e].

Interea Scarbimirus comes Poloniae palatinus cum suis commilitonibus Pomoraniam introivit, ubi non parvam gloriam Polonis acquisivit, hostibusque suis dampnum et contumeliam dereliquit. Qui [f] castellorum vel civitatum nominari voluit expugnator, quam villarum multarum scilicet vel armentorum depraedator. Igitur audaci [g] violentia unum castellum expugnavit, unde quibusdam vero captivatis eductaque praeda, totum radicitus concremavit.

31. *Bitom castrum expugnatum* [h].

43 Alia vice similiter aliud castrum nomine Bitom [43] expugnavit, unde non minus laudis et utilitatis quam ex alio reportavit. Nam inde praedam multam et captivos expulit, et locum illum [i] ad instar desolationis retulit. Sed hoc non ideo de Scarbimiro recitamus, ut eum in aliquo suo domino conferamus, sed ut veritatem hystoriae teneamus.

32. *Foedus cum Zbigneo initum et subsequens traditio* [k].

Belliger itaque Bolezlavus, postquam de colloquio Ungarorum est reversus, cum Zbigneo fratre suo colloquium aliud ordinavit, ubi simul ambo fratres in haec verba alter alteri coniuravit, quod alteri coniuravit, quod alter scilicet non sine altero de pace vel bello cum hostibus conveniret, nec ullum foedus alter sine altero cum aliquibus communiret, et quod alter alteri super hostes et in omnibus necessariis subveniret. Hiis itaque confirmatis, sub eodem iuramento diem et locum ubi cum exercitibus convenirent indixerunt, et sic a colloquio discesserunt. Inpiger autem Bolezlavus cum paucis ad locum venire determinatum in die nominato, fidem servaturus, festinavit, Zbignevus vero, non solum fidem et iusiurandum non veniendo violavit, verum etiam fratris exercitum ad se declinantem ab itinere revocavit. Unde paene regno Poloniae tale debuit dampnum et dedecus evenire, quod nec Zbignevus

a) *argumentum edit. Vars. p.* 193. *deest* 1. 2. b) Swantobor 2. c) redderunt 2. d) ad ducem Bolezlavum 1. 2. e) *argumentum edit. Vars. p.* 194. *deest* 1. 2. f) Quod 1. g) audaci 1. 2. h) *argumentum edit. Vars. p.* 195. *deest* 1. 2. i) eum 2. k) *argumentum edit. Vars. p.* 196. *deest* 1. 2.

41) Barthold Gesch. v. Rügen u. Pommern I, 436. K. Glogów, *Glogau*. S. Ex Giesebrechti sententia I, 170. Bütow in Pomerania. K.
42) Almus, filius Lamberti, frater patruelis Colomanni I regis. K. 43) Bytom, *Beuthen*, prope

potuisset nec alius postea subvenire. Nunc, qualiter Deo iuvante Bolezlavus illud periculum evitaverit, subsequens statim pagina propalabit. 1107.

33[a]. *Bolezlavus in Pomoranorum insidias cadit*[b].

Sorte quidam nobilis in confinio terrae ecclesiam construxit, ad cuius consecrationem Bolezlavum ducem adhuc satis puerum cum suis iuvenibus invitavit. Expleta est itaque consecratio spiritalis, et subsequenter adhibita desponsatio maritalis. Sed utrum Deo displicuerit cum divinis nuptiis carnales celebrari, facile potest per discrimina quae saepius inde contingunt comprobari; saepe namque cernimus, ubi simul ecclesiae consecratio ac nuptialis desponsatio fiunt, seditiones et homicidia comitari, unde constat, quia nec bonum est nec honestum talem consuetudinem imitari. Nec istud dicimus tamen, ut nuptias condempnemus, sed ut singula suis locis suisque temporibus reservemus. Cuius rei manifestum indicium in consecratione Rudensis ecclesiae[44] Deus omnipotens revelavit, nam et homicidium ibi, et unum de ministris ad insaniam redactum constat evenisse, et ipsos etiam desponsatos infelici connubio, sicut notum est, convenisse, nec anniversarium desponsationis implevisse. Sed de miraculis sileamus, nostramque materiam teneamus. Igitur belliger Bolezlavus, convivio vel potationi militiam vel venationem[c] anteponens, senioribus cum tota multitudine in convivio derelictis, paucis comitantibus silvas venaturus adivit, sed contrarius[d] venatoribus obviavit. Pomorani namque per Poloniam discurrentes, praedas et captivos agebant et incendia faciebant. At Bolezlavus belliger, sicut leo caudae stimulis, iracundia concitatus, nec principes nec exercitum expectavit, sed sicut leaena[e] raptis catulis sitibunda sanguinis depraedatores eorum, et cursores in ore[e*] gladii momentaneo dissipavit. Cumque magis eos magisque persequi et patriae dampnum ulcisci niteretur, incidit inscius in insidias, ubi dampnum irrecuperabile patietur. Ipse tamen, licet paucos, 80 scilicet inter pueros et iuvenes, habuisset, illi vero tria milia, non fugam petivit[f], nec tantam multitudinem dubitavit[g], sed prima vice cum sua parva acie tantam hostium congeriem penetravit. Mira dicturus sum multisque forsitan incredibilia, utrum praesumptioni vel audaciae nescio si fuerint asscribenda; cum suos paene perdidisset, aliis interemptis, aliis dispersis, se quinto solummodo remansisset, hostes confertissimos vice secunda transforavit, cumque ternario regirare[h] voluisset, quidam de suis, viscera equi sui per terram cadere cernens, exclamavit: *Noli*, inquit, *domine, noli iterum proelium introire! Parce tibi, parce patriae, equum ascende meum, melius est hic me mori, quam te ipsum Poloniae salutem interire.* Hoc audito, vix, equo cadente, consilio militis acquievit, et sic tandem aliquantulum a campo certaminis declinavit. Videnque se multum attenuatum, nec Scarbimirum, militiae principem, residuis interesse, iam recuperare victoriam desperavit. Erat enim Scarbimirus seorsum alibi gravi vulnere sauciatus, et quod nec siccis oculis est dicendum, dextro lumine mutilatus. Illi autem qui in convivio residebant, audito quod contigerat, exurgentes, subsidio suis laborantibus properabant. Advenientes vero Bolezlavum invenerunt cum paucis admodum 30, non tamen de loco certaminis fugientem, sed paulatim hostium fugientium vestigia subsequentem. Sed nec hostes subsistendo pugnandi copiam dabant, nec nostri fatigati eos amplius infestabant. Erant enim pagani de tanta audacia iuvenis stupefacti, quod plus laudabant eum tam parva manu talia[i] praesumpsisse sicque mordaciter institisse, quam se ipsos tanto mortis dispendio tristem victoriam habuisse, *Quis*, inquientes, *puer iste erit, si enim diu vixerit? et si plures secum habuerit, quis ei bello resistere poterit?* Sicque pagani de dampno praesenti conquerentes, simulque timore prohibitatis expertae murmurantes, plus honerati tristitia quam praeda, redierunt. De suis vero Bolezlavo sequenti die plurimi solatio iam magis[k] quam auxilio occurrerunt. Advenientes autem illuc proceres dolorem de dampno tantae nobilitatis habuerunt, et Bolezlavum de audacia tantae praesumptionis reverenter increpuerunt. Filius vero Martis Bolezlavus non solum aurem correctoribus non adhibuit, nec se talia praesumpsisse poenituit, sed per eos se iuvandum et de hostibus vindicandum sub testatione fidelitatis ammonuit Ibi vero Bolezlavus tot ictus super loricam habuit et galeam lanceis gladiisque sustinuit, quod caro eius

a) *inscriptionem hanc rubrica pictam statii* 1. *deest* 2. b) *argumentum edit. Vars. p.* 197. *deest* 1. 2. c) venacioni 1. d) contrarium 3. e) leaena 1. e*) more *codd.* f) peciunt 1. 2. g) dubitant 1. 2. h) *ita rectius Chron. princ. Polon. Slenzel I,* 73. regnare 1. 2. i) talia *bis repetunt* 1. 2. k) *deest* 2.

44) Ruda, ad Wartam prope Sieradz in regno Poloniae. S.

1107. trita multis diebus testimonium laesionis exhibuit. Inde quoque de sua iuventute minus[a] aliquantulum tam glorianter peremptа condoluit, quia tantam stragem hostium sibi pro lucro proposuit. Etenim pro uno de peremptis vel sauciatis Bolezlavi, de Pomoranis poterant plures mortui computari.

34. *Bolezlavus Bohemos profugavit et Pomoranos subiugavit*[a'].

Hoc eventu Bolezlavus cum eodem exercitu de Pomoranis se vindicare disposuit, iamque coepta via, Bohemos in Poloniam exire fama praecurrens innotuit. Tum vero Bolezlavus in dubio magno pependit, utrum prius de recenti contumelia se debeat[b] vindicare, an ab invasoribus suam patriam liberare. Tandem sicut Machabeorum imitator, diviso exercitu, et patriae defensor extitit et iniuriae vindicator. Nam partem exercitus in Pomoraniam delegavit, quae depraedando et[c] comburendo satis eos turpiter conculcavit; ipse vero cum expeditis militibus Bohemis obviam properavit, eosque de silvis exituros diutius expectavit, sed eos audita fama Bolezlavi timor animi revocavit.

35. *Zbigneus fovet contra fratrem animum inimicum*[d].

Non solum autem exterorum discordia vel bellum hostium Bolezlavum aggravabat, verum etiam seditio civilis, ymmo fraterna invidia modis omnibus infestabat. Eo[44'] namque bello superiori aliquantulum inclinato plus gaudebat Zbignevus, quam eo victoria multotiens exaltato. Cuius rei manifestum indicium apparebat, cum a paganis de victoria pro signo munuscula capiebat, et legatis magna pro parvis munera rependebat. Et si Poloniam depraedantes de sorte Bolezlavi captivos adducebant, statim eos venundandos ad barbarorum insulas transportabant; si quid vero, vel praedam vel homines, ignoranter de parte Zbignevi capiebant, illud sine pretio vel dilatione remittebant. Unde cuncti Poloniae sapientes indignati, ad odium Zbignevi ex amicitia sunt redacti, sic ad invicem inquientes, de tali consilium capientes: *Usque modo patriae nostrae discidium et*[e] *detrimentum vel negligentes vel*[f] *dissimulantes per nimium sustinuimus patienter, nunc*[g] *vero hostes latentes manifestos, et insidias occultas detectas cernimus evidenter. Scimus enim et certi sumus, quia frequenter Zbignevus Bolezlavo nobis praesentibus hoc*[h] *iuravit, unde*[i] *non semel vel tertio, sed*[k] *multotiens peieravit. Quoniam nec*[l] *cum amicis fratris amicitiam retinebat, nec cum inimicis inimicitiam*[m] *exercebat, ymmo per contrarium hostium fratris amicus et amicorum inimicus existebat. Nec*[n] *vero solum fidem promissam violare, vel iuratum auxilium non praestare, verum etiam, si fratrem ire super hostes sentiebat, ex altera parte Poloniam intrare hostes alios incitabat, et sic eum a*[o] *proposito revocabat.* Qui satis puerile consilium et nociturum audiebat, cum propter[p] paucorum odium totam patriam offendebat, ac[q] paternam[r] hereditatem conculcandam hostibus[s] exponebat. Et quoniam Zbignevus malo consilio subgerente neque fidem fratri neque iusiurandum observabat, nec honorem patriae nec paternam hereditatem defendebat, neque[t] dampnum vel detrimentum imminens perpendebat, heu! cecidit inde gravius unde voluit[u'] exaltari, et unde[u] non poterit amplius a suis male consultoribus[v] relevari. Unde posteri sibi caveant vel praesentes, ne sint in regno pares socii dissidentes[w].

36. *De Zbignevi hostilitate eruptа*[x].

Bolezlavus autem haec omnia soli Domino commendabat, iniuriamque fraternam adhuc[y] aequanimiter tollerabat, semperque laboriosus Poloniam, sicut leo rugiens, metuendus circum
45 ibat[z]. Cui forte fuit interim nunciatum Kosle[45] castrum in confinio Bohemorum a se ipso, tamen non ab hostibus, concrematum. Qui reputans, aliquem per traditionem hoc fecisse, dubitansque Bohemos ad illud muniendum properare, illuc statim cum paucissimis transvolavit, ibique laborem propriis manibus inchoavit. Iam enim tantum tamque[a] diu huc illucque cursitando[b] suos ita fatigatos reddiderat, quod tam subito revocare iniuriosum visum erat. Tamen et suos ad auxilium advocavit, et fratrem per nuntios satis ydoneos invitavit,

a) nimis 2. a') *inscriptionem hanc quae deest* 1. 2. *sistit* 3. b) continuo *addit* 3. c) *deest* 2. 3. d) *argumentum edit. Vars. p.* 203. *deest* 1. 2. 3. e) vel 3. f) et 3. g) sic 3. h) hac 3. i) verum 2. k) vel 3. l) et sic 3. m) inimicicias 3. n) et 1. 2. ideo 3. o) *deest* 3. p) per 3. q) hac 1. hanc 3. r) paternas 1. s) hostium 2. t) nec 2. t') noluit *codd.* u) verum 2. v) ultoribus 3. w) dilidentes 3. x) *argumentum edit. Vars. p.* 206. *deest* 1. 2. 3. y) ad hoc 3. z) circuibat 2. 3. a) tandem 3. b) cursitans 3.

44') scil. Boleslavo. K. 45) *Cosel*, Kozły, ad Viadrum. Cf. Stenzel SS. rer. Siles. I, 74. n. 4.

eique verba subsequentia delegavit: *Quoniam quidem, frater,* inquit, *cum sis maior aetate* 1107.
parque beneficio regnique[a] *divisione, me solum iuniorem laborem totum subire permittis, nec te de bellis vel regni consiliis intromittis, aut totam regni curam ac*[b] *sollicitudinem, sicut*[c] *maior esse vis, obtineas*[d]*, aut legitimo michi, licet aetate minori, onus terrae sufferenti totumque*[e] *laborem patienti*[f]*, si non prosis, saltem non noceas. Quodsi curam istam susceperis, et in vera fraternitate*[g] *persisteris, quocumque me pro communi consilio vel utilitate regni vocaveris, me promtum ibi cooperatorem habueris*[h]*. Aut si forte quiete vivere quam laborem tantum subire*[i] *malueris, mihi totum committe, et sic Deo propitio tutus eris.* Ad haec Zbignevus convenientem nequaquam responsionem remandavit, sed[k] legatos paene vinculis et carceri[l] mancipavit. Iam enim totum suum exercitum fratrem invasurus collegerat, simulque Pomoranos ac Bohemos ad eum de Polonia propellendum[m] adsciverat[n]. At Bolezlavus castro munito, horum inscius in loco vocabulo Lapide[o. 46] residebat, ibique iacens more solito vicinius et rumores et 46
legationes audiebat, ac[p] velocius ex inproviso suis hostibus occurrebat. Legati tandem vix amicorum subsidio liberati, ad Bolezlavum nuntiantes quae viderunt et audierunt sunt reversi. Quo audito, Bolezlavus an resistat, an desistat diu dubitans[q] haesitavit, sed reversus ad cor suum, quanto citius[r] suum exercitum aggregavit, et ad regem Ruthenorum Ungarorumque[s] pro auxilio delegavit. Sed si per se vel[t] per ipsos nichil agere potuisset, ipsum regnum et spem regni expectando perdidisset[u].

37. *Foedus cum Bohemis ictum et fuga Zbignevi*[v].

Igitur belliger Bolezlavus tribus exercitibus circumdatus, quos primus expectet vel in quos irruat, meditatur, sicut leo vel aper Molossis canibus indagatus, latratibus canum tubisque venatorum ad iracundiam provocatur. Sed omnes tamen Bolezlavum metuebant, quod eo stante medio, ad locum terminatum convenire non audebant. Interim autem Zbignevi litterae captae cum nuntiis[w] sunt allatae, quibus multae traditiones et insidiae sunt prolatae. Quibus lectis, quibusque[x] sapiens admiratur, totusque populus pro periculo lamentatur. Ad extremum vero Bolezlavus sapienter satis ac[y] convenienter pro tempore pacem cum Bohemis foederavit, ac exercitu concitato Zbignevum[z] eliminare disposuit. Zbignevus vero non fratris adventum, eadem facturus, vel bellum commissurus exspectavit[*], nec castris securus nec civitatibus retardavit, sed fugiens velut cervus Wyslam fluvium transnatavit.

38. *Zbignevus rediit in gratiam fratris*[a].

At Bolezlavus festinanter Kalis[b. 47] adveniens, ibi quosdam fideles Zbignevi sibi resisten- 47
tes inveniens, paucis diebus et illud castrum obtinuit, et accepta legatione, suum comitem in Gnezdensi[c] civitate constituit. Inde progrediens in Spicimir[d. 48], senem fidelem[49] inclusit[e], quem audita fama suae sedis redditae vix exclusit, quo secum assumpto[f] ad Lucic[g. 50] sedem translatam properavit, ibique[h] vetus castellum contra Mazoviam reparavit. Tunc[i] primum Ruthenorum auxilium et Ungarorum commeavit. Tum[k] vero Zbignevus in desperationem est redactus, ac Iaroslawo[l] duce[m] Rutheno simulque Balduino Cracoviensi episcopo mediantibus, ante fratrem satisfacturus et obediturus est adductus. Tunc primum inferiorem se fratre reputavit, tunc iterum se nunquam fratri fore contrarium, sed in cunctis obediturum, et castrum Galli[51] destructurum coram omnibus abiuravit. Tunc a fratre Mazoviam retinere 51
sicut miles, non ut dominus impetravit. Pacificatis itaque fratribus, Ruthenorum exercitus et Ungarorum ad propria remeavit, Bolezlavus vero per Poloniam, quocumque sibi placuit, ambulavit[n].

a) regni 3. b) aut 2. 3. c) sic 3. d) *deest* 3. e) totum 3. f) obtinere 3. g) caritate 3. h) obtibebis 3. i) suscipere 3. k) *deest* 2. l) carcere 2. m) propellandum 2. n) acciverat 3. o) lapis 3. p) et 3. q) dubiccionis 3. r) quantocius *pro* q. c. 3. s) Ungarorum 3. t) vi 4. u) etc. *addit* 3. v) *argumentum edit. Vars. p.* 210. *deest* 1. 2. 3. w) micis 2. x) quilibet qui 2. quisque 3. y) et 3. z) *deest* 1. 2. *) *ita Chron. princ. Pol. p.* 75. ex 1. 2. extra *iam reiecit edit. Vars. qua superfluum.* a) *argumentum cod.* 3 *deest* 1. 2. b) *ita Chron. princ. Pol. p.* 75. satis 1. 2. 3. c) Gnesnensi 3 d) Spicimir 3. e) conclusit 3. f) assumpsit 1. 2. g) lucis 3. h) ubique 2. i) Tum 1. 2. k) Tunc 3.l) Yaroslamo 1. acuroslao 3. m) duci 3. n) etc. *addit* 3.

46) Kamin, *Cammin*, in Prussia occidentali. S. An Kamenz? K. 47) Kaliaz. S. 48) prope Uniejow in regno Poloniae, ad Wartam. S. 49) Kownacki Martinum archiep. Gnezn. existimat fuisse, quem auctor saepe senem fidelem appellat. S. 50) Lęczyca, urbs capitalis ducatus eiusdem nominis. S. 51) hodiernum *Gollin* ad fl. Warta, prope Konin in regno Poloniae. S.

39. *Zbignevi perfidia erga fratrem*[a].

1107. 1108. Kursus yemali tempore Pomoraniam invasuri Poloni congregantur, ut facilius munitiones congelatis palludibus capiantur. Tunc quoque Bolezlavus Zbignevi perfidiam est expertus, quia in hiis[b] omnibus periurus manifeste quae iuraverat est repertus. Qui prope[c] castrum, quod[d] Gallus[e] fecerat, non destruxit, nec in fratris auxilium invitatus, unam solam aciem vel[f] instruxit. Dux vero septentrionalis[g] conturbatus aliquantulum ex hac arte, suum tamen non dimisit[h] propositum, cor habens in Domino, non in fratre[i]. Igitur sicut draco flammivomus solo[k] flatu vicina comburrens, non combusta[l] flexa cauda percutiens, terras transvolat nociturus, sic Bolezlavus Pomoraniam impetit, ferro[m] rebelles, igne munitiones destructurus. Sed quid eundo per[n] terram vel transeundo egerit[o] obmittamus, sed in medio terrae civitatem Albam obsidendam[p] adeamus. Adveniens itaque Bolezlavus ad urbem, quae quasi centrum terrae[q] medium[r] reputatur, castra ponit, instrumenta parat, quibus levius[s] et minori periculo capiatur. Quibus partibus assidue armis et ingeniis laboravit, quod paucis diebus urbem cives reddere coartavit. Qua recepta, suos ibi milites collocavit, signoque dato, motisque castris, ad maritima properavit. Cumque iam ad urbem Cholbreg[t] declinaret, et castrum mari proximum expugnare[u] priusquam ad urbem accederet[v] cogitaret, ecce, cives et oppidanos[w] pronis cervicibus obviam Bolezlavo procedentes, semet ipsos et fidem et servitium proferentes Ipse quoque dux Pomoranorum adveniens Bolezlavo inclinavit, eiusque, residens equo, se[x] servitio et militiae deputavit[z]. Quinque enim Bolezlavus[y] ebdomadis expectando bellum vel quaerendo per Pomoraniam equitavit, ac totum paene regnum illud sine proelio subiugavit. Talibus ergo Bolezlavus praeconiorum tytulis est laudandus, talibusque bellorum ac[z] victoriarum triumphis coronandus.

40. *Filius nascitur*[a].

Sed cum isto gaudio de victoria triumphali exortum est maius gaudium, orto sibi filio [52] progenie de regali[52]. Puer autem aetate crescat, probitate proficiat, probis moribus augeatur, de patre autem nobis[a] sufficiat, si coepta materia teneatur.

41. *Zbignevus victus iterum*[b].

Videns igitur[c] Bolezlavus, quod frater in omnibus et[d] promissis et iuramentis[e] fidei nullius[f] existebat, et quoniam[g] toti terrae noxius et obnoxius existebat, eum de toto regno Poloniae profugavit, sibique[h] resistentes et castellum[i] in terrae[k] confinio defendentes cum auxilio Ruthenorum et Ungarorum expugnavit. Sicque dominium Zbignevi malis consiliariis est finitum, totumque regnum Poloniae sub Bolezlavi dominio counitum. Et cum ista brumali tempore peregisse multis sufficeret ad laborem, Bolezlavus tamen nihil grave reputat, ubi regni proficuum augmentari noverit vel honorem.

42. *Saxones navigio venerunt in Prussiam*[l].

Igitur in Prusiam, terram satis barbaram, est ingressus, unde cum praeda multa, factis incendiis pluribusque[m] captivis, quaerens bellum nec inveniens est reversus. Sed cum[n] forte contigerit regionem istam in mentionem[o] incidisse, non est inconveniens aliquid ex relatione maiorum addidisse[p]. Tempore namque Karoli Magni, Francorum regis, cum Saxonia sibi rebellis existeret, nec dominationis iugum nec fidei christianae susciperet, populus iste cum navibus de Saxonia transmeavit, et regionem istam et regionis[q] nomen occupavit. Adhuc ita sine rege, sine lege persistunt, nec a prima perfidia vel[r] ferocitate desistunt. Terra enim illa lacubus[s] et palludibus est adeo communita[t], quod non esset vel castellis vel civitatibus

a) *argumentum cod.* 3. *deest* 1. 2. b) Zbigneuus namque in *pro* q. i. b. 3. c) *deest* 3. d) *pronomen hoc superpositum conspicitur* 2. e) Callus 1. 2. f) non 3. g) septemconalis 3. h) habens *pro* t. n. d. 3. i) inferre *pro* i. f. 1. k) suo 3. l) combuste 3. m) fratre 2. n) *deest* 2. o) redeunde fecerit *pro* t. e. 3. p) condendo 3. q) et 3. r) medio 3. s) leviori 3. t) Gologum 3. u) expugnaret 3. u') accedere *codd.* v) oppidani 3. w) *deest* 1. 2. x) debutauit 1. y) B. e. *transponit* 2. 3. z) et 3. a') *argumentum edit. Vars. p.* 217. *deest* 1. 2. 3. a) *deest* 3. b) *argumentum edit. Vars. p.* 218. *deest* 1. 2. 3. c) autem 3. d) moribus *pro* i. o. e. 3. e) iuratis 3. f) nullus 3. g) quod 3. h) sibi 3. i) castrum 3. k) intraro *pro* i. t. 1. *deest* 3. l) *argumentum cod.* 3. *deest* 1. 2. m) pluribus 3. n) tamen 3. o) mencionem regionem istam in memoriam *pro* r. i. i. m. 3. p) addisse 3. q) regione 2. r) nec 2. s) lacis 1. satis 2. t) counita 2. u) *deest* 3.

52) Wladislaus II. K.

sic munita, unde non potuit adhuc[a] ab aliquo subiugari, quia nullus valuit[b] cum exercitu tot lacubus[c] et palludibus transportari.

43. *Miraculum de Pomoranis*[d].

Nunc autem Pruzos[e] cum brutis animalibus relinquamus, et[f] quandam relationem relationis capacibus[g], ymmo Dei miraculum referamus. Contigit forte[h] Pomoranos de Pomorania prosilisse, eosque more[i] solito praedam capturos[k] per Poloniam discurrisse. Quibus dispersis et discurrentibus per diversa, cunctisque mala facientibus et perversa, quidam[l] tamen eorum ad maiora scelera proruperunt, qui metropolitanum ipsum et sanctam ecclesiam invaserunt. Igitur Martinus archiepiscopus Gneznensis, senex fidelis, Spicimir[m] in ecclesia sua confessionem cum sacerdote missam auditurus faciebat, suamque viam insellatis[n] iam equis alias iturus disponebat. Sicque procul dubio simul omnes ibidem aut[o] fuissent iugulati, aut pariter dominus sicut servus captivitatis[p] vinculis mancipati, nisi quidam de ministris foris astantibus, armis eorum recognitis ad ecclesiae ianuam properaret, iamque praesentes adesse Pomoranos exclamaret[q]. Tum[r] vero praesul, sacerdos, archidiaconus tremefacti, de vita temporali iam desperare sunt coacti, quid consilii caperent[s], vel quid agerent[t], vel[u] quo fugerent[v]. Arma nulla, clientes pauci, hostes in ianuis, et quod periculosius videbatur, ecclesia lignea ad comburrendum eos paratior habebatur. Tandem archidiaconus per hostium exiens, per solarium coopertum ad equos ire volebat, et sic evadere se putabat. Sed salutem deserens et salutem quaerens, a salute deviavit, quia[w] Pomoranis illuc irruentibus obviavit. Quo capto, pagani putantes archiepiscopum esse, gavisi sunt vehementer, quem positum in veliculo non ligant, non verberant[x], sed custodiunt, venerantur[y]. Interim autem archiepiscopus Deo se votis et precibus commendavit, seque crucis sacro signaculo consignavit[z], nec, ubi[a] iuvenis dubitaret, illuc scandere senex tremulus dubitavit[b]. Mirabile dictu, vires, quas aetas senilis[b] denegavit, periculum mortis timorque subitaneus ministravit. Presbiter vero[c] sicut erat paratus, se post altarium reclinavit, et sic uterque praesul et sacerdos Deo iuvante manus hostium evitavit. Nam paganos in ecclesiam irrumpentes ita maiestas divina excecavit, quod nullus eorum vel sursus ascendere vel post altare respicere ad memoriam revocavit. Qui tamen archiepiscopi altaria viatica[d] ecclesiaeque reliquias abstulerunt, statimque cum eis et cum archidiacono quem ceperunt abierunt[e]. Sed Deus omnipotens sicut[f] praesulem, sacerdotem et ecclesiam liberavit, sic reliquias postea totumque sanctuarium incontaminatum et inviolatum archiepiscopo restauravit. Quicumque enim paganorum reliquias vel sacras[g] vestes vel vasa sanctuarii possidebat, vel caducus eum morbus vel insania terribilis agitabat; unde Dei magnificentia tremefacti, captivo archidiacono[h] cuncta reddere sunt coacti. Ipse quoque sanus et incolumis archidiaconus de Pomorania remeavit, sicque suis omnibus restauratis[i], archiepiscopus Deum mirabilem in hiis[k] operibus collaudavit. Ex ea die Pomorani paulatim incipiunt annullari[l], nec ita sunt ausi postea per Poloniam evagari[m].

44.[n] *Pomoranorum baptisatio*[o].

Igitur impiger Bolezlavus iterum Pomoraniam est ingressus, et castellum obsessurus 1108.
Carnkou[53] magnis viribus est aggressus; machinis diversi generis praeparatis, turribusque[p] 53
castellana munitione praeeminentioribus elevatis, armis tamdiu ac[p] instrumentis oppidum impugnavit, donec illud facta deditione suo dominio mancipavit. Insuper etiam ad fidem multos ab infidelitate revocavit, ipsumque dominum castelli de fonte baptismatis elevavit. Audientes autem hoc pagani ipseque dominus paganorum, sic facile videlicet corruisse contumaciam[q] Charncorum, ipse dux Bolezlawo primus omnium inclinavit, sed eorum neuter longo tempore confidelitatem observavit. Nam postea baptizatus ille Bolezlavi filius spiritalis traditiones fecit multimodas, dignas sententiae capitalis. Sed ista suo loco recitanda praesentialiter

a) *deest* 3. b) potuit 3. c) lacis 1. 2. d) *argumentum cod.* 3. *deest* 1. 2. e) prusos 3. f) *deest* 3. g) capacem 3. h) namque 3. i) *deest* 3. k) captivos 2. l) quibus 1. 2. 3. m) Spicimir 2. 3. n) insellatis 2 o) pariter 3. p) fuissent *addit* 3. q) *deest* 3. r) Tunc 3. s) capereotur 1. 2. t) agerentur 1. 2. u) aut 3. v) fugerentur 1. 2. w) sed 3. x) carcerant 3. y) c. v. *desunt* 3. z) asignavit 3. a) enim 1. 2. ibi 3. b) dubitaverit 1. 2. b) semel 3. c) postquam id *pro* P. v. 3. d) vitica 3. e) adierant 3. e') *ita corrigo* P. sic 1. 2. 3. f) *deest* 3. g) archiepiscopo 3. h) restitutis 3. i) suis 3. k) admirari 3. l) etc. *addit* 3. m) *capit. XLIV usque ad XLVIII desunt* 3. n) *argumentum edit. Vers. p.* 226. *deest* 1. 2. o) turribus 2. p) ab 1. 2. q) contumacium 1. 2.

53) Czaroków ad fl. Noteć, *Netze*. S.

silentio contegamus, donec imperatorem de Ungaria, Bolezlavum vero de Bohemia reducamus, et si qua prius fieri contigerit inducamus.

45. *Bellum cum Moravis gestum*[a].

1108. Sept. Nunc autem de Pomoranis ad Bohemos convertamur, ne diutius circa idem immorantes pigritari videamur. Igitur Bolezlavo in terrae custodia persistente, et honori patriae totis viribus insistente, contigit forte Moravienses advenire, volentes castrum Kosle Polonis nescientibus praevenire. Tunc quoque Bolezlavus quosdam probos milites ad Ratibor[b], si possibile sit, capiendum misit, ipse tamen propterea vel venari vel quiescere non dimisit. Illi vero probi milites abeuntes, et certamen cum Moraviensibus ineuntes, ibi probi quidam de Polonis in proelio corruerunt, socii tamen eorum et victoriae campum et castellum habuerunt. Sic sunt in proelio Moravienses interempti, et sic illi de castello ignorantes interrepti[c]. Interea [54] Henricus imperator quartus Ungariam introivit, ubi parum utilitatis vel honoris acquisivit[54]. Nos autem de gestis imperatorum vel Ungarorum ad praesens non tractamus, sed haec commemorando Bolezlavi fidem et audaciam praedicamus.

46. *Bellum Bohemis illatum*[d].

Erat enim inter regem Ungarorum Colmannum et ducem Poloniae Bolezlavum conuratum, quod si regnum alterius imperator introiret, alter eorum interim Bohemiam praepediret. Quando ergo caesar Ungariam introivit, Bolezlavus quoque, fidem servans, in medio silvarum proelio commisso, victor Bohemiam propedivit, ubi tribus diebus et noctibus comburrendo tres castellanias[d*] unumque suburbium dissipavit, et sic cito pro Pomoranis per traditionem sua castra capientibus remeavit.

47. *Pomorani rebelles*[e].

[55] Iam eo absente Pomorani Uscze[55], Bolezlavi castrum, obsederunt, et illud Poloni Pomoranis iam Gnevomir per traditionem suggerentem reddiderunt[f]. Erat enim iste Gnevomir de castello Charncou, quod Bolezlavus expugnavit, et quem ipse de fonte baptismatis elevavit, et ceteris interemptis, vitae reservavit, et in ipso castello dominum collocavit. Hic vero perfidus, periurus, immemor beneficii, perverso consilio castrum reddere consulit castellanis, mentiendo Bolezlavum superatum a Bohemis et iam redditum Alemannis. Exercitu itaque tam laborioso itinere tamque periculoso de Bohemia redeunte, nec sibi nec viris fatigatis nec equis macillentis pepercit, nec die noctuque requievit, donec, illuc festinans cum paucis quos de multis eligere potuit et si non aliud fecit — se velle iniuriam vindicare saltim innotuit — eumque sanum et non superatum apparuit. Nullus enim se contra eum ad bellum praeparavit, nullus enim vel redeunti pugnaturus obviavit, et sic nec dampnum faciens nec recipiens remeavit.

48. *Bolezlavus Pomoranos rebelles capto castro Velun*[56] *castigat*[g].

Interim[h] aliquantulum equis et militibus recreatis[i], in Pomoraniam[k] redire parat Bolezlavus, iterum[l] ad bellum cohortibus instauratis. Hostium ergo[m] terram ingrediens, non praedas sequitur vel armenta, sed castrum Velun[56] obsidens machinas praeparat ac diversi generis[n] instrumenta. At contra castellani, vitae diffidentes, solummodo[o] in armis confidentes, propugnacula relevant, destructa reparant, sudes praeoccupatas et lapides sursum elevant, obstruere portas festinant. Machinis itaque praeparatis et universis[p] adarmatis, Poloni castrum undique viriliter invadunt[q], Pomorani vero non minus defendunt. Poloni pro iustitia et victoria sic acriter insistebant, Pomorani pro naturali perfidia et pro salute defendenda [57] resistebant[r]. Poloni gloriam appetebant, Pomorani libertatem defendebant[s. 57]. Ad extremum

a) *argumentum edit. Vars. p.* 227. *deest* 1. 2. b) Rathibor 2. c) interempti 1. d) *argumentum edit. Vars. p.* 228. *deest* 1. 2. d*) castellanuas *codd.* e) *argumentum edit. Vars. p.* 229. *deest* 1. 2. f) tradiderunt 2. g) *argumentum edit. Vars. p.* 231. *deest* 1. 2. *et* 3. *qui hoc loco iterum incipit.* h) Iterum 2. 3. i) igitur Bolezlavus *pro* a. e. e. m. r. 3. k) Pomeraniam 3. l) B. i. *desunt* 3. m) *deest* 3. n) et diversorum generum *pro* a. d. g. 3. o) solum 3. p) universibus 1. 2. q) oppugnant 3. r) Poloni pro — resistebant *desunt* 3. s) Poloni gloriam — defendebant *desunt* 2.

54) Cosmas III, 22. K. 55) Uście, ad fl. Noteć, *Netze*. S. 56) Wieleń, *Filehne* ad fl. Netze. S. 57) Sall. Iug. 94. S.

tamen[a] Pomorani continuis[b] laboribus et vigiliis fatigati, se non posse tantis resistere viribus 1108.
meditantes[c], de primo fastu superbiae descendentes, sese castellumque, recepta Bolezlavi
ciroteca[d] pro pignore, reddiderunt[e]. At Poloni tot labores[f], tot mortes, tot asperas hie-
mes, tot traditiones et insidias memorantes, omnes occidunt, nulli parcentes, nec ipsum
etiam Bolezlavum hoc prohibentem audientes Sicque paulatim rebelles et contumaces Po-
morani per Bolezlavum destruuntur, sicut iure perfidi destrui debent[g]. Castellum vero Bo-
lezlavus melius ad retinendum affirmavit[h], eoque[i] munito necessariis, suos ibi milites col-
locavit.

49. *Sexcenti Pomorani in Mazovia sunt perempti*[k].

Sequenti tamen aestate congregati transierunt in Mazoviam[l] praedam capere Pomorani. 1109.
Sed sicut sibi Mazovienses praedam facere sunt conati, sic ab[m] ipsis Mazoviensibus praeda
fieri sunt coacti. Ipsi nempe[n] per Mazoviam cursitantes, praedam et captivos congregantes
et aedificia concremantes[o], iam securi cum praeda stabant nec de bello dubitabant. Et ecce,
comes nomine Magnus, qui tunc Mazoviam regebat[p], cum Mazoviensibus, paucis quidem
numero, probitate vero[q] numerosis[r], contra plures et innumerabiles paganos horribile proe-
lium intravit[s], ubi Deus suam omnipotentiam revelavit; namque[t] de paganis ibi plus quam
600 aiunt interisse, praedamque totam illis et captivos Mazovienses abstulisse, residuos quo-
que vel capi non est dubium vel fugisse. Quippe Symon, illius regionis[u] praesul, oves suas
lupinis morsibus laceratas luctuosis vocibus cum suis clericis, infulis indutus sacerdotalibus[v],
sequebatur, et quod armis sibi materialibus non licebat, hoc armis perficere spiritualibus et
orationibus nitebatur[w]. Et sicut antiquitus filii Israel Amalechitas orationibus Moysis[x] devi-
cerunt, ita vero[y] Mazovienses de Pomoranis victoriam sui pontificis[z] adiuti precibus habue-
runt. Sequenti etiam die duae mulieres fraga per devia legentes, uno milite Pomoranorum
invento novam victoriam retulerunt, quem armis exutum, religatis post tergum manibus in
praesentia comitis et pontificis adduxerunt.

50. *Bohemorum et Zbignevi clades*.

Zbignevi quoque milites cum Bohemis per regionem[a] Zleznensem[b] depraedantes et con-
cremantes, simili infortunio ab ipsis affinibus[c] superati, quidam vero capti, quidam gladio
iugulati[d]. Hiis autem minoribus praetaxatis, aliquantisper quiescamus, ut contextum de maio-
ribus librum tertium adeamus.

EXPLICIT LIBER, INCIPIT TERTIUS LIBER.

LIBER TERTIUS.[e]

Incipit epistola tertii libri[f].

Capellanis ducalibus venerandis aliisque[g] *bonis clericis per Poloniam memorandis prae-
sentis auctor opusculi, sic bona temporalia praeterire, ut liceat expedite de caducis ad perma-
nentia transilire. Primum omnium vos scire volo, fratres carissimi, quia tantum opus non ideo
coepi, ut per hoc fimbrias meae pusillanimitatis dilatarem, nec ut patriam vel parentes meos*[h]
exul apud vos et peregrinus[i] *exaltarem, sed ut*[k] *aliquem fructum mei laboris ad locum meae
professionis reportarem. Item aliud vestrae discretioni manifesto, qua*[l] *non ut me quasi cete-
ris*[m] *praeferendo vel quasi facundiorem in sermone referendo hunc laborem suscepi, sed ut
otium evitarem, et dictandi consuetudinem conservarem, et ne frustra panem Polonicum man-
ducarem. Insuper etiam copiosa bellorum materia ad praesumendum onus viribus inaequale
meam ignorantiam excitavit, ipsiusque Bolezlavi belligeri*[n] *ducis probitas ac magnanimitas
audendi*[o] *fiduciam ministravit. Quocirca non mea sed vestra*[p] *percipite, non fabrum sed aurum*

a) igitur *pro* A. e. t. 3. b) *deest* 3. c) meditari 1. 2. 3. d) cyrotheca 3. e) tradiderunt 3. f) t. l. *desunt* 3. g) solent 2. h) firmavit 3. i) eo quoque 3. k) *argumentum cod.* 3 *deest* 1. 2. l) Mazoviam 2. m) de *pro* sic ab 3. n) namque 2. 3. o) concrementes 3. p) qui — regebat *desunt* 3. q) atque viribus 3. r) numerosos *male* 1. 2. s) introivit 3. t) nam 3. u) religionis 1. 2. v) pontificalibus 3. w) satagebat 3. x) Moysi 1. 2. 3. y) nunc 3. z) antistitis 3. e) *argumentum ed. Gedan. et Vars. deest* 1. 2. 3. a) religionem *non recte* 3. b) Zlesiensem 3. c) *sf solum habet* 3. d) iugulantes gladio *pro* g. i. t. 2. e) *inscriptio edit. Vars. p.* 237. *deest* 1. 2. 3. f) et primo prologus *pro* I. E. T. L. *ponit conjungendo cum praecedenti libro* 3. g) aliis 3. h) *deest* 2. i) peregrinos 2. k) in vobis *addit* 3. l) quod 3. m) ceteros 3. n) *deest* 3. o) arridendi 2. audiendi 3. p) vestram 1.

perpendite, non vasa sed vinum ebibite. Et si forsan in hoc opere verborum nuditatem accusatis, ex hiis saltim[a] materiam tractandi profundius[b] et argumentosius habeatis. Quodsi reges Polonos vel duces fastis indignos annualibus[c] iudicatis, regnum Poloniae procul dubio quibuslibet incultis barbarorum nationibus addicatis. Et si forte proponitis me talem talisque vitae indignum talia praesumpsisse, respondebo, bella regum atque ducum, non evangelium me scripsisse. Numquam enim fama[d] vel militia Romanorum vel Gallorum sic[e] celeberrima per mundum haberetur, nisi scriptorum testimoniis memoriae posterorum et[f] imitationi servaretur. Maxima quoque Troia[g] quamvis destructa iacebat et deserta, aeternae tamen memoriae poetarum tytulis est inserta. Muri coaequati[h], turres destructae iacent, loca spaciosa et amoena habitatore carent, in palatiis regum et principum lustra ferarum et cubilia secreta latent, Troiae[i] tamen Pergama[k] ubique terrarum scriptura clamante praedicantur[l], Hector et Priamus plus in pulvere quam in regni solio recitantur[m]. Quid de Alexandro Magno, quid de Antiocho, quid de Medorum atque[n] Persarum regibus, quid de tyrannis barbarorum memorarem? Quorum si solum[o] nomina recitarem, opus hodiernum in diem crastinum[p] prolongarem. Horum tamen fama interim natorum[q] praeconiis immortalis, quorum vita non est perpetua sed pennalis[r]. Nam sicuti[s] sancti[t] viri bonis operibus et miraculis celebrantur, ita mundani reges et principes bellis triumphalibus et victoriis sublimantur; et sicut vitas sanctorum et passiones religiosum est in ecclesiis praedicare, ita gloriosum est in scolis vel in palatiis regum ac ducum triumphos vel[u] victorias recitare; et sicut vitae sanctorum vel passiones ad religionem mentes fidelium instruunt[v] in ecclesiis praedicatae, ita militiae vel victoriae[w] regum atque ducum ad virtutem militum animos accendunt in scolis vel capitoliis[x] recitatae. Sicut enim pastores ecclesiae[y] fructum animarum quaerere debent spiritualem, sic defensores honorem patriae famamque dilatare student et gloriam temporalem. Oportet enim Dei ministros in hiis quae Dei sunt Deo spiritualiter obedire, et in hiis quae sunt caesaris honorem et servitium mundi principibus exhibere. Quid enim mirum, si viri triumphatores et incliti famam et gloriam appetunt ex virtute, cum etiam Cleopatra, Cartaginis[z] regina, imperium Romanum avida[*] laudis, transferre voluit virili[a] audacia[b], non naturali sive feminea probitate. Et si femina quaerens imperium, navali proelio superata, morte terribili semet ipsam perimere maluit quam servire, quid est mirum si patriam vel hereditatem paternam defendentes vel illatam iniuriam persequentes, in bello famosa non venenosa[c] morte[d] magis appetunt interire, quam ignominiose suis obnoxiis obedire? Constat ergo ex hiis superius approbatis rebus gestis Polonorum principum in vacuum non[e] recitatis, constat quoque vestro iudicio confirmandum, vero[f] praesens opus[g] interprete recitandum. Insuper illud causa Dei causaque Poloniae provideat[h], vestrae discretio probitatis, ne mercedem tanti laboris impediat vel odium vel occasio meae cuiuslibet vanitatis. Nam si bonum et utile meum opus honori patriae a sapientibus iudicatur, indignum est et inconveniens, si consilio quorundam artifici merces operis auferatur.

Explicit epistola[i]. Incipit epilogum[k].

Deo vero laus et honor, regnum, virtus, gloria,
Pomorana subingatur cuius sub potentia,
Bolezlavo[l] triumphanti salus[m] et victoria[n].
Ad honorem Iesu Christi referamus omnia,
Qui gubernat totum mundum sua sapientia;
Non haec fecit vis humana, sed neque militia.
Bolezlavus obsidebat castrum antiquissimum,
Viris, armis et[o] naturae situ munitissimum,
Et ad dampnum sui regni periculosissimum.
Pomorani venientes obsessis succurrere,
In[p] incautos obsessores properant irruere,
Sed inani spe decepti[q] sunt acti corruere.

a) saltem 2. b) *deest* 3. c) aliis *sistunt* 2. 3. d) fame 3. e) si 1. 2. *deest* 3. f) *deest* 3. g) troya 3. h) quoequati 1. i) troye 3. k) pargama 2. l) predicatur 2. 3. m) regni solio recitatur *pro* i. r. s. r. 3. n) et 3. o) tantum 3. p) crastinam 3. q) natū 2. unum natum *pro* i. n, 1. 3. r) penalis 1. 2. 3. s) lectio *ed. Sed. deest* 1. 2. 3. t) sū 2. 3. u) et 3. v) instruuntur *non recte* 1. 2. w) v. v. *desunt* 3. x) capitolis 2. palaciis 3. y) ecclesiarum 3. z) karthaginis 3. *) avidia 3. a) viri 2. b) auda 3. c) venosa 2. d) *deest* 2. 3. e) non *addendum esse censuit iam ed. Vars. quamvis desit* 1. 2. 3. f) *deest* 3. g) vero *addit* 3. h) providebit 3. i) prologus 3. k) epilogus 3. l) Nam Bolezlavus 2. m) sal' 2. n) visto 2. o) et *deest codd.* p) *deest codd.* q) recepti 2.

Per opaca[a] deviando cuncti fere[b] pedites,
Fugiendi ne spem ponant in caballis[c] milites,
Ex occulto per ignotos emersere tramites.
Bolezlavus dux armatus cum paucis militibus,
Scarbimirus palatinus cum collateralibus,
Septingenti conflixere cum triginta[d] milibus.
Namque nocte praecedente fecerant excubias,
Et audito quod venirent, miserant insidias;
Sic habebat dux transmissas huc et illuc copias[e].
Illi vero recurvati ordinaverunt[f] proelium[g],
Hastis suis[h] circumquaque plectentes[i] yricium[58],
Nec procedunt[k] catervatim, sed stant per circinnium[l].
Bolezlavus dux de tali[m] causa satis callidus[n],
Transgirando vertit eos usquequaque providus,
Ut vir audax, bellicosus atque laudis avidus.
Scarbimirus ex adverso se confert in medios,
Et hortatur et confortat ad pugnandum socios:
Tales, inquit, *Pomorani, non sensistis gladios!*
Sed quid plura? terga vertunt Pomorani proelio,
Neque fuit super illos tanta caedes alio[o],
Septem castra conquisivit dux de belli praemio.
In hiis[p] collaudemus Deum et sanctum[q] Laurentium,
Die cuius sacrosancto factum est hoc proelium[r], Aug. 10.
Inde sibi fiat ibi dignum aedificium.
Tam praeclara Bolezlavi descripta victoria,
Assignetur cum augusto pax et amicitia,
Confirmetur, sicut decet, fraterna concordia.
Qua de causa partes, constat[s], imperator venerat.
Quanto fastu, qua virtute regnum hoc intraverat!
Quos deponi, quos praeponi iamiam[t] disposuerat!
Sed quid valet contra Deum virtus vel consilium?
Sine cuius nutu nil fit, nec movetur folium,
Qui convertit in convalles, si vult, iuga montium.
Bolezlavus stat in regno magnus dux et dominus,
Et paratus est ad bellum sicut leo cominus,
Qui resistit, superatur, sive fugit protinus.
Bohemienses[u], quid tardatis colla vestra subdere?
Cum cernatis ipsum regem Bolezlavo cedere,
Ut[v] sciatis, vos non posse viribus resistere.
Non est hostis tanto duci congredi qui valeat.
Et qui parem profiteri sese palam audeat,
Nec vicinus qui cum eo de pace non gaudeat
Nam in hostes triumphator existit mirificus,
Erga cunctos cum honore dator est munificus[w].
Ungarorum rex per eum consistit pacificus.
Non est tempus quanta fecit enarrandi singula,
Quae[x] noverunt qui senserunt carceres et vincula.
Nos ad laudes, non ad fraudes damus haec[y] munuscula

a) opaga 1. 2. b) fore 1. 2. 3. c) cabellis 2. d) XXIX ta 3. e) *deest* 2. f) ordinavere 3. g) copias *hoc loco demum addit* 3. h) prolectentes 2. i) oricium 3. k) precedunt 3. l) cyntinnium 1. cyncinnium 2. 3. m) illis 3. n) callidis 3. o) Nec fuit tanta cedes super illos alio *pro* Neque fuit — alio 3. p) ergo *addit* 3. q) *deest* 3. r) commissum est prelium *pro* f. e. h. p. 3. s) *ita* 1. 2. 3. per quas partes *ed. Ged. quam lectionem recepit ed. Vars.* t) iam 3. u) Bohemenses 2. 3. v) hic 3. w) mirificus 3. x) qui 1. 2. y) hic 1. 2.

58) *i. e.* horret Pomoranorum acies, in orbem mutata, sicut cricius, hastis. K.

INCIPIT TERTIUS LIBER DE GESTIS BOLEZLAVI TERTII[a]

1. *Victoria de Pomoranis*[b].

Multis et innumerabilibus Bolezlavi tertii gestis militaribus memorandis intitulandum praecipue, qualiter sancti Laurentii die contigerit Pomoranis, utque repressa sit ira caesaris, et ut impetuosis obstitum[c] fuerit Alemannis. Quoddam namque castrum nomine Nakel in confinio Poloniae ac[d] Pomoraniae paludibus et opere firmum constat, ad quod capiendum dux belliger cum exercitu suo sedens, armis et machinis laborabat. Cumque oppidani non posse tantae multitudini resistere se vidissent, et cum tamen a suis auxilium principibus exspectassent, inducias quaesierunt, diemque certum indiderunt, infra quem, si sui eos non iuvarent, in potestatem[e] hostium et oppidum et se darent. Induciae quidem eos assultandi[f] conceduntur, sed apparatus tamen expugnandi minime differuntur. Interim oppidanorum nuntii Pomoranorum exercitum convenerunt, eisque pactionem suorum factam cum hostibus retulerunt. Tunc vero Pomorani, audita legatione stupefacti, coniurant insimul[g] pro patria vel se[d] mori vel victoriam de Polonis[i] adipisci. Dimissis igitur equis, ut adaequato periculo fiducia cunctis et[k] audacia maior esset, nullam viam vel semitam gradientes, sed ferarum lustra condensaque[l] silvarum irrumpentes, non in die statuto sed in sancti Laurentii sacrosancto[m] quasi sorices de latibulis emerserunt, indicioque suo[n] non humana sed manu divina perierunt[59]. Gloriosus Deus in sanctis suis, venerabilis enim dies sancti Laurentii martiris[o] existebat, et in illa hora christianorum concio[p] de missarum solempniis exibat, et ecce, subito barbarorum exercitus ibi cominus imminebat.

1109. Aug. 10.

Versus:[q] Martir Laurenti, populo succurre merenti!

Quid nunc facient[r] christiani? Quo se vertentur?[s] Exercitus hostium improvisus, acies ordinandi non est[t] tempus, ipsi pauci, hostes multi, fuga tarda nunquam placita Bolezlavo.

Versus:[u] Martir Laurenti, populo vim tolle ferenti!

Igitur militibus quotquot erant in duobus tantum agminibus ordinatis, alterum agmen rexit ipse belliger Bolezlavus, alterum vero eius signifer Scarbimirus. Nam ceterae multitudinis[v] alii pabulum[w] equorum, alii victualia quaeritabant, alii vero vias et tramites[x] et adventum hostium[y] observabant. Nec mora Bolezlavus impiger educit agmina, sic verbis paucissimis commonendo: *Vestra probitas et imminentis periculi necessitas amorque patriae magis quam oratio mea*[z] *vos, invictissimi iuvenes, exhortentur. Hodie Deo favente sanctoque Laurentio deprecante Pomoranorum ydolatria ac militaris superbia nostris ensibus conteretur.* Nec plura locutus, coepit hostes in circuitu transgirare, quia sic in terra hastas suas versis cuspidibus in hostes affixerant, seseque[*] simul constipaverant, quod nullus poterat ad eos virtute nisi cum ingenio penetrare. Erant enim, ut dictum est superius, pedites fere cuncti, nec ad proelium more christianorum ordinati, sed sicut lupi insidiantes ovibus, in terra[a] poplitibus[b] recurvati. Dumque magis impiger Bolezlavus circumquaque volitare videretur quam currere, transversis in eum hostibus, Scarbimirus intrandi locum inveniens, ex adverso non differt[c] in cuneos diutius confertissimos penetrare. Penetratis itaque barbaris ac vallatis, acriter[d] imprimis resistunt, sed coacti tandem fugam petunt. De christianis ibi quidam[e] probi milites cadunt, paganorum vero de 40 milibus decem milia vix evadunt. Testor Deum, ope cuius, sanctumque Laurentium, prece cuius facta fuerit[f] ista caedes, admirabantur qui aderant, quo-

a) *inscriptio tota deest* 3. b) *argumentum edit. Vars. p.* 247. *deest* 1. 2. 3. c) ostentum 3. d) a 2. e) potestate 3. f) assultandi eis *pro* c. s. 3. g) vel se *addit hoc loco* 3. h) vel se *desunt* 3. i) contra Polonos *pro* d. P. 3. k) atque 3. l) et condensa 3. m) die *repetit* 3. n) inditusque sunt *pro* i. s. *non recte* 1. 2. totaliterque *pro* i. s. 3. o) *deest* 3. p) conscio *erronee* 1. 2. q) v' *signum hoc loco* 1. 2. *positum versus indicat.* r) Quid plura, quid faciant *pro* Q. n. f. 3. s) vertant 3. t) *deest* 3. u) *iterum* v' *signum ponunt* 1. 2 *deest* 3. v) multitudiñi 1. 2. ceterum multitudini *pro* N. c. m. 3. w) babulum 1. x) iotramites *pro* e. t. 2. y) *deest* 1. 2. z) uiä 2. *) sese 2. a) terram 3. b) poblitibus 1. poblicibus 2. c) differet 2. d) acritus 2. e) *deest* 3. f) fuit 3.

59) Recte monet ed. Vars. Romanos dicere amasse: *Egomet meo indicio quasi sorex hodie perii.* Terent. Eun. V, 7, 23. S.

modo[a] tam subito a militibus minus mille peracta fuerit[b] tanta strages. Dicuntur enim ipsi 1109.
Pomorani certo numero computasse de suis ibi 27 milia corruisse, quod in paludibus interessent, nec illi quidem sic evadere potuissent. Oppidani vero videntes se totam[c] spem amisisse, nec auxilium aliunde vel a quolibet exspectare, civitatem vita donata reddiderunt. Audientes autem haec de sex aliis castellis oppidani[d], consilium itidem[e] inierunt, se ipsos videlicet munitionesque tradiderunt.

2. *Epistola imperatoris ad regem Bolezlavum.*

Dum haec aguntur[f], Henricus imperator quartus Romae nondum coronatus, secundo quidem anno coronandus[60], cum verbis huiuscemodi Bolezlavo legationem praemisit, cum exercitu violenti Poloniam invasurus: *Indignum est enim[g] imperatori legibusque Romanis inhibitum[h], fines hostis praesertimque sui militis prius[i] hostiliter introire, quam eum sciscitari de pace, si voluerit obedire, vel de bello, si restiterit[k], ut se praemuniret[l]. Quapropter aut oportet te fratrem tuum in regni medietatem[m] recipere, mihique 300 marcas annuatim tributarias vel totidem milites in expeditionem dare, vel mecum, si vales, ense Polonorum regnum dividere.* Ad haec Bolezlavus dux septentrionalis respondit: *Si pecuniam nostram vel Polonos milites pro tributo requiris, si libertatem nostram non defendimus, pro feminis nos habeamus[n], non pro viris. Hominem vero seditiosum recipere, vel unicum[o] cum eo regnum dividere, non me coget ullius violentia potestatis, nisi meorum commune consilium et arbitrium meae propriae voluntatis. Quodsi bonitate, non ferocitate pecuniam vel milites in auxilium Romanae ecclesiae postulasses, non minus auxilii vel consilii forsan apud nos quam tui antecessores apud nostros impetrasses[p]. Ergo provideas cui minaris, bellum invenies, si bellaris[q].*

3. *Belli cum Henrico initium[r].*

Ex qua responsione caesar pernimium ad iracundiam provocatus, talia mente concipit, talemque viam incipit, unde[s] non exibit, neque redibit, nisi se ipso suoque dampno quam maximo[t] castigatus. Zbigneus quoque caesarem iratum ex hoc multo magis incitabat, quia paucos de Polonia sibi resistere promittebat. Insuper etiam Bohemi, vivere praedis et rapinis assueti, caesarem Poloniam intrare animabant, quia se scire vias et tramites per silvas Poloniae iactitabant[u]. Caesar ergo talibus monitis et consiliis superandi[v] Poloniam in spem ductus, ingrediens, Bytomque perveniens, in hiis omnibus est seductus[w]. Namque castrum Bytom sic armatum sicque munitum aspexit, quod[x] Zbigneum[y] iratus cum verbis indignationis respexit[z]. *Zbigneve*, caesar inquit[a], *sic te Poloni pro domino recognoscunt? sic fratrem[*] relinquere, tuumque dominium sic deposcunt?* Cumque castrum Bytom munitione situque[b] naturae et aquarum circuitione inexpugnabile cum aciebus ordinatis praeterire voluisset, quidam de suis famosi milites ad castrum declinaverunt, volentes in Polonia[c] suam militiam comprobare[d] viresque Polonorum et audaciam experiri. At contra castellani portis apertis et extractis ensibus exierunt, nec multitudinem tam diversarum gentium nec impetum Alemannorum nec praesentiam caesaris metuentes, sed in frontibus eius[e] audacter ac viriliter resistentes. Quod considerans imperator, vehementer est miratus, homines scilicet[f] nudos contra clipeatos, vel clipeatos[g] contra loricatos nudis ensibus decertare, et tam alacriter ad pugnam velud ad epulas properare. Tunc quasi suorum praesumptioni militum indignans, suos balistarios et sagittarios illuc miait, quorum terrore castellani saltim sic cederent et in castrum sese reciperent[h]. At Poloni pila vel sagittas quae[i] undique volitabant quasi nivem vel guttas pluviae computabant. Ibi vero caesar primum Polonorum audaciam comprobavit, quia suos inde cunctos non incolumes revocavit[k]. Nunc autem paulisper caesarem spatiari per silvas Poloniae permittamus, donec draconem flammivomum de Pomorania reducamus.

a) quoque 3. b) peracti fuit *pro* f. p. 3. c) sic *addit* 3. d) quidam ibidem 3. e) *deest* 3. f) Cum haec ita geruntur *pro* D. h. a. 3. g) *deest* 3. h) prohibitum 3. i) *deest* 3. k) resisterit 2. l) premunire 2. valeat premunire 3. m) medietate 2. 3. n) habeas 3. o) unum 3. p) impetrares 2. 3. q) bellatis *non recte* 2. r) *argum. ed. Vars. deest* 1. 2. 3. *quā neque spatium vacuum relinquunt.* s) unū 1. 2. 3. t) maxime 3. t*) *ita correxi. P.* incitabant 1. 2. 3. u) superatus 3. v) reductus 2. w) Namque castrum — aspexit quod, *omittit hoc loco, et infra demum ponit* 3. x) Zbigneumque cesar 3. y) quod castrum Bytom sic armatum sic munitum aspexit, *hoc loco ponit* 3. z) Zbignee *repetit* 3. *) tuum *addit* 3. a) sinuque 1. 2. b) Poloniam 2. 3. c) comprobari 1. d) eis 1. 3. e) *deest* 3. f) v. c. *deest* 3. g) et — reciperent *desunt* 3. h) *deest* 2. i) cunctos suos inde non revocavit incolumes *pro* s. i. c. n. i. r. 3.

60) Anno 1111. K.

4. *Bolezlavus parat bellum*[a].

1109. Igitur impiger Bolezlavus in Pomorania superato proelio supradicto, septemque castellis acquisitis, audito pro certo, quod caesar Poloniam introisset, viris et equis obsessione diutina fatigatis, quibusdam militum interemptis, quibusdam etiam sauciatis, aliisque domum cum eis dimissis, cum quibus potuit equitavit, et obstruere transitus et vada fluminis Odrae modis omnibus commendavit[b]. Obstrusa sunt itaque loca quaecumque poterant vel sicco flumine transvadari, vel si qua poterant ab ipsis incolis occulta forsitan attemptari. Quosdam etiam probos milites ad[c] Glogow et ad[d] fluminis transitus observandos praemisit, qui caesari tam diu resisterent, donec ipso succurrente super ripam fluminis aut omnino victoriam obtinerent, aut saltim eum ibi detinendo exercitum vel auxilium expectarent. Ibi vero Bolezlavus, non longe remotus a Glogow, cum exercitu parvo stabat, neque[e] mirum, quia suos diutissime fatigaverat[f]. Ibi rumores et legationes audiebat, ibi suum exercitum exspectabat, [g]inde exploratores huc illucque transmittebat, inde camerarios pro suis et pro Ruthenis et Pannonicis delegabat.

5. *Obsidio Glogoviae*[g].

Caesar autem iter faciens, non sursum sive deorsum vada temptando declinavit, sed iuxta civitatem Glogow, cum impetu per locum inaestimabilem[i], nullo ibi transitum[k] praesciente, nulloque ibi resistente, cum densis agminibus et armatis, non praeparatis civibus, 61 transvadavit[61], per illum locum, nunquam castellanis dubitantibus, nec sperantibus dubitan-
Aug. 24. dum. Erat enim sancti Bartholomaei apostoli dies festus, quando caesar fluvium transiebat, et tunc totus civitatis populus divinum officium audiebat. Unde constat, quia securus et sine periculo pertransivit, praedamque multam et homines et etiam tentoria circa oppidum acquisivit. Eorum quoque plurimi, qui castrum defendere venerant, et extra castrum in tentoriis residebant, a caesare[l] castrum sunt intrare prohibiti, quidam ibi subito retenti[m], quidam vero fuga[n] subveniente[o] liberati. Quorum unus Bolezlavo fugiens obviavit, qui cuncta quae contigerant enarravit. Tunc vero Bolezlavus non sicut lepus formidolosus evanuit, sed suos sicut miles animosus ammonuit: *O fortissimi milites*, inquiens, *in multis mecum bellis et expeditionibus fatigati, nunc quoque mecum estote pro libertate Poloniae vel mori vel vivere praeparati*[p]. *Ego quidem iam cum*[q] *tam parva manu proelium libens contra caesarem inirem, si scirem pro certo, quod etiam ibi me moriente, discrimen patriae diffinirem. Sed quoniam ad unum de nostris restant de hostibus plus quam centum, hic est honestius resistendum, quam illuc cum paucis eundo praesumptuose moriendum; hic enim nobis resistentibus, eisque transitum prohibentibus satis pro victoria reputabitur.* Haec dixit, et rivulum super quem stabat arboribus caesis obstruere coepit.

6. *Induciae Glogoviensium*[r].

Interim vero caesar a Glogoviensibus obsides tali[s] conditione sub iureiurando recepit[t], quod si pacem vel aliquam pactionem infra spatium quinque dierum missa legatione cives efficerent, reddita responsione vel[u] pace composita vel prohibita cives tamen suos obsides rehaberent. Et hoc utique per ingeninm factum fuit. Ob hoc utique caesar obsides cum iuramento recepit, quia per eos civitatem licet cum periurio consequi se reputavit. Ob hoc etiam[v] Glogovienses illos obsides posuerunt, quia loca civitatis interim vetustate consumpta munierunt.

7. *Induciae rumpuntur*[w].

At Bolezlavus audita legatione de datis obsidibus indignatus, crucem civibus, si propter[x] ipsos castrum reddiderint, est minatus, adiciens, esse[y] melius et honestius ei cives et obsides gladio pro patria morituros, quam facta deditione vitam inhonestam redimentes, alienis gentibus servituros. Recepta responsione[z], cives Bolezlavum pacem sic fieri nolle referunt,

a) *argum ed. Vars. p.* 260 *deest* 1. 2. 3. b) demandavit 3. c) *deest* 2. d) *deest* 2. e) nec 2. f) fatigaret 1. 2. fatigarat 3. g) *argum. ed. Vars. deest* 1. 2. 3. i) inestiabile 2. k) faciente vel *addit* 3. l) in *addit* 3. m) detenti 3. n) fuga 3. o) subvenienti 2. p) preparate 2. q) *deest* 3. r) *argum ed. Vars. p.* 264 *deest* 1. 2. 3. s) cum 3. t) accepit 3. u) cum 3. v) *deest* 3. w) *argum. ed. Vars. p.* 265 *deest* 1. 2. 3. x) per 3. y) esset 3. z) reversione 3.

61) Cosmas III. 27. K.

obsidesque suos, sicut iuraverant, requirunt. Ad haec caesar respondit: *Obsides quidem si* 1109.
mihi castrum reddideritis, non tenebo, sed si rebelles fueritis, et vos et obsides iugulabo. Contra castellani[a]: *Tu quidem in obsidibus et periurium poteris et homicidium perpetrare, sed per*[b] *ipsos quod requiris scias te nullatenus impetrare.*

8. *Oppugnatio castri Glogoviensis*[c].

His dictis, caesar instrumenta fieri, arma capi, legiones dividi, civitatem vallari, signiferos tubis canere praecepit, et urbem undique ferro, flamma, machinis expugnare coepit. Econtra[d] cives se[e] ipsos per portas et turres dividunt, propugnacula muniunt, instrumenta parant, lapides et aquam super portas et turres comportant. Tunc imperator, civium animos pietate filiorum et amicorum existimans posse[f] flecti, praecepit nobiliores ex obsidibus[g] ipsius civitatis et[h] filium comitis super machinas colligari, sic reputans, sibi sine sanguine civitatem aperiri. At castellani non plus filiis vel propinquis quam Bohemis vel Alemannis parcebant, sed eos abscedere a muro lapidibus et[i] armis coercebant. Videns autem imperator, quod tali nunquam ingenio civitatem superaret, nec unquam a proposito civium animos revocaret, viribus et armis obtinere nititur, quod ingenio denegatur. Igitur undique castrum appetitur, et utrimque[k] clamor ingens attollitur. Theutonici[l] castrum impetunt, Poloni se defendunt, undique tormenta moles emittunt, balistae crepant, iacula[m] sagittae per aera volant, clipei perforantur, loricae penetrantur[n], galeae conquassantur[o], mortui corruunt, vulnerati cedunt, eorum loco sani succedunt. Theutonici balistas intorquebant, Poloni tormenta cum balistis[62], Theutonici sagittas, Poloni iacula cum sagittis; Theutonici fundas 62
cum lapidibus rotabant, Poloni lapides molares cum sudibus praeacutis; Theutonici trabibus[p] protecti murum subire temptabant[q], Poloni vero ignem comburentem aquamque ferventem illis[r] pro balneo temperabant; Theutonici arietes ferreos turribus subducebant, Poloni vero rotas calibe[s] stellatas desuperius[t] evolvebant; Theutonici scalis erectis superius ascendebant, Poloni cum uncis affixos ferreis eos in aera suspendebant.

9. *Vulnera et cadavera Allemanni pro tributo auferunt*[u].

Interea Bolezlavus die noctuque[v] non cessabat, sed quoscunque[w] de castris exeuntes pro victualibus agitabat, frequenter etiam ipsius castra caesaris territabat, modo huc modo illuc praedatoribus vel combustoribus insidiando cursitabat. Talibus ergo modis caesar multisque diebus civitatem nitebatur capere, nec aliud quam carnem humanam suorum cottidie[x] recentem lucrabatur. Cottidie namque viri nobiles ibi perimebantur, qui visceribus extractis, sale vel aromatibus conditi in Bavariam ab imperatore[y] vel in[z] Saxoniam portandi, pro tributo Poloniae[a] curribus onustis servabantur.

10. *Terror panicus Allemanorum de capite et cauda lacessitorum*[b].

Cumque vidisset caesar, quia nec[c] armis nec minis nec muneribus nec promissis cives flectere, nec diutius ibi stando quidquam proficere[d] potuisset, inito consilio contra Wratislaviensem urbem castra movit, ubi[e] quoque vires Bolezlavi et ingenium recognovit. Nam quocumque caesar se vertebat, vel ubicunque castra vel stationes faciebat, Bolezlavus quoque, quamquam posterius, incedebat, semperque vicinus stationi caesaris persistebat[f]. Cumque caesar iter faciens sua castra dimovebat, Bolezlavus quoque comes itineris existebat, et si quisquam[g] de ordinibus exibat[h] redeundi statim memoriam amittebat, et si quamquam plures, victualia vel pabulum[i] equorum quaerentes, freti multitudine, longius a castris procedebant, inter eos et exercitum Bolezlavus se statim opponebat, et sic praedam cupientes[k] ipsi quoque Bolezlavi praeda fiebant[l]. Unde tantum ac[m] talem exercitum ad tantum pavorem

a) castellum *non recte* 1. 2. b) *deest* 1. 3. *adscriptum eadem manu in margine* 2. c) *argum. ed. Vars. p.* 266 *deest* 1. 2. 3. d) contra 1. e) si 2. f) *deest* 3. g) oppidibus 2. h) *deest* 1. 2. 3. i) vel 3. k) inter utrosque 3. l) Thetonici 1. 2. m) tela et 3. n) perpenetrantur 3. o) quassantur 2. p) tractibus 1. 2. q) subreptabant *pro* s. t. 2. r) ipsis 3. s) calliberetus *non recte* 3. t) *deest* 3. u) *argum. ed. Vars. p.* 269 *deest* 1. 2. 3. v) nocteque 3. w) q̄q̄ue 2. 3. x) *deest* 3. y) Boiariam ad imperatorem *pro* B. ab i. 3. z) *deest* 2. 3. *) Polonis 2. 3. a) *argum. ed. Vars. p.* 271 *deest* 1. 2. 3. b) non 3. c) ibi perficere *repetit* 3. d) ibi 3. e) presistebat 3. f) quiscumque 2. g) exiebat 2. 3. h) babulum 2. i) cupientes *postea in margine eadem vel coaeva manus, sapientes erat scriptum* 2. k) faciebant *erronee* 1. 2. l) et 3.

62) Cf. Sall. Iug. 57. Catil. 56. S.

1109. redegerat, quod etiam ipsos Bohemos, naturaliter raptores, vel sua[a] manducare vel ieiunare coegerat. Nullus enim exire de castris audebat[b], nullus armiger erbam colligere, nullus etiam ad ventrem purgandum ire[c] ultra constitutas custodum acies praesumebat. Die noctuque[d] Bolezlavus timebatur, ab omnibus in memoria habebatur, *Bolezlavus non*[e] *dormiens* vocabatur. Si silvula, si frutectum erat[f], *Cave tibi, ibi latitat!* clamabatur. Non erat locus ubi non putaretur Bolezlavus. Taliter eos assidue fatigabat, quandoque de capite, quandoque de cauda sicut lupus aliquos rapiebat, quandoque[g] vero a lateribus insistebat. Sicque milites armati cottidie procedebant, et assidue Bolezlavum quasi praesentem exspectabant. In nocte quoque cuncti loricati dormiebant, vel in stationibus resistebant, alii vigilias faciebant, alii castrum[h] nocte continua circuibant, alii: *Vigilate, cavete*[i], *custodite!* clamabant, alii cantilenas de Bolezlavi probitate decantabant[k] hoc modo[l]:

11. *Cantilena Allemanorum in laudem Bolezlavi*[m].

Bolezlave, Bolezlave, dux gloriosissime,
Tu defendis terram tuam quam studiosissime,
Tu non dormis, nec permittis nos dormire paululum,
Nec per diem, nec per noctem, nec[n] *per diluculum.*
Et cum nos te putaremus[o] *de terra propellere,*
Tu nos tenes ita quasi conclusos in carcere.
Talis princeps debet regnum atque terram regere,
Qui cum paucis tot et tantos ita scit corrigere.
Quid[p]*, si forte suos omnes simul congregaverit,*
Nunquam caesar sibi bello resistere poterit.
Talem virum condeceret regnum et imperium;
Qui cum paucis sic domabat tot catervas hostium;
Et cum nondum recreatus sit de Pomorania,
Sic per eum fatigatur nostra contumacia;
Et cum illi cum triumpho sit eundum obviam.
Nos[q] *e contra cogitamus expugnare patriam.*
Ipse quidem cum paganis bella gerit licita,
Sed nos contra christianos gerimus illicita,
Unde Deus est cum eo faciens victoriam,
Nobis vero iuste reddit inlatam[r] *iniuriam.*

12. *Imperator pacem implorare coactus*[s].

Quidam vero viri nobiles et discreti haec audientes, mirabantur inter se referentes[t]: *Nisi Deus hunc hominem adiuvaret, nunquam tantam de paganis victoriam ei daret, neque nobis ita viriliter contra staret. Et ni Deus eum ita potentialiter exaltaret, nunquam eum noster populus sic laudaret.* Sed Deus secreto forsan consilio haec[u] agebat, qui laudes[v] caesaris ad Bolezlavum transferebat, vox enim populi semper solet voci dominicae convenire. Unum constat, Dei voluntati populum cantantem obedire. Caesari vero cantilena populi displicebat, eamque cantari[w] saepissime prohibebat, sed eo magis ad tantam procacitatem populum[x] permovebat[y]. Caesar vero exemplis et operibus recognoscens, quia frustra laborando populum affligebat, nec divinae voluntati resistere valebat, aliud secretius cogitavit, et aliud se facturum simulavit[z]. Perpendebat utique[a], quia tantus populus sine praeda diutius[b] vivere nequibat, et quia Bolezlavus eos[c] assidue sicut leo rugiens circuibat. Equi moriebantur, viri vigiliis, labore, fame cruciabantur, silvae condensae, paludes tenaces, muscae pungentes, sagittae acutae, rustici mordaces compleri propositum non sinebant[d]. Unde se Cracow simulans ire velle, legatos de pace Bolezlavo misit, et pecuniam, non tantum nec tam superbe sicut prius quaesierat, in haec verba[e]:

a) bó *addit* 2. *quod tamen punctis superpositis notavi. Bandtkie legit* bona. b) audiebat 1. 2. c) *deest* 3. d) noctequc 3. e) enim 2. f) *deest* 3. g) aliquando 3. h) castra 3. i) *deest* 3. k) cantabant 3. l) etc. *addit* 3. m) *argum. ed. Vars. p.* 274 *deest* 1. 2. 3. n) neque 3. o) putemus 3. p) Qui 3. q) Nec 3. r) illatam 3. s) *argum. ed. Vars. p.* 276 *deest* 1. 2. 3. t) dicentes 3. u) hoc 3. v) laudem 2. w) cantanti 1. 2. x) populi *scriptum esse videtur* 2. y) populi procommovebat *pro* p. p. 3. z) et ad sci fetur simulatur *pro* e. a. s. f. s. 3. a) itaque 3. b) *deest* 3. c) sinebat 2. d) etc. *addit* 3.

13. *Epistola caesaris ad regem Polonicum*[a].

Caesar Bolezlavo duci Poloniae gratiam et salutem. Tua probitate comperta, meorum 1109.
principum consiliis acquiesco, et 300 *marcas recipiens, hinc pacifice remeabo. Hoc mihi satis sufficit ad honorem, si pacem simul*[b] *habuerimus et amorem; sin autem hoc tibi non placuerit approbare, in sede cito Cracoviensi me poteris exspectare*[c].

14. *Rescriptum ad caesarem*[d].

Ad haec[e] dux septentrionalis remandavit caesari: *Bolezlavus dux Polonorum pacem quidem vult*[f], *sed non in spe denariorum. Vestrae quidem caesareae potestatis ire consistit vel redire, sed apud me tamen pro timore vel conditione nec ullum*[g] *poteris vilem*[h] *obulum invenire. Malo enim ad honorem regnum Poloniae*[i] *salva libertate*[k] *perdere, quam semper pacifice cum infamia retinere.*

15. *Caesar rediens, ac pro tributo cadavera portans*[l].

Hiis auditis caesar urbem Wratislaviensem adivit, ubi nichil nisi de vivis mortuos acquisivit. Cumque diutius ire se Cracow simulando, huc illucque circa fluvium circumviaret[m], et Bolezlavo sic terrorem[n] incutere eiusque[o] animum revocare cogitaret, Bolezlavus ideo[p] nichil omnino diffidebat, nec aliud legatis quam superius respondebat. Videns ergo caesar diu stando sibi potius dampnum et dedecus quam honorem vel[q] proficuum imminere, disposuit pro tributo nichil portans nisi cadavera se redire. Unde quia prius superbe magnam pecuniam requisivit, ad extremum pauca quaerens, neque[r] denarium acquisivit. Et quoniam[s] superbe libertatem antiquam Poloniae subigere cogitavit, iustus Iudex illud consilium fatuavit, et iniuriam in Swathopole consiliarium et illam et aliam vindicavit[t].

16.[u] *De morte Swantopole*[v].

Et quia forte Swatopole ad memoriam revocamus, operae pretium est, ut aliquid de vita et morte ipsius ad correctionem aliorum inducamus. Igitur Swathopole dux Moraviensis hereditarius[w] prius extitit, postea vero ducatum Bohemiae Borivoy[x], suo domino[x*], plenus ambitione subplantavit, genere quidem nobilis, natura ferox, militia strennuus, sed modicae fidei et ingenio versutus. Huius enim consilio caesar Poloniam intravit, qui Bolezlawo non semel sed frequenter iuraverat, qui se cum Bolezlavo unum scutum coniunxerat, qui virtute Bolezlavi et auxilio regnum Bohemicum acquisierat. Numquamne[y] Bolezlavus pro Swatopole Pragae ponendo[z] cum rege Ungarorum Columanno Moraviam intravit, silvas Bohemiae rege redeunte penetravit? Utique fecit! Nec sic inde remearet, nisi Boruwoii[*] castrum Kamencz[63] pro pactione sibi daret. Insuper etiam Bolezlavus de Bohemia multos ad ipsum 63
iam fugientes praeoccupaturos gratiam, ipsum ducem fore sperantes, et retinebat et pascebat, quia Svatopole parvam terram parvasque divitias tunc habebat. E contra Svatopole Bolezlavo iuravit, quia si dux Bohemorum quocunque modo vel quocunque ingenio quandoque fieret, semper fidus eius amicus unumque scutum utriusque persisteret, castra de confinio regni vel Bolezlavo redderet vel omnino destrueret. Sed ducatum adeptus, nec fidem tenuit iurata violando, nec Deum timuit homicidia perpetrando. Unde Deus ad exemplum aliorum sibi dignam pro factis recompensationem exhibuit, cum securus, inermis, in mula residens in medio suorum, ab uno vili milite venabulo perforatus occubuit, nec ullus suorum ad eum Sept. 20.
vindicandum manus adhibuit[64]. Taliter caesar de Polonia rediens triumphavit, videlicet luctum pro gaudio, mortuorum cadavera pro tributo memorialiter reportavit. Bolezlavus vero dux Polonorum parum praesentem, sed minus absentem procul dubio formidavit[a].

a) Bo. *addit* 3. b) *deest* 3. c) non placuerit, me poteris cicius ex tare *pro* placuerit — expectare *corrupte exhibet* 3. d) B. a. c. *desunt* 3. e) h. Bolezlavus 3. f) *degst* 1. 2. 3. *recepit ed. Vars. ex ed. Ged.* g) unum quidem 3. h) *deest* 3. i) regni Polonie *pro* v. P. 2. 3. k) libertatem *pro* s. l. 3. l) *argum. ed. Vars. p.* 280 *deest* 1. 2. 3. m) circionaret 3. n) timorem 3. o) et eius 3. p) imo 3. q) et 3. r) nec 2. s) quia 3. t) quia cesar cum satis copiosa confusione ad propria remeavit *pro* et iniuriam — vindicavit 3. u) *Quae abinde usque ad finem nostrae editionis sequuntur desunt* 3. *qui narrationem tali additamento abrumpit:* Isto Bolezlavus cognominatus est Krzywousty, qui post bellum quod habuit cum Henrico cesare, postea cum Bohemis, Pomoranis et Ruthenis multa bella prospere gessit atque gloriosus triumphavit. v) Swathopole 2. *semper.* w) hereditarce 1. 2. x) Borivon 1. x*) domino 1. 2. y) *ita correxi. P.* Nüq'o non 1. 2. z) pronēdo 2. promovendo 3. *) Boriwoij 2. a) *ita correxi. P.* dubitavit 1. 2.

63) Steinau ad Odram, inter Lüben et Winzig in Silesia. Cf. Cosmas III, 4. S. Kamenz haud procul a Frankenstein ex sententia Stenzelii SS. rer. Siles. I, 80. K. 64) Cosmas III, 27. 28. K.

17.[a] *De Bohemis.*

1109. Igitur post tantum laborem dux septentrionalis aliquantulum recreatus, super Bohemos equitare non diutius est retardatus[a']. Cogitabat enim et suam iniuriam de Bohemis vindicare et suum amicum Borivoy in sede subplantata restaurare. Dum autem iter faciens in medio silvarum cum Bohemis obviantibus proelio commisso victoriam obtineret, iamque pars exercitus in campis Bohemiae resideret, Borivoy a Bohemis iam receptus, grates Bolezlavo pro
Dec. 24. fide tanta retulit et labore, et sic impiger Bolezlavus dupplici de Bohemia cum honore rediit. Sed quid rediens egerit audiamus, ut exemplo probitatis tantae fructum aliquem capiamus.

18.[b] *De Pomoranis*[c].

Non enim statim exercitum tanto itinere fatigatum ire domum permisit, nec ipsemet in deliciis vel in conviviis asperitate yemis irruente[d] requievit, sed terram Pomoranorum cum electis de exercitu militibus requisivit. Quamdiu ibi steterit, vel quantam per terram incendia vel praedas fecerit, non est opus per singula scriptitando demorari, sed summam rei nobis ad maiora festinantibus sufficiat explanari. Illa namque vice Bolezlavus in Pomorania tria castella cepit, quibus combustis et coaequatis, solummodo praedam et captivos excepit. Postea vero sine bello Bolezlavus aliquantulum repausavit, suasque civitates interim, ubi caesar fuerat, inexpugnabiliter praeparavit.

19.[e] *De Bohemis et Polonis.*

Cum autem Bolezlavus civitatem Glogow muniens ibi cum exercitu resideret, milites Zbignevi cum Bohemis depraedari per Poloniam exierunt; qui statim Bolezlavo nesciente, ipsius loci marchionibus congregatis, sicut mures de latibulis exeuntes, ibidem capti vel mortui remanserunt, exceptis paucis, qui silvae, latronum amicae, subsidium petierunt.

20.[f] *De fraude Bohemorum.*

Paulo superius memini me dixisse, Bohemos in sede supplantata Borivoy ducem recepisse, ideoque[g] de Bohemia Bolezlavum ita subito redivisse[h]. Sed quia fides Bohemica volubilis est sicut rota, qualiter prius Borivoy expellendo traditorie deceperunt, taliterque iterum decepturi traditorie receperunt[i]. Nam brevi tempore non solum honore caruit a fratre
1110. medio[65] subplantatus, verum etiam acquirendi facultatem amisit, ab imperatore captivatus.
66 Tertium quoque fratrem habebat[66], aetate quidem minorem[k], probitate vero non inferiorem, quem dux Bolezlavus in fidelitate fratris persistentem in Polonia retinebat, eique calumpniandi maioris fratris honorem et auxilium impendebat.

21.[l] *De bello et victoria contra Bohemos.*

Inde belliger Bolezlavus, collecta multitudine militari, novam viam aperuit in Bohemiam, quo potest Hanibali facto mirabili comparari. Nam sicut ille Romam impugnaturus per montem Iovis primus viam fecit, ita Bolezlavus per locum horribilem, intemptatum prius[m], Bohemiam invasurus penetravit. Ille montem unum laboriose transeundo tantam famam et memoriam acquisivit, Bolezlavus vero non unum sed plures nubiferos quasi suppinus ascendit. Ille solummodo cavando montem, coaequando scopulos[n] laborabat, iste truncos et saxa volvendo, montes ascendendo arduos[o], per silvas tenebrosas iter aperiendo, in paludibus profundis pontes faciendo non cessabat. Tanto itaque labore Bolezlavus pro iustitia Borivoy et amicitia tribus diebus et noctibus iter faciens, fatigatus, tale quid in Bohemia fecit, unde semper erit triumphali memoria recordatus. Postquam tandem Bolezlavus tanto discrimine Bohemiam est ingressus, non statim praedam faciens ut Bohemi de Polonia, quasi lupus rapiens est regressus, ymmo vexillis erectis, tubis canentibus, agminibus ordinatis, timpanis resonantibus, paulatim per campos Bohemiae patentes bellum quaerens et non
Sept. inveniens incedebat, nec praedam nec incendia prius quam finem bello fieri cupiebat. Interim Bohemi per turmas aliquotiens apparebant, sed statim Polonis irruentibus cursu perpetue

a) *omisso solum numero inscriptionem sistunt* 1. 2. a')–*ita correxi, P.* recreatus 1. 2. b) XVIII. *deest* 1. C. XVIII. *desunt* 2. c) D. P. *desunt* 2. d) irruerit 2. e) XIX *deest* 1. 2. f) *inscriptio haec deest* 1. 2. g) ideo 2. h) *in margine* 1. *addit colore rubro:* Nō. i) taliterque — receperunt *desunt* 2. k) Sobieslaum nomine, *addit in margine manus XV saeculi* 1. l) C. XXI. *desunt* 1. 2. m) primus 2. n) scapulos *non bene* 2. o) arduas 2.

65) Wladizlao. Cosmas III, 30 sqq. K. 66) Sobezlaum. K.

fugiebant. De castellis quoque contiguis multi milites exiebant, qui Polonis irruentibus redeuntes occasionem suburbia comburendi faciebant. Frater vero Borivoy minimus, quem praedixi, praedas capi, incendia fieri, terram destrui Bolezlavo supplicans prohibebat, quia regnum acquirere sine bello puerili simplicitate verbis traditorum sine victoriis se credebat. Cumque iam die quarto[a] bellum exspectans Bolezlavus ad pugnam recto tramite properaret, fluvioque cuidam, non magno quidem sed difficili transitu, propinquaret, ex altera parte fluminis exercitu congregato dux Bohemorum residebat, qui Bolezlavum ibi, non ausus alibi, difficultate loci confisus, transitum prohibiturus exspectabat. At Bolezlavus repertis hostibus quos quaerebat, quasi leo visa praeda septis conclusa stomachabatur, quia pugnandi copiam non habebat. Nam sicut Poloni modo sursum modo deorsum transire reputabant ex altera parte fluminis, ita Bohemi contra stabant. Erat enim fluvius, Bohemis qui cum eo erant mentientibus[b], paludosus, tantae multitudini nullo resistente periculosus. Videns autem Bolezlavus, quod sic agens tempus in vacuum expendebat, et quod dies sole in occasum vergente declinabat, electionem audaciae militaris duci Bohemico proponit, videlicet, aut Bolezlavus sibi locum dabit ut transeat, vel illuc transibit si dux Bohemicus loco cedat, asserens etiam, occupandi causa sedem se Bohemicam non venisse, sed more solito iustitiam fugitivorum causamque miserorum, sicut quondam sibi fecerat, defendendam suscepisse. Quapropter aut suum fratrem in sorte hereditatis paternae pacifice revocaret, aut iustus iudex omnium inter eos[b*] proelio campestri veram iustitiam declararet. Ad haec dux Bohemicus respondit: *Fratrem quidem meum libens recipere, si tuum reperiris, sum paratus, sed cum eo regnum dividere, nisi consilio caesaris, non sum ausus. Si vero voluntatem vel facultatem habuissem vobiscum cominus confligendi, non vestram licentiam exspectarem, cum longam[c] habuerim prius licentiam transeundi.*

22.[d] *De vastatione terrae Bohemicae per Polonos.*

Videns autem Bolezlavus, quia dux Bohemicus in his responsionibus quas mandaret nullam certam rationem nisi verba solummodo nuda daret, crepusculo diei, tempore requiei castrum movit, nec ab illius ripa fluminis ad Labe flumen descendendo se removit. Ibi vero iuxta Labe fluvium illum fluviolum[67] sine obstaculo pertransivit, et festinans ibi bellum ubi dimiserat requisivit. Cum autem ad Bohemorum stationes perveniret, nec aliud de ipsis quam vestigia reperiret[e], convocatis senioribus consilium inivit, ubi satis quid salubrius et honestius esse videbatur cum ratione diffinivit. Quidam enim de senioribus aiebant: *Tribus diebus satis sufficit per virtutem in terra hostium nos stetisse, nec bellum illis omnibus congregatis et praesentibus invenisse.* Iterum alii dicebant: *Iudicia Dei vera sunt et hominibus occulta. Bene processimus usque modo, sed si diutius immoramur[f], in dubio pendet, quo se verterint ista fata.* E contra Bolezlavus et iuvenes seniorum consilia postponebant, et ire Pragam ut inantea collaudabant. Et vere vicisset seniorum consilia consilium iuvenile, nisi panis defecisset, qui plus potest quam possit facere ius civile. Collaudato vix itaque consilio Bolezlavus redeundi, redeundo comburendi dedit licentiam et praedandi. Ipse vero semper ordinatis choortibus incedebat, plerumque cum extremis agminibus pro subsidio subsistebat. Habebat etiam acies militum ordinatas, qui combustoribus et praedatoribus anteirent, et a Bohemis supervenientibus praeviderent. Cumque tam prudenter tamque sagaciter exercitum duxisset ac reduxisset, et ad silvarum introitum sexta feria iam stationem posuisset, vigilias crebriores fieri, paratiores esse, unamquamque legionem, si tumultus forte fieret, in sua statione persistere praecepit. Eadem nocte Bolezlavo post matutinas orationibus persistente, forte quidam horror[g] universam stationem occupavit, et clamorem subitaneum per totum exercitum excitavit. Tum quaeque[h] provincia quam choors armata, sicut constitutum fuerat, in sua[i] statione perstitit, suum locum defensura; acies vero curialis curialiter[k] armata circa Bolezlavum astitit, ibi victura vel ibidem moritura. At Bolezlavus, audito clamore populi, statim iuvenum multitudine circumstantium coronatus, ascendit in locum loquturus aliquantulum altiorem, ibique sua locutione probis auxit audaciam, timidis horrorem ademit pariter et timorem sic exorsus:

a) IIIIto 2. b) mcientes *exhibent* 1. 2. b*) *ita correxi. P.* interesse *cod.* c) longa 1. 2. d) XXII. *decst* 1. 2. e) reperivit 1. 2. f) minoramus 1. g) in *addunt* 1. 2. h) quoque 1. 2. i) visa 1. 2. k) curiales 1. 2.

67) Cydlinam. K.

23.[a] *De audacia Bolezlavy et providentia*[b].

1110. *O iuventus*[c] *inclita moribus et natura, mecum semper erudita bello, mecum assueta labore, securi sustinete, pariter exspectate laeti diem hodiernum, qui nos triumphali coronabit honore. Hactenus Bohemi sicut monstra marina vel silvatica de gregibus nostris aliquid rapuisse et cum eo per silvas aufugisse Polonis insultabant et pro militia reputabant. Vos vero iam die septimo terram eorum circuistis, villas et suburbia combussistis, eorum ducem et exercitum congregatum vidistis, bellum quaesistis nec invenire potuistis. Quippe autem hodie, Bohemi si bellum non commiserint, aut si commiserint, hodie*[d] *Deo iuvante Poloni suas iniurias vindicabunt. Et cum proelium inieritis, memores estote praedarum, captivorum, incendiorum, memores estote puellarum raptarum, uxorum et matronarum, memores estote quotiens vos*[e] *irritaverunt, memores estote quotiens ipsi fugientes vos insequentes fatigaverunt. Ergo sustinete modicum, fratres et milites gloriosi, estote fortes in bello, iuvenes mei laetabundi. Hodierna dies vobis conferet quod semper optastis, hodierna dies dolorem delebit quem tanto tempore comportastis. Iam aurora paret, cito dies illa gloriosa exardebit*[f]*, quae traditionem et infidelitatem Bohemorum revelabit, et praesumptionem et superbiam eorum conculcabit, et quae nostras et parentum iniurias vindicabit; dies inquam, dies illa, dies semper in Polonia recolenda, dies illa, dies magna et amara semper Bohemis et horrenda, dies illa, dies Polonis gloriosa, dies illa, dies Bohemis odiosa; dies inquam omnium tripudia laetabunda, qua frontes Bohemorum humo tenus*[g] *inclinabit, in*[h] *qua Deus omnipotens cornu humilitatis nostrae dextera suae*[i] *magnitudinis exaltabit.* Hac[k] oratione completa, missa generalis per omnem stationem celebratur, sermo divinus suis parochianis ab episcopis praedicatur, populus universus sacrosancta com-
Oct. 8. munione confirmatur. Quibus rite peractis, cum ordinatis agminibus more solito de stationibus exierunt, et sic paulatim ad silvarum introitum perveneruntCum autem ad silvas tanta multitudo pervenisset, neque loci notitiam neque viae vestigium habuisset, unusquisque sibi viam per devia faciebat, et sic signa vel ordinem retinere iam[l] nequiebat. Obstrusam enim viam qua venerant et omnes alias audiebant, et ideo per viam aliam, non capacem tantae multitudinis, rediebant. Dux vero Bolezlavus retro de latere dextro cum acie curiali subsistebat, totumque suum exercitum sicut pastor egregius praemittebat. Comes quoque Scarbimirus ex altero latere in silva tenui Bolezlavo latitabat, ibique Bohemos, si forte sequerentur, in insidiis exspectabat. Gneznensis enim acies patrono Poloniae dedicata, cum quibusdam palatinis aliisque militibus animosis in planitie quadam parva dominum subsistentem[m] exspectabat, quae planities silvas maiores a minori silva praestante dividebat. Cumque Bolezlavus ex obliquo suum exercitum per silvam tenuem[m'] sequeretur, videns suos et a suis visus, hostes reputavit suos, a suis etiam hostis similiter aestimatus, sed propius invicem accedentes et arma subtilius contemplantes, signa Polonica cognoverunt, et sic a paene coepto scelere desierunt. Interim Bohemi quasi iam certi de victoria, non ordinati ut[n] prius cathervatim, sed unus ante alium, properabant, quia Polonos in silva iam receptos, ad proelium irrevocabiles, inordinatos, latitantes[o], dispersos, se capere sicut lepores reputabant. At belliger Bolezlavus, visis hostibus iam vicinis, exclamavit: *Iuvenes, feriendi nostrum sit initium, noster quoque finis!* Hoc dicto, statim venabulo primum in acie de dextrario suppinavit, et cum eo simul Dirsek pincerna potum alteri mortiferum propinavit. Tum[o] vero iuventus Polonica certatim irruunt, lanceis prius bellum inferunt, quibus expletis enses exerunt, clipei paucos de Bohemis accedentes ibi clepunt, loricae pondus non subsidium illis reddunt, galeae honorem ibi capitibus non salutem acquirunt. Ibi ferro ferrum acuitur, ibi miles audax cognoscitur, ibi virtus virtute vincitur. Corpora

Strata iacent, sudore vultus et pectora madent,

sanguine rivi manant, iuvenes Poloni clamant: *Sic est virtus approbanda viris, sic fama quaedam, non praedam furtim rapiendo silvamque petendo rapidorum more luporum.* Ibi fulgens loricatorum acies Bohemorum et Theutonicorum, quae prima fuit, prima corruit, gravata pondere, non adiuta. Adhuc tamen dux Bohemorum vice secunda, tertia, iam flore militiae prostrata iacente, suum dampnum catervas retorquens vindicare nitebatur, semperque suorum congeries corruentium augebatur. Scarbimirus quoque cum acie palatina, silva dividente, cum aliis Bohemorum agminibus dimicabat, ita quod Bolezlavus de Scarbimiro vel

a) XXIII. *deest* 1. 2. b) prudencia 2. c) iuventus *addidit ed. Vars. deest* 1. 2. d) hodie *repetit* 2. e) *deest* 2. f) exarebit 1. 2. g) humo remis *pro* humotenus *erronee* 1. 2. h) *deest* 2. i) sua 2. k) A *anteponit* 2. l) tam 2. m) subsistantem 2. m') *deest codd.* n) *deest* 2. o) Cum 2.

Scarbimirus de Bolezlavo penitus ubi staret vel si proelium ageret ignorabat. Ex utra parte 1110.
Mars suas vires exercet, fortuna ludit, rota Bohemorum eversatur, a Parcis fila Bohemorum secantur[a], Cerberus ora vorantia laxat, portitor Acheronti navigando laborat, Proserpina ridet, Furiae viperinas[a'] illis vestes explicant. Eumenides balnea sulfurea parant, Pluto iubet Ciclopes dignas fabricare coronas militibus merito venerandis, dentibus anguinis linguis nec non draconinis. Quid multis moramur? Videntes Bohemi suam causam divino iudicio non placere, et Polonorum audaciam cum iustitia praevalere, suorum ibi meliorum acie prostrata catervatim, divisi fugam arripiunt, nec eos fugere Poloni statim percipiunt[b], sed fugam simulare credunt. Convallis enim media quaedam et silva Bohemos adiuvabat, quae fugam eorum vel insidias occultabat. Ideo dux Polonorum Bolezlavus milites impetuosos praesumptuose persequi prohibebat, quia cautelam Bohemorum et insidias dubitabat. Comperta tandem Poloni vera fuga Bohemorum, insequentes statim, laxant suorum habenas equorum. Ergo potiti Poloni victoria triumphali, redeundi Poloniam iter inceptum differunt, suos saucios in Bohemia redeuntes secum ferunt, septem tribus[b'] adiectis denarium profectionis[b''] numerum impleverunt. Ad hoc enim detrimentum et dedecus bellica gens Bohemorum traditorum factionibus est redacta, quod paene militibus probis et nobilioribus[c], Polonorum conculcata sub pedibus, est exacta. Ibi quoque cum Bohemis Zbigneus interfuit, cui fugisse similiter quam ibi stetisse plus profuit. Poloni vero de Bohemia cum ingenti tripudio remeantes, omnipotenti Deo grates rependunt aeternales, et Bolezlavo triumphanti laudes referunt triumphales.

24.[d] *De vastatione terrae Prusiae per Polonos.*

Item impiger Bolezlavus vernali tempore non quasi desidiosus in otio requievit, sed Prussiam terram aquiloni contiguam, gelu constrictam introivit, cum etiam Romani principes in barbaris nationibus debellantes, in praeparatis munitionibus vernarent, neque tota verne militarent. Illuc enim introiens, glacie lacuum et paludum pro ponte utebatur, quia nullus[e'] aditus alius[e] in illam patriam[f] nisi lacubus[g] et paludibus invenitur. Qui cum lacus et paludes pertransisset et in terram habitabilem pervenisset, non in uno loco resedit, non castella, non civitates, quia ibi nulla, sibi obsedit, quippe situ loci et naturalis positio regionis per insulas lacubus[h] et paludibus est munita, et per sortes hereditarias ruricolis et habitatoribus dispartita. Igitur belliger Bolezlavus per illam barbaram nationem passim discurrens, praedam immensam[i] cepit, viros et mulieres, pueros et puellas, servos et ancillas innumerabiles captivavit, aedificia villasque multas concremavit, cum quibus omnibus in Poloniam sine proelio remeavit, quod proelium tum[k] invenire plus his omnibus exoptavit.

25.[l] *De concordia Zbigney falsa cum Bolezlavo.*

Hostibus itaque Bolezlavus, sicut dictum est, refrenatis, ducem Bohemicum coegit fratrem minimum, quem supra diximus, in hereditatis sortem recipere, quibusdam civitatibus[68] sibi datis. 1111.
Quo facto Zbigneus Bolezlavo suo fratri legationem misit, misericorditer supplicando, quatinus aliquam particulam hereditatis paternae, sicut dux Bohemorum suo fratri, sibi quoque concederet ea conditione, quod nullatenus[m] in aliquibus illi coaequaret, sed sicut miles domino semper et in omnibus obediret. Nam eum[m'] nec per caesarem nec per Bohemos nec per Pomoranos se posse vincere confidebat, sed quod viribus et armis obtinere non poterat, humilitate saltim et fraterna karitate praesumebat. Verba quidem satis bona et pacifica videbantur, sed aliud promtum in lingua forsan, et aliud clausum in pectore tenebatur. Sed haec dicenda suo loco differamus, et Bolezlavi responsionem audiamus. Audita fama fratris tam humillima supplicatione, Bolezlavus a periuriis tot transactis, ab iniuriis tot illatis ab alienis gentibus in Poloniam introductis, ignoscendo suum animum mitigavit, et Zbignevum cum verbis huiuscemodi conditionis in Poloniam revocavit, videlicet, si verbis suae legationis mens humilis concordaret, et si se pro milite non pro domino reputaret, nec ullam superbiam deinceps nec ullum dominium ostentaret, fraterna caritate[n] quaedam castella sibi daret, et si veram humilitatem in eo veramque caritatem prospiceret, semper eum in melius

a) occantur 1. 2. a') cuperinas 2. b) precipiunt 2. b') superioribus 1. 2. b'') perfectionis 1. 2. c) nobilibus 2. d) XXIV. *deest* 1. 2. d') nullus 1. 2. e) illius 2. f) nullam pat'am *pro* i. i. p. *exhibent* 1. 2. g) lacis 1. 2. h) lacis 1. 2. i) in mensam *incuria scribae* 2. k) cum 2. l) XXV. *deest* 1. 2. m) null's *exhibent* 1. 2. m') enim 1. 2. n) predam *erronee additum fuit* 3. *quod ipse scriba post delevit, sed forsan oblitus delere nec superfluum, quod additum codd.*

68) Satec provincia. Cosmas III, 37. K.

1111. cottidie[a] promoveret; sin vero contumaciam illam antiquam, in corde discordiam occultaret, melius esset, apertam discordiam[a*] quam iterum novam seditionem in Poloniam reportaret. At Zbignevus stultorum consiliis acquiescens, promissae subiectionis et humilitatis minime recordatus, ad Bolezlavum non humiliter sed arroganter est ingressus, nec sicut homo longo tam exilio castigatus, tantisque laboribus et miseriis fatigatus, ymmo sicut dominus cum ense praecedente, cum simphonia musicorum tympanis et cytaris modulantium praecinente, non serviturum sed regnaturum designabat, non se sub fratre militaturum sed super fratrem imperaturum praetendebat. Quod quidam sapientes in partem aliam quam Zbigneus forsan cogitaverat noverunt, et consilium Bolezlavo tale suggesserunt, quod se statim credidisse poenituit, semperque se fecisse poenitebit[69], talibus videlicet verbis mentem humanam accendentes: ***Hic homo tantis calamitatibus contritus, tam longo exilio detrusus, aditu primo cum tanto fastu superbiae, de singulis adhuc incertus ingreditur, quid faciet in futuro, si sibi potestas aliqua de regno Poloniae concedatur?*** Aliud quoque maius et periculosius asserentes, quod ipse videlicet Zbigneus quemlibet cuiusque generis, divitem sive pauperem, iam repertum et constitutum haberet, qui Bolezlavum oportuno sibi loco considerato vel cultello vel alio quolibet ferramento confoderet, quem homicidam ipse, si tunc mortis periculum evitaret, honoris magni culmine sicut unum de principibus exaltaret. Sed nos magis credimus ab ipsis malis consiliatoribus hoc fuisse machinatum, quam unquam ab ipso Zbigneo satis humili satisque simplici tale facinus cogitatum. Ideoque minus mirandum, iuvenem aetate florentem, in imperio consistentem, iracundia stimulante, sapientum quoque consilio sugge-
rente, quotlibet facinus perpetrare, quo mortis periculum evitaret et securus a cunctis insidiis imperaret. Nullus tamen credat illud peccatum in spiritu[b] fuisse perpetratum sed ex praesumptione, non ex deliberatione sed ex occasione propagatum[b*]. Si enim Zbigneus humiliter et sapienter adveniret, sicut homo misericordiam[c] petiturus, non sicut dominus, quasi vanitatis fascibus regnaturus, nec ipse in dampnum irrecuperabile corruisset, nec alios in crimen lamentabile posuisset. Quid ergo? Accusamus Zbigneum et excusamus Bolezlavum? Nequaquam. Sed minus est peccatum ira praecipitationis ex occasione data perpetrare, quam illud faciendum ipsa deliberatione[d] pertractare. Nos vero nec peccato deliberationis poenitentiam denegamus, sed in poenitentia tamen personam, aetatem, opportunitatem perpendamus. Non enim convenit post malum inrecuperabiliter perpetratum malum peius evenire, sed illi qui sanari potest decet medicum discretionis medicamine subvenire. Quapropter, quia quod factum est, in altera parte non potest in statum pristinum restaurari, oportet partem[e] infirmam, medicinae capacem, in statu dignitatis vigilanti[f] studio discretionis conservari. Unde constat infirmo corpori aliter corporali subsidio ministrari, et infirmum spiritali medicamine sustentari. Sed qui Bolezlavum in hoc, quod tale quid egerit, accusamus, in hoc tamen, quod digne poenituerit et satis humiliaverit, collaudamus. Vidimus enim talem virum, tantum principem, tam deliciosum iuvenem primam karinam[70] ieiunantem, assidue cinere et cilicio humi provolutum[g], lacrimosis suspiriis irrigatum, ab humano consortio et colloquio separatum, humum pro mensa, herbam pro mantili[71], panem acrem[h] pro deliciis, aquam pro nectare reputantem. Praeterea pontifices, abbates, presbiteri missis et ieiuniis eum quisque pro suis viribus adiuvabant, et in omni solempnitate praecipua vel in ecclesiarum consecrationibus aliquid sibi de poenitentia canonica auctoritate relaxabant. Insuper ipse missas cottidie pro peccatis, pro defunctis celebrari, psalteriaque[i] cantari faciebat, et in pascendis et vestiendis[i*] pauperibus magnae caritatis solatium impendebat. Et quod maius his omnibus et praecipuum in poenitentia reputatur[k], auctoritate dominica fratri suo satisfaciens, concessa venia concordatur. Unum quoque Bolezlavus fructum poenitentiae satis dignum ...[l], quod potest reputari de tanto principe cunctis poenitentibus quasi signum. Nam cum ipse non ducatum sed regnum magnificum gubernaret, ac de diversis et christianorum et paganorum nationibus hostium dubitaret, semet ipsum regnumque suum servandum divinae potentiae commendavit, et iter peregrinationis ad sanctum Egidium[72] sanctumque regem Stephanum

a) die cottidie *codd.* a*) aperto discordia *pro* apertam discordiam 1. 3. b) *ita restitui; t. q.* in ira, animi impetu. *P.* in ape *codd.* b*) peragatum 2. c) misericordia 1. 2. d) ipē deliberacionis *pro* ipsa deliberacione 1. 2. e) artem 2. f) *ita corrigo. P.* vigilandi 1. iugulandi 2. g) pervolutum 2. h) acrum 2. i) psalteriaque 2. i*) vescendis *codd.* k) deputatur *erat* 2, sed de *notatum punctis subpositis, et* 'e *desuper scriptum apparet.* l) *excidit verbum, v. c.* ostendit.

69) Ib. III, 34. K. 70) quadragesimale ieiunium. K. 71) stragulo. K. 72) Abbatia b. Aegidii rege fundata exeunte saec. XI. munita olim erat in comitatu Semichiensi in Hungaria a Ladislao Bel Comp. Hung. geogr. Poson. 1777. p. 178. Cf. Mabillon Ann. Bened. V, 128. ubi citatur diploma

occasione colloquii, paucissimis hoc rescientibus, summa devotione consummavit. Omnibus quippe diebus illius quadragesimae[a] sola contentus panis et aquae refectione ieiunaret, nisi tanti laboris occasione discretio praesulum et abbatum missis et orationibus illud ieiunium caritatis obsequio violaret. Singulis quoque diebus ab hospitio tamdiu pedibus quandoque nudis cum episcopis et capellanis incedebat, donec horas perpetuae virginis dieique canonicas septemque psalmos cum letania poenitentiales adimplebat, et plerumque cursum psalterii post defunctorum vigilias adiungebat. In pedibus etiam pauperis abluendis, in elemosinis faciendis ita devotus et studiosus per totam viam illius peregrinationis existebat, quod nullus indigens ab eo misericordiam quaerens sine misericordia recedebat. Ad quemcumque locum episcopalem vel abbatiam vel praeposituram dux septentrionalis veniebat, episcopus ipsius loci vel abbas vel praepositus et ipse rex Ungarorum Columnannus aliquotiens obviam Bolezlavo cum ordinata processione procedebat. Ipse autem Bolezlavus ubique semper aliquid per ecclesias offerebat, sed in illis locis principalibus nonnisi aurum et pallia proferebat. Et sic religiose per totam Ungariam ab episcopis et abbatibus et praepositis[b] recipiebatur, ita munifice sibi corporale servitium ab ipsis cum summa diligentia parabatur, et ipsos ipse donabat, et ipse ab ipsis donabatur. Ubique tum eum ministri regis et servitium sequebatur, et ubi Bolezlavus diligentius vel negligentius reciperetur, notificandum regi a suis familiaribus notabatur. Et quicunque diligentius eum et honestius recipere videbatur, amicus esse regis vel gratiam inde consequi sine dubio dicebatur. Cum tali devotione spiritali talique[c] veneratione temporali Bolezlavus de sua peregrinatione remeavit, neque tamen in regnum suum rediens vitam poenitentis habitumque peregrinationis abnegavit, sed ad sepulcrum usque beati martiris Adalberti, pascha[d] Domini celebraturus, cum eodem peregri- 1113.
nationis proposito[e] perduravit. Et sicut cottidie propius ad locum sancti martiris accedebat, Apr. 13.
tanto devotius cum lacrimis et orationibus nudis pedibus incedebat. Cum autem ad urbem et sepulchrum sancti martiris pervenisset, quantas elemosinas in pauperibus erogavit! quanta per ecclesiam et in altaribus[f] ornamenta praesentavit! Opus aureum existit operationis[g] argumentum, quod fecit Bolezlavus reliquiis sancti martiris in[h] suae devotionis et poenitentiae testamentum. In illo namque feretro auri purissimi 80 marcae continentur, exceptis perlis gemmisque pretiosis, quae minoris quam aurum pretii non videntur. In episcopis vero suis, in principibus, in capellanis, in militibus, in muneribus ita magnifice et munifice pascha sanctum illud gloriosissimum celebravit, quod singulos maiorum et paene minorum pretiosis vestibus adornavit. De canonicis[i] autem beati martiris, de custodibus ecclesiae vel ministris, vel de civibus ipsius civitatis ita liberaliter ordinavit, quod omnes, nullo praetermisso, vel vestibus vel equis vel aliis muneribus, unumquemque pro qualitate dignitatis et ordinis, honoravit. Hac itaque peregrinatione tam religiosa devotione completa, non ideo tamen est obsessio, facta prius[73], de cordis nostri memoria sic deleta, nec debet quisquam illud praeposterum ordinem reputare, quod, si fuerit intersertum, poterit coeptae narrationis totam seriem perturbare. [73]

26.[k] *Pomorani tradiderunt castrum Nakel Polonis.*

Igitur castrum Nakel, ubi proelium illud fuisse maximum superius memoratur, et unde 1111.
dampnum semper Polonis laborque continuus generatur, Bolezlavus cuidam Pomorano genere sibi propinquo, Suatopole vocabulo, concesserat cum aliis castellis pluribus sub tali fidelitatis conditione retinere, quod nunquam deberet ei suum servitium vel castella causa pro qualibet prohibere; sed postea nunquam iuratam sibi fidelitatem retinuit, neque veniens unquam[l] promissam servitutem exhibuit, nec venientibus portas castellorum aperuit, ymmo, sicut perfidus hostis et traditor, viribus et armis sua seseque prohibuit. Unde Bolezlavus dux septentrionalis ad iracundiam concitatus, convocatis bellatorum choortibus castrum

a) *lectio Chron. princ. Polon.as; illis quadragesime non recte pro* illius quadragesime 1. 2. b) prepositibus *errore scribae* 2. c) de *erronee additit sed punctis notavit* 2. d) pscha *erronee* 2. e) preposito 2. f) alteribus 2. g) exitit comperacionis *corrupte pro* e. o. 2. h) et 2. i) canoniciis 1. k) XXVI. *deest* 1. 2. l) *ita emendavi; neque venientibus neque promissam codd. et edd.* P.

papae, confirmans fundationem huius monasterii, quod erat subiectum abbati S. Aegidii, *S. Gilles* in valle Flaviana in Gallia. S. 73) Ideo quae in capite sequenti narrat auctor, tempore antecedunt Boleslavi iter ad S. Aegidium, itaque cum Giesebrecht Wend. Gesch. II, 168. ob mentionem factam Colomanni regis, qui obiit 4. Febr. 1114, iter illud ad annum 1113. videtur revocandum, et bellum contra Pomoranos, quod Roepell I. 263 cum anno 1118. coniunxit, ad 1111 et 1112. K.

1111. Sept. 29. Nakel[a] fortissimum obsedit, suam vindicare contumeliam meditatus. Ibique de festo sancti Michaelis ad nativitatem usque dominicam sedens, et in bello contra castrum cottidie studiosus incedens, laborem suum in vanum penitus expendebat, quia humidum per locum, aquosum et paludosum, machinas et instrumenta ducere non sinebat. Insuper castellum erat et viris et rebus necessariis sic firmatum, quod non esset armis vel necessitate rei cuiuslibet per annum continuum expugnatum. Ipse quoque Bolezlavus, cum ibi fuerit sagittatus, ad se vindicandum est maioris irae stimulis agitatus. Unde Suatopole pacem semper vel pactum aliquod per amicos et familiares Bolezlavi requirebat, et pecuniam illi magnam cum obsidibus offerebat. Quibus rebus perpensis, Bolezlavus obsessionem dimisit, redeundi suamque contumeliam vindicandi tempus ydoneum expectando remeavit, partemque pecuniae secum
1112. obsidemque filium ipsius primogenitum asportavit[b]. Item anno sequenti, cum ipse Suatopole neque fidem datam neque pactionem factam observaret, neque de periculo filii cogitaret, nec ad colloquium cum Bolezlavo constitutum venire vel causam excusationis mittere procuraret, suum Bolezlavus exercitum congregavit, hostemque perfidum aliquantulum in virga ferrea, sed non plenarie, visitavit. Qui cum ad confinium Polnoraniae pervenisset, ubi quilibet princeps alius cum tota multitudine timuisset, exercitu relicto cum electis militibus inantea properavit, et castellum Wysegrad impetuose capere, castellanis non praemeditantibus nec
74 praemunitis, cogitavit[74]. Ubi vero ventum est ad fluvium, qui iunctus Wislae[c] flumini, castellum illud in angulo situm fluviorum ab eis ex altera parte dividebat, alii fluvium illum cursim[d], alius ante alium transnatabant, alii vero Mazoviensium[e] per Wislam fluvium navigio veniebant. Sicque contigit ignoranter in bello dampnum fieri plus civile[75], quam octo diebus expugnando castrum illud assultu fuerat ex hostili. Exercitu tamen toto circa castrum congregato, iamque diversorum instrumentorum apparatu oppidi expugnandi praeparato, oppidani pertinacem in hostes obstinaciam Bolezlavi metuentes, recepta fide[f] deditionem fecerunt, sicque manus Bolezlavi mortemque evaserunt. Illud vero castrum Bolezlavus octo diebus acquisivit, octoque diebus aliis sibi retinendum ibi residens praemunivit; ibi derelictis praesidiis, inde progrediens, obsidione castrum[g] aliud[h] circumivit[i]. Illud namque castrum cum maiori labore prolixiorique dilatione Bolezlavus expugnavit, quia plures ibi et fortiores ibi pugnatores locumque munitiorem assultu bellico exprobavit. Paratis igitur a Polonis instrumentis ac machinationibus expugnandi, Pomorani similiter instrumenta modis omnibus repugnandi fecerunt[k]; Poloni foveas aequant, terram lignaque comportant, quo levius ac planius ad castrum cum turribus ligneis accedant; Pomorani contra lardum lignaque picea parant, quibus paulatim congeriem illam comburant. Tribus enim castellani vicibus instrumenta omnia de muro descendentes furtive combusserunt, tribusque vicibus iterum illa Poloni construxerunt. Ita nempe[l] turres ligneae Bolezlavi castello vicinae stabant, quod castellani de propugnaculis cum eis armis et ignibus repugnabant. Si quandoque Poloni castellum armis, igne, lapidibus stratis[m] impetebant, castellani similiter modis omnibus vicem contrariam repugnabant. De Polonis multos castellani sagittis[n] et lapidibus vulnerabant, de castellanis vero Poloni plures cottidie perimebant. Erant enim pagani de morte securi[o], si virtute bellica caperentur, et ideo[p] malebant, ut cum fama se defendentes quam collum extendentes cum ignavia morerentur. Interdum tamen cum Bolezlavo pactum facere castrumque reddere cogitabant, interdum[q] inducias petentes, vel auxilium exspectantes illud consilium differebant. Interea Poloni nunquam otiosi, nunquam desidiosi, tot laboribus et vigiliis fatigati desistebant, sed castrum capere vel insidiis insistebant. Pomorani vero talem Bolezlavi mentem et intentionem cognoscebant, quod nullatenus evadere manus ipsius nisi castro reddito praevalebant, et ex hoc maxime diffidebant, quia de Suatopole suo domino nullum auxilium expectabant. Unde pro tempore consilium partibus utrisque satis ydoneum inierunt, castellum videlicet fide recepta tradiderunt, ipsique sani cum suis omnibus, incolumes, quo sibi libuit, abierunt.

a) Nakyel 2. b) idem *addidit erronee* 2, *sed postea delevit.* c) Wysle 2. d) cursum 1. 2. e) *tota haec columna usque ad verba: congeriem illam comburant, minutioribus litteris eadem quidem sed festinante manu scripta* 2. f) fidem 2. g) illud *addidit* 2, *sed qua superfluum punctis notavit.* h) cremavit *addidit, sed qua superfluum punctis notavit* 1, *quod etiam* 2. *posuit, sed non delevit.* i) circuivit 2. k) *ita recte addit Chr. princ. Pol. p.* 91. l) namque 2. m) statis 1. 2. n) *ita videtur legendum, cf. Chr princ. Pol. p.* 91. o) secum *erronee* 1. 2. p) ide 2. q) interim *codd.*

74) De hoc castello cf. excursum 11 apud Roepell I, 671. K. 75) dampnum civile est dampnum civium, scil. Polonorum. P.

ANNALES AUSTRIAE.

EDIDIT

W. WATTENBACH PH. DR.

Herimanni Augiensis chronicam, per monachum Sangallensem in epitomen quandam redactam, omnibus fere qui in superiori Germania post eum annalibus conscribendis operam dederunt, fundamenti loco fuisse, in praefatione illi praemissa Pertzius demonstravit. Eiusmodi epitomen Sichardus edidit, simillimam huius quam per Austriam vulgatam fuisse constat, in aliquibus tamen diversam. Huic praeterea continuationem accessisse censendum est, usque ad annum fere 1089 *productam, quam in annalibus quoque Wirzeburgensibus et Hildesheimensibus*[1] *agnoscimus. Huic igitur fundamento superstructa sunt quae per diversa provinciae Salisburgensis et Pataviensis monasteria annalium modo scripta sunt, variis semper continuationibus aucta, quae hic uno sub conspectu proponenda duximus. Multa sunt et varia quae in codicibus manuscriptis invenimus, raro simpliciter descripta, sed modo interpolationibus aucta, modo in compendium redacta. Quod interdum facile cognoscitur, saepius temporum iniuria accidit, ut genuino fonte deperdito rivos tantum reperiamus, quos diligenti cura inter se conferre oportebat, quo veram, quantum licebat, fontis ipsius imaginem nancisceremur. Plurimi enim per has provincias nec spernendi annales saeculis XII. XIII. XIV. compositi sunt, quin etiam integrae historiae quarum excerpta tantum habemus. Exemplo sunt Ottonis Frisingensis opera quae multi annalium scriptores in usus suos verterunt, cum aliorum quae apud diversos auctores simili modo scripta occurrunt fontem frustra quaeramus.*

Omnium vero quos hic damus annalium primam originem in Mellicensi coenobio fuisse, ex eo concludimus quod vel in ipsis Salisburgensibus non desit mentio S. Cholomanni a. 1012. *et conditi in Medelic monasterii a.* 1089. *In his vero quos habemus Mellicensium annalibus deest mentio expeditionis Polonicae a Conrado imperatore* 1029 *susceptae, quam ceteri plerique habent. Exemplar igitur epitomes illius ex Herimanno derivatae ibi fuisse apparet, auctum ut fit et continuatum a monachis, quod a plurimis et descriptum est et excerptum. Et in Salisburgensibus quidem annalibus multa omissa sunt, alia retenta quae scriptor Mellicensis praeteriit e. g. a.* 45. 57. 112; *cohaerent autem cum Mellicensibus nostris usque ad a.* 1177, *unde efficitur, post a.* 1123, *quo id quod superest exemplum Mellicense scriptum est, et hoc et aliud quo scriptor Salisburgensis usus est simili modo fuisse continuatum. Quod etiam aliis indiciis comprobari, infra ostendemus.*

1) Mon. SS. II. 246. III, 106.

Sed quia annales Salisburgenses iam ab ipso initio et in multis diversi sunt a Mellicensibus, et plurima aliunde sumpta praebent cum illis coniuncta, utrosque seiungere oportebat. Quare primo loco Mellicenses damus cum continuationibus suis et additionibus per diversa monasteria adiectis, post eos vero Salisburgenses, cum suis itidem continuationibus.

Codices quotquot superstites invenire potui, omnes ipse contuli.

ANNALES MELLICENSES.

Epitomen chronicae Herimannianae, a Mellicensibus et auctam et continuatam, Erchenfridus abbas a. 1123 *in codice adhuc superstite nitide describendam curavit; ibidem continuationes adiunctae sunt, variorum manibus scriptae, usque ad a.* 1564. *Eo codice Cremifanenses, Lambacenses, Zwetlenses usi sunt. Sed alia praeterea habemus apographa, quae ad annum usque* 1074 *cum illo in plerisque conveniunt, postea satis diversa sunt, ita tamen ut fontem utrisque communem facile agnoscas. Nec mirum; novimus enim codices plurimos adnotationibus brevibus, incomptis refertos et ita confuse scriptos, ut necesse sit, si a duobus exscribantur, satis diversa effici exemplaria, praesertim si scriptores styli aequalitati student, et delectum quendam facientes non omnia recipiunt. Et continuatio quidem post a.* 1123. *in codice Mellicensi plurimorum scriptorum manibus scripta sine dubio autographa est, sed in altero quoque exemplo simili modo nunc eadem nunc paulo diversa nunc plane alia addita fuisse apparet. Ea igitur ab a.* 1075—1139 *ex opposito alterorum annalium imprimenda curavimus; sequentia quae longius recedunt cum annalibus Claustroneoburgensibus coniunximus, exemplari scilicet annalium Mellicensium quod Claustroneoburgum devenit, ibique formam satis mutatam induit, et prolixis postea continuationibus auctum est.*

Codices igitur manuscriptos in duas ut ita dicam familias distribuimus; eorum quos primo loco ponimus, omnes a. 414. Attalus *habent, non* Adulphus; *a.* 1029. *omittunt.*

A1. *Codex autographus Mellicensis n.* 383. *prius* I3. *mb. fol., quem cum reliquis quibus usus sum codicibus manuscriptis in Annalium nostrorum vol. X. fusius descripsi, post V. C. Hieronymum Pez, qui „Chronicon Mellicense“ inde sumptum satis accurate edidit inter Scriptores Rerum Austriacarum Vol. I. p.* 166—288. *Annales ut nostro more eos vocamus incipiunt p.* 45; *numeri annorum usque ad a.* 1300. *statim a primo scriptore a.* 1123.[2] *ita dispositi sunt ut singulis annis binos versus assignaret. Post a.* 1123 *raro eadem manus plures quatuor vel quinque annis continue scripsit; loca quibus alterum alter excepit religiose indicavi, sed saepe discerni nequit, idemne alio tempore an novus scriba pergat. Specimina in tabula praebemus, tam ipsorum annalium quam additionum quas plurimas saeculis XIV. XV. adspersas Pezius fere omnes littera inclinata expressit. Nobis distinguendum videbatur; et primum quidem quae saeculo XVII. scripta sunt, ut pleraque de episcopis Pataviensibus omnino reiecimus[3]. Praeterea omisimus magnam molem saeculo XIV ex. scriptam, quae ad verbum ex Martini Minoritae Floribus Temporum petita est. Cetera quae alicuius pretii esse videbantur, tanquam Auctarium Mellicense subiungimus. Continuationes monachi Mellicenses scripserunt, inter quos ab a.* 1412

2) 1123. *Libellus iste scriptus est.* 3) Specimen v. in tabula ad a. 902. 1151.

(901) Vngari carentaria muadunt. & in sabbato comissa pugna occidunt. Bernuoy
Lodc anno Mormarus & Isanrichus cū rege pacificant. monē Sprungers filq

(902) Leopoldꝰ marchio austrie. Venit in austriam filꝰ huiꝰ noīs ⁊ fundator aīostery melkē

(903) I. Vngarii amarui occidunt. Berngor. Reginolt. berhart. germani fr̄s occidunt.

(906) I. nō de alberto comite babenbergē aūi. mūt epī ecclēs pī alberonis sue nobilitatis

M.C.LI. qui sēl papa aplico sedi insser. hos dns petrus erit qui petrū regit. dns q̄ conscor mūdi c.
dor mūdi dicūt nō esse dcm quorum cor dispst qui ipe cordis in cinerib⁹ quod sumus
fiat dnus quia quod sit est. Henricus epūs Salzpūn & q̄ fuit filius ottonis duc⁹ Bauarie & comitis de wolfratshusen fratres marchi de Istria
M.C.LII. Chōnradus egregi⁹ Romanor⁹ impator ob. Fridericus barbarus ei⁹ substituit.

(1020) scōr. Reliquie uō, quibꝫ ipā crux ubiq; mūs plena est, sūt reposite sūt
q̄dmodꝫ prius posite erant, Et qui scripte hec, pūs uidit. ⁊ patrui pluo

A. 2. C. Cremifanenses Bibl. Caesar. 375 hist. pag. 82.

Ipse ē hēnr⁹ pīus dux austie & fil⁹ imptīs dni
p q̄ Heinrico fr̄i a marchio onomatis efficit. Hoc anno Lib⁹ iste scriptꝰ ē.

M.CXLIII. Innocentiꝰ pp ob. Celestin⁹ elig⁹.

M.CXLIIII. Celestin⁹. Lucⁱ q; Gerhardꝰ elig⁹.

(1022) Hūc L. stranguē ad ouile mūstrū Glyre dlgūt.

Hanno rex filꝰ F. imptīs q̄ctor ⁊ Apulie mouit. q. ex uxore sua neptē videlicet Wilehelmi. ide regnū ⁊ sub ē debuit.

Heinricꝰ vi⁹ mus p̄ coronat M. C. LXXXX. I. Eclypsis solis facta ē viii. kl. Iulii. circa horā nonā Wo
cpō parauic elig⁹ uir ⁊ diuino pr⁹ eloq. Clemens pp. o.

A. S. C. Lambacenses.

Mc.lxxx.u. Dux austrie. pat⁹ pat⁹. Liupoldꝰ nōe
cū mutuꝰ s⁹ nuncios. usus o stanumopoli uerūm
tendit. Inundationes uarie hoc anno.

M.c.lxxxx.i. Wolfkerꝰ epūs parauie eligit⁹. ⁊ Eclypsis sol facta ē. viii. k
iyl. Clemens pp. o. Celestinus substituit. a quo Heinr⁹ lulii. circa horā nonam.
imp⁹ ⁊ uxor ei⁹ coronant. Exinde Apulie

Hagg; debitores fundit. debruens, stragē īn modicā hominū fecit.
Iō Rūdolf⁹ comes de Hapspurch pcipit in rēge Romanor⁹ eligī & coronar.
M. cc. lxxiiii.
M. cc. lxxx. v. Tharon⁹ pp. concilīū gnāle celebrauit in lugduno. ad quod fr̄ Bon⁹ ordīis fr̄m
Nicolaū primū patarche archiepū ciu⁹ diuīe p̄dice ordinis direxit. Ingno Erfurt ad

A. A. C. Zwetlenses. p. 235

(1081) q̄ cū papa eande manu aggressus ē Lucā & uice Gregorii
papa⁹ legatus ei⁹. H. cardinalis albanensis. pus clarevallen urbano regente moritur
sis abbas. uir religione & sciencia pspicuus. mittit ē

Hebdomadarius

usque ad a. 1432 *manus Itala indicat monachos pro reformatione monasterii a.* 1418 *ex Italia accersitos. Inter eos Petrus prior, Bavarus de Rosenheim*[4], *multa in codice nostro adnotavit, in ipsis tamen annalibus nescio an quidquam eius diligentiae possit attribui. Postea a.* 1476. *Iohannes de Megies*[5] *nomen suum ipse indicat, cuius manus usque ad a.* 1481 *manet, et fortasse iam ab a.* 1452 *incipit. Certe res his annis gestae non ipso quo acciderunt tempore in annales relatae sunt; plurimos enim ibi errores commissos esse, intuenti facile patet. Frequens autem rerum Ungaricarum et Ultrasilvaniae mentio Iohannis patriam indicare videtur. Earum continuationum parti posteriori nulla cum aliis affinitas est, priorem usque ad a.* 1240 *monachus Garstensis exscripsit de quo mox dicemus, usque ad a.* 1158 *Conradus de Wizzenburg abbas Mellicensis, quem Pezius breve illud ducum Austriae chronicon scripsisse existimat, quod ex eodem codice edidit SS. I,* 290.

A 2. *Codex monasterii Cremifanensis, nunc bibl. caes. Vindobonensis* 375, *prius hist. prof.* 82.[6] *mb. fol. scriptus a.* 1142. *Hic usque ad a.* 1139. *codicem* A 1. *presse sequitur, omissis tamen versus finem quae locum Mellicensem respiciunt. Initium usque ad a.* 19. *periit. Manu prima admodum eleganti, cuius specimen damus, continuatio a.* 1139—1142, *deinde etiam a.* 1146. 1147. *scripti esse videntur. Secundus quaedam prius omissa supplevit, et a.* 1143—1182 *scripsit, continue ut videtur, deinde seriem abbatum inde ab a.* 1122, *fortasse etiam initium a.* 1189. *addidit. Tertius qui erasis nonnullis locum sibi paravit, a.* 1183—1197. *scripsit, sed a.* 1187—1189 *antiquiora servavit. Retinuimus nomen Continuationis Cremifanensis, etsi aliunde petita paucis tantum de abbatibus huius loci notitiis aucta sunt. His demptis, eadem praebet cod.* A 3. *Postremo sequitur continuatio a.* 1183. 1204—1216. *manu quarta scripta, quae in ipso coenobio orta est. Praeterea ex hoc codice hausimus Auctarium Cremifanense. Per totum enim codicem sparsae sunt adnotationes de rebus Cremifanensibus et Pataviensibus, quas primo intuitu a diversis s. XIV. scriptoribus venisse putabam. Sed cum singulas discernere conarer, frustrata opera eo deductus sum, ut paucis quibusdam exceptis, cetera omnia ab eodem scripta esse existimem, sed modo festinanti calamo, modo accurate, quo tanquam vetustiorum annalium pars apparerent. Auctorem agnoscunt ni fallor eundem, qui cod. hist. prof.* 990, *olim hist. Lat.* 147, *nunc* 610. *glossavit, scilicet Sigimarum, ut Adr. Rauch videbatur*[7]. *Ad a.* 1194. *rei meminit, quae a.* 1315. *accidit.*

A 3 *Codex Lambacensis, nunc bibl. caes. Vindobonensis* 373, *prius hist. prof.* 83. *mb. fol. s. XII. l. inter alia septem annalium folia continet, avulso usque ad a.* 1177. *initio. Sed adest codex s. XV. diligenter exaratus, n.* 3415, *olim hist. prof.* 451, *ex illo descriptus, qui ab anno* 1126 *incipit*[8]. *Igitur ipsi annales Mellicenses ne huic quidem insunt, sed continuationes primo Mellicenses, deinde Cremifanenses, usque ad a.* 1197. *Hoc enim anno primo scriptus esse videtur, etsi a.* 1189. 1191. *mutatae manus scriptorum sese excipientium vicem indicant. Sed statim ab initio cuique anno usque ad a.* 1195. *locus suus, diverso spatio finitus, praesignatus est, picta prima numeri littera; quare eo saltem porrigebatur originale quod describendum librariis traditum est. Addita*

4) De hoc et de ceteris rebus Mellicensibus consule Anselmi Schramb Chron. Mell. vel quae nunc sub prelo est admodum reverendi patris I. Kaiblinger historiam monasterii Mellicensis. 5) Mediasch, urbs Saxonum Transilvanorum. 6) olim hist. Lat. 453. Commemoratur in Lambecii Comm. ed. II. Vol. I, 510. 574. Editus inter Scriptores Rauchii I, 157. 7) SS. Rer. Austr. II. 336. Cf. Theodorich Hagn, Das Wirken der Bened. Abtei Kremsmünster. Linz. 1848. p. 21. 8) editus ab Adr. Rauch, SS. I, 465—488.

sunt quaedam, partim in ipso verborum contextu, partim margini inscripta ab eisdem vel aequalibus scriptoribus, quae coniuncta **Auctarium Lambacense a. 1128—1197** *efficiunt. Alia quae scriptor non incultus ornatus gratia ampliavit, inter varias Cont. Cremif. lectiones relegavimus. Denique post a.* **1197.** *accedit* **Continuatio Lambacensis,** *usque ad a.* **1283. 1334. 1348.** *a multis scripta. Sunt tamen et hic quae aliunde descripta esse arguat nimium confusus rerum ordo, praesertim a.* **1212—1231.**

A 4. *Codex* **Zwetlensis** *n.* **255.** *mb. fol. s. XII. ex. quem* **H. Pez** *descripsit* **SS. I, 547.** *ubi annales in eo contentos resecto usque ad a.* **1012.** *principio edidit. Tacite autem non pauca omisit, quae nuper* **V. D. Ioh. de Frast** *edidit*[9], *ex Wipponis* **V. Chounradi** *et* **Ottonis Frisingensis Gestis Friderici** *petita. Ceterum Annales Mellicenses continet usque ad a.* **1159,** *sed passim correctos vel paulisper mutatos. Quae praeter longiora illa excerpta addita sunt, in* **Auctarium Zwetlense** *a.* **1039—1159.** *congessimus. Sequitur continuatio a.* **1160—1169,** *quae etiam post Radevicum legitur apud Urstisium*[10]*, et cum hoc utique melius coniungitur; postremo autem* **Continuatio Zwetlensis** *a.* **1170—1189,** *optimae notae, quam in fine mancam esse magnopere dolemus. Zwetlensem dicimus quia codex ibi scriptus esse videtur, ipsas autem res excerptas esse ex alio quodam opere nunc deperdito, inde apparet quod easdem sed aliter excerptas etiam in Annalibus Claustroneoburgensibus reperimus.*

Altera de qua iam diximus Annalium Mellicensium forma usque ad a. **1075.** *a priore parum recedit, postea autem magis diversam speciem induit. Cuius exemplum simplicissimum, et ut mihi videtur originale praebet* **Codex Zwetlensis** *n.* **102.** *fol. s.* **XII.** *qui in calce annales a.* **1075—1170.** *a* **Pezio SS. I, 520.** *editos duabus paginis inscriptos continet. Post a.* **1139.** *sequitur* **Continuatio Zwetlensis a. 1140—1159,** *variorum manibus producta usque ad a.* **1170.** *In priore parte quae monasterium Zwetlense tangunt omnia manu alia inserta sunt. Quaedam hinc transscripta sunt in cod.* **A 4.** *ad annos* **1140—1155.** *Sed illam Mellicensem continuationem a.* **1075—1139.** *hic servatam iuxta alteros annales Mellicenses imprimendam curavi. Ea enim est, ni fallor, qua cum his commixta et coniuncta, orta est forma quam proprie* **B** *vocamus.* **Ea** *Claustroneoburgi vel orta est, vel mature eo devenit, itaque varias codicum huius generis lectiones post a.* **1075.** *potius cum Annalibus Claustroneoburgensibus coniunximus. Codices autem huiusmodi sunt:*

B 1. *Cod. bibl. caesareae* **Vindobonensis 539,** *pr. is hist. prof.* **668,** *olim hist. Lat.* **409,** *commemoratus in Lambecii Comm. ed. II. Vol. I,* **510. 575.** *mb. oct. s.* **XII.** *Librum Honorii de imagine mundi excipit compilatio quaedam e diversis annalibus composita. Primi sunt Mellicenses usque ad a.* **1103,** *elegantissima saec.* **XII.** *ex. manu scripti; deinde nonnulla erasa sunt usque ad finem paginae, quia in sequenti ab a.* **1104.** *incipiunt* **Annales Claustroneoburgenses a. 1104—1263.** *s.* **XIV.** *scripti, quibus cum cod.* **B 6.** *proxima est affinitas. Scriptor subaequalis Sancrucensia quaedam adscripsit. Deinde manu eadem scripta modico spatio interiecto sequitur historia annorum* **1264—1279.** *prolixe et accurate scripta. Finem faciunt* **Annales Claustroneoburgenses a. 1279—1301.** *post quos, erasa anni* **1302.** *qui scribi iam coeptus erat prima linea,* **Annales Sancrucenses**[11] *a.* **1302—1310.** *Sed de his infra accuratius*

9) Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen. 1849. Vol. I. p. 414. 10) quod iam H. Pez animadvertit. 11) In cod. Claustroneoburgensi 691. qui saec. XVI. ex hoc excerptus est, priora Vatzoni, ultima post a. 1302. fratri Nicolao Vischel de S. Cruce attribuuntur.

dlxxxv. Papa gregorius q̄ hludowandū rēg̃ ac cōmunicatū Welfo duce bauarie hostiū cuncta deuastauit. & pdam atq; secundā terrā bellū h.v. cū sacrouā uxore uilla ḡ dr durloch. f.m.c. k. febr.

(1007) Welfi regina s. de Kalis illico homines suos. Brunnam dirigit. p ipi⁹ ciuitatis custodia. et morauū defensione. Ipe eā in pte baiu re dni regis romanor pbabiliā impedire cupientes

h. cc. xvi. fuerūt vsq; anūe. & sunt inhūati ē in pbis xvi. kl Iulij. Deū vē mat ipi theodora uocata anūe. s. pie memorie Eberhard ven. archiepi salzpūg.

B 2. C. Sextorum. libl. cart. 906.

Decre vii.x. Basilea abungarisdesh̄ur. Vngari alamanniā allaū. 7 reg nū lotharū muadunt. Burchard⁹ dux alamannie ēfugatur.

Decce viii.x. Cūradus rex.o.

imperatrix. sagenis occidūt. 7 fit ibi strages ad xxxv. milia hanor. 7 sic p̄ oīb⁹ a pe rōne Dam iare reddita 7 dumata paginis. Eodem ū tempe pene paganor obruerūt igne inge tingubili sepūgentes uīlacdotes qm̄ alios clericos i una nauī fluuī fuge u fine edē ānī vdalric⁹ patauiēs. epc̄ rdeundo a uīa sc̄a. obūt. au sucessit

M.cc.xvii. Ebhard⁹ electus ē in epm̄. Patauiēs

B 4 C. Garstense. Ord. bibl. cart. 340. hist. pag. 52.

Henric⁹ rex. Kalyri⁹ pp obyit. Honori⁹ ei successit.

Henric⁹ imp. ex Cūnig. Lotharij⁹ dux Saxonie imperū dicit. — abbas sob. ignotus Kalyrio Sanct. honori⁹ a sucess. fuit nullus.

pp urbanū q̄ Ubert⁹ Anconi⁹ q̄ Isaac substituit Andronico imperat.

filius imperatoris rex Henric⁹ duxit filiā regis

M.CC.VI.

B 4 b. Ord. Cisterciensis.

Ecclesia Cisterciensis ordinis magnus habita. à duobus filiis unius ducis Burgundie. Acad. fit gladio. ab Stephano

M CC XI. Fridric⁹ dux Sueuie sed expectat⁹ & deposit⁹ p̄ secessū ecclē i Cosmā e magno. sed sub pnā cedis & cōfessione

f. 39. B 6 C. Vindebonensis. Ladisl. 446.

Adelheyda marchionissa. s. Welfo	M.lxxv. Alcuinus ep̄ & c Gregorij sunt q̄ fol. anū xvii
dux bauarie fratris expulsi ottone	
Almannus cū pater. unonē ha	M.lxxv.
v. ecclam. s. Emundrudis ī pmū	

fol. 42. Seleph se refugiare uolens hey

fol. 63 (1091) Eodem anno Adelbertus rex romanor̄ missam cum egerum incēsū ibi q̄ puram. venerē cōsecrans veram missarum personā sabbatizauit. Chronez purch castrū ē. cuiuscunq; exalbo muratum destruxit.

Eodē anno pervenit pena tra qđ in toto vitā q̄ audiuimus vix parua i corpa inuenietur

quā de cetero si deo placet redituri. Amen.

M. cc. xcvii. Dux austrie Albert⁹ expulit de terris et confinibus suis ꝓbū virū ac collemptrem ministeriales Dnī de Vnaue & contractis castris et destructis muniōnibus suis. Qui tra tulit se ad Regē Romanor̄ et veteres ac ō si

B 7 C. Claustroneoburgensis. bibl. Cass. 364. hist. pag. 72.

Dñs Otto de Pymontenk cenobio ad epatum Sirlingū euocat⁹ ibi qualis eius uita fuit & quomō eius ꝓ studium floruit & que ul ſuta scripſit ul & quomō ecīa illa peum pfect. Echwinus no tarius eius plenius ōia scripſit. Ad extremum aūt cum ager eno

Mon. Germ. SS. T. IX. Abth. III. ad pag. 482.

dicturi sumus. Codex noster totus descriptus est in cod. Univ. 916, Rep. Schwandtneri I, 635, nunc 5382. ch. f. s. XV; anni autem 1104—1279. in codicibus inter Recentes 1498 et 970, Schwandtner II, 376. 148, nunc 9797 et 8351. ch. fol. s. XVII. et XVIII.

B2. Cod. bibl. caes. Vindobonensis 926, olim inter codices Universitatis, quae eum a. 1540. a Ioh. Fabro episcopo accepit, 843; in Rep. Schwandtneri I, 615; mb. fol. s. XII. Prius ad monasterium Scotorum pertinuit, cuius documenta asseres tegunt. Ibi post Poenitentiale f. 39. sequuntur Annales a. 1—1177. s. XII. continue scripti; annorum 1178 et 1179 numeri erasi sunt. Quaedam in illis a scriptore correcta vel mutata esse videntur; ceterum accurate scripti sunt. Annos 1140—1177. qui a ceteris nimium recedunt, segregatos iuxta illos damus. Proximi sunt Annales Scotorum a. 1178—1224. s. XIII. scripti; pars eorum altera a. 1225—1233. sequitur post catalogum pontificum Romanorum usque ad Alexandrum III. manu eadem cum primis illis annalibus scriptum. Ad hunc codicem proxime accedit

B3. Cod. bibl. caes. Vindobonensis 427, olim hist. prof. 338, mb. s. XII. qui f. 42. Ann. Mellicenses continet; sed a. 166. in prima folii 45 pagina manus antiqua desinit. Ibi nescio quis adnotavit: „Sequentia sunt manu Cuspiniani exarata." Sed et haec abrupte desinunt a. 1159.

B4. Cod. Garstensis, nunc bibl. caes. 340, hist. prof. 52. in quatuor foliis annales a. 953—1258. initio et fine truncatos continet. Ii inter Scriptores Rauchianos primum locum obtinent. Prima eorum pars a. 1181. scripta est, et usque ad a. 1139. Ann. Mellicenses praebet, auctos additionibus ex communi Salisburgensium et Admuntensium fonte sumptis, deinde Continuationem Admuntensem. Verum etiam Continuatio Garstensis a. 1190—1240. plurimorum manibus scripta usque ad a. 1189. prope ad Ann. Admuntenses accedit, nec non ad Cremifanenses. Anni 1196. 1199—1207. ex Admuntensibus, 1207—1213. ex Mellicensibus desumpti sunt, e quibus praeterea manus quaedam s. XIV. non pauca transscripsit, littera inclinata impressa. Ultima deinde portio hic tantum extat et merito in pretio habetur. Codicis huius apographum servatur in Archivo Imperii sub n. Austr. 149. Initii autem quod dudum periit iacturam sarcit

B4ª. Cod. Vorowensis n. 111. saec. XII. exeuntis vel XIII. Habemus ibi Ann. Mellicenses etsi nec erroribus nec mutatis ad scriptoris arbitrium locis immunes; textus verborum quasi medius est inter codices A et B, propius tamen abest a codd. B. Accedunt praeter additiones cod. B4 multo plures, quae omnes Salzburgensem vel Admuntensem originem referunt. Utrasque coniunctas infra sub nomine Auctarii Garstensis invenies. Continuatio adest Admuntensis, usque ad a. 1197. producta.

B5. Codex bibliothecae episcopalis Vindobonensis a Pezio descriptus SS. I, 435, ubi ex eo Annales Claustroneoburgenses a. 218—1348. edidit. Iam tunc principio et fine carebat, nunc totus periit. Pezio teste s. XII. exeunte scriptus erat, sequentia diversorum continuatorum manibus exarata. Mellicenses annales in eo agnoscimus usque ad a. 1173, sed multis, praesertim rebus Claustroneoburgensibus auctos, ut post a. 1140. textum codicum B2. 3. iuxta eos dare praestiterit. Continuatorum nonnulli alios codices exscripserunt, quod et verba omissa testantur, e a. 1279—1301. autographum in cod. B6. servatum. Sed de his infra accuratius disseremus.

B6. Cod. bibl. caes. n. 352, olim inter Salisburgenses 416. Is anno 1512.

fuit Mathei Marscalci doctoris canonicique Augustensis, de Piberbach, qui genealogiam gentis Habsburgicae inseruit; deinde 1668 *„Leopoldini Soc. Iesu in Austria," penes quos in Nova civitate Leibnitius eum invenit, ex cuius apographo a.* 852—1327. *editi sunt in Struviana Scriptorum Freherianorum editione I,* 431—487. *Nuper Boehmerus noster eum denuo evolvit. Annales scripti sunt a.* 1266, *deinde variorum manibus continuati. In margine additiones quaedam parvi pretii manu s. XIII. ex. scriptae sunt, quas in contextum recepit scriptor codicis* 3399, *olim inter Recentes* 1548, *ch. s. XV. quem ab a.* 973. *quo incipit expressit Adr. Rauch SS. II,* 213. *Ex eodem excerpti sunt codices hist. prof.* 497, *nunc* 3422, *s. XIV exeuntis, et hist. prof.* 536, *nunc* 3412, *s. XV.*

B7. *Cod. bibl. caesareae Vindobonensis* 364, *prius hist. prof.* 72, *olim hist. Lat.* 405; *primos dominos indicat inscriptio „Liber S. Marie virginis in Newnburga claustrali." Annales Claustroneoburgenses continet p.* 79—251. *scriptos s. XIV, quos hinc edidit Adr. Rauch SS. I,* 45. *ab a.* 953. *Initio proxime abest a cod.* B1, *sed nonnulla ex arbitrio correcta sunt et mutata. Inde ab a.* 1148. *ex compluribus Annalibus compilatus a ceteris ita recedit, ut integer excudendus videretur. Sed de his Annalium Claustroncoburgensium codicibus plura dicenda erunt, ubi ad eos edendos ventum erit; hic tantummodo ut Mellicensium annalium usque ad a.* 1075. *exemplaria in censum veniunt.*

Primos igitur Annales Mellicenses damus, correctos in ipso coenobio Mellicensi ex codice autographo, benignitate viri admodum reverendi Theodori Mayer, gymnasio simul et bibliothecae praefecti, nobis concesso. Aliorum codicum varias lectiones eas tantum adiecimus, quae naturam et genus codicum indicarent. Annis 1075—1139. *cum contextu codicum* A *coniuncta sunt verba codicis Zwetlensis* 102, *deinde Continuatio Mellicensis ex cod.* A1. *sequitur, usque ad a.* 1564.

ANNALES MELLICENSES.

Herim.Sich. 1. Iesus Christus dominus noster in Bethlehem Iudae nascitur anno 42. Octaviani Augusti Cesaris, transactis ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952, secundum septuaginta vero interpretes 5099, ab Urbe vero condita 752.

3. Herodes infantes occidit. Augustus Tyberium et Agrippam in filios adoptavit.

4. Iudas Galileus ad rebellandum Iudeos cohortatur.

5. Asinus[a] Pollio orator moritur.

6. Herodes rex Iudeae cum magno cruciatu moritur; pro quo Archelaus regnavit annis novem.

7. Fames magna Romae facta est.

9. Tiberius Cesar sub Augusto Dalmatas Sarmatasque subegit.

12. Iani portae duodecim annis ab Augusto clausae aperiuntur.

13. Messala Corvinus orator moritur.

14. Eclypsis solis facta est.

15. Archelaus in Viennam Galliae urbem ab Augusto religatur, et Augustus moritur.

16. Tiberius privignus Augusti regnavit annis 23. Herodes tetrarcha Iudeorum regnum tenuit annis 24.

17. Mathematici Urbe pelluntur.

18. Livius hystoriographus moritur; et Ovidius poeta in exilio moritur.

19. Germanicus qui et Agrippa a Tyberio missus Germanos vicit; et terrae motu 13 urbes corruerunt.

20. Germanicus Cesar moritur.

21. Fenestella hystoriographus poeta[b] moritur.

22. Tyberius multos reges ad se dolo vocatos numquam remisit.

23. Pompei theatrum incensum est.

24. Tyberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno veneno periit.

27. Pylatus preses a Tyberio in Iudeam mittitur.

30. Dominus noster Iesus Christus a Iohanne baptizatur, trigesimo anno aetatis suae secundum carnem inchoante, et predicare coepit.

a) *ita codd. quotquot inspexi.* b) *ita pro* et poeta. *In aliis codd. etiam* poeta *omissum est.*

31. Iohannes baptista ab Herode tetrarcha decollatur.
33. Dominus noster Iesus Christus in Hierosolima passus est et resurrexit. Stephanus lapidatur.
34. Paulus de coelo vocatur. Iacobus, qui dicitur frater Domini, Hiero olimis episcopus ab apostolis ordinatus, sedit annis 30.
35. Pylatus imaginem Caesaris in templo statuens, sedicionem Iudeis excitavit.
36. Seianus prefectus Tyberium ut Iudeos delest cohortatur.
37. Agrippa Herodem tetrarcham Romae accusans, a Tyberio in vincula mittitur.
38. Tyberius Caesar populum Romanum graviter afflixit, et ipse veneno periit.
39. Gaius Caligula regnavit annos 4, menses 10, dies 8, vir scelestissimus. Herodes Agrippa rex Iudeae constitutus a Gaio, regnavit annos 7.
40. Iudei apud Alexandriam profligantur; pro quibus Phylo clarissimus scriptor apud Gaium interpellans, nihil profuit.
41. Pylatus semetipsum interfecit, magnis a Gaio calamitatibus oppressus.
42. Matheus euangelium Ebraice scripsit. Gaius occiditur a protectoribus suis.
43. Claudius annos quatuordecim.
44. Petrus apostolus Romam venit, ibique per 25 annos, menses 2, dies 3 predicans episcopatum tenuit.
45. Herodes Agrippa ab angelo percussus expiravit; pro quo filius eius Agrippa regnavit annos 26. Marcus in Alexandria euangelium scripsit.
46. Fames magna facta est. Claudius Brittaniam subegit.
47. Nova insula 30 stadiorum in mari apparuit.
48. Cives Romani a Claudio numerati, inventi sunt sexagies novies centum milia et 44 milia.
49. Iudeorum in seditione 30 milia interfecta sunt in diebus azimorum.
51. Claudius Iudeos Urbe expulit.
52. Magna fames Romae facta est.
53. Claudius Felicem presidem Iudeae facit.
54. His temporibus Symon magus heresis auctor extitit.
55. Egyptius quidam pseudopropheta Iudeorum plures seducens, a Felice opprimitur.
56. Claudius veneno mortuus est, anno aetatis 64.
57. Nero annos pene 14. Iste flagitiosissimus in cunctis fuit; primam persecutionem in christianos exercuit. Festus Felici presidi successit.
58. Paulus apostolus Romam a Festo preside mittitur.
59. Hucusque librum Actus apostolorum Lucas euangelista perduxit, continentem a passione Domini 27 annos.
60. Statius poeta clarus habetur.
61. Nero Agrippinam matrem et sororem suam interficit.
62. Nero infinita luxuria et lascivia ignaviaque bachatur.
63. Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur. Festo presidi in Iudea Albinus successit.
64. Marcus euangelista apud Alexandriam passus est.
65. Neroianae thermae a Nerone aedificantur. Persius et Lucanus poetae moriuntur.
66. Nero ut similitudinem Troiae ardentis videret, magnam partem Romae incendit.
67. Nero magistrum suum Senecam interficit.
68. Vespasianus dux exercitus adversum Iudeos rebellantes a Nerone mittitur.
69. Petrus crucifigitur; et pestilentia magna Romae facta est.
70. Paulus decollatur, et Nero se ipsum interfecit. Linus primus papa post apostolum Petrum sedit annis 12. Ignatius Antiochiae secundus episcopus post Petrum apostolum ordinatur.
71. Galba menses 8. Otho menses 3. Vitellius menses 8.
72. Vespasianus in Iudea pugnans, imperator ab exercitu constituitur, vir militari virtute precipuus; regnavit annis 10.
73. Titus inenarrabili fame crucistos Iudeos oppugnat.
74. Hierusalem a Tyto expugnata destruitur, anno a passione Domini 42, a prima vero conditione templi sub Salemone anno 1089.
77. Iosephus hystoriographus clarus habetur.
79. Colossus erectus est, habens pedes altitudinis 107.
80. Pestilentia Romae facta est; et terrae motus tres civitates Cipri subvertit.
81. Vespasianus profluvio ventris in villa circa Sabinos periit.
82. Titus Vespasiani filius annis 2, vir omnium genere virtutum mirabilis, ita ut divitiae[a] et amor humani generis diceretur.
83. Cletus secundus papa annis 12. Titus in eadem villa qua et pater obiit anno aetatis 42.
84. Domicianus frater Tyti annos 16. Hic infectus omnibus sceleribus secundo persequitur christianos. Domicianus eunuchos fieri prohibuit.
85. Decreto senatus Tytus inter deos refertur.
86. Tres virgines Vestae ob stuprum dampnantur.
87. Amanus, primus post Marcum euangelistam episcopus Alexandriae, post annos 22 obiit; pro quo Abilius secundus sedit annis 13.
89. Domitianus se deum et dominum appellari iussit.
91. Quintillianus rethor Romae clarus habetur.
92. His temporibus heresis Menandri magi et Hebionitarum et Corinthiorum et Nycolaitarum exoritur.
93. Hoc tempore Romani mala plurima a Domiciano et ab hostibus pertulerunt.
94. Domicianus de Dacis et Germanis triumphat.
95. Clemens papa tertius sedit annos 9. Cornelia virgo Vestalis ob stuprum viva defossa est.
96. Domitianus multos nobilium occidit.
97. Iohannes apostolus in Pathmos insulam a Domitiano exilio missus apocalipsyn scripsit.

a) *ita etiam Annales Admuntenses.*

98. Domicianus Flaviam Domitillam cum aliis multis in exilium pro fide Christi relegavit.
99. Domitianus cum multa mala egisset, crudeliter a suis interfectus est.
100. Nerva senex annum unum. Hic primo edicto suo exules omnes revocavit. S. Iohannes apostolus ab exilio rediens euangelium scripsit. Nerva confectus morbo obiit.
101. Traianus, genere Hyspanus, annos 19. Vir populo Romano utilis, sed errore deceptus tercio persequitur christianos. Iohannes apostolus apud Ephesum dormivit in pace, anno a passione Domini 68.
103. Traianus de Dacis et Scytis triumphat.
104. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.
105. Symeon Cleophae filius, Hierosolimae episcopus, crucifigitur.
107. Terrae motus multas urbes subvertit, et aurea domus Neronis fulmine periit, et Panthéon crematum, et Ignacius Antiochyae episcopus Romae bestiis traditur; pro quo Oron constituitur.
110. Post Iustum Hyerosolimae episcopum Zacheus secundus; post quem Tobias, et post hunc Beniamin, dein Iohannes, post quem Matathyas, cui successit Phylippus.
113. Traianus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam provincias facit.
115. Terrae motus pene totam Antyochyam subruit.
117. Iudei commoti magnas cedes hominum faciunt.
118. Iudei in Alexandria victi, ab omnibus ubique trucidantur.
119. Traianus profluvio ventris moritur, anno aetatis 64.
120. Adrianus Helius annos 21. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem virum sapientem libris apollogeticis edoctus, mitis efficitur christianis.
121. Apud Parisium Dyonysius Ariopagyta episcopus martyrizatur.
122. Adrianus Alexandriam publicis restauravit expensis.
123. Adrianus Iudeos iterum profligat.
124. Adrianus plurima tributa relaxat. Syxtus papa sextus sedit annis 10.
125. Terrae motus factus. Bellum contra Sauromatas gestum.
126. Adrianus in Lybiam, quae a Iudeis vastata fuerat, colonias deducit.
127. Alexandriae Iustinus episcopus sedit annis 11. Atheniensibus Adrianus legem dedit.
129. Hoc tempore Aquila interpres habetur.
131. His temporibus Saturninus et Basilides et Carpocrates heresim condiderunt.
132. Adrianus patriae primus pater appellatur.
134. Nicopolis et Caesarea terrae motu corruerunt.
135. Adrianus Athenas ampliavit edificiis plurimis.
136. Iudei in arma versi Palestinam populantur.
138. Iudei iterum commoti, magnis ubique cedibus enecantur.
139. Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, et ex eius nomine Helia nuncupata, et Iudeis interdicta.
140. Primus ex gentibus Hierosolimis episcopus Marcus ordinatur, cum iam 15 de Iudaica gente obiissent.
141. Adrianus morbo intercutis aque confectus, moritur maior sexagenario.
142. Antoninus, cognomento Pius, annis 22, mensibus 3. Hic per apollogeticum[a] christiani phylosophi et postea martyris edoctus, clemens factus est nostris.
143. Antoninus patriae pater appellatur.
144. Valentinus et Cerdo et post hos Marcus heresim impugnant[b].
145. Iustinus phylosophus pro christianis apollogeticum Antonino scripsit.
146. Antiochiae constituitur episcopus Heros.
149. Alexandriae Marcus episcopus sedit annis 10.
153. Apollonius et Basilides philosophi illustres habentur.
156. Crescens cinicus phylosophus Iustino nostro phylosopho commovit persecutionem, in qua ille pro Christo occubuit.
160. Hierosolimis post Marcum Cassianus episcopus.
163. Antoninus Pius apud Lorium obiit, anno aetatis 67.
164. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Commodo Aurelio annis 19. Hii primum aequo iure administraverunt imperium. Quarta persecutio christianorum orta est.
165. Lucio Commodo caesari Atheuis sacrificanti ignis ab oriente ad occidentem in coelo ferri visus est.
166. Vologeus[c] rex Parthorum quasdam provincias Romanas depopulat[c].
167. Fronto orator insignis habetur. Seleucia a Romanis capta est.
168. Caesares de Parthis triumphant.
169. Molti martyres Romae, Cretae et in Siria et in Alexandria passi sunt.
170. Hoc tempore lues maxima multas vastavit provincias, et pene Romanam[d].
172. Theophilus vir sapiens ordinatur Antiochiae.
173. Alexandria Agrippinus episcopus sedit annis 10. Lucius cesar apoplexia occisus est.
174. Cathafrigarum heresis oritur.
176. His temporibus Egesyppus, Dionisius Corinthi episcopus clari habentur. Pynitus Cretae episcopus, Theophilus Antiochiae episcopus, Modestus, Melito, Apollinaris, et alii plurimi doctores clari habentur.
177. Antoninus imperator multa prelia per se et per duces suos contra Romanos[e] inimicos exegit.
178. Hoc tempore Tatianus heresim Encraticarum[f] condidit.
179. Antoninus Verus Commodum filium regni consortem fecit.
180. Imperatores de hostibus triumphant, et debita plebi relaxant.
181. Lucius Brittaniae rex ab Eleutherio papa ut christianus efficiatur interpellatur.
182. Antoninus in Pannonia moritur.
183. Lucius Commodus Antonius post mortem patris annis 13. Commodus de Germanis triumphat.
184. Templum Serapis Alexandria incensum est.

a) Iustini *omisit scriba.* b) *ita etiam Salzburgenses pro* ecclesiam heresi impugnant. c) *ita omnes.* d) *ita pro* Romanum exercitum delevit *etiam Salzburgenses.* e) *ita codices.* f) *ita pro* Enerastitarum *etiam Salzburgenses.*

183. Hoc tempore Pantenus et Clemens Alexandria clari habentur.
187. Commodianae termae Romae factae sunt.
188. Origenes apud Alexandriam nascitur.
189. Hoc tempore Montanus quidam Catafrigarum heresim condit.
190. Hirenens Lugdunensis episcopus et alii doctores claruerunt.
191. Capitolium Rome et bibliotheca fulmine crematur.
192. Commodus colossi capite sublato, suae imaginis caput iussit imponi.
193. Magna questio de pascha oritur, et in dominica die coli iubetur.
194. Commodus multos nobilium interfecit.
195. Commodus multis incommodus in domo Vestali strangulatur.
196. Helius Pertinax mensibus 6. Hunc Iulianus iuris peritus occidens, regnavit mensibus 7.
197. Severus Pertinax, genere Afer, annis 17. Hic Iulianum civili prelio vicit, et se Pertinacem appellavit.
199. Hoc tempore Narcissus Hierosolimorum episcopus, et Theophilus Cesariensis, Policarpus quoque et Bachilus et alii episcopi insignes habentur.
201. Iudaicum et Samaraticum[a] bellum motum est.
202. Severus Parthos, Adiabenos Arabasque superavit.
204. Termae Severianae apud Antiochiam factae sunt.
206. Severus quinta persecutione plurimos sanctos coronavit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis aliis martyrizatur.
208. Perpetua et Felicitas hac persecutione apud Kartaginem bestiis deputantur.
209. Symachus et Theodotion interpretes habentur.
210. Severus vallum apud Brittannos per 122 passuum[b] a mari usque ad mare fecit.
212. Tertullianus clarissimus habetur.
213. Severus in Brittannia moritur.
214. Antonius Caracalla annos 7. Quinta editio Hierosolimis invenitur. Antiochiae nonus episcopus Asclepiades constituitur.
215. Hoc tempore Alexander episcopus Capadociae a Narciso Hierosolimorum episcopo constituitur.
216. Antonius Caracalla propter genus vestis, quod Romae erogabat, cognominatur.
218. Antonius Romae thermas sui nominis aedificavit.
219. Antonius impacientia libidinis novercam suam Iuliam duxit uxorem.
220. Aotonius interficitur anno 43.
221. Ophynus Martynus annum unum. Martynus cum filio Diaduneno occiditur. Antiochiae Filetus episcopus constituitur.
222. Marcus Au[illegible]lius Antoninus annos 3.
223. Yppolitus episcopus clarus habetur. Eliogabalium templum Romae aedificatur.
224. In Palestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, condita est.
225. Aurelius tumultu militari Romae occiditur. Sexta editio Nycopoli reperitur.
226. Aurelius Alexander regnavit annis 13. Hic in matrem suam unice pius fuit, et cunctis carus. Alexander Xersen regem vicit.
229. Ulpianus iuris consultus insignis habetur.
230. Neronianae termae Alexandrianae vocantur.
233. Mammea mater Alexandri Origenem celeberrimum doctorem ad se vocatum audire curavit.
236. Alexandriae Horaclas episcopus vir sapiens.
238. Alexander tumultu militari occiditur.
239. Maximinus annos 3. Iste sexto post Neronem persequitur christianos, et maxime rectores ecclesiae.
240. Apud Cesaream Palestinam Pamphilus et Maximus presbyteri coronantur.
241. Maximinus Aquilegiae occiditur.
242. Gordianus annos 7. Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palacio occisi sunt.
243. Hoc tempore Iulius chronographus clarus habetur.
244. Hac tempestate Origenes Theodorum et Anatheodorum fratres, postea episcopos nobiles, divinis imbuit physosophis.
247. Gordianus dec Parthis et Persis triumphavit. Germanosque vicit.
248. Gordianus cum victor a Parthis reverteretur, haut longe a solo Romano interficitur.
249. Phylippus cum filio Phylippo annos 7. Hic primus imperator christianus fuit. Phylippus Phylippum filium suum regni consortem fecit.
250. Alexandriae Dyonisius episcopus clarus doctor sedit annos 19.
252. Millesimus annus ab Urbe condita festive colitur.
253. Origenes presbyter his temporibus tanta scripsit, ut Hieronimus quodam loco 5 milia librorum legisse se dicat.
255. Phylippus senior Veronae, Romae vero iunior occiditur.
256. Decius annum unum. Iste septimo persequitur christianos. Antonius monachus nascitur. Decius caesar cum filio suo in Tracia a Gothis occiditur.
257. Gallus et Volusianus annos 2. Origenes anno aetatis 70. moritur. Novatus presbyter hereseos auctor extitit. Maxima pestilentia facta est.
258. Gallus et Volusianus Interamne interfecti sunt.
259. Valerianus cum Gallieno annos 15. Iste octavam persecutionem in christianos exercuit.
261. Cyprianus doctor eximius, Cartaginensis episcopus, martyrizatur.
262. Valerianus commota persecutione, a Sapore rege Persarum captus et oculis privatus, in servitute miserabili consenescit; et Gallienus territus pacem christicolis reddidit.
264. Antyochye Paulus Samosatenus, et postea hereticus, episcopus constituitur.
265. Germani Italiam, et Alamanni Gallias populantur.

a) *ita* A. Sarmaticum B. b) *ita etiam Salzburgenses;* passus B. CXXXII passuum milia *Herimannus.* c) *in cod. autographo omissum. Haec Herimannus non habet. Adsunt in Annalibus Salzburgensibus.*

266. Grecia, Macedonia, Pontus et Asia depopulantur per Gothos; et alias plures provincias barbarorum quassavit irruptio.
268. Maximus Alexandriae episcopus sedit annos 18.
269. Hoc tempore Theodorus qui et Gregorius, Gneocaesareae episcopus, virtutibus claruit.
271. Gallienus Mediolano occiditur.
272. Claudius annum unum. Iste Gothos iam per annos 15 Illiricum Macedoniamque vastantes superat. Paulus de Samosathe episcopus, hereticus esse convincitur.
273. Claudius Smirnio moritur; pro quo frater Quintillus regnavit dies 17.
274. Aurelianus annos 5. Hic Romano populo utilis, primo clemens christianis, postea persecutor fuit.
275. Zenobia regina Orientis vincitur.
276. Aurelianum Romae triumphantem Dietricus et Zenobia regina captivi precesserunt.
277. Aurelianus templum Soli aedificat, et nonam persecutionem in christianos excitat.
278. Aurelianus divino fulmine territus, intra Bizantiam et Heraclium a militibus occiditur. Tacitus menses 6.
279. Probus annos 4. Galliae a barbaris vastatae, a Probo Romano restituuntur imperio.
280. Manes quidam, genere Persa, insanam Manicheorum heresim condidit[a].
282. Probus apud Smirnium tumultu militum occiditur.
283. Carus cum filiis Carino et Numeriano annos 2. Carus victor de Parthis super Tygridem fulmine ictus interiit.
284. Numerianus occiditur. Carinus apud Margum a Diocletiano occiditur.
285. Diocletianus annos 20. Hucusque ab incarnatione Domini supputantur anni secundum Dionisium 284, et ab hoc anno Greci paschales circulos inchoabant.
286. Diocletianus Herculium Maximianum[b] in consortium regni assumit.
287. Maximianus in Gallia Amandum cum rusticis vicit. Carus sumpta purpura Brittannias occupavit.
288. Hoc tempore Carausius Brittannias[c].
289. Narcissus rex Persarum orientem, Egyptum Achilleus, Quinquegentiani Affricam vastaverunt.
290. Diocletianus Constantium, Constantini patrem, caesarem facit, qui regnavit annis 16.
291. Diocletianus Galerium Maximianum caesarem facit.
293. His temporibus diversis et multis preliis hostes diversi vincuntur.
295. Diocletianus se ut deum adorari iussit.
298. Diocletianus victo Achilleo, Alexandriam Egyptumque recepit.
299. Constantius 60 milia Alamannorum occidit.
300. Alexandriae Petrus episcopus sedit annos 12. Galerius Maximianus a Narseo victus est.
301. Galerius Maximianus Narseum superavit, et uxores ac liberos et sorores duodecim eius captivavit.
302. Antiochiae Tyrannus episcopus constituitur.
303. Diocletianus et Maximianus insigni pompa triumphant. Diocletianus in oriente, et Herculius Maximianus in occidente ecclesias subvertunt, libros divinos incendunt, et christianos decima persecutione post Neronem cruciaverunt.
304. Diocletianus Nicomediae, et Maximianus Mediolani purpuras et regnum ob senectutis defectum sponte deponunt.
305. Galerius et Constantius annum 1. Maximinus persecutor christianorum, et Severus caesares eliguntur.
306. Constantinus, Constantii ex concubina Helena filius, annis 31. Hic primus imperator, excepto Philippo, christianus fuit, et ab hoc christiani imperatores ceperunt.
307. Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter interficitur.
308. Quirinus episcopus pro Christo passus est. Occiso Severo, Licinius caesar efficitur. Galerius Maximianus christianorum persecutor, divina ultione tactus, parcere christianis iussus et ipse moritur.
309. Maximinus caesar persecutionem restaurat.
311. Constantinus Maxentium civili prelio, Deo iuvante, apud pontem Molvium vicit. Petrus Alexandriae episcopus martyrio coronatur; pro quo Achillas sedit. Magna fames et lues in persecutores facta est.
312. Persecutio post 10 annos finita est.
313. Hierosolimis episcopus Macharius constituitur.
314. Diocletianus moritur, et inter deos refertur.
315. Plurimi persecutorum et magorum trucidantur.
316. Crispus et Constantinus, filii Constantini, et Licinius caesares appellantur. Lactantius clarus habetur.
319. Licinius christianos palacio suo expellit, et eos persequitur.
321. Alexandriae Alexander episcopus ordinatur, a quo Arrius de ecclesia electus est.
322. Concilium in Nicea congregatur 318 episcoporum sub Iulio papa, in quo Arrius condempnatur.
323. Constantinus, filius Constantii, caesar efficitur. Licinius occiditur.
324. Hoc tempore crux dominica ab Helena Constantini matre in Hierusalem repperitur, sub Machario eiusdem urbis episcopo.
326. Vicennalia Constantini acta Romae.
327. Antiochiae post Tyrannum episcopus Vitalis ordinatur; pro quo Filogmius, et post hunc Paulinus, cui successit Eustachius. Quo ob fidem catholicam in exilium misso, Arriani episcopi 11 numero ecclesiam illam unus post alium occupaverunt.
328. Constantinus uxorem suam Bausiam interfecit. Donatus quidam per dona multos errori suo sociat, et ecclesiam heresi impugnat.
329. Constantinus Bizantium urbem reparavit, et ex suo nomine Constantinopolim appellavit, et sedem Romani regni voluit esse.
330. Porphyrius misso ad Constantinum volumine, exilio liberatur. Templa idolorum destruuntur. Alexandriae Athanasius episcopus ordinatur.
332. Constans, filius Constantini, caesar efficitur.
333. Antonius monachus clarus habetur. Constantia, Constantini soror, uxor Licinii, moriens Arrianum quendam presbyterum fratri commendat.

a) *hic in cod. Mell. manu s. XIV. inseritur fabulosa narratio de archiepiscopatu Laureacensi ex Actis S. Maximiliani petita.* b) et M. *codd. sed in* A 1. et *eraſum est.* c) *deest* occupat.

334. Dalmatius caesar efficitur. Constantinus in Arrianum dogma labitur, ab Eusebio Nicomediense baptizatur.
336. Constantinus dum bellum in Persas parat, apud Nicomedium obiit.
337. Constantius, filius Constantini, cum Constantino et Constante fratribus annos 24. Constantius Arriana heresi per Arrium presbyterum et Eusebium Nicomediensem episcopum polluitur.
338. Sapor rex Persarum Mesopotamiam vastat, et christianos persequitur.
339. Constantius bellum fratri Constantino inferens, iuxta Aquilegiam occiditur.
340. Audeus Syrus Audianam heresim condit. Terrae motus multas urbes subruit.
341. Franci a Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.
342. Constantinopoli electo ab Arrianis Paulino episcopo, Macedonius heresiarches in locum eius substituitur.
343. Hoc tempore Maximinus Trevererorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius episcopus ad Constantis litteras Alexandriam regreditur.
346. Eclypsis solis facta est, et terrae motus multas urbes subvertit.
347. Bellum contra Persas gravi Romanorum damno geritur. Maximus post Macharium episcopum Hierusalem moritur; post quem Cyrillus expulso Heraclio et caeteri Arriani ecclesiam illam occupant.
348. Romae Liberius papa ordinatur. Quo ab Arrianis electo, Felix locum eius occupet annum unum; sed Liberius heresi subscribens rediit, et Felix eicitur. Constans occiditur.
349. Magnentius, qui Constantem occiderat, et alii populum Romanum exturbant.
350. Magnentio gravi civili prelio victo, Gallus caesar efficitur.
351. Magnentius multos Iudeorum delevit, et civitates eorum subvertit.
352. Magnentius se ipsum occidit, et Decentius frater eius laqueo vitam finivit.
353. Gallus caesar a Constantino patruali suo ob suspicionem occiditur. Victorinus rethor et Donatus grammaticus Romae insignes habentur.
354. Iulianus, frater Galli, caesar efficitur a Constantino. Antonius monachus 105. aetatis anno obiit.
355. Liberius papa et multi catholicorum episcopi ab Arrianis expulsi sunt. Magnae Alamannorum copiae apud Argentarium deletae sunt.
356. Ossa Andreae apostoli et Lucae evangelistae et Timothei Constantinopolim allata sunt. Iulianus Rheno Germanos vicit.
357. Paulinus Trevererorum episcopus in exilio obiit. Hoc tempore Hylarius Pictaviensis et[a] catholici episcopi ab Arrianis multa mala passi sunt.
358. Apud Ariminum synodus Arrianorum contra fidem facta est.
359. Constantinus Parthico bello dimisso, contra Iulianum arma sumens moritur.
360. Iulianus bellorum successibus elatus, augusti nomen accepit.
361. Iulianus apostata annos 2. Hic et a christiano lectore paganus factus, persequitur christianos. Alexandria Georgio Arriano episcopo a populo incenso, pagani apud Sebasten sepulchrum S. Iohannis baptistae invadunt.
362. Iulianus ad bellum Parthicum profectus, et christianorum sanguinem diis suis vovens, Dei iudicio a Mercurio martyre quodam hoste occisus interiit, anno aetatis 32[b].
363. Iovianus annum 1. Iste iterum cum omni exercitu ad christianitatem rediit. Synodus heresiaca Antiochiae facta est. Iovianus in nova domo recubans, suffocatus odore pruinarum et calcis moritur.
364. Valentinianus annos 11, qui a Iuliano apostata ob fidem Christi militia[c] fuerat privatus.
365. Terrae motus factus est per totum orbem. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo seductus et baptizatus, post mortem fratris orthodoxos persequitur.
366. Gracianus, Valentiniani filius, Ambianis imperator efficitur. Vera lana pluviae mixta de nubibus fluxit.
367. Athanaricus rex Gothorum christianos in sua gente persequitur. Hylarius Pictavis episcopus obiit.
368. Eusebius Vercellensis episcopus moritur. Laoditiae Apollinaris episcopus plura scripsit, sed postea heresim condidit.
369. Magna fames in Frigia.
370. Maximinus prefectus Romae nobilium occiditur[d].
371. Valentinianus Saxones in regione Francorum cede perdomuit. Didimus cecus clarus habetur.
372. Alexandriae episcopus Petrus post Athanasium ordinatur. Burgundionum 80 milia fere iuxta Rhenum consederunt. Ivionius[e] heresiarcha extitit.
373. Magnentia quae et Tecla Romanorum nobilissima Hierosolimam veniens, virtutibus et humilitate claruit.
374. Valentinianus bellum in Sarmatas parans, apoplexi moritur. Post Auxentium Arrianum Ambrosio Mediolani episcopo ordinato, Italia ad rectam fidem venit.
375. Valens post mortem fratris cum Gratiano et Valentiniano annos 4. Theodosius et multi nobiles a Valente occisi. Gratianus 30 milia Alamannorum occidit.
376. Athanasius episcopus Alexandrinus et ceteri fideles diffunduntur[f] in Tracia. Valens legem dedit, ut monachi militarent, nolentes iussit interfici. Gothi Arriani efficiantur.
377. Gothi fame compulsi rebellant.
378. Valens a Gothis occiso exercitu fugiens, in domo quadam crematur. Huc usque cronicam Eusebii Hieronimus perduxit.
379. Gracianus cum Valentiniano fratre post mortem patrui annos 6. Priscillianus heresim condit. Gracianus Theodosium, genere Hyspanum, imperatorem facit.
380. Ab hoc anno Theophilus paschales circulos inchoat.
381. Synodus 150 episcoporum Constantinopoli adversus Macedonium aggregatur sub Damaso papa.
382. Hoc tempore Theodosius multis prelüis Gothos, Hunos Alamannosque superavit Athanaricus rex Gothorum moritur.
383. Archadius, Theodosii filius, imperator efficitur.
384. Maximus regnum sibi usurpans, Gratianum Lugduno occidit, Valentinianum Italia depulit.

a) *Athanasium qui hic desideratur, infra a.* 376. *invenies.* b) *manus s. XIII. addidit:* S. Nykolaus episcopus migravit ad Dominum. A 1. c) *ita etiam Admuntenses;* tribunatu militum *Herm.* d) *ita omnes.* e) Iovionius B. Eunomius *Herm.* f) Gothi depulsi ab Hunis diff. *Herm. Sichardi.* Athanasius *ex a.* 357. *irrepsit; quem errorem etiam in Ann. Admunt. invenies.*

385. Theodosius cum Valentiniano post mortem Gratiani annis 11. Priscillianus et alii heretici sequaces eius ab Heodio[a] prefecto gladio addicti sunt. Theodosius omnibus virtutibus plenus, Valentinianum benigne suscepit.

386. Ambrosius Mediolanensis episcopus et sanctus Martinus[b] et Hieronimus Betlehemites clarissimi habentur.

387. Maximus tyrannus a Theodosio victus et captus, capite plectitur; et Victor filius ab Arbogaste interficitur, et Valentinianus regno restituitur.

390. Itacius et Ursacius episcopi ob necem Priscilliani, quem accusaverant, ecclesiae communione privantur.

391. Augustinus doctor facundissimus, Ypponensis Affricae episcopus constituitur. Claudius poeta clarus habetur.

392. Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit. Hieronimus librum, quem de illustribus viris ecclesiae scripsit, hucusque perduxit.

393. Arbogastes Eugenium tyrannum imperatorem constituit.

394. Iohannes heremita Theodosium victorem fore contra Eugenium prophetat.

395. Theodosius Eugenium tyrannum superavit, et ipse Mediolano in pace obiit. Hucusque ecclesiasticam historiam Eusebii Rufinus perduxit.

396. Archadius, filius Theodosii, cum fratre Honorio annis 13. Gildo comes Affricam sibi usurpare audet. Iohannes heremita obiit.

397. Sanctus Martinus Turonorum episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum, anno aetatis 81, episcopatus vero 23.

398. Ambrosius Mediolanensis episcopus, doctor sapientissimus, migravit ad Dominum.

399. Templa ydolorum destruuntur, et ludi gladiatorum tolluntur. Mascezil Gildonem fratrem Deo iuvante superavit.

400. Gothi Halsrico et Radagaiso regibus Italiam ingrediuntur.

401. Hoc tempore corpora prophetarum Abacuch et Michee a Domino revelantur. Iohannes Constantinopolitanus et Theophilus Alexandrinus illustres episcopi, sed in invicem discordantes habentur.

402. Gothi Stiliconem cum Romano exercitu fugaverunt.

403. His temporibus Orosius presbiter claruit. Cartaginense concilium contra Donatistas habetur.

404. Hoc tempore Radagaisus hostis crudelissimus cum 200 milibus Gothorum sine bello periit.

405. Wandali et Alani transito Rheno Gallias intraverunt.

406. Constantinus tyrannus Gallias occupat. Pelagius Britto gratiam Dei impugnat.

408. Archadius orientis imperator Constantinopoli moritur. Stilico cum filio Eucherio ab Honorio occiditur.

409. Honorius cum Theodosio, fratris sui filio, annis 15. Attalus Romae imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis cohesit. Wandali Hyspanias occupaverunt.

410. Roma irrupta est a Gothorum turbis, Halarico rege, anno a conditione eius 1164. Sed quia christianus rex erat, clementer victoria usus est.

411. Constantinus tyrannus victus captusque est; pro quo Maximus tyrannidem invasit. Ataulfus Placidiam, sororem Honorii, accepit uxorem. Constantius dux constituitur.

412. Gothi rege Ataulfo Gallias intrant.

413. Burgundiones partem Galliae Rheno coniunctam tenuerunt.

414. Attalus[c] in Galliis tyrannidem exercet.

415. Corpora Stephani prothomartyris, Gamalielis et Nichodemi[d] Luciano presbytero revelantur. Ataulfus rex Gothorum interficitur.

416. Gothi placati Constantino Placidiam reddiderunt, cuius ille nuptias promeruit.

417. Honorius Attalum tyrannum exilio dampnavit. Questio oritur de huius anni pascha sub Zosimo papa.

418. Synodus Cartaginensis congregatur 217 episcoporum contra Pelagium et ceteros hereticos sub Zosimo papa. Eclypsis solis facta est 14. Kal. Augusti; et cometa usque ad mensem Septembris visa est.

419. Honorius Constantium in regni consortium sumpsit.

420. Hieronimus presbyter Bethleemites, incomparabilis doctor, anno vite 91. obiit[e].

421. Constantius imperator moritur.

422. Exercitus contra Wandalos ad Hispanias mittitur.

423. Placidia a fratre Honorio cum filiis ad orientem mittitur, et Honorius moritur.

424. Theodosius minor, Archadii filius, annos 26. Theodosius Valentinianum, Placidiae filium, consobrinum suum, caesarem facit.

425. Valentinianus Iohannem tyrannum extinxit, Hunosque per Etium patritium superavit.

426. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam innocens occiditur.

427. Gens Wandalorum a Gothis exclusa, de Hyspania ad Affricam transiit.

428. Nestorius Constantinopolitanus heresim condidit, sanctam Mariam theoticon[f] negans; cui Quirillus Alexandriae episcopus et Caelestinus papa multum resistunt. Etius multis Francis caesis partem Galliae quam possederant recepit.

430. Sanctus Augustinus, Ypponensis episcopus et doctor facundissimus, in civitate sua a barbaris obsessus, obiit anno aetatis 76, episcopatus sui 40.

431. Palladius episcopus a Caelestino papa ad Scottos credentes Christo mittitur. Hoc tempore synodus tertia universalis in Epheso congregatur 200 episcoporum contra Nestorium sub Caelestino papa.

434. Pax cum Wandalis facta, data eis Affricae portione. Etius Gundicharium Burgundionum regem vicit, quem Huni post perimerunt. Gothi pacem turbant, per Litorium ducem Romanum pelluntur.

437. Giserichus rex Wandalorum Arrianus catholicos in Affrica persequitur. Valentinianus filiam Theodosii in matrimonium accepit.

439. Bellum adversus Gothos Hunis auxiliatoribus geritur, Ilitorius[g] dux Romanus ab eis capitur.

440. Giserichus dolo Cartaginem cepit. Iulianus Athelensis[h] episcopus Pelagianista inctantissimus ecclesiam multa arte insequitur, sed a Syxto papa dampnatur. Giserichus Siciliam graviter afflixit.

441. Theodosius imperator contra Wandalos bellum ineffeciter movit.

442. Huni Tracias et Illiricum vastaverunt. Pax cum Genserico facta est.

a) Euodio *Herm.* Eodio B. b) Turorum episcopus *add. manus s. XIII. in* A 1. c) Adulphus B. Attalfus B 4[b]. d) et Abibe *add. m. s. XIII.* A 1. e) *alia manu additum* A 1. f) theotecon B. *excepto cod.* B 4[b]. g) *ita pro* et Litorius A. Litorius B. h) Athelanensis B.

A 1. 2. 4.

1111. *Domnus Perhtoldus abbas Garstensis eligitur*[a].

1112. Rex Ungarorum[26] de terra sua egressus, manubias ac predam magnam de nostra[b] provincia abduxit. In eius[c] ultionem Liupaldus marchio cum valida manu quasdam eiusdem regis provincias invasit, et caede magna perpetrata, ac quadam civitate[27] depredata atque combusta, sic cum pace remeavit ad propria.

1113. Dedicatio[d] huius monasterii.

1116. Sigiboldus abbas Medilicensis[e] obiit[28]; Engilschalcus successit. Terrae motus factus est magnus per universam Teutonicam[f] et Italicam terram, 4. Nonas[g] Ianuarii[29].

1118. Per plurimas partes mundi magna inundatio aquarum facta est[30].

1119. Welf dux Baioariae obiit, cui successit Heinricus frater eius.

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit[31]; Reginmarus successit. Erchinfridus abbas eligitur[h].

1122. Hoc[i] anno ab apostolico Calixto consecratur 8. Idus Martii, et privilegium nostri monasterii adquisivit[32]. Otakker marchio obiit[33]; filius eius Liupaldus successit.

1123. Libellus[k] iste scriptus est.

Codex Zwetlensis n. 102.

26

1114. Heinricus imperator Saxones iuxta Welfolt[d'] hostiliter invasit; a quibus victus cum paucis evasit. 1115. Febr. 11.

1116. Sigeboldus abbas obiit; Engilscalcus successit. Terrae motus magnus factus est per universam terram. 28

1118. Ungari iuxta fluvium Lithae nos vastaverunt.

1120. Peregrinatur[34].

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit; Regmarus successit. Erchenfridus abbas eligitur.

1122. Hoc anno ab apostolico Calisto consecratur 8. Idus Martii, et privilegium acquisivit ab apostolico. 32

CONTINUATIO MELLICENSIS.

Codices A.

1124. Kalixtus papa obiit. Honorius successit[l].

1125. Heinricus[m] V. imperator obiit 10. Kal. Iunii[35]. Lotharius dux Saxonum in regem eligitur[n]. Nanzo[o] abbas[36] obiit.

Codex Zwetlensis n. 102.

1125. Heinricus imperator obiit 10. Kal. Iunii. Lotharius dux Saxonum in regnum eligitur. Nanzo abbas obiit. 35

1126. Nix valida facta est.

a) *manu s. XIII. insertum in solo* A 1. b) de Austria p. n. A 4. c) cuius A 2. 4. d) D. h. m. *desunt* A 2. 4. d') *ita* A 4. *ex nostro interpolatus; hic* Welfoni 2 hostoliter *mendose.* e) *manu aequali superscriptum* A 1. Sigiboldus — successit *desunt* A 2. 4. f) Teutoniam A 4. g) III. Non. A 4. h) E. s. e. *desunt* A 2. in Mediliche *addidit manus alia in* A 4. i) Hoc — adquisivit *desunt* A 2. 4. k) L. i. s. est *desunt* A 2. 4. l) *hic manus mutatur* A 1. m) *horum loco* A 4. *verba Ottonis Fris. VII, 15. recepit.* n) *iterum mutatur* A 1. o) N s. o. *desunt* A 2. 4.

26) secundum Ottonis Fris. Chron. VII, 15. Stephanus II. qui a. 1114. regnare coepit. Itaque haec non suo loco posita esse videntur bellumque non diversum esse ab eo quod in cod. Zwetlensi ad a. 1118. commemoratur. 27) Eisenstadt. 28) *XIII. Kal. Apr. Sigiboldus abbas nostrae congregationis.* Necr. Mell. quibus s. XIV. quidam superscripsit: *Primus abbas huius loci.* 29) 3. Non. Ian. 1117. teste Ekkehardo et aliis. 30) mense Sept. teste Cosma Pragensi. 31) *VII. Idus Aug. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit.* Necr. Mell. ubi eadem s. XIV. manus addidit: *cuius permissione exempti sumus, Herczogenburgensium fundator.* 32) V. infra Auct. Mellicense. 33) *V. Kal. Dec. Otakchar marchio de Stire obiit* et manu s. XIV. *fundator Gaerstensium.* Necr. Mell. sed *IV. Kal. Dec. Otacher marchyo.* Necr. Adm. 34) scil. Engilschalcus abbas, cui sequenti anno Erchinfridus substitutus est. 35) etiam in Necrologio commemoratus. 36) Gotwicensis.

522. Clodoveus qui et Ludowicus, rex Francorum, trigesimo regni anno moritur, et Parisius sepelitur. Theodericus subitanea morte Ravenne perit, pro quo Atharicus[a] nepos eius regnavit annis 8.
523. Hoc tempore Hildericus rex Wandalorum episcopos ab exilio reverti iubet.
524. His temporibus sanctus Benedictus pater virtutum gloria claruit.
525. Iustinus Iustinianum regni consortem et successorem faciens, obiit.
526. Iustinianus, Iustini ex sorore nepos, annos 38. Iustinianus Parthos bella movestes misso exercitu superavit.
527. Hoc tempore Athalaricus, matre Amalsuilta regente, regnavit Italiae.
528. Parthi Romanum exercitum sabbato paschae vincunt.
529. Mortuo Athalarico Amalsuilta Theodoaldum regni consortem fecit.
531. Amalsuilta Theodoaldo iubente occisa est.
532. Ab hoc anno Dionisius Romanus abba paschalem circulum magnum inchoat, incipiens ab anno dominicae incarnationis 532, qui est annus Diocletiani 248.
533. Belesarius a Iustiniano missus Wandalos in Affrica delevit.
534. Cartago a Belesario patricio recepta est anno excessionis suae 96.
537. Belesarius consul iterum Affricam extinctis tyrannis liberat.
538. His temporibus Belesarius in Italia Witigiso, qui Theodoaldum occidit, superato, et Francis cum Theodoperto rege devictis, Romanam publicam rem utiliter feliciterque reparavit.
541. Huius principis tempore corpus sancti Antonii repertum, Alexandriae sepelitur.
543. Sanctus Remigius Remensis archiepiscopus et gentis Francorum apostolus, Idibus Ian. migravit ad Dominum, anno episcopatus 74. Arator subdiaconus librum suum publice coram Vigilio papa legit.
544. Theodoricus rex, filius Clodovei, 23 annis regnans moritur, et Mettis sepelitur. Hoc tempore quinta synodus universalis in Constantinopoli congregatur contra Theodorum et omnes hereticos sub Vigilio papa.
546. Hoc tempore Totila rex Gothorum in Italia tyrannidem exercet[b].
548. Victor Capuanus de huius anni pascha scribens, Victorii arguit errores.
549. Hucusque Iordanis episcopus cronicam suam de gestis Romanorum perduxit.
555. Bridius rex Pictis regnare cepit.
558. Theodobertus, filius Theodorici, rex fortis, moritur anno regni 14.
561. Hildibertus rex, filius Clodovei, anno[c] regni 40. moritur, et Parisius ad Sanctum Vincentium sepultus est.
563. Iustinianus imperator obiit.
564. Iustinus minor annis 11. Sanctus Columba presbyter et abba de Hibernia veniens, Brittannis verbum Dei predicat.
566. Hoc tempore Narses patricius Totilam regem Gothorum victum occidit. Theodoaldus[d] Gothos quosque Italia expulit.
567. Rex filius Theodoberti, anno regni septimo moritur.
568. Narses patricius, qui Gothos expulit, a Iustino offensus, Longobardos in Italiam fecit venire.
569. Sanctus Vedastus obiit.
571. Hoc tempore Iohannes papa ecclesiam Phylippi et Iacobi apostolorum, quam predecessor[e] eius Pelagius cepit, ipse perfecit.
573. Lotharius, filius Clodovei magni, anno regni 51. moritur, et Suessionis ad Sanctum Medardum sepelitur.
574. Iustinus imperator obiit.
575. Tiberius Constantinus annis 7.
576. Hoc tempore Gregorius tunc apokrisiarius Moralia Iob scripsit, et Euticium Constantinopolitanum episcopum, Tyberio presente, de fide resurrectionis errasse convincit.
579. Hoc tempore gens Longobardorum comitante fame et peste Italiam vastat.
581. Tyberius imperator obiit.
582. Mauricius annis 21. Hoc tempore Levigildus Gothorum rex Arrianus Hermingildum filium ob fidem catholicam securi iussit occidi.
586. Hoc tempore Richardus rex, Hermingildi frater, per Leandrum Hispalitanum episcopum cum tota gente Gothorum ad catholicam fidem convertitur.
588. Sigibertus, filius Lotharii, rex fortis, insidiis perimitur anno regni 14, et Remis sepelitur.
590. Magna inundatio[f] facta est, et mortalitas in Italia.
591. Sanctus Gregorius ad pontificatum Romane ecclesiae eligitur, in quo sedit annis 13.
592. Edilfrid rex cum Edilberto filio Anglis imperat.
594. Gregorius papa synodum cum 24 episcopis ad corpus beati Petri apostoli congregat.
595. Sanctus Columba abba in insula Hu obiit anno aetatis 77. Hoc tempore Gregorius papa, missis doctoribus Augustino, Mellito et Iohanne aliisque pluribus, Anglos ad Christum convertit.
596. Helpericus rex, Lotharii filius, interiit anno regni 23, et Suessionis sepelitur.
599. Gregorius Lugdunae et Eboraci[g] episcopos misso pallio metropolitanos esse facit[h], indictione 4.
602. Mauricius scelerum suorum penas in hoc seculo exsolvens, a Foca interficitur.
603. Focas annos 8. Edilfrid rex Edan Scottorum regem forti prelio vicit.
604. Gregorius papa sanctissimus migravit ad Dominum, indictione 8.
607. Gundrammus, filius Lotharii, Burgundiae rex pius, obiit anno regni 33. Focas Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum caput esse constituit.
608. Hoc tempore Focas Pantheum, id est domum omnium ydolorum, ecclesiae dedit, rogante papa Bonifacio.
609. His temporibus Persae multas provincias Romanis auferunt, Hierosolimam quoque et crucem dominicam abstulerunt.
610. Focas moritur. Hildebertus rex fortis, filius Sigiberti, moritur anno 23.
611. Heraclius annos 26.

a) *ita omnes, nec non Admuntenses.* b) *haec anno* 554. *tribuit* B4b. *cum Ann. Salzb. et Admuntensibus.* c) anni regno A1. d) *nomen in principio anni sequentis ponendum hic collocant omnes.* e) prodecessor A. f) inundantio A1. g) in *add.* B. *omisso* Brittannis. h) *alia manu additum in cod. Mellicensi, adest in Cremifanensi, deest in reliquis;* decernit *Hermannus.*

613. Hoc tempore Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium a Chosdroę rege Persa patitur.

615. Edilbertus primus Anglorum regum christianus, anno regni 56. obiit; pro quo Esthbalt regnavit annis 24.

616. Occiso Edilfrido, Eduinus rex Anglorum efficitur, indictione 5, et regnavit annis 17.

618. His temporibus Heraclius Chosdroem regem Persarum, qui se ut deum adorari iussit, superavit, et lignum dominicae crucis Hierosolimam reduxit. Sanctus Laurentius archiepiscopus obiit; pro quo Mellitus.

622. His temporibus Ysidorus[a] Ispalensis ępiscopus clarus habetur. Sanctus Mellitus archiepiscopus obiit; pro quo Iustus.

623. Sanctus Paulinus episcopus a Iusto archiepiscopo Anglis doctor et episcopus ordinatur.

624. Sanctus Columbanus a Brunihilde et Theodorico rege Luxovio depulso[b], Eustachium ibi abbatem reliquid.

625. Eduinus rex Anglorum in Brittannia ab episcopo Paulino convertitur ad Christi fidem, quinto decimo anno adventus Anglorum in Brittanniam[c].

626. Theodebertus rex, filius Hildiberti, a fratre Theodorico victus et detonsus, cum filiis trucidatur anno regni 17.

627. Theodoricus rex, filius Hildiberti, machinante Brunihilde, veneno interiit anno regni 18.

628. His temporibus heresis de pascha et Pelagiana Brittanniam turbat.

629. Sancto Columbano a Brigantio Italiam petente, sanctus Gallus[d] nobiscum mansit, et cellam suam construere cepit.

631. Sigibertus rex, filius Theodorici, a Lotherio rege victus, cum Brunihilde prosava sua et tota stirpe trucidatur. His temporibus Heraclius, ut aiunt, a Sergio episcopo Constantinopolitano, sed heretico, decipitur.

632. Edwin rex Anglorum a Cewalda et Penda victus occiditur.

636. Heraclius imperator moritur.

637. Heraclonas cum matre Martina annos 2. Cyrus Alexandrinus, Sergius et Pirrus Constantinopolitani Acefalorum heresim instaurant.

638. Heraclonas occiditur.

639. Constantinus, filius Heraclii, menses 6. Paulus Constantinopolitanus, Pirri successor, aperte catholicos persequitur. Constantinus, filius Constantini, annis 28. Esthbalt rex Cantuariorum obiit; pro quo Erchinbertus filius regnavit annis 25.

640. Lotharius rex magnus, filius Helperici, moritur anno regni 66. Sanctus Oswaldus rex Anglorum pro patria pugnans, a Penda rege Merciorum occiditur; pro quo Oswi frater eius regnat annis 28.

642. Sanctus Paulinus Anglorum episcopus vigesimo episcopatus anno obiit, 6. Idus Octobris.

647. Martinus papa synodum 105 episcoporum congregat, Cyrum, Sergium et Pirrum et Paulum condempnat.

648. Hoc tempore Martinus papa a Constantino Cerso[e] missus exilio, migravit ad Dominum.

649. Heribertus rex, filius Lotharii, anno regni nono moritur. Oswin rex bonus proditus ab Oswi rege occidi iussus est.

651. Honorius Anglorum archiepiscopus obiit.

652. Mediterranei Angli christiani effecti.

653. Penda rex ab Oswi rege pugna victus interiit, et gens Merciorum christiana efficitur.

656. Dagobertus rex magnus, filius Lotharii, anno regni decimo sexto moritur, et ad Sanctum Dyonisium sepelitur.

657. Willibere, filius Pendani, rex Merciorum effectus, regnavit annis 17.

661. Constantinus Romam venit, et beato Petro pallium auro textile obtulit, toto exercitu ęcclesiam intrante.

662. Eclypsis solis facta est, hora quasi decima .5. Non. Maii, indictione 7. Inter Anglos et Scottos questio de pascha ventilata, et Scotti a Wilfrido presbytero victi sunt. Seva lues et pestilentia Brittanniam et Hiberniam vastat.

663. Erchenberto rege Cantuariorum mortuo, filius eius Ekkibertus regnat annis 9.

666. Constantinus post multas depredationes provinciis factas occisus periit.

667. Constantinus, filius Constantini, annis 17.

669. Oswi rex Anglorum obiit; pro quo Edilfrid regnavit annis 15.

670. Hoc tempore Sarraceni Siciliam depredantes, cum magna preda Alexandriam redeunt.

672. Sub hoc principe quinta synodus Constantinopoli congregatur, sub Agathone papa. Theodorus archiepiscopus synodum colligit sextam[f]. Ekibreht rex Cantuariorum obiit; pro quo frater Luthere regnavit annis 11.

673. Luduicus[g] rex, filius Dagoberti, frater Sigiberti, moritur. Willibere rex Merciorum obiit; pro quo Edilred regnavit annis 25.

674. Edilrod rex Cantiam vastavit.

676. Wilfridus episcopus ab Ekkifrido rege sedę sua pulsus, multos ad Dominum predicando convertit. Lotharius, filius Ludowici, anno regni 4. moritur.

678. Theodorus archiepiscopus Anglorum item synodum colligit, tempore Agathonis[h] papae.

681. Ekkifrid rex Hiberniam misso exercitu inmeritam vastat. Sanctus Cudbertus Lindisfarnensis ęcclesiae episcopus ordinatur.

682. Ekkifrid rex cum Pictos cum exercitu incaute peteret, ab ipsis peremptus interiit; pro quo Adilfrid annis 19.

683. Constantinus imperator moritur. Luthere rex Cantuariorum interiit.

684. Iustinianus minor, filius Constantini, annis 10. Hic heresi pollutus, catholicos persequitur, et cum Sarracenis pacem facit. Sanctus Iohannes Bagustaldensis[i] ecclesiae episcopus ordinatur.

686. Pippinus, filius Angisi, maior domus et dux Francorum, regnavit annis 27. Ceadwalt rex occidentalium Saxonum Romam venit, et a Sergio papa baptizatus in albis obiit, ibique sepelitur.

688. Theodorus archiepiscopus Anglorum obiit. Willibrordus qui et Clemens, a Sergio papa ordinatus, Fresonum gentem ad Dominum convertit.

689. Liudowicus puer, filius Theodorici, anno regni 2. moritur. Theodoricus rex, filius Liudowici, anno regni 19. moritur.

a) *nomen in cod. Mell. alia manu additum in ceteris deest, excepto* B 4[b]. b) *ita omnes.* c) *ita pro* XV. ind. a. a. A. in B. circ. C.LXXX. *omnes.* d) *nomen in Mell. manu s. XIII. suppletum, in Cren. rubricator addidit, in cod.* B 1. *manu 2. unde in ceteros transiit.* e) *ita pro* Cersonam A. rege B. *excepto* B 4[b]. f) *numerus supra vice* V. *ponendus per errorem hu venit.* g) *manus aliquando recentior in cod. Mell. adscripsit:* qui et Chlodoveus dictus est. h) Agothonis A. i) *ita pro* Hagust. *omnes.*

690. Hoc tempore duo Angli presbyteri, niger et albus Hewald, Saxonibus predicantes, martyrio coronantur, et a Pippino Colonie sepeliuntur.
693. Iustinianus ob culpam perfidiae regno privatus, exul in Ponium secessit
694. Leo annos 3. Hoc tempore Sergius papa capsam dominicae crucis invenit.
695. Sanctus Cudbertus ex anachoreta episcopus obiit. Ostrich regina a suis peremta est.
696. Leo regnum dimisit.
697. Tyberius annos 7. Hoc tempore synodus Aquilegie congregatur sub Sergio papa.
699. His temporibus Gisolfus dux Longobardorum Beneventi Campaniam vastat.
701. Beda venerabilis Anglorum presbyter cronicam maioris libri hucusque perduxit.
703. Iustinianus auxilio Terbelli Vulgarorum regis regressus, Leonem et Tyberium cum multis, qui eum expulerant, occidit. Adilfridus rex Nordarumbrorum[a] obiit; pro quo filius eius Osdred regnavit annis 11.
704. Iustinianus secundo cum filio Tyberio annos 7.
705. Iustinianus a peccatis suis penitentiam agens, Constantinum papam summo honore habuit.
706. Adelhelmus episcopus, vir doctus et eloquens, obiit.
707. Chonenred rex Merciorum Romam venit ad Constantinum papam, et cum illo Offa, filius Sigiheri regis, ibique monachi facti, in servitio Dei vitam finiverunt.
708. Hildibertus rex, filius Theodorici, anno regni 17. moritur.
710. Philippicus ab exercito imperator factus est, Iustinianum occidit.
711. Philippicus annos 2. Philippicus heresi pollutus, catholicis infestus fuit. Mors Heriberti regis Longobardorum.
712. Anastasius Philippicum oculis privavit regnoque expulit.
713. Anastasius annos 3.
714. Pippinus maior domus obiit; pro quo Karolus annis 27. Mors Dagoberti; pro quo Conred regnavit[b].
715. Ekkibertus vir sanctus Scottos legitime pascha celebrare docuit. Osred rex occiditur.
716. Theodosius annum unum. Hic Anastasium prelio vicit, eumque presbyterum ordinari fecit. Tiberis fluvius alveum suum egressus, multa aedificia Romae subvertit. Karolus Helpericum regem et Reginfridum vicit.
717. Leo annos 9. Karolus Lotharium sibi regem constituit.
718. Sanctus Winfridus, qui et Bonifacius, a Gregorio papa Mogontiae archiepiscopus constituitur. Hoc tempore Sarraceni triennio Constantinopolim obsidentes, et multas provincias devastantes, fame, peste, ferro naufragioque depelluntur.
719. Sanctus Othmarus in cella sancti Galli abbas efficitur.
721. Mortuo Helperico, Theodoricus, filius Dagoberti, rex efficitur.
722. Hoc tempore corpus sancti Augustini de Sardinia in Tycinum a Liubrando translatum est.
723. Sanctus Pirminius primum ad Augiam insulam venit.
724. Karolus de Sarracenis, occiso rege eorum, triumphat. Hucusque Beda venerabilis cronicam suam in maiori de temporibus libro perduxit, continentem ab inicio mundi secundum Hebraicam veritatem annos 4680.
725. Hucusque regnum Romanorum. Ex hinc Francorum supputatur. Karolus, Pippini filius, cum iam principatum maiorum domus 11 annis teneret, post haec eundem principatum tenuit annis 15, regibus tamen in Francia, sed parum[c] dignitate regnantibus.
726. Sanctus Pirminius a Tiepaldo, Gotefridi filio, Augia expulsus.
727. Karolus[d] Etonem abbatem constituit, et ipse in Alsaciam venit.
728. Karolus Fresiam vastat, Popone duce eius occiso.
729. Lantfridus moritur. Sarraceni item Gallias vastant.
730. Beda venerabilis Anglorum presbyter obiit, indictione 14.
731. Karolus contra Sarracenos pugnat die sabbati.
732. Karolus item Sarracenos cum suo rege delevit.
733. Karolus maior domus Fresiam vastat.
734. Karolus Wasconiam invadit.
735. Erenfredus Augustane[e] abbas, Constantiae episcopus ordinatur.
736. Karolus contra Sarracenos in Gothia pugnat.
737. Karolus Saxoniam intrat.
738. Karolus Provinciam subicit.
740. Karolus moritur, indictione 9, et apud Sanctum Dyonisium sepelitur.
741. Pippinus, filius Karoli, cum fratre Karlomanno maior domus annis 11 regnavit. Karlomannus Wasconiam et Alamanniam petit.
742. Karlomannus Alamanniam vastat.
743. Karlomannus pacem cum Saxonibus facit.
744. Fuldense cenobium in silva Bochonia a sancto Bonifacio ceptum est.
746. Karlomannus maior domus Alamanniam ingreditur. Sanctus Burchardus Wirziburgensi, et sanctus Willibaldus Eichstetensi ecclesiae primi episcopi a sancto Bonifacio ordinantur.
747. Sidonius abbas Augiae, Constantiae episcopus ordinatur.
748. Pippinus Tassilonem, sororis suae filium, Baioriae[f] ducem post Odilonem fecit.
750. Lantfridus moritur.
751. Audogarius primus Campidonae abbas efficitur. Karlomannus divino amore succensus Romam venit, et se monachum in monte Soracte fecit.
752. Pippinus auctoritate Stephani papae deposito ac detonso rege Hilderico rex Francorum factus, regnavit annis 15. Grifo, frater Pippini, occiditur.
753. Sanctus Bonifacius archiepiscopus a Fresonibus martyrio coronatus; post quem Lullus Magontiae archiepiscopus sedit annos 32. Pippinus Longobardos in Italia cum exercitu petit.
755. Haistolfus rex Longobardorum moritur.

a) *ita* A. Nordarumborum B. b) *ita mendose omnes.* c) *ita pro* parua *omnes.* d) *Error manifestus! Nomen abundat, cetera cum anno priori coniungenda sunt.* e) *ita pro* Augie *omnes.* f) *ita* A 1. et B 1. 6. Pippinus — fecit *desunt* B 4[b].

757. Pippinus Saxoniam bello petit.
758. Pippinus Wasconiam invadit.
759. Sanctus Othmarus abbas a Warino et Roudhardo in insula Reni Stein nomine relegatus, migravit ad Dominum. Eclypsis solis facta est 18. Kal. Septembris hora quasi nona.
760. Sidonio episcopo misere mortuo, Iohannes episcopus et abbas successit.
761. Pippinus aliquod comitatus filiis suis dedit.
762. Hiemps valida hoc anno facta est, et eclypsis solis 2. Nonas Iunii hora quasi sexta.
764. Corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii in Franciam deferuntur.
765. Corpus sancti Nazarii ad Lorisheim adlatum est.
766. Pippinus rex Parisius indictione 6. moritur.
767. Karolus Magnus, Pippini filius, cum fratre Karlomanno annis 4, postea solus 42.
769. Corpus sancti Othmari post 10 annos in insula, qua obiit, incorruptum reperitur, et in basilica sancti Galli sepelitur. Karolus filiam Desiderii regis Longobardorum uxorem duxit, et statim repudiavit.
770. Karlomannus rex, frater Karoli, moritur.
771. Karolus synodum colligit.
772. Karolus rex Saxoniam bello petit.
773. Karolus Italiam invadit, et Desiderium regem vicit. Karolus Longobardos cum Italia subiecit,[a] ex quo intraverant 205, ipseque cum triumpho Romam venit.
774. Karolus item Saxoniam petit.
775. Karolus item in Italia Roudcaisum occidit.
776. Karolus item in Saxoniam pergit.
777. Karolus Hispaniam invadens cepit.
778. Karolus item Saxoniam sepius rebellantem invadit. Fames et mortalitas Franciam vastat.
779. Karolus tandem Saxonicum bellum, ut putabatur, subiectis Saxonibus consummat.
780. Karolus item Romam venit, et Pippinus filius eius baptizatur ab Adriano papa.
781. Karolus conventum habuit in Saxonia[b].
782. Hiltigart regina, uxor Karoli, obiit 2. Kal. Mai. et Berhta obiit.
783. Karolus Saxones rebelles plaga magna occidit et christianos fecit.
785. Eclypsis solis facta est 15. Kal. Octobris hora quasi 3. Karolus item Romam perrexit.
786. Karolus per Alamanniam ad fines Baioariae rebellantis cum exercitu venit.
787. Tassilo dux Baioariae iubente Karolo in Franciam venit, et Baioaria subicitur Karolo.
788. Karolus Sclavos, qui Wilzi dicuntur, bello petit.
789. Karolus hunc annum sine bello Wormaciae sedit.
790. Karolus Pannoniam, regnum Hunorum, vastat.
791. Saxones Christum relinquentes item rebellant.
793. Alcwinus, qui Albinus, his temporibus claras habetur.
793. Frastrada[c] regina obiit. Karolus magnam synodum congregavit.
794. Karolus Saxoniam petit, et tertiam partem virorum obsides accepit.
795. Huni munera mittentes Karolo subiciuntur.
797. Romani Leonem papam in letania maiore excecant, et linguam eius amputant.
798. Gerolt plissimus signifer Karoli in pugna occiditur ab Hunis.
799. Liutkarda regina obiit, 2. Nonas Iunii.
800. Karolus imperiali benedictione sublimatus, augustus et caesar Romano nomine[d] vocatur.
801. Greci pacem cum Karolo firmant.
802. Terrae motus factus, et mortalitas subsecuta est.
803. Karolus Saxonum rebellantium multitudinem in Francium transfert.
806. Eclypsis solis facta est 3. Id. Febr. hora quasi sexta.
807. Gotifridus Nordmannorum rex superbe Karolo minatur.
808. Karolus synodum magnam congregat.
809. Eclypsis solis facta est 7. Id. Iun. hora quasi 2. Eodem anno eclypsis solis facta est 2. Kal. Dec. hora quasi 3.
810. Karolus thesauros inter episcopia et ecclesias dividit. Karolus rex, filius Karoli, obiit.
811. Perinhardus rex a Karolo efficitur.
812. Karolus febre et pleuresi pulsatus obiit, indictione 7, 5. Kal. Febr. anno aetatis 81[e].
813. Ludowicus, Karoli Magni filius, annos 26.
815. Leo papa obiit; et Ludowicus a Stephano papa imperator factus est.
817. Perinhardus rex Ludowico rebellat.
818. Perinhardus rex interiit. Liutwidus rebellat.
819. Exercitus contra Liutwidum congregatur.
820. Iterum exercitus contra eundem congregatur.
821. Nix magna a 10. Kal. Octobris usque in 2. Id. Aprilis permansit.
823. Wetti Augiensis monachus in spiritu raptus, admirabilem vidit visionem.
829. Corpora sanctorum Valentis et Senesii in Augiam insulam deferuntur.
831. Ludowicus imperator magnum conventum in Noviomago habuit.
837. Poto diaconus palsaii in Iudaismum lapsus est.
839. Eclypsis solis facta est 4. Non. Maii, hora ante nonam, et Ludowicus imperator obiit 12. Kal. Iulii.
840. Ludowicus, Ludowici filius, cum fratribus Lothario, Karolo, Pippino annis 36 Bellum inter fratres de participatione regni exarsit.
841. Ludowicus Germaniam, Lotharius cum imperatoris nomine Italiam, Karolus Gallias, regnum dividentes accipiunt.

a) anno *in omnibus deest.* b) *ita omnes excepto* B 4[b]. c) *ita omnes, solus* B 2. *correxit.* d) more *Herm. Stickardi.* e) *errore pro* 71; *a. aet.* 81. *omisit* B. *excepto* B 4[b].

842. Iudith imperatrix, uxor Ludowici prioris, obiit.
844. Hincmarus, vir doctus, Rhemorum archiepiscopus ordinatur.
851. Translatio sancti Remigii Remorum archiepiscopi ab Hincmaro eiusdem urbis episcopo, Kal. Octobris.
852. Corpus sancti Martini de tumulo levatur.
855. Hiltigart regina obiit. Lotharius imperator obiit; pro quo filius eius Ludowicus imperator cum fratre Lothario annis 19.
860. Meginradus heremita martyrizatur.
862. Huni christianitatis nomen aggressi sunt.
863. Translatio sancti Othmari in basilica sancti Galli.
867. Terrae motus factus est, et cometa visa est.
868. Lotharius rex, frater Ludowici, obiit; et Karolus Galliarum rex regnum eius invadit.
869. Ludowicus imperator de solario cecidit.
870. Ludowicus et Karolus pacificantur.
871. Wormacium fulminis ictu crematur.
874. Ludowicus imperator obiit; et rex Galliarum Karolus Romam pervenit.
875. Ludowicus rex Germaniae obiit. Bellum in Riburis[a] inter Ludowicum et Karolum committitur.
876. Karolus iunior, filius Ludowici, cum fratribus Karlomanno et Ludowico annos 12.
877. Papa Iohannes in Franciam venit. Karolus rex Galliarum obiit.
879. Ludowicus Balbus, filius Karoli, obiit. Eclypsis solis facta est. Ludowicus vivente fratre suo Karlomanno Baioariam ingreditur, et Karlomannus moritur.
880. Karolus iunior cum uxore sua Richarde imperiali benedictione sublimatur
881. Ludowicus rex Francorum, Karoli frater, obiit.
887. Karolus imperator regno privatur.
888. Arnolfus, filius Karlomanni, annos 11. Karolus iunior imperator obiit.
890. Arnolfus rex exercitum Nordmannorum prorsus delevit.
891. Ratispona Baioariae urbs incendio flagrat.
894. Arnolfus Italiam Burgundiamque suo regno subicit.
896. Arnolfus rex Romam veniens, imperator efficitur.
897. Magna fames homines se invicem comedere persuasit.
899. Arnolfus imperator moritur. Gentes Pannonicae Italiam depopulantur.
900. Ludowicus, filius Arnolfi, admodum puer, annis 12. Ungarii Baioariam ingrediuntur, plus quam mille ex eis occiduntur. Zuendebaldus, filius Arnolfi, occiditur.
901. Ungarii Carentariam invadunt, et in sabbato commissa pugna occiduntur. Eodem anno Moimarius et Isanrichus cum rege pacificantur.
903. Ungarii amarius[b] occiduntur. Beringer, Reginolt, Gerhart germani fratres occiduntur.
906. Pugna inter Adalbertum et Chounradum committitur, in qua Chounradus occiditur.
907. Adalbertus perfidia Hattonis archiepiscopi et cuiusdam Liutpoldi deceptus, Ludowico iubente decollatur. Bauarii[c] ab Ungariis interficiuntur.
908. Ungarii Saxoniam et Turingam vastant. Liutpoldus occiditur.
909. Ungarii Alamanniam petunt. Bellum Francorum cum Ungariis.
911. Ludowicus rex moritur, et Burchardus dux occiditur.
912. Chounradus, filius Chounradi, in regnum elevatus est, regnans annis 7. Ungarii a Baioariis et Alamannis iuxta fluvium Ennm occiduntur. Cometae videntur. Ungarii Alamanniam depopulantur.
916. Wiberada inclusa est. Ungarii[d] Alamanniam igne et gladio vastant.
917. Basilea ab Ungariis destruitur. Ungarii per Alamanniam Alsacii[e], et regnum Lotharii invadunt. Burchardus dux constituitur.
918. Chounradus rex moritur.
919. Heinricus comes rex effectus, regnavit annis 19. Burchardus dux Alamanniae Roudolfum regem pugna vicit.
920. Karolus Galliae rex in Francium venit.
923. Sanguis Domini in Augiam insulam defertur.
924. Sanctus Oudalricus Augustanae episcopus ordinatur.
925. Wiberada ab Ungariis martyrizata est.
927. Ungarii totam Franciam, Alamanniam, Alsaciam, Galliam gladio et igne vastant. Burchardus dux occiditur. Heremanno Alamannia committitur.
931. Haeinricus rex Boemiam petit.
932. Haeinricus regem Abroditarum et Nordmannorum christianos efficit.
933. Haeinricus Ungaros in Syrbia interfecit.
937. Haeinricus rex obiit.
938. Otto Magnus, Heinrici filius, annos 37. Ungarii Franciam, Alamanniam, Galliam usque oceanum et Burgundiam devastantes, per Italiam redierunt.
939. Haeinricus, frater Ottonis, ab Eberhardo comprehensus est.
940. Gisilbertus et Adalbertus occisi, et episcopi in fugam lapsi sunt.
941 Otto rex Gallias petit. Hiemps valida, et mortalitas animalium facta.
943. Otto rex et Ludowicus pacificantur. Cometae 14 noctes apparuerunt[f], et mortalitas animalium facta.
944. Ungarii cum Baioariis pugnant, et vincuntur.
945. Terrae motus factus est 16. Kal. Mai.
946. Otto rex Gallias ingreditur.
948. Berhtolfus Baioariorum dux obiit; cui Heinricus, frater Ottonis, successit.
949. Synodus 30 episcoporum apud Engelingiaheim[g] coram Ottone et Ludowico regibus congregatur, Hermannus Alamannorum dux obiit; pro quo Liutolfus, Ottonis filius.

a) *ita omnes.* b) *ita omnes*, a Mariis *Herm. Sichardi.* c) bauari, bawari B. *excepto* B 4ᵇ. d) *in* A. *errore hic insertum est* per. e) *ita omnes.* f) *in* A. *et* B 4ᵇ. apparuerunt, *in* B. noctes *deest.* g) Iggelenheim B 4ᵇ.

951. Otto rex Italiam petit, eamque sibi subiecit, et Beringerum regem expulit.
952. Synodus 25 episcoporum coram Ottone rege colligitur.
953. Beringerus apud Augustam Ottoni ad deditionem venit. Ignitus lapis quasi massa candentis ferri ab occidente volitans venit, et draco visus est. Otto rex una cum filio Italiam intrat, ac nuptiis regales Papiae factae sunt
954. Liutolfus dux Ottoni patri suo rebellat. Adalbertus comes occiditur. Ungarii Noricam, Franciam Italiamque petunt.
955. Ungarii totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam urbem, Deo iuvante, ab Ottone rege pugna victi, immensa caede necantur[a] 4. Id. Augusti. Haeinricus dux obiit.
956. Liutolfus dux hostiliter Italiam invasit.
957. Liutolfus dux Adalbertum bello vicit, et ipse eodem anno obiit; pro quo Burchardus.
958. Alawicus abbas[b] obiit, pro quo Ekkihart. Cruces in vestibus apparuerunt.
961. Signum in sole apparuit. Otto rex Romam veniens, imperator efficitur.
962. Otto rex ab Octaviano Iohanne papa imperator ordinatur.
963. Otto imperator natale Domini Papiae moratur.
964. Item Otto imperator natale Domini Romae moratur.
965. Otto imperator Italia redit, et Burchardus dux in Italia rebelles caesari vicit.
968. Eclypsis solis facta est 11. Kal. Dec.
970. Signum quoddam ignei coloris apparuit.
972. Synodus apud Ingilinginheim propter Adalberonem, sancti Oudalrici nepotem, colligitur.
973. Sanctus Oudalricus Augustensis episcopus anno aetatis 83, episcopatus vero 50, 4. Non. Iulii, feria 6. migravit ad Dominum. Eodem anno pius Otto imperator Nonis Mai. obiit. Burchardus dux obiit; Liutolfi filius Otto regnavit.
974. Otto II, Ottonis Magni filius, regnavit annis 10.
976. Dissensio inter Ottonem imperatorem et Heinricum ducem Baioariae oritur.
978. Otto imperator contra Lotharium regem Gallias invadit. Heinricus et equivocus eius duces, et Heinricus Augustae[c] episcopus capti sunt et in exilium missi.
981. Otto imperator Neapolim venit.
982. Otto imperator apud Calabriam, occiso a Grecis et Sarracenis exercitu[d], de navi exiliens natando aufugit. Otto dux obiit.
983. Otto imperator Romae 6. Id. Dec. moritur, et ibi sepelitur.
984. Otto III, Ottonis[e] II. filius, admodum puer, annos 18.
987. Fames magna facta est.
991. Theophanta Greca imperatrix, mater Ottonis regis, anno nono viduitatis obiit.
994. Chounrado rege Burgundiae mortuo, Roudolfus filius eius ignavus successit.
997. Heinricus dux Baioariorum, filius Heinrici ducis[f] obiit. Chounradus dux obiit, pro quo Hermannus.
1001. Otto imperator in Italia 10. Kal. Febr. obiit, et intestina eius Augustae, et reliquum corpus Aquisgrani sepelitur[g].
1002. Haeinricus dux Baioariae rex effectus, regnavit annos 23[h].
1003. Haeinricus rex Heinricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petiit.
1004. Haeinricus rex Italiam, Boemiam, et Bolialaum ducem Sclavorum cum tota gente sua[i] subiugavit. Heremannus dux obiit, pro quo filius eius puer Heremannus.
1005. Fames magna facta est.
1007. Episcopium Babenberch a Heinrico rege constituitur, et Eberhardus ibi episcopus ordinatur.
1008. Liutolfus Treverensis archiepiscopus obiit, et episcopatum eius Adalbero, frater reginae, sibi usurpare quibusdam contra regem faventibus molitur; sed a rege convicti Megingaudo episcopatum reliquerunt.
1010. Wolferadus comes 4. Nonas Marcii moritur.
1011. Willigisus Mogonciensis archiepiscopus obiit, pro quo Erchinbaldus. Theodoricus dux a Lothariis captus est.
1012. Beatus Cholomannus martyrizatus est, et suspensus apud Stocchaerouwe. Heremannus dux iunior obiit. Chounradus dux[k] obiit.
1013. Hoc anno beatus Cholomannus[l] sepultus est in eodem loco.
1014. Hoc anno sanctus Cholomannus[l] a Megingaudo Heibstatensi[n] episcopo in Mediliccha sepultus est. Haeinricus rex Romae imperiali benedictione coronatur a Bonifacio[o] papa.
1015. Ernust dux in venatu ab Adalberone[p] comite sagitta occiditur.
1017. Gotifridus dux Gerhardum vicit.
1019. Chounradus puer auxiliante patruele suo Chounrado, postea imperatore[q], Adalberonem ducem pugna vincens[r] fugavit.
1020. Benedictus papa Babenberch veniens, ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Werinharius Argentinae urbis episcopus cum Alamannis contra Burgundiones pugnavit, et vicit.
1021. Terre motus factus est magnus, 4. Id. Mai., feria sexta[s].
1022. Haeinricus novam Troiam cepit, et magna in exercitu mortalitas facta est. Nothgerus[t] magister obiit.
1024. Haeinricus imperator 3. Id. Iul. obiit, et in Babinberch episcopio a se facto in monasterio S. Petri sepelitur.
1025. Chounradus[u] imperator pene annos 15 regnavit. Magna dissensio in regno contra Chounradum efficitur.

a) necati vincuntur B 4b. *ubi* pugna victi *desunt*. b) Augiensis *add.* B 4. 4b. c) augustane B 4. *deest* B 4b. d) *deest* A 2. exercitu suo B. e) *deest* A 1. f) *deest* B. *exceptis* B 4. 4b. g) Aquis sep. Grani B 1–4. 6. c. eius s. A. G. B 4b. h) XXII. B. *exceptis* B 4. 4b. i) sibi *addit* B 4b. k) filius Ottonis *addit* A 4. l) Columbanus B 4b. *cum Ann Admunt.* m) Heibestenensi A 5. Hebestat. B. Hebstetensi B 4b. o) Benedicto *recte solus* A 4. *et Ann. Salzburgenses.* p) Albertine B 5. 7. q) imperator *Herm. Sichardi* Conradus p. imperator B 1. 2. 3. 6. 7. suo imperator efficitur. Chunradus p. imperator A 4. r) victi et B 4. *nec tamen* B 4b. s) *f. s. desunt* A 4. t) Horthgerus B 1. 2. 3. 6. 7. u) *Anni* 1025 *et* 1026 *permutati sunt a scriba cod.* B 1. *qui signis positis id correxit*; B 3. *qui corrigendo novum errorem commisit, et* B 6.

1026. Chounradus rex filium suum Heinricum regem fecit, et ipse Romam veniens, imperator efficitur. Bruno Augustensis episcopus et Welf comes predas et[a] incendia inter se faciunt.

1028. Ernust dux et Welf comes Chounrado imperatori ad deditionem veniunt.

1029. Chounradus[b] imperator perrexit in Polloniam[c].

1030. Chounradus imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit. Interea in Alamannia Ernust dux et Werinharius comes occidantur, 16. Kal. Septembris[d].

1031. Stephanus rex[e] missis legatis cum imperatore Chounrado pacificatus est.

1032. Roudolfus rex Burgundiae moritur, diadema[f] suum Chounrado imperatori commisit.

1033. Chounradus hieme Burgundiam petit. Eclypsis solis 3. Kal. Iul. hora quasi sexta. Chounradus occidentalem Francium contra Ottonem[g] petit.

1035. Chounradus item Burgundiam vastat. Pagani Saxoniae confinia petunt. Pagani, qui Liutici dicuntur, Wirbinam castellum in confinio Saxoniae, multis christianis occisis et captis, optinent; quos Chounradus imperator cum exercitu petit.

1036. Italia civium discordia laborat. Nuptiae Heinrici regis. Pagani supradicti Chounrado imperatori vectigales facti[h].

1037. Chounradus imperator Italiam cum exercitu petit, et Mediolanensem archiepiscopum in custodiam misit; qui fuga lapsus, cum aliis quamplurimis eidem imperatori rebellat.

1038. Elisdrud, quae[i] Chunigunt, regina, uxor[k] Heinrici regis, 15. Kal. Augusti, et Hermannus dux 5. Kal. Aug. in Italia cum multis aliis obierunt. Stephanus Ungariorum rex bonae memoriae[l] obiit; pro quo Petrus rex[m].

1039. Chounradus imperator 2. Non. Iun. obiit, et apud[n] quae Spira vocatur, sepelitur. Chounradus dux et Adalbero dux obierunt. Eclypsis solis 11. Kal. Sept.

1040. Heinricus, filius Chounradi, regnavit annis 18. Heinricus rex Boemiae ducem[o] bello petit; sed multis proceribus et militibus[p] in prestructione silvae citra et ultra occisis vel captis, nihil dignum efficere potuit.

1041 Ungarii quendam Ovonem regem sibi eligentes, Petrum regem suum expellunt. Heinricus rex Ungariam cum exercitu ingressus, igne predaque cuncta devastat.

1042. Adalbertus marchio[q] et filius eius Liupoldus maximam partem exercitus Ovonis delevit. Heinricus rex iterum[r] Ungariam sibi subiecit. Poppo patriarcha obiit.

1043. Gisila imperatrix, mater Heinrici regis, 16.[s] Kal. Marcii obiit. Heinricus rex tercio Pannoniam petens, Ungaros per iusiurandum subiugavit. Liupoldus fortis[t] miles, filius Adalberti marchionis, moritur 5. Idus Decembris[u].

1044. Heinricus rex quarto Ovonem regem rebellantem vicit, et Petrum regno suo restituit.

1045. Petrus rex Heinricum regem in pentecosten magno apparatu suscepit. Bruno Wirzburgensis episcopus obiit. Adalbero successit.

1046. Petrus rex exsecratus est ab Ungaris, et Andreas rex efficitur.

1047. Swidigerus Babenbergensis episcopus in natali Domini papa consecratur; et Heinricus rex et eius coniux[v] Agnes ipsa die imperiali benedictione sublimantur.

1049. Andreas rex Ungarorum per legatos imperatori Heinrico subiectionem et annuum censum iureiurando promisit.

1050. Agnes imperatrix imperatori filium peperit, nomine Heinricum[w].

1051. Sanctus Bardo archiepiscopus obiit. Andreas[x] rex et Adalbertus marchio[y] pacificantur.

1052. 1053. Heinricus imperator Pannoniam cum exercitu petit, et gloriosissime redit[z]. Papa Leo qui et Bruno natalem Christi[*] cum imperatore Wormacie egit.

1054. 1055. Beatus[11] Leo papa dormivit in Domino 13. Kal. Mai.[a]; pro quo Victor qui et Gebehardus, Heichstetensis[b] episcopus, ordinatur.

1055. 1056. Adalbertus marchio[c] obiit[12]; filius[d] eius Ernust successit. Chouno dux Baioariae ab imperatore expulsus, in Pannonia exul moritur.

1056. 1057. Heinricus III.[e] imperator obiit 3. Nonas Octobris[f]; filius eius Heinricus IV. successit.

1057. 1058. Heinricus IV. regnavit annos 49. Victor papa obiit; pro quo Stephanus qui et Fridericus eligitur[g]. Agnes imperatrix suscepit ducatum Baioariae.

a) p. et *desunt* B 4b. b) C. i. p. in P. *desunt* A. c) in Boemiam B 4b. d) XVI. K. S. *desunt* B 5. e) *deest* B 1. 2. 3. 6. rex Pannoniae B 5. 7. f) diademata sua B 2. g) Ottonem *reliqui.* h) facti sunt A 4. B 4. 5. 7. i) quae et A 4. B 1. 2. 3. 6. 7. k) sponsa B 4. 4b. *cum Admuntensibus.* l) b. m. *desunt* B 5. m) regnavit A 2. 4. B 1 — 4b. 6. 7. n) a Spiram s. B 1 — 4b. 6. in civitate Spirensis B 7. *In* A 4. *haec mutata sunt; v. Auct. Zwifaltense.* o) *deest* B 7. Boemiam b. B 1. 2. 3. 6. p) et m. *desunt* B 4b. q) Austriae *addit* B 5. *quod in aliis recentiores adscripserunt.* r) *deest* B 2. s) XV. A 4. t) f. m. *manu aequali adscriptum* A 1. *supra nomen scriptum* A 2. *adest* A 4. qui f. m. dicebatur B 5. 7. u) V. I. D. *manu sec. additum* A 1. 2. B 4. *prima in* A 4. B 5. 7. *Eadem in Necrol. Mell. scripta sunt.* v) uxor B 1. 2. 3. 5. 6. 7. w) et Bardo — pacificantur *subiungunt* B 2. 3. x) Ad. m. et An. r. B 1. 2. 3. 6. y) m. Austriae B 5. 7. z) *hic a.* 1054. *inchoant* B 1. 2. 3. 6. *) domini B. a) XIII. K. M. *desunt* B b. III. K. M. B 1. 2. 3. 5. 6. 7. b) heicstat. B 1. 6. heichstat. B 2. 3. heichstensis B 4. eibstet. B 4b. eystat. B 5. haistensis B 7. c) Austriae *addunt* B 4b. 5. 7. *et superscriptum* B 4. d) f. e. *desunt* B 5. e) IIIus *et* IIIIus *superscr.* A 1. *desunt* B. f) III. N. O. *supersc.* A 1. IIII. N. O. B 1. 2. 3. 5. 6. 7. g) dicitur B 4b.

11) Eorum quae hic sequuntur fontem agnoscimus etiam in Ann. Wirziburgensibus, Ann. Hildesheimensibus, Chron. Wirziburgensi, et in Summa Honorii, v. Praef. p. 479. In annorum numeris disponendis alii alios errores commiserunt. 12) *VII. Kal. Iun. Adalbertus marchio obiit.* Necr. Mell. s. XII. ubi manu s. XIV. additum est: *qui porciam non minimam sancte crucis Mellicam attulit.* De anno v. Meiller, Babenbergische Regesten p. 7.

1062. Heinricus rex separatus est a matre sua, anno sexto regni eius, etatis vero undecimo. Agnes imperatrix et Guntharius episcopus predas et incendia in[a] invicem exagitant.

1063. Heinricus rex exercitum movit in Pannoniam, et Salomonem regem constituit, federatisque omnibus cum summo honore revertitur.

1064. Cedes magna facta est in Goslariensi[b] monasterio, presente rege et[c] principibus eius. Multa mala tunc temporis facta sunt in terra. 1063. Iun. 8.

1065. Heinricus rex accinctus est gladio, anno regni sui nono, in pascha. Eigilbertus[d] episcopus Pataviensis obiit[13]; Altmannus successit. Sigifridus[e] Mogonciensis episcopus et Guntharius Babenbergensis episcopus Hierosolimis tendunt. Mart. 29. Mai. 17.

1066. Meginhardus comes occiditur[14].

1067. Heinricus imperator Berihtam, filiam Ottonis comitis duxit uxorem[f]. 1066. Iun.

1068. Multa et diversa mala his temporibus in toto regno facta sunt.

1070. Otto dux Baioariae regi rebellavit.

1071. Adalheida marchionissa obiit[15]. Welfo dux Baioariae factus est expulso Ottone[16].

1073. Roudolfus dux Alamanniae[g] et Welfo dux Baioariae, nec non Perhtolfus dux Carinthiorum[h] in unum coniurant adversus regem Heinricum. Hildibrandus qui et Gregorius papa ordinatur.

1074. Heinricus rex in Ungariam adversus[i] Ioitschonem[k] patruelem Salomonis profectus, incassum rediit.

A 1. 2. 4.

1075. Ernust marchio occisus est in Saxonia in bello iuxta fluvium qui dicitur Unstruoth, feria 3, 5. Idus Iunii[17]; quod fuit primum bellum Heinrici regis[l].

1076. Anno[m] Coloniensis episcopus obiit[18].

1077. Magna discordia[n] inter papam[o] et regem oritur. Heinricus rex Italiam proficiscitur, et Roudolfus dux in regem pro eo eligitur apud Voricheim[p].

1078. Bellum secundum inter duos reges in Saxonia committitur, in quo Dietpaldus[q] comes occiditur, iuxta rivum qui dicitur Strewa, feria 4, 7. Idus Augusti.

1080. Gregorius papa Heinricum regem excommunicavit. Tercium bellum Heinrici regis cum Saxonibus iuxta villam quae dicitur Durloh, feria 2, 5. Kal. Februarii[19]. Eodem anno quartum bellum Heinrici regis cum Saxonibus iuxta fluvium qui dicitur Elster, feria 5, Idus Octobris. Roudolfus[r] rex occiditur.

Codex Zwifaltensis n. 102.

Anno ab incarnatione Domini 1075. Ernisto marchio in Saxonia occisus est. Liuopoldus filius eius successit. Iun. 9.

1076. Anno Coloniensis episcopus obiit. 1075.

1077. Magna discordia inter papam et regem oritur. 1076. 1077.

1078. Bellum inter duos reges committitur in Saxonia, in quo Dietbaldus occiditur.

1080. Papa Gregorius qui et Hiltebrandus, Heinricum regem excommunicavit. Welfo dux hostiliter Augustam civitatem invasit et depredavit atque incendit[20]. Mart. 7. Iun. 11.

a) *deest* A 4. B 1. 2. 3. 5. b) Goslarensi A 2. B. c) in B 3. 6. 7. d) Engilbertus B 4b. Eigilbertus — successit *desunt* B 1 — 4. 6. e) Sigifridus — occiditur *desunt* B 5. f) *deest* B 1. 2. 3. 6. g) Sueuiae B 4. 4b. *ubi Welfo anteponitur.* h) Corinth. A 2. B 1. 2. 6. 7. Chorinth. B 4. 4b. i) *deest* B 2. k) *tia* A 2. Lottschonem A 1. Loitschonem A 4. Ioitbsconem B 1. Loitbsconem B 2. Loithsconem B 3. Iottsconem B 4. Loitsonem B 4b. Lotisconem B 5. Ioitsconem B 6. 7. l) Liupoldus successit *addit m. saec. XII ex.* A 1. m) *deest* A 4. n) dissensio A 4. o) Hiltiprandum *addit* A 4. p) Vorbcheim A 4. q) Diepoldus A 4. r) R. r. o. *manu aequali supra lineam scriptum est* A 1. *Post* Elster *ponuntur* A 2.

13) *XVI. Kal. Iun. Egilpraht Patav. episcopus.* Necrol. Salisb. cum Florianensi. 14) *III. Kal. Mart. Meginhart comes et frater eius Piligrimus occisi sunt et Duorinch.* Necr. Salisburgense. 15) *VII. Kal. Febr. Adalheida marchionissa obiit.* Necr. Mell. ubi manu s. XIV. additum est: *uxor Adalberti marchionis Austrie qui sanctam crucem attulit.* Conf. infra Auct. Mellicense. 16) 1070. Dec. 25. 17) *V. Idus Iunii Ernust' marchio obiit.* Necrol. Mell. s. XII. ubi manus s. XIV. addidit: *Lanceam S. Mauricii et crateram b. Udalrici Medlicam attulit.* Conf. Meiller, Babenb. Reg. p. 10. 18) 1075. Dec. 4. 19) imo 6. Kal. Febr. v. Stenzel, Fraenk. Kaiser II, 275. 20) Cf. Ann. Aug. SS. III, 130.

A 1. 2. 4.

1081. Quintum bellum Heinrici regis contra Suevos iuxta Danubium apud villam
Aug. 11. quae dicitur Hohestetin[a], feria 4, 3. Idus Au-
Dec. gusti. Hermannus rex constituitur.

Mai. 12 1082. Hoc anno 4. Idus Maii, feria 5, bellum ad Mauriberch[21] est actum, et cum maximo nostratium[b] excidio terminatum.

Aug. 11. 1086. Sextum bellum Heinrici regis cum Suevis et Saxonibus iuxta villam quae dicitur Plaeichvelt[c], feria 3[d], 3. Idus Augusti.

Mart. 21. 1089. Constitutio[e] monachorum in loco Medilicensi sub abbate Sigiboldo, in festo sancti Benedicti abbatis[f].

1091. Altmannus Pataviensis episcopus
[22] obiit[22].

1092. Oudalricus[g] Pataviensis episcopus constituitur.

1095. Expeditio in Hierosolimam.

Oct. 12. 1096. Liupoldus marchio obiit[23]. Filius eius Liupoldus successit.

1098. *Christiani*[h] *obtinuerunt Hierosolimam.*

1099.

1101. Welf dux Baioariae et Tiemo Salzburgensis episcopus et Ita marchionissa[24] Hierosolimam pergunt, et caeteri quamplurimi[i].

1104. Sigihardus comes occiditur Ratis-
[25] ponae[25].

1105. Heinricus[k] V. rex, filius Heinrici imperatoris, contra patrem suum in regnum surrexit.

1106. Heinricus IV. imperator obiit 7.[l] Idus Augusti. Liupaldus Agnetem filiam imperatoris duxit uxorem.

1107. Heinricus V. regnavit post mortem patris 19 annis. *Ordo monachorum coepit in loco Gaersten*[m].

1108. Heinricus rex obsedit castrum Presburch.

1110. Heinricus rex magnam expeditionem[n] in Italiam movit, et Paschalem papam Romae cepit; sed postea eius[o] gratiam et benedictionem imperialem[p] assecutus est.

Codex Zwifaltensis n. 102.

1081. Altmannus antistes marchioque Lupoldus aliique principes iurabant contra regem Heinricum.

1082. Bawarii et Boemii cum Lupoldo marchione dimicaverunt, et vicerunt, Moureberge.

1089. Constitutio monachorum in loco Medilicensi sub abbate Sigeboldo, in festo sancti Benedicti abbatis.

1091. Altmannus Pataviensis episcopus obiit.

1095. Petrus heremita aliique plures tendunt Ierosolimam.

1096. Lupoldus marchio obiit. Filius eius Lupoldus successit.

1098. Heinricus episcopus eligitur Frisingensis.

Anno milleno centeno cum minus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

1101. Dux Welfo profectus est Ierosolimam, et Ita marchionissa.

1104. Sigehardus comes occiditur Radisbone.

1105. Heinricus rex, filius Heinrici imperatoris, contra patrem suum in regnum surrexit.

1106. Heinricus IV. imperator obiit 7. Idus Augusti. Lupoldus marchio Agnetem filiam eius duxit uxorem.

1107. Heinricus regnavit post mortem patris 19 annis.

1108. Heinricus rex obsedit castrum Bresburc.

1110. Heinricus rex magnam expeditionem in Italiam movit, et Pascalem papam Rome cepit.

a) Hohenstein A 4. b) *deest* A 4. c) Pleicvelt ubi Hermannus rex occiditur *nec plura* A 4. d) III. *erasum est* A 1, *deest* B 4. *ubi manus recentior haec ex* A 1. *supplevit.* e) Constitutio — abbatis *desunt* A 2. f) *deest* A 4. g) O. P. v. c. *cum a.* 1091. *coniungit* A 4. h) C. o. H. *desunt* A 1. *ubi postea manu s. XIV. adscripta sunt; eiusdem aevi manu addita sunt* B 4. i) quamplures A 4. k) *horum loco* A 4. *Ottonis Frising. laciniam inserit.* l) VII *deest* A 4. m) *manu s. XII. exeuntis in solo* A 1. n) herfart *superscr. manus s. XIV.* A 1. o) *deest* A 4. p) b. ab eo a. est A 4.

21) Mailberg, prope fines Moraviae. *IIII. Idus Mai. Memoria occisorum in Mouerberg.* Necrol. Claustron. ap. M. Fischer II, 106. 22) *VI. Id. Aug. Altmannus Pataviensis episcopus obiit.* Necrol. Mell. ubi manu s. XIV. additum est: *fundator Gotwicensis.* 23) *IV. Idus Oct. Liupoldus marchio obiit, qui monachicam vitam hic instituit.* Necr. Mellicense. 24) relicta Liutpoldi II. 25) v. Ekkehardi Chronicon h. a.

A 1. 2. 4.

1111. *Domnus Perhtoldus abbas Garstensis eligitur*[a].

1112. Rex Ungarorum[26] de terra sua egressus, manubias ac predam magnam de nostra[b] provincia abduxit. In eius[c] ultionem Liupaldus marchio cum valida manu quasdam eiusdem regis provincias invasit, et caede magna perpetrata, ac quadam civitate[27] depredata atque combusta, sic cum pace remeavit ad propria.

1113. Dedicatio[d] huius monasterii.

1116. Sigiboldus abbas Medilicensis[e] obiit[28]; Engilschalcus successit. Terrae motus factus est magnus per universam Teutonicam[f] et Italicam terram, 4. Nonas[g] Ianuarii[29].

1118. Per plurimas partes mundi magna inundatio aquarum facta est[30].

1119. Welf dux Baioariae obiit, cui successit Heinricus frater eius.

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit[31]; Reginmarus successit. Erchinfridus abbas eligitur[h].

1122. Hoc[i] anno ab apostolico Calixto consecratur 8. Idus Martii, et privilegium nostri monasterii adquisivit[32]. Otakker marchio obiit[33]; filius eius Liupaldus successit.

1123. Libellus[k] iste scriptus est.

Codex Zwetlensis n. 102.

26

1114. Heinricus imperator Saxones iuxta Welfolt[d'] hostiliter invasit; a quibus victus cum paucis evasit. 1115. Febr. 11.

1116. Sigeboldus abbas obiit; Engilscalcus successit. Terrae motus magnus factus est per universam terram. 28

1118. Ungari iuxta fluvium Lithae nos vastaverunt.

1120. Peregrinatur[34].

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit; Regmarus successit. Erchenfridus abbas eligitur.

1122. Hoc anno ab apostolico Calisto consecratur 8. Idus Martii, et privilegium acquisivit ab apostolico. 32

CONTINUATIO MELLICENSIS.

Codices A.

1124. Kalixtus papa obiit. Honorius successit[l].

1125. Heinricus[m] V. imperator obiit 10. Kal. Iunii[35]. Lotharius dux Saxonum in regem eligitur[n]. Nanzo[o] abbas[36] obiit.

Codex Zwetlensis n. 102.

1125. Heinricus imperator obiit 10. Kal. Iunii. Lotharius dux Saxonum in regnum eligitur. Nanzo abbas obiit. 35

1126. Nix valida facta est.

a) *manu s. XIII. insertum in solo* A 1. b) de Austria p. n. A 4. c) cuius A 2. 4. d) D. h. m. *desunt* A 2. 4. d') *ita* A 4. *ex nostro interpolatus; hic* Welfoni i hostoliter *mendose.* — successit *desunt* A 2. 4. e) *manu aequali superscriptum* A 1. Sigiboldus f) Teutoniam A 4. g) III. Non. A 4. h) E. a. e. *desunt* A 2. in Medilicbe *addidit manus alia in* A 4. i) Hoc — adquisivit *desunt* A 2. 4. k) L. i. s. est *desunt* A 2. 4. l) *hic manus mutatur* A 1. m) *horum loco* A 4. *verba Ottonis Fris. VII, 15. recepit.* n) *iterum mutatur* A 1. o) N s. o. *desunt* A 2. 4.

26) secundum Ottonis Fris. Chron. VII, 15. Stephanus II. qui a. 1114. regnare coepit. Itaque haec non suo loco posita esse videntur bellumque non diversum esse ab eo quod in cod. Zwetlensi ad a. 1118. commemoratur. 27) Eisenstadt. 28) *XIII. Kal. Apr. Sigiboldus abbas nostrae congregationis.* Necr. Mell. quibus s. XIV. quidam superscripsit: *Primus abbas huius loci.* 29) 3. Non. Ian. 1117. teste Ekkehardo et aliis. 30) mense Sept. teste Cosma Pragensi. 31) *VII. Idus Aug. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit.* Necr. Mell. ubi eadem s. XIV. manus addidit: *cuius permissione exempti sumus, Herczogenburgensium fundator.* 32) V. infra Auct. Mellicense. 33) *V. Kal. Dec. Otakchar marchio de Stire obiit* et manu s. XIV. *fundator Gaerstensium.* Necr. Mell. sed *IV. Kal. Dec. Otacher marchyo.* Necr. Adm. 34) scil. Engilschalcus abbas, cui sequenti anno Erchinfridus substitutus est. 35) etiam in Necrologio commemoratus. 36) Gotwicensis.

Codices A.

1127. Ava[a] inclusa obiit[37]. Haeinricus dux Baioariae obiit[38], pro quo filius eius Haeinricus[b].

1128. Helmbertus[c] Lambacensis[d] abbas obiit[39]. Haertvicus Ratisponensis episcopus obiit[40]; Chuno successit. Wulfhilt[e] ductrix obiit[41].

1129. Liupaldus marchio de Stire[f] obiit[g][42].

1131. Engilscalcus[h] Medilicensis[d] abbas obiit[43]. Meginhardus abbas de[d] Winistevin[d] obiit. Oudalricus abbas de[d] Chremesmunsture[d] obiit[i], et alius Oudalricus successit[i] Honorius papa obiit. Innocentius successit[i].

1132. Chuno Ratisponensis episcopus obiit, et urbs Ratispona pene tota incendio periit, nec non per totum regnum inprovisum incendium bachatur[i]. Heinricus de Diezzen[k] Ratisponensis[l] episcopus constituitur. Lotharius rex Italiam petit[i].

1133. Hermannus[m] Augustensis episcopus obiit[i]. Eclypsis solis facta est horribilis 4. Non. Aug. hora quasi nona, feria 4.[i]

1136. Episcopus[n] Reginmarus ecclesiae Dei molestus et amarus, libertatem monasterii nostri molitus est infringere, et decimationes ecclesiarum nostrarum auferre. Pro qua re Erchinfridus abbas domnum apostolicum vita et nomine Innocentium adiit, et privilegium nostrum tercio innovavit[45], et episcopi factiones apostolica auctoritate adnichilavit. — In-

Codex Zwifaltensis a. 102.

1127. Ava inclusa obiit 8. Idus Februarii.

1128. Helmbertus Lambacensis abbas obiit 8. Idus Februarii.

1129. Greci et Ungari discordantes apud fluvium Sowa castra metati sunt.

1130. Spira a Lothario rege obsessa traditur. Honorius obiit 16. Kal. Martii.

1131. Stephanus rex Ungarorum obiit. Bela cecus successit. Fridericus Coloniensis episcopus obiit[44].

1132. Lotharius rex est profectus in Italiam.

1133. Eclipsis solis facta est 4. Non. Augusti, hora nona.

1134. Bela cecus rex Ungarorum triumphavit de Polonicis, sed in dolo.

1135. Lotharius imperator et dux Fridericus Babenberc pacificantur.

1136. Dedicatum est monasterium Nuenburc ab archiepiscopo Chounrado, Reinmaro, Romano. Lotharius imperator secundo profectus est in Italiam. Lupoldus marchio obiit 17. Kal. Decembris.

a) A. i. o. *desunt* A 2. 3. *(qui a. 1126. incipit)*. b) Heinr. eligitur A 3. c) H. L. s. o. *desunt* A 2. 3. 4. d) *supra lineam scriptum* A 1. e) W. d. o. *desunt* A 3. *Pro* ductrix *continuator secundus correxit* ducissa A 2. f) Styra A 4. de S. *supra lineam scripta sunt* A 1. 2. *desunt* A 3. g) *manus mutatur* A 1. h) Engilscalcus — *succesit desunt* A 3. 4. Honorius p. o. I. s. Oud. a. de Chremismunstiure o. Eng. M. a. o. M. de Winsteven a. obiit A 2. i) *manus mutatur* A 1. k) Diezzin A 4. de D. *nomini superscriptum est* A 1. *deest* A 2. 3. l) *supra lineam scriptum* A 1. m) H. A. e. o. *desunt* A 4. n) episcopus — adnichilavit *desunt* A 2. 3 4.

37) *VII. Idus Feb. Asa inclusa obiit.* Necr. Mell. Multa de ea disseruit I. Diemer, Deutsche Gedichte des XI. und XII. Jahrh. p. XIV ss. 38) Id. Dec. a. 1126. v. Jaffé, Lothar der Sachse p. 58. 39) *VII. Idus Febr. Helmbertus abbas de Lambach frater noster obiit.* Necr. Mell. cum Admuntensi. 40) 5. Idus Martii a. 1126. mortuum probat Jaffé l. l. p. 267. 41) 1126. Dec. 29. v. Jaffé l. l. p. 58. 42) *VI. Kal. Nov. Liupaldus marchio de Stire obiit.* Necr. Mell. manu sec. saec. XII. Postea s. XIV. additum est: *filius Otchari marchionis.* Eundem diem dat Necr. Claustroneoburgense, *VII. Kal.* N. Runense ap. Pusch et Froelich, Dipl. Sacra II, 349; *VIIII. Kal.* Necr. Bamberg. et Admunt. s. XII. ubi additur *fortis* et *predium*. 43) *X. Kal. Iun. Engilscalcus abbas nostrae congregationis.* Necr. Mell. 44) frater Hartwici Ratisponensis ep. et Engelberti marchionis. 45) Primum dedit Paschalis II. 1110. Apr. 26. Laterani, in Ans. Schramb Chron. Mellicensi p. 52; alterum Calixtus 1122. Mart. 10. Laterani, ib. p. 67; tertium Innoc. 1137. (pro quo ipse more Florentinorum numerat a. 1136.) Ian. 3. Pisis, ib. p. 70. Innocentius eiusdem anni Ian. 8. Agnetem marchionissam de morte mariti consolatus, Mellicenses eius benivolentiae commendavit, et Laterani Febr. 7. Erchenfrido dedit rescriptum de decimis ab episcopo Pataviensi usurpatis, ib. p. 71. 69.

Codices A.

lustris pius[a] et nobilis marchio Liupaldus 17. Kal. Dec. de[b] hac vita migravit, qui locum nostrum libertate data firmavit[c. 46].

1137. Lotharius imperator victor Rutkeri tyranni rediens de Apulia moritur in itinere. Adalbertus[d] Magontinus archiepiscopus, Heinricus Frisingensis episcopus, pluresque[e] episcoporum, principum, nobilium vita decedunt.

1138. Chounradus dux, sororius Heinrici imperatoris, a cardinalibus[47] missis ab apostolico, et a summis principibus regni eligitur in regem. Petrus scismaticus, filius Petri Leonis, diu ecclesiam impugnans, moritur[c]. Brun[f] abbas de[g] Lavent[g] obiit[c. 48].

1139. Synodus magna sub Innocentio papa Lateranis in quadragesima celebratur, ubi quingentorum et eó plus episcoporum et abbatum conventus congregatur[h]. Liupaldus marchio ducatum Baioarie suscepit, et Heinricum ducem expulit.

Codex Zwettlensis n. 102.

1137. Lotharius imperator obiit. Heinricus Frisingensis episcopus obiit. 46

1138. Reinmarus episcopus obiit; Reinbertus episcopus ordinatur. Lupoldus marchio duxit uxorem[49]. Counradus rex efficitur. Filia Ungarici regis Bele desponsata est filio regis H. Romanorum[50]. Lupoldus marchio ducatum suscepit Bawarie. 48

1139. Synodus Rome facta est sub Innocentio papa.

1141.[i] Liupaldus dux Bauwarie et marchio 15. Kal. Nov.[k] obiit[51], et frater eius Heinricus successit[l]. 51

1142. Marchio Heinricus Gerdrudam, filiam Lotharii imperatoris, duxit uxorem. Hugo magister pie memoriae obiit[l]. Sigihardus[l] comes, frater noster, obiit, de Scala[l]. *Pie memoriae Perhtoldus abbas Garstensis requievit in Domino*[m. 52].

1143. Innocentius papa pie[n] memoriae obiit[53]; Celestinus successit. Gerdrudis uxor Heinrici[o] ducis obiit[54].

1144. Celestinus papa obiit; Lucius successit, qui et Gerhardus.

1145. Lucius obiit; Eugenius successit. Ventus validus ab occidente irruens, Galliam, Franciam, Bawariam totamque Theutonicam terram pertransiens, multas ecclesias plurimaque edificia subruit, arborum etiam et vinearum partem quandam delevit. Fames valida totum Theuthonicum regnum devastavit duobus annis.

1147. Expeditio infinita populi christiani cum Chounrado III. rege Francorum, et Loudovico rege Galliae simul in exercitu suo illó iter agente, Hierosolimam facta est. Chounradus Salzburgensis obiit[55]; Eberhardus successit. Regimpertus Pataviensis obiit[56], cui successit 56 Chounradus.

a) I. marchio orientalium L. A 2. 3. b) Dec. obiit *nec plura* A 4. D. o. Liupaldus filius successit A 2. 3. c) *manus mutatur* A 1. d) A. M. s. *desunt* A 4. obiit *addunt* A 2. 3. e) plures A 3. f) Brun — obiit *desunt* A 3. 4. g) *supra lineam scriptum* A 1. h) *abhinc solus* A 4. *cum* A 1. *conspirat.* i) *manus mutatur* A 1. k) XV. K. N. *superscriptum* A 1. l) Sigihardus — Domino *desunt* A 4. m) *manus saec. XIII. addidit* A 1. *ut supra* a. 1111. n) p. m. *desunt* A 4. o) *manus mutatur* A 1. *ubi deinde* marchionis obiit *in loco raso scripta sunt.*

46) Eadem verba legimus in Necrol. Mell. ubi manus s. XIV. addidit: *et fundator Neunburgensium, et perfector Medicensis cenobii tempore monachorum.* 47) Tietwino card. ep. S. Rufinae, cuius obitus ad d. XIV. Kal. Dec. inscriptus est Necrol. Admuntensi. 48) *VI. Idus Mai. Brun abbas de Lavent obiit.* Necr. Mell. manu sec. s. XII. 49) Mariam filiam Sobezlai ducis Bohemiae. 50) Littera *H.* quam in exemplari originali supra verbum *filio* scriptam fuisse arbitror, melius ante eam vocem ponenda erat. Ceterum Heinricus et Sophia ambo infantes erant; sponsalia a. 1139. facta demonstrat Ph. Jaffé, Conrad III. p. 83. quo anno etiam Lupoldus ducatum Bawariae accepit; ib. pag. 221. 51) *XV. Kal. Nov. Liupaldus dux Bauwariae obiit.* Necr. Mell. manu eiusdem temporis. Conf. Meiller Bab. Reg. p. 29. 52) *XI. Kal. Mart. Huc de S. Victore magister piae memoriae obiit. V. Kal. Aug. Perhtoldus abbas de Gêrsten.* Necr. Mell. ubi etiam *XIII. Kal. Mai. Sigihardus comes,* haud dubie ille de Scala, quem Liupoldi II. generum fuisse demonstrat S. Calles, Ann. Austriae I, 427. 53) Eadem verba etiam in Necrol. Mell. 8. Kal. Oct. legimus. 54) *XII. Kal. Mai. Gerdrut ducissa.* N. Mell. Heinricus paulo ante ducatum Bawariae acceperat. Jaffé, Conrad III, p. 222. 55) *VI. Idus Apr. Chounradus archiepiscopus.* Necr. Mell. cum Salisburgensi; alii d. 5. Id. Apr. indicant. 56) *IV. Id. Nov. Reginbertus episcopus Pataviensis* N. M.

1148. Sinodus magna sub Eugenio papa Remis celebratur in quadragesima, ubi quadringentorum et eó amplius episcoporum et abbatum multitudo convenerat[a].

1149. Chounradus rex et Loudovicus rex Galliarum sepulchro Iesu Christi domini nostri[b] adorato, ad sua imperia obtinenda[c] reversi sunt. Cum quibus frater[d] Chounradi regis dux Heinricus, filius Liupaldi illustrissimi marchionis, vir bonus et militari virtute precipuus, simul adveniens, filiam cuiusdam clarissimi ducis, scilicet fratris regis Grecorum, nomine Theodora[e], uxore accepta secum adduxit[f].

1150. Welfo, filius Heinrici ducis, cum aliis principibus Chounrado regi in deditionem venerunt[g].

57 1152. Chounradus[h] egregius Romanorum imperator obiit[57]; Fridericus fratruelis eius substituitur. Herchimfridus Medilicensis abbas Hierosolimam proficiscitur, et revertitur[i].

1154. In circumcisione Domini, prima[l] vespera[l], eclypsis lunae a crepusculo usque ad mediam noctem facta est. Sophia soror[l] nostra[l], ducissa de Scala, obiit[58].

1155. Fridericus rex Italiam proficiscitur, et imperator ordinatur, 14. Kal. Iulii[k].

1156. Heinrico duci Saxoniae ducatus Bawariae restituitur; Heinricus dux[l] Austriae proficitur, 4. Idus Septembris[m]. Lazlau[n] dux mutato ab imperatore dignitatis nomine, Boemie[o] in regem proficitur[59].

1157. Coniuratio principum facta est sub rege Friderico in Italiam proficiscendi.

1157? 1158. Munitissimum Boemiae oppidum, Podwin dictum, absente duce Heinrico a ministerialibus ipsius potenter expugnatum et incendio vastatum est, pluribus igne con-
60 sumptis[60].

1158. 1159. Expeditio Italica ab imperatore Friderico facta est[p], et famosissima civitas Italie Mediolanum, datis trecentis obsidibus, capta est; ubi et Eckebertus comes occisus est[61]; et[p] Dietmar de Spilberch occisus est. Otto Frisiensis episcopus moritur; Adalbertus eligitur[q].

1160. Herbordus subdiaconus et monachus fulmine percussus[q.62].

1163. Erchinfridus Medelicensis abbas Hierosolimam proficiscitur[63]; Sygehardus successit[r].

1164. Beatus Eberhardus Salzburgensis ecclesiae archiepiscopus feliciter obdormivit in
64 Christo 11. Kal. Iulii[s.64]; pro quo Pataviensis episcopus Chunradus, frater Chunradi imperatoris, inthronizatur[t].

1168. Fames magna facta est[t] Chunradus Salzburgensis archiepiscopus obiit[65]; Adalbertus filius regis Boemiae succedit[t].

1170 Inventio dominici ligni apud Wiennam, quod aureae cruci cum aliis sanctissimis reliquiis inclusum quidam clericus, minister satanae, Ruopertus nomine, auri cupidine illectus furatus erat[66]. De quo furto propter communem ecclesiae ad Deum clamorem publicatus et comprehensus, ex iudiciali sententia suspendio vitam finivit[t]. Dedicatio altaris sancti Cholomanni martyris 14. Kal. Iunii.

1174. Liupoldus[u] et frater eius Heinricus, filii ducis Heinrici de Austria, gladium ac-
67 ceperunt. Idem Liupoldus duxit uxorem Helenam, sororem regis Avarorum[67].

a) convenerunt A 1. *qui a* 1148. *continuat usque ad* sunt. b) *deest* A 1. c) *deest* A 4. d) f. C. r. *erasis manus s. XIV. plura inseruit in* A 1. e) Theodoram A 4. f) abduxit A 4. g) *manus mutatur* A 1. h) Chounradus — revertitur *desunt* A 4. *ubi locus Ottonis Fris. hic inseritur.* i) *supra lineam scripta* A 1. s. n. *desunt* A 4. k) XIV. Kal. Iul. *superscripta* A 1. l) marchie sue *ex Cont. Zwetl. inserit* A 4. m) IV. I. S. *superscripta* A 1. *Abhinc manus mutatur.* n) Ladezlaus A 4. o) *post* dux *collocat* A 4. p) et — est *supra lineam scripta* A 1. Tietemar *omisso* et A 4. *ubi post* eligitur *alia continuatio sequitur.* q) *manus mutatur* r) *iterum mutatur Haec minio scripta sunt.* s) XI. K. I. *superscripta.* t) *manus mutatur.* u) Liupoldus — Avarorum *eadem manu scripta videntur cum a.* 1170.

57) *XVI. Kal. Mart. Chounradus rex obiit.* N. Mell. manu coaeva; cf. Iaffé, Conrad III. p. 209. 58) Eadem verba in Necrologio 6. Non. Mai. legimus. Sophia fuit filia Liupoldi II. marchionis, uxor Heinrici ducis Karinthiae, et post mortem eius Sigehardi comitis de Burghausen, qui a. 1142. obiit. 59) Hoc a. 1158. factum esse constat. 60) Recte ut videtur Ann. Claustron. hoc anno 1157. adscribunt, cum in nostris a. 1159. tribuantur quae a. 1158. facta sunt. 61) ultimus de Puotene, Non. Augusti. 62) Eadem in Necrol. Mell. 5. Kal. Augusti. 63) Eius memoria est in Necrol. Mell. *XVI. Kal. Iun. Erchinfridus abbas n. c. obiit.* Sacc. XIV. demum haec addita sunt: *Tertius abbas huius loci, qui hystoriam S. Cholomanni dicitur dictasse.* Praeterea: *V. Id. Mai. Tuota laica mater Erch. abbatis obiit.* Cf. de eo Mon. SS. IV, 674. 64) *XI. Kal. Iul. ob. beatae memoriae Eberhardus Salzpurgensis episcopus.* N. M. 65) *IV. Kal. Oct. Chuonradus archiepiscopus pie memorie Salzburch.* N. M. 66) Videsis narrationem huius facti in Kollarii Analectis Vindob. I, 860. et inter Scriptores Pezianos II, 386. 67) i. e. Ungarorum, Belae III.

1176. *Hoc anno Zobzlau dux Boemie Austriam incendio devastavit*[a].

1177. Sophya comitissa de Pilstaeine obiit[68]. Chunigunt de Rechperge obiit[b]. Syrus qui et Sygehardus obiit abbas[69]; Chuonradus successit[b]. 68

1178. Heinricus[c] dux Austriae obiit[70]; filius eius Liupoldus successit[b]. Alexander papa et Fridericus imperator Romanorum apud Venecias convenerunt, et copiosissima multitudo metropolitanorum et episcoporum et abbatum. Facta est concordia inter apostolicum et imperatorem, et terminatum est scisma, quod multis duraverat annis[b]. Adelbertus archiepiscopus Veneciae per Alexandrum papam deponitur, et Chunradus Magontinus in episcopatu subrogatur. 1177.

1180. Heinricus dux Saxoniae et Bowarie ab imperatore Friderico proscribitur; et Otto palatinus in ducatu Bowariae substituitur, et Perhardus quidam comes Saxoniae preficitur.

1181. Iuvavensis ecclesia per sanctorum episcoporum revelationem, Virgilii, Vitalis, Eberhardi, Hertwici, mirifice a Christo glorificatur, et ex omnium terrarum populis votis et muneribus laudabiliter sublimatur, regnante papa Alexandro, et inperatore Friderico[b].

1182. Liupoldus dux Austriae cum magno comitatu Hierosolimam proficiscitur, et revertitur[d]. Fridericus sanctae memoriae Aspacensis abbas obiit. Oudalricus Chremesmustu-rensis abbas Ierosolimam adiens moritur[d].

1183. Alexander qui et Ruolandus[e] papa obiit; Lucius eligitur[f]. 1181.

1184. Chunradus archiepiscopus Magontiam reversus est, et Adelbertus Iuvavensi eccle- 1183.
sie archiepiscopus restituitur. Otto dux Bawariae obiit[f].

1185. Theodora que et Gerdrudis[g] ducissa obiit[f.71]. Adelpertus Frisingensis ecclesiae 1184.
episcopus obiit 3. Idus Nov. Cui Otto successit. Liupaldus dux Austriae exercitum ducens contra Rapotonem comitem de Ortenberch, ipsum captivum in Austriam duxit[f.72]. 72

1186. Lucius papa apud Veronam moritur; pro quo Urbanus III. substituitur[f]. 1185.

1187. Omnium penuria maxima facta est, et pestilentia hominum simul et animalium[f].

1188. Eclypsis solis facta est 2. Non. Sept. hora quasi nona[f]; et sepulchrum Domini a 1187.
paganis obsessum destruitur, lignumque dominicae crucis, et rex illius terrae dominatui Oct. 2.
eorum per captivitatem subiugantur. Patriarcha ceterisque principibus interfectis, omnibus-que inibi consumptis, ecclesia lacrimabiliter humiliatur[h]. Pro quo Fridericus imperator cruce se signavit.

1189. Fridericus Romanorum inperator egregius et filius eius dux Suevie, marchiones et omnes episcopi Teutonice terre ceterique principes quamplurimi sepulchrum Domini adierunt[h].

1191. Liupoldus dux Austriae et frater eius Heinricus contra hostes christianae reli- 1190.
gionis[i] pugnaturi Ierosolimam proficiscuntur. Fridericus egregius Romanorum imperator et episcopi Teutonicae terrae non pauci feliciter migraverunt ad Dominum in itinere Ierosolimitano; et Fridericus advocatus noster de Perge moritur apud Antyochiam, et in monasterio sancti Georgii sepelitur[73]. 73

1192. Heinricus rex, filius Friderici magni imperatoris, pro patre regnaturus eligitur. 1190.
Dietpoldus Pataviensis ecclesiae episcopus vita decedens apud Akkaron humatur Id. Nov.[74]; cui Wolfkerus pontificatus dignitate sublimatus succedit 6. Id. Martii. 1191.

1193. Clemens papa obiit; Celestinus qui et Iacinctus pro eo substituitur, et in sabbato 1191.
sancto paschae sacerdos consecratur, et in sancto die summi pontificatus infulis decoratur. Apr. 14.
Heinricus rex cum gente robusta et manu valida Romam ingreditur, et a Celestino papa imperator consecratur 17. Kal. Mai. Eclypsis solis facta est 9. Kal. Iulii hora quasi 7.[k] Apr. 15.

a) *manu saec. XIII. inserta.* b) *manus mutatur; sed a.* 1177 — 1181. *ab eodem scripti ess videntur, etsi non una vice.* c) *manus saec. XIV. superscripsit* ioch sam mier got. d) *manus mutatur.* e) qui et R. *superscripta.* f) *manus mutatur.* g) que et G. *supra lineam.* h) *manus mutatur.* i) pugnaturi — sepelitur *in loco vaso scripta sunt manu ut videtur eadem. Confer Ann. Garst. a.* 1190. k) *manus mutatur.*

68) A. 1176. obiisse videtur, v. Meiller Bab. Reg. p. 232. Suadet hoc sequentium chronologia aperte falsa. 69) *V. Idus Oct. Syrus abbas nostrae congregationis obiit.* Necr. Mellicense. *Sighardus abbas.* N. Admuntense. 70) diei 19. Kal. Febr. adscriptus in Necrologio. Cf. Meiller l. l. p. 54. 71) Eadem verba in Necrologio d. 3. Non. Ian. legimus; sed alii 4. Non. adscribunt. 72) Nulla praeter hanc eius expeditionis mentio extat. 73) *V. Idus Iun. Fridericus imperator aput Antiochiam obiit. Id Iul. Fridericus de Perge advocatus frater noster obiit.* Necr. Mell. 74) *Id. Nov. Dietpoldus Pataviensis episcopus frater noster obiit.* N. M. Sed secundum Chron. Reichersb. obiit 3. Non. Nov.

1192. 1194. Richardus rex Anglorum a duce Austriae Liupoldo capitur, et imperatori Heinrico presentatur[a].

1195. Liupoldus dux Austriae et Stiriae apud Graeze moritur 2. Kal. Ian.[75]; pro quo filius eius Fridericus primogenitus Austriae preponitur, et frater eius Liupoldus Stiriae substituitur. Terra ista pestilentia et incendio et inundatione aquarum miserabiliter humiliatur[a].

1196. Heinricus imperator Apuliam Romano imperio subiugavit[a].

1197. 1198. Chuonradus Mogontiensis archiepiscopus, aliarum quoque ecclesiarum episcopi et abbates, utriusque etiam ordinis prelati non pauci, Fridericus dux Austriae, duces, marchiones, comites totius terrae Teutonicae aliarumque regionum innumerabiles, terram repromissionis cum infinita multitudine christianorum intraverunt, preliaturi contra eos, qui eam devastaverunt, et loca sancta destruxerunt[a]. Heinricus imperator in Apulia moritur 3 Sept. 28. Kal. Sept. Philippus frater eius et dux Alamanniae pro eo intronizatur. Fridericus dux Au- 1198. striae vita decedens[76], Liupoldus frater eius, dux Stiriae succedit[a].

1200. 1201. Liupoldus dux Austriae et Stirie consecrationis ensis dignitate honorifice sublimatur.

1201. 1202. Terre motus factus est magnus per universam terram 4. Non. Mai. feria 6, circa horam nonam[a].

1203. Liupoldus dux Austriae et Styriae Theodoram, filiam regis Grecorum, duxit uxo- 77 rem. Chunradus I abbas Medelicensis moritur[77]; Chunradus II. abbas Sidanstetensis successit. Emmericus rex Ungarorum fratrem suum Andream captivum inclusit[a].

1204. Chunradus post duos menses electionis suae obiit[78]; Reginoldus successit[a], qui veniens Romam honorifice a domino papa Innocentio III. abbas consecratur prima dominica adventus Domini, 4. Kal. Decembris. Wolfkerus Pataviensis episcopus Aquilegiae patriarcha eligitur. Pro quo eiusdem ecclesiae prepositus nomine Poppo Pataviae episcopus substituitur. Emmericus Ungarorum rex moritur; pro quo Andreas frater eius quem incarceraverat[b].

1205. Phylippus rex secundo apud Aquasgranas ab episcopis et ducibus et marchionibus et aliis principibus, qui sibi prius restiterant, intronizatur, et sollempni unctione consecratur[a]. Philippus rex cum magna multitudine et robore exercitus infiniti Coloniam Agrippinam obsedit, et non proficiens cum rubore recessit[a].

1206. Poppo Pataviensis episcopus primo ordinationis suae anno moritur; pro quo Ma- nigoldus, Cremsmustuorensis abbas, pontificatus infulis decoratur. Fames valida facta est[a].

1207. Hugo[79] et Leo[80] cardinales, apostolice sedis legati, ad faciendum concordiam inter regem Philipum et Ottonem diriguntur[a].

1208. Liupoldus dux Austriae et Stiriae cum suis signaculo dominice crucis fulcitur[a]. Philippus rex ab Ottone palatino de Witlinspach regno et vita spoliatur. Et tempore messis pars vulgi non minima aut nimietate estus aut sitis ariditate vitali spiritu precluso, miserabiliter extincta est[a].

1209. Otto comes Pittaviae, filius ducis Heinrici Saxoniae et Bawoariae, a domino apostolico Innocentio III in imperatorem Rome consecratur[a].

1210. Pluvia maxima repente effusa est, et inundatione facta multi homines perierunt, 3. Kal. Iunii die dominico circa meridiem. Item tempore messis 5. Id. Aug. pluvia incipiente, et septem dies continuos durante, Danubius aquarum habundantia supra duos cubitos intumescens, continua aedificia plurima ingurgitavit, et effusus per campestria, que messa fuerant auferens, vineta quoque et prata sabulo sternens, in suo tractu maximam cladem exercuit. Reliqua passim per agros tam ea que messa fuerant, quam que meti non poterant, putruerunt.

1211. Maxima nix, qualem se nemo in partibus nostris vidisse testabatur, effusa est; per quam multi cum incaute graderentur, incidentes violentia frigoris et venti, cum emergere non possent, extincti sunt[a].

a) *manus mutatur.* b) *sequitur verbum situ delctum. Deinde alia manus pergit.*

75) *II. Kal. Ian. Liupoldus dux obiit.* N. M. 76) *XVI.* additum: *primus huius nominis.* 78) *III. Non. Mart. Kal. Mai. Fridericus dux Austriae obiit.* N. M. *Chounradus abbas nostrae congregationis piae memoriae obiit.* N. Mellicense. Etiam Admuntensium 77) *IV. Id. Dec. Chunradus abbas nostrae congregationis obiit.* N. M. ubi supra nomen eius aliquanto necrologio inscriptus est. 79) episcopus Ostiensis. post scriptum est *de Wisenberch*, deinde s. XIV. 80) Sanctae Crucis in Ierusalem presb. cardinalis.

1212. Reginoldus abbas moritur[81]; Hadmarus Garstensis abbas successit 2. Idus Octobris. Otto imperator adhuc vivus imperium calamitate mutavit; principes regni ab eo recedentes, et regem Apuliae Fridericum elientes[a]. 81

1213. Gerdrudis regina Ungariae, filia ducis Meraniae, occiditur[a].

1214. Hoc anno Manigoldus Pataviensis episcopus moritur; huic successit Uolricus, scriptor ducis Liupoldi[a]. 1215.

1215. Hoc anno synodus magna facta est sub papa Innocencio III, etiam quod de transmarinis partibus episcopi ibi affuerunt[a], et hoc anno moritur, et Honorius ei successit[a]. 1216.

1217. Liupoldus dux Austriae et Styriae cum aliis principibus Ierosolimam adiens, et abbas Hademarus loci istius in reversione moritur; pro quo Ulricus substituitur, qui etiam proficiscens Romam, in itinere moritur[82]. Huic successit dominus Chunradus Gaerstensis abbas[a]. 1217. 1218.

1218. Otto imperator aput Prunsvich moritur, et Fridericus, qui prius regnum obtinuerat, ei successit[a].

1219. Liupoldus dux Austriae et Stiriae Damiata civitate in obsidione dimissa, a mari revertitur; quae postea in brevi a christianis expugnatur. Otto Phrisingensis episcopus moritur; pro quo Geroldus substituitur. 1220.

1220. Fridericus imperator dignitate consecrationis in regem sublimatur[a].

1221. Hoc anno Ulricus Pataviensis episcopus a mari rediens, in itinere moritur. Civitas Damiata ingruente multitudine Sarracenorum adversus christianos expugnatur[a].

1222. Gebehardus omni morum honestate preditus, episcopus canonice Pataviae constituitur. Albertus dux Saxonie filiam Liupoldi ducis Austrie et Stirie, Agnetem nomine, ducit in uxorem[a].

1223. Corpora sanctorum Viti, Modesti et Crescencie revelantur.

1224. Chunradus Medlicensis ecclesie abbas moritur[b]; pro quo dominus Waltherus, Celle S. Marie abbas, eidem ecclesie preficitur.

1225. Pestilentia animalium hoc anno sevit, et post pestilentiam mortalitas hominum secuta est.

1226. Heinricus, filius imperatoris Friderici, Margaretam, filiam Liupoldi ducis Austrie, duxit in uxorem; et Heinricus, filius Liupoldi ducis, Agnetem, filiam langravii de Duringia, duxit uxorem[c]. Engilbertus Coloniensis episcopus occiditur[c]. 1225. Nov. Nov. 7.

1227. Honorius III. apostolice sedis antistes et divine vocationi obaudiens, viam universe carnis ingreditur; cui Gregorius IX. successit. Heinricus, filius imperatoris Friderici, apud Ach in regem sublimatur[83]; et uxor sua Margareta unâcum ipso diademate exaltatur[c]. 83
Chunradus Ratisponensis episcopus moritur[c]. 1226.

1228. Heinricus filius ducis Liupoldi moritur[c. 84].

1229. Fridericus imperator Hierosolimam proficiscitur; et terra sancta a soldano honorifice recepta, fedus amicicie secum innovavit[c]. Fridericus, filius Liupoldi ducis, filiam ducis Meranie duxit uxorem[c].

1230. Liupoldus dux Austrie ac Stirie ad sopiendum scisma inter papam Gregorium et imperatorem Fridericum Apuliam proficiscitur, et utrisque in concordia coadunatis, ibidem moritur[85]; pro quo filius eius Fridericus Austrie Stirieque substituitur[a]. 85

1231. Rex Boemie cum suis Austriam ingreditur, et per quinque septimanas incendio devastatur; et per optimates Austrie coniuratio contra ducem Austrie facta, preliis multis et incendio miserabiliter humiliatur. Ludovicus dux Bawarie occiditur.

1232. Fridericus dux Austrie et Stirie consecrationis ensis dignitate sublimatur. Fridericus imperator cum multis principibus Alamannie apud Ravennam curiam suam honorifice celebravit, et coram omnibus in die sancto natalis Domini coronatus incessit[a]. Febr. 1231. Dec.

1233. Gebehardus Pataviensis ecclesie episcopus Romam vocatus, coram apostolico sponte cessit; cui Rudgerus Chimensis ecclesie episcopus successit[a].

a) *manus mutatur.* b) moritur — preficitur *manu alia in loco raso.* c) *manus mutatur.* d) *abhinc alia manus usque ad a.* 1237. e) *idem, sed alia vice pergit.*

81) *IV. Idus Oct. Reinoldus abbas nostrae congregationis obiit.* Necr. Mell. 82) *VII. Id. Nov. Hadmarus abbas n. c. III. Id. Apr. Oudalricus presbyter et electus n. c.* et manu saec. XIV: *iturus Romam pro confirmacione et consecracione obiit in via.* 83) Id iam a. 1222. factum erat. Margareta mense Martio coronata est. 84) *III. Non. Ian. Hainricus filius Liupoldi ducis obiit.* N. M. 85) *VI. Kal. Aug. Liupoldus dux Austrie obiit.* N. M. Conf. Meiller, Bab. Reg. p. 147.

1233. 1234. Fridericus dux Austrie valida manu Boemiam ingreditur; sed capta munitissima
86 urbe, nomine Vetawe[86], valido morbo preventus ad propria revertitur. Postea rex Ungarorum[87] Austriam cum exercitu petit; sed nichil ibi proficiens, concordia cum duce facta rediit.

1234. 1235. Marchio de Meissen[88] sororem ducis Austrie[89] duxit in uxorem.

1235. 1236. Fridericus dux Austrie, congregato exercitu contra regem Ungarie, fugam iniit. Post cuius fugam rex Ungarie et rex Boemie terram depopulantur. Andreas[a] rex Ungarie moritur; pro quo filius eius Bela regnavit. Fridericus imperator in partes Alamannie veniens, Heinricum filium suum, regem Suevie, exilio relegavit.

1236. 1237.[b] Coniuratio exitiabilis contra Fridericum ducem Austrie ac Stirie facta est, sicque a suis optimatibus desertus, Winensis civitas et alie munitiones, tam castella quam civitates, clauduntur eidem; rapinis, incendiis atque continuis bellis terram inquietare non desistentibus.

1237. 1238. Fridericus Romanorum imperator ad expulsionem supra dicti ducis ad persuasionem optimatum Austriam ingressus, in Winna se tenuit; et cum id, quod conabatur, efficere non evaluit, mense quarto Austriam egreditur, quibusdam comitibus relictis civitati pro presidio.

1238? 1239. Lantgravius Duoringie[90] sororem Friderici ducis Austrie ac Stirie[91], adhuc bellis in terra sevientibus, duxit uxorem, nuptiis in Nova civitate sollempniter celebratis.

1239. 1240. Fridericus dux Austrie ac Stirie propter frequentes victorias, quibus suos adversarios crebro adtrivit, auctus viribus, Winnam potenter obsedit; que rerum fessa ac de salute trepidans se reddidit. Post cuius redditionem predicto duci prosperis succedentibus, optimates ad eum redeunt, legati imperatoris veniunt, letum nuncium, videlicet gratiam imperatoris, portantes eidem[c].

1241. 1242. Tartari cum Cumanis regnum Ungarie invadunt, Cholomannum regis fratrem in conflictu interficiunt, Belam regem de regno expellunt, tantam stragem faciunt in populo, qualem nulla meminit etas, ipsum regnum percuciunt usque ad internicionem vastantes.

1241. 1243. Gregorius papa moritur.

1242. 1244. Propter guerras inter imperatorem Fridericum et Romanos ecclesia Romano caruit pontifice.

1243. 1245. Innocencius, qui et Sinnibaldus, sedi Romane in pontificem preficitur[c].

Iun. 15. 1246. Fridericus illustris dux Austrie, collecto exercitu contra regem Ungarie, iuxta fluvium qui dicitur Litta, contrito atque fugato regis exercitu, atque potitus victoria, nescio quo casu miserabiliter occiditur. Filius regis Boemorum Gerdrudem, filiam ducis Heinrici,
92 duxit in uxorem; qui post octo menses moritur[c. 92].

1247. Heinricus lantgravius Duoringie, propter guerram inter dominum papam et imperatorem habitus pro rege, moritur. Waltherus abbas moritur, cui Ditricus abbas de Sitansteten canonice successit[c], et nondum confirmatus, infra octo menses moritur[93]. Post cuius exitum in electionem Ottonis omnium vota convenerunt, symoniace[d].

1248. Hermannus marchio de Badem, opitulante sibi Ottone duce Bawarie, Gerdrudem, filiam predicti Heinrici ducis, duxit in uxorem; paucis optimatibus in Austria faventibus eidem.

1250. Rex Ungarie Bela cum Cumanis Austriam ingressus, magnam stragem hominum
Oct. 4. fecit, ecclesias, villas per incendium in circuitu montium devastavit. Hermannus marchio
Dec. 13. de Badem moritur. Imperator viam universe carnis ingreditur.

1251. Fridericus, nepos Friderici imperatoris, moritur[94].

1252. Ottaker, filius regis Boemorum, Margaretam quondam reginam Alamannie duxit uxorem[c]. Rex Ungarie Austriam cum Cumanis ingreditur, incendiis, rapinis ac cede hominum hostiliter ipsam depopulando.

1253. Rex Ungarie, faventibus atque opitulantibus sibi quibusdam optimatibus Austrie
Sept. 22. ac Stirie, Austriam atque Moraviam rapina, igne, gladio devastat. Rex Boemie moritur.

a) Andreas — regnavit *in margine scripta sunt.* b) *alia manus pergit usque ad a.* 1241. c) *manus mutatur.* d) *verbum ab alio additum, postea erasum est.* e) *manus mutatur.*

86) Vöttau ad fl. Thaiam. 87) Andreas. 88) Heinricus. 89) Constantiam. 90) Heinricus, a. 1246. rex creatus. 91) Gertrudem. 92) Wladislaum Necr. Mell. 93) X. *Kal.* *Dec. Dietricus abbas nostre congregationis obiit:* 1247. Ian. 3. obiisse scribit Palackius. Heinricus retae. 94) filius Heinrici regis et Margaretae ducis fuit frater Friderici II. ducis.

Otto electus in abbatem, sentencialiter deponitur; pro quo Ortolfus Gerstensis abbas canonice postulatur.

1254. Ottakkero filio regis Boemorum Austriam ac Stiriam nomine dotis optinente, pluribus ac maioribus de Stiria rebellantibus, immo regi Ungarie faventibus, inter ipsum regem et Ottakkerum post multas et graves bellorum tempestates amicabilis compositio intercessit, tali pacto, quod partem Stirie, videlicet a monte qui dicitur Semtririch[a], donec per montana in Agmund veniatur, reliquid regis dominio et huc secundum quod aque pluviales distinguunt decurrentes[b]. —

1255. Innocentius papa IV. moritur, pro quo Alexander IV. substituitur. Hoc anno tanta fuit aeris inclementia, ut[a] terra siccitate depressa, ut nec agri segetes, nec uvas vineta, nec arbores fructus redderent suis cultoribus, in tantum ut divites cum pauperibus famis inediam angustiati sustinerent[b]. 1254 Dec. 7.

1256. Effuso cornu copie tam prospera tempora divinitus sunt secuta, ut conterranei ex felici frugum habundancia vinique copiositate vix possent preacte penurie reminisci. Lodwicus Reni comes palatinus Mariam uxorem suam, filiam ducis Brabancie, mulierum clarissimam, habito de nece sua per quinque septimanas consilio, per manus cuiusdam gardionis apud Werdam circa noctis medium decollavit, Heinrico fratre suo Bawariam gubernante[b].

1259. Bela rex Ungarie collecto copioso exercitu, Austriam atque finitimas terras sibi subiugare machinatus, cum Marha fluvium transivisset, Ottakerus illustris rex Boemie, adhuc tenens principatum Austrie in forti brachio Teutonicorum circa Chressenprunne occurrit eidem; ac contrito ipsius exercitu, pluribus gladio prostratis, pluribus in flumine submersis, fugam cum suo filio Stephano post magnum suorum excidium arripuit. Rexque Boemorum sic potitus victoria, partem Stirie, quam adhuc rex Ungarie occupatam tenuit, de manibus eius potenter excussit. 1260. Iul. 12.

1260. Hoc[c] anno ritus quidam de fonte rationis non trahens originem, in valle Spoletana pullulans, in diversas mundi partes sub relligionis specie serpere cepit, ut tam divites quam pauperes, senes cum iunioribus, usque ad femora toto nudati corpore, se ipsos flagenis cruentantes, et cantus ad suum libitum pro numero plagarum compositos decantantes, catervatim et processionaliter ecclesias clamoribus replerent; feminis eundem ritum exercentibus in secreto. Sed tandem, utpote supersticio vere relligioni contraria, talis ritus per mucronem ecclesiasticum est resecatus. Alexander papa moritur; pro quo patriarcha Ierosolimitanus, dictus Urbanus, sedi preficitur. Ottakkerus heres regni Boemorum Margaretam quondam Alamannie reginam repudiat, Margaretam[95] neptem Bele regis Ungarie, filiam Anne regine de Matschowe, superducit; in Braga civitate regia diademate regni sui per Magun- 1261. Mai. 25. 95 Dec. 27.
tinum archiepiscopum insignitur.

1262.[d] Vulgata sepe per Austriam fertilitas tanta est hoc anno uredine sterilitatis absorpta, ut segetes in herbis premortue pre nimio solis ardore, ad ipsas tempore messis resecandas non opus esset falcibus, sed magis vellencium manibus[d].

1263. Gravissima fames Austriam per circuitum vastavit[e].

1265. Urbanus papa moritur; pro quo Clemens substituitur. Circa inicium autumni usque ad terminum eiusdem, quedam stella insoliti fulgoris exorta, pene post mediam partem noctis, donec aurora nocti finem daret, ad instar fornacis magne tanquam vaporem fumi vomere visa est. 1264. Oct. 2.

1266. Mahtfridus naturalis Friderici inperatoris filius, qui sibi Apuliam, Calabriam atque Siciliam vendicaverat, per Karolum fratrem regis Francie atque comitem Provincie in conflictu campestri occiditur, innumera utriusque exercitus multitudine per gladii furorem extincta; qui postmodum terras memoratas potenter sibi subiugavit. Febr. 6.

1267. Margareta quondam Alamannie regina, carni debitum solvens, in Lilenvelde sepulture traditur. Oct.

1268. Chunradinus, Chunradi regis filius, iuncto sibi Friderico, filio Hermanni comitis de Paden, minus tuto munitus presidio, immo consilio, ante biennium Italiam ingressus ad expugnandam Apuliam, utpote hereditatem paternam, ambobus captis per Karolum in con-

a) *ita codex.* b) *manus mutatur.* c) Hoc — resecatus *inseruit, quum* Alexander — insignitur *tam scripta essent.* d) *alia manus pergit.* e) *manus mutatur.*

95) Cunigundem, v. Palacky Boehm. Gesch. II, 189.

Oct. 29. Nov. 29. flictu campestri, ac ipsis per aliquod tempus in vinculis religatis, tandem Neapolis sentenciam decollacionis excipiunt. Clemens papa moritur[a].

1269. 1270. 1272. Domino Philippo, herede Karinthie, in patriarcham Aquilegensem electo, et cum Stephano rege Ungarorum confederato, Ottacharus inclitus rex Boemie Karinthiam ingressus, partem eiusdem sibi subiugavit. In cuius ultionem Cumani cum Hungaris ultra Lyttam fluvium insultum facientes, per campestria usque ad montana Austriam vastaverunt, tam 1271. homines quam iumenta abigentes. Post hec prefatus rex Boemie in forti brachio Ungariam ingressus, captis multis munitionibus, non paucis etiam ex hostibus circa[b] fluvium Rebniz occisis, cum victoria Austriam revertitur. Post cuius redditum, divina gratia oppitulante, ambo reges ad concordiam revertuntur[a].

98 1273. Abbas Ortolfus pie memorie obiit in die sancti Ypoliti[96]; eodem die ipsi dominus Gerungus successit. Eodem anno rex Otakarus Ungariam ostiliter invadens, ibique terram multam cum . . . . . Ipso vero stante in Ungaria, Rudolfus comes de Abespurch in regem Romanorum eligitur[a].

1274. Gregorius X. aput Lugdunum concilium celebravit; ibidem electionem Rudolfi regis approbavit. Eodem anno idem papa Gregorius moritur[97].

1276. Rudolfus rex, dictus de Habespurch, Austriam potenter intravit, Otakrum regem Boemie dominio Austrie privavit.

99 1278. Rudolfus rex Romanorum auxilio regis Ungarie et regis Cumanorum[98] cum rege Boemorum campestre bellum circa Stilvrit iniit; et nescio quo casu rex Boemorum victus est et occisus.

1281. Gerungus[c] abbas monasterii Medlicensis moritur; et dominus Fridericus pro eo canonice subrogatur.

1281. 1282.[a] Rudolfus rex Romanorum ad Renum rediit, relinquens dominium ducatus Austrie et Styrie filio suo seniori, dicto Alberto. Supra dictus rex contulit ducatum Karinthie comiti Tyrolensi Mainhardo, cuius filiam duxit filius eius dux Austrie Albertus[a].

1288. Nov. 7. 1289. Beatus Virgilius Iuvavensis episcopus transfertur et canonizatur a venerabili archiepiscopo Salzburgensi Rudolfo; et beatus Eberhardus archiepiscopus quondam ipsius ecclesie sepelitur, et postera die concilium celebratur. In[d] eadem translacione dicta affuit dominus Fridericus abbas nostre congregacionis, qui cum ceteris episcopis corpus venerabile de fossato, in quo fuit humatum, reverencia qua decuit excepit. Post hec oritur maxima 1290. discordia inter prefatum Rudolfum archiepiscopum et ducem nostrum dominum Albertum, ita ut prefatus Rudolfus quedam castra in valle Anesi occuparet et confringeret in contumeliam ipsi duci. Dux autem se vindicans, turres quinque egregias, que Vanstorf dicuntur, 1290. et civitatem Frisacum confregit. Item post hec archiepiscopus obiit in Erdfordia, et ossa eius Aug. 3. Salzburgam transferuntur, et ibidem conduntur[a].

Iul. 15. 1291. Rudolfus rex Romanorum obiit[99]; in Spyrensi ecclesia tumulatur. Eodem anno Ungari cum suo rege Austriam hostiliter invadunt, et multam cedem hominum nec non captivitatem multorum faciunt, nec erat qui eis resisteret. Tandem Deo disponente treugas cum duce dicto Alberto ineunt, et cum pace ad propria revertuntur[a].

1292. Adolfus comes de Nazzawe in regem Romanorum eligitur. Nicolaus V. papa obiit. Rex Ungarorum a comite Ywano dolose capitur. Ministeriales quidam Styrenses, coniuratione facta cum archiepiscopo Salzburgense et Ottone duce Bawarie, duci Austrie rebellare 1 ceperunt. Filius ducis Karinthie[1] una cum civitate Sanctum Vitum per dolum cuiusdam ab archiepiscopo Salzburgensi Chunrado capitur. Dux Austrie Albertus ad terram suam, scilicet Sweviam, proficiscitur, ibique fere per totum annum moratur. Concilium Salzburge habetur, ibique dux Karinthie Mainhardus cum omnibus fautoribus suis auctoritate apostolica excommunicatur pro detentione quorundam episcopatuum, videlicet Trydentini et Brixinensis.

1295. Abbas[e] Fridericus obiit; post cuius decessum in electionem Hainrici abbatis Admontensis omnium vota concurrunt, et ad locum suppliciter postulatur. Sed eo renuente,

a) *manus mutatur.* b) *hoc verbum necdo an non recte legerim.* c) Gerungus — subrogatur *alius scripsit; cf. a.* 1289. 1295. d) In — excepit *eadem cum a.* 1281. *manu scripta sunt, deinde rursus alia pergit.* e) Abbas — subrogatur *eadem manu cum a.* 1281.

96) Consentit Necrologium: *Id. Aug. Ortolfus abbas nostre congregationis obiit.* 97) 1276. Ian. 10. *de Abspurch rex Romanorum obiit.* Necrol. Mellicense. 98) Ladislaus rex Ung. Comanorum et Ungarorum copias adduxit. 99) *III. Id. Iul. Rudolfus dictus de Abspurch rex Romanorum obiit.* Necrol. Mellicense. 1) Ludovicus.

Cholomannus prior pro eo eligitur, et in quarto die destituitur, et pro ipso Chonradus, dictus Heusler, subrogatur.

1297[a]. Abbas Hainricus Admutensis[b] occiditur[c]. Monasterium Medlicense in vigilia assumpcionis incendio flagrat[c].

1298. Albertus dux Austrie versus Sweviam armata manu proficiscitur, et inito campestri bello cum rege Romanorum Adolfo, et eo occiso, ipse in regem Romanorum eligitur; et eodem anno curia in Nurenwerch celebrata, ducatum Austrie et Stirie filio suo Rudolfo tradidit[c].

1306. Abbas Ch. monasterii Medlicensis obiit[2], et Ulricus pro eo canonice subrogatur[c]. 2
Rudolfus dux Austrie auxilio patris sui Alberti regis Romanorum Bohemiam adiit, relinquens dominium ducatus Austrie et Stirie fratri suo Friderico. Quod regnum non diu possedit, sed ab hoc medio, antequam coronam eiusdem regni reciperet, migravit[c]. 1307. Iul. 4.

1308. Albertus rex Romanorum a suis familiaribus latenter occiditur[c]. Mai. 1.

1309. Hainricus comes de Luizelburch in regem Romanorum eligitur[c]; et papa misit legatos per totam Almanniam ad congregacionem pecunie terre sancte[c]. Hainricus abbas Chotwicensis obiit; pro quo Petrus subrogatur[c].

1310. Vinee per Austriam et orti fructuum comesti sunt per brucos, per duos annos se continue succedentes[c]. Hainricus rex Romanorum, eleccione sua confirmata a papa Clemente, versus Romam armata manu proficiscitur; et civitate Mediolana subiugata, ibidem uxor eius moritur[3] et sepelitur. Aliis eciam civitatibus multis rebellantibus subiugatis, multisque Latinis et Theotunicis interfectis, Romam adiit, et ibidem in inperatorem annuente domino papa Clemente consecratur[c]. 3 1312.

1311. Clemens papa concilium celebrat apud . . . nam[4].

1312. Chunradus pie memorie archiepiscopus Saltzpurgensis in Domino requievit[c]. Cui Wichardus Polmhaimarius successit, et statim post decessum eiusdem archiepiscopi Chunradi eadem civitas Saltzburgensis et monasterium ad summum cum universis campanis inibi existentibus incendio flagrat[c].

1313. Dominus de Lutpurhc[5] episcopus Ratisponensis moritur; pro quo Nicolaus protonotarius regis Bohemie eligitur[c]. 5

1314. Hainricus imperator in terra Latina toxico interiit[c]. 1313. Aug. 24.

1315. Fridricus dux Austrie et Ludwicus dux Babarie sub briga in reges Romanorum eliguntur[c].

1316. Fridricus dux Austrie et rex Romanorum accepit exaccionem ab omnibus vineis, areis et iugeribus tocius terre[c].

1317. Facta est inundacio aquarum per totam Almaniam, Ungariam, Bohemiam et Galliam.

1318. Fridricus dux Austrie et rex Romanorum cum episcopo Salzburgensi armata manu terram Bawarorum devastarunt[c], et per Danubium vina collecta Ratisponensium in equis et curribus vadum carpentibus feliciter transvexerunt[c].

1319. Fridricus dux Austrie rex Romanorum Paduwanis veniens in auxilium contra dominum Canem, misit quadringentas galeas Australium, qui fugaverunt 600 Latinorum[c].

1321. In Austria et Ungaria provenerunt multa vina ferme putrida, fetida, rubea et inmunda[c]. In die Iohannis et Pauli eclypsis solis facta est[c]. Iun. 26.

1322. Fridericus rex Romanorum et dux Austrie armata manu Wabariam proficiscitur, et a Ludwico duce Wabarie et rege Romanorum campestri bello habito in prato, qui dicitur Emphing, unâ cum fratre suo Hainrico duce Austrie et Styrie captivatur, nec non cum aliis optimatibus eis in pugna existentibus[c].

1323. Hainricus dux Austrie pro sui redemptione et suorum nobilium a captivitate regis Bohemie resignatis Znoyma, Gonstell[6] civitatibus Moravie, quas in pignore detinuerat, Weytra et La civitates Austrie pro 8 milibus marcarum argenti redimendas obligavit[c].

a) *alius pergit.* b) *ita codex.* c) *manus mutatur.*

2) *XIII. Kal. Sept. Chunradus Heusler abbas nostre congregationis.* Necr. Mell. manu eius temporis. Postea additum est: *tertius huius nominis.* 3) imo Ianuae, Id. Oct. 16. 4) Id. Dec. a. 1311. 5) Conradus V. 6) Kostel.

1324. Abbas Ulricus monasterii Medlicensis felicis recordacionis, qui ecclesiam nostram in plerisque bonis sublimavit, obiit, et Otakerus pro eo canonice subrogatur[a] in die omnium
Nov. 1. sanctorum, et ab episcopo Secoviensi[g] delegato ad hoc a sede apostolica, in dominica pro-
1325. Mai. 19. xima post ascensionem Domini benedictionis munus et consecracionis accepit in Graecza
Ian. civitate[a]. Dux Austrie Liupoldus Ludwicum Bawarorum ducem, qui castrum Purgaw potenter obsederat per plures menses, manu valida profugavit.

1325. Fridricus Romanorum rex et dux Austrie a captivitate Ludwici regis et ducis Wabarie solutus et liber dimittitur; et filius Ludwici regis illustris . . filie Fridrici regis matrimonialiter coniungitur in robur pacifice confederacionis inter ipsos principes observande.

Feb. 28. 1326. Liupoldus dux Austrie strennuissimus obiit, frater Fridrici regis.

Feb. 3. 1327. Hainricus dux Austrie moritur, frater regis Friderici.

1328. Bohemi terram Austrie incendiis et rapinis devastant; et ipsis tandem cum rege Fridrico concordatis, dux Austrie Otto castrum Haymburch cum civitate, invitis rege Fridrico et duce Alberto fratribus, detinuit[a].

Nov. 30. 1329. Otakarus[b] abbas Medlicensis pridie Kal. Dec. moritur; cui Hainricus prepositus et procurator monasterii ipsius in abbatem canonice succedit.

Ian. 13. 1330. [a] Fridericus dux Austrie rex Romanorum moritur in castro Guetenstain, et in monasterio[c] Maurbacensi, quod ipse fundavit, sepelitur.

1331. Nov. 1332. Dux Albertus et dux Otto congregato exercitu, scilicet duobus milibus galearum, adiuncto sibi comite, Delfino nomine, et vicerege Ungarorum, plus quam cum 40 milibus venientes obviam Iohanni regi Bohemorum iacenti cum exercitu suo prope civitatem
1332. Lae, ipsum cum suis fugaverunt. Nec modicum post meliores tocius Bohemie per dominos Austrie ministeriales captivantur, et quamplurimi occiduntur[a].

Iun. 30. 1334. Hainricus, dictus Chremser, abbas Medlicensis, in die Erndrudis virginis obiit; cui Gundacherus, dictus Pergawanus, successit, et ab omnibus rite et canonice in abbatem
Sept. 8. eligitur in die nativitatis beate virginis[d].

1335. Anno hoc Ludwicus dux Wabarie, qui se asserebat inperatorem, ad componen-
1336. Ian. dum cum ducibus Austrie Wiennam veniens, et aliquamdiu cum eis ibidem moram trahens,
1335. Nec modicum post idem Ludwicus Linczam veniens, et dux Otto Austrie ab eo terram et
Mai. 12. ducatum Karinthie sub vexillo ab eo suscepit.

1336. Eodem anno consilio maligno exaccionem inhonestam et inauditam, videlicet de qualibet persona unum grossum denariorum, receperunt duces Austrie. Illo[e] anno intravit Iohannes, dictus Redepruner, religionem, qui postea electus fuit in abatem.

1337. Anno hoc duces Austrie, estimatis valore vinearum, de decem libris semper unam receperunt per totam terram Austrie.

1338. Anno isto inventum est corpus Domini in Pulka, et facta est magna strages Iudeorum in pluribus partibus; et eodem anno supervenit maxima multitudo cicadum volancium, que fecerunt maximum damnum per totam terram. Et magna multitudo hereticorum in lucem deducta est, qui clericos seculares et religiosos plures occiderunt[a].

1340. Anno isto abbas Gundacherus, dictus Pergawer, sine confirmacione moritur; cui Haimricus, dictus Rarer[f], successit, et ab omnibus rite et canonice in abbatem eligitur
Iun. 22 in die sancti Paulini episcopi[a].

1341. Obiit[g] Haymricus abbas, dictus Rarer; cui Fridericus, dictus Greiner, *tunc*[h] *prior* abbas successit.

Mart. 21. 1344. Eodem anno mortuo Friderico, dicto Greyner, in dominica *Iudica*, Ludwicus,
Apr. 4. dictus Snaintzer, de Yspera, eidem successit, qui electus fuit in dominica *Quasimodo-*
Iul. 4. *geniti*; et idem in curia Romana a papa Clemente VI. in festo sancti Ulrici confessoris, videlicet quinto die introitus sui, quasi miraculose fuit confirmatus, sequenti vero die post
Iul. 18. Alexii fuit consecratus[i]. Et idem dominus Ludwicus abbas postea ecclesiam nostram hic in
7 plerisque bonis sublimavit, quia incorporavit monasterio tres ecclesias, videlicet Medlik[7], Wldeinstarf et Ravelspach, et advocaciam in Zedelmaring, et redemit bona monasterii obli-

a) *manus mutatur.* b) Otakarus — succedit *in loco raso scripta sunt.* c) mon *cod.* d) *post verba aliquot erasa alia manus pergit.* e) Illo — abatem *postea inserta sunt.* f) *littera a supra litteram o posita est.* g) Obiit — successit *minio scripta sunt.* h) t. p. *postea addidit quidam, qui alium utroque loco correxit* Haymbricus. i) *manus mutatur.* Et — libris *atramento evanido scripta a recentiore rescripta sunt.*

6) Wochone. 7) Medling.

gata per antecessores suos, videlicet Gundreinstarf pro sexcentis libris, et alia bona pro duobus milibus libris[a].

1346. Hoc anno dominus Karolus marchio Moravie, filius regis Bohemie, per dominum papam Clementem VI. in imperatorem confirmatur contra Ludwicum, qui tunc imperium tenuit potenter contra ecclesiam. Item maximum bellum fuit inter reges Francie et Anglie, in quo rex Bohemie Iohannes cecus occisus, et multa milia dominorum magnorum fuerunt interempta. Aug. 26.

1347. Hoc anno Ludwicus imperator in ebdomada ante purificacionem beate Virginis bina vice fuit in monasterio Medlicensi pransus, et contulit monasterio eidem libertatem salium deducendorum in Purkhausen et Scherdingen, videlicet duo talenta maioris liga-minis et octo minoris. Eodem anno feria quinta proxima ante Galli mortuus est, et in Monacho sepultus. Item eodem anno per Nicolaum canonicum Waciensem incorporaciones trium ecclesiarum, videlicet Medlik, Ravelspach et Wuldestorf, in Romana curia fuerunt procurate. Ian. Oct. 11.

1348. In festo conversionis sancti Pauli, hora quasi vespertina, terremotus factus est magnus, et in Karinthia Villacum et plures civitates et castra cum hominibus perierunt. Item eodem anno tanta pestilencia invaluit in Ytalia et in Provincia, quod vix duodecimus homo remansit; incendia etiam plurima fuerunt[a]. Ian. 25.

1349. In festo purificationis beate virginis terremotus factus est magnus valde. Item in Karinthia, Austria et Babaria mortalitas in tantum seviebat, quod multe ville et in civitatibus quibusdam domus quamplures sunt destructe, ita quod inhabitator in eis nullus est inventus. Et hac de causa ritus quidam penitencie fuit exortus, ut tam divites quam pauperes, antiqui cum iuvenibus et parvulis, de sursum usque ad femora nudati, deorsum vero panno quodam cincti se flagellis acriter verberabant, et cantum quendam decantantes, ecclesias, in quibus penitenciam hanc exercebant, processionaliter intrabant. Item Iudei in Swevia et Babaria cremati fuerant, quia convicti quidam profitebantur, se mortalitatem predictam inter christianos pulvere toxicativo genera sse[a]. Febr. 2

1358. Eodem anno dux de Austria Albertus moritur 13. Kal. Aug. fidelissimus; cui successit dominus Rudolfus filius eius[a].

1360. Eodem[b] anno Ludovicus abbas, dictus Snaynczer, moritur, et Iohannes, dictus Redeprunner, subrogatur in die sancti Lamberti martyris; qui infra spacium unius mensis iter ad curiam Romanam recepit, et in kathedra beati Petri apostoli ad monasterium venit . . . . . Sept. 17. Febr. 22.

1362.[a] Fridricus Austrie dux obiit adhuc adolescens, armis tamen usus, 5. Idus Decembris, filius Alberti ducis, Gemnicensium fundatoris[8]. Eodemque anno Meinhardus dux superioris Babarie obiit adhuc adolescens, huius Friderici sororius, et filius Ludwici Brandeburgensis marchionis, deinde ducis Babarorum facta permutacione cum suo fratre, dicto Raemer[a]. Dec. 9.

1367. Anno hoc Karolus imperator dedit proscripcionem in cives Patavienses propter dominum Albertum episcopum ibidem[a], contra quem idem cives se opposuerunt[a].

1371. Hoc anno Iohannes abbas, dictus Redebrunner, in die sancti Vitalis obiit; cui dominus Fridericus Aczenprukker successit[a]. Apr. 28.

1374. Eodem anno Fridricus abbas dictus Azenpruker . . . . . [c]

1375. Eodem anno nos et monasterium nostrum in manus laycorum, scilicet ducis Alberti, devoluti sumus[a].

1377. Hoc anno dominus Urbanus VI, prothonotarius, in papam eligitur; sub quo scisma in sede apostolica se incepit[a]. 1378.

1378. Eodem anno obiit Fridericus abbas monasterii Mellicensis, qui dictus fuerat Aczn-

a) *manus mutatur.* b) *haec paene evanuerunt, et postea rescripta sunt.* c) *hic 3 lineae erasae sunt; deinde alia manus pergit.*

8) De hoc etiam in Necrologio haec scripta sunt: *V. Id. Dec. Fridricus Austrie dux obiit adhuc adolescens, filius Alberti ducis Gemnicensium fundatoris.* Deinde alia manus pergit:

Anno milleno tricent quadragintaque septem
Sabto sub terna Fridricus nascitur hora,
Alberti natus ducis Australisque Iohanne
Principis ac terna sabti decessit in hora
Vivis ex membris Ydus quartaque Decembris
Anno milleno C ter, L Xque secundo.

Iuxta *Iohanne* in margine scriptum est *de Ferreto.* Feria 7. erat 4. Idus Decembris.

prukker . . . .[a] Et Syfridus prior, dictus Hagenawer, a duce Alberto coram conventu in
Iun. 28. refectorio eligitur in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli; et quasi omnibus non
9 faventibus, Bernhardus dictus Dapifer[9], unus ex fratribus, se recepit ob hoc ad curiam Romanam, et in itinere moritur.

Aug. 5. 1382. Eodem[b] anno Syfridus abbas, dictus Hagenawer, in die sancti Oswaldi obiit; cui dominus Gotschalcus, dictus Hinderholczer, tunc temporis custos, successit, et ab omnibus
Aug. 10. rite et canonice in abbatem eligitur in die sancti Lawrencii martiris.

1386. Hoc anno dux Leupoldus, frater Alberti ducis Austrie, in translacione sancti
Iul. 9. Nicolai interfectus est cum centum et viginti quatuor baronibus, exceptis aliis militibus et servis infinitis, apud Turegum, a populo qui dicitur Sweinczer, et est sepultus in Chunigsveld. Eodem anno filius eius Wilhelmus dux expulsus est a Krakovia, ubi tunc rex habebatur[c].

Aug. 1. 1387. Eodem anno abbas Gotschalcus, dictus Hinderholczer, moritur, in die sancti Petri ad vincula. Cui dominus Ludwicus, prioris Ludwici abbatis bone memorie avunculus[d], sibi successit, et ab omnibus rite et canonice in abbatem eligitur in die sancte Affre martiris[e].

1388. Albertus dux Austrie obsedit Pataviam a festo sancti Michahelis usque ad festum
10 sancti Martini, propter gwerram duorum episcoporum, videlicet filii ducis de Monte[10], et domino Ieorgio de Hohenloch[c]; qui tandem obtinuit adiutorio ducis Austrie. Rex Bohemie prestitit subsidium civitati Patavie et filio ducis de Monte[c].

1389. Eodem anno obiit Urbanus papa VI, qui annum iubileum de 50 in 34 transtulit, seu annos mutavit iuxta etatem Iesu Christi. Quod Bonifacius eius successor inmediatus affirmans, et literis suis confirmavit[c]. Hoc anno Prage quasi omnes Iudei a christianis sunt interfecti[c].

1390. Hoc anno Albertus dux Austrie castrum munitissimum, Lestain[11] nominatum, magna vi cepit et destruxit, Raerer dictis in obprobrium, post festum omnium sanctorum die tercio[c]. Hoc anno dux Albertus magnam exaccionem recepit a prelatis, plebanis, civibus et Iudeis. Hoc anno fuit annus iubileus Rome.

Oct. 6. 1392. Hoc anno in vigilia Marci pape tantum frigus erat[c] et de mane maxima pruina, et omnia vina per frigus consumta, ita quod vix decima anni preteriti remanserit, et erant ista vina amariora quam acetum; propterea vulgares appellabant hoc vinum czyrnhelt[f].

1393. Iste annus erat magne siccitatis, quod vix aliquis recordabatur tantam siccitatem.

1394. Hoc anno rex Bohemie captus erat a suis ministerialibus, et detentus in castro Wiltperkch dominorum de Starchenberkch.

Aug. 28. 1395. Hoc anno obiit Albertus dux Austrie in castro Lachsenburkch in die sancti Augustini. Episcopus Pataviensis impetravit a papa Bonifacio medios fructus per declaracionem domini pape, annuente sibi duce Alberto, ab universis ecclesiasticis personis sue dyocesis. Contra quem appellavit dominus Ludwicus abbas monasterii Mellicensis, qui eciam eandem litem vicit.

1396. Dux de Artoys et constavel regis Francorum[12] venit Wiennam, circa festum penthecostes, cum decenti cohorte militum. Tandem circa festum Iohannis waptiste venit filius
13 ducis Burgundie[13] cum maximo comitatu Wiennam, et omnibus necessariis ibidem in naves eorum bene dispositis, feliciter pervenerunt ad Turcos ante civitatem Schiltarn. Sed hew! in crastino sancti Ruperti, 8. Kal. Octobris, miserabiliter pene omnes interfecti sunt et capti a Thurcis.

1402.[g] Wenczeslaus, filius[h] Karoli imperatoris, rex Romanorum et rex Bohemie, cum Procobio marchione Moravie per regem Ungarie, fratrem suum, captus est; et Wienne totum annum et duodecim ebdomadas detentus fuit, et tandem in die[i] sancti Martini anno
1403. 1403 nescio quo casu evasit. Hoc anno cometa visa est a principio Marcii, et duravit per

a) *post lineam unam erasam alia manus pergit.* b) Eodem — martiris *eadem manu cum a.* 1371. *scripta sunt.* c) *manus mutatur.* d) *in loco raso ubi* consanguineus *scriptum fuisse videtur.* e) *alia manus adscripsit:* altera die post Placidi eȝ fuit illud frigus *etc.* f) *postea quidam adnotavit:* Cuius vini adhuc ves habetur in hoc nostro Medelicensi monasterio *a.* 1511. pro memoria. g) *dehinc alia manus pergit usque ad a.* 1412, *sed qui ibi nostrum excepit, tam hic nonnulla correxit (m.* 2.) h) *f. K. i. manus* 2 *addidit.* i) crastino *m.* 1.

9) Auctor vitae sancti Gothalmi, Pez SS. I, 110. 10) Ruperti, postea episcopi Paderbornensis. 11) nunc Leonstein in Austria superiori. Haec ad a. 1390. pertinere — nam codicem manuscriptum intuenti dubium manet — evincit cod. Zwetl. n. 84. H. Pez SS. I, 544. Cf. Kurz, Oestreich unter Albrecht III, Vol. II. p. 140. 12 Philippus. 13) Philippi, Iohannes comes Nivernensis.

sex ebdomadas. Hoc eciam anno was das gerewen in Austria[13], et quedam castra depopulata sunt et destructa, videlicet Leydem supra rippam Weyttensem, et alia quamplurima in Austria. Eodem anno Wilhelmus dux Austrie duxit in uxorem Iohannam, filiam regis Apulie, Karoli[a] de Pace, regis Sicilie. Que post mariti obitum reversa ad Neapolim, post mortem Ladislai fratris sui regis Sicilie, ibidem regnat, et tandem a papa Martino V. coronam adepta est regni.

1404. Albertus dux Austrie, nepos[b] contracti Alberti ducis, congregato exercitu contra quendam Lêwspiczer, obsedit civitatem Moravie, dictam Cznaym, per sex ebdomadas. Sed hew! nichil profecit, quia multi in exercitu fluxu ventris obierunt; ideo amovit exercitum ab obsidione civitatis. Et idem Albertus dux in eadem obsidione civitatis in infirmitatem cecidit, a qua non valuit curari, et sic hew! exspiravit in[c] Neunburga Claustrali devote moritur. Hic Albertus devotissimus clero habebatur, et omnis eius conversatio communiter cum clericis et religiosis. Hoc anno quarto, 14. die mensis Octobris, indictione 12, in die sancti Kalixti, Bonifatius papa IX. de Tomacellis de Neapoli moritur; pro quo Innocentius eligitur. 1404. Oct. 14.

1406. Wilhelmus dux Austrie obiit in divisione apostolorum. Innocentius papa VII, natus[d] de Salmone, moritur. Hoc anno magna caristia in Austria fuit, ita quod modius tritici venderetur pro 15 talentis denariorum, unus modius siliginis pro 11 talentis denariorum et 40 denariis, modius ordei pro 8 talentis denariorum, modius avene pro 4 talentis denariorum. In vigilia sancti Iohannis waptiste magna inundacio aquarum facta est per totam Austriam. Gregorius[e] XII. eligitur in mense Novembri, natione Venetus de Corario. Iul. 15.

1407. Hoc anno civitas Laa, in metis Austrie et Moravie supra fluvium Tey posita, per quendam Wohêmum dictum Sokol, in nocte corporis Iesu Christi, scalis apositis capta est, et idem Sokol multas rapinas ex ea et dampna terre Austrie intulit. Tandem circa festum sancti Iacobi obsessa est civitas per dominum episcopum Frisigensem[14] et per dominum comitem de Mundfuert campiductorem, et per quosdam ministeriales et militares et cives terre. Sed hew! parum profecerunt; ab obsidione recedentes, positi fuerunt stipendiarii cum trecentis hastis, ad arcendum hostes ab ingressu terre. Qui demum in die sancti Egidii cum Bohemis pugnaturi, duobus miliaribus a Mawrperg, capti sunt ex nostris ad 50 personas de melioribus in exercitu; qui una cum civitate redempti sunt pro 50 milibus florenorum. Mai. 25. 14. Sept. 1.

1408. Hoc anno magna dissensio orta est in Austria inter ducem Lewpoldum, comitem de Maidbuerg et militares ex una parte, et inter ducem Ernestum et dominum Rupertum de Walsee cum baronibus et precipuis in Austria ex altera parte. In qua discordia et lite terra in tantum depredata est, et tanta dampna pertulit ab inhabitatoribus terre ex utraque parte; quod non meminit etas; quia monasteria et ecclesie sunt spoliata et violata. Tres[f] meliores cives, scilicet Vorlauf, Rampelsdorffer et Hans Rokk, Wienne decollantur.

1409. Hoc anno celebratum est universale concilium in civitate Pisana, a cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, prelatis, ambasiatoribus regum, videlicet Francie, Anglie, Bohemie et aliorum principum, ducum Austrie et universitatum Almanie, Ytalie, Gallie et communitatum, ad extirpandum pestiferum et intricatum scisma, quod duravit in ecclesia Dei post obitum Gregorii XI. annos circiter 33. In[g] hoc concilio Pisano Petrus de Candia archiepiscopus Mediolanensis in papam eligitur, et Alexander V. vocatur, et sic scisma scismati additur; quia tres se pro summis pontificibus gerebant.

1410. Hoc anno obiit Alexander papa quintus huius nominis; pro quo dominus Walthesar, cardinalis Bononie, papa eligitur, et Iohannes XXIII. nominatur. Eodem anno domini Theutonici in divisione apostolorum campestri bello prostrati sunt per regem Crakovie[15]. Hoc anno obiit dominus Ludwicus abbas in die sancti Mathei apostoli; cui successit Iohannes Melebrunner tunc custos, quarta die canonice ab omnibus electus. Iul. 15. Sept. 21.

1411. Hoc anno in crastino sancte Petronelle virginis sub hora matutinali terre motus universalis magnus fuit. In eadem ebdomada obiit Lewpoldus dux Austrie. Iun. 1. Iun. 3.

1412. Hoc anno obiit dominus Iohannes abbas, dictus Mêlêbrunner, feria 5. post festum sancti Thome apostoli; cui successit dominus Iohannes, dictus Flêmyng, tunc prepositus, Dec. 22.

a) K. de P. r. S. *manus* 2. *addidit;* Que — regni *alia manus* (3). b) avus m. 1. c) in — moritur *manus* 2. *addidit, sequentia rursus alias, omnes charactere Italo;* Hoc — eligitur m. 3. d) n. de S. *manus* 2. e) Gregorius — Corario *manu* 3. f) Tres — decollantur *manu* 3. g) In — gerebant *manus* 2 *vel* 3 *in lacinia membranae quae veterem scripturam legit.*

13*) v. Kurz, Oestreich unter Albrecht IV, Vol. I, 134. 14) Bertholdum. 15) Wladislaum, apud Tenneberg.

die inmediate sequenti; qui unanimi voce et consensu omnium rite et canonice electus est in abbatem[a]. Apud Roccam siccam Campaniae Ladislao rege Siciliae, filio Karoli de Pace, campestri bello per Ludovicum ducem Andegavensem et per armigeros dicti Iohannis XXIII. fugato, capitur inter alios comes Celani; ratione cuius abbas Sublacensis ab abbatia per dictum Iohannem XXIII. absolvitur, nam et ipse abbas de domo Celani erat natus; et in abbatia Sublacensi magna tribulatio exoritur.

1413. Hoc anno plures monachi de monasterio Sublacensi et Sacro Specu propter guerram abbatiae coguntur exire de monasterio, quorum quidam in prioratu sanctae Annae Calensis diocesis apud Roccam montis Draconis colliguntur, dato eis per Gregorium XII. priore fratre Nicolao de Austria de Matzen, monacho monasterii Sublacensis et Specus. Iohannes XXIII. per Ladislaum regem Siciliae vi armorum a Roma fugatur. Ladislaus rex Siciliae in Castro novo Neapoli moritur sexto die Augusti; pro quo regnat Iohanna soror sua, relicta quondam Wilhelmi ducis Austriae, que Iacobo de Marchia Franciae nuptui traditur.

1414. Sigismundus Romanorum et Hungarie rex multa industria induxit Iohannem XXIII. apud Mediolanum positum, de convocando concilium; quod et factum est. Eodem anno, in capite mensis Novembris, inceptum est magnum et universalissimum concilium Constantiense, omnium prelatorum, regum, principum, marchionum, excepto rege Boemiae Wentzeslao, qui tunc favebat heresi Hussitarum; quod concilium duravit annis tribus, mensibus sex. In quo Iohanne XXIII. et Benedicto XII.[b] dampnatis et depositis, Gregorio XII. sponte ac sollemniter renuntiante per Carolum de Maletestis, facta est unio ecclesie Dei sancte.

1415. Iohannes XXIII. Neapolitanus de Coxa, depositus in concilio Constantiensi, per Sigismundum Romanorum et Hungarie regem, cui sacrum concilium ipsum custodiendum tradidit, traditur in manibus domini Lodovici ducis Bavarie palatini Reni; qui ipsum in castro suo Manheim super Renum duobus annis et plus tenuit captivum. Eodem anno Iohannes Huss de Praga, magister in artibus et baccalarius sacre theologie, in concilio Constantiensi comburitur, heresiarcha Wiclefistarum maximus. Ab[c] hoc loco incepit regnum Bohemie tribulari per fautores heresis Wiclef et Huss.

1416. Ieronimus de Praga, magister in artibus, heresiarcha, incendio traditur in concilio Constantiensi, circa festum sancti Iacobi. Angelus Corario de Venetiis, quondam Gregorius XII, in Racanata moritur; eo[d] tamen prius reverenter in collegium cardinalium restituto, et legato marchie Anconitane constituto.

1417. Facta est electio in concilio Constantiensi per 53 electores per concilium datos, in die sancti Martini; et dominus Otto de Columpna, cardinalis tituli sancti Georgii ad Velum aureum, in unicum papam eligitur, et vocatur Martinus V. Hoc anno dominus episcopus Sarisburgensis Anglicus, dominus Franciscus de Zabarellis cardinalis Florentinus, moriuntur in concilio, ambo doctores iuris canonici.

1418. Constantiense concilium circa festum pentecostes finitur, papa cum sua curia ad Ytaliam per Sabaudiam, et rege ad suum regnum Hungarie remeantibus. Hoc anno Albertus V. dux Austriae, missis sollemnibus ambasiatoribus, videlicet comite de Schaunberg, Stephano de Hohenberg et Georgio de Starhenberg, una cum sollemnibus doctoribus theologie et iuris canonici, impetravit sibi dari de Italia monachos ordinis sancti Benedicti, ad reformandum monasteria eiusdem ordinis in Austria. Eodem anno circa festum sancti Iohannis baptiste apostolica auctoritate visitatum fuit hoc monasterium per dominos abbatem de Runa[16] Cistertiensem, Leonardum priorem de Gemnico, coassumptis sibi duobus monachis in Specu sancti Benedicti professis; et domino Iohanne Fleming tunc abbate sponte renuntiante, prefecto in abbatem fratre Nicolao de Austria, quondam priore Sacri Specus. — Reformatio huius monasterii incepta est. Visitantur monasteria in Austria apostolica auctoritate.

1419. Hoc anno celebratur synodus provincialis in Saltzburg, et episcopalis in Patavia Dux Burgundiae[17] occiditur a Delfino Franciae. Hi archiepiscopi: Maguntinus[18], Leodiensis[19],

a) *abhinc manus 2. usque ad a. 1419.* b) *ita cod. pro* XIII. c) Ab – Huss *manu tilla 3.* d) eo — constituto *eadem manu 3. scripta sunt.*

16) Angelum Manse. 17) Iohannes, per Karolum VII. 18) Iohannes de Nassau. 19) scil. Leodiensem translatus, nomine Iohannes de Wallenrode. archiepiscopus Rigensis, a. 1418 ad episcopatum

hi episcopi: Tridentinus[20] et Churiensis[21], moriuntur. Vina agrestia nascuntur. Pestis magna regnat. Moritur Wentzeslaus rex Bohemie, Praga subacta Hussitis. Ante finem anni moritur Balthasar de Coxa, olim Iohannes XXIII. appellatus, Florentie[a].

1420. Hoc anno infinita tribulatio crescit in Boemia propter hereticos, qui dicuntur Wiclefiste. Magnus exercitus Pragam obsedit, videlicet quatuordecim principum Alamanniae, de diversis etiam partibus Polonie et Hungariae; sed modicum profecerunt, rege Ungariae impediente, et regno parcente. Dominus Henricus de Zelking moritur in vigilia sancti Benedicti. Mirabilis et inaudita tribulatio propter multiplicia incendia in Austria viget in diversis locis. Isto anno tanta victualium extat eukaristia, quod modius siliginis invenitur pro 5 solidis denariorum, et tritici pro 9 solidis, et vas vini 15 solidis vel 16 infra montes. Item aliquae arbores, videlicet rosae, naekebitz bis fructificant. Spice grani perfecte in die pasce, que fuit 7. Aprilis; rose Philippi, cerasa 15. May, primicie 22. May, vindemia Egidii habebantur. Dominus Iohannes Fleming olim abbas, de quo supra, moritur zu dem Haus, in vigilia apostolorum Petri et Pauli; sepelitur in monasterio. Mart. 20. Iun. 28.

Anno[b] Domini 1420 in die quatuor Coronatorum, hora nonarum, propter suspicionem hominum tollendam venerabilis pater dominus Nicolaus tunc abbas huius monasterii aperuit crucem pretiosam huius monasterii, inventaeque sunt tres partes simul quasi in medio ipsius, reclusae sub lamainis argenteis. Quelibet autem pars videbatur longitudinis quasi semidigitalis, non tamen spissa. Postquam vero perspecte sunt ab his, qui tunc testes aderant, videlicet a domino abbate, Petro priore, fratribus Cristanno, Mathia, Gotschalco, Nicolao Wienner, Petro, Iodoco, huius domus monachis, et Waser quoque nobili, et iudice nostro, et aurifabro laicis; reposite sunt eedem partes ad locum priorem, et ibidem reclusae. Reliquie vero sanctorum, quibus ipsa crux ubique intus plena est, similiter reposite sunt, quemadmodum prius positae erant. Et qui scripsit haec, presens vidit, *scilicet*[c] *Petrus prior*. Nov. 8.

Hoc anno 20[a] dominus Albertus V. dux Austriae, captis omnibus Iudeis in tota Austria, in octava ascensionis Domini sub ortum solis, et plurimis conversis ad fidem, tandem in feria quarta ante diem pasce sequentis anni, videlicet 21, omnes nondum converti volentes utriusque sexus fecit comburi sub una et eadem hora; crematique sunt in Wienna 110 solidi utriusque sexus. In[d] Bavaria principes se mutuo guerris premunt. Multa monasteria ab Hussitis in Bohemia destruuntur, ecclesie ac ymagines inaudita insania deturpantur, lacerantur, comburuntur. Reliquie sanctorum ac sacramentum dominici corporis a nostris presbiteris consecratum ab illis conculcantur, et omnes sub utraque specie communicare compellunt. Mai. 30. 1421. Mart. 19.

1422. Dux Albertus V. desponsatam sibi diu Elizabeth, filiam Sigismundi Romanorum et Hungarie etc. regis, duxit uxorem. Sacristia nostra construitur, et domus in foro iuxta aquam.

1424. Georgius de Hohenloch, qui sedit annis 38 in episcopatu Pataviensi, Strigonii obiit; pro quo Leonardus Laymunger, sub discordia partis capituli sui et Alberti ducis Austriae, per papam Martinum V. surrogatur. Luntenburg ab Hussitis capitur, unde multa mala terre Austriae et gravia discrimina villarumque ac hominum nostrorum dedicio illata et facta sunt.

1425. Hoc anno exeunte, videlicet in sacratissima nativitatis Christi nocte, sub missa gallicantus, Wiennae in domo nostra dominus Nicolaus, dictus Seüringer, huius loci reformator et abbas, obiit. Eadem fere media hora in eadem domo moritur Conradus Sewringer de Matzen, praedicti domini abbatis genitor; qui nonagesimum etatis sue exigens annum, huc, iubente parum ante utriusque mortem filio, mirum dictu! secum adductus atque consepultus est. Pro quo frater Leonardus, de Straubinga natus, abbas eligitur circa festum epyfaniae[e]. Hoc anno 25. circa festum sanctae Catharinae, Retzam cum omni suo territorio depredantur Hussite. Comes Maidburgensis[f] captus obiit[e].

1426. Monasteria nostri ordinis ac canonicorum regularium in diocesi Frisingensi visitantur. Dominus Eberhard s Newnhauser archiepiscopus Saltzburgensis moritur[22]; pro quo 22

a) *atramentum mutatur, sed nescio an eadem adhuc manus pergat.* b) *haec in codice alio loco, p. 182. a Petro priore scripta sunt.* c) s. P. p. *alius scripsit.* d) *manus illa 3. pergit.* e) *manu mutata idem ut videtur scriptor pergit.* f) come Maidburg' *codex.*

20) Georgius de Liechtenstein. 21) Hic non diversus est ab ep. Leodiensi, cuius successor in episcopatu Curiensi multo post defunctus est. 22) 1427. Ian. 16.

Eberhardus de Starchenberg tunc decanus eligitur, sed non completis plene duobus annis,
23 in die carnisprivii moritur[23]; pro quo dominus Iohannes Reysperger prepositus eligitur in archiepiscopum.

1427. Cardinalis de Anglia H. Vintoniensis vulgariter nuncupatus, aggregata apud opidum Boemie, dictum Mis, contra Hussitas expeditione non parva principum, electorum et ducum Bavarie, nichil profecit. Econtra Hussitae opidum Dachaw expugnaverunt, multis intus nobilibus captis [a].

Dec. 6. 1428. Hoc anno 28. in die sancti Nicolai dominus dux Albertus V. consensit accipere dominum Leonardum Layminger in episcopum Pataviensem, et tota patria secum, et fuimus per dominum Eberhardum archiepiscopum Saltzburgensem iussu pape absoluti ab excommunicatione [a]. Ecclesie nostrae edificium intus completur. Hussite heretici Bavariam, Slesiam, Hungariam et Austriam diversis incendiis, rapinis, ecclesiarum et monasteriorum destructione pervagantur. Ex opposito ville Nusdorf tentoria fixerunt, castrum Peching longa obsidione vexatum obtinuerunt. Collecta per Alemanniam per predictum cardinalem et contra Hussitas legatum imponitur pro expugnatione hereticorum: super clerum vicesimus denarius, super laicos de 200 libris unus grossus; ultra habens, florenum solvere teneatur, militaris tres florenos, miles 10, comes 40. Dux Austrie addidit alias collectas [a].

1429. Hoc anno in dominica *Oculi* nostra ecclesia Medlicensis de novo constructa dedicatur et consecratur cum 14 novis altaribus. Loca item conventualia nova benedictione reparantur [a]. Bavaria inferior, videlicet Straubinga cum suis attinentiis, quam dux Holandiae Iohannes sine heredibus reliquit sui germinis, per quatuor partes, rege Romanorum Sigismundo qui et Hungarie diffiniente, inter quatuor principes Bavarie eque sibi succedentes equaliter divisa est, in vigilia Iohannis baptiste in Straubinga [b].

1430. Hoc anno corpus matris Augustini in Hostia Tyberina inventum, iussu pape Martini ad Sanctum Triffonem Rome translatum est [b]. Hic est annus millesimus a transitu sancti Benedicti abbatis in Casino castro sepulti [b].

1431. Martinus papa V. obiit; cui successit Eugenius [b], natione Venetus, ex cardinali
Oct. 14. tituli sancti Clementis, vulgariter Senensis Gabriel [b]. Hoc anno, in dominica post festum sancti Cholomanni, ultra Sanctum Bernhardum iuxta Hart Australes prospera victoria contra hereticos Hussitas potiti sunt, occisis ex eis quasi mille et captis sexcentis; inter quos captus est quidam Socol, magnus apud eos. Hoc anno, prima die Octobris, incepit concilium Basiliense [c].

Aug. 23. 1433. Hoc anno in vigilia sancti Bartholomei moritur dominus Leonardus, natione Bavarus de Straubinga, huius reformati loci abbas secundus, qui visiones anxias in extremis passus, ut ipse retulit: sub cuius regimine multa et magna edificia eriguntur. Cui successit dominus Cristannus, dictus Eybenstainer, natione Australis de . . . auctoritate domini Iuliani cardinalis sedis apostolice legati per Germaniam, per dominum Leonhardum
Dec. 19. Layminger tunc presulem Pataviensem confirmatus in Patavia sabbato ante festum sancti Thome apostoli, in crastino a domino Matthia episcopo Victricensi, suffraganeo Pataviensi, in . . . . . munus benedictionis suscepit. Hoc anno Sigismundus Romanorum, Ungarie, Bohemie, Croacie et Dalmacie rex coronam imperii suscepit, iam grandevus annis.

1434. Eugenius papa quartus Rome in ecclesia sancti Petri, die s . . . . .[d] Hoc anno in
Apr. 26. crastino sancti Marci ewangeliste subitum frigus inhorruit, adeo ut nives et glacies vise sint; unde vineta cum vite perierunt.....[e]

1437. Hoc anno moritur in opido Znayme Sigismundus Romanorum imperator, Ungarie, Bohemie, Croacie Dalmacieque rex, natus comes in Lůczelbůrkch. Aguntur exequie per dominum Georium episcopum Vicensem, Catalanum natione, concilii Basiliensis ad
24 eundem oratorem. Capitur post ipsius obitum eius conthoralis[24], que fuit de stirpe comitum Cileye, per illustrem Albertum V. ducem Austrie, generum suum. Sepelitur Baradini[25] in sepulchro regum Ungarie suorum predecessorum. Eligitur in regem Ungarie, Croacie et Dalmacie prefati imperatoris gener dux Albertus predictus, Elyzabethque eius

a) *manu mutata idem ut videtur scriptor pergit.* b) *alius pergit.* b') G. *codex.* c) *huncusque manus Ilaias.* d) *hic vel erasa sunt quaedam vel scriptor ipse sententiam non complevit.* e) *tres versus sequentes quos legere non poteram. Haec omnia a.* 1433. 1434. *a quodam rescribendo corrupta sunt. Deinde alius pergit usque ad a.* 1440.

23) 1429. Feb. 9. 24) Barbara. 25) Grosswardein.

conthoralis in reginam unanimi voce omnium et singulorum archiepiscoporum, episcoporum, comitum, baronum, nobilium, procerum, militum et militarium Posonii, diuque et humiliter supplicantibus genibus flexis et manibus expansis, dicentibus: *Domine, hodie te in regem et dominum nostrum suscipimus, et simili modo conthoralem tuam in reginam et dominam nostram*, tandem consensit ipsorum peticioni.

1438. Hoc anno, in die circumcisionis Domini, in collegiata ecclesia beate Virginis in Albo[a] regali coronatur solemniter. Eligitur eodem anno in regem Bohemie a baronibus, nobilibus, proceribus, militibus et militaribus fidelibus communi consensu, et a communitatibus, coronaturque in die sancti Petri et Pauli apostolorum solemniter in Praga. Eligitur a pau- Iun. 29.
cis et hereticis eiusdem regni dux Casimerii[a], frater regis Polonie. Suscitantur lites. Slesia devastatur huius occasione per regem Polonie. Fiunt et magna dampna in Polonia per regem Albertum. Vallatur civitas montis Thabor per prefatum regem Albertum, que fuit munita Polonis. Prosternuntur gladio multi Poloni et Bohemi per Fridericum ducem Saxonie circa 5000 in recessu ab obsidione montis Thabor. Ducuntur christiani captivi ex Ungaria a Turcis quasi 70000. Eligitur prefatus Albertus eodem anno, 18. Marcii, concordissime ab Mart. 18.
electoribus imperii in Romanorum regem. Consentit electioni de se facte . . .[b] mensis May, in civitate Wiennensi in ecclesia sancti Stephani. Magnum fit ex sue electionis consensu gaudium toti mundo.

1439. Oritur hoc anno magna discordia inter Eugenium papam quartum et Basiliense concilium. Citatur papa per concilium ad excusandum se de criminibus sibi impositis: non comparet, dissolvit concilium Basiliense, erigit in Ferraria congregacionem sub nomine generalis concilii, ymmo yconomici propter Grecorum unionem, propter quam per concilium Basiliense magne contribuentibus ad ipsorum reduccionem fuerunt date indulgencie maximeque facte expense. Recusant venire Basileam, unde fuerunt misse quatuor galee et una galeota cum 300 balistariis custodituris Constantinopolim. Mittit eciam papa triremes suas, in quibus veniunt ad Franciam. Continuatur concilium Basiliense, proceditur contra papam, et suspenditur ab administracione papatus, in spiritualibus et temporalibus. Excommunicat papa existentes in Basilea, et privat, inhabilitat, exponit prede, premiat eos capientes. Excommunicatur econtrario papa per concilium Basiliense, et omnes sibi adherentes. Glaciale diluvium prope Krems peremit animas ferme septuaginta.

1445. Horridum[c] auditu contigit in ducatu Bavarie superioris et in dominio cuiusdam nobilis Kranspurger. Erat malefica pessima, que et sue perfidie habens filiam, quam et daemoni desponsavit, et in quadam silva nupciis operam dantes, demum res nepharia innotuit, quamobrem mater cum filia capiuntur, criminantur, fatenturque factum, et filia a dyabolo sepcies cognitam fuisse confessa est; ideo ambe, mater et filia, igni tradite sunt.

1452.[d] Mellicenses ceperunt castrum Weydineck.

1453. Wyennenses collecto forti exercitu, puerum regem Ladislaum a cesare Friderico 1452.
postulant et obtinent[26]. Gubernator Ungarie, Mathie regis genitor, incinerat in Austria latrocinando undecim villarum et opidorum solidos[27]. 27 ›
1454. Forenses pueruli quandam mulierculam vexant nimis subsannando. Ob hoc ad parvulos inquit: *Nisi cessaveritis, me mergam.* Vix verbo finito, labitur in abissum.

1455. Due quippe puelle in Danubio se balneantes merguntur. Wyenne centum fere domus igne conflagrantur.

1456. Cometa apparet versus aquilonem, desuper quasi stellas plurimas habens. Castrum Nandralba in Ungaria a Turcis valide oppugnatur. Crux predicatur, fitque passagium grande presente Capistrano. Turci fugiunt, nutu Dei suffragioque pugnatorum. Decapitatur Iul. 22.
comes de Cilia[28] per filium gubernatoris[29]; idcirco Ladislaus rex veniens Budam, homicidam decapitare iubet[30]. Et finito prelio, magna fit pestilencia in cruciferis. In[e] Walachia maiore Dracul wayvoda sive dux fuit, qui tyrannorum tyrannus, demptis pluribus vicibus, una vice transfixit palis 25000 hominum, viros, mulieres ac parvulos, et quamplurima horrenda per-

a) *ita codex.* b) *1 cetera ab ipso scriptore relicta.* c) Horridum — sunt *manu s. XV. exeuntis inserta sunt.* d) *sequentia usque ad a. 1477 paucis exceptis eadem manu scripta esse videntur; nescio an Iohannes de Megise de quo v. a. 1474. 1476. et haec scripserit.* e) *haec in margine scripta, ad certum annum non pertinent.*

26) Sept. 4. a. 1452. 27) a. 1446. Haec demum post a. 1458 scripta esse apparet. 28) Ulricus.
29) Ladislaum Huniadem, Nov. 9. 30) 1457. Mart. 16.

egit. Hic incepit anno 1456, et tandem captus, vinculatus et quod dictu mirum est christianus effectus, restitutus regno a suis interficitur 1463.

1457. Ladislaus rex metu Ungarorum pergit Wyennam, ducens secum Mathiam fratrem
Nov. 23. interfecti. Hinc rex Ladislaus pergit Moraviam, ubi intoxicatus moritur, et Mathias predictus Ungarie rex creatur[31]. Quidam dictus Ladwanco, dux latronum, prope Posonium infinita peragit mala.

1458. Baro quidam dictus Stephanus Eyczinger, incendiis et rapinis permultis devastat Austrie patriam. Igitur obsessus in sue castro Tyrenstain ab incolis terre cogitur ad pacem.
32 Maximilianus[a] filius Friderici imperatoris nascitur[32].

1459. Dissensio fit inter imperatorem Fridericum et ducem Albertum fratrem eius, et populus nunc illi, nunc alteri favebat. Predicti latronum principis populus in triduo pasche a Wyennensibus captus est[33]. Suspenduntur amplius ducenti, ceteri in turribus inedia diu cruciati moriuntur. Ladwanco fuga salvatus Wyennensibus confederatur, et in agone sub utraque specie communicare cupiens, sub patibulo ut fertur tumulatur.

1460. Wyennensibus claudentibus[b], dux Albertus forti exercitu Wyennam ingreditur
34 noctu, nemine resistente, valvis securibus apertis[34]; datque pro stipendio clientibus Ypps, fratribus vero de Ungaria vocatis puta quadringentis viris, quibus post preerat Waczla, stipendium non dabat. Igitur rapinis et incendiis cruentam aquirunt mercedem.

1461. Fratres predicti numero et malicia crescentes, infinitis incendiis ac rapinis provocant dietas et obsidiones; attamen barones moti pietate, congressum non fecere. In Anglia frater cum fratre cruentas diligunt cedes. Parisius ut fertur pene universi studentes iugu-
35 lantur[35]. Dux Bavarie Ludowicus comitem palatinum primo atque secundo superat, pluribus interfectis, eciam nobilibus et episcopis. Dracul prosternit circiter 23000 Turcorum. Idem Dracul antecessorem bello necavit. Filius vero illius collecto exercitu pugnat contra Dracul, qui victor existens, Dracul videlicet, pluribus interfectis, ducentos ferme sedere fecit per palos; arrepta insuper de altari tabula, comedit sub interfectis[c].

1462. Naburga Claustralis Wiennensibus rebellat, ideo armati eam oppugnant. Militaris quidam, dictus Anckilreithir, cum quadraginta viris a tergo veniens Wyennenses turpiter cedit ac fugat. Manualem pixidem quidam succendens, capud magistri bambardarum ipsorum amputavit, et truncus longius equo defertur. In oriente magna regnat pestilencia. Rustici non minus mille sibimet capitaneum preponentes, contra fratres supra dictos pugnando necantur. Horreum nostri monasterii plenum frumento, sed et muri tectum latericium, duo propugnacula et quoddam stabulum flagrant incendio. Et cellerarii scriptor ignem metuens per murum institis[d] scilicet pannulis se summittit; qui brevitatem ruina supplens labitur et moritur.

1463. Capitaneus in Weydeneck, dictus Lempeck, Emersdorf oppugnat frustra, tamen villas quasdam incinerat. Porro sex pro custodia in itinere prope castrum constituti, lanceis a Swetensibus conductis transfiguntur. Seyzeneckir baro ex parte ducis predictum castrum obsidet, et bambardis maximis oppungnat, turrim unam prosternendo. Quod cernens capitaneus cum fletu effugiendo egreditur. Obtento castro iubilant in foro Mellicensi, et Rabenstayner latrunculos clanculo noctu tollere pergunt. Sed ecce Rabenstayner pariter facere cupientes, in campo invicem obviantes recenter insimul pungnant: cesis adversariis ad quadraginta, ceteris captis et fugatis, capitaneoque ipsorum sauciato. Holczer magister civium Wyennensium, ducem capere nititur; sed ab eo captus atque partitus, super portas suspenditur, et quatuor famosi cives decapitantur.

1462. 1464. Duce Alberto in sua curia existente, imperator urbem clam ingrediens intrat castrum, ibique erat imperatrix, et infantulus Maximilianus. Hinc facta sedicione gravissima castrum oppungnatur, et repungnatur, bambardis proiectis intus terribiliter et extra; sicque
36 castro largiter dissipato, et inedia urgente, imperator in vigilia nativitatis Domini[36] egreditur, data dextra. Postremo dieta in Newburga Claustrali constituta, dux Albertus intoxicatus moritur[37], et fiunt novissima prioribus in patria deteriora.

a) Maximilianus — nascitur *prius quam cetera ab alio scripta sunt.* b) claus^{b} *c.* c) *alius addidit:* Vide supra, *ubi quae a.* 1456 *dedimus.* d) incisis? iunctis?

31) 1458. Ian. 24. 32) 1459. Mart. 22. 33) a. 1458. latino confoederatus fuit; verum singulos scriptoris
34) 1458. Iun. 19. 35) A. 1453 studentes aliquot errores excutiendos aliis relinquimus. 36) 1462.
occisi sunt; Ludovicus dux his annis Friderico pa- Dec. 4. 37) 1463. Dec. 2.

1465. Fratres — sic[a] dicti quia ligam in aliquibus fortaliciis Austrie habebant, homines pessimi et latrocinantes etc. — pergunt ad latrocinandum gelidi; quibus occurrunt ex ecclesiola viri, prosternuntque ferme sexaginta hostes. Salvati convocant cohortem, et pugnantibus invicem comburitur homo cum sanctuario. Crescente lignorum penuria, Mellicenses armati in quadragesima non minus octoginta cum curribus et equis atque pannerio pergunt ad saltum. Quod fratres hostiles, qui pridie Seyzenstanense monasterium cepere, minime latuit. Quibus venientibus, nostri curribus fortiter construxere castrum. Tubis ululantibus, fit fere dimidia hora pungna validissima. Sed hew! nostri cesi, capti atque spoliati sunt, et ex monasterio equi 24 peroptimi abducti. Mortui quippe sunt in loco tres hinc, et sex inde. Habundans civis, abbatis sororius, plumbeos finxit aureos, et scrinium clancule accepit non suum. Igitur capitur, torquetur et recluditur, nec verbum extorquetur. Mane facto mortuus invenitur, in saccum truditur, pice oblinitur, et extra cimiterium tumulatur. Danubius[b] tam magnus erat, ut operiret cunctam insulam octo fere diebus, ut arbores sublimiores per medium vix cernerentur. Tectum turris nostre altissimum construitur.

1466. Latrunculi duo a Mellicensibus capti, in turrem truduntur. Cum essent sartores, aiunt: *Ne torpeamus ocio, dentur panni veteres ad resarciendum.* Quibus datis, consuunt funem, forcipe solvunt lapidem, et more damule humum arantes, noctu per murum aufugiunt e carcere artissimo. In Ypps vir preliator, in cunctis latrociniis prosper, decumbit; et convocans omnes malignos spiritus, tradidit suum. Huius uxorem nostre coquine duxit scriptor. Inter monasterium et Danubium hyatu terre saxum devolutum, navem in duas scindit partes mirifice. Duodecim viri ab occidente in navicula venientes, salis vascula in rostro collocant, quasi nihil habentes satagebant preterire exaccionem in Eberstarff. Quos duo cum armis insequentes fugere cogunt predictos, et predam diripientes invenerunt ad 30 milia florenorum. Coronam quondam regi Ladislao celitus factam, Ungarie rex redemit ab imperatore Friderico precio magno[37]. Anno[c] etiam isto in episcopatu Ratisponensi, in civitate dicta 37
Egra, orta est heresis pessima et stultissima, ex ordine fratrum minorum, id est sancti Francisci, qui dicti sunt de observancia, concitantes plebem contra clerum, affirmantes publice papam esse antichristum, censuras ecclesiasticas nichilipendentes, predicantes et promittentes anno subsecuturo, hoc est 1467, venturum Unctum Salvatorem quendam dictum, ut condat in consummacionem tercium testamentum.

1467. Stephanus Eycinger Hunorum regi navem cum pulveribus et sagittis in occidente comparatis accipit. Igitur punitur per hostiles fratres, ex his et illis plurimi ruunt. Hinc contra regem Ungarie mittuntur, qui prope Posonium sepedicti hostilissimi fratres regio bello delentur[38]. Crux contra Bohemos predicatur. Bulla acerrima contra eosdem fulminatur, 38
anathematizando cunctos Bohemos et eorum fautores. Indicitur quoque processio in Austria cunctis ecclesiis et monasteriis, cruciferis ad bellum pergentibus. In Emersdorff hoc accidit: capitaneus quendam cruce signatum pungno corripit. Accedit a tergo pistor, et capitaneum vecte per tempora prosternit. Alius lapidem levans, pistoris dorsum conterit, et ambo moriuntur, primicerius videlicet et pistor. Scheck baro gippus, sed potens, latrunculis malicia non impar, in Axstain per Grossvonecker expugnatus, privatur perpetue rebus et dignitate; ita ut miser vix prebendam habeat, qui prius sex habebat castra. Fulmen supra ecclesie portam Mellicensem lapideum contrivit florem; et post pusillum tectum in turri Fleminck concussit, parumperque succendit. Pannonie rex Septemcastrensibus dirigit litteras, ut more solito Ungarie subsint, quas opilant optimates. Rex ob hoc personaliter veniens, et pro tribunali sedens, potentissimos quinque iugulat.

1468. Rex Ungarie contra Bohemos pungnans, quandam opulentam delevit civitatem. Erfordie in die penthecostes igne pluente grandi tempestate, astronomi urbis subversionem putarunt. Wyenne platea exuritur, et claustrum cum sororibus sancti Ieronimi intactum relinquitur. Conversus quidam Bohemus erroris articulos confingens, eosque approbans, stans nudis plantis in prunis, aviculas eminus volitantes ad se venire cogit, et alia faciendo insueta. Ob hoc episcopi in partibus Bavarie et Suevie adunati eum examinando incinerant.

a) sic — etc. *alius inseruit.* b) Danubius — construitur *alius scripsit.* c) *haec in assere libri scripta sunt. sumpta e tecto turris campanarum incensi a.* 1516. *A Pezio hic inserta retinui; reliqua ibi scripta habet A. Schramb in Chron. Mell. p.* 476. 473.

37) a. 1463. 38) a. 1464.

1469. Pannonie rex Bohemie ducem Vectorinum cepit, et ne rebellaret perpetue proscripsit. Aqueductus nostri monasterii construitur de monte per medium miliare. Turci abducunt ex Slavonia fere triginta milia hominum.

1470. Rex Pannonie bello vehementi premit Bohemos.

1471. Baro quidam dictus Pamkircher, contra regem Ungarie diu pugnans, cui deinde confederatus, cum eodem contra Turcos processit; denuo contra imperatorem et Austriam belligerans, imperialis maiestatis cesarem Fridericum capere nititur; sed comprehensus, cum quodam strennuo milite[39] decapitatur.

1472. Cometa grandis apparuit in hyeme, radios preacutos mittens versus occidentem. Zelene dux regis Pannonie, hostis Mellicensium, per cuneos cum militibus forensibus pridie ante festum exaltacionis sancte crucis appropinquat. Fit ad mortem signum terribile, volitant iacula, tonant pavida saxa, figunt in monte sex panneria, ac quadrigas miro ornatu sistunt oppugnantes ac repugnantes, nunc ululant isti, nunc clamant illi. Tandem incineratur Czagelau, et allodium nostrum plenissimum frumento. Ex hostibus amplius sexaginta iaculis perierunt.

1473. Hoc anno in Corona[40] Transsilvanensi regni Ungarie die decollacionis sancti Iohannis hora undecima vel quasi terremotus factus est magnus, ita ut pene omnia domata et fornaces ipsius civitatis, eciam muri pars magna caderet, et putarent homines instare diem iudicii. Item per quinque dies ibidem septem terremotus magni facti sunt, et per totam Transsilvaniam seu Septemcastra, Walachiam maiorem et minorem, Moldaviam ac Siciliam[41] montes et colles moti sunt; et fuit terremotus ille per septem provincias orientales. Eodem anno et sequentibus tribus locustarum grex magnus et innumerabilis ex Moldavia emersus, per totam Transsilvaniam, Ungariam, usque Bohemiam, et in Austria usque Lincz multa debachatus est. Fuerunt et regi Ungarie in Bohemos et Turcos bella multa hoc anno.

1474. Hoc anno imperator Fridericus totum imperium pervagatus, et magnum adversus ducem Burgundie bellum cum universo imperio prope Coloniam ante civitatem Newsz, quam idem dux diu obsederat, habuit, et victor fuit imperator. Hoc anno Turci maximis copiis effusi in Moldaviam, per Stefanum Moldaviensem waywodam, cum assistencia Septemcastrensium et Siculorum, prosternuntur ultra centum milia, in loco ubi rex Ludowicus Ungarie cum suis per Turcos quondam prostratus est, in angustis et palustribus locis. Civitas Sanctum Yppollitum incineratur. Abbas Iohannes de Welmig obiit; et Ludowicus de Krems successit. Ventus prevalidus sancti Petri, qui multa fecit; eciam ecclesia sancti Udalrici Auguste cecidit[a].

1475. Hoc anno Sixtus papa quartus de consensu cetus cardinalium communem iubileum fecit, allegans defectum humane vite, cum esset solum 25[us] annus a vero iubileo preterito, et ordinavit de cetero servari. Sed de partibus Ungarie nulli, Reni eque pauci propter bella venere. Iudei in Tridento quendam puerum, Symonem nomine, martirio coronant, qui et miraculis coruscat. Rex Ungarie in Turcos mirifice procedens, redit pace facta; cesis ex utraque parte multis milibus.

1476. Hoc anno serenissimus Saxonie dux Albertus Romam venit in octava pasce, in crastino sancti Urbani martiris mare intravit Veneciis cum 120 vel circa dominis, die Iohannis waptiste Rodis venit, die visitacionis Marie inde movit, in vigilia sancti Laurencii Terram Sanctam appulit, ibidem duabus ebdomadibus moratus est, sabbato post Michaelis Venecias rediit, die sancti Martini in Mellico comparuit. Hic pro monasterio Mellicensi, me, qui hec scripsi, sollicitante, iubileum impetravit, ut infra loco patet[42]. Hoc anno Suetenses ducem Burgundie mirabiliter bello affligunt, profligant et miserabiliter confundunt. Hoc anno Moldaviensis waywoda Stefanus multos Turcorum die sancti Ladislai regis et occidit et prostravit in Walachia. Regi Ungarie filia Neapolitani desponsatur[b].

a) *Pezius hic inservit relationem Iohannis de Megies, alias de Septem castris, monachi Mellicensis, de gratia sibi a patriarcha Aquilegiensi A. S. L. pro monasterio Mellicensi Augustae concessa, item a.* 1476 *de indulgentia a Sixto IV. papa Romae sibi concessa, e cod. nostro p.* 178. 179. b) *Pezius hic inservit quae ad a.* 1470 *quidam scripsit:* Anno Domini 1476. in Frauconia Germanie in rebus christianis varii motus agitationesque inciderunt. Tympanista quidam, homo simplex, pecorum pastor, apud vicum Nyclashausen heresim suscitavit, instigante eum ad hoc monacho, edocens vitam cleri ignominiosam, teloneа non esse solvenda, omnes aquas et nemora omnibus libera et communia esse, ac nonnulla

39) Andrea Greissenegger. 40) Kronstadt. 41) i. e. terram Siculorum (Szekler). 42) scil. in cod. nostro p. 179, quae hoc loco Pezius dedit. Scriptor est Iohannes de Megies; cf. a. 1474.

Canonicus monialium provisor in Newburga correptus et incarceratus est. Dum sic agitur, predictus canonicus prepositum cultro per guttur figit tantum ab ante, et arrepto capitanei ferro, ipsum capitaneum confodit. Quod cernens famulus, canonicum cum ligone necat.

1477. Maximilianus augusti filius uxorem ducit ducissam Burgundie ducis nuper interfecti. Matthias Ungarie rex in Austria plures accepit urbes, et multa Kremps obsidione cinxit; sed frustratus est, quoniam viriliter repugnarunt. Wyennam[a] Novamque civitatem in suam deditionem cogere nitebatur; sed pro tunc nil profecit, licet postea 1485 obtinuit. Fridericus imperator fugit, nec se opponebat. Interea duo legati a latere missi pacem fecere, ita ut datis centum milibus talentis, captivitatem exeundo patriam relinqueret. Exaccionem quandam dux Bawarie Ludewicus habebat in Spitz, et post paucos annos ipso mortuo, solvebatur, et defecit tributum; cuius filius dux Georius filiam desponsabat regis Polonie, et hic dux Swevis multa intulit mala in regni sui exordio[b].

1478. Duo pseudoprophete, ordinis Minorum, Venecias venientes, fictum thema salutis dolo sibi assumebant: *Penitenciam*, inquiunt, *agite quoniam appropinquat pestilencia magna.* Erant enim missi a soldano, ut dum populus trepidaret et fugeret, urbs inclita hostilibus pateret incurssibus. Quo frustrato, aque benedicte qua quis se purgat delictis, immersserunt venenum; qua peste quamplurimi se aspergendo spiritum exalabant. Turci magno cum exercitu properantes, circa fines Sclavonie et Carinthie ad triginta milia hominum vinctos in paganismum abduxerunt. Ad pastorem quendam quedam virgo speciosa ait: *Da michi queso oves tres. Non audeo*, inquit, *bona domina*, sed cucurrit ad patrem familias; qui annuens, *Da*, inquit, *ei.* Ait domina, capiens unam: *Aperi eam.* Iussa complens, invenit plenam tritico. Rurssus: *Apprehende et aliam, ac aperi eandem.* Et hanc intuens, invenit apostematibus plenam. *Arripe*, inquit virgo ad pastorem, *et terciam, ac aperiens scinde.* Quo facto, exivit ut fluvius cruor . . . . . Quod portentum defacto intelligi potest. Accidit denique Florencie, ut duo prevaricarentur cardinales, qui a Florentinis cum ducentis fere fratribus minoribus sunt patibulo alligati.

1479.[c] Hoc anno Veneti treugas perpetue pacis cum imperatore Turcorum compactati sunt, traditis Turcis per eos tribus portibus ac magna pecunia, hoc pacto, ut et ipsi Veneti in Constantinopoli proprium iudicem habeant, et libere laborent per mare cum suis mercaciis. Quod certe factum non inicium, sed incrementum et profectus magni mali contra ecclesiam erit. Septemcastrenses prosternunt Turcorum fere 32 millia, in festo sancti Colomanni.

1480. Rodis insula a Turcis terribiliter oppugnatur, sed mirifice repugnatur, et deifice protegitur; nam apparuerunt ipsis inimicis Christus salvator mundi cum benedicta genitrice sua et cum patrono eiusdem loci sancto Iohanne baptista, habente in dextra crucem splendidam. Quibus visis, fugiunt hostes, seque trucidant. Canonicus quidam Coloniensis, dictus Hesler, cardinalis effectus usurpabat, favente sibi imperatore Fridrico, episcopatum Pataviensem, quamquam capitulum unum rite elegerit; qui post triennium obiit, patratis multis malis. Abbas Ludowicus obiit; Augustinus successit.

1481. Parca plurimos extinxit, iuvenes precipue, et uti pro defunctis sonabant campane, sic contra inimicos bambarde. Inter[d] Fridericum imperatorem et Hungarie regem Mathiam multa fiebant prelia. Cuius exercitus venit contra Mellicum, sed gracia Dei protecti, tantum molendinum incineraverunt. Adultera quedam in strue clavis pro pyaculo affixa defluxit usque Wiennam. Erat vir in Lusdorff ad pixidem probandam se exercitans. Accurrit iudex silencium indiscrete imponens ne rebellare videretur forenses; erat hostilitatis tempore. Post iurgium accedit a tergo filia iudicis capillos fortiter subtrahens. Ab antea mater accedens cum baculo virum fortem femina stravit. Non multo post accurrit et alius civis robustus tumulto audito, prevaricatores corripiens. Et hunc ut primum . . . . . .

1482. Populus[e] Austrie bello prostratus est ab Hungarie satellitibus prope Mauttiren semel et iterum. Hesler[f] Pataviensis antistes contractus et egrotus moritur; in cuius regimine terribilis facta est sedicio inter canonicos et cives populumque ducis Georgii. Terre

alia nefanda in populo seminans, qui novitate gaudebant, et ea sibi virginem Mariam enarrasse predicabat. Undique igitur gentes votis processionaliter peregrinando accurrebant ut vesani, et quodam die visa sunt supra 30000 hominum affluisse. In a Rudolfo episcopo Herbipolensi captus, et incineratus est. Post eius mortem evanuit peregrinatio. Simile anno 1519. factum Ratispone. a) *haec usque ad finem a.* 1478 *manu alia* (2) *inserta sunt, quae postea a.* 1497—1502 *scripsit.* b) *saec. XVI. hic insertum est:* Item Patavie christianus 8 particulas eucharistie vendidit Iudeis et igni tradunter. c) *a.* 1479—1481. *manu ut videtur Iohannis scripti sunt.* d) Inter *etc. usque ad finem anni manu* 2. e) Populus — iterum *et* 1483 — sex *item manu antiquiore sed alia.* f) Hesler — ruunt *manu* 2.

incole in hostes pergentes, prope Sanctum Ypolitum prostrati sunt, plurimis cesis. Rex Hungarie Mathias urbem Hamburg prelio cingit, et ex hiis et illis plurimi ruunt.

1483. A festo Colomanni usque ad festum Clementis peste subtracti sunt ex conventu Mellicensi fratres circiter sex[a]. Augustinus abbas resignavit abbaciam; Wolfgangus prior Axpacensis, favore imperatoris postulatus successit. Episcopus[b] Strigoniensis thezaurum incomparabilem regi Mathie clam surripiens, ad imperatorem Fridericum confugit, qui mox eundem archiepiscopum fecit Salczpurgensem. Pataviense capitulum urbem Sancti Ypoliti regi Hungarie Mathie vendidit. Qui concite illic posito capitaneo, inimicicie patrie facte plurime; recuperata vero per Maximilianum patria pulsi sunt.

1484.[c] Feria secunda, in die sancte Anne, inter septimam et octavam factus est terremotus recens. Prüssing patrie prefectus bellicas fabricans naves, implet tritico et milite, ut Wyennensibus fame laborantibus porrigat alimenta. In Mautiren oppugnans fortalicium ceditur, capitur et fugatur populus Austrie. Quedam tamen, quia fatigati sunt viri, litori applicant cruente. In quadragesima rex Naburgam forensem obsidione cingit. Quapropter barones collecto forti exercitu, hostes fugare nituntur; et commisso bello, in triduo festi corporis Christi, patrie populus prostratur, et cives inedia afflicti urbem tradunt in adventu Domini. In[d] Patavia christianus quidam Iudeis eukaristiam sacram vendidit, qui capti flammis traditi sunt.

1485. Nobilissima Austrie civitas Wyenna obsidione secunda cingitur per regem Hungarie Mathiam. Distributis itaque per girum militibus, vastantur omnia. Dum urbem acriter impugnant, cives rite repugnant. Angustiati intra menia iam iamque solemnes iterum atque iterum imperatori Friderico mittunt nuncios in proteccionem urbis, sed minime comparet. Biennio se defendentes, seseque mutua cede mactantes, tandem cives dextram dari petunt. Porro deficiente pane viri freti prudencia se regi tradentes, in sacra vigilia corporis Christi triumphantem cum gloria susceperunt. Non multo post tres potentissimi cives in pace moriuntur. Maximilianus dux Burgundie urbem Flandrensem, Gentt nomine, quadam astucia cepit, interfectis nobilibus plurimis. Die 16. hora quarta mensis Marcii fuit eclipsis solis plena.

1486. Hinc Novam civitatem obsidione rex fatigat, qui ingressum urbis rimando, in cominus accedit et incaucius. Septingenti quippe viri ex urbe erumpentes, regem sauciando cum suis fugere compulerunt, captisque quamplurimis. Quapropter exercitus divertit, civitatem Egenburgam expugnando. Positis in giro bambardis, unus nobilem comitem percussit in latere regis, qui stabant eminus finem prestolantes; tandem se urbs subdidit regi. Maximilianus Burgundie dux, filius Friderici III. imperatoris, ab electoribus, multis stipatus nobilibus, solemniter eligitur in regem Romanorum. Die quinto hora 17. Marcii fuit eclipsis, novem habens puncta. Grubenstain[e] cum satellitibus in subsidium patrie a populo regis Hungarie Matthia subversus; sicque factum est, ut hostis exterminaret hostem.

1487. Anno revoluto, forciori exercitu Novam rex obsidet civitatem. Fiunt machine, iaciuntur grandia saxa, nunc e plano, iam iamque ab alto. Franguntur turres, diruuntur menia, lacerantur domu , nec requies datur per triennium. Per girum figuntur sepes, confortantur ageres, et erun pentes in invicem, fiunt non modice hominum cedes. Cives scribunt, nunciant, insinuant imperatori Friderico circa Coloniam existenti, ut suis urbique subveniat; sed non est factum. Post inclitam itaque defensionem ad inediam devenientes cives, ita ut in paschali solemnitate offam exiguam amplexantes sese refocillarent; postremo hii ut alii se suaque regie potestati in vigilia sancti Laurencii subdidere. Rex Romanorum per Flandrenses in Pruck datis clavibus dolo capitur. Igitur pater collecto forti exercitu ipsum liberat, facta non modica strage utriusque populi.

1488. Ad[f] generum porro Neapolitani regis quadringenti viri honoris gracia, ad Hungarie regem scilicet Mathiam regni principem, Wyennam venerunt. Ex hiis nonnulli curiosa sectantes, alchimicam minczam cupide cudere sathagunt, focos ut assolet adprime succendentes. Hiis visis, ait paterfamilias: *O viri, vere urbem incendetis.* At illi parvipendentes monita salutis, ac insaciabili operi insudantes, diversorium incinerant, ac ferme centum domos in giro; turrem quoque Scotorum cum maxima et nobilissima campana flamma dissolvit.

a) *alius pergit.* b) Episcopus — pulsi sunt *manu* 2. c) *manus alia coaeva pergit usque ad a.* 1495. d) In — sunt *manu* 2. e) Grubenstain — hostem *manu* 2. f) Ad g. p. N. r. *in loco raso scripta sunt.*

1489. Accidit in solemnitate paschali, dum sacra misteria tractarentur ad Sanctum Udalricum quasi stadium extra urbem Wyennensem, et maxima civitatis pars adesset; subito ecce circa altum forum Wyenne vorax excrescit incendium. Mox accurrunt, fundunt, lacerant, tandem domicilia cum rebus cinerem aspiciunt, pro alleluia singultos gementes. Pistor quidam pridie, quo lagana leticie assolent precoqui a cunctis, rogum clibani segniter sopivit, et viso dampno auffugit. Periere fere domus ducente[a].

1490. Hoc anno Danubius evagans alveos suos, et narracio antiquorum hoc protulit, quod in 56 annis preteritis talis inundacio Danubii non extiterat. Eodem anno rex Mathias Hungarie miserabiliter Wienne extinctus est, et quorsum eius corpus pervenerit, ignoratur. Eodem anno Maximilianus Romanorum rex, congregato non modico exercitu, cepit Wiennam, Novam civitatem aliasque civitates adiacentes, paucis demptis, videlicet Newburga forensi, Egenburgk, Retz, Lach. Deinde profectus in Ungariam, cepit opulentissimam civitatem Stollenweissenburgk et opida castraque quamplurima. Denique hoc anno prefatus rex Romanorum omnes possessiones monasterii nostri ablatas per Ungarum Mathiam noviter defunctum restituit.

1491. Igitur Mathia rege predicto defuncto, prius habito conflictu cum Walachis, ubi fere totum perdidit exercitum, demum tribus cruentis pugnis habitis cum Turcis, hinc cum Bohemis, et tandem contra Fridericum certando, et parte pociori Austrie obtenta, nothus antefati regis regnare cupiens, ad Albam Regalem, que alio nomine dicitur Sedes Regalis, se contulit vallatus armigeris. Erat enim tunc patria divisa; pars una illum, altera alium petebat regem; sicque factum est, ut filius regis Polonie Bladislaus coronatus Bude regnaret. Interea Stephanus gubernator, timens Theutonicis regnum evenire futurum, regis filium urbe expulit; erat enim claudus, et natus de ancilla Austrie, urbis Stainensis[b]. Qui postea dux effectus est Lindensis in finibus Hungarie infra Sclavoniam, noctuque dieque certans cum paganis. Porro hunc gubernatorem, secundum a rege, Romanorum rex expugnat; et dante in castris decreto, saccman urbem expoliat[43], Sthephano clam Budam fugiente. Tractatur de concordia, et collocato presidio, exercitus ad propria pergit. 43

1492. Fridericus tercius Romanorum imperator maximus, dum katholicam plebem multa gubernasset benignitate annis fere 53, infirmatus tandem pedibus ac senio, per medicos semel et iterum crure resecto, vita functus est in Lincz, intra octavam assumpcionis Marie. Ab inde Wyennam magna ductus cum solemnitate est, ac sepultus in templo sancti Stephani, superposito saxo mirifico. Fundator extitit duorum monasteriorum ac episcopatus Nove civitatis ac aliorum beneficiorum. Permultas est passus oblocuciones, quia plurimis annis latrunculos in Austria dissimulavit, et exactionibus gravavit. In Turcum nil egit, regni vero hostes aut gladio aut paciencia cunctos superavit. Hortulis usus est uti deliciis[c]. 1493. Aug. 19.

Eodem tempore Turci gravi bello infra Sclavoniam in christianos appropinquant. Quibus occurrere mandat rex Maximilianus, associatis validis pugnatoribus[d] duobus milibus urbium imperialium. Hiis congressus, ruit Turcus; et auro viso in extinctis corporibus obriso, cupidine cecati dividunt spolia. Quid multa? Mox Turcorum pars reliqua irruit in impro-vidos, et cesis hew! sex christianorum milibus, et capitibus in acervum positis, vinctos abducunt cum preda pagani.

1493. Erant vecordes quinque circiter ventri servientes, qui scrinium firme fabrefactum ab occidente navigio Krems urbi applicuere. Exquisitum ditissimum quoque metsibi diversorium preeligunt. Ex his unum scrinio observant, et ad diviciarum cameram collocare obsecrant, et ad patremfamilias aiunt, fraudes molientes: *Petimus*, inquiunt, *obnixius hunc thezaurum, quem Hungarie maiestati ocius presentari oportet, solicicius recludere.* Adiciuntque: *Paretur nobis quesumus convivium pigwissimum; assumus, et possumus exsolvere plenissime. Afferantur et pocula aurea, ut tota nocte iubilemus, edentes et bibentes.* Quid plura? ad coniugem inquit maritus: *Affer quantocius aurea picheria ex camera prescripta.* Ingrediente femina sibilum suspicatur parvulum, et tremula currens hec nunciat marito. Qui mox clam misit ad iudicem, ut veniat celerius. Veniens itaque cum ministris armatus iudex, maleficos examinat, et repertis callidissimis insidiis, reos animadverti iubet. Et pene consimile factum est anno precedente in Spicz, et in Schewbs, hoc excepto, quod direptis rebus protinus auffugerunt.

a) *alia vice pergit.* b) stæmsis *cod.* c) *in margine scriptum est:* Obiit a. 1493. *Quod verum est.* d) *dubiae lectionis.*

43) i. e. militibus diripiendam dedit, scil. Albam regalem, 1490. Nov. 19.

1494. Hungaria tributaria iam effecta, latrunculi ab exercitu seiuncti circiter mille, tres tyrannos sibimet pro ducibus preeligunt. Fabricant firmissima fortalicia, et longe lateque rapinis saciant. Mandant Romani principes, ut e patria pergant. At illi turgidi parvipendunt salutis imperia, et aiunt: *Dentur nobis debita nostra, et recedemus;* sed in dolo, populum pro ere deludere, ut sepius compertum est, cupientes. Ascenditur ex adverso triplum contra simplum, fit vehemens pugna, hinc et inde ruunt mortales; et hostes superati sexcenti, vincti, et inedia dire cruciati, cuncti plurimis patibulis per urbes sunt annexi, quadringentis fuga elapsis in certamine. Advenerat tempus, quo quidam e turri ad furcas ducerentur. Inter quos vir erat paulum vinculis solutus, finemque cernens terribilem, turrim alcius scandit, et transiliendo deorssum in confertam plebem se precipitem dedit. Hoc facto, hominem quem saltu presserat extinxit, et ipse salvus per turbam protinus auffugit. Imperatoris gloriosissimum pariter et tricesimum[a] ..... peractum require in tractatu luculentissime impresso[44].

1495. Hoc anno lues igwinaria[a] cruentissima toto seviens orbe stravit mortales, et ubi incipiebat, durabat mensibus tribus. Urbe qua regnabat, primo et tercio mense rarius, medio vero grassatur acerbius, et annis hiis in tribus consimiliter. Et nunc hic, iam alibi seviebat, et si quem pertransisset locum, post aliquot tempus ad convicinas repedabat percuciendo urbes. Et adimpleta videtur apokalipsis prophecia octavo et nono capitulis, quia angeli partem terciam occiderent hominum[b]. Et mense Augusto lues seviebat in Mellico, tulitque e vivencium medio sedecim personarum solidos universe iuventutis. Ante hunc annum maxima erat silvestrium animalium mortalitas, presagium futurorum[c].

1496. Mortuo rege Hungarie Mathia, a baronibus in regem eligitur filius Polonie regis, et regnabat super duo regna, Pannonie videlicet, Bohemie. Inter eundem et eius germanum plurima fiebant bella in inicio. Misera gens Iudaica, inveteratis crebrescentibus culpis, e sedibus suis est repulsa, in Grecz, Buda et Nova videlicet civitate; in qua quoque ex synagoga facta est ecclesia Trinitatis. Rex Maximilianus filiam ducis Mediolani sibi matrimonio copulavit, que inventa est sterilis. Erat Florencie predicator solemnis, salutem populi queritans. Hic katholice fidei quatuor pocioribus scripsit regibus pro synodo congreganda. Quadam vice predicandi se dederat materia, dicens se raptum in paradisum, ibique scienciam hausisse suam. Quamobrem suspectus ab emulis est habitus, et coram apostolico accusatus. Qui mox ad curiam citatus, comparere rennuit, dicens in invidia auctoritatem fore nullam. Propterea a summo pontifice excommunicatur, atque incendio traditur. Erat quoque et alius de ordine Minorum mirabilis. Is scribebat, legebat, vites plantabat, predicabat, comedebat et bibebat dormiendo. Cumque eundem quis in latus eius paulisper excitando pulsasset, se dire in corde fatebatur fuisse Iesum.

1497. Wolfgangus[d] abbas Mellicensis obiit; cui successit Iohannes de Cistrisdorff, pro tunc monasterii cellerarius. Rex Polonie collecto exercitu pergit in Walachos, traditor vero hoc clam nunciat Walacho. Qui mox armata milicia stat obvius. Pretereunt Poloni, nil mali suspicantes; et subito in hostes irruentes, prosternunt Polonorum milia multa. Quid plura? iurat Polonus, se velle vindicari. Quapropter Walachi in fines Polonie pervenientes, decem obtinent civitates et ex ..... populum abducunt vinctum innumerum. In Sancto Ypolito mater cum filia, iuvante amasio, maritum dolo suspendunt in lecto, et aprehense vive tumulantur, adultero elapso.

1498. Est villa, Forciliw dicta, prope Novam civitatem. In hac quedam maritata extitit iuvencula, que patibulum preteriens, fetum abortivum parturiit quasi fune collo circumligato, ex suspenso quem cernebat latrone. Rursus femina transmigrans, Salvatoris contemplatur effigiem lapideam in statua, quomodo ad Patrem orabat in monte oliveti. Infans igitur natus, orantis palmis erectis gerebat similitudinem. Tercio quoque, quod mirabilius apparuit, episcopus ibidem ecclesiam reconcilians, in pontificalibus ut moris est processit. Quedam diligencius intuita, pre novitate est admirata; facta igitur gravida, genuit puerulum quasi pontificalibus adornatum, capite coronato ad modum infule. Rex Romanorum bellando contra regem Francie, vulnerati ceciderunt multi. Hinc ortum est bellum cruentum inter Swetenses et civitates imperiales. Congressi itaque dietim per cuneos t..m..ur; triumpho potito mox forte, forcior necavit vivacissimum.

a) *ita in cod. scriptum est; sequitur* ⁊c *quod aliis explicandum relinquimus.* a) *manu 2 additum.* b) *hinc manus 2 pergit usque ad a.* 1502. c) *sequitur in codice:* Die 16. Marcii eclipsis erat universalis hora quarta post meridiem. *Quae ad a.* 1485. *pertinent.* d) Wolfgangus — Cistrisdorff *manu antiquiore, aequali, scripta sunt.*

44) De Friderici III. pompa funebri tractatum descripsit M. Denis, Wiens Buchdruckergeschichte p. 295.

1499. Tantam mustorum fertilitatem vinee florentes dederunt, quod nulla sufficiebant vascula ad condendum, sed omnis iuxta vaticinium implebatur vino laguncula. Vasculis deficientibus, trabes tabulis compacte, pro musto stube vulgo sunt constructe, repagulis mirifice in cellariis quoque premunite, quarum habebamus tres; verum intus vinum valore non erat diuturnum. Nostro pro monasterio vasorum numerus pre multitudine ac inequalitate haut facile sciri poterat. Pro adductione eciam, absque ulla exactione, data sunt nongenta talenta. Porro vini collectores atque portitores magnum exigebant precium, noctuque dieque collaborantes cum nivibus. Dixit quidam, ad partes superiores a vindemia usque ad penthecostes ducta fuisse 27 milia vasorum. Octava vini dabatur pro duobus nummis anno integro; infra montana vero pro nummo uno. Plerique ergo abutentes biberunt ad interitum, quorum unus hic in curia cum bestiis mortuus inventus est. A.[a] 1499. feria 3. post Pancratii, hora 10, dominus Ioannes abbas huius monasterii posuit primum lapidem fundi novi muri prope portam castri sive monasterii Mellicensis annexi pavimento officinae fabri, et fundus locatus est super petram in profunditate a superiori superficie pavimenti usque ad petram.

1500. Annus iubileus fit Romane curie. Pataviensis presul Christoferus moritur, et quidam cognomine Frössil succedit eidem. Albertus Bavarie dux, Maximiliani sororius, largum cupit mutuum; quo vexati abbas in Tegernsee et Ebersperg curam pastoralem resignant. Abbas Scotorum a fratribus accusatus, crebrius visitatus tandem deponitur, data pro pensu parrochia; cui successit Placidus, Salczpurgensis cenobii cellerarius. His lactucam novellam manducans, tercia post pascha die moritur. Porro conventuales Scotenses mox habiti sunt suspecti, propter crebra antecessoris patris iurgia, si fortassis veneno eundem privassent vita. Ob id Wyennensis episcopus medicis mandat rei explorare veritatem. Qui eum in frusta concidentes, paululum invenere lactuce, nil tamen de toxico. Iam excusati, mox iterum oritur suspicio. Frater quidam cum Placido predicto veniens, pre stupore facti moritur; quem quoque ut prefatum membratim dividentes speculabantur ut patris exta, si saltem in illo fratrum intoxicacionis reperirent dolum. Sed neque in illo veneni quid, ut putabatur, repertum est; sicque conventus ab angustia liberatus est extrema. Huic Placido abbas Iohannes de Slesia successit. Quidam pestifer ac pistor hospicium petit Wyenne aput civem atque pistorem, qui caritate refectus, dolum ostendit latentem. Arrepta grandi igitur securi, noctu cunctos necavit horrende, personas videlicet quinque, nec doluit nisi tantummodo pro interempta ancillula parvula. Callide elapsus, et multa pecunia per provincias est requisitus, et inventus variis deputatus est suppliciis. Primo penis examinatur, hinc per plateas trahitur, deinde ossibus rota confractis, postremo per sudem transfixus, et quod dictu mirabile est, aliquantulum supervixit. Porro prefati socius causam penitus nescius, per portam eidem salvum prestabat conductum. Qui antequam scelestus fuerat inventus, hic tentus, per cordas tractus, dilaceratus, et in examine rei totaliter inutilis est effectus. Sed post criminosi deprehensionem, testimonium ferentis, tributa est illi prebenda perpetua. Turci abstulerunt Venetis preliando insulam Candiam et quandam aliam. In parte aquilonari circa mensem Aprilem cometa apparuit radiis subobscuris, quos directe versus meridiem direxit. Cursum eius per Arcturi extremitatem habere videbatur, 3 menses durans. Hoc quippe erat admirandum quod aliquando nonnunquam obscure quandoque vero lucidissime stelle fixe eiusdem radios preterire videbantur. Coma . . . . . quadam reflexa contra Danubium miratus est loco[b] Dux Saxonie Albertus obiit[c].

1501. Quedam[d] virgo in Yps a patrefamilias in diversorio serviens exasperata, falsa ulcione succensa, cum iracundia Danubium insiliens, cunctis videntibus se extinxit mergendo. Anno sequenti arbores innumere in locis diversis florebant usque ad nativitatem Domini.

1501. Hoc anno maxima fuit aquarum inundacio, in vigilia assumptionis Marie inchoans, et durans fere per dies decem. Huiuscemodi gurgitis habundantia in centum annis vix visa fuit similis, quod testatur femina forensis centum et septem etatis habens annos. Frumentum ac fenum a quibusdam reconditum Hystro periit, in agris iam secatum pluvia computruit. Per cunctas urbium opidorumque iuxta Danubium[e] sic largiter gurges aquarum transiit, ut navigabiles existerent. Domos funditus evertit, duas cum familia Mellicum pretereundo versus orientem asportavit. Prata atque pomeria vestivit arena, arboresque deiecit, et vineas eradicavit, integra cum horreis stabula, omnisque generis supellectilis substancia defluxit

a) *haec altius aliquanto post scripsit.* b) *ita codex.* c) *postea adscriptum est:* Diluvium partiale in Austria erat.
d) Quedam — Domini *in margine superiore scripta sunt.* e) *decst* vias *vel* plateas.

noctuque dieque. Magna denique opida cum villis in tantum debachatus est Danubius, ut unam domum vix vidisses integram. Pars una populi ridebat, pars altera flebat. Hic et in partibus Bohemie innumeris ruptis lacunis, noctu magna pars periit hominum, et facti sunt iuxta Abacuk vaticinium homines velud pisces maris. Porro iuxta litus abyssus funiculo mensa, ulnas habebat pannificas in altitudine quatuordecim cum palmo ultra cursum consuetum. In ecclesiam quoque beate Virginis forensem gurges aquarum introiens, cubitum unum ultra altaria per idem tempus stabat, et sedes cum tumulis subvertendo; tabulas deauratas navigio portam templi ingressi viri, ne latice consumerentur asportabant, nec est detrimenti numerus torrentis sevientis, nec scribendi copia.

1502. A. D. 1495 rex Francie armata milicia limina peciit apostolorum Petri et Pauli, in cuius exercitu horribilis et insueta pestis est orta, vocabulo Malafrances, alio nomine pös plateren und lembt der glider. Hec sordidissima scabies ex omni corporis erumpebat parte, tam in viris, quam et feminis; quam quidam plus, alii habebant minus; aliqui per annum, nonnulli per amplius, et multi sunt extincti. Medici peritissimi sanitatis antidotum prestare dubitarunt, cirurgici vero balneis atque ungentis multorum erant solacii. Cumque lues hec multarum terrarum pertransisset fines, hoc in anno, et precedenti, in Australi regnabat plaga. Prope Cremps vinee quidam cultor intra vites fontem reperit aque limpidissime, et lustrato inventum est pesti prefate antitodum fore comodissimum. Quapropter concurssus erat populi vehemens, vendebatur pecunia ut balsamum. Quo viso fabricata est statua, et innumerabilis coacervata est pecunia; et cupiditate orta Pataviensis presul sibi ascribebat, rex vero sibi hanc offerri mandabat. Doctor[a] quidam iuris, cognomento Waldner, vir senex et grandevus, imperatoris et regis consiliarius, crimen quoddam lese maiestatis sibi imponi timens, ut suspicatur, a Sathana circumventus funem fenestre cubiculi sui innectens, Wienne sese strangulando peremit. Comes palatinus et Brandeburgensis cum Nuernbergensibus inopinate confligentes plurimos mactant. Rex Hungarie et Bohemie Ladislaus, vir profecte etatis, nuptias celebrat. Eclypsis solis punctis decem die sancti Egidii cernitur.

1503.[b] Signa et stigmata passionis Christi in Lideringen prope Rotwel situm, ad nudum corpus cuiusdam Margarethe virginis quindecim annorum ceciderunt, et inter cetera coronam spineam habens in capite, et a nigra cruce plus quam a rubeis et reliquis passionis Christi signis tormentata.

1504. Hungaria prius Maximiliano imperatori tributaria facta, semel vel bis tributum solvit, postea reddere recusavit. Quapropter iterum in Hungariam disponitur apparatus, ubi et Mellicenses viginti equites duosque currus habuerunt; et econtra armati apparuere et Hungari. Sed Ladislaus Hungarie rex, pacis amator, legationem mittit, rogans que pacis erant; quam et Maximilianus cesar multitudine adversariorum turbatus, huius rei dilationem annuit fieri, et regium nomen Ungarie perseveraret Maximiliano archiduci Austrie. Fuit et in Melico tunc temporis, deditque conventui pro esu carnium sex aureos.

1505. Hec nostra bibliotheca olim arta minusque lucida fuit. Quapropter dominus Iohannes tunc temporis abbas in reformacione nonus, ad ampliandum et elucidandum exordium sumpsit; et tandem per dominum Sigismundum in reformacione decimum, cui maior et sumptuosior pars dimissa est restauranda, quod et fecit, ut patet intuenti porro in albo et rubro pavimento, cuius fuerat quantitatis antea. Affuerunt denique fratrum conventualium manus adiutrices, quatinus ceptum iam opus eisdem commodius haberetur[c] paratum.

1506.[d] Apud Novum Claustriburgum die dominica ante Iuliane virginis, que erat dominica sexagesime, translatio sancti Leopoldi principis Austrie cum magna gloria celebratur, presente Romanorum rege Maximiliano, atque archiepiscopo Salczeburgensi, et episcopis Pataviensi ac Liboniensi, cum reliquis prelatis infulatis circiter 27. Hunc nimirum Leopoldum iam dudum Innocentius VIII, anno scilicet Christi 1485, cathalago sanctorum canonisatione legittima ascripserat, qui et obierat anno 1136, iacuitque clarus miraculis in sepulchro annis circiter 370.

1508.[e] Circa festum sancti Iacobi fuit diluvium particulare Danubii omniumque fluviorum Austrie, maxima ex inundatione imbrium atque pluviarum copia, ita quod Danubii aque insulam ex opposito monasterii nostri transcenderent, eaque altiores sex cubitis virilis

a) Doctor — cernitur *in scedula annexa scripta sunt, manu alia quae deinde a.* 1506 *pergit.* b) *manus recentior pergit.* c) comodosius habetur *cod.* d) *manus prior a.* 1502 *pergit.* e) vide in cedula ∴ *ibi enim scripta sunt quae sequuntur.*

manus fierent; ex qua inundatione damna contigerunt infinita in Austria. Nam piscine plurime versus Bohemie partes rupte sunt, homines ingurgitantes, muros ac edificia perantiqua atque fortissima destruentes, arboresque magnas et proceras funditus eradicantes, fundosque peroptimos ortorum et vinearum omnino delentes alluvione prevalida. Unde et in ipsa sancti Iacobi nocte horam circa secundam, finitis iam matutinis, piscina nostra inter Pöverding et Schrätenpruk ante duos annos reparata — inutiliter tamen, quia fundus ipse aquam non continet, hac tamen nocte ex ingenti pluvia repleta — rupta est cum impetu maximo et sonitu, per villam Schrätenpruk, versus et per forum nostrum Melk fluens damna fecit inestimabilia. Porro licet animalia submerserit plurima, edificiaque destruxerit aliqua, et blada in horreis ac campis anullaverit non pauca, gratia tamen Dei homines omnes, licet aliqui nudi, evaserunt. Eodem insuper anno, paucis elapsis[a] diebus, cum dictum iam diluvium totaliter defluxisset, aquarumque copia evanuisset, atque omnia prius neglecta instanter perficerentur, blada colligerentur ac exiccarentur, diruta quoque laboriose restaurarentur et sollicite; subito iterum circa festum sancti Laurencii pluvie vehementissime desuper erumpentes, paulo minorem omnium fluviorum et maxime Danubii inundanciam effecerunt aquarum; ex qua non minora, sed maiora, ut creditur, quam ex priore secuta sunt damna. Et quanquam nulla earum tanta fuerit illa de qua supra 1501 dicitur anno, tamen quia statim se mutuo sequebantur, diuciusque durabant, maiora sine dubio intulerunt toti patrie Austrie damna.

1510.[b] Wienne scortum quoddam solebat se quottidie fucare, et speculum intueri. Qua tandem egrotante, ad se reversa, dolens se deinceps precavere. Attamen sana iam facta, protinus ad pristinos rediit actus. Contigit autem, ut prius stans ante specular, affuit et dyabolus, misere caput retro vertit miserrime: que facta est siout carbo nigra expiravit.

1511. In Hungaria quidam miles strennuus, nomine Georgius Zecel, contra Turcas prosperatus est. Quare coacervavit et sibi cohortem Hungarorum, volens ad Turciam proficisci. Et interea quo sibi associebatur exercitus 30 milia vel plus, expediti ad preliandum contra Turcas, nec defuit Sathan inter eos, quando et de ipsis insurrexerunt latrunculi, in Hungaria vagabundi sparsim devastantes ibidem, priusquam terminos intrarent Turcorum. Quod et moleste Hungarorum rex et sui ferentes, tandem concitati, ut ipsi Hungari expungnarent Hungaros. Quod et factum est, ex hiis et istis corruentes gladio. Et Georgium Zecel sui complices eundem dentibus dilacerare compulsi sunt, atque eidem quem sibi regem erexerant, ferrea corona fortiter ignita eius capiti imposita, vita functus est.

1512. Conflagrationes[c] ignium per totam Austriam et partes vicinas facte sunt maxime et repentine, villarum, opidorum, castrorum, civitatum, monaste orum et ecclesiarum, ita ut et sacramentum eukaristie ac reliquias sanctorum ignis absume et; procurantibus nescio quibus pessimis et vagis hominibus, quorum multi capti, igneque et ipsi consumpti sunt. Civitas denique Hyppolitensis exusta est.

1513. In vigilia octave epiphanie Domini tempestas exorta est prevalida; ubi ignis, grando, pluvie, ventus, fulmina, tonitrua permaxima, quod nemo extra audebat egredi tectum. Item eodem anno Danubius in tantum congelatus, ut homines et equites, currus, plaustra onusta liberum habuere processum Itemque nostra cisterna ita est congelata, ut nec aquam haurire quisquam potuit.

1514. Legatus summi pontificis Leonis X. perlustrándas Germanorum aliarumque provinciarum bibliotecas destinatus est, et ad nostrum cenobium applicans, certos libros scitu dignos secum aufferre voluit, ad lucem quatinus devenirent populi christianorum. Dominus autem abbas sue non esse potestatis sine scitu principis alienare libros, tandem indignans recessit vacuus.

1515. Congressus ac celeberrimi conventus cesaris Maximiliani archiducis Austrie, et trium regum Hungarie, Bohemie et Polonie in Vienna ad laudem Dei, nec non ad incrementum et conservacionem tocius rei publice et precipue regnorum et subditorum suorum. Qui inter se inierunt, contractarunt, concluseruntque veram et inviolabilem amiciciam et confederacionem perpetuo duraturam; itemque novam affinitatem et connubium inter se ac nepotes et liberos eorum contraxere, sicuti alio in libro latine et vulgariter clarius habetur. Aderant quoque et due regine, Anna videlicet et Maria, de quibus infra 1520.

a) elapeis *cod.* b) *rursus manus recentior a.* 1505. c) Conflagrationes — consumpti sunt *manu illa antiquiore.*

1516. Turris nostra octava die mensis Maii fulminata, atque cum sex campanis et horalogio exusta est; et eodem anno per Sigismundum abbatem cum magna campana et sex aliis de novo reparata. Cuius autem quantitatis et valoris sunt, vide in cetula[a] hic posita:

Campane nostre reformate
- Prima maior habet 69 cen.[b] et 70 talenta.
- Secunda habet 34 cen. et 25 talenta
- Tercia habet 17 cen. et 32 talenta.
- Quarta habet 10 cen. et 32 talenta.
- Quinta habet 5 cen. et 25 talenta.
- Sexta habet 3 cen. et 26 talenta.
- Septima habet 1 cen. et 60 talenta.
- Item centum per 11 florenos.

Item Maximilianus cesar in nostro fuit claustro, deditque conventui unum bovem comedendum. Due regine virgines, Anna videlicet filia regis Hungarie, et Maria filia regis Hyspanie, ad monasterium Mellicense veniunt, et per tres dies in eodem loco quieverunt, cum magno apparatu curialium et virginum pedissequarum; et in die sancti Andree apostoli regine inter missarum solemnia obtulerunt duos aureos etc.

1517. Septem fratres ordinis predicatorum, Ethiopes de India maiori, fuerunt aput nos, et unus eorum legit missam ad unam horam, more et lingua Caldeorum. Maximilianus imperator fuit hic Andree apostoli, et plura monasterio dare donaria, precipue caput sancti Kollomanni, quod est in Alba regali Hungarie illuc tempore querrarum deductum, eidem a maioribus remitti polliciti sunt de Hungaria Melicum, pretendit et se renovaturum S. Cholomanni sepulchrum, denique et sal atque puxides augere voluit. Sed impia mors nulli parcens, eum de medio tulit; post se nepotes Karolum et Ferrinandum[c] sue posteritatis reliquit heredes.

1518. Martinus Luter, ordinis eremitarum sancti Augustini. Hic ius canonicum comburens, ritusque ecclesiasticos et alia nichili pendens. Quamobrem in Germania tumultus fit Germanorum, et inquietudo subditorum ad supperiores suos, et fit scisma Lutheranorum et papistarum. Luthero somniante, solam fidem Christi sufficere ad salutem, a Leone papa excommunicatur, ab imperatore per mandatum hereticus proclamatur, denique et in Saxonia seducitur populus. Vitulus nascitur cucullatus, fiuntque multa mala, et secte hereticorum in ecclesia, et apostate a religione sexus utriusque, ordinem et habitum proicientes, fidem pristinam katholicam facientes irritam.

1519. Maximilianus imperator archidux Austrie, feria quinta infra octavam epiphanie Domini obiit in Wels, deinde transferendo eundem versus Viennam venerunt Melicum cum funere. Eapropter abbas cum conventu processionaliter ultra portam fori obviaverunt. Deinde ad beate Virginis delatum est funus, et ibidem exequiis vigiliarum peractis, reversi sunt ad cenobium. Et de mane iterum abbas cum ministris altaris ad cantandum officium defunctorum descendit. Mirabilis peregrinacio Ratispone ad virginem Mariam, nam ubi erat primitus Iudeorum sinagoga, quibus inde expulsis, fabricatur ibidem Dei genitrici Marie ecclesia, ad quam nescio quo spiritu zelati currunt magni et parvi, et quidquid pro tunc laboris habentes in manibus, secum nonnulli illic deferebant.

1520. Ferrinandus Maximiliani imperatoris nepos nupcias celebrat in Lincz, ducens Annam in coniugem, filiam Ladislai regis Hungarie; et e converso Maria soror Ferrinandi, Hyspanie regis filia, nupsit Ludowico adolescenti regi Hungarie et Bohemie. Item eodem anno tres soles, et alia quoque prodigialia celi Vienne visa sunt. Insuper et inundancia aquarum in tantum fuit, ut et cisterna nostra aquis exuberans, usque ad haurientis manum sese extullerat.

1521. Tres soles et quatuor pluvie arcus Ratispone apparuerunt; et tam exigua yembs fuit, quod non ultra octo dies videbatur nix. Nec defuit et pestilencia magna, ut ex una domo sepe quinque aut sex homines morerentur[d]. Ferdinandus princeps ac heres archiducatus Austrie, cuius a conv catis provincialibus letabundus prestolabatur adventus. Sed quoniam non tales, quales autumabat ipse, reperit Australes, quos disencio aut ambicio seu gravedo agendorum seiunxerat, propter regentes a Maximiliano imperatore constitutos, nonnullis provincialibus odibiles facti sunt: unde et recusant defuncto imperatore ipsis parere ulterius.

a) *eadem quam supra commemoravimus; hacc autem eadem cum reliquis huius anni manu scripta sunt.* b) *ita codex:* centenarios *legerunt Pezius et A. Schramb.* c) *huius loco ubique correctum est* Ferdin. d) *alia manus pergit.*

Insuper iura viscalia iudicialiaque communitati providenda absque comissione principis presumunt in malum suum. Idcirco veteres regentes fugerunt ad Novam civitatem, et sic erat duplex regimen; novum Wiene et vetus in Nova civitate, ubi imperator conditus iacet. Demum venit princeps terre, a quo audiencia de insolitis ab hiis et illis postulatur et iudicium, sicut et sequentis anni exitus rei probavit eventus.

1522. Circa festum sancti Steffani invencionis Ferdinandus archidux Austrie de Hyspania venit, et navigio usque ad Claustriburgum, nec Wiennam peciit, indignans super indigenarum discordia ad Novam civitatem profectus est, ibidem facturus iudicium et iusticiam. Eapropter exiit edictum a principe, ut provincialium fieret conventus, et omnes querelas habentes, precipue tamen Wiennenses, qui audaciores rebellando fuerant regentibus a cesare constitutis, venirent. Quibus tandem congregatis sicut oves in ovile atque inibi discernendi subditi a non subditis, pii ab impiis per arbitros ad hoc adductos, facta quoque est et eminens pinna in civitate pro publico iudicio, ut hii ex una, et alii ex altera parte starent super pinnam, principe cum arbitris in triclinio sedentibus. Procedunt ergo veteres regentes a cesare iam defuncto constituti, ast acturi adversus pervicaces. Altera autem maior pars provincialium benivolenciam super temeritate capere volentes, micius respondent, secundum quod perpessi sunt, et super querimoniis regencium antiquorum. Ultimo tandem a Maximiliano imperatore constituti optinent adversus rebelles, ideoque principi redduntur rei penales, dignique castigacione pro rebellione et conspiracione: cum non tantum bonis et modestis, sed eciam discolis obediendum est propter Deum. Et lata iam sentencia, capiuntur quidam ex ipsis; duo barones, videlicet dominus Michael de Eycing, dominus Iohannes de Puecham cum sex Wiennensibus capite truncati sunt.

Circa festum sancti Bartholomei venit Ferdinandus princeps cum coniuge sua ad Medlicum, ad Niernbergam proficiscens pro dieta ibidem celebranda. Item anno sequenti feria quinta ante Laurencii tempestas horribilis contigit in Melico et contiguis locis. Nam grando et lapides sicut ova, fulmina ingencia, pluvie pregrandes, et terrores in tantum quod conventus ad criptam beate Virginis pro tuicione confugerunt, ne morte afficerentur[a] omnes. Item circumcirca loca cum nascenciis ad nichilum redacta sunt. Itemque nativitatis Marie et post floruere arbores, et Cholomanni fraga in foro vendebantur matura; Simonis et Iude poma pro medietate creverunt, rose quoque et viole invente.

1523. Eo anno princeps et principissa patrie venerunt Medlicum in vigilia sancti Martini, ac dominus abbas in pontificalibus celebravit. Vicedomnus in Austria ad perquirendum missus et taxandum, cuius opulencie esset quisque, tam spiritualium quam secularium. Turcis ad resistendum, qui iam Rodis fortalicium fidei christiane, civitatem contra infideles strenuissimam, pariter et Kriechischen Weysenburg expugnavit, et magnam partem Ungarie sue subegit dicioni. At ne omnino prevalerent adversus nostrates, Ungarorum et Australium singuli cuiuslibet status donaria conferunt, resistendi gracia: episcopus 5 florenos, abbas et prepositus sub infula florenos 4, alii prelati 3, abbatissa, canonicus, doctor 2 grossos; monachus, monialis 10 denarios; comes 4 florenos; baro 3 talenta; nobilista, plebanus, vicarius, cives habens res centum talentorum, unum florenum; rusticus, servus, famula, de talento cruciferum; mercenarius et mercenaria decem denarios; omnes communicantes quatuor denarios.

1524. A clero, prelato, eciam a mendicante et seculari, tercia pars omnium fructuum sew proventuum reddenda principi postulatur contra Turcas. Sed quia grave erat, episcopus Pataviensis, administrator dux Bavarie, misit consulere sedem apostolicam super hac re atque immunitate ecclesie. Denique iubetur per sanctissimum sub excommunicacionis sentencia, ita fieri pro defensione fidei catholice. Sed episcopus prefatus ut pastor bonus distulit, expectans a latere legatum ad Niernbergam venturum, ubi erat dieta principum, cui et sanctissimus negocium commisit necessitatis exquirende; et sic favente Deo nichil exinde factum est hucusque. Idem legatus, qui et ad alia Germanorum loca missus, Niernberge congregatis principibus respondit, super dogma Lutheri non opus esse concilio, cum similia eciam prius fuissent[b] a sanctis patribus disputata atque repudiata. Fuerunt et Niernbergenses Lutherani facti, ideoque legatus cum certis principibus, episcopis et prelatis sese ad Ratisponam transtulerunt, faciendum ibidem aliqualem cleri ordinacionem, eciam minorando

a) afficerent c. b) fuisse c.

festa sanctorum, et quilibet sacerdos absolvat secularem, tribus casibus duntaxat exceptis, heresis, excommunicacionis, homicidii, et plura in alia charta.

1525. Quidam presbiter concionator Luthericus publice revocat Wienne; et civis ibidem multum literatus incendio traditur eadem heresi seductus. Ferdinandus princeps in vigilia Martini fuit in Melico, et de mane in divinis. Turris cum cornu sero edificatur, et frigus erat. Karolus imperator archidux Austrie triumphat contra regem Francie, quem et vivum Deo favente cepit in bello, et per annum fere tentus est. Tandem uterque, imperator et rex Francie, confederantur, ac sic emittitur rex; duobus tamen filiis pro patre in curia imperatoris cum nonnullis proceribus retentis Francorum, ob validiorem pacis constanciam. Surrexerunt et pseudochristi et pseudoprophete Lutheranorum, docentes, libertatem christianam nemini quidquam debere, nisi invicem diligere, et sola fide iustificari; papam non plus alio sacerdote valere, et omnes esse sacerdotes. Unde prelia et sediciones exorte subditorum adversus dominos nobiles et prelatos; feudales castra nobilium, monachorum claustra devastarunt, ecclesias, ymagines ad nichilum redegerunt, clerum quoque admodum persecuti sunt et sacramenta[a].

Anno illo rusticorum contra dominos suos, tum nobiles, tum permaxime ecclesiasticos omnis ordinis, ingens tumultus exortus est, sub titulo ewangelice libertatis a se gravamina queque amoveri, uti Lutherana heresis pretendebat, christianum debere liberum esse contendentes. Qua audacia efferati, dominia, episcopatus, prelaturas, parecias, civitates, castella quoque armata manu invasere per totam Alemaniam, ferocius tamen ad Reni oram et in Saltzburgensi archiepiscopatu; insuper saltus, nemora, piscaturas nullius dominio[b] subdi iure posse asserentes. Tandem in virga ferrea suis subduntur dominis feudalibus; nam infra biennium ultra bis centum milia principum apparatu ligaque Suevorum gladio, igne, iugulo sunt exterminati, et multa ab eisdem destructa restaurare coguntur. Hew domine Deus! quot vidue, quot pupilli facti sunt.

Ferdinandus princeps noster in suis provinciis mutuum precatur auri et argenti, a Mellicensi autem cenobio florenorum tria milia, ad ruralium conpescendam rabiem, impie tumultuantium in sibi dominantes. Demum fit ut media parte eris pretacti[c] extra contentus fuit princeps; intra tamen Austriam residua pars in belligeros nostros equitum 24 et totidem peditum expenderetur opus erat. Fuerunt et contra nos coloni nostri, non tamen palam, auxilium deorsum sperantes a rabidis rusticis; at forenses quoque huiusce: iam enim prope erat ut abbati pariter et conventui vim intulissent, per murum religiosos[d] proiciendo. Quo comperto, unaqueque domus, nocencium et innocencium, duos aureos exhiberet fisco principis, ita duntaxat ut potenciores et nocenciores subportatos haberent pauperiores ex parte, et vocabatur prantscheczümb, absque penalitate qua domino fundi tenebantur etc.

1526. Elisabet[e] regina Dacie moritur, soror Karoli imperatoris, et Ferdinandi, principum archiducatus Austrie: cuius anima, Deo propicio, polorum possideat regna. Karolus imperator, rex Hyspanie, archidux Austrie, cum sorore regis Portigalie nupcias celebrat. Ferdinando illustrissimo principi ex Anna regina Ungarie alia nascitur Elisabet in Lincz. Benedictus Deus tribuens omnia, detque huius propaginis incrementum deficere nunquam! Ungaria a Turcis 300 milium depopulatur, et pene expungnatur; rex quoque Ungarie a suis derelictus perditus est, et Buda capta et exusta est. Iohannes comes Weydach ex una, et Ferdinandus archidux Austrie ex altera parte Hungarorum in regem adclamatur; prius tamen pro rege Bohemorum est Ferdinandus electus coronatusque. Ipse quoque Weydach Ungarie misit legacionem Wiennam, faciendum amiciciam cum principe, et noluit. Quo nolente, facit treugas cum Turca, Dei flagello contra insensatos christianos, que sua sunt, non que Iesu Christi, querentes.

1527. Hoc in anno comissarii principis terre Australis Mellicum, sicut ad alia ecclesiarum loca perquirenda venerunt, de communi tamen consensu provincialium; quatinus bona ecclesie in auro et in argento, eciam calices, Wiennensem supra silvam ad Medlicum usque conportarentur. Quo facto, medietas principi pro patrie defensione contra Turcas exhiberetur; residua vero pars ut diucius servaretur, in simile opus expendenda[f]. Feria quarta

a) De hoc plus infra, verte 13 folia in fine libri. *Sed nunc folium quo sequentia inscripta sunt, hic affixum est.* b) domiñ se subdi *cod.* c) pretacte *c.* d) *ita pro eos ipse correxit.* e) Elisabet — regna *a manu antiquiore sunt, quae priora illa scripsit, a.* 1510 *ss.* f) Quid autem a monasterio ablatum et relictum tunc fuit vide in fine libri, *scil. in folio supra iam commemorato ubi* Feria — gloriose Ungarorum *scripta sunt.*

quatuor temporum dominus Sigismundus abba cum conventu presente volentes preciosum thesaurum, videlicet sancte crucis, qua Dominus universorum Mellicenses insignitos voluit esse, apperuerunt, ne simul cum ornatu suo ad manus veniret alienorum. Et invente sunt tres particule semidigitales, non tamen spisse. Factum quoque est, distributis clenodiis per commissarios tam principis, quam provincialium, favente Dei gratia remansit monasterio aurea crux; et sic iterum particule vivifici ligni reposite sunt ad priorem locum. Per omnia benedictus Deus! Insuper et pontificalia abbatis cum aliis certis clenodiis charte annotatis reliquerunt, in auro et argento 90 marck; verum eciam ex monasterio secum aufferentes ad mille aureos valencia. Nec requies: quin eciam media pars clenodiorum de ecclesiis ad Melicum comportata, a principe postulatur, aufferturque pro patrie defensione et Ungarorum subieccione Ferdinando regi ac principi Australium; a quibus tercia die Novembris in Alba Regali in regem coronatur gloriose Ungarorum.

Karolus imperator, archidux Austrie, sexta die May Romam expugnat, propter summum pontificem sibi contrarium, tum quia et diu adversabatur cesari, atque eius emulis ut puta regi Francie ac Venetis confederatus; tum et propter abusum pompamque patrimonii Petri, ut pie creditur, flagellum Dei fuit, quo civitas sacerdotalis patuit predacioni magne. Denique papa cum 13 cardinalibus et aliis episcopis tradiderunt sese captivos imperatori presentandos, tandem idem pontifex a cesare reinstituitur Rome presidendum[a]. Karolo item imperatori archiduci Austrie in Hyspania filius nascitur, Philippus patris sui nomen nato imponens. Anno in illo, Dei favente gratia, Ferdinandus imperatoris germanus duo obtinet regna, Bohemie videlicet et Ungarie; ac eidem quoque ex Anna regina eius coniuge nascitur filius Wienne Maximilianus — avi sui nomen hereditavit — secunda die Augusti.

Exiit mandatum a rege nostro Ferdinando, dogma hereticorum dampnans Lutheranorum, et abbas quoque per excommunicacionem prohibuit. Itemque rebaptizantur christiani a perfidis pseudochristis furtim in domibus privatis in Melico et aliis locis, ad predicacionem perversorum populum seducentes. More Donatistarum ut olim ecclesiam cripticam instaurare ceperunt. Tandem capiuntur, puniuntur, expelluntur et persecucio fit cleri, et scisma in ecclesia Dei.

1528. Hereticus quidam, qui et ad quadringentos rebaptizavit katholicos, sacramentum altaris et Romanam ecclesiam prophanavit, in Melico utriusque sexus heresi infecit. Quam ob rem cum duobus sibi pertinaciter adherentibus capite truncati, postea incinerati sunt; et rebaptizati resipiscentes ad pristinam redierunt institucionem ecclesie cum publica penitencia. Item reformatores regis armata manu cum doctoribus et commissariis circumeuntes clerum reformarunt et vulgus super fidei errore prohibentes libellos venales heresi infectos famosos cum eorum vectoribus exterminari aqua et igne a rege iubetur[b]. Regi nostro et principi Austrie Ferdinando eius ex coniuge nascitur filia Maria in Bohemia. Ab imperatore Karulo, fratre Ferdinandi, Veneti valde obsidentur, et persecuntur, et devastantur eorum dominia.

1529. Ferdinando ex patre rege alius nascitur Ferdinandus filius in Lincz, eiusdem nominis heres, et archidux Austrie. Turca cum ducentis milibus pugnatorum Ungariam expugnaturus venit, et Austriam miserabiliter cede, igne predaque devastans, nec non multos secum abduxit, nec sexui pepercit nec etati. Fit denique fuga hominum, ploratus et ululatus multus per viam et inviam, eciam per Danubium, a tanta copia ferocium Turcarum Austriam depopulancium. O quam flebile spectaculum sese plangencium! Etenim vix tercia pars Australium vivax evasit hominum, absque parvulis et lactentium[c], a tyrannis infidelium interfecti; civitates quippe, castra, et loca munita ac se defendencia pertransierunt. Porro Wienna metropolis per mensem Octobris ab eisdem obsessa fuit, que et audacter repugnans, obsidentes Turci forte divinitus territi, aut super adventantes armatos ex partibus superioribus et de Bohemia contra eos, noctu recesserunt a civitate. Dominus Sigismundus huius monasterii re et nomine abbas laudabilis moritur; et dominus Wolfgangus Lincer in loco eius eligitur, ac a sede apostolica confirmatur.

Venit[d] nusca Turcarum gravissima, ac circumdederunt Wiennam 26. die Septembris in tantum quod a turre sancti Steffani in civitate ad duo milliaria obsidencium tentoria in giro videbantur per mensem Octobris. Cetera ut supra. Item quedam egritudo et inaudita su-

a) ultra vide in fine libri *scil. in eodem folio.* b) *ita sine ulla interpunctione codex.* c) *ita codex.* d) Venit — mortuus fuit *in eodem illo folio scripta sunt.*

dans, vulgariter dy schwaiszsucht, et primitus in Anglia exordium sumpsit; unde et in aliquibus territoriis tercia pars hominum mortua est, et cicius quam tempore pestis, ymo sepe eadem die infectus vivens et mortuus fuit.

1530. Karolus huius nominis quintus Romanorum imperator, rex Hyspaniarum, archidux Austrie, venit trans mare ad Ytaliam. A Clemente papa VII. laudabiliter suscipitur Bononie, imperiali corona coronatur ibidem. Postea venit ad Hyspruck, tandem cum Ferdinando fratre eius ad Schwacz, ubi imperatori ab incolis et argentariis denarius offertur 1700 valens florenos, insignibus et titulo imperatoris adornatus; at ultro per Bavariam magnifice venit Monacum, posthac ad Augustam: inibi cum principibus et civitatibus Romani imperii dieta habenda pro pace de Turcis, ac pro concordia fidei adversus Lutheranos et scismaticos. Et revera gloriosa[a] principum congregacio ac civitatum. Nec defuit Sathan Lutheranorum, vere fidei veritati acquiescere nolentes cum Saxonie duce; maior tamen pars et sanior imperatori adhesit, eciam pro generali concilio fieri conventus iterum. Item quarta pars monasterii nostri, sicut aliorum, vendi precipitur pro patria a Thurcis defendenda, sex millia talentorum, additis aliis tribus millibus in uno anno.

1531. Ferdinandus archidux Austrie, rex Ungarie et Bohemie, electus Romanorum rex coronatur. Item quarta pars monasteriorum vendita propter Turcas, iterum eadem taxa reddi pristinis dominis per imperatorem Karolum in dieta Auguste mandatur. Ritus ecclesiasticus per scismaticos imminutus, observari sicut primitus iubetur, et sanctorum patrum sequi sanam doctrinam. 27. die Iunii, hora sexta, terremotus sub completorio factus in Melico; alius quoque in die sancte crucis invencionis.

1532. Revertitur Turcus in multitudine gravi, sicut anno etc. 29. Fit et apparatus magnus per Karolum imperatorem, et principum catholicorum, equitum peditumque belligeratorum contra hostes atrocissimos Thurcorum; nec sufficiens erat alimentum adventantibus, et apertis domibus, domestici fugati sunt a facie eorum. Fuerunt et signa celitus apparencia: decima die Septembris hora septima mane Melici visa quatuor irides et tres soles, quorum figuram vide in fine libri; insuper quinto die et septima Decembris similiter tres soles visi sunt, et cometa versus orientem. Denique devastator christiane fidei persecutorque, videns copiosam multitudinem christianorum ad bellum promptissimam contra se pugnaturam, retro cessit fugiendo cum 400 millibus Thurcarum. Nostrorum fidelium adversus eos fuere 200 prope Viennam. O quam gravis labor et grandis apparatus! et sine congressu Thurci turpiter terga vertentes.

1541.[b] Oppidum Melicum die S. Colomanni magnum ex incendio tulit incommodum. In domo enim tinctoris cuiusdam per ministri negligentiam ignis exortus est, omnesque domos illas perdidit, quae sitae sunt in via, quam vulgo nominant die Strautgassen.

1548. Conflagratio facta est in Melico per incuriam coctoris cerevisiarum, ita ut totum oppidum praeter sex aut septem domos, quae prope Danubium erant, exustum sit.

1558. Maximilianus Boemorum rex affuit in monasterio nostro, et libros artificiosissime scriptos, hucque ex Ungaria translatos, Viennam transmitti voluit, et in bibliothecam suam recepit. Carolus V. imperator obiit. Ferdinandus rex Romanorum, frater Caroli, eligitur Francofordiae in caesarem.

1560. Tanta[c] vinorum extitit penuria atque defectio in urbe Vienna Austriae, ut publica caesarei praeconis voce et proclamatione omnibus extraneis oenopolis, cuiuscunque sint loci, libera potestas ac caesarea permissio facta sit, vina aliunde in civitatem introducendi et vendendi, iuxta mensuram vel alio pacto pro uniuscuiusque arbitrio, absque omni gravamine seu ordinaria vectigalium pensione, usque ad festum Michaelis anni eiusdem: salvis interim privilegiis et statutis civium, quae in solito et praescripto vendendi precio manserunt, veterem consuetudinem non transgredientes. Et importata sunt in urbem hoc anno ex variis locis varia quoque vina, utpote Rhenana, Neccarica, Bavarica et alia, eaque tanta copia et adfluentia, ut in omnibus etiam plateis et angulis popinae ad praeparanda cibaria factae sint, ad quas oenopolae de curribus vina dispensarunt, inaequali vero praecio pro vinorum qualitate, ac libera vendendi voluntate; pauca tamen infra 24 nummos, pleraque 26, 28, et 30 nummis. Tantam vinorum caritatem inopiamque Viennae fuisse, nulla temporum observatione hominumque memoria constat.

a) gloriosus *c.* b) *alia manus pergit.* c) Tanta — generosi *p.* 171 *codicis alia manu scripta sunt.*

Eodem tempore et anno, mense Iunii, statim post feriae pentecostes, Albertus dux Bavariae cum omnibus filiabus caesareae maiestatis ex Oentponte Viennam appulit, et honorifice ibidem exceptus. In cuius gratiam et honorem ludi equestres seu hippomachiae, oppugnationes aedium, et alia spectacula et certamina visu digna et iucunda habita sunt, eaque omnia tam splendido et magnifico apparatu, ut maioribus impensis atque sumptibus nunquam antea huiusmodi ludos Viennae exhibitos esse multi affirment. Huic triumpho Ferdinandus archidux Austriae etiam interfuit, et multi alii comites, barones, nobiles ac generosi.

1564. Ferdinandus Romanorum imperator obiit, mensis Iulii die 25. Maximilianus filius successit.

AUCTARIUM MELLICENSE.

Etsi non magni pretii sunt quae in codice autographo Annalibus Mellicensibus posteriorum diligentia superaddita sunt, plurima ad primorum saeculorum historiam spectantia et fere omnia post saeculi XIV. initium scripta, plerisque omissis aliqua tamen hic exhibenda duximus.

Manu s. XIV. de antiquis Bavarorum ducibus haec scripta sunt, concinnata ex variis annalium legendarumque notitiis:

508. Gens Noricorum prius expulsa revertitur ad proprias sedes, scilicet Babariam et Austriam, cum duce eorum Theodone, Latinis id est Romanis electis. Qui Theodo dux obiit, cui Theodo II. successit. Hii quoque Norici dicti a Norice — in nominativo[a] Norix — nomine Herculis filio, e partibus circa Armeniam sitis huc transmigrantes; a quibus habemus nos Australes et Babari sermonem et nacionem.

520. Romanus exercitus prosternitur a Theodone duce secundo apud Odinga quod vulgaliter dicitur Oetting.

590. Garibaldus quidam rex tenet ducatum Babarie.

593. Tassilo dux regnat in Babaria. Istum Tassilonem Hildebertus rex Frankorum ducem constituit, Garibaldo rege et filio eius atque filia sua fugientibus ad Outharium regem Longobardorum. Quis autem vel qui inter istum Tassilonem et sequentem Theodebertum ducem in Babaria roxerint vel tenuerint ducatum ignoratur.

617. Theodo tercius huius nomisis dux Babarie regnat, quem eciam sanctus Rupertus Wormmacensis postea Iuvavensis baptisavit.

652. Hic dicitur passus sanctus Emmerammus episcopus. Hinc inde putatur quod inter istum Theodonem et sequentem Theodebertum fuerit ille Theodo cuius filius Lampertus sanctum Emmerammum occidit.

670. Theodobertus dux predictus hoc regnat in Babaria anno, ad quem fugierunt Aspirandus et Liuprandus.

Alia manu s. XIV.

778. Tasilo dux Babarie et Theodo suus filius construxerunt cenobium in Chremsmunster.

Alia eiusdem saeculi, cuius specimen dedimus ad a. 1152; ea etiam a. 281. Acta S. Maximiliani exscripsit.

1060. Gebhardus Salczburgensem archiepiscopatum suscepit, fundator Admontensis. Auct. Garst.

1071. (Adalheida marchionissa obiit) vidua Alberti marchionis Austrie, 7. Kal. Februarii, scilicet Policarpi episcopi[45].

1074. Monasterium Admontense fundatur a beato Gebhardo Salczburgensi archiepiscopo. Auct. Garst.

1088. Gebhardus archiepiscopus de exilio rediit. A. Salzb.

1088. Gebhardus archiepiscopus obiit.

1100. Aczko primus, a quo Churengarii nati fuerunt obiit, qui et extitit consanguineus Liupoldi IV. marchionis, in subsidium a fratre suo Treverorum archiepiscopo[b] missus, a confinibus Wormaciensis civitatis et a Reno flumine[46].

1110. Hoc anno iste locus exemptus est et libertate donatus, permissione et rogatu domini Ul-

a) *ita pro* innominato *iam Hier. Pez correxit Praef. p. XL.* b) Poppone *addidit manus saec. XIV.*

45) Idem in Necrol. Mell. addidit: *uxor Adalberti marchionis Austrie qui sanctam crucem attulit.* Sed Adalberti viduae nomen erat Frowila (Meiller Bab. Reg. p. 196.) vel Frouza quae teste Necrol. Mell. et Claustroneob. 13. Kal. Martii obiit. Adalheidam igitur potius cum Max. Fischer, Gesch. v. Kloster-neuburg I, 373. Liutpoldo forti militi tribuerim.

46) Magna temporum confusio, sed eadem, si annum obitus exceperis, iam in Ebronis abbatis Zwetlensis versibus invenitur, in Linckii Ann. Claravallensibus I, 43.

rici Patauiensis episcopi et pii et nobilis Leupoldi IV. huius nominis marchionis Austrie, et privilegio confirmatus Paschalis pape secundi, anno eius pontificatus 11, indictione 4, 11. Kal. Mail et hoc secundum tenorem privilegii eiusdem pontificis, et ad indicium eiusdem exempcionis aureus nummus scilicet florenus annis singulis Lateranensi palacio porrigi est institutus tunc temporis[47].

49 1146. Monasterium Alerspach construitur, grisei ordinis, in Baburia[48].

1148. Claustrum in Rotenhaula construitur in Bavaria[49].

Manu s. XIV. scripta de rebus Bohemicis, pleraque ex Cosmae Chronico (cod. Dresdensi) sumpta. Specimen habes in tabula ad a. 901.

Regino. 890. Arnolfus rex concessit Zustopluk regi Moravie compatri suo ducatum Boemie.

Cosm. 894. Borivoy dux Boemorum primus fidelis baptizatur, et Zustopluk rex Moravie non comparuit, quia sufugit fidem frangendo in rege Arnolfo, et (in) Ungaria ubi est modo cenobium Zuburiense dacr den Zubern[a] heremita efficitur, et mortuus ibidem iacet sepultus.

901. Borivoy dux Boemorum moritur, Spitingeus filius eius successit.

915. Defuncto Spitigneo — primus fidelis baptisatus — duce Boemorum, Wracizlaus I. frater eius succedit.

921. Defuncto Wracislavo duce Boemorum sanctus Wenczeslaus filius eius succedit.

Ann. Quedl. 923. Sanctus Hildewardus Halverstadensis nascitur.

Cosm. 929. Sanctus Wenczeslaus glorioso martyrio coronatur.

932. Corpus sancti Wenczeslai translatum est.

950. Boleslaus dux Boemorum rebellavit contra regem Ottonem, quem rex debellavit, et per omnia subegit.

972. Boleslaus dux Boemie ducatum fraterno sanguine maculatum cum vita amisit, cui filius eius Boleslaus Pius succedit.

974. Pragensis ecclesia cepit habere episcopum nomine Dietmarum.

982. Sanctus Adalbertus consecratur in Pragensem episcopum.

Cosm. 990. Sanctus Adalbertus Rome ad Sanctum Alexium monachus factus est.

A. Quedl. 996. Sanctus Hildewardus prefatus obiit.

Cosm. a. 998. 998. Sanctus Adalbertus Pragensis episcopus secundus glorioso martyrio a Brucis coronatur.

Cosm. 1104. Coniuratio Zustepluk contra ducem Borivoy.

Manus saec. XIV. priori aliquanto recentior plurima ex Floribus Temporum et Chronico Ottonis Frisingensis exscripsit, e. g. ad a. 1105. 1120, quae Pezius quoque omisit; ad a. 1156 Hermanni Altahensis locum dedit. Specimen habes in tabula ad a. 1151. Ea quae de tanta farragine seruanda videbantur:

Auct. Garst. 536. Cassiodorus senator librum psalmorum hoc tempore exposuit. Priscianus Cesariensis libros gramatice artis ad Iulianum consulem patricium scribit.

588. et filius suus Hildebertus regnat pro eo, ex Brunihilde natus.

633. Hoc tempore fuit maior domus in palacio Lotharii regis beatus Arnoldus postea Metensis episcopus, cuius filius Anchises etc.

659. Beate Gerdrudis virgo, matertera Pippini, claruit hoc tempore.

679. Sanctus Lampertus apud Tralectum claruit episcopus.

691. Theodobaldus dux Bawariorum moriens Grimaldum fratrem suum successorem reliquit.

Auct. Garst. 712. 708. Sanctus Corbinianus Frisigensis episcopus claruit.

755. Turci e Caspiis portis egressi terras vastant.

772. (Karolus rex Saxoniam bello petit) et Eresburch ibi acquisivit. Adrianus papa factus est. Tassilo Carentatos id est Karinthiam vicit.

774. Sanctus Rupertus apud Iuvavium translatus est.

776. (Karolus item in Saxoniam pergit) et Sygiburch urbem cepit.

782. Ecclesia in Chyemse dedicatur.

784. Sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus obiit.

785. Arn primus archiepiscopus ordinatus est Salczpurge.

797. sed anno Domini 799 in nativitate Domini visum recepit (Leo papa).

922. Heinricus imperator vi extorsit lanceam sancti Mauricii a Rûdolfo rege Burgundie, et imperio consignavit.

1086. Et ipse Henricus Tüwingen obsedit.

Auct. Garst. 1090. Hoc anno Domini Thyemo abbas Sancti Petri, primo monachus Althaensis, archiepiscopus

FloresTemp. Salczburge constituitur. Hoc eciam anno Zwivaltum nobile monasterium ordinis sancti Benedicti fundatum est, quod olim dicitur fuisse in monte Achalm super Rutlingen, unde fulgura et tonitrua montem illum frequenter concuciunt, eo quod olim consecratus fuisse dicitur, et idem abbas illius monasterii iudicare habet tam in temporalibus quam in spiritalibus.

Auct. Garst. 1102. Thyemo archiepiscopus Salczburgensis martirizatur.

1106. Iste Leopoldus marchio exstitit fundator duorum claustrorum, scilicet in Newburch et Sancte Crucis prope Wiennam, ut melius invenies in principio huius libri, et quomodo uxor eius Agnes peperit sibi 18 pueros, et alia utilia ibidem invenies[a].

V Berth. 1107. (Ordo monachorum coepit in loco Gaersten) ab Otiachero marchione Stirie qui ipsum cenobium fundavit.

a) post Kalendarium *addidit alius. Hic intelligit chronicon quod Conrado de Wizzenberg tribuit Pezius, ille vero Generationem Leupoldi pii marchionis, quam infra dabimus.*

47) Haec ex ipso privilegio sumpsit, edito in Ans. Schramb Chron. Mell. p. 52. 48) Eo anno Cisterciensibus traditum est. 49) a. 1146. 50) prope Neitram.

canonicos seculares primo ibi instituens, qui et sororem dominam Elizabet Leopoldi quarti nominis marchionis Austrie uxorem habuit etc.

1113. Sed melius enucleare debemus de investitura episcoporum. Privilegio igitur imperatori Heiarico tradito de hinc rursum ecclesie electis scribitur ut tam Cisalpini quam Transalpini non prius ordinentur episcopi quam regalia de eius manu per sceptrum scripto suscipiant confirmato. Hoc pro bono pacis sibi soli et non successoribus datum dicunt Romani. Usque ad hec tempora imperatores investituras habere solebant, et quociens episcopus vel abbas decedebat id moris erat ut ecclesia baculum et anulum transmittentes imperatori, de curia sibi postularet episcopum vel abbatem, unde multi nobiles et magni viri in regali curia degebant spe promocionis vice cappellanorum imperatori obsequentes. Otto Fris. VII, 10.

Manu saeculi XIV. exeuntis

1112. Item eodem anno monasterium Sytanstetense fundatur per nobilem et liberum dominum Urschalcum cuius soror Scolastica virgo ibidem sepulta est.

Manu saec. XV. incipientis haec scripta sunt:

523. Sanctus Rupertus Iuvavensis episcopus Wormacie claruit, unde postea depulsus Bawariam petit, et Theodonem ducem baptizavit.

530. Iustinianus templum celeberrimum quod Grece Agyam id est Sophia dicitur, Constantinopolim construxit et Romanas leges correxit etc. Auct. Garst.

592. Oucharius rex Longobardorum Theodelinam filiam Garibaldi regis Bawariorum duxit uxorem.

736. Hukibertus dux Bawarie obiit, cui Odilo successit.

787. Idem Tassilo Karolo homagium fecit, quem ipse rex postea detonsum trusit in monasterium cum filio Theodone, et ipsa provincia, scilicet Bawaria, non ulterius duci sed comitibus ad regendum commissa est[51]. 51

Manu alia s. XV:

1018. Henricus marchio Austrie obiit subitanea morte, qui sanctum Cholomannum nobis dedit[52].

Ex additionibus manu s. XV. scriptis, cuius specimen ad a. 904. damus:

783. Item Sinbertus episcopus Ratisponensis ecclesiam sancti Emmerammi construxit. Auct. Garst.

1124. Iste Kalixtus II. De eodem dicunt Romani: Exhinc ecclesia libertati ad plenum restituta paceque ad integrum reformata, in montem magnum crevisse sub Kalixto papa invenitur. Unde de ipso scriptum est, Otto Fris. VII, 16.

Ecce Kalixtus honor patrie, decus imperiale,
Burdinum nequam dampnat pacemque reformat.

Idem Kalixtus dicitur monasterio in Melk secundario libertatem dedisse.

1200. Hic incepit ordo fratrum Theotonicorum domus sub Innocencio papa tercio nominis. Chron. S. Aegidii.

1201. Hic iniciavit ordo fratrum Minorum a beato Francisco, sub Innocencio papa. Hoc eciam anno Constantinopolis capta est et spoliata christianis populis plurimis divitiis et rebus ac multis reliquiis sanctorum, ut apparet in Venecia et Halberstat.

1245. Dicior papa a beato Petro apostolo nunquam fuit ut ille Innocencius IV.[53] 53

1263. Post M post bis C iunctis L et X tribus I que
Ottakarus Sanctam cepit fundare Coronam.

1269. Idem Gregorius fuit canonicus et archidiaconus Leodiensis, et vocabatur Theobaldus, et fuit eo tempore cum cardinales elegerunt eum, in peregrinacione ultra mare, et cum sollempni comitatu intravit urbem Romanam, et Karolum Gallicum instituit regem Sicilie; nam ante eum nullus papa per 11 annos intraverat civitatem Rome propter discordiam Romanorum. Hic Gregorius quando processionaliter equitavit per Urbem, tunc inperator Balwinus Constantinopolitanus et Karolus Sicilie rex ambulantes quasi famuli super terram per medium platearum duxerunt equum cui insedit papa, hinc inde per frenum ducendo coram omni multitudine populi usque ad locum stacionis. Mira res!

CONTINUATIO ZWETLENSIS PRIMA.

Damus eam ex codice monasterii Zwetlensis 102, *quem supra p.* 482 *descripsimus. Continue scripta est usque ad a.* 1159, *quibus quae ad locum Zwetlensem spectant manus paulo recentior inservit; ea litteris inclinatis expressa sunt. Alius deinde a.* 1164—1167 *addidit, quem secutus nescio quis, a.* 1170 *subdiaconus factus, ultima annotavit. Autographo quod scriptor huius codicis expressit, usus est auctor codicis* 255, *ex quo infra Auctarium et Continuationem II dabimus; is errores quosdam hic admissos vitavit.*

51) Ex Einhardi vita Karoli c. 11. 52) *IX. Kal. Iul. Heinricus marchio obiit.* N. Mell. ubi manus saec. XIV. addidit: *Fundatorum unus huius loci, qui S. Cholomannum Medlicam iussit afferri.* 53) Haec desumpta sunt ex chronico quod cum continuatione sub nomine Chron. S. Aegidii Leibnizius edidit. Extat in cod. Mellicensi R. 3.

Aug. 13. 1140. Bellum factum est iuxta castellum Valeia inter ducem Lupoldum et Welfonem. *Novicius*[a].

Oct. 18. 1141. Lupoldus dux et marchio obiit, et frater eius Heinricus successit.

1142. Heinricus marchio duxit uxorem Gerdrudam, viduam ducis Heinrici.

1143. Heinricus marchio ducatum suscepit, et uxor eius Gerdrudis obiit.

1145. *Diaconus.*

1146. 1147. Castrum Bresburc a nostris in dolo capitur[54], et pro pecunia redditur. Ungari ea causa ex utraque parte Danubii terram nostram devastaverunt. Cedes facta est iuxta

Sept. 11. Litha, 3. Idus Septembris. *Ordinatio presbyteratus mei. Hermannus*[b] *abbas primus in Zwetl*

Dec. 28. *obiit 5. Kal. Ianuarii. Ruokerus eligitur*[55].

1147. 1148. Counradus et Loudewicus reges et ceteri principes, episcopi et duces, et magna multitudo populorum Hierusalem pergunt. Counradus episcopus eligitur Patavie.

1149. *Rukerus abbas obiit. Poto eligitur.*

1149. 1150. Counradus rex et Heinricus dux et marchio de Hierusalem redierunt. Fames valida cepit esse per biennium.

1152. Counradus rex obiit; Fridericus ei successit. Greci devastaverunt terram Ungarorum.

1154. Ascalona civitas Sarracenorum a christianis potenter capta est.

1155 1156. Fridericus rex imperator ordinatur. Seditio Romanorum contra papam Adrianum. *Poto abbas obiit; Rapoto eligitur.*

1156. 1157. Heinricus marchie sue dux preficitur, et Heinricus dux Saxonie ducatum Bawarie accipit, 4. Idus Septembris.

1158. 1159. Fridericus imperator Mediolanum subegit. Comes Ekebertus ibidem occiditur. Otto Frisingensis episcopus ad Galliam profectus, ibidem moritur. *Dedicatur monasterium*

1159. *in Zwetl a Chunrado Pataviensi, postea archiepiscopo*[56] *facto.*

1161. *Rudigerus*[c] *abbas eligitur.*

1162. 1164. Mediolanum ab imperatore Friderico destruitur.

1166. Heinricus dux Austrie in Greciam profectus, et filiam suam regi Ungarorum[57] in uxorem dedit.

1167. Mediolanum a Longobardis reconstruitur. Mortalitas magna Rome facta est in exercitu imperatoris, et multi principes mortui sunt. Hainricus dux Austrie in Ungriam profectus, in auxilium eorum adversus Grecos.

1168. Cunradus Salzpurgensis archiepiscopus obiit. Albertus Boemici regis filius eligitur, set ab ipsis postmodum repudiatur.

1169. Seditio inter Patavienses et episcopum Albanum oritur, ac ipse episcopatus honore privatur[d].

1170. Ordinatio subdiaconatus mei.

AUCTARIUM ZWETLENSE.

Annales Mellicenses in codice Zwetlensi n. 255 (A 4.) *aucti sunt additionibus tum ex Hermanni Augiensis, Wipponis, et Ottonis Frisingensis operibus, tum ex annalibus quorum exemplar extat in codice Zwetlensi n.* 102, *desumptis; accedunt alia quorum origo non liquet. Quae quum hic in unum corpus coniuncta edenda essent, superfluum videbatur longiora excerpta, quorum partem Pezius, residua nuper Frastius vulgavit, iterum excudere. Praeterea*

a) *in loco raso.* b) Hermannus — eligitur *postea erasa sunt.* c) R. s. e. *erasa sunt.* d) *haec in fine paginae; sequenti numeri annorum* 1170—1179 *inscripti sunt.* O. s. m. *in summa pagina supra* MCLXX *scripta sunt, nec plane certum est, an manus sit eadem quae praecedentia scripsit.*

54) auctore Boritio. De tempore v. Jaffé, Conrad III. p. 84. 55) De successione abbatum v. Linckii Ann. Claravall. I, 154. 56) Salzburgensi. a. 1164. De hac dedicatione cf. Linckii Annales I, 176. 57) Agnetem, Stephano III.

omisimus ea quae ad antiquiora tempora spectant, et nullius momenti esse videbantur.

1024. (Heinricus imperator 3. Idus Iulii) sine herede in Saxonia (obiit); cuius corpus inde ductum (in Babenberch . . . sepelitur). Wipp. V. Chuonr.

1025. (Chunradus imperator), natione Francus, consilio antecessoris sui cuius tamen semper gratia carebat, uxorem Gisilam de Karolorum genere habens de Limpurch, de qua genuit Heinricum qui sibi successit, (pene annos 15 regnavit. Magna dissensio in regno contra Chunradum efficitur). Heinricus II. invalescente infirmitate *etc. ex Wipponis V. Chunradi.* Otto Fris. VI, 28.

1026. Cui Brunoni Chunradus rex filium suum in tutelam commendavit. Wippo.

1027. Chunradus rex in die sancto pasce a Iohanne papa indictione 10. imperator Rome efficitur et Gisila imperatrix in presentia regis Burgundie Rudolfi, et Chnitonis regis Anglorum, qui cum eo ibi erant.

1028. Cui etiam aliquantulum militans, Campidonensem abbatiam in beneficium accepit, licet contra ius, et ipse ad tutandam patriam honorifice remissus est.

1030. (dux Ernist et Wernharius comes) contra Manegoldum comitem convenientes et invicem acriter pugnantes (occiduntur).

1032. (Rudolfus rex Burgundie) avunculus Gisile imperatricis.

1033. (contra Ottonem petit)-qui regnum Rudolfi eo quod filius sororis sue esset invasit, et castra munitissima ceperat. Qui etiam regnum dimittere noluit, nec tamen regem se ausus est profiteri.

1036. (Nuptie Heinrici regis.) Chnitonis regis Anglorum filiam nomine Chunhildem in reginam consecratam regalibus nuptiis in coniugem duxit.

1037. (et Mediolanensem) Heribertum (archiepiscopum in custodiam misit) et Popponi patriarche Aquilegie et Chuonoi duci Karinthianorum eum custodiendum dedit. (Qui fuga lapsus) dolo cuiusdam sui clerici (cum aliis . . . rebellat).

1039. (Chunradus imperator 2. Nonas Iunii obiit apud Nebdunam (que) et (Spira vocatur); intestina eius in Traiecto in superiori Fresie urbe, reliquum corpus in Spira (sepelitur). Otto Fris. Chron. VI, 32.

1040. (Heinricus III. rex) pius, pacificus, Linea iusticie dictus, (filius Chunradi regnavit annis 19. Heinricus rex Boemie ducem bello petit) Stratizlaum nomine, (sed — potuit). Petrus quoque Ungarie rex eidem duci auxilium contra regem mittit. Wippo. Herm. cod. Gotwic.

1041. (Ungari quendam Ovonem sibi regem eligentes, Petrum regem suum expellunt), qui profugus et exul Heinrici regis cui priori anno rebellaverat, gratiam querit, et invenit. Herm.

1043. (Gisila — obiit) et Spire sepelitur.

1049. Heimburch reedificatur ab Alberto marchione, Gebehardo Ratisponensi episcopo, Chunrado Bawarie duce, cum aliis episcopis et principibus Bawarie.

1050. (Agnes imperatrix) filia Willihelmi Pictaviensis comitis.

1052. Imperator natalem Domini Goslarie agens, hereticos de Manicheorum secta, eum animalium execrantes, cunctorum consensu ne heretica contagio plures inficeret, patibulo suspendi iussit.

1054. Eberhardus Neubergensis[58] episcopus et Willelmus marchio missi[a] a rege Heinrico in Pannoniam ad pacificandum regem Andream cum fratre suo Belone, non valuerunt; sed magis crescente discordia bellum inierunt, magnaque cede hinc inde patrata, Belo fratrem suum Andream regem iam grandevum ignominiose expulit, et ad mortem perduxit, ipsosque legatos custodie tradidit. Fames valida Bawariam, Alemanniam, Franciam, Thoringiam, orientalem Saxoniam occupat. Eberhardus episcopus et Willelmus marchio dimissi a captivitate, redierunt ad propria. Cf Lamb. a 1061.

1058[a] anno Heinricus qui inter reges quartus *etc. ex Ottonis Frisingensis Gestis Friderici imperatoris.*

1061. Adalbertus archiepiscopus pacificatur cum rege adhuc puero et matre Agnete, in Mersburch, in pentecosten. 1070. Mai. 23

1062. (Heinricus rex separatus est a matre sua) hoc faciente Annone Coloniensi archiepiscopo.

1063. (Heinricus rex exercitum movit in Pannoniam, et Salomonem regem constituit) filium Andree regis, quem Belo frater iam a regno cum uxore et filiis nimis pernitiose expulit. Mortuo Belone et filio in fugam lapso (federatisque omnibus, cum summo honore revertitur).

1081. Altmannus episcopus et marchio Liupoldus aliique principes coniurant contra regem. A Mell. cod. Zw.

1085. Synodus Chutelnburch tempore Gregorii VI.[b] habita est, cui prefuit Otto archiepiscopus Ostiensis, contra Guezelonem Moguntinum, dicentem quemlibet rebus suis exspoliatum, quicquid interim peccaverit inpune habiturum, cum ad synodum nec possit vocari, nec lege canonica iudicari.

1086. (Soxtum — Pleicvelt) ubi Hermannus rex occiditur. A. Garst

1087. Aliud bellum iuxta Glicho oppidum inter Heinricum regem et Ekkebertum marchionem. 1088. Dec. 24.

1088. Eclipsis solis facta est[59]. Chunradus filius Heinrici rex constituitur, et patri rebellat. 1087.

a) *manu 2. in loco raso ubi plura scripta erant.* b) *vta codex.*

58) i. e. Nuenburgensis vel Citizensis. 59) Eclipsis fuit Kal. Aug. 1087. Eodem anno Chunradus rex electus, a. 1093. rebellavit.

Otto Fris. VII, 2. 1095. (Expedicio in Ierosolimam.) Dux Gotfridus et alii multi nobilium cum eo.

1104. Heinricus iunior eligitur Patavie in regnum, et patri rebellat. Coloniam ob-
60 sidet[60].

1105. Heinricus rex in ordine imperatorum quartus *etc. ex Ottonis Fris. Gestis Frid. I, 10. 15. 16.*

1106. (Heinricus IV. imperator obiit Idus Augusti), Spire sepelitur. 5

1107. (Heinricus V. regnavit post mortem patris 19 annis), cum annis quos cum patre regnavit 23.

Summa Honorii. 1108. Huius capulus mucronis in Goslarensi oppido in conventu tactus ut cera liquescens evanuit, et pictura clippei eius deleta est, cum tempestas subita et fulgurum ac tonitruum horribilis coruscatio omnes perterruit[a].

Ann. Mell. cod. Zw. 1114. Heinricus imperator Saxones iuxta Welfolt hostiliter invasit, a quibus victus cum paucis evasit.

1116. (Terre motus factus est magnus per universam Theutoniam et Ytalicam terram 3. Non. Ian.) bis, unus 10 post tertium galli cantum, alter die eodem hora quasi 10.

ib. 1118. Ungari iuxta fluvium Litahe nos vastaverunt.

Oil. Fris. Chr. VII, 15. 1125. (Heinricus imperator) qui patrem a regno eiecit (obiit; cui Lotharius in regno succedit). Econtra ab aliis Chunradus eligitur, et ab episcopo Mediolanensium qui eum foverunt consecratur; unde etiam ab Honorio deponitur. Hic Lotharius per omnia progeniem imperatoris Heinrici humiliavit, et ideo Fridericus et Chunradus sororii imperatoris 15

A. M. c. Zw. a. 1126. se sibi opponunt. Nix valida fuit.

1129. Greci et Ungari discordantes apud fluvium Sowe castra metati sunt.

1130. Spira a Lothario rege obsessa traditur.

1131. (Honorius papa obiit. Innocentius successit) per Lotharium. Stephanus rex Ungarie obiit. Bela cecus successit. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit. 20

1133. (Eclypsis — feria 4.) luna 26. Eodem anno Lotharius imperator ordinatus est Laterranis ab Innocentio papa.

Cod. Zw. 1134. Bela cecus rex Ungarorum triumphavit de Polonis, sed in dolo.

1135. Lotharius imperator et dux Fridericus pacificantur Babinberc 15. Kal. Aprilis.

1136. Dedicatum est monasterium Niwinburch ab archiepiscopo C Reinmaro Patavionsi et Romano Gurcensi. Lotharius imperator secundo profectus est in Italiam. 25

1137. (Lotharius imperator victor Rudgerii[a] tyranni de Appulia rediens, moritur in itinere) et reductus in monasterio Lutre, quod in eius proprio fundo situm est, humatur.

1138. *Monasterium virginis gloriose in Czwettla fundatur*[b], *a Chunringariis.* Leupoldus A. M. cod. Zw. marchio duxit uxorem. Filia regis Ungarorum Bele desponsata est filio regis Romanorum. Reinmarus episcopus obiit; Reinbertus eligitur. 30

Cont. Zw. I. 1140. Bellum factum est iuxta castellum Valeia inter ducem Liupoldum et Welfonem.

ib. Cont. Claust. 1142. (Marchio Heinricus Gerdrudam filiam Lotharii imperatoris duxit uxorem) viduam ducis Heinrici; et Saxones pacificantur cum Chunrado rege.

1146. Nobilis dux Heinricus cum rege Ungarorum Geysa apud Litahe nobili bello 35 conflixit.

Cont. Zw. I. 1147. Castrum Prespurch a nostris in dolo capitur, et pro peccunia redditur. Ungari ex utraque parte Danubii terram nostram devastaverunt[61].

1148. (Synodus magna sub Eugenio papa Remis celebratur) contra magistrum Gisilbertum episcopum Pictaviensem.

ib. 1150. 1149. Fames valida duravit per biennium. 40

Otto Fris. Gesta II, 1. 1152. Chunradus egregius rex Romanorum obiit, et Babenberch sepelitur. Itaque universi principes Theutonie et barones Ytalie Frankenvurt coadunati, Fridericum ducem Suevorum, nobilis ducis Friderici filium, in regem elegerunt. Nam id iuris Romani imperii apex habere dicitur, ut non per sanguinis propaginem, sed per principum electionem reges creentur.

Cont. Claust. 1153. Eugenius papa obiit, pro quo Anastasius. Bernhardus Clarevallensis abbas obiit. 45

Cont. Zw. I. 1155. (Fridericus rex Ytaliam) sedicione Romanorum orta contra Adrianum papam (profiscitur)[62].

1157. Fridericus imperator Poloniam obtinuit, et sue ditioni subiecit.

1159. *Consecratum est monasterium virginis Marie in Czwettla*[c]. Adriano papa mortuo 50 scisma ortum est in Romana sede. (Et famosissima civitas Ytalie Mediolanum datis trecentis obsidibus capta est) et pacem fecerunt quam eodem anno infregerunt, ubi (et Ekkebertus comes occisus est).

1160. Mediolanenses contra imperatorem arma sumpserunt; sed castrum Grimma quod ipsis consensit, ab ipso funditus destruitur.

a) Ruggerii *ex correctione.* b) *manu s. XIV. insertum,* a Ch. *manu s. XV.* c) *eadem manu s. XIV. additum.* 55

60) electus a. 1099, anno 1104 Ratisponam secessit; Patavie fuisse nusquam inveni. Coloniam a. 1106. obsedit. 61) Haec eisdem verbis narrantur in Summa Honorii, ubi certo anno non adscribuntur, et in Ann. Admunt. ad a 1123; aliis verbis ab Annalista Saxone ad a. 1107. 61*) Haec a. 1146. ante proelium ibi relatum acciderunt. 62) Haec in continuatione I. male anno 1156 appposita sunt. 60

CONTINUATIO ZWETLENSIS ALTERA.

De ea iam supra p. 482 *diximus. Optimae certe notae est; fontem quippe eius limpidissimum indicant, quae ex eodem uberiori manu hausit Continuator Claustroneoburgensis. Scripta extat in codice Zwetlensi* 255. *saeculi XII. exeuntis, eadem cum praecedentibus manu; in fine lineae fere octo postea erasae sunt.*

1170. Thomas Cantuariensis episcopus martyrio coronatur a rege Anglie. Dec. 29.

1171. Rex Francorum Ludwicus regem Anglie bello vicit[63].

1173. Adalberto archiepiscopo[64] Ratispone iniuste destituto, Heinricus prepositus de[a] 1174.
Perhtersgademe[a] substituitur.

1174. Liupoldus et frater eius Heinricus, filii ducis H. de Austria, arma sumpserunt. Idem Liupoldus eadem die duxit Helenam, sororem Bele regis Avarorum. Fridericus imperator iterum cum expeditione Ytaliam ingressus, civitatem nuper edificatam Alexandriam, quae et Palea dicta, obsedit.

1175. Dux Boemie Zebezlaus, et ministeriales marchionis de Styria cum ipso domino suo Otakaro, adhuc puero, contra ducem Austrie Heinricum conspirant, et coniurati Boemorum fiunt. In vigilia pasche multi nobiles de exercitu imperatoris dum Paleam, que et Apr. 12.
Alexandria, potenter intrare vellent, suffocati miserabiliter interierunt.

1176. Boemi assumptis Ungaris, Polonis[b], Saxonibus coadunati contra ducem Heinricum, terram suam ex parte septemtrionali usque ad Danubium incendio vastaverunt, ecclesias, manubias et predam infinitam deduxerunt. Tunc et multe civitates et ville incendio deflagraverunt. Rursus Boemi, assumptis eisdem coadiutoribus suis, quicquid priori devastationi residuum fuit, desolaverunt, Zwettl conbusserunt.

1177. Heinricus dux Austrie, vir inclite recordationis, divini cultus et cultorum amator, Ian. 13.
obiit. Cui Liupoldus, filius eius maior, successit. Heinricus frater ipsius Richzam, filiam Wazlay[65] regis Boemorum, duxit uxorem. Fridericus filius eius terram[c] patris, quam Ze- 68
bezlaus occupaverat, ab imperatore in Ytalia reinvestitus est. Similiter Liupoldus, filius pii Cf. Cont. Claustr.
ducis Austrie Heinrici, terram patris, quam prius vivo patre de manu imperatoris susceperat, iterum suscepit imperiali investitura coram principibus, iuxta Pesauriam in montanis, ad ca- Febr. 24.
strum quondam[d] Candalare[e] nomine, presente patriarcha Aquilegense Udalrico, archiepiscopo Treverense Arnoldo, episcopo Babenbergense[66], episcopo Pataviense Diepoldo et ceteris. Sinodus Venetiis colligitur, ubi imperator Fridericus et apostolicus Alexander in pa- Iul. 25.
cis unitate conveniunt; ubi Adalbertus archiepiscopus Salzpurgensis destituitur, et Chunradus substituitur, qui Moguntinus prius fuit episcopus. Heinricus etiam per dispensationem ecclesiastice pacis fit episcopus Brixiensis.

1178. Liupoldus dux ultus iniuriam patris, manu forti Moraviam intravit, et civitatem Olmunz obsedit, viciniam totam incendio et predis devastavit. Fridericus imperator de Ytalia rediit. Fridericus dux, expulso duce Zebezlao, sue sedi restituitur.

1179. Fridericus cum Zebezlao pugnans, prius vincitur, post resumptis viribus nobiliter triumphat. Synodus Rome ab Alexandro papa celebratur in pascha[67] Mart.

1180. Heinrico duci Bawarie ducatus eius abiudicantur ab imperatore Friderico. Manuel imperator Grecorum, cum iam fere omnes civitates Ytaliae sibi pecunia adtraxisset, Lombardos etiam[f] contra dominum suum imperatorem Fridericum concitasset, obiit. Palatinus senior Otto ducatum Bawarie suscepit, cui tamen comites et aliqui de liberis hominium facere rennuunt. Otakarus Styrensis nomen marchionis in ducis dignitatem commutavit, et ab imperatore eam suscepit. Marchio Bernhardus dux Saxonie efficitur. Zebezlaus obiit. Imperator Romanorum et rex Ungarie per liberorum suorum contractum utrobique laudatum confederantur.

a) *manu* 2. *additum.* b) *ita* m. 2. *pro* Polanis. c) *ita codex.* d) *an* quoddam? e) *ita correctum est pro* Candelare. f) et *cod.*

63) Hoc falsum est. 64) Salzburgensi. 65) Wladislai. 66) Hermanno. 67) imo in quadragesima.

1181. Alexander papa obiit; cui Lucius, qui et Hubaldus Ostiensis successit. Hainricus, dux prius Bawarie et Saxonie, in potestatem imperatoris Friderici cum omnibus que post magnum dispendium tam honoris quam rerum sustinens habere adhuc potuit, cum munitio-
Dec. nibus et ceteris se reddidit[a] in curia sollempni Erbfordie; multum tamen prius humiliatus,
68 et fines Romani imperii abiuravit. Hermannus dux Karinthie obiit; cuius filius[68], et filius Liupoldi ducis Austrie[69], ducatibus patrum suorum in prefata curia ab imperatore investiuntur.

1182. Liupoldus dux Austrie per Ungariam a Bela rege, et per Greciam ab Alexio, filio Manuelis imperatoris Grecorum, qui patri in regno successerat, honorifice conductus, Ierosolimam vadit. Richza, uxor Heinrici ducis, obiit. Patriarcha Aquilegiensis Udalaricus obiit.
Apr. 19. Andronicus fratruelis imperatoris[69'], et ab ipso de regno Grecorum expulsus, Constantinopolim valida manu Turcorum, cum quibus etiam conversatus nomen christianitatis abnegaverat, cepit, et infinitam multitudinem tam Grecorum quam Latinorum occidit, et sanctuaria prophanavit, principes cecavit, et uxores eorum[c], et in exilium misit. Dux Liupoldus per Apuliam toto anno illo moratus Ierosolimis circa natalem Domini revertitur. Otto Moraviensis fraude Boemorum ducem Fridericum terra sua privare conatur, sed per imperatorem Fridericum est prohibitus. Boemi Wadzlaum, fratrem Zebezlai sediciosi, ad repetendam terram fratris de Ungaria revocant. Rex Ungarie Bela Grecorum castra et civitates in Bulgaria obtinuit.

1183. Lombardi per legatos suos missos de singulis civitatibus ad gratiam imperatoris Friderici, quem prius sepius provocaverant, revertuntur, recognito sibi iure debito. Dux Bawarie Otto obiit. Item rex Ungarie Bela terram Grecorum valida manu vastat. Cristianus cancellarius Moguntinus archiepiscopus in Thuscia obiit[d], et Chunradus illuc revertitur; Al-
1184. bertus etiam[e] sedi Salzpurgensi restituitur. Imperatrix Beatrix obiit, et episcopus Frisingensis Albertus obiit, cui Otto successit; et Petrus Magister vir adprime eruditus obiit[70].

Ian. 2. 1184. Theodora nobilissima ducissa Austrie, uxor pii ducis Heinrici, obiit 4. Nonas
Mai. 20. Ianuarii. Filii imperatoris Friderici arma sumpserunt in pentecosten, rex videlicet H. et dux Suevie Fridericus, Moguntie, ubi dum universi principes imperii convenerunt, sequenti die pentecosten circa vesperas ecclesia mire magnitudinis de lignis composita corruit, et plurimos oppressit; qui repentinus casus aliorum sequentium malorum presagus multos terruit. Subsequenter itaque, dum idem rex Heinricus, filius imperatoris, armis militie indutus ad expeditionem contra Polonos[f] se parans commoveret, et sacramentis sibi faciendis astringeret; subito Erbfordie[g] domus palatii ubi convenerant corruit, et infinita multitudo tam comitum quam liberorum, quam etiam diversarum conditionum hominum cadens, in cloaca que desubtus fuit, miserabiliter interiit, ita quod alii in Gera fluvio, que latrinam transivit, vix inventi sunt; alii etiam in sterquilinio reperti, signis exterioribus vix agniti sunt: inter quos fuit satis commendate virtutis comes Fridericus de Habenberch, et ceteri de quibus referre superfluum[h] estimamus. Vix tamen rex prefatus, et archiepiscopus Moguntinus Chun-
71 radus, et lantgravius Thuringie[71], qui presentes erant, in fenestris muri sedentes, et ad columpnas se applicantes, eidem cladi et ruine superstites remanserunt. Imperator invitatus in Italiam, a Lucio Romano pontifice et Lombardis honeste suscipitur, et filio suo regi Heinrico in Theutonia remanenti cognata regis Siculi[72], datis in arram quadraginta milibus marcarum, desponsatur; ubi etiam ipse et pontifex Romanus hereticos diversarum sectarum, Arnoldinos, Paterinos, Publicanos, Humiliatos pauperes deleverunt[i], et Catzarios pravissimi dogmatis secundum gradus religionis sue, quorum alii Credentes, alii Perfecti nuncupantur, qui totam Ytaliam commaculaverant, persecuntur, et papa eos excommunicavit; imperator vero tam res quam personas ipsorum imperiali banno subiecit. Ibi etiam patriarcha Ieroso-
73 limitanus[73], et magister Hospitalis[74] ac Templi[75] occurrerunt imperatori, petentes ut subveniret ecclesie orientali, quod ipse, precibus istorum et exhortacione summi pontificis inductus, facere promisit.

a) *ita manu 2. pro* dedit. c) *ita codex.* d) *manu 2. additum.* e) *hic* sue *erasum est.* f) polanos *corr.* polonos *cod.* g) *littera* b *erasa est.* h) *manu 2. additum.* i) *ita manu 2. correctum esse videtur pro* deleuit *quod prius scriptum erat.*

68) Udalricus II. 69) Fridericus I. 69') scil. regis, amita Willelmi II. 73) Heraclius. 74) Rogerius de Molinis. 75) Arnoldus de Turri rubea.
Manuelis. 70) Num Cellensis, ep. Carnotensis? 71) Ludowicus V. 72) Constantia, filia Rogerii

1185. Fridericus dux Boemie expulsus, per Liupoldum ducem Austrie, cuius auxilium imploraverat et ad quem confugerat, sue dignitati valida manu restituitur. Chuno episcopus Ratisponensis obiit. Lucius papa obiit, et Hubertus Mediolanensis archiepiscopus, Urbanus dictus, successit; qui marscalcum imperatoris Heinricum excommunicavit, quod quendam de suis denasaverat.

1186. Dux Styrensis omnem hereditatem suam testatus est Liupoldo duci Austrie; imperator etiam terram et ducatum sibi ipsius contradidit. Andronicus, hostis humani generis 1185. et crudelis tyrannus Grecorum, a quodam privato milite de regno eicitur, et singulis membris sigillatim desectis, quasi truncus in furca suspenditur. Qui etiam Ysachius dictus, regnum arripuit.

1187. Saladinus cum multitudine armatorum 5. Nonas Iulii terram Ierusalem ingressus, Iul. 3. occurrente sibi rege[76], episcopis, Templariis, Hospitalariis cum militibus et populo terre, et cruce dominica, que contra hostiles nequicias solebat esse certum tutamen christianorum et contra paganorum incursus desiderata defensio, facta est inter eos congressio; et superata parte nostrorum, capta est crux Domini, captus est et rex, trucidati episcopi, et universi fere aut occisi gladio aut hostilibus manibus deprehensi, ita ut paucissimi per fugam sint elapsi, ipsi quoque Templarii et Hospitalarii in eius occulis decollati. Superato autem exercitu, subsequenter totam terram invaserunt, et universa crudeliter diripiunt. Accon, que et Ptytolomayda, ac deinde Ascalonam, unam de quinque Palestinis nobilissimam urbem [a] ceperunt, non diu in obsidione eius inmorati. Nec adhuc inmanissimus tyrannus crudelitatis sue finem imponens, eodem anno Tyrum, que remanserat ad presidium superstitum christianorum, quam marchio Chunradus de Monte Ferrato cum paucis retinuit, attemptat expugnare. Sed cum se perficere non speraret, transiens inde, adhibitis machinis et variis instrumentorum bellicorum generibus, civitatem Regis regum omnium obsidione circumcinxit. Et quia non tantum ipsa civitas Domini, sed etiam tota terra defensorum caruit, ab eo miserabiliter est Oct. 2. capta, et iuxta vaticinium Ieremie, princeps provinciarum et domina gentium tributaria facta Thren. 1, 1. est. Cuius doloris universalem molestiam et toti mundo lamentabilem sol nuntius tante contricionis et calamitatis, sicut in morte Christi, sic et in captione sue civitatis radios suos abscondens, per subtractionem sui luminis quantum nobis et universo dolendum sit populo christiano de prophanatione locorum, ubi salutem est operatus in medio terre, evidenter intimavit. Capta vero est Ierusalem 6. Nonas Octobris.

1188. Celebrata est curia generalis ab universis christiane fidei cultoribus Moguntie in media quadragesima, dominica *Letare Ierusalem;* ubi non loco imperantis, sed ad subve- Mart. 27. niendum christianitati exhortantis, affuit, non prefuit, imperator Fridericus cum filiis suis, glorioso videlicet rege Romanorum Heinrico, et duce Suevie Friderico; qui etiam cum patre eandem viam aggressus est. Cui etiam vice Gregorii [b] pape, Urbano recenter mortuo, legatus eius H. cardinalis Albanensis, prius Clarevallensis abbas, vir religione et scientia perspicuus, interfuit. Ubi omnes unanimi voto tam principes quam inferiores, zelo recuperande hereditatis Domini et divine karitatis ardore succensi, sigillo dominice passionis insigniti, de via sua disponunt, et a proximo pascha usque ad subsequens se ad viam parant. Non solum autem ex Romano imperio, sed etiam ex aliis regnis, occidentali videlicet Francia et Anglia cum regibus ipsarum terrarum, et universis populis ac nationibus huius expeditionis celeberrima fama ad sumendam crucem universaliter omnes commonuit. Verum inimicus humani generis laudabilis propositi executionem inpedire volens, semina dissensionis inter regem Anglie et Francie seminavit, ita ut causam proprie victorie, victorie Domini, qua contra hostes fidei triumphare debebant, pretulerint.

1189. Imperator Fridericus omnium christianorum causam tractans, curiam sollempnem Mai. 1. Ratispone in Kalendis Mai celebrans, ad divini certaminis conflictum accinctus, dominice expeditionis viam arripit, ibique naves intrans per alveum Danubii usque ad terminos Pannonie procedit. Ubi in disterminio terrarum [c], Austrie scilicet et Ungarie, tentoria sua fixit, aliis navigantibus, aliis per terram procedentibus. Ibidem etiam sanctam pentecosten cele- Mai. 28. briter egit. Fuerunt autem in comitatu eius principes, episcopi Leodiensis[77], Basiliensis[78],

a) *ita codex.* b) gregorii *m. 2 in loco raso.* *Eadem addidit* Urb. rec. *m.* c) *ita m. 2.* terre austrie et *m. 1.*

76) Guidone. 77) Radulfus. 78) Heinricus.

Bisuntinus[79], Missinensis[80], Tulliensis[81], Erbipolensis[82], Ratisponensis[83], Pataviensis[84], et illustris dux Suevie, filius imperatoris F. et eiusdem nominis, dux[a] Meranie[85], et comes Hollandie[86]. De ordine quoque comitum et nobilium ac illustrium virorum innumerabiles. Episcopum autem Monasteriensem[87] et comitem de Nassowe[88], viros prudentes et magni consilii principes, premiserat ad regem Grecorum Ysachium, ad preparandam viam et mercatum, sicut promiserat per cancellarium suum[89], et iuraverat per ipsum Nurinberch in castro imperiali. Idem enim rex Grecorum non per successionem regie propaginis, sed per casum, immo occasum, Andronici tyranni ab ipso occisi regnum adeptus, instabilitatem fortune timuit tanto amplius, quanto ea, qua exaltatus fuerat, deponi verebatur levitate. Et quia hec sollicitudo de singulis investigandis anxium eum fecerat, eundem cancellarium, sicut dictum est, miserat. Nuntii itaque predicti venientes ad regem Grecorum, ab ipso in osculo recepti, licet pacem de omnibus prius, sicut dictum est, per nuntios suos fecisset, et iurasset; capti tamen et incarcerati, et secus reverentiam eorum tractati sunt. Rex etiam Bela Ungarie, gener[90] noviter Grecie regis factus — dubium, an ob reverentiam Romane maiestatis, an ob contracti matrimonii inter alteram filiarum et ducem Suevie post reditum suum vinculum uniendum fecerit, seu etiam celando propositum aliud intenderit — imperatorem magnifice receptum usque ad introitum Bulgarie cum omni comitatu suo in propria persona conduxit. Erat etiam Liupoldus illustris dux Austrie ardentissimo desiderio, ut in hac militia Domini arma contra inimicos crucis Christi cum ceteris principibus ferret, cum tamen recenter inde reversus fuerit. Sed gravis dissensio de terra, quam Styrensis dux, nepos eius Otakarus, elephantica egritudine percussus assignaverat, et coram imperio sibi tradiderat, inter ipsum et eundem regem versabatur de disterminio terre sue; quam imperator summa diligentia conatus, exstirpare non potuit. Ipse vero dux inperterritus ad tuitionem terre sue remanens, sumptus quos ad eandem expendere proposuit viam, in omnium peregrinorum usus distribuit.

CONTINUATIO CREMIFANENSIS.

De codice egimus supra p. 481. *Continuatores inde ab a.* 1139. *alter alterum exceperunt, quatuor, quorum scripta hic segregata proponimus. Res singulae non ipso quo evenerun anno inscriptae sunt, quum continuo et aequali calami ductu unus quisque sua in codicem intulisse videatur, atque collati Annales Admuntenses et Garstenses docent, res annorum* 1183—1189 *ex alio quodam originali, quo et illi usi sunt, excerptas esse. Cremifanensia scriptor secundus, ut videtur, postquam cetera finivit inseruit; ea littera inclinata hic expressa, desunt in codice Annalium Lambacensium, ubi reliqua usque ad a.* 1197. *transscripta extant, verbis passim leviter mutatis.*

1139. Heinricus dux Baioariae communi decreto principum regno pellitur, et Liupaldus orientalis marchio dux pro eo constituitur.

1140. Heinricus dux Baioariae exul in Saxonia moritur[91].

1141. Liupaldus dux ex marchione urbem quandam in occidentali plaga obsedit[92]; sed hostiliter incursatus, et parte militum amissa, fuge consuluit, negocio infecto.

1142. Chounradus rex in Saxoniam expeditionem copiose preparari fecit, sed interventu quorundam episcoporum et principum distulit; in qua profectione Liupaldus dux Baioariae infirmatus obiit[93], pro quo Heinricus frater eius marchio orientalis efficitur. — Hoc[b] anno liber iste scriptus est.

1146. Hoc anno dux Bawariorum et dux[c] Boemiorum[94] omnem pene regionem circa

a) d. m. *add. m.* 2. b) Hoc — est *Lambacenses non habent.* c) *deest in Cremif.*

79) Theodericus. 80) Martinus. 81) Petrus. Isaaco Margareta filia Belae III. desponsa erat. 82) Gotfridus. 83) Chunradus III. 84) Diepoldus. 85) Bertholdus. 86) Florentius. 87) Hermannum. 88) Rupertum. 89) Iohannem Ducam, Dec. 1188. 90) imo socer, nam a. 1140. obsessam. 91) potius 1139. Oct. 22. 92) Phaleiam significat 93) immo a. 1141. Oct. 18. 94) Wladislaus.

Ratisponam incendiis ecclesiarum et villarum devastaverunt. Eodem anno idem dux Heinricus commissa pugna cum rege Ungarorum, utrimque magna strages facta est hominum.

1147. Mirabilis expeditio ex pluribus mundi partibus contra paganos canduit, sed mirabiliter nutu Dei in contrarium cessit, diversis diversa morte defunctis.

1122. *Alrammus abbatia decessit.*

1123. *Hermannus in abbatem eligitur; qui in brevi eliminatur. Adalrammus abbas obiit.*

1125. *Hermannus abbas vita decessit.*

1126. *Oudalricus senior abbas preficitur.*

1131. *Oudalricus iunior successit in Chremesmunstiure*[a]

1138. Regmarus episcopus obiit. Reginbertus eligitur.

1143. Innocentius papa obiit. Caelestinus eligitur[b].

1144. Caelestinus obiit. Lucius qui et Gerhardus eligitur.

1146. *Oudalricus abbas obiit. Adelbertus successit.*

1147. Lucius papa obiit. Eugenius eligitur. Reginbertus episcopus obiit. Chuonradus Patauiensis eligitur. 1145. 1147.

1152. Chuonradus rex obiit. Fridericus fratruelis eius eligitur, nullo resistente.

1153. Eugenius obiit. Anastasius successit.

1154. Anastasius obiit. Adrianus successit.

1155. Fridericus cesar[c] Rome consecratur. Cometes stella[d] visa est.

1156. Fridericus cesar uxorem aliam duxit[95]. 95

1157. Dissensio inter papam et imperatorem oritur.

1158. Fridericus cesar cum multa Teutonicorum manu Mediolanum obpugnans, plurimis acceptis obsidibus, ipsam quoque in dedicionem accepit.

1159. Mediolanenses Friderico caesari rebellant. Adrianus papa defungitur, pro quo duo Rulant scilicet et Octavianus eliguntur, consecrantur, et ab invicem mutuo excommunicati scisma operantur. *Adelbertus abbas obiit.*

1160. Fridericus imperator Crema capta, destructa et cremata, synodum episcoporum Papie convocat, ubi quis in apostolatu suscipiatur, magna disceptatio agitur, sed nihil certi terminatur. *Martinus abbas efficitur.*

1161. Eclypsis lunae facta est 2. Idus Februarii media nocte.

1162. Fridericus Mediolanum capiens, usque ad solum diruit.

1163. Fridericus Moguntiae muros et turres deponit. Multus etiam principum conventus apud Nurinberch ab ipso colligitur; exinde[e] iterum in Longobardiam pacifice proficiscitur. Multa inundatio aquarum hoc anno facta est.

1164. Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus moritur, pro quo Chuonradus Patauiensis palliatur, et pro eo Patavii Ruodpertus intronizatur. Octavianus qui et Victor defungitur, pro quo Guido Cremensis inmantatur. *Martinus*[f] *abbatiam resignat.*

1165. Ruodpertus episcopus obiit. Albo eligitur. *Adelrammus in abbatem eligitur.*

1166. Ordinatio clericorum in Salzpurch, ab archiepiscopo Chuonrado. Hoc anno grando horribilis facta est in quadam parte caeli octavo[g] Kal. Iulii. in qua lapides ad magnitudinem ovi anserini et eo amplius ceciderunt.

1168. Chuonradus archiepiscopus obiit. Adelbertus Boemi filius[96] ab omnibus eligitur, et a patriarcha Aquilegensi Oudalrico 1169[h] consecratur. Pallio ab Alexandro papa recepto investitur, unde a Friderico augusto sede et rebus privatur, et diu exulare cogitur. Multi principum mirabiliter Romae subito interierunt, Rotunburgensis Fridericus[i] dux[i] Sweviae[i], iunior Welfo, episcopus Coloniae Reginoldus[i], et alii quam plures. Paschalis Gwido scismaticus Romam introducitur cum innumera cede hominum. 96 1167.

1169. Albo Pataviensis[k] electus contumeliose incriminatus ab episcopatu abigitur[l].

1170. Heinricus Spirensis prepositus subrogatur sedi[m] Patauiensi, sed a maiori parte prelatorum et cleri graviter ei resistitur.

a) in C. *superscr. eadem manu.* b) successit *Lamb.* c) *deest in cod. Cremif.* d) *deest in Lamb.* e) exin *Lamb.* f) *his verbis 3 vel 4 erasa sunt.* g) VII. *Lamb.* h) *deest Lamb.; superscriptum est in Cremif.* i) *superscripta in Cremif.* k) P. e. c. i. *desunt Lamb.* l) eicitur *Lamb.* m) sedi — resistitur *desunt Lamb.*

95) Beatricem filiam Reinoldi comitis Burgundiae, repudiata Adelheide. 96) scil. Wladislai regis.

97 1172. Heinricus Pataviensis electus sponte abdicavit ipsam sedem[97], pro quo Diepaldus frater ipsius a choro sub presentia augusti eligitur, et a prelatis omnibus suscipitur; in episcopum a tribus episcopis, hoc est Prixinensi[98], Ratisponensi[99], Frisingensi[1], consecratur. Cometes visa est. Heinricus dux Bawariae[a] et duo palatini Ierusalem tendunt. Heinricus dux[2] contra regnum iurat.

1173. Hiemps valida. Circulus sanguineus circa lunam, et cruces visae sunt. Danubius mense Februario, nat rali meatu obcluso glatie rupta exundans, in utraque sui ripa insudita strage homines, villas, iumenta consumit. *Adelrammus deponitur. Oudalricus Garstensis prior abbas efficitur.*

3 1176. Magna gwerra fit inter ducem Austriae, et Boemiae[3], unde omnis regio trans Danubium utpote sui iuris a Boemi[b] exercitu valido invaditur; exercitus ducis Austriae[c] terrore pellitur, omnis regio incendiis et depredationibus bifarie consumitur, innumera multitudo captivatur.

1177. Hoc[4] anno[d] dominus papa Alexander et imperator Fridericus pacificantur.

Scismate cessante, sit laus tibi gloria Christe.

Dux Austriae Heinricus de equo corruit, et[e] equo desuper lapso fracto pede infirmatus aliIan. 13. quantulum, hominem exuit. Filius eius Liupoldus ducatum suscepit. Adelbertus Boemus[f] pro bono pacis ab apostolico deponitur, Chuonrado Mogontino succedente.

1179. Heinricus dux Saxoniae Maideburgensem[4], Coloniensem[5], Halberstatensem, sibi cum maioribus terrae rebellantes, incendiis et preliis diversis vastat; ubi episcopalis ecclesia Halberstatensis cum clericis inibi latitantibus improvise a Sclavis crematur, episcopus Oudalricus capitur, vinculatur. Pugna ab eodem Heinrico cum lantgraviis[6] et aliis imperii fautoribus committitur, et eisdem melioribusque multis captis victoria potitur.

1180. Heinricus dux Saxo[g] communicato consilio principum ab imperatore Friderico ducatibus Bawariae et Saxoniae privatur, pro quo palatinus Otto senior Bawariae, Bernhardus comes Saxoniae preficiuntur. Styrensis etiam marchio Odoacer mutuato[h] antiquitatis
7 nomine dux appellari gloriatur[7].

1181. Ad laudem nominis Dei, hoc anno in metropolitana ecclesia Salzpurge signis et prodigiis diversis claruerunt Virgilius, Eberhardus, Haertwicus, archiepiscopi, et apud Sanctum Petrum sanctus Vitalis. Pataviensis ecclesia matronalis cum tota pene civitate incendio familiari consumitur. Grando horribilis et momentanea 3. Idus Iunii innumeras regiones devastat. Alexander papa moritur. Lucius qui et Huobaldus substituitur.

1182. Hoc[i] anno[i] dux Austriae, pater patriae, Liupoldus nomine, cum multis sibi iunctis[k] versus Constantinopolim Iehrusalem tendit[l]. *In reditu vero felicis memoriae abbas noster dominus Oudalricus apud Akkaron moritur, et sepelitur, calice aureo et cruce cum reliquiis ad honorem S. AGAPITI remissis.* Inundationes variae[m].

---

cl. Cont. Adm. 1183.[n] Otto dux Bawariae obiit, *cui[o] filius eius Ludewicus successit.* Heinricus iunior rex Anglorum obiit. Kristianus Moguntinus arciepiscopus obiit. Chunradus Salzburgensis qui primitus ibi fuerat succedit, et[p] Albertus Salzburgensem ecclesiam unde[q] pulsus fuerat recepit. Hiemps asperrima eodem anno.

ib. 1184. Curia magna Moguntiae a Friderico[r] imperatore celebratur, ubi duo filii ipsius accincti sunt gladio, Heinricus rex et Fridericus Sweviae dux. Apud Erfurdiam 5 comites[s] nobiles in secessum antiquae cloacae cadentes de cancellis miserabiliter submersi sunt. Imperator Fridericus sexto Italiam ingreditur, et cum[t] papa Lucio Verone habuit colloquium.

a) *suprascriptum in Crem.* b) Boemo *Crem. ex corr.* c) A. pellitur. eadem *r. Lamb.* d) *desunt Lamb. quorum codex autographus hic incipit.* e) c. fractoque p. i. *Lamb. In Crem. haec in loco raso scripta sunt.* f) archiepiscopus Salzburge *add. Lamb.* g) *supersc. Crem.* Saxonię *Lamb.* h) *ita uterque codex.* i) *desunt Lamb.* k) coniunctis *Lamb.* l) tendit — narię *plane eodem calami ductu scripta sunt cum abbatum successione supra inserta.* m) hoc anno *add. Lamb.* n) *Ad a.* 1183—1186 *in cod. Crem. prius alia scripta erant, eadem ni fallor manu cum a.* 1187. 1188; *quibus erasis alter sua inscripsit.* o) cui f. e. L. s. *postea additi sunt, et desunt in Lambacensibus.* p) dominus *add. Lamb.* q) u. p. f. *et* H. s. e. s. *desunt Lamb.* r) M. habita u. d. f. imperatoria rex et dux s. s. g. Apud Erpfurt 5 c. in secessu mis. s. s. *Lamb.* s) et duo *supplendum videtur ex Ann. Admuntensibus.* t) domino *Lamb.*

97) Anno 1171 abdicasse, habet Chron. Reichersbergense. 98) Heinrico. 99) Conrado II. 1) Adalberto. 2) Austriae, qui Adalberto archiepiscopo adhaerebat. 3) Sobeslaum II. 4) Wichmannum. 5) Philippum. 6) Ludwico et Hermanno, apud Weissensee, vere a. 1180. 7) *Styrensis — gloriatur* eisdem verbis apud Hermannum Altahensem legimus.

Beatrix imperatrix obiit. Albertus bonae memoriae Frisingensis episcopus obiit, pro quo Otto eligitur.

1185. Lucius papa obiit, pro quo Urbanus. Andronicus tyrannus Grecie occubuit[a].

1187. Cum Salvatoris venientis transit ab horis
Annus millenus centenus et octuagenus
Septimus, in fine Iulii, vincis Salatine,
Et servit fano Ierosolima capta profano[b].

Urbanus[c] papa obiit, cui Gregorius qui et Albertus successit. Sed consummatis 8 ebdomadis et is obiit, cui Clemens[d] successit. Hoc in anno flebili scilicet[e] principio Sabladinus[f] rex Sarracenorum terram Ierosolimitanam omnibus pene christianis occisis occupat, sancta cruce abducta et rege captivato. Eclypsis solis facta est in meridie, et stellae visae sunt. cf. Cont. Adm. et Garst. Sept. 4.

1188. Facta est dissensio inter populum Grecorum, Andronico occiso Antonio substituto[g]. 8

1189.[s] Expeditio valida[h] et spiritu Dei ordinata, versus Greciam et Iherosolimam a Friderico imperatore glorioso, terra marique est inchoata. Otto Babenbergensis episcopus sanctus declaratur, et digne apostolica concessione corpus[i] eius de tumulo levatum transfertur. Isinticus Admuntensis[k] in supradicta[l] expeditione obiit, sepultus in silva Bulgariae. cf. Cont. Garst.

1190. Fridericus imperator cum omni exercitu sanctae crucis ab Andranopoli[m] civitate Greciae ubi hiemaverant felici transitu feria secunda in ebdomada paschali brachio[n] S. Georii commeant, et versus Yconium et Anthyochiam properant, ibique incommodum estatis declinant, summa et firmissima amicicia inter imperatorem Romaniae Ysaac nomine et ipsum imperatorem Romanum Fridericum sapienter composita. Dux etiam Austriae L. cum multis iterato Ierosolimam versus Venetiam tendit. Rex etiam Apuliae Wilelmus[o] hominem exuit[p], pro quo diversi regnare certant, ut heredes regni. Imperator Fridericus cum exercitu predicto[q] post innumera viarum aspera et famis inauditae discrimina apud Yconium viriliter contra Sarracenos dimicavit, et feliciter triumphavit, et eandem civitatem multa strage hominum vastavit. Unde progressus, fluvio cuidam refrigerandi gratia applicuit, et die dominico, id est 4. Idus Iunii, sapiens insipienter natando, prodigialiter proh dolor! finem regno vitaeque dedit. Post cuius obitum[r] exercitus exicialiter turbatur, dispergitur, et eius nutu cuius iudicia sunt abyssus multa, tanta mortalitas eundem exercitum tum in principibus, tum in mediocribus deminuit, ut vix tercia pars ad[s] Akars pervenerit. Ibi etiam infiniti[t] pro Domino peregrinantes perierunt. Diepoldus episcopus Pataviae obiit. Gotfridus episcopus Wirzburgensis obiit. Heinricus rex filius imperatoris F. exercitum in Apuliam movit, quia ex coniuge sua[10], nepte videlicet Willelmi, idem regnum sibi subesse debebit. Iun. 10. 10 8

1191. Eclypsis[u] solis facta est, 9. Kal. Iulii, circa horam nonam. Wolfkerus episcopus Pataviae eligitur, vir[v] in divino peritus eloquio. Clemens papa obiit. Celestinus qui[w] et Iacinctus substituitur, a quo Heinricus imperator et uxor eius coronantur[x]. Exinde contra[y] Apuliam collecto exercitu properant, sed in vanum laborant. Nam exercitus Dei permissione percellitur maxima mortalitate, vix paucissimis remanentibus et hiadem pedes repatriantibus, regina tamen captivata, et ibidem confuse[z] relicta. Rex etiam Anglorum Richardus[a] valida manu armatorum et innumera classe et murorum extructura cum rege Franciae et comite Ap. 15.

a) *post haec in Cremif. ad a.* 1186 *quaedam scripta erant, quae nunc erasa sunt, pluro eis quae Ann. Lamb. hic exhibent (v. Auctarium) et diverso ut videtur a relatione quam Ann. Admunt. hic habent.* b) pagano *Lamb. ubi haec in margine manu alia scripta sunt.* c) Urbanus — subsituto *in Cremif. manu alia, antiquiore, scripta sunt.* d) *in cod. Cremif. manus alia subaequalis adscripsit:* Prenestinus episcopus et sedit annos 3. Cui Celestinus successit et sedit annos 11. *Et infra, ante alterum scribam:* 1190. Fridericus imperator obiit in expeditione, sub Clemente papa, hic sedit annos 4. — 1191. Filius eius Heinricus VI. a Celestino papa coronatur. — 1198. Celestinus papa obiit. Innocentius subrogatur. Heinricus V. imperator obiit. e) *deest Lamb.* f) *in Crem. littera b erasa est.* g) *Abhinc in Lamb. alia manus paryit.* h) E. glorioso a F. i. contra paganos ordinatur. *Lamb.* Expedicio — inchoata *in Crem. manu eadem cum priori continuatione scripta sunt.* i) c. o. de t. l. *desunt Lamb.* k) abbas Admuont *Lamb.* l) *deest Lamb. ut et sep. in s. B.* m) Andriosopoli ubi *Lamb.* n) brachium *Lamb.* o) Willelm *Lamb.* p) c. sanctae crucis post *Lamb.* q) c. omni seculo lamentabilem mortem e. *Lamb.* r) versus Akkaron devenerit *Lamb.* s) infinita turba peregrinantium deperiit *Lamb.* t) Eclypsis — nonam *in margine scripta sunt in cod. Lamb.* u) vir in d. p e. *desunt Lamb.* v) qui et I. *in marg. Lamb. desunt Crem.* w) *abhinc alia manus paryit in cod. Lamb.* x) *deest Lamb.* y) confusive *Lamb.* z) *deest Lamb.*

8) Andronicus, ut supra recte retulit, a. 1185 occisus est; successor Isaac Angelus a. 1195 per Alexium fratrem interfectus est. 9) Obiit 1189. Nov. 18. 10) Constantia, amita Willelmi.

11 Flandrensi[11] versus Akkaron tendit. Hac in via Cyprum obsedit, debellavit, ducem[12] captivavit, et predictam insulam dominio suo mancipavit[a]. Akkaron quoque iam triennio[b] a Sarracenis occupatam, in manu forti expugnavit et eruit, et magnam cedem[c] Turcorum tum decollando, tum in[d] mari[d] submergendo patravit. Ascolonam etiam[d] civitatem[e] fugatis
Ian. 1. Turcis occupavit. Comes ibi[d] Flandrensis feliciter obiit[e]. Unde rex Galliae aliquos de exercitu suo armata[f] manu ad expugnandos Sarracenos vice[d] sua[d] reliquit, et ipse cum suis omnibus rem publicam ordinaturus suae gentis repatriavit.

1192. Richardus[g] rex Anglicus devicta Akkaron et aliis triumphi titulis elatus copiosa multitudine navium, armorum et thesauri[h] insignitus, quia non Deo sed suis viribus queque circa se fortunata asscripsit, dum transfretando repatriare[i] disposuit, ab eo qui est mirabilis in altis Dominus mirabilia circa se et suos fieri formidolose pertulit. Nam cum[k] omni substantia sua brevi sub hora periclitatur, et flatu inmiti[l] ventorum in diversas insulas et regiones dissipatur[m], ab uxore et karissimis suis separatus, in modica galêa, non regia via sed cancrizando versus Aquilegiam cum paucissimis est adpulsus, indeque nunc pedes, nunc eques, isdem comitibus suis partim captis, partim occisis, in civitatem[n] Austriae Wiennam dictam latitando ignarus ducitur, et ab ipso duce regionis L. comprehenditur[o]. Huic mira-
13 bili eventu aliud[p] lamentabile factum sequitur. Episcopus Leodicensis[13] sacerdos laudabilis a familiaribus imperatoris Heinrici, dum pro domo Domini zelo iusticiae inflammatur, amiciciam simulando, fraudulenter occiditur. Dux Austriae L. collecto grandi exercitu, comitem[q]
Nov. 22. Heinricum de Ortenperch persequitur, et maximam cladem nostre provincie intulit, non solum inimicos, sed et amicos, preda, rapina, incendio, tum monasteria et[r] ecclesias depopulatur, et[s] eundem licet invitum suo dominio subegit. Sabladinus[t] inimicus crucis a canibus suis, idest Turcis, iusto Dei iudicio occiditur, et filius suus[u] Norindin se principem Hyerosolymorum potestative gloriatur.

1193. Rex Angliae[v] Richardus prefatus in captivitatem imperatoris traditur a duce Austriae Liupoldo, in curia Ratispone celebrata[v]. Hoc[w] anno 9. Kal. Iulii ventus turbinis et grandinis urens ab aquilone hora nona ruit, et in satis et arboribus quaeque utilia penè[x] comminuit.

1194. Rex Angliae repatriat datis obsidibus imperatori Heinrico[y], et grandi copia argenti. Danubius in Austria glaciali molestia versus Niwenburch[z] ebullit, et meatum suum longius vagando relinquens, homines cum villis mergendo adnichilavit. Eadem quoque regio mirabili incendio in civitatibus et opidis et villis et uredine in agris longius late rara annona consumendo depauperatur[*]. Inundationes tribus vicibus magnae[a] et intolerabiles atque insolitae omnes pene regiones, villas et circumpositas domos demoliendo occupaverunt. Imperator Heinricus iterum[b] versus Apuliam properat, ubi occupatis diversis civitatibus et oppidis, feliciter triumphat.

1195. Liupoldus[c] dux Austriae Styriaeque infra ebdomadam natalis Domini super induratam glacie terram inprovise cursitando et superbe, cadente super collem duriter gaballo,
(1194.) lapso pede et confracto, instante mortis articulo monachus grisei habitus efficitur, et ita in
Dec. 31. brevi vita privatur. Ducatus Austriae filio suo seniori Friderico[d] potestative cedit, ducatus vero Styriae fratri suo Liupoldo[e] obedit[f]. Obsides etiam regis Angliae ex predicto eventu relaxantur, et grande pondus male exactae pecuniae remittitur. Imperator Heinricus iterum Apuliam adiit, et pene sine armis triumphat feliciter, Palernum[g], Syciliam, Galabriam, Salernum, Neapolym et reliqua oppida circa maritima, Willelmi ditioni subdita, occupat, et

a) s. d. subegit *Lamb.* b) tribus annis *Lamb.* c) stragem *Lamb.* d) *deest Lamb.* e) in Domino migravit *Lamb.* f) armatos ad *Lamb.* g) *deest Lamb.* h) thesaurorum *Lamb.* i) glorioso *add. Lamb.* k) Nam illa copiosa multitudo navium honusta valida manu armatorum et variabili suppellectili diversarum rerum sub b. h. *Lamb.* l) flamine v. *Lamb.* m) d. et idem rex qui vertice sydera tangere credebatur *(ita Cont. Lamb. etiam ad a. 1211.)*, in tantum humiliatus deicitur ut ab *Lamb.* n) metropolim A. Wiênae *Lamb.* o) L. quod dictu lamentabile est c. *Lamb.* p) *deest Lamb.* q) dum c. H. de O. p. non a. *Lamb.* r) tum *Lamb.* s) et — subegit *desunt Lamb.* t) Saladinus *Crem. In cod. Lamb. haec in margine scripta sunt, manu eadem.* u) eius *Lamb.* v) R. Anglicus in c. i. t. a d. A. L. *Lamb. ubi haec in loco raso scripta sunt, 2 versus loco trium, quorum ultimus fuit:* multis suę regionis versus hierosolymam ire parat. *Ista prius in margine scripta erant, ubi iam erasa sunt.* w) Anno presenti *Lamb.* x) p. ad plenum c. *Lamb.* y) *deest Lamb.* z) Newenburch *Lamb.* *) depauperat *Crem.* a) v. int. et ins. *Lamb.* b) *deest Lamb.* c) *Lamb. brevius:* L. d. A. et S. lapso pede et c. mon. eff. et in b. v. p. et d. A. d) domno F. *Lamb.* e) domno L. *Lamb.* f) *in marg. Lamb. quaedam erasa sunt.* g) et P. *Lamb.*

11) Philippo. 12) Ysaac Comnenum. 13) Albertus.

galiottam potentem[a] nomine Margaritum aliosque potentes insulanos comprehendit et secum abduxit, thesaurum[b] infinitum in[c] auro et argento ibi conquisivit. Inundationes iterum[d] diversae, et intemperies aeris totum pene orbem vexat. Rex Greciae cecatur; filius eius occiditur. Imperialis[e] curia apud Warmze celebratur, ubi ut credimus divina ordina- Nov.
tione iterum expeditio Hierosolymitana, et multitudo signatorum non modica, permaxime tamen principum, gloriose ordinatur. Sterilitas agrorum ubique[e] terrarum.

1198. In diversis regionibus turba signatorum Dei gratia multiplicatur. Rex Ungariae Bela[f] nomine[f], homo bonae[f] relligionis et pacis, moritur in[f] pasca[f]. Otto episcopus Paben- Apr. 18.
bergensis obiit, cui quidam Tiemo[g] successit. Dux Sueviae Chunradus miserabiliter[h] obiit, Mai. 2. Aug. 15.
cui frater eius[i] Phylippus successit. Albertus[k] metropolitanus episcopus Hallenses[14] homines divino et humano iuri contumaciter[l] rebelles, pugna[m] et incendio atroci humiliavit, salinas[n] et oppidum cum domibus dissipavit. Apud Karinthiam circa[o] Libnix turmae locustarum, magnitudine[p] similes passeribus, apparuerunt, et queque sata et utilia, etiam in arboribus consumpserunt. Rara annona et sterilitas magna in diversis mundi partibus.

1197. Hoc[q] anno[q] in mense Februario et Martio turbines ventorum maximi[q] et inundationes et hominum infirmitates et pestilentiae efferbuerunt. Multitudo innumera signatorum versus Apuliam ibidem stagnum[r] transituri convenerunt;

Codex Lambacensis.

inter quos episcopus Pataviensis Wolfkerus crucifixum sequi cupiens crucem sibi cum aliis multis tam clericis quam laicis affixit, et versus Hierosolimam tendit.

Codex Cremifanensis.

quorum maior pars carens sumptibus necessariis, eodem anno, vel[s] statim[s] repatriant. Due etiam naves de Brundusio remigantes et bene peregrinantibus onustae proh dolor! submersae sunt, ex nimio tempestatis turbine paucis mortem evadentibus. Inter quos duo abbates, Werdensis et Piurensis, submerguntur, et alii quam plures nobiles, et hoc in ebdomada pascae feria quarta. Apr. 9.
Arciepiscopus C. Maguntiensis, Manegoldus abbas Chremsmunsterensis, cum parte magna crucifixorum mare transituri, secus[t] Apuliam[t] conveniunt. Quos Wolfkerus episcopus et dux Austrie Fridericus cum aliis pluribus tam clericis quam laicis secuntur versus Ierosolimam etiam tendentes.

1183. Manegoldus abbas efficitur.

1204. Locus[u] iste tam in ecclesiis, quam aliis aedificiis, igne familiari pene totus absumitur.

1206. Manegoldus[v] abbas istius ecclesiae in episcopatum[w] Pataviensem eligitur, in quo sedit annis 10. Chunradus abbas Sitanstetensis in abbatem eligitur.

1207. Ecclesia ista in quibusdam edifficiis igne secundo crematur.

1209. Chunradus abbas deponitur, pro quo dominus Ruodolfus iunior frater noster eligitur.

1215. Manegoldus episcopus apud Wiennam moritur, post cuius mortem de electione episcopi grandis disceptatio habetur. Innocentius papa synodum magnam Romae celebravit[x]. Uodalricus episcopus Pataviensis apud Everdinge eligitur, sed ab omni populo Pataviensi et quibusdam canonicis ei resistitur, donec ab apostolico et rege gloriose in episcopatu firmatur.

1216. Hoc anno Uodalricus episcopus ab Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo in sacerdotem et episcopum consecratur, et lis quae a plebe Pataviensi adversus eum habebatur, apud Everdinge multis ibidem principibus convenientibus terminatur. Innocentius papa anno pontificatus sui 19. moritur. Honorius subrogatur.

a) g. n. Margaritam potentem in mari a. *Lamb.* b) et th. *Lamb.* c) in a. et a. i. *deest Lamb.* d) *deest Lamb.* d*) *sequentia in cod. Lamb. in margine scripta sunt.* e) et ubique *Crem.* f) *deest Lamb.* g) cui Tiemo episcopus s. *Lamb.* h) Ch. frater imperatoris mirabiliter et m. *Lamb.* i) suus *Lamb.* k) Dominus A. archiepiscopus Salzpurgensis homines in Helle d. *Lamb.* l) *deest Lamb.* m) r. fugando hum. *Lamb.* n) et sal. *Lamb.* o) K. in aliquibus finibus *et supercr.* Libnitze, t. *Lamb.* p) magnitudinem pretendentes passerum *Lamb.* q) *deest Lamb.* r) mare *Lamb.* s) *paulo post addidum.* t) *in margine adiectum.* u) Locus — absumitur *manu alia sed aequali.* v) *hic quaedam prius scripta erasa sunt.* w) *ita codex.* x) *atramento mutato perpii.*

14) i. e. Reichenhallenses.

AUCTARIUM CREMIFANENSE.

Sigimari, ut creditur[15]*, qui ineunte saec. XIV. cellerarii munere in Chremsmunster functus est, additiones ad Annales Cremifanenses inter fontes huius periodi locum sibi vindicare vix poterant. Tamen non omnino spernendae videbantur, nam de rebus domesticis quaedam servavit scitu digna, et quae de antiquis Pataviensium episcopis et de successione ducum Bavariae narrat, in Bernardi Norici opuscula, indeque in pleraque posteriorum scripta transiisse videntur. Reliqua ab Einhardo, Martino Polono aliisque mutatus est. Damus ea, ut codici inscripta sunt, minime eodem omnia tempore; nam velut in adversaria modo hoc modo illud retulit, non raro secum pugnantia. Aliqua tamen nullius momenti, ut seriem priorum pontificum Romanorum, hic omisimus.*

249. Is Philippus caesar Pannonie superioris fuit et inferioris ac Mesiarum. Qui archyepiscopatum Laureacensem exaltavit.

268. Eucherius Laureacensis archyepiscopus sedit; qui concilio Sardicensi interfuit.

283. Beatus Maximilianus Laureacensis archyepiscopus a Numeriano martirizatur apud urbem Celeiam.

287. Hoc tempore martirizatus est beatus Mauricius cum sociis suis, sub Marcellino papa, et sanctus Vincencius levita martir. Item apud Laureacum sanctus Florianus cum aliis martirio coronatur.

308. (Quirinus episcopus) Laureacensis, frater Philippi iunioris, sub Dyocleciano; quia nondum fuit mortuus licet non in honore[a] imperii.

400. Sanctus Constancius archyepiscopus Laureacensis, et sanctus Severinus confessor. De hoc legitur quod ante missam integre psalterium legit: quod Celestinus papa constituit.

A. Salsb. 508. Gens Noricorum et Wawarorum duce Theodone I. Romanis electis ad proprias sedes revertitur, et Patavia reficitur destructa. Hoc tempore floruit sanctus Severinus confessor apud Noricum, et sanctus Constancius episcopus apud Laureacum. Ante[b] scilicet 400 l.

518. [Erchenfridus episcopus sedit Patavie[c].]

ib. 520. Romanus exercitus apud Oetinge a Wawaris prosternitur.

V. S. Rup. 524. Sanctus Rudbertus ex regali Francorum prosapia ortus, in Wormacia fit antistes: qui Theodonem ducem Wawarie cum multis proceribus baptizavit. Hic sanctus apud Iuvaviam episcopatum fieri procuravit. Hic etiam apud Lauriacum sancte Marie ecclesiam consecravit.

537. Theodo I. dux primus Wawarie obiit. Udo successit filius eius.

565. Udo I. dux secundus Wawarie obiit. Theodobaldus successit.

567. Gerwaldus ducatum Wawarie occupat.

A. Salsb. 580. Hildbertus (vel[d] Sigbertus[d]) filius Clodovei (vel[d] Lotharii[d]) rex Francorum Tassilonem I. Wawarie prefecit, Gerwaldo electo.

598. Erchenfridus archyepiscopus[e] Laureacensem et Patauiensem ecclesias[f] rexit; cuius tempore beatus Rudbertus Wawariam venit.

ib. 600. 599. Gerwaldus iterum regnum Wawarie occupavit.

ib. 601. 600. Otarius rex Longobardorum huius Gerwaldi regis filiam Theodelindam accepit uxorem. Hec fuit beatissima et religiose christiana, que ecclesias construxit, et sanctum Iohannem baptistam patronum habuit. Habuit quoque fratrem Gundoaldum regem Longobardorum, qui fuit avus Chuniberti regis Longobardorum. Isti Chuniberto contigit res miranda de musca[16].

614. Tassilo I. iterum rex Wawarie efficitur.

615. Vilo Romanus archyepiscopus sedit Laureaci — 45 annis sedit[g] — ante quem et sub quo Erchenfredus sedit apud Pataviam. Huius tempore Iuvavie conceditur habitare sanctus Rudbertus, a principibus Francorum et Wawarorum.

624. Otacherus episcopus sedit Patavie.

649. Tassilo I. rex Wawarie centenarius obiit.

650. Grimoaldus dux Wawarie constituitur a regibus Francie, scilicet Dagoberto et Heriberto. Sub hoc duce Dagobertus rex Francorum dedit leges Wawaris quibus imperavit.

660. Bruno archyepiscopus Laureacensem et Patauiensem ecclesias rexit, 23 annis[h].

687. Circa hec tempora sub Conone papa sanctus Kylianus martirizatur.

693. Sanctus Kylianus apud Wirzburch martirio coronatur.

696. Theodo II. dux Wawarie per reges Francorum efficitur.

a) vel negocio *superscriptum*. b) *postea additum*. c) *manu saec. XV.* d) *superscripta*. e) archy *et* Laur. et *deleta sunt*. f) *correxit* ecclesiam. g) *haec eadem manu superscripta sunt, et* ante — Patauiam *alia vice adscripta*. h) 23 *a. postea additusse videtur*.

15) Vide supra p. 481. 16) Paulus Diac. VI, 7.

698. Theodorus Laureacensis et Pataviensis archiepiscopus, 23 annis.

706. (Adelhelmus episcopus.) Hic forte est qui infra ponitur esse archiepiscopus Laureacensis Antelmus. Sanctus Lambertus sub Leone III. papa et Iustiniano II. imperatore a Ebroino[a] principe Pippini I. regis Francorum occiditur. Hiis etiam temporibus sanctus Emmerammus episcopus apud Ratisponam martirio coronatur, sub Theodone duce qui in legenda eius dicitur Dieto.

717. Theodo II. dux Wawarie obiit. Theobaldus et Grimoaldus filii eius sibi succedunt.

719. Hiis temporibus floruit sanctus Corbinianus episcopus in Frisinga sub Gregorio II. papa et Theodoaldo et Grimoaldo ducibus.

722. Wivilo Laureacensis et Pataviensis archyepiscopus sedit sub Gregorio II. et III. et Zacharia papis; cuius corpus Utilo dux Wawarie in Pataviam transtulit a Laureaco.

Ann. Salzb.

723. Grimoaldus obiit. Hagwertus successit. ib. 739.

740. Hagwertus obiit. Odilo successit.

741. Pippinus II. et Karlomannus I. reges Francorum cum Odilone duce Wawarie pugnantes vicerunt. Udilo dux cepit construere monasterium Altahense[b]. ib. 741.

742. Hoc tempore vel[c] anno[c] natus est Tassilo II. dux Wawarie.

743. Pippinus et Karlomannus iterum pugnant cum Odilone ad Lech.

745. Sedonius Laureacensis et Pataviensis archyepiscopus.

746. (a S. Bonifacio ordinatur.) Qui Wawarie provinciam in 4 parrochias vel episcopatus divisit, quod Gregorius III. et Zacharias papa confirmaverunt.

748. (Pippinus Tassilonem sororis suae filium Baioariae ducem post Odilonem fecit) expulso frare suo Grifone qui Wawariam occupaverat. Huius Tassilonis avi ex matre scilicet Karoli I. soror fuit sancta Gerdrudis.

755. Antelmus Laureacensis et Pataviensis archyepiscopus.

756. Tassilo II. hominium Pippino II. regi Francorum fecit, presentibus legatis Constantini imperatoris. A. Salzb. Xieb.

765. Odilo dux Wawarie pater Tassilonis II. obiit. Wiscarius Laureacensis et Pataviensis archyepiscopus. A. Salzb.

766. (Pippinus) II. (rex) Tassilonem II. sororium suum Wawarie prefecit et ipse (Parisius indictione 6. moritur ac sepelitur) 8. Kal. Octobris. ib. Xieb.

772. Tassilo II. dux Karinthiam subicit. Theodo filius Tassilonis II. ducis Wawarie ab Adriano papa baptizatur. Adrianus I. papa sedit annis 23. A. Salzb.

775. Waldaricus arcyepiscopus Laureacensis et Pataviensis. Sanctus Virgilius Salzpurgensis.

777. Tassilo[d] II. filius amite Karoli magni dux monasterium Chremsmunster in honore sancti Salvatoris construere cepit indictione prima, anno ducatus sui 30, et dedit nobis primus privilegium. Uxor Tassilonis Liupirgis dicitur.

778. Fater abbas primus prefuit.

782. Hoc anno confirmatur nostre ecclesie fundacio atque dotes a Karolo imperatore, petente Waldarico episcopo Pataviensi.

785. Tassilo dux Wawarie misit Arn iam episcopum Salzburgensem, et Hunricum abbatem, ad papam Adrianum, ut esset mediator pacis inter Karolum et se ipsum. Xieb. Ann. 787.

786. (Karolus) II. (per Alamanniam) contra nepotem suum Tassilonem ducem (ad fines Baioariae rebellantis cum exercitu venit,) tribus turmis, una in Tridentina urbe locata, altera ad Feringam super Danubium, tercia super Licum. ib.

787. (Tassilo) II. (dux Baioariae iubente Karolo) in Nygelheim (in Franciam venit, et Baioaria subicitur Karolo); ubi Tassilo convincitur de perfidia contra regem, et cum adiudicaretur morti, rex misertus consanguinei interrogavit quid aligeret. Tassilo autem prostratus coram rege peciit ut in monasterium iret, et cum filio Theodone III. adionsus intravit. Regino 788.

789. (Karolus hanc aestatem sine bello Wormaciae sedit,) sed cum Hunis de regnorum confinis contendebat, quod tocius irrupcionis eorum origo fuit. Qui nostrum privilegium fundacionis confirmavit hoc anno, sub Fater abbate, quod propter defectionem Tassilonis videbatur infectum esse. Xieb. 790.

790. (Karolus Pannoniam regnum Hunnorum vastat,) destructis municionibus, una cis super Chumbum flumen, altera iuxta Comagenos in monte Oberg, usque fluenta Arrabonis — Raben dicitur vel Gereorenum — ubi Danubio miscetur; per Sarabiam est reversus. ib. 791.

792. (Karolus magnam synodum) Ratispone (congregat) propter heresym Felicis. ib. 794.

795. Huius[17] tempore Arn Salzpurgensis episcopus successor sancti Virgilii Pataviensi ecclesie surripuit pallium.

796. Hiis temporibus Franci et Germani cantum Gregorianum sunt edocti.

798. (Gerolt) prefectus Wawarie post defectionem Tassilonis (plissimus signifer Karoli in pugna occiditur ab Hunis).

802. Hoc anno Carolus confirmavit iterato nostrum privilegium rogatu Waldarici Pataviensis episcopi[e].

805. Urolfus Pataviensis archyepiscopus, successit[f] Waldarico[f]; a quo defecit pallium, et translatum est Iuvaviam id est Salzpurgam. Fuerunt tamen plurimi Patavienses episcopi qui etiam pallio utebantur.

807. Hatto episcopus Pataviensis successit Urolfo.

a) *superscriptum.* b) Utilo — Altaberse *alia manu saec. XIV.* c) *superscriptum.* d) Tassilo — prima *manu paulo antiquiore scripta esse videntur; f. a. K. m. postea addita sunt.* e) Hoc — episcopi *postea expuncta sunt.* f) *superscriptum.*

17) scil. Leonis IV.

815. Lotharius rex in Wawariam venit et ibi regnat.

818. Hatto arcyepiscopus Pataviensis obiit, et Rincharius successit, qui anno sexto per Pascalem papam archyepiscopus consecratur.

825. Ludwicus I. imperator in Wawariam veniens regnat.

827. Sygbardus abbas prefuit.

828. Hoc anno datum est nobis privilegium a Ludwico et Lothario filio eius imperatoribus de territorio in Sumerberch[a] sub Sygbardo abbate, et in concilio tractatum est de 9 lectionibus habendis a monachis ante pasca.

843. Rincarius arcyepiscopus Pataviensis et Laureacensis obiit, et Herwicus successit, sed sedes per annum vacat.

Mart. Pol. 844. Hiis temporibus Gregorius IV. pape festum omnium sanctorum per Franciam et Germaniam instituit celebrari.

859. Herwicus Pataviensis episcopus obiit, et Ermricus successit.

867. Ermricus Pataviensis episcopus obiit, et Winchingus successit. Quorum studio archyepiscopatus Laureacensis premitur ne adiciat ut resurgat, et Pataviensis exaltatur ut floreat in eternum.

869. Winchingus Pataviensis arcyepiscopus obiit, et Engelmarus successit.

877. Hoc anno datum est nobis primum privilegium a Karlomanno rege Germanie, filio Ludwici imperatoris; qui continuis tribus annis dedit nobis privilegia, quolibet anno unum.

888. (Arnolfus filius Karlomanni.) Hoc anno datum est nobis ab ipso primum privilegium et secundum et tercium.

889. Snelpero abbas prefuit. Hoc anno datum est nobis ab eodem quartum privilegium.

891. Engelmarus Pataviensis arcyepiscopus obiit, et Richarius successit.

892. Hiis temporibus gens Ungarorum a Scithiis egressa a Pincernatis propulsa, in Pannoniam primum venit, et electis Avàris ibi usque hodie permanet.

893. Hoc anno dedit nobis ultimum privilegium, de rebus duorum comitum circa Chamb et Pernich.

900. Abhinc videtur vacasse nostra abbacia, propter desidiam episcoporum Pataviensium, sive infestacionem Hunorum, qui et Ungari nuncupantur.

902. Hiis temporibus cepit imperium dividi ita ut quidam Berngarius nomine in Ytalia imperaret; quem tamen idem Ludwicus devicit. Sed tamen resumptis viribus regnat.

904. Hiis temporibus Gluniacum construitur a Wilhelmo principe Burgundie.

905. Richarius Pataviensis episcopus obiit, et Purchardus successit.

913. Arnoldus quidam dux Wawarie efficitur, qui statim imperatori Ch. rebellavit.

915. Purchardus episcopus Pataviensis obiit. Gumpoldus successit.

917. (Burchardus dux) Wawarie et Alamannie (constituitur).

919. (Heinricus comes) primus (rex effectus regnavit annis 19.) Ab hoc videtur Arnoldus dux Wawarie ecclesias accepisse, et per consequens destruxisse, ut de eo sancti conqueruntur in legenda sancti Ulrici.

920. Leupoldus primus marchio in Austria est creatus, post Rugerum largum comitem de Preclara[b].

932. Gumpoldus episcopus Pataviensis obiit. Gerhardus successit. Hunc Leo V. papa pallio donatum Laureacum destinavit.

938. Arnoldus dux Bawarie et tyrannus[c] interiit, pro quo frater eius Berhtoldus ducatum accepit[d].

939. Hinc imperium est translatum ab Ytalicis ad Teutonicos. Item corpus sancti Martini a Turonis transportatum est Salzburgam[18]. Nam iste Otto ablatum commendavit episcopo Salzburgensi in locum quem voluit deferendum; ipse vero episcopus adtulit in Salzburgam neglecto imperio regio.

946. Gerhardus archyepiscopus Pataviensis et Laureacensis[e] obiit. Adalbertus successit. Nichil gessit memoria dignum, quem cum Laureacensi ecclesia warbari crudeliter vastaverunt.

950. Sanctus Wolfkangus claruit.

955. (Heinricus dux) Wawarie (obiit). Pro quo filius eius Hainricus[f].

970. Adalbertus arcyepiscopus Pataviensis obiit. Pilgrimus successit.

979. Sanctus Wolfkangus episcopus claruit Ratispone, et Haertwicus Salzpurge.

982. (Otto dux) Suevorum et Bawarorum[g] (obiit).

984. (Otto III. Ottonis II. filius admodum puer annos 18.) Hic a Gregorio V. papa est coronatus.

985. Hiis temporibus mortuo hoc Ottone constitutum est ut officiales imperii eligant imperatorem, qui sunt 7, scilicet 3 cancellarii, scilicet episcopus Moguntinus Germanie, Treverensis Gallie, et Coloniensis Ytalie; et 4 principes seculares, rex Bohemie pincerna, palatinus Reni dapifer, dux Saxonie armiger, marchio Brandeburgensis camerarius.

991. Pilgrimus archiepiscopus Pataviensis et Laureacensis[h] obiit. Christianus successit. Qui abstulit ecclesie nostre predia in Petinpach ut habetur ex privilegio Heinrici III. imperatoris.

992. Hoc anno Altahensis ecclesia ex canonicis secularibus fit monastica, et sanctus Godebardus fit ibidem monachus sub abbate Erchenberto, et eo mortuo abbas creatur. Tunc eciam forte nostre ecclesie prepositus est Gerhardus.

1012. Heinricus[i] Leutoldi filius secundus marchio in Austria sine heredibus obiit.

1013. Christianus episcopus Pataviensis obiit. Perngerus successit.

1042. (Adalbertus) tercius (marchio) Austrie — ab[k] Heinrico III. imperatore suscepit Austriam.

a) *tia manus 2 correxit pro* Grunxwit. b) Leupoldus — Preclara *manus saec. XIII.* c) fulmine percussus *erasa.* d) Arnoldus — accepit *manus saec. XIII. alia.* e) et Laureacensis *expuncta sunt.* f) p. q. f. e. H. *manu saec. XIII tac.* g) *manus saec. XIII. alia.* h) et Laureacensis *expuncta sunt.* i) Heinricus – obiit *idem scripsit qui supra tria a. 920. inseruit.* k) ab H. i. e. A. *manu modo commemoratis.*

18) Videsis historiam translationis fabulosam in Canisii Lect. ant. ed. II. Vol. III, 2, 423.

1044. Gerhardus abbas prefuit, circa hec tempora, sive plus vel minus.

1046. Perngerus episcopus Pataviensis et Laureacensis[a] obiit. Engelbertus successit. Hic etiam nostrum monasterium dedicavit.

1047. (Swidigerus Babenbergensis episcopus in nativitate Domini papa consecratur) post Damasum, qui non annum sedit, post Agapitum. Circa hec tempora scilicet a. D. 1030. ante Damasum II. papam sedit Agapitus II, cuius tempore apparuit visio penarum, propter quas sanctus Udilo instituit oraciones.

1055. Erchenbertus abbas prefuit. Circa hec tempora sive plus vel minus. Hic sanctus creditur esse; in lapide altaris dedicato est pictus. Pilgrimus advocatus.

1056. (Adalbertus marchio) Austrie (obiit. Filius eius Ernust successit), quartus marchio. Hoc tempore datum est nobis privilegium de Schutzing, et de Diethalming.

1057. Pezelinus abbas. Albinus advocatus.

1060. Hoc anno data est nobis ecclesia in Wartperch, cum omnibus ad eam pertinentibus, ab Arnoldo comite, sub Altmanno episcopo et Ditrico abbate.

1066. Dietricus abbas prefuit, circa hec tempora, non supra sed forte infra. Alwinus advocatus. Hoholdus prepositus noster. Huius abbatis tempore et domino Altmanno episcopo confirmante tradita est nobis ecclesia in Wartperch, et mansus in Hachacim. Et apud nos reformata est que decreverat monastica disciplina, viris religiosis de Gorze adductis[18]. Hec notula debet subsequi circa a. D. 1080.

1067. (Heinricus imperator duxit Beribtam filiam Ottonis comitis uxorem.) Hunc Ottonem forte ducem Wawarie fecit, qui ei postea rebellavit.

1069. Wolframus abbas prefuit. Pilgrimus advocatus.

1070. (Otto dux Baioarie regi) scilicet genero suo (rebellavit).

1073. (Rudolfus dux Alamannie) vel Saxonie (et Welfo dux Baioarie) qui nobis dedit Halle (nec non Perhtolfus *etc.*

1075. (Ernust marchio) Austrie (occisus est). Leupoldus V. successit dictus Pius.

1077. Circa hec tempora Tyemo canonicus Wirzburgensis sedem Pataviensem apud Heinricum regem et eius fautores precio comparavit, et usque ad Anasum civitatem usurpavit. Altmannus vero in partibus Austrie sedit, defensus per Leupoldum marchionem. V. Altm.

1079. Circa hec tempora Leutpoldus marchio Austrie regis Heinrici tyrannidem detestans eius dominium abnegat, et omnes fau res eius exterminat.

1080. (Gregorius) VII. (papa Heinricum regem) in concilio 110 episcoporum (excommunicavit). Mart. Pol.

1082. Hoc anno obiit Altmannus episcopus Pataviensis. Nostrum monasterium consecravit, et eodem forte anno vel parum supra prefecit huic loco dominum Ditricum abbatem. Cui successit Wolframus.

1084. Alramus I. abbas prefuit. Nota. Circa hec tempora sive parum infra, circa a. D. 1090. Huius[b] tempore plura predia, ante sua tempora nostre ecclesie ablata, et Petenpach sunt restituta, et silva in Pranpach est nobis data. Item datum Stainporz sub Otachero marchione et advocato. Hec notula debet subscribi circa a. D. 1099.

1087. Gregorius VII. papa Salerni moritur, qui miraculis nunc coruscat. Mart. Pol.

1090. Hoc anno epit ordo Cartusiensium a domino Brunone patre sub Victore II. papa, qui fuerat abbas Cassinensis. Mart.

1091. (Altmannus Pataviensis episcopus obiit) 6. Idus Augusti.

1092. (Oudalricus Pataviensis episcopus constituitur.) Hic episcopus abstulit et[c] restituit etiam postea nobis Petenpuch, quod imperator Heinricus III. nobis restitui procuravit, sub Alramo I. abbate. Anselmus episcopus Cantuarie et doctor floruit. ib.

1096. (Liupoldus marchio obiit. Filius eius Liupoldus) largus (successit). Qui resignavit predia nostra que iniuste tenuit in Petinpach; que abstulit episcopus Christianus nostre ecclesie.

1098. Hoc anno Cystercium in Burgundia est constructum in die sancti Benedicti a domino Roberto abbate Molismensi, qui de domo sua cum 21 monachis est egressus, sed postea redire coactus, sub Urbano II. papa. ib.

1099. Hoc anno datum est nobis privilegium de restitucione prediorum in Petinpach ab Heinrico huius nominis quarto rege, imperatore vero tertio, sub Alrammo abbate nostro. Hic Heinricus fuit nepos Chunradi imperatoris, qui successit sancto Heinrico I. imperatori.

1101. (Tiemo Salsburgensis episcopus) antea abbas Altahensis. Th emo apud Corrozaym glorioso martyrio coronatur, sed Welfo revertitur.

1104. Scriptus est antiquus liber matutinalis chori, sub abbate Alrammo I.

1112. Hoc anno sanctus Bernhardus 22 annorum cum sociis 30 Cystercii est conversus, sub Paschali II. papa. ib.

1118. Hoc anno cepit ordo Premonstratensium a domino Volperto[d] tempore Paschalis II. papa et Heinrici IV. imperatoris.

1122. (Otakker) fundator Gerstensis advocatus noster dedit nobis privilegium de advocacia (marchio obiit. Filius eius Liupaldus succedit). Nota quod in hac cronica anni Domini non recte distinguuntur[e] principibus ac gestis eorundem.

1124. (Kalixtus papa) qui ordinem Cysterciensem vix confirmavit (obiit)

1126. (Oudalricus senior abbas prefecitur.) # Huius tempore Alhaidis de Wiltperch, relicta comitis Ern-

a) et Laureacensis *expuncta sunt.* b) Huius — data *expuncta sunt.* c) et r. e. p. *postea addita sunt.* d) *sic codex.* e) *supersor.* vel ascribuntur.

18) Ex vita Altmanni sumpta, qur etiam in sequentibus usus est.

stonis de Hohenburch, dedit nobis silvam Prunste 25 mansorum. Sanctus Berchtoldus Gaerstensis primus abbas claruit.

1131. Huius[19] tempore datum est nobis locus qui dicitur Pehstal a domina Alhaide de Hohenburch. # Quod hic debebat positum fuisse prescriptum est.

1136. (Illustris marchio orientalium Liupaldus) pius (obiit). Iste Neunburch et Sanctae Crucis monasterium construxit.

Mart. 1138. Hoc anno mortuus est Iohannes de temporibus, qui 361 annis vixerat, scilicet a te pore Karoli Magni, cuius armiger fuerat. Sanctus Bernhardus floruit.

1140. (Heinricus dux Baiowarie.) Huius filium Heinricum in conventu principum Fridericus I imperator de Saxonia revocavit, et ducatum Wawarie restituit, auferens partem de terris eius, quas[a] Heinrico duci Austrie primo addidit. Circa hos annos claruit Heldolfus camerarius huius loci, cuius industria multa bona aucta sunt nobis. Hoc anno datum est nobis privilegium de Monte sancti Martini.

1142. Iste est Heinricus primus dux Austrie per Fridericum I. imperatorem creatus.

1150. Pillungus advocatus.

1152. Hoc anno sub abbate Adalberto completus est liber matutinalis in cappella sancte Marie. Et datum est privilegium de superiori Roor.

1155. Iste Fridericus marchionatum Austrie ante sua tempora, quem Heinricus suus consanguineus ab Heinrico duce Wawarie habuit, convertit in ducatum. Idem namque Heinricus dux Wawarie et Saxonie multis triumphis et victoriis elevatus, imperio quoque obposuit se Romano, verumtamen a predicto Friderico fugatus pellitur de Wawaria in Saxoniam, et Wawariam unâ cum Austria contulit patrueli. Tandem in placito generali pro Heinrico exorantes principes sic suscepit, ut concederent sibi creare de patruo suo ducem, cui de terris Wawarie a silva Pataviensi addidit usque Anesum, ut fieret Austria sic ducatus.

1159. Hoc anno datum est nobis privilegium de Viehtwanch, et consecrata ecclesia eadem ab episcopo Chunrado.

1160. (Martinus abbas efficitur.) Huius tempore data est huba circa Loechirchen.

1162. Hoc anno datum est nobis privilegium de Wigantsdorf.

1165. (Adelrammus) II (in abbatem eligitur), de Gaersten monachus, tempore sancti Berchtoldi. Hic construxit capellam sancti Egidii.

1170. Hoc anno consecrata est ecclesia sancti Egidii, a domino Adalberto archyepiscopo Salzpurgensi, et Alramo II. abbate.

1173. (Adelrammus deponitur. Oudalricus Garstensis prior abbas efficitur), fratruelis sancti Berchtoldi primi abbatis in Gaersten. Hoc anno datum est nobis privilegium de Chirichperch, a Dyepoldo episcopo.

1174. Hoc anno datum est nobis privilegium a duce Wawarie Heinrico, de confirmacione privilegii avi sui Welfonis ducis.

1179. Hoc anno Otacharus Styrensis marchio dedit nobis privilegium de advocacia.

1181. Hoc anno datum est nobis privilegium a Friderico I. imperatore.

1182. (Liupoldus.) Huic L. consanguineus eius Otakerus marchionatum Styrie delegavit. (Oudalricus) III. Hic renovavit plenarium.

1183. (Manegoldus) Suevigena (abbas efficitur), frater Diepoldi Pataviensis episcopi. Huius tempore data est nobis una curtis apud Sirnich.

1185. Hoc anno misse sunt littere domini Urbani III. pape de domino Manegoldo de Suevia et [b] de Sancto Georio, nostris electis, vicinis prelatis.

1189. Hoc anno datum est privilegium de Viehtwanch, a Leupoldo I. duce, sub Manegoldo abbate. Item hoc anno datum est privilegium de ponte in Wels.

1194. (Danubius — adaichilavit.) Istud quoque contigit similiter a. D. 1315.

1195. Hoc anno datum est nobis privilegium de Vorichdorf, a Wolfkero episcopo sub Manegoldo abbate tunc nostro.

1200. Poppo episcopus Pataviensis obiit.

1202. Circa hec tempora Leupoldus dux Austrie et Styrie castrum Schaerding construxit, de consensu Ludwici ducis Wawarie, et monasterium Liernveld, ubi etiam est sepultus.

1209. (Ruodolfus iunior.) Hic construxit capellam sancte Marie virginis.

1210. Hoc anno datum est nobis privilegium de feodis Ortolfi plebani.

1213. Hoc anno datum est nobis privilegium de Plikersperg.

1215. Hoc anno datum est privilegium de Viehtwanch, sub Rudolfo abbate, a Leupoldo II. duce.

Mart. Pol. 1217. Hoc anno a domino Honorio III. papa confirmatus est ordo Predicatorum, et post hoc breviter ordo Minorum. Hoc anno datum est privilegium de redempcione advocacie, a Leupoldo II. duce, sub Rudolfo abbate. In sequenti anno, id est 1218, datum est nobis privilegium a domino Ulrico Pataviensi episcopo de Puochkirchen sub domino Rudolfo abbate. Anno 1220 consecrata est capella sancte Marie virginis a domino Eberhardo archyepiscopo. Honorio pape successit Gregorius IX. papa qui canonizavit sanctum Dominicum et sanctam Elyzabeth.

a) *ita codex:* b) *verbum erasum est; neque enim duo fuerunt sed unus Manegoldus, abb Sancti Georgii in Suevia, violenter ut putabatur intrusus.*

19) II. Oudalrici iunioris.

AUCTARIUM LAMBACENSE.

Continuationibus Cremifanensibus subiungimus ea quibus codex Lambacensis supra p. 481 *descriptus ditior est. Eorum partem potius a librario Cremifanensi omissam putarem, nisi eius codicem a nostro exemplatum manuscriptorum species ostenderet. Alia, margini inscripta, aliunde accersita esse eo probatur, quod a.* 1189 *eadem res bis narratur.*

1128. Helempertus abbas obiit. Wigandus successit.

1129. (Liupoldus marchio obiit.) Filius eius Otacher successit.

1133. Eodem anno rex Lotharius imperator ordinatus est Laterani.

1142. Perhtoldus primus[a] Ghersten[a] abbas obiit.

1145. Turbo vehemens in oriente exstitit et ingentem ruinam edificiorum fecit.

1147. Chuonradus Salzpurgensis episcopus obiit, pro quo Eberhardus archiepiscopus eligitur.

1148. Sinodus magna apud Trecas sub Eugenio celebratur. Mortalitas pecorum maxima est facta.

1149. Hoc anno domnus Wigandus abbas cecitate diu afflictus, ab abbacia est absolutus, et domnus Bernhardus electus.

1152. Ratispona urbs et Admuont incendio flagraverunt. Terre motus factus est.

1153. Wigandus abbas obiit. Eclypsis solis facta est.

1155. Heinricus Ratisponensis obiit, pro quo Hartwicus eligitur.

1156. (Fridericus cæsar uxorem aliam duxit), priori auctoritate episcoporum repudiata.

1158. Otto Frisingensis episcopus obiit. Adalbertus eligitur.

1160. Arnoldus episcopus Magoncie occiditur, unde muri civitatis deponuntur.

1161. Pilgrimus patriarcha obiit, pro quo Udalricus. Heinricus dux Carinthie obiit.

1163. Terre motus factus est.

1164. Hartmannus felix episcopus[19] feliciter migravit. Otachker Stiriensis marchio Iherosolimam iturus in Ungaria moritur.

1167. Hoc anno Kal. Oct. abbas Lambacensis dominus Bernhardus pro rebus et defensione ecclesie nostre a quibusdam profanis interficitur, et dominus Pabo pro eo eligitur.

1169. Fridericus imperator curiam Salzpurch celebrat. (Albo ab episcopatu eicitur.)

1170. (Heinricus Spirensis prepositus subrogatur.) Eberhardus episcopus Babenbergensis obiit.

1171. Heinricus dux Austrie Steinbach castrum destruxit.

1173. Fridericus imperator regem Boemum[20] deposuit.

1174. Curia imperialis Ratispone celebratur, et Heinricus prepositus de Perhtersgaden in archiepiscopum elevatur. Imperator Italiam proficiscitur.

1175. Dux Austrie et marchio[21] et dux Karinthie bellando discordant.

1177. (Dominus papa Alexander et imperator Fridericus) glorioso concilio Venetiae habito (pacificantur.)

1186. Filius imperatoris rex Heinricus Mediolani nuptias celebrat.

1189. Expeditio[b] secunda, a Friderico imperatore bene quidem versus Hierosolimam inchoatur, sed mirabiliter ipso flumine submerso, secundo anno cassatur; omni pene exercitu et maxime principibus inaudita mortalitate extinctis.

1192. Chunradus[c] comes de Tyro dolo a Turcis sicariis vulneratus moritur.

1194. Pabo abbas noster se humiliando deponit, et concors congregatio Swarzmannum priorem sibi in eundem gradum eligit 3. Kal. Ianuarii. Quem dominus Wolfkerus episcopus Pataviae in eodem choro consecrat, 6. Kal. Martii, ad laudem genitricis Dei. Amen.

1196. Otto[d] lantcrave[22] et Albertus comes de Pogen obeunt. In barrochia S. Georii miles quidam signari signaculo Christi ardebat, et consocios huius professionis querebat, sed ab omnibus spernebatur, contempnebatur, repellebatur, quia crudelis species leprae faciem eius perfuderat et maculerat. Ille vero confusus et spretus de misericordia Crucifixi pluri-

a) *supra lineam scripta* b) *haec manu non multum diversa in margine addita sunt, quae et versus a.* 1187 *scripsit.*
c) *in margine scripta.* d) *haec in margine scripta sunt, manu alia sed coaeva.*

19) Brixinensis. 20) Fridericum. 21) Stirensis, Otacher. 22) de Steveninge; idem opinor, cuius mors in Necrol. cap. Salzb. ad d. 2. Kal. Nov. commemoratur.

mum confisus, crucem sibi affigi petiit, et impetravit. Egressus vero a sanctuario, mirantibus cunctis facie sana et pulcherrima apparuit, ut nulla macula leprae in eo videretur. Huius rei non unus vel duo vel tres, sed plures, immo tota testis est ecclesia.

1197. Eodem anno abbas Suarzmannus pro rebus ecclesiae disponendis in Austriam tendit, et apud Gotewicum in Domino feliciter obdormivit, 4. Kal. Mai, et domnus Waesigrimus tunc temporis prior in abbatem eligitur, Kalendis Mai.

CONTINUATIO LAMBACENSIS.

Descriptis continuationibus Cremifanensibus usque ad a. 1197, *Lambacenses proprio Marte annorum sequentium usque ad a.* 1283 *res gestas addiderunt, diversorum scriptorum manibus exaratas, qui modo pauca tantum verba, modo plurium annorum res simul in chartas retulerunt. Inter quos ille qui a.* 1212—1231 *scripsit, iam numeris annorum vacuis in media contextus serie positis ostendit, se aliena tantum descripsisse, quae mendis plurimis scatent. Reliquorum pars certe originalis est, et sat magni aestimanda. Priora ab a.* 1198—1211 *recepit*

2) *auctor continuationis quae in codice Chronici Reichersbergensis olim Secoviensi, nunc in archivo Iohannei Gracensis servato, post a.* 1197 *adiecta est, conflata ex Lambacensibus, Salzburgensibus et domesticis quibusdam Reichersbergensium rebus. Ad a.* 1202 *mendi codicis* 1. *immunis, postea a.* 1209 *successionem abbatum Lambacensium recipit, quos S. Petri abbates putavit, itaque codice Lambacensi se usum fuisse ostendit.*

1197. Archiepiscopus[a] Mogantinus Chunradus maxima pars expeditionis Dei gratia cum suis commilitonibus mare transiturus tendit; quem[b] dux Austriae Fridericus cum aliis pluribus sequitur. Heinricus[c] imperator in Apulia obiit.

1198. Fridericus[d] dux Austriae Hierosolimis moritur, et uterque ducatus scilicet Au-
23 striae et Styriae fratri suo Liupoldo cedit. Quem rex Ungariae filius Belae[23] incendiis, rapinis impetit, propter fratrem suum[24], quem sibi associavit: qui fratrem suum regem scilicet Ungariae regno privare conatus est. Christiani vero qui Hierosolimis morabantur, Dei nutu castella et oppida aliqua occupabant; inter quae urbem famosissimam Baruth maritimam ceperunt, et suo eam dominio subdiderunt. Deinde pace inter Sarracenos et christianos ad 7
1197. annos stabilita, multi repatriaverunt. Eodem[e] anno regnum Romanorum heu viduatum et
Sept. 28. destitutum morte Heinrici imperatoris est. Post cuius lamentabilem obitum, quod longe ante predictum est, impletum est, qua surrexit gens contra gentem, et regnum adversus regnum, exercentes odia, incendia, predam, rapinas, et regnum in se ipso divisum desolatum est. Nam a plerisque regni principibus Phylippus frater Heinrici imperatoris in regem eligitur, ab aliis Otto Saxo, filius Heinrici ducis Saxoniae, eligitur; qui uterque mutuis se bellis petunt, et cum exterminio utriusque discessum est. Celestinus[f] papa obiit. Innocentius successit.
25 Phylippus rex ducem Boemie[25] consilio principum coronavit. Curiam apud Nurenberc celebravit[26].

Mai 28. 1200. Leupoldus[g] dux Austrie et Stirie apud Wiennam sanctam pentecosten copioso apparatu celebrans, invitatis quam plurimis diversarum regionum principibus, gladio est accinctus[27].

1201. Terrae[h] motus factus est, 4. Nonas Mai, circa horam nonam

1202. Apud Babenberc sancta Chunegundis a 13[i] episcopis translata miraculis est
28 glorificata[28], rege[k] Phylippo presente cum multis principibus.

a) *haec in marg. manu alia quam praecedentia scripta sunt.* b) *haec postea adiecta videntur.* c) *alia manu.* d) *hic annus alia manu scriptus est. Eadem* 1201—1204 *scripsisse videtur.* e) Eodem - destitutum est m. H. i. *praemissis* Philippus — celebravit *recepti* 2. f) Celestinus — celebravit *in margine, manu eadem.* g) *alia manu in marg. adscripta, desunt* 2. h) *haec in marg. scripta sunt, desunt* 2. i) XIIII 2. k) rege — principibus *anno sequenti post* Grecis *ponit* 1.

23) Emericus. 24) Andream. 25) Ottakarum. 26) anno 1200, mense Martio. 27) vide A. v. Meiller, Babenberg. Regesten p. 247. 28) Errat cum Ann. Salzburgensibus; factum est enim a. 1201. Sept. 8.

1203. Liupoldus dux Austriae et Styriae uxorem de[a] Grecia duxit Theodoram.

1204. Wolfkerus episcopus Pataviensis in patriarcham Aquilegiensem eligitur, et Poppo prepositus Aquilegiensis episcopus Patavie efficitur. Perhtoldus dux Meranie obiit.

1207. Phylippus[b] rex Coloniam obsedit, plures in circuitu civitates et castella occupa- 1205.
vit; urbem etiam opinatissimam nomine Nussiam cepit, accessus navium alimonias portantium in Reno inhibuit, aditus vehiculorum per terram intercluſit. Tandem episcopo civitatis in captivitatem redacto[29], ab obsidione recessit; regem Boemiae sibi cum manu validissima 1206.
insidiantem, in fugam convertit[30], et ceciderunt vulnerati multi, alii in captivitatem sunt ducti.

1208. Dux Liupoldus aliique quam plures crucis karactere se signaverunt. Otto palatinus de Witlinesbach[c] et marchio Hystriae[31] Phylippum regem in munitione constitutum, Jan. 21.
pacem simulantes, dolo occiderunt; cui Otto dux Saxoniae succedit in regnum. Heinricus marscalcus de Chalantin, Ottonem palatinum de Witlinesbach[d] nefandae memoriae virum ob vindictam regis Phylippi domini sui occidit.

1209. Waesigrimus abbas piae[e] memoriae obiit. Alrammus succedit, 3. Kalendas Octobris. Otto rex Romam veniens consecratur. Post hec paucis interiectis diebus, inimicus hu- Oct. 4.
mani generis eiusque salutis zyzania super triticum bonae auctoritatis seminavit, fermentumque maliciae et nequitiae fraude suae perversitatis commiscuit; quod adeo inveteratum est dilatatum, ut inter papam Innocentium et imperatorem inestimabiles orirentur inimiciciae, unde bella et seditiones movebantur. Nam imperatorem et omnes partibus illius faventes 1210.
excommunicavit. Sic per biennium in Latio commoratus, castella et oppida civit tesque sibi Nov. 18.
resistentes suo subiugavit dominio, in quantum licuit. Inde in Teutoniam reversus, regnum 1212.
reperit dissipatum, principes regni valde discordantes. Ex quibus lantigravius[f] Duringiae[32] publice ei restitit, quem etiam bello expetiit. Ex hinc universi fere principes regni aliquando publice, aliquando privatim se subtrahentes, alienati sunt ab eo.

1210. Eo[g] tempore nefandissima fex catariae, quae sub veste ovina diu inter christianorum latuit conventicula, emersit; emersa in tantum radicata convaluit ut publice christianum impugnaret nomen, omnesque quibus prevaluisset persequeretur, occideret, viamque peregrinantium insidiis occuparet. Quorum virtus in Tolusa civitate congregata, diabolica toto nisu exercebat facinora. Ad quorum expugnandas versutias, multi christianorum arma arripientes[h], viriliter illis restiterunt.

1211. Infinita multitudo Sarracenorum illis diebus navigio terras Arragoniae, Hyspaniae, Navarriae aliarumque maritimarum regionum petentes, oppida, castella, munitiones destruentes, non parvam christianorum stragem fecerunt. Quorum rex[33] in multitudine ar- 33
morum[i] confisus, et alter Antyochus estimans se sydera vertice tangere, totumque suo subiugare mundum imperio, literas superbiae afflatas tonitruo christianis direxit principibus, in hunc modum: *Exmemiramoni filius Exmemiramoni[k], filius Miramen, omnibus regibus et principibus christianorum, et maxime regi Arragonum et comiti de Baruh, iram et indignationem. Gratias agimus omnipotenti Deo nostro pro omnibus beneficiis quae nobis dignatus est largiri, et maxime pro illo beneficio quod contulit nobis in terra Hierosolymitana, quam gens nostra et gladii nostri purgaverunt ab immundiciis christianorum; et nunc iterato pro victoria quam contulit nobis in expugnatione castri quod dicitur Sulva terra, in quo superbia vestra plurimum confidebat, et de quo superbia vestra multa dampna Sarracenis inferebat. Unde animadvertere potestis, quod lex Sarracenica melior est quam vestra; unde precipimus, consulimus, et hortamur, si diligitis terras vestras, liberos vestros et uxores, quatenus subdatis vos imperio nostro, et transeatis ad legem nostram. Quod si facere obstinaciter recusatis, congregate omnes qui signum crucis adorant, et nobis occurrite ad conflictum, et ibi experiemini[l] enses nostros. Tibi autem rex Arragonum dicimus, quoniam consilio tuo et suggestione tua multa dampna illata sunt Sarracenis, et dicebas aliis, quod id faceres ex consilio domini Romae: quod si diligenter adtenderis, in perniciem christianorum non in salutem dominus Romae fecit. Nos tandem non*

a) u. duxit de G. *omisso nomine* 1. b) *abhinc alia manus. Hic quaedam prius scripta erasa sunt.* c) Widenesbach 2. d) Witelinespach ob v. r. P. o. 2. *ad a.* 1209. e) a. S. Petri o. A. succedit. Anno 1210. Hoc anno inimicus *etc.* 2. f) lantgravius 2. g) *anno* 1212 *haec et sequentia ponit* 2. h) accipientes 1. i) *decst* 2. k) ex miramoni 1. l) experiemur 1

29) scil. Brunone, quem Otto rex Adolfo opposuerat. 30) Hoc iam a. 1204 factum est. 31) Heinricus de Andeha. 32) Hermannus. 33) Emir Amuminin dictus Anasir.

cessabimus debellando terras vestras[a] *ire usque Romam, et trademus dominum Romae contumeliis et miseriis. Data apud Ispaldem, 8. Idus Octobris.*

1212.[b] Otto imperator obiit[34], et Fridericus rex Apuliae filius Heinrici imperatoris pro eo eligitur. Eodem anno regina Ungarie[35] filia ducis Meranie ab Ungaris occiditur.

1213. Alrammus abbas obiit cui unanimi consensu fratrum Otto successit.

1220. 1216. Fridericus rex Apulie Romam veniens imperiali benedictione consecratur. Et inde Apuliam rediens omnes sibi resistentes et paganos occidit in ore gladii.

1216. 1217. Innocentius papa obiit, cui Honorius successit.

1227. 1218. Honorius obiit, cui Gregorius successit.

1215. 1219. Imperator Fridericus crucis karactere se aliique plures secum signaverunt.

1227. 1220. Hoc anno imperator Fridericus excommunicatur a papa Gregorio, pro iure iurando quod constrinxerat se iturum versus Hierosolimam et non fecit, quia infirmitate et aliis multis causis impeditur. Hoc[c] anno inauditus hactenus in partibus nostris casus accidit; 5. Kalendas Augusti, prodiente aurora diei, subito fulgura apparuerunt, tonitrua horribilia audita, et ecce repente ventus validus irruit, et omnia edificia loci nostri subvertit, tantoque terrore omnes perculit, ut nichil iam nisi finem seculi instare crederent.

1228. 1221. Expeditio gloriosa a Friderico imperatore contra paganos ordinatur, et feliciter mare transvadato regnum Iherosolimitanum et terram sanctam a soldano recepit. Tandem
1229. pace per 10 annos cum Sarracenis firmata ipse feliciter repatriavit, et optentu principum et maxime ducis Leupoldi de Austria et Styria ab excommunicatione domini pape absolvitur.
1230. Eo tempore Leupoldus dux Austriae et Styriae obiit, cui filius suus Fridericus successit.
Iul. 28. 1231. Hoc anno magna gwerra fit inter regem Boemie et ducem Austrie, unde omnis regio trans Danubium invaditur et incendiis et depredationibus bifarie consumitur, videlicet
36 a rege Boemiorum[36] et ministerialium ducis, Heinrici canis[d] de Chunringe et aliorum amicorum suorum. Ipse Heinricus qui dicitur canis civitatem Chremse incendio consumsit, et omnia que ibi erant abstulit et in castellum suum Tiernstain portavit. Unde dux Fridericus ira commotus castella et civitates Heinrici et amicorum suorum destruxit, et quos reperit suspendio interemit. Tunc Heinricus canis[d] pacem petiit a duce Friderico, et filios suos et fratris sui et omnium amicorum suorum obsides dedit, ea videlicet conditione ut omnia que abstulerant redderent, et sic pacificata sunt omnia inter ducem et ministeriales suos. Eodem[e]
Sept. 16. anno Ludwicus dux Bawarie apud Chelheimen cultellis transfixus, miserabiliter interiit; cui filius suus Otto successit[f].

1233. Gebehardus Pataviensis episcopus secundum decretum domini pape a sede sua destituitur, et episcopus Ruodgerus[37] loco illius subrogatus est. Hoc etiam anno, Otto dux Bawarie terram nostram cum magno exercitu intravit, et magnam partem eiusdem rapinis et incendiis consumpsit. Et veniens ad civitatem Wels, Lambacensem locum et omnia adiacentia rapina et incendio totaliter vastavit, et sic ad terram suam rediit. Post hec parvo intervallo, Fridericus dux Austrie, agregato maximo exercitu ad 40 milia hominum, terram Boemie intrare proposuit, et castrum quod dicitur Vetowe[38] obtinuit, et omnia in confinio eodem rapinis et incendiis delevit; moxque infirmitate preventus, propositum iterum exequi
39 non valuit. Deinde sanitati redditus, rex Ungarie[39] fines suos invadere proposuit. Cui ipsi[g] manu valida resistens, quosdam nobiliores de suis captivavit; sicque pace inter eos composita, uterque ad terram suam revertitur.

1234. Hoc anno, resoluta glacie Danubii, ipse Danubius meatus suos longe lateque diffudit, et tanta inundatione excrevit, ut omnes vicos et villas adiacentes destruxerit. Omnis etiam annona et pecorum infinitus numerus interiit, et quod his omnibus miserabilius est, infinita hominum multitudo periit. Quam vastationem valida fames subsecuta est.

1235.[h] Fridericus imperator terras Teutonicas intravit, et filium suum regem Heinricum sibi resistentem captivavit, eumque in Apuliam relegavit; ubi[i] ex hoc seculo migravit. Ipse vero postmodum contra Longobardos copiosum exercitum ordinavit.

a) nostras 1. b) *abhinc alia manus pergit quae numeros annorum in medio contextu ponit.* c) *haec manu alia in margine scripta sunt.* d) *supra nomen Heinr. scriptum est.* e) *haec alia manu scripta sunt.* f) *hoc alia manu pergit.* g) *ita codex.* h) *alia manus pergit.* i) *haec alia manu in marg. addita sunt.*

34) demum a. 1218. 35) Gerdrudis, a. 1213. 36) Wenzeslao. 37) primus episcopus Chiemensis. 38) Voettau in districtu Znaimensi. 39) Andreas.

1236. Elysabet[a] de tumulo elevatur, ubi aderat imperator cum aliis multis principibus.

1237. Imperator natale Domini apud Graeze celebravit, et in Wienna hiemavit. Sed eo Austriam egrediente, reliquit ibidem ad impugnandum ducem episcopum Babinbergensem[40], qui eodem anno in pace quievit. Quo facto imperator alium exercitum, videlicet comitem de Eberstein et comitem de Henneberch, cum aliis duobus comitibus, et ministeriales de Styria ad debellandum predictum ducem in Austriam destinavit. Quibus dux viriliter resistens, quosdam captivans, quosdam vero occidens, quosdam etiam muneribus et minis alliciens, terram suam rapinis et incendiis ecclesiis destructis et exustis penitus desolatam, tertio anno plurima gravamina perpessus plenarie est adeptus. 40

1239. Eclypsis solis facta est, 3. Nonas Iunii, circa horam nonam. Eodem die

Sepius afflicta, capitur Ierosolima victa
Et turrem Davit pagana superbia stravit.
Non pagana parum ruit et pars christicolarum.

1241. Tenebre facte sunt per universam terram, et stelle apparuerunt, pridie Nonas Octobris, circa horam nonam. Otto abbas obiit[41]. Wernherus successit. Eodem etiam anno 41
Comani et Tartari Ungariam cum innumerabili multitudine invadunt, et primo impetu rege fugato[42], exercitum eius, 80 milia persequentes occiderunt. Deinde ulterius procedentes christianorum sanguinem sitiendo infantes in cunis transfigunt, mulieres iugulant, sacerdotes cum grege Christi dispergunt, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus heu dilaniant miserabiliter. Postremum vero monasteriis et ecclesiis destructis cunctisque incolis terre illius cum multis milibus milium christianorum interemptis, ad terram suam unde exierant revertuntur[b].

1245. Fridericus dux Austrie imperiali presentie se Verone presentavit, ubi ab Friderico imperatore honorifice susceptus, et multis donariis honoratus ad propria repedavit. Fridericus imperator a papa Innocentio excommunicatur.

1246. Fridericus dux Austrie regem Boemye in bello devicit, in quo duce Karinthie[43] cum aliis multis nobilibus captivatis ad propria victor revertitur gloriosus. Eodem etiam anno cum tribus regibus, cum rege Ungarie et rege Gomanorum et rege Ruscie, certamen iniit, ubi innumerabili multitudine ex parte regis Ungarie occisa et submersa, ipse Fridericus hac obtenta victoria, in bello mirabiliter[c] occisus occubuit.

1247. Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis obiit[44]. Cui Philippus filius ducis Karinthie successit. 44

1249. Fridericus imperator obiit. Rudegerus episcopus Pataviensis propter inobedientiam a papa Innocentio excommunicatur, et ab episcopatu eicitur; post quem Perhtoldus frater episcopi Ratisponensis[45] eligitur. 1250.

1251. Margareta soror ducis Friderici quondam Swevie regina Otacharo regi Boemie copulatur, et per hoc ipse princeps Austrie et Stirie nominatur; propter quod rex Ungarie Austriam rapinis et incendiis devastavit, et post destructionem multarum ecclesiarum et interfectionem multorum milium hominum ad propria revertitur. 1252.

1252. Rex Ungarie cum Comanis Moraviam intravit, et eam ferro et igne devastavit. 1253.

1253. Rex Boemie obiit, cui filius suus Otacharus successit. Otto dux Bawarie subitanea morte interiit.

1254. Perhtoldus episcopus Pataviensis obiit, cui Otto de Lonstorf successit. Chunradus rex obiit. Innocentius papa cum exercitu Apuliam intravit, ubi ex hoc seculo migravit. Cui Alexander successit.

1255. Otacharus rex Boemorum et dux Austrie terram Brutenorum manu valida intravit, et eam fidei christiane subiciens ad propria repedavit. Bernhardus dux Karinthie obiit[46].

1256. Ludwicus palatinus Reni uxorem suam propter infamiam adulterii occidit. Wilhaelmus rex occisus est. Otacharus rex Boemie et dux Austrie ferro et igne Bawariam devastavit.

1257. Mirabilis inundatio pluvie aput civitatem Prunne in Moravia subito erupit, et ad

a) *hinc pergit manus in nota praecedenti commemorata.* b) *hinc alia manus pergit. Sequentia autem non uno tenore scripta sunt.* c) *ita codex.*

40) Ekbertum. 41) *XII. Kal. Nov. Otto abbas in Lambaco.* Fragmentum Necrologii in cod. Vindobon. 3028. 42) Bela IV. 43) Bernhardo. 44) 1246. Dec. 1. 45) Alberti I. 46) a. 1256.

sex milia via terram et arbores cum edificiis totaliter subvertit, et quod miserabilius est multa milia hominum interierunt. Otacharus rex Boemie et dux Austrie Bawariam cum exercitu minus expedito intravit; cui Heinricus dux cum fratre suo Ludwico palatino Reni viriliter obvians, ipsum de finibus suis fugavit: et sic predictus rex, quibusdam suis occisis, aput Muldorf[a], quibusdam submersis, quibusdam incendio concrematis, ad propria minus honeste revertitur. Philippus arciepiscopus Salzpurgensis secundum decretum domini pape Alexandri[47] deponitur, et Ulricus episcopus Secuensis pro eo eligitur[47].

1258. Electio Ulrici arcielecti Salzpurgensis Rome confirmatur, et etiam ibidem in arciepiscopum consecratur; et propter hoc ecclesia Salzpurgensis ubique locorum per dominum Philippum et fautores suos multipliciter rapinis et incendiis devastatur.

1259. Tartari Gracoviensem provinciam devastaverunt. Stephanus rex Ungarie Karinthiam ferro et igne invasit. Estas calida et sicca.

1260.[b] Duo reges Boemorum Otakarus[c] et Ungarorum collectis armatorum legionibus circa fines Austrie examinari[d] conveniunt vires suas. Rex vero Boemorum quia fidei nec
Iul. 12. non et christiani populi tulit vexillum, ferro prostratis quibusdam Austrie nobilioribus, comitibus[e] de[e] Hardekke[e. 48], et devicto rege Ungarie cum suis et fugato, nobili pompa victorie redimitur. Sic obtenta pro qua plurimum dimicaverat terra Styrie, treugisque secundum velle suum et honorem inter eos compositis, suis provinciis gloriam retulit triumphalem.

1261.[e] Mirabilis hoc anno penitentia exorta est, quia homines asperitatem hyemis et frigoris non verentes nudo corpore et velata facie cantando incedebant, et se ipsos flagellis satis atrociter percuciebant. Alexander papa obiit, cui Urbanus successit. Otacharus rex
49 Boemorum uxorem suam Margaretam a se separavit, et pro ea sibi filiam regis Ruscie[49] copulavit; quam etiam in reginam secum brevi post tempore coronavit.

1262.[f] Tercia nocte post epiphaniam audita sunt tonitrua circa secundam vigiliam noctis.

1263.[f] Fames facta est in Austria.

1264. Turbo vehemens ab occidente irruit, et ingentem ruinam edificiorum et etiam arborum fecit. Iuvenis rex Ungarie Bela nomine[50] duxit filiam marcravii de Brandenburch sororiam regis Boemie[51]. Cometa visa est. Wernherus abbas obiit[52], cui Heinricus successit. Gundacharus de Storchenberch subitanea morte obiit. Urbanus papa obiit[f]; cui Clemens successit.

1265. Otto Pataviensis episcopus obiit, cui Petrus successit. Ulricus arciepiscopus Salzpurgensis quia inpotens fuit ad regendam Dei ecclesiam et defendendam, eandem resignat
53 voluntarie dignitatem; cui Ludwicus[53] Polanus succedit.

1266.[f] Otacharus rex Boemie cum maximo exercitu Bawariam intravit, et eam ferro et igne usque ad civitatem Ratisponam devastavit, et quibusdam munitionibus expugnatis et exustis, ad propria victor gloriosus regreditur.

1267. Terre motus factus est, 8. Idus Mai circa horam diei terciam. Item terre motus factus est, 3. Kalendas Novembris, circa mediam noctem.

1269. Clemens papa obiit[54].

1270. Ludwicus[f] arciepiscopus Salzpurgensis obiit, cui Fridericus tuomprepositus successit.

1271. Otachrus[f] rex Boemie et dux Austrie Ungariam cum magno exercitu intrans munitiones in ea plures obtinuit, inter quas firmissimam Presburch dictam violenter expugnans suo eam dominio subiugavit. Sed Sthephanus rex Ungarie fraudulenter cum eo treugas faciens nuncios honestos ipsius regis captivavit, pro quorum solutione munitiones amissas rehabuit. Interea Heinricus dux Bawarie missis mille armatis partem superioris Austrie a
55 Pruke[55] usque Wels incendiis et rapinis quasi in auxilium regis Ungarie devastavit.

a) a. M. *in marg. adscripta sunt.* b) *alia manus pergit.* c) *supra lineam.* d) *ita codex.* e) *alia manus pergit.* f) *hic manus mutatur.*

47) Potius electus est a. 1256. et sequenti per papam, deposito Philippo, confirmatus. 48) Ii iam 6. Kal. Iul. occubuerunt. 49) Chunigundem filiam Rastizlai. 50) filius Belae IV. 51) Chunigundem filiam Ottonis marchionis. 52) *VI. Kal Nov. Wernhardus abbas Lambacensis.* Fragm. Necrol. in cod. Viadobon. 3028. 53) Wlodizlaus proprie vocatus. 54) 1268. Nov. 29. 55) Voecklabruck.

1272. Stephanus rex Ungarie obiit, et sororius suus de Mathsa[56], volens sibi regnum indebite usurpare ab Ungaris occisus miserabiliter occubuit.

1273. Rex Boemorum Otachrus collecta inmensa multitudine armatorum Ungariam intravit volens mortem consobrini sui domini de Mathsa[57] vindicare, et raros vel nullos habens resistentes munitiones terre 9 obtimas obtinuit, aliasque debiliores funditus destruens, stragem non modicam hominum fecit. Item[a] Ruodolfus comes de Hauptspurch in regem Romanorum eligitur et coronatur.

1275.[a] Gregorius papa concilium generale celebravit in Lugduno, ad quod fere tocius ecclesie rectores, videlicet primates, patriarche, arciepiscopi, episcopi, abbates, priores diversorum ordinum convenerunt. In quo Greci ad unitatem ecclesie revertuntur, et duo principes Tartarorum batizati sunt, et a tota ecclesia decime omnium possessionum, in subsidium Terre sancte, per 6 annos, sub pena anathematis exiguntur.

1276.[a] Rex Romanorum Rudolfus Austriam cum valida manu intrans ipsam a dominatu regis Boemorum eripiens, obsidesque ministerialium eiusdem terre simul et Styrie a dicto rege liberavit, easdemque terras cum Karinthia Carniola et Egra, quas idem rex Boemie per 25 annos iniuste possederat, absque omni sanguinis effusione ab eius potestate eripuit, et suo dominio subiugavit. Eodem anno dux Bawarie Heinricus cum exercitu in subsidium regi Romanorum veniens, munitiones superioris Austrie, videlicet Wels Linz Stier optinuit, seque regi Romanorum obponens, cum rege Boemie adversus eum conspiravit.

1278.[a] Rex Bohemie Otakarus frenesi superbie inflammatus, spiritu ipsum diabolico instigante, ius iurandum quod presentibus multis optimatibus et nobilibus Alamannie regi iuraverat Romanorum postpositis verecundie titulis infregit proh dolor! manifeste, habens secum in oppositionis et fidefragii incentivo Hainricum ducem Bawarie complicem, qui ardore sitis argentee interius estuabat. Idem namque dux fidei sue iuramenta in quibus publice se regi constrinxerat Romanorum, huius conspirationis duricia violavit, argenti copiam et alia multa donaria in stipendiis a rege Bohemie prenotato accipiens, destruccionem et insidias prefato regi Romanorum omni possibilitate suarum virium machinatur. Tandem per argenti plurimi missionem Renensibus et Swevis aliquibus infidelibus et avaris ab auxilio Romanorum regis retractis, predictus Bohemie rex Austriam intravit cum armatorum multitudine copiosa, civitates aliquas et castra hostiliter expugnando. Cui Romanorum rex Rudolfus sperans de misericordia et auxilio summi regis viriliter obviavit, habens in auxilio regem Ungarie regemque Gomanorum, insuper nobiles Austrie et Stirie universos partemque modicam Suevorum. Congressus itaque durissimi certaminis committitur inter ipsos. Rex Bohemie cum suis vincitur et occiditur in momento, exercitus eius pro magna parte interficitur, aliqua pars submergitur, plurimi captivantur; Romanus rex hac potitus victoria sollempniter redimitur.

Tot[b] Christi nati fuerant anni numerati
Mille ducenteni decies sex ter quoque seni,
Cum rex Otakarus vitam finivit avarus
Atque Bohemorum quam plurima turba suorum.

1280.[c] Petrus episcopus Pataviensis obiit. Cui Wichardus de Perchtoldsdorf successit.

1283. Wichardus Pataviensis episcopus obiit, cui Gotfridus prothonotarius regis Romanorum successit[d].

1330. 4[to] et 5[to] Idus[e] Februarii factus est terre motus hora nona.

1348. 8. Kalendas Februarii factus est terre motus magnus hora vespertina.

AUCTARIUM GARSTENSE.

In ecclesia Salisburgensi compilatio quaedam chronologica scripta fuisse videtur, iam deperdita, cuius vestigia agnoscimus in Annalibus Salisburgensibus Sancti Rudberti, in Annalibus Admuntensibus, Ratisbonensibus qui nondum editi

a) *hic manus mutatur.* b) *hos versus alia manus in margine addidit.* c) *manus mutatur.* d) *numeri annorum 1284—1294 adscripti sunt, sed serie continua. Sequentia alia manus subiunxit.* e) Kal. *corr.* Idus *cod.*

56) Bela filius Rastislai et Annae sororis Stephani regis. 57) Ottakarus sororem eius Chunigundam duxerat.

sunt, et Reicherspergensibus, nec non in Honorii Summa et Imagine Mundi, in Bernardi Norici scriptis et in Chronico Aventini. Multa enim modo hic modo illic eisdem vel similibus verbis adnotata invenimus, nec tamen certum aliquem fontem novimus unde ea derivari possint. Iam vero quid quoque loco proprio Marte additum sit, quid receptum a communi illo auctore, id accurate definiri nequit. Usus est ille Historia Miscella, Gestis Francorum et Fredegario, Pauli Diaconi Historia Langobardorum, Vita S. Bonifacii, Romanorum Pontificum Catalogo et Gestis, Annalibus Fuldensibus, Chronico Reginonis. Cum Ekkehardi Chronico quaedam similitudo est, sed eo ipsum usum fuisse non affirmarim. Cum omnia certis annis assignanda essent, errores non paucos commisit; saepe nominis alicuius mentione facta, apponit gesta quae quando acciderint ignorat. Maioris pretii sunt quae ex antiquis Iuvavensium Annalibus servavit; ex his nonnulla conveniunt cum Annalibus Iuvavensibus et S. Emmerammi Scriptorum Vol. I, 89 ss. editis. Sed quae Virgilii episcopi tempora praecedunt, ex coniectura stabilivit, usus Eugippii Vita S. Severini et libello de Conversione Baioariorum et Carantanorum, nec famam popularem aspernatus.

Tali igitur fonti debentur, quae cum Annalibus Mellicensibus coniuncta invenimus in codicibus iam supra descriptis

1) B4. *qui a.* 1181. *in Garstensi coenobio scriptus est, sed nunc initio usque ad a.* 953 *caret; multo autem plura in*

2) *Vorowensi* B4[b]. *vergente saeculo XII. scripto.*

In utroque Admuntensium frequens mentio est, in 2. *etiam Ratisbonensium; nonnulla ex Ottonis Frisingensis Chronico sumpta sunt, quae in Annalibus Salisburgensibus non inveniuntur.*

Auctarii Garstensis nomen retinuimus, quia codex 1. *ibi scriptus est; inde pleraque in Annalium codicem Mellicensem manu saeculi XIV. transcripta esse existimo. In codice* 2. *etiam de Pontificum Romanorum successione et de priscis martyribus multa leguntur, ab eis quae Annales Salisburgenses praebent non multum diversa: eorum maximam partem tanquam nullius pretii omisi.*

450. (Aetius cum Romanis, Gothis auxiliatoribus Attilam superavit,) in quo prelio ceciderunt utrimque 150 58 milia[58].

V.S.Sev.c.1. 453. His diebus[59] sanctus Severinus monachus superiorem Pannoniam et Noricum intravit.

460. Leo I. magnus doctor dormivit in Christo, pro quo Hilarius papa sedit annis 6, mensibus 9.

491. Sanctus Severinus monachus in Norico migravit ad Dominum[60]. Gelasius papa sedit annis 4, mensibus 8, diebus 19.

Ekk. 500. Trasamundus rex Wandalorum catholicas ecclesias clausit, et 220 episcopos exilio Sardiniam misit, quos Simachus papa sanctissimus inibi eluit.

508. Hoc tempore gens Barbarorum[a] seu Noricorum primitus a suis sedibus expulsa revertitur, cum duce suo Theodone, in Bawariam, Latinis ab ea commigrantibus.

512. Theodericus ex parte imperatoris Anastasii Theodonem ducem ad se cum dolo vocavit, censum ab eo exigens.

520. Romanorum exercitus a Bawariis apud Otingam prosternitur per Theodonem ducem[61]. Iohannes papa Constantinopolim venicus, cecum illuminavit; sedit annis 2, mensibus 9.

522. (Clodoveus . . . . sepelitur,) pro quo 4 filii eius regnaverunt. (Theodericus) Gothorum rex (subitanea *etc*)

a) *ita codex.*

58) In Ekkehardi Chronico 170, in Historia miscella 180 millia caesa leguntur. Sed Annales Salisburgenses S. Rudberti ex eodem cum nostris fonte hauserunt. 59) scil. post mortem Attilae, quam Annales Salisburgenses anno 452 adsignant. 60) ante Gelasium quem Eugippius post mortem Severini commemorat. Anno 487 vel 488 obiisse, recentiorum opinio est. 61) Haec fusiu narrantur in Chronico Tegernseensi in B. Pez Anecdotorum Vol. III, 3, 492. et int poetarum figmenta referenda esse, viri docti dudum iudicarunt. Fabulosam illam narrationem in codicibus saec. XII. plus semel offendi. De Adelgero quodam eadem fere, sed aliis multis additis, narrata habes in libro „Deutsche Sagen, herausgeg. von den Brüdern Grimm," II, 192.

530. Iustinianus templum celeberrimum quod Greci Agyan Sophiam dicitur[a] Constantinopolim construxit et Romanas leges correxit[62]. Agapitus papa sedit menses 11, dies 18.

535. Cassiodorus senator librum psalmorum hoc tempore exponit. Priscianus Cesariensis libros grammatice artis Fab. ad Iulianum consulem patricium scribit.

540. Lotharius filius Chlodovei et frater Hildiberti filios fratris sui Clodomeri cultro confodit[63]. 63

564 *vel* 565 Armenii fidem suscipiunt.

568. (Longobardos) quorum rex erat Albuinus seu Alboin.

570. Longobardi Mediolanum intraverunt.

573. (Lotharius . . . . sepelitur) regnumque eius 4 filii ipsius Gaudrammus Sigbertus Helpricus Cradebertus Gesta Fr. susceperunt.

588. (Sigibertus . . . . sepelitur,) cui[b] filius eius Hildibertus ex Brundebilde natus successit.

598. Garibaldus Baioarie regnum accepit.

600. Autari sive Otarius rex Longobardorum Theodelindam filiam Caribaldi regis Baioarie duxit uxorem, cui Eccl. beatus Gregorius papa librum Dialogorum pro munere misit. Reg.

605. Hoc anno tunica domini Iesu Christi quae in passione ei ablata est invenitur, et Ierusalem deportatur.

607. (Gundrammus . . . . . obiit anno regni 33.) et regnum frater[c] eius Hildibertus suscepit.

610. (Hildibertus . . . . moritur anno 23.) pro quo duo filii eius Theodericus et Theodbertus regnant.

612. Hoc tempore fuit Mahmet quem Sarraceni acteonus colunt, ex stirpe Ismahelis genitus.

623. Sanctus Desiderius lapidatus est iussu Brunhildis. Sanctus Ruodbertus primus Iuvavensis episcopus et Noricorum apostolus migravit ad Dominum 6. Kal. Aprilis[64]. 61

626. (a fratre Theodorico) consilio Brunhildis (victus).

631. (Sigibertus) secundus (rex, filius Theodorici a Lothario) filio Hilprici (victus, cum Brunihilde proava sua) Fred. per quam 10 reges perempti sunt, (et tota stirpe trucidatur.)

633. Hoc tempore fuit maiordomus in palacio Lotharii beatus Arnolfus postea Metensis episcopus. Reg.

635. Sanctus Kilianus cum sociis suis passus est, apud Herbipolim[65].

637. Rex Persarum cum uxore sua et 60 militibus apud Constantinopolim baptizatus est.

655. Dagobertus rex misit exercitum in Karinthiam contra Samonem ducem Sclavorum qui negociatores predicti De conv. Bow. et Car. regis interfecerat.

659. Beata Gerdrudis virgo matertera Pipini claruit. Ekk.

679. Sanctus Lampertus apud Traiectum claruit episcopus.

693. (Iustinianus . . . . privatus) abscisso nasu (exul in Pontum secessit).

712. Sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus claruit.

714. (Karolus) filius eius, qui ex concubina Alpheida sorore Diedonis ministerialis natus est, (c. 27).

715. Gregorius II. papa claruit. His temporibus Theodo II. dux Baioarie Romam beati Petri limina petit. Gesta Pont.

717. Theodo dux obiit, pro quo Theodaldus et Grimoaldus filius eius[66].

728. Grimoaldus dux Baioarie obiit, pro quo Hukibertus.

733. Constantinus huius nominis quintus atrocissimus ecclesiae persecutor annis 35 apud Constantinopolim. Hist. Misc.

739. Hukebertus dux Bawariae obiit, cui succedit Odilo.

743. Idem et frater suus Pipinus Odilonem ducem Bawarie prelio sunt aggressi. A. Fuld.

745. Iohannes Salzburgensis ecclesiae septimus post Ruopertum, et Erimbertus Frisingensis ecclesiae V. S. Bonif. c. 9. secundus post fratrem suum beatum Corbinianum, et Gaubaldus Ratisponensis ecclesiae episcopus a sancto Bonifacio preficiuntur[67].

755. Turci e portis Caspiis egressi terras vastant. H. misc.

764. Iohannes episcopus Iuvavensis obiit, septimus post beatum Ruotpertum[68].

765. Virgilius episcopus ad Otilonem ducem Baioarie transmissus, Iuvavensi ecclesiae preficitur. Odilo dux De con. Bow. obiit.

766. (Pipinus rex) Tassilonem Bawarie prefecit, et ipse Pipinus (ind. 6. Parisius moritur). A. Fuld. 749.

767. Hoc anno sanctus Virgilius ordinatus est Iuvav. 17. Kal. Iul. postquam 2 annos Salzburch manserat, De con. Bow. et cepit edificare ecclesiam magnam Salzeburch[d].

768. Apud Constantinopolim Leo IV. post Augustum 72us regnat. H. misc.

772. (Karolus rex Saxoniam bello petit) et Eresburch ibi acquisivit. Adrianus papa factus est. Tassilo Carentanos vicit, et Theodo filius eius Romam ductus baptizatus est ab Adriano in die pentecostes[69]. cf. Ann. S. Emm.

774. Sanctus Ruopertus translatus est apud Iuvavum civitatem a Virgilio episcopo. A. Iuv.

Constantinus VI. cum pia matre Hirene apud Constantinopolim regnant et fedus cum Karolo pepigere. H. Misc.

a) *lis codex.* b) cuius *cod.* c) *imo* filius fratris. d) Salze *cod.*

62) Similia Regino habet, sed ad a. 459. Certe prima origo est in Historia Miscella. 63) Verba fere eadem leguntur apud Reginonem p. 348 sed annum qua ratione invenerit nescio. 64) Qua ratione S. Ruperti mors huic anno adscriptus sit, docet computatio illa de qua videsis „Nachrichten von Iuvavia" p. 111. 65) Anno 612 claruisse habet Regino; versus finem saeculi VII. passum esse constat. 66) Nomina ex vita S. Corbiniani accepit auctor, qui nisi negligentissime se gessit, *filii* scripsisse censendus est. 67) Haec a. 739. acta esse constat; auctor quum annum ignoraret, apposuit ea ad verba quae in Ann. Mell. ad a. 746, sed in Salzburgensibus ipso hoc anno de S. Bonifacio leguntur. 68) Vetus error auctoris de Conversione Bawarorum nostrum induxit ut et Iohannis et Odilonis mortem 20 fere annis differret. 69) qui eo anno fuit dies 17. Maii.

cf. A. Fuld. 776. (Karolus item in Saxoniam pergit) et Sigiburch urbem cepit.

781. Sanctus Willibaldus primus Aichstetensis episcopus obiit in Domino anno episco-
70 patus sui 36.[70]

782. Monasterium constructum est in Chiemse stagno, et basilica consecrata prima die Septembris, indictione quinta.

783. Sintpertus Ratisponensis episcopus cepit edificare ecclesiam beati Emmerammi.

784. Sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus obiit, pro quo abbas Bertricus in episcopum eligitur[71]. Ad Pozanum pugna magna fuit inter Bawaros et Rodbertum ducem, et ipse Ruodpertus occisus est cum plurimis suorum.

785. Arn primus archiepiscopus ordinatus est Salzburge.

788. 787. (Tassilo dux Bawarie iubente Karolo in Franciam venit) et excecatur[72] et postea tonsuratur. Dieto filius eius quoque clericus est factus, (et Bawaria subicitur Karolo): quam ipse per se et successores sui timore ducum per aliquos annos tenuere.

793. (Karolus magnam sinodum congregat) Ratispone contra Felicem[73].

796. Item sinodus a Karolo habita ad Francorum vadum[74].

G. Pont. 797. Qui Leo postea a Karolo per Arnonem Salzburgensem episcopum et Hildibaldum est restitutus.

799. Leo papa visum recepit in die nativitatis Domini.

800. Et Arn archiepiscopus pallium accepit a Leone papa[75].

802. Karolus Salzburch venit[76], ubi legatos Ierosolimorum patriarchae pro causis Honorum audivit.

A. Fuld. 801. 803. Leo papa et Karolus imperator natalem Domini celebraverunt in Carisiaco.

A. Fuld. 807. 808. Aaron rex Persarum Karolum diversis et magnis muneribus transmissis honorat.

816. (Bernhardus rex) excecatus (interiit).

819. Hildibaldus episcopus obiit[77].

821. 822. Arn archiepiscopus Salzburgensis obiit 9. Kal. Februarii. Ammilonius abbas in episcopatu[78] succedit. Eodem anno Adilrammus prius archidiaconus in archiepiscopum Salzburgensem ordinatur Kal. Decembris.

824. Eugenius papa ordinatur. Lotharius Romam venit, ubi et Adilrammus Salzburgensis pallium suscepit Ydus Novembris.

825. Ludwicus in Bawariam venit.

826. Heroldus rex Danorum cum gente sua baptizatus est apud Mogunciam. Ossa sancti Sebastiani martyris Swessonam translata sunt.

827. Corpora sanctorum Marcellini et Petri in Franciam allata sunt. Valentianus papa ordinatur et post unum mensem obiit. Gregorius successit.

834. Ludwicus imperator iudicio episcoporum arma deposuit et inclusus est, proximaque estate relaxatus arme
79 resumpsit et regnum.

836. Adilrammo archiepiscopo mortuo[79] Liutprammus substituitur.

838. Exercitus Baioariorum contra Ratimarum colligitur.

841. 840. (Bellum de participatione regni) ultra ripam Warinza[80] (inter fratres) excanduit, ubi Adilbertus comes occiditur.

845. Ecclesia sancti Ruoperti Salzburch igne periit.

A. Fuld. 846. Gisilbertus vassallus Caroli filiam Lotharii[a] imperatoris rapit et ducit uxorem.

847. Rabanus Magontinensis archiepiscopus ordinatur Otgrio[b] defuncto.

851. Pipinus rex Aquilaniae et frater eius Karolus comprehensi a patruo suo Karolo detonsi et clerici facti sunt. Sanctus Hermes Salzburch translatus est.

855. (Lotharius imperator obiit) monachus factus.

a) Lothorii *cod.* b) *ita codex.*

70) Consentit Gundachar in libro pontificali Eichstetensi; sunt tamen quae dubium moveant, v. Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands II, 356. 71) Hic episcopus numquam fuit, et saeculo demum XI. in serie episcoporum invenitur, sed abbatis tantum nomine. Ceterum de anno consentiunt antiqui Iuvavensium annales; S. Emmerammi Annales maiores a. 785 ponunt eodem errore quo et Hiltigardae obitum in annum 784 differunt. 72) Hoc falsum est. 73) anno 792. 74) anno 794. Uterque annus in Annalibus S. Emmerammi recte indicatur. 75) anno 798. 76) anno 803 ut in Annalibus S. Emmerammi et Iuvavensibus legitur. Missi Hierosolymitani in Ann. Iuvavensibus, dispositae Pannoniarum causae a Reginone commemorantur. 77) Colonienses, v. Ann. S. Emm. maiores. 78) Vides originem erroris, quo Ammilonius in archiepiscoporum seriem venit. Ceterum annum 821 cum Ann. Iuvavensibus tuetur auctor de Conv. Bawarorum. 79) Annum 825 habent Annales Iuvavenses maiores, pro quo 835 reponendum esse censuit Pertzius. Verum etiam auctor de Conv. Baw. annum 836 tuetur. 80) *Woermis.* Male noster quae de pugna in pago Retiensi commissa repperit, cum illo de pugna Fontanetensi loco coniunxit.

856. Karolus Pipini regis filius Maguntie ordinatur archiepiscopus Rabano mortuo. Karlamanno marchia A. Fuld. orientalis est commendata.

859. Liuprammus Salzburgensis episcopus obiit 2. Kal.[81] Octobris. Adilwinus successit ei in sede. 81

860. Nix rubea cecidit. Ionium mare adeo est congelatum, ut mercimonia carpentis et equis Venetiam deferrentur.

861. Ludwicus rex festum sancti Martini facit[a] ad Iuvavium. Papo a Karlomanno expulsus a Karentana Salzburch sedere cepit.

863. Ludwicus rex pascha fecit[b] Salzburch.

864. Lotharius rex repudiata Dietpirga regina, duxit uxorem Waldradam concubinam suam. Regino.

865. Nicolaus papa Dietgaudum Trevirensem et Guntharium Coloniensem archiepiscopos Romam vocatos habita synodo deposuit et omni ecclesiastica dignitate privavit, propter adulterium Lotharii regis cuius auctores erant. Adelwinus archiepiscopus ad Termberch dedicavit ecclesiam in honore sancti Laurentii[82].

867. Beatus Nicolaus papa obiit, cui successit Adrianus. Lotharius[c] rex monachus factus est, sed postea filio eius tirannizante arma resumens eum excecavit. Reg. a. 868.

870. Karolus idem filium suum Karlomannum oculis privavit.

873. Adrianus papa obiit, cui successit Iohannes. Adilwino Salzburgensi archiepiscopo defuncto pridie Idus Maii, Dietmarus subrogatur, et Ydus Septembris[83] Ratispone ordinatur. Reg. a. 871.

874. Dietmarus archiepiscopus ecclesiam ad Bettowe[84] Gozwini comitis consecravit.

880. Dietmarus archiepiscopus Salzburgensis Romam venit, et sanctum Vincentium adduxit in patriam.

881. (Ludowicus rex Francorum Karoli frater obiit,) cui frater suus Karlomannus successit. Reg. a. 883.

883. Nortmanni Treverim in cena Domini irrumpunt, et totam Franciam vastant. Sed Carolus regi eorum Gotfrido dans Gisilam filiam Lotharii, eum ad fidem Christi convertit, et a regni finibus cedere sunxit. Ib. a. 882.

885. Gotfridus rex Nortmannorum occiditur a fidelibus imperatoris, et Hugo filius Lotharii rebellis regno excecatur a Hainrico.

888. (Arnolfus filius Karlomanni) ex concubina (annos 11).

889. Ungari ex Scithia egressi Pannoniam ingrediuntur, humano sanguine et crudis carnibus utentes.

892. Aru Wirziburgensis episcopus occiditur, in prelio suo contra Sclavos; cui Ruodolfus stultus succedit.

894. Tuto monachus Sancti Emmerammi episcopatum Ratisponensem suscepit.

896. (Arnolfus . . . . imperator efficitur,) a Formoso papa consecratur.

898. Beatus Venezlaus Boemie dux passus est[85]. 93

906. Dietmarus Salzburgensis archiepiscopus occiditur ab Ungaris cum Utone et Zacharia, aliis duobus episcopis[86]. Cui Pilgrimus succedit.

906. Baarii ab Ungaris occiduntur, et Liupoldus pater Arnolfi ducis ab eis occiditur. Contin. Reg. a. 907.

909. Huc usque Regino abbas chronicam suam perduxit.

912. (Chuonradus filius Chuonradi) ab Adilberto occisi (in *etc.*) Otto dux Saxonum obiit. Hatto archiepiscopus Maguntinus obiit, cui succedit Herigerus. Ib. a. 911. Ib. a. 913.

914. Arnoldus dux Bawarie regi rebellans, in Ungariam propellitur.

916. Arnoldus dux pergens de Iuvavo obsessus est Ratispone a Chuonrado rege.

917. (Burchardus dux) Alemannie (constituitur).

919. (Hainricus comes rex effectus regnavit annis 18) Saxo, Ottonis ducis filius; ex hinc regnum Teotonicorum subputatur. Cont. Reg. cf. Otto Fris. VI, 17.

921. Hainricus rex et Arnoldus dux Bawarie pacificantur.

922. Hainricus rex lanceam sacram quam reges nostri actenus habent a Ruodolfo Burgundie rege minis extorsit[87]. Arnoldus dux Bawarie in Boemiam cum exercitu proficiscitur.

923. Pilgrinus Salzburgensis archiepiscopus obiit 8. Idus Octobris, pro quo Uodilbertus eligitur.

Beatus Hermannus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Wigfridus succedit. Cont. Reg.

926. Herigerus Maguntiensis archiepiscopus obiit. Cui Hildibertus Fuldensis abbas succedit.

927. (Burchardus dux) Alamannorum (occiditur).

928. Ruodigerus Trevirorum archiepiscopus obiit, cui Ruodbertus[d] succedit.

929. Hainricus rex cum Arnolfo duce Boemanos vicit. Gisilbertus dux Gerbirgam filiam Hainrici regis duxit uxorem.

a) *correctum* fuit. b) fuit *superscripto* fecit *cod.* c) *ita pro* Bulgarorum *vel scribae vel auctoris errore.* d) Ruodgerus *cod.*

81) *Idus* legendum videtur cum necrologiis Salzburgensibus et Seccoviensi. 82) Commemoratur cum aliis in libello de Conversione Bawarorum. 83) Hae a. 873. in diem dominicam inciderunt, qua re annus ille recte positus esse convincitur, etsi Iohannes VIII. iam medio mense Decembri a. 872. Adriano successit. Adilbertum quem alii inter Adilwinum et Dietmarum collocant, a Salzburgensibus electum sed a rege non approbatum fuisse coniecit Hansizius. 84) *Feltau*, in Styria inferiori. 85) anno 935. 86) Frisingensi et Sabionensi. Sed haec a. 907. accidisse, eodem bello quo et Liupoldus occubuit, constat. 87) Verba sunt Ottonis Frisingensis Chron. VI, 18. atque haud scio an hoc totum inde sumptum sit, et initio regni Heinrici ex arbitrio adscriptum.

88 930. Tuoto Ratisponensis archiepiscopus[a] obiit et Guntpoto episcopus[88] obiit. Isingrimus episcopus Ratispone succedit.

935. Uodilbertus[b] Salzeburgensis archiepiscopus de invasione Italie rediens obiit. Egelolfus pro eo substituitur.

Otto Fris. VI, 22. C. Reg. 936. (Haidricus rex obiit. Otto Magnus Hainrici filius annos) 38, 84[us] ab Augusto. Hildibertus Moguntinus archiepiscopus obiit, cui succedit Fridericus, qui postea Ottoni imperatori rebellavit.

937. Ruodolfus rex Burgundie obiit. Arnoldus dux Bawarie obiit subitanea morte, percussus[c] a Domino ob denudationem ecclesiarum Dei et cenobiorum. Cui Perhtoldus frater eius succedit.

89 938. Michahel Ratisponensis episcopus habetur[89].

939. (Hainricus frater Ottonis ab Eberhardo) filio Arnolfi ducis (comprehensus est). Egilolfus archiepiscopus obiit, pro quo Heroldus.

Otto Fris. VI, 19. C. Reg. 940. (Gisilbertus) dux Belgarum (et Adalbertus) regi rebelles (occisi . . . . sunt). Otto ducatum Lotharingie accepit pro Gisilberto.

942. Ungari occisi sunt in Baioaria in Truongowe[d] sub[e] Perhtoldo duce. Isingrimus episcopus Ratisponensis obiit, cui Guntherius successit. Idem post ebdomadam 30. obiit. Michahel successit[90].

944. (Ungari cum Bawoariis) et Carentanis (pugnant et vincuntur).

948. (Berhtolfus Bawariorum dux obiit) 8. Kal. Decembris[91].

C. Reg. 950. Ruotbardus Strazburgensis obiit pro quo Wido eligitur. Ribga[f] Wormacensis episcopus obiit, pro quo Anno eligitur.

951. (Otto rex Italiam) cum Bawariis (petit . . . . . Berengarium regem expulit). Hainricus dux in
92 Ungarios est profectus[92].

953. (Berengerus) rex[g] Italiae (apud — sunt). Bruno frater regis cum ducatu Lotharingie Coloniensem episcopatum accepit.

954. (Liutolfus . . . . . rebellat) et[h] Hainricum ducem patruum suum de Bawaria expulit. Fridericus Moguntiensis archiepiscopus obiit, cui Willehelmus filius regis successit.

955. (Ungarii i[k] B. depopulantes) quodam[i] Schirense comite eos producente, de cuius origine sunt palatini comites (iusta — necantur[k]) usque ad[l] 7 viros (4. Idus Augusti).

956. Heroldus Salzeburgensis[m] archiepiscopus excecatur apud Muolidorf[n], et Hainricus
93 dux qui hoc fecit, obiit Kal. Nov. eodem anno[93].

958. Fridericus archiepiscopus Salzburgensis ordinatur[94] post Heroldum excecatum a[o] fratre regis Heinrico.

961. Popo[p] Wirziburgensis episcopus obiit, pro quo alius eligitur Popo.

963. Conbustio[q] Reginae civitatis. Otto imperator collecta synodo episcoporum Iohannem papam deposuit, et Leonem sibi substituit.

964. (Rome moratur,) quam postea rebellem obsedit et maxima fame oppressam cepit, propter quendam Benedictum, quem Leoni pape[r] superposuerant Romani. Qui et depositus est.

965. (Porchardus dux) Alamannie[s] (in — vicit). Hainricus Trevirensis archiepiscopus obiit, pro quo Theodericus. Bruno Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Volchmarus successit.

966. Beregerius quondam Italie rex exul apud Babenberch moritur.

967. Nicoforus Grecorum imperator nunciis et muneribus Ottonem imperatorem salutat.

972. Michahel[t] episcopus Ratisponensis obiit, cui Wolfgangus successit.

974. Sanctus[v] Wolfkangus Ratisponensis episcopus clarus habetur.

975. Sanctus[w] Wolfgangus episcopus Ramuoldum abbatem Sancti Emmerammi prefecit.

976. Bergense[w] cenobium sanctimonialium a domina Pia et ducissa, que et Pildrut, est constructum[95].

985. [Beatus[x] Hartwicus Iuvavensis archiepiscopus claruit.]

96 986. Beatus Adilbertus Bragensis episcopus passus est a Brucis[96].

a) *ita codex.* b) *ita supra a.* 923 *vocabatur; hic in codice scriptum est* Adilbertus. c) percusso *cod.* d) Tungowe *cod.* e) super *cod.* f) *ita Reginonis cod. Admuntense.* g) r. l. *desunt* 2. h) et — successit *desunt* 1. i) quodam — comites in 1. *supra lineam scripta sunt.* k) necati viacuntur 2. *ubi pugna vicit desunt.* l) *desit* 2. m) Salzburch 1. n) Muldorf 2. *ubi a.* 955. H. dux o. *desunt.* et — anno *desunt* 1. o) a. f. r. H. *desunt* 2. p) Popo — Popo *desunt* 1. q) C. B. c. *desunt* 1. r) *desit* 1. s) *hoc anno et duobus sequentibus nihil additi* 1. t) Michahel — successit *desunt* 1. v) *haec desunt* 2. w) *haec desunt* 1. x) B. — claruit *desunt* 2.

88) Pataviensis. 89) Vide infra a. 942. 90) Et successio episcoporum et pugna ad Wels ad annum 943 pertinent, nec diversa ab hac videtur expeditio ad a. 944. commemorata. 91) Necrologium S. Emmerammi habet *VIIII. Kal. Dec.* De anno auctores non consentiunt. 92) scil. ante expeditionem Italicam. 93) Secundum Cont. Reginonis Heroldus a. 954. excaecatus, dux a. 955. mortuus est. Hunc Kal. Nov. a. 955. obiisse, etiam Necrologium Fuldense asserit. 94) Consentit Cont. Reginonis. 95) Cf. Anonymum Haserensem, Mon. SS. VII, 257. 258. 96) anno 997.

988. Reinoldus[a] musicus Aihstetensis episcopus obiit, cui Emgoz successit, qui historiam cantus de sancto Nicolao edidit[97]. 97

990. Fridericus archiepiscopus Salzeburgensis obiit[98], pro quo beatus Hartwicus 6. Ydus Novembris ordinatur.

991. Hainricus dux de Ungaris triumphavit.

994. Sanctus Wolfgangus episcopus obiit, cui successit Gebehardus Ratispone.

995. Hainricus dux Bawarie obiit, et filius eius Hainricus successit.

999. Gregorius papa quintus obiit, cui successit Silvester II. qui et Gerbertus, qui primum Remorum, post Ravennatum fuerat archiepiscopus.

1002. (Heinricus dux Baioarie) patre[c] Hezilone natus (rex — 23), 87[mo] ab Augusto[d]. Item Chunigunde imperatricis frater Hainricus successit in Bawarie ducatu. Niuwenburg cenobium sanctimonialium a rege Hainrico et Chunigunde imperatrice est constructum[99]. Otto Fris. VI, 27.

1003. Gebhardus[e] episcopus Ratisponensis cenobium sancti Viti Bruol fundavit.

1009. Heinricus rex sorore sua Gisila Stephano regi Ungarorum data in uxorem, tam eum quam totum regnum eius ad fidem Christi vocavit[1].

1015. (Ernust dux) Alamannorum[f], frater Alberti marchionis Austriae (in — occiditur); cuius viduam Gisilam ib. c. 29. ex antiquo Karolorum sanguine oriundam Chuonradus postea imperator duxit uxorem.

1023. Beatus[g] Hartwicus archiepiscopus Salzeburgensis obiit, cui succedit Guntherius. Gebhardus episcopus Ratisponensis obiit, cui secundus Gebhardus succedit.

1025. Guntherius archiepiscopus obiit, cui Dietmarus succedit.

1026. Hainricus dux Bawarie obiit, et Hainricus rex filius imperatoris ducatum suscepit.

1028. (Ernust dux) privignus imperatoris.

1030. (Ernust dux in Alamannia) frater[h] eius Hermannus successit. c. 29.

1033. Benedictus[i] papa qui et Theophilactus sedit annos 12, menses 8.

1036. Gebhardus II. episcopus Ratisponensis obiit, cui tertius Gebhardus successit.

1037. Chuonradus imperator Placentinum, Vercellensem, Cremonensem episcopos exilio damnat. c. 31.

1038. (Hermannus dux) Alamannie.

1040. (Heinricus filius Cuonradi) ex Gisila. c. 32.

1042. (Adalbertus marchio) qui[k] marchiam orientalem Ungariis primo abstulit, (et — obiit.) Hainricus[l] VII. dux Bawarie factus est.

1044. Romana sedes a tribus invasoribus misere occupatur, quos quidam Gratianus presbiter pecunia[m] cedere persuasit, et ipse papa ordinatur Gregorius[n. o]. 2

1046. Heinricus rex collecto episcoporum conventu Gratianum qui et Gregorius deposuit.

1047. (Swidgerus), qui et Clemens (Babenbergensis episcopus) ab Heinrico[p] rege electus (in n. D. p. c.)

1048. Swidgero papa mortuo Poppo[p] Aquileiensis patriarcha subrogatur[q] et Damasus dicitur[r]. Kuonradus seu Chuono dux Bawarie effectus est[3]. c. 33.

1049. Sanctus Leo papa[s] nonus qui et Bruno, natione Teutonicus, papa ordinatur Damaso mortuo.

1052. Sanctus Wolfkangus a sancto Leone papa translatus est, et in novam criptam[v] repositus.

1053. (Heinricus imperator Pannoniam cum exercitu petit) Leonem[t] papam secum ducens.

1054. Sanctus[u] Leo papa commisso in Apulia cum Nortmannis et eorum duce Roberto Giscardo gravi prelio, fugere compellitur[4].

1055. Gebhardus[v] futurus episcopus 4. Nonas Martii ordinatur a Beldingo.

1056. (Adalbertus marchio) Austriae[w] (obiit).

1059. Baldwinus[x] archiepiscopus Iuvavensis obiit[5]. 5

a) Reinoldus *etc. usque ad finem anni* 999. *desunt* 1. c) p. H. n. *post* 23 *collocat* 1. d) o. s. ab A. *desunt* 2. Item — constructum *desunt* 1. e) Gebhardus — fundavit *desunt* 1. f) A. f. A. m. A. *desunt* 1. g) *additiones a.* 1023—1026 *desunt* 1. h) f. e. H. s. *supra lineam scripta* 1. *desunt* 2. i) Benedictus *etc. usque ad finem anni* 1036 *desunt* 1. k) *supra lineam scripta.* 1. l) H. VII. d. B. f. est *desunt* 1. m) misere 2. n) est dictus *addit* 1. o) a Heinr. 2. p) Popo 2. q) sublimatur 2. r) dictus est 2. Kuonradus — est *desunt* 1. s) *deest* 2. t) L. p. s. d. *supra lineam scripta sunt* 1. *post* Pannoniam *collocata* 2. u) *deest* 2. v) Gebhardus — Beldingo *desunt* 1. w) *superscr.* 1. x) B. a. I. c. *desunt* 1.

97) scil. Reginoldus. Obiit a. 989. 98) Anno 991. obiisse probat Hansizius, et eo anno dies 6. Id. Nov. in dominicam incidit. 99) in sede olim episcopali, ad Danubium. A Berga non multum distat. 1) Eadem fere verba legimus in Ottonis Fris. chronico VI, 27. quem ex eodem cum nostro fonte hausisse arbitror. Etiam Sigebertus a. 1010. de conversione Ungarorum loquitur. 2) In his et sequentibus quae antiqui annales praebebant, Ottonis verbis usus ampliavit. 3) anno 1049. Feb. 2. 4) Et hic verba Ottonis agnoscimus. 5) 1060. Apr. 8.

1060. Ordinatio venerabilis Gebehardi[a] archiepiscopi Iuvavensis. Gebhardus[b] Ratisponensis episcopus tertius huius nominis obiit, pro quo Otto eligitur.

1066. Stella cometes diu per orbem terrarum[c] totum apparuit. Wilhelmus[d] comes Nortmannie rege Anglie Heraldo occiso, ipse pro eo regnavit. cf Otto Fris. VI, 35.

1072. Episcopium Gurcense a venerabili Gebehardo archiepiscopo constituitur, et Gunterus ibi episcopus ordinatur[e].

1073. (Hildebrandus) monachus Cluniacensis (qui[f] et Gregorius papa ordinatur) Alexandro papa[g] defuncto.

1074. (Heinricus — rediit.) Item[h] secundo et tertio illo profectus terram Ungarorum in deditionem accepit. Monasterium Admuntense a venerabili Gebehardo archiepiscopo dedicatum est. Ratispone[i] magna pars ardebat.

1075. (Ernust marchio) Austrie[k] (occisus est in Saxonia in bello) et Gebehardus pater Lotharii postea imperatoris.

1079. Gebhardus[l] archiepiscopus profugus in exilium pridie Idus Octobris recessit[6].

1083. Heinricus[m] rex Romam[n] victor ingrediens Wichbertum hereticum superposuit in sede apostolica, Gregorio VII. electo.

1088. Gebehardus archiepiscopus Salzburgensis obiit.

1089. Otto[o] episcopus Ratisponensis obiit, cui successit Gebhardus IV.

1090. Ordinatio venerabilis[p] domni Tymonis archiepiscopi Iuvavensis.

1091. Tiemo[q] archiepiscopus Gisilbertum abbatem de Reginhersprunnun Admuntensi cenobio prefecit.

1092. Profectio ad Ierusalem[r] cepit institui.

1093. Magna[s] mortalitas hominum facta est. Eclipsis solis una hora.

1094. Ordo monachorum cepit in monte Kotewich[t]. Sanctus Nikolaus a Mirea Greciae translatus est[u] Barim, anno obitus sui 775.

1095. Apud[v] Halla dedicata est ecclesia a venerabili Tiemone archiepiscopo Iuvavensi[x], sexto ordinationis suae anno. (Petrus — Ierusalem.) Gotfridus[z] dux Lotheringiae et Robertus Flandrensis comes[y] cum multis aliis illo tendunt. Otto Fris. VII, 2.

1098. (Liupoldus) largus[a] (successit).

1100. Urbanus papa moritur.

Christum[*] millenos natum centumque sub annos
Illi credebant qui Ierusalem capiebant.
Lux prior Aprilis nam phase tunc dedit illis.

1101. (Dux Welfo profectus est Hierusalem) simulque Tiemo archiepiscopus Iuvavensis, et[a] ita marchionissa Austriae et[b] Admuntensis abbas Gisilbertus. Urbano Paschalis papa succedit. Gotfridus dux Hierusalem obiit. Baldwinus frater eius in regem ungitur[c].

1102. Monasterium[d] sancti Pauli ad Lavint est dedicatum. Sanctus Tiemo est martirizatus.

1105. Baldwinus frater Gotfridi rex Hierusalem frater Gotfridi cum 4 milibus 50 milia Sarracenorum fudit, rege eorum occiso, et[e] Ascalonam captam subegit.

1106. Ordinatio domni Chuonradi archiepiscopi Iuvavensis, 12.[f] Kal. Nov. a Pascali papa; 7. Idus Ian. constitutus est. Hartwicus episcopus ordinatur Ratispone post Gebhardum.

1107. Ordo monachorum[g] cepit Garsten.

1111. Domnus Bertholdus[h] abbas Garstensis eligitur.

1112. Sitanstense cenobium fundatum[i] est ab[k] Uodilscalcho nobili viro, sub Liupoldo abbate.

1114. Domnus Hartmannus primus Chotewigensis abbas obiit.

a) Gebhardi 2. b) Gebhardus — eligitur *desunt* 1. c) *desit* 2. d) Gwill. c. Norm. 1. e) eligitur 2. f) qui *ante* monachus *collocat* 1. g) *desit* 2. h) Item — accepit *desunt* 1. i) R. m. p. s. *desunt* 1. k) A. *et* et — imperatoris *in* 1. *supra lineam scripta sunt.* l) Gebhardus — recessit *desunt* 1. m) *cum a.* 1082. *haec contingit* 2. n) R. v. i. *desunt* 1. o) Otto — IV. *desunt* 1. p) Ord. d. Tiemonis a. Salzb. 2. q) Tiemo — prefecit *desunt* 1. r) Hierusalem 1. s) Magna — hora *desunt* 1. t) Chotewich 2. u) *desit* 2. v) Apud — anno *anno* 1094. *tributi* 2. x) Gotfridus — tendunt *anno* 1092. *tributi* 1. y) R. dux Flandrie 2. z) *superscr.* 1. *) *hi versus in cod.* 1. *paulo post additi sunt.* a) et I. m. A. *superscripta* 1. b) et A. s. G. *desunt* 1. c) eligitur 2. d) haec *desunt* 1. e) et A. c. s. *desunt* 1. f) XII. — Gebhardum *desunt* 1. g) *in cod.* 1. *verso verbo manus aliquanto recentior scripsit* canonicorum. *Eadem a.* 1111. *scripsit:* Ordo monachorum. h) Perhtoldus 2. i) constructum 1. k) ab — abbate *desunt* 1.

6) anno 1077. secundum Bertholdi narrationem, Mon. SS. V, 301.

1115. Domnus[a] Wolvoldus venerabilis abbas Admuntensi loco[b] preficitur.

1116. Sitanstensis[c] ecclesia sanctae Mariae dedicatur ab Uolrico.

1118. Paschalis papa obiit.

1119. Paschali papae Gelasius succedit. Welfo[d] dux Bawarie obiit; cui Hainricus frater eius succedit.

1120. Gelasio qui uno anno sedit mortuo, Kalixtus papa ordinatur.

1121. Hoc anno secundo dedicatum est monasterium Admuntense a venerabili Cuonrado archiepiscopo Iuvavensi.

1122. Monasterium[e] sancti Georgii[7] clauditur ab Admunt. Otachir marchio obiit. Liupoldus filius succedit. 7

1125. (Lotharius . . . . eligitur) 92[m] ab Augusto. Kalyxto[f] papa defuncto, Honorius ei succedit.

1126. Hartwicus[g] Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Chuono Salzburgensis[h] abbas eligitur.

1127. Heinricus VIII.[i] dux Bawariorum[k] obiit[8], et[i] filius eius Hainricus IX. pro eo successit. Terrae motus factus est magnus nocte et die Idus Februarii[m].

1128. Exusta[n] est basilica Salzburch 4. Non. Maii, et eodem anno a Chuonrado dedicatur.

1129. Liupoldus[o] marchio fortis de Stir obiit. Benedicta[p] laica obiit.

1130. Innocencius papa ordinatur.

1132. (Lotharius rex profectus in Italiam) et Rogerium tirannum de Apulia expulit et Campania, ac Reginaldum[q] ducem ibi constituit[9]. Chuono[r] episcopus Ratisponensis obiit, cui Hainricus succedit. Ratisponensis urbs et Pataviensis, Aihstetensis, Augustensis, Coloniensis, Brixiensis, uno anno arserunt. 9

1133. Hermannus Augustensis episcopus obiit.

1136. Otto comes de Diezen[s] occisus est[10].

1137. Ludwicus rex Francorum obiit. Heinricus rex Anglorum obiit. Pie memorie Wolvoldus abbas requievit in Domino.

1138. Reginbertus Pataviensis episcopus, et Otto Frisingensis episcopus, et Gotfridus Admuntensis abbas constituuntur.

1139. Sanctus[t] Otto Babenbergensis episcopus obiit.

ANNALES ADMUNTENSES.

Annalium Mellicensium continuationem post annum 1139 *fere eandem praebent codices Garstensis, Vorowensis, Admuntensis. In hoc autem non integri Annales Mellicenses praecedunt, aucti additionibus quas modo dedimus, sed epitome quaedam quae ab illorum annalium forma* B *proxime abest. Accedit series pontificum et alia quaedam, praesertim de primis christianae fidei martyribus, quae etiam in Annalibus Salisburgensibus legimus; praeterea eorum quae Auctarium Garstense efficiunt magna pars, aliaque huic codici propria. Recepta sunt etiam permulta ex Chronicis Ottonis Frisingensis et Ekkehardi et Honorii Summa*[11]*, atque ex Vita sancti Gebehardi*[12]. 12

a) S. Wolf. 2. b) cenobio 2. c) Sitansteusis — Uolrico *desunt* 1. Sitansteuse 2. d) Welfo — successit *desunt* 1. e) Monasterium — succedit *desunt* 1. f) Kalixto 2. g) Hartwicus — eligitur *desunt* 1. h) *imo* Sigebergensis. i) *deest* 1. k) bhioariorum 2. l) et — successit *desunt* 1. m) Aprilis 1. n) Exusta — dedicatur *desunt* 1. o) L. m. f. de S. o. *desunt* 1. p) Beudicta 1. q) Reginbaldum 2. r) Chuono *etc usque ad finem anni* 1133. *desunt* 1. s) Diezzen 2. t) S. O. B. e. o. *desunt* 1

7) situm in Carinthia, ad lacum Laengsee, a S. Vito non multum distat. 8) 1126. Dec. 13. 9) Hoc demum a. 1137 evenit, sed idem error etiam in Annalibus Admuntensibus et Salisburgensibus obtinet. 10) ante Papiam; v. Jaffé, Lothar der Sachse p. 188. 11) scilicet eadem quae etiam codici Ottonis Frisingensis Admuntensi manu saeculi XII. exeuntis inscripta esse animadvertit R. Wildmans. 12) quam Canisius edidit III, 2, 434. ed. Basnagianae. Nam inde venisse quae in Annalibus legimus, arguunt errores in annorum numeris adscribendis commissi e. g. 1106.

13 *Initio „computacio annorum secundum Ieronimum*[13] *posita est, quam etiam in Chronico Reicherspergensi offendimus; quae sequuntur quum nihil notitia dignum contineant, et a Pezio*[14] *satis bene edita sint, hic omisimus usque ad annum* 451 *quo primum Bavariae et Austriae res domesticae attinguntur.*

Usi sumus codice unico Admuntensi n. 501. *mb. in quarto saec. XIII. incipientis. Ibi Catalogum Pontificum Romanorum usque ad Innocentium III. deductum excipiunt Annales eadem manu scripti usque ad annum* 1200, *alia eiusdem aevi manu passim correcti. Post folium unum quod dudum excisum esse dolemus, sequitur annus* 1205 *alia manu scriptus, post quem usque ad annum* 1250 *alter alterum excepit.*

Ab Adam usque ad Abraham sunt anni 3184. Ab Adam usque ad Urbem conditam sunt anni 1300. Ab Urbe autem condita usque ad nativitatem Christi anni 715. Rursus iuxta computationem Orosii historiographi ab orbe condito usque ad Urbem conditam computantur anni 4447. Ab Urbe vero condita usque ad nativitatem Domini anni 752. Omnes ergo anni ab exordio mundi usque ad nativitatem Christi sunt anni 5200 vel 5199. His igitur annis ab inicio mundi transactis Ihesus Christus dominus noster natus est ex intemerata et perpetua virgine beata Maria in Bethlehem oppido Iudeae, dominica nocte, 8. Kal. Ian. circa finem 42. anni Augusti, ab Egipto vero subiugata et Antonii vel Cleopatrae interitu 28. anno, regnum Iudeae gentis tunc tenente Herode primo ex alienigenis, anno regni eius 31. Eodem quoque anno eiusdem cesaris natus est beatus Iohannes precursor ac baptista Domini 8. Kal. Iulii.

2. Anno secundo incarnationis dominicae, Augusto cesare adhuc imperante, Herodes rex pueros occidit, 13. die post nativitatem Domini in 8. Idus Ianuarii.

A. Mell. 4. Iudas ad rebellandum Iudeos hortatur.

5. Asinius Pollio moritur.

6. Herodes cum magno cruciatu moritur.

7. Fames magna Romae facta est.

9. Tiberius cesar sub Augusto Dalmatas Sarmatasque subegit. Temporibus huius Augusti Colonia ab Agrippa rege et Augusta a Druso rege, Augusti privigno, conditae sunt. Virgilius, Oratius et Ovidius doctissimi poetarum claruerunt.

12. Messala Corvinus orator moritur.

et cetera.

V. S. Sev. 453. Sanctus Severinus monachus superiorem Pannoniam intravit.

A. Mell. 454. Valentinianus occiditur, pro quo Maximus menses duos regnavit, et a militibus occiditur. Post quem Avitus sumpsit imperium.

455. Avitus imperium Placentiae deposuit. Post quem Martianus regnavit.

456. Martianus imperator obiit.

457. Leo orienti imperat annis 17.

461. Leo I. magnus doctor obdormivit in Christo.

465. Severus moritur.

466. Antemius imperator occidentis a Leone mittitur.

467. Marcellinus occiditur.

468. Arabundus imperium attemptans, ab Antemio in exilium mittitur.

469. Romanus imperium affectans decollatur.

470. Sanctus Remigius claruit.

471. Ricimer Antemium imperatorem occidit et Olibrium substituit, sed et ipse periit.

472. Olibrius imperator septimo mense moritur, pro quo Glicerius. Leo Leonem regni consortem fecit.

473. Leo senior obiit, pro quo iunior Leo paucis mensibus.

474. Romae Glicerio Nepos successit. Zenon annis 17.

475. Orestes Nepotem fugavit et filio suo Augustulo imperium dedit. Odoace. rex Turcilingorum et Rugorum Orestem et Paulum fratres occidit, Augustulum exilio dampnavit, et Romam obtinuit, anno conditionis eius 1229.

476. Odoacer invito Zenone Romae regnavit.

477. Corpus Barnabae et euangelium Mathei ipso revelante reperitur.

488. Theodericus permittente Zenone Ytaliam venit, et Odoacrem duobus preliis superavit.

489. Theodericus Odoacrem apud Ravennam obsedit.

490 Odoacer nocte egressus quarto prelio vincitur a Theoderico.

491. Anastasius annis 28. Sanctus Severinus quievit in Domino.

492. Theodericus Odoacrem interfecit et ipse regnum occidentis 20 annis tenuit.

497. Boetius consul Romae claruit.

498. Ludwicus rex Syagrium Aegidii filium principem Romanorum bello vicit et peremit.

501. Theodericus rex aquas Ravennam perduxit.

502. Ytalis Sirmium recepit, victis a Theoderico Bulgaribus.

505. Fulgentius episcopus claruit.

506. Theodericus victis Francis Gallos subiecit.

511. Vitalianus cum Scithis adversus Anastasium repugnat.

516. Anastasius heresi favens Euticetis et catholicos persequens fulmine periit.

518. Iustinus maior annis 8.

13) Ita inscripta est in codice Chronici Reicherspergensis qui Graecii servatur. 14) SS. Rerum Austriacarum II, 151—199.

passim intercepti capti. aliqua pecunia sit. Poppo epc̃ patauien. s.
Quo dñs Otacherus mittebat. qui & Austriam tenebat. Thyrnus
monasteriense tenuit. Albero a comite de Cappenberch

postea cū pactione pecunie. hoc ē. ut illi marcam unam. & l.
illuc vice Lupoldo dando &c. dumilius ē. Rodgerus bragens epc̃ et
subrogatus. Tanachred tanachredi fili mortuus ē. cui uidua com

A Otak ducatu
bomie privat

Annales Novimontenses C. Vindob. 1180.

Q[uo] ·c· Jrru. Sanct Eberhard salzpurgē
sis quiescit in dño. pquo Chunrad patauien
sis epc̃ intronizatus. Hartmannus brixiensis

Continuatio Reichersbergensis Vindob. C. Monac.

Anno dominice incarnationis M.C.XC.
HENRICVS Rex
filium suum Regem con

a hungaris interfectus
ad ō ccc. Luj. Otakarus filius regis
bohemie. de margrauatu quondam
Romanor regina Hermanni ducis

clauditur. eodem die hoc fac
Chunradus Imperator obiit. in
Adincarnatione dni. ō. xxx
Henricus filius eius. viij.
idus maij. imperii patris successit

Continuatio Florianensis. bibl. Caes. 606. hist. pag. 1109.

Anno dñi. m. c. lxxxx. quinto. m. Octauus. Pascha ce
lebratum. in Andree apud Traysmam. in Austria. fuit. a fra
tribus concelebratum. eo eadem estate duobus temporibus pla

Eodem bello vicit. dux
Wenceslaus dux bohemie. xl.
milites Austriaus

interfecit. Hungarie. & vicit. C

Dr. Rauscher scripsit

Annales S. Rudberti Salisburg. a. Cod. S. Petri

Anno dñi. m. c. lxxxx. [illegible] facto ibi capitulo. [illegible] ibidem
[illegible] monasterium. [illegible] combustum. [illegible] Ernst. Garstno. [illegible] Saxonia. occidit. Ebbhard. pat. Lothari
Romanor. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] postea imper. Lupold. Ernesto. succed. Ebrold. Salzb. scismaticus. sed. occupat. [illegible] [illegible]
[illegible] Papa. grec. discordat. Rudolf. rex. dirigit. ap. Forchem. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Hogonianus archiepc̃ mortuus. Karolus. vir. s. accolitus epc̃ mortuus.
ō. c. xxxvi. Ebrold. epc̃ frisingens. ep. Rom. rediens. Chunr. Wormacie. ad. ecclesiam
can. dicit. Symon. abbas. s. Pet. Spanheim. resignat. Gagalt. Both —
wold. abbas. Admuntensis. succed. Eccle. s. Pet. & Admuntensis. abbas.

ptens. eius ppy. comitis. suppositus. intrō. ō. eos grauiter. pressit.
pur. pertessus. miserat. Roy. Bohem. monit. ut. predictionem
sua. bruthenos. [illegible] ō. cc. lxviij.

Ong. Ulricus. Secouicz. obiit. Hoc. anno. Wichardus. Decanus. Patauien
ei. substituitur. Rex. Rom. in festo. nativitatis. apud. Frisacum. celebrat.

1. C. Cenobii Nr. 389. Mss. 713.

austrie. & decis. triumphat. Bohemos. ydonorari. a. rege. Romanor. & ipse
patauiensi. Wichardo. substituitur. Indict. 5ta. Adalrici. Gundo. maxima
ad. quietatem. ouor. eccl. in. Parrocha. Wormn. ō. cc. lxxx. uij.

Fridericus. Gallingū. archiepc̃. vij. Id. Aprilis. obiit. cui. corpe. xv. kl. maij. idem
sepultus. xi. kl. eiusdem. celebrata. fuit. electio. duo. Rudolfo. Cancell. imperat. aule.
viro. omnia. legata. ad. ecclesiam. qd. ni. fuit. in toto. capitulo. ut. unus. qui. ulnu. electione. dissen

W. Wattenbach scripsit.

Mon. Germ. SS. T. IX. Add. V. ad pag. 570.

Lithographirt v. J. G. Schmidt, Wien

520. Romanorum exercitus apud Otingam a Bawaris prosternitur per Theodonem ducem.

521. Theodericus sanctum Iohannem papam peremit, Simachum patricium occidit. A. Mell.

522. Clodoveus qui et Ludwicus 30. anno regni moritur et Parisius sepelitur, pro quo 4 filii eius regnaverunt. Theodericus Gothorum rex subitanea morte apud Ravennam moritur, pro quo Athericus[a] nepos eius regnat annis 8.

524. Sanctus Benedictus abbas omni genere virtutum claruit.

525. Iustinus Iustinianum regni consortem et successorem faciens obiit.

526. Iustinianus annos 38.

527. Athalaricus regnavit in Ytalia.

528. Parthi Romanum exercitum vincunt in sabbato paschae.

530. Iustinianus templum celeberrimum Constantinopoli quod sanctae Sophiae dicitur construxit. H. misc.

533. Belesarius a Iustiniano missus Wandalos in Africa delevit. A. Mell.

535. Cassiodorus senator librum psalmorum exposuit. Priscianus etiam Cesariensis libros artis grammaticae ad Iulianum patricium et consulem descripsit. Eb.

536. Beatus Sigismundus rex Burgundiae occisus est a Chlodomire rege Francorum filio Chlodovei.

540. Lotharius filius Chlodovei nepotes suos occidit.

541. Corpus sancti Antonii Alexandriam defertur. A. Mell.

543. Sanctus Remigius quievit in Domino.

544. Synodus universalis Constantinopoli celebratur.

549. Hucusque Iordanis episcopus chronicam suam de gestis Romanorum perduxit.

554. Totila rex Gothorum Ytaliam occupavit.

561. Hildibertus rex moritur anno regni 40.

563. Iustinianus imperator moritur.

564. Iustinus minor annis 11. Armenii fidem suscipiunt. Eb.

566. Totila victus occiditur. A. Mell.

568. Longobardi Italiam occupant.

570. Longobardi Mediolanum optinuerunt. Eb.

574. Iustinus imperator obiit. A. Mell.

575. Tiberius Constantinus annis 7.

576. Beatus Gregorius tunc apocrisiarius Moralia conscripsit.

579. Gens Longobardorum Ytaliam vastat.

581. Tiberius imperator obiit.

582. Mauricius annis 21. Ervigildus rex Gothorum Arriane[b] Hermigildum filium ob fidem catholicam occidi fecit.

586. Richaredus rex ad fidem catholicam convertitur.

588. Sigbertus rex occiditur.

591. Sanctus Gregorius ad pontificatum Romanum eligitur.

594. Gregorius papa sinodum cum 24 episcopis habuit.

595. Sanctus Gregorius Anglorum gentem missis predicatoribus ad fidem[b] convertit.

598. Garibaldus Bawariae regnum accepit.

602. Mauricius imperator a Foca occiditur.

603. Focas imperavit annis 8.

604. Sanctus Gregorius migravit ad Dominum.

605. Hoc anno tunica Domini inconsutilis invenitur et Ierosolimam deportatur. Eb. 603.

607. Gundrammus rex obiit, pro quo frater eius Hildibertus in Burgundia regnavit. Focas ecclesiam Romanam omnium ecclesiarum caput esse constituit. A. Mell.

608. Focas Pantheon petente Bonifacio papa ecclesiae Dei dedit.

609. Persae multas provincias Romanorum auferunt, Ierusalem quoque et crucem dominicam abstulerunt.

610. Focas moritur.

611. Heraclius annis 26.

612. Hoc tempore Mahmet quem Sarraceni hactenus colunt ex stirpe Ismahelis extitit. Eb.

613. Anastasius monachus Persea passus est. A. Mell.

615. Edilbertus primus Anglorum regum christianus obiit.

618. Heraclius crucem Domini reportavit a Persida.

623. Sanctus Rudbertus primus Iuvavensis episcopus et Noricorum apostolus quievit in Domino.

627. Theodericus rex veneno interiit.

633. Hoc tempore maior domus fuit in palacio Lotharii beatus Arnulfus, postea Metensis episcopus. Reg.

635. Sanctus Kylianus cum sociis suis passus est Herbipoli.

636. Eraclius imperator moritur. A. Mell.

637. Eraclonas cum matre Martina annos 2.

638. Eraclonas occiditur.

639. Constantinus filius Eraclii menses 6. Constans filius Constantini annos 28.

640. Oswaldus rex Anglorum passus est.

647. Martinus papa sinodum 105 episcoporum congregat in qua Sergium, Pirrum et Paulum condempnat.

652. Mediterranei Angli christiani facti sunt.

653. Gens Merciorum christiana efficitur.

a) *ita codex.* b) fide *coder.*

Ekk. 659. Beata Gerdrudis virgo matertera Pipini claruit.
A. Mell. 662. Eclipsis solis facta est hora quasi 10, 5. Non. Mai.
666. Constans interiit.
667. Constantinus filius Constantis annis 17.
672. Quinta synodus Constantinopoli congregatur.
Ekk. 679. Sanctus Lambertus apud Trajectum claruit.
A. Mell. 683. Constantinus imperator moritur.
684. Iustinianus minor filius Constantini annis 10.
693. Iustinianus regno cedere compulsus est.
694. Leo annis 3. Sergius papa capsam dominicae crucis invenit.
696. Leo regno cessit.
697. Tiberius annis 7.
701. Beda Venerabilis Anglorum presbiter chronicam suam finivit.
703. Iustinianus prius regno pulsus sed et naso privatus, regressus Leonem et Tiberium cum multis aliis occidit.
704. Iustinianus secundo cum filio Tiberio imperavit annis 7.
710. Philippicus Iustinianum occidit et regnavit pro eo.
711. Philippicus annos duos.
712. Anastasius Philippicum oculis privavit et regno expulit.
713. Sanctus Corbinianus episcopus Frisingensis claruit.
714. Pippinus maior domus obiit, pro quo Karolus filius ejus annis 27.
716. Theodosius annum 1. Hic Anastasium prelio vicit eumque presbiterum ordinari fecit.
717. Leo annis 9.
718. Sanctus Winfridus qui et Bonifacius, a Gregorio papa Magontio archiepiscopus ordinatur.
719. Sanctus Othmarus fit abbas in cella sancti Galli.
723. Sanctus Pirminius primum ad Augiam insulam venit.
724. Karolus de Serracenis triumphavit.
725. Hucusque Beda cronicam suam in maiori de temporibus libro perduxit. Regnum Romanorum abhinc Francorum esse cepit.
726. Karolus Pipini filius annis 15.
730. Beda Venerabilis Anglorum presbiter obiit.
731. Karolus cum Sarracenis pugnavit.
732. Karolus item Sarracenos cum rege suo delevit.
734. Karolus Waschoniam vicit.
740. Karolus moritur et apud Sanctum Dyonisium sepelitur.
741. Pipinus cum fratre Karlomanno, filii Karoli, annis 11.
744. Fuldense cenobium a sancto Bonifacio ceptum est.
V Bonif. c. 9. 745. Iohannes Salzburgensis episcopus septimus post sanctum Rudbertum, et Erimbertus Frisingensis episcopus secundus post fratrem suum beatum Corbinianum, et Gaubaldus Ratisponensis episcopus a sancto Bonifacio preficiuntur.
A. Mell. 746. Sanctus Burchardus Wirzburgensis primus episcopus et sanctus Willibaldus Eichstetensis episcopus primus a beato Bonifacio ordinantur.
751. Audogarius primus abbas Campidone efficitur.
753. Sanctus Bonifacius a Fresonibus martirio coronatus est.
H. misc. 755. Turci e portis Caspiis egressi terras vastant.
A. Mell. 759. Sanctus Othmarus abbas in insulam Reni relegatus a tyrannis Warino et Ruthardo, in confessione Christi migravit. Eclipsis solis facta est 18. Kal. Sept. hora 9.
762. Eclipsis solis facta est 2. Non. Iul. hora 6.
764. Corpora sanctorum Gorgonii Naboris et Nazarii in Francium deferuntur.
Da conv. Baw. 765. Virgilius episcopus ad Otilonem ducem Bawariae transmissus Iuvavensi ecclesiae preficitur.
A. Mell. 766. Pipinus moritur Parisius.
767. Karolus Magnus Pipini filius cum fratre Karlomanno[a] annis 3, postea solus annis 42.
H misc 768. Apud Constantinopolim quartus Leo.
A. Mell. 769. Corpus beati Othmari decimo anno depositionis eius incorruptum reperitur et in basilica sancti Galli sepelitur.
772. Tassilo Carenthiam subiugavit, et Theodo filius eius Romae baptizatus est.
773. Karolus Ytaliam sibi subiecit.
777. Karolus Hyspaniam subegit.
779. Karolus Saxoniam subiugavit.
781. Sanctus Willibaldus obiit.
782. Monasterium Chiemse constructum est.
783. Monasterium sancti Emmerammi cepit.
784. Sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus obiit.
785. Arn primus archiepiscopus Iuvavensis ordinatus est. Eclipsis solis facta est hora quasi tertia.
790. Karolus Pannoniam regnum Hunorum vastat.
792. Magister Albwinus claruit.
795. Huni Karolo subiciuntur.
798. Leo papa excecatur a Romanis.

a) Kalomanpo *cod.*

799. Leo papa visum recepit in die nativitatis Domini.
800. Karolus imperiali benedictione accepta augustus et cesar dictus est. A. Mell.
802. Karolus Salzburg venit.
806. Eclipsis solis facta est 3. Id. Feb. hora quasi 6.
809. Eclipsis solis facta est 7. Id. Iun. hora secunda diei. Item eodem anno alia eclipsis solis 2. Kal. Dec. hora 3.
810. Karolus rex filius Karoli obiit.
811. Bernhardus rex efficitur.
812. Karolus Magnus obiit.
813. Ludwicus magni Karoli filius imperavit annis 26.
815. Leo papa mortuus est, pro quo Stephanus.
817. Bernhardus rex Ludwico rebellat.
818. Bernhardus rex cecatus obiit.
822. Arn archiepiscopus Iuvavensis obiit, pro quo Ammilonius abbas ordinatur. Eodem anno Adilrammus fit Iuvavensis archiepiscopus.
824. Eugenius papa ordinatur.
826. Heroldus rex Danorum baptizatus est Maguntiae. A. Fuld.
836. Alrammus archiepiscopus obiit, pro quo Liuprammus ordinatur.
839. Eclipsis solis facta est 4. Non. Mai. Ludwicus imperator obiit 2. Kal. Iulii.
840. Ludwicus Ludwici filius cum fratribus Lothario, Karolo, Pipino, imperavit annis 26. Eodem anno diviA. Mell. sum imperium. Ludwicus Germaniam, Lotharius cum nomine imperatoris Ytaliam, Karolus Gallias in particione regni acceperunt.
845. Salzburgensis ecclesia igne periit.
847. Rabanus Maguntinus archiepiscopus ordinatur.
851. Sanctus Remigius Remorum archiepiscopus translatus est. A. Fuld.
855. Lotharius imperator obiit, pro quo Ludwicus filius eius cum fratre Lothario annis 19. A. Mell.
859. Liuprammus Salzburgensis episcopus obiit, pro quo Adilwinus. Niz rubea nivit. Io- A. Fuld. nium mare adeo est congelatum, ut mercimonia carpentis et equis Venetias deferrentur.
861. Ludwicus festum sancti Martini Salzburge celebravit.
862. Huni christiani facti sunt.
863. Ludwicus pascha celebravit Salzburg. A. Mell.
867. Terre motus factus est et cometes visa est.
868. Lotharius rex obiit, et Karolus Galliarum rex regnum eius invasit.
871. Wormacium fulminis ictu crematur
873. Adilwinus Salzburgensis archiepiscopus obiit, pro quo Ditmarus.
874. Ludwicus imperator obiit.
876. Karolus iunior filius Ludwici cum fratribus Karlomanno et Ludwico annis 12.
879. Ludwicus Balbus filius Karoli obiit. Karlomannus obiit.
880. Karolus iunior imperator efficitur. Ditmarus Salzburgensis archiepiscopus sanctum Vincentium e Roma in patriam adduxit.
887. Karolus imperator regno privatur.
888. Arnolfus filius Karlomanni ex concubina annis 11. Karolus imperator iunior obiit.
889. Ungari ex Scithia egressi Pannoniam ingrediuntur, humano sanguine et crudis carnibus utentes.
891. Urbs Ratispona incendio flagrat. Reg.
896. Arnoldus rex Romam veniens imperator efficitur, A. Mell.
897. Magna fames ita ut homines invicem se comederent.
898. Beatus Venezlaus Boemorum dux passus est.
899. Arnoldus imperator moritur.
900. Ludwicus filius Arnoldi admodum puer annis 12.
906. Ditmarus Salzburgensis episcopus occiditur ab Ungaris cum Utone et Zacharia aliisque[a] duobus episcopis. Pilgrimus fit archiepiscopus Salzburgensis.
909. Hucusque Regino abbas chronicam suam perduxit.
911. Ludwicus rex moritur.
912. Chunradus filius Chunradi regnavit annis 7.
917. Basilea ab Ungaris destruitur.
919. Chunradus rex moritur.
921. Heinricus dux Saxonum et Turingorum, filius Ottonis ducis Saxonum potentissimi primus huius nominis regnum optinuit. Hic cum Ungaris pugnavit apud Merspurch et felicissime triumphans eos sibi tributarios fecit.
922. Heinricus rex lanceam sacram, quam reges nostri hactenus habent, a Rudolfo rege Burgundiae minis extorsit.
923. Sanguis Domini in Augiam insulam defertur. Pilgrimus Salzburgensis archiepiscopus obiit, pro quo Oudilbertus eligitur.
936. Heiericus rex obiit.

a) *ita male pro* aliis.

A. Mell. 937. Otto Magnus Heinrici filius annis 38.
945. Terrae motus factus est.
955. Ungari totam Bawariam depopulantes quodam Schirense comite eos producente apud Augustam ecclesiam sancte Afrae igni combusserunt. Ubi adveniente Ottone rege victi et multa milia eorum cesa sunt, caeterisque fugientibus principes eorum Ratisponam vivi perducti et ad ignominiam suae gentis in patibulis sunt suspensi. Qui autem evaserunt, septem tantum fuerunt.
958. Cruces in vestibus apparuerunt.
959. Fridericus Salzburgensis episcopus ordinatur post Heroldum.
961. Signum in sole apparuit.
962. Otto rex imperator efficitur.
969. Eclipsis solis facta est.
970. Signum quoddam ignei coloris apparuit.
973. Sanctus Oudalricus obiit. Otto imperator obiit Nonis Mai.
974. Otto II. Ottonis Magni filius annis 10.
976. Bargense cenobium sanctimonialium cepit.
983. Otto imperator Romae moritur.
984. Otto III. Ottonis II. filius admodum puer annis 18.
997. 986. Beatus Adilbertus episcopus passus est a Brucis.
987. Fames magna.
991. 990. Fridericus archiepiscopus Salzburgensis obiit, pro quo Hartwicus.
994. Sanctus Wolfkangus obiit.
1001. Otto imperator obiit.
1002. Heinricus dux Bawarie patre Hezilone natus ad regnum electus regnavit annis 23, secundus huius nominis. Niwenburgense cenobium a rege Heinrico et Chunigunde imperatrice constructum est et monialibus institutum.
1003. Brulense cenobium in honore sancti Viti a Gebehardo Ratisponensi episcopo constructum est.
1005. Fames magna facta est.
1007. Babenbergense episcopium ab Heinrico rege constituitur et Eberhardus episcopus primus ibidem ordinatur.
1009. Heinricus rex sorore sua Gisila Stephano regi Ungarorum in uxorem data, tam eum quam totum regnum eius ad fidem Christi vocavit.
1012. Beatus Cholomannus passus et apud Stokarou suspensus est.
1014. Beatus Cholomannus[a] in Medlicha sepultus est. Heinricus imperiali benedictione coronatus est Romae a Bonifacio papa.
1021. Terre motus factus est magnus.
1022. Heinricus imperator novam Troiam cepit, et mortalitas magna facta est.
1023. Sanctus Hartwicus archiepiscopus Salzburgensis obiit, pro quo Guntherius.
1024. Heinricus imperator secundus obiit.
1025. Chunradus ad regnum electus annis pene 15 regnavit. Guntherus archiepiscopus Salzburgensis obiit, pro quo Ditmarus eligitur.
1026. Chunradus rex Heinricum filium suum regem fecit, et ipse Romam veniens imperator efficitur.
1032. Rudolfus rex Burgundie moriens diadema suum Chunrado imperatori commisit.
1033. Eclipsis solis facta est.
1036. Nuptie Heinrici regis.
Otto Fris. VI, 31. 1037. Chunradus imperator Placentinum, Vercellensem, Chremonensem episcopos exilio dampnavit.
A. Mell. 1038. Edildrudis quae et Chunigunt regina, sponsa Heinrici regis, 15. Kal. Aug. obiit. Sanctus Stephanus Ungarorum rex obiit.
1039. Chunradus imperator obiit. Eclipsis solis facta est 11. Kal. Septembris.
1040. Heinricus III. filius Chunradi imperatoris ex Gisila regnavit annis 18.
1041. Heinricus rex Ungariam ingressus cum exercitu, igne predaque cuncta devastat.
Otto Fris. VI, 32. A. Mell. 1042. Adilbertus marchio qui marchiam orientalem Ungaris primo abstulit et filius eius Liupoldus maximam partem exercitus Ovonis regis Ungarorum delevit. Heinricus rex Ungariam iteram sibi subiecit.
1043. Heinricus rex tercio Pannoniam petens, Ungaros per iusiurandum sublegavit.
1044. Heinricus rex quarto Ovonem regem rebellantem vicit et Petrum regno suo restituit. In enim antea
Otto Fris. VI, 32. cecatus[15] et regno Ungariae privatus fuerat. Circa idem tempus pudenda confusio ecclesiae Dei Romae fuit, sedem illam tribus invadentibus, quorum unus Benedictus dicebatur. Atque ad miserias cumulum divisis[b] simul patriarchiis unus ad Sanctum Petrum, alter ad Sanctam Mariam Maiorem, tertius id est Benedictus in palacio Lateranensi residebat. Hunc defectum ecclesiae religiosus quidam presbiter Gratianus nomine videns, seloque pietatis matri suae compatiendo animadvertens, prefatos viros adiit, eisque a sede sancta cedere per pecuniam suasit; Benedicto quia maioris erat dignitatis[c], reditibus Angliae relictis. Ob ea cives Gratianum tamquam liberatorem patriae[d] in summum pontificem elegerunt, Gregoriumque VII. appellaverunt. Quod audiens rex, in Italiam procinctum movit. Cui Gra-

a) Columbanus *cod.* b) dimissis *codex.* c) *huic verbo superscriptum est* auctoritatis. d) *superscriptum* ecclesiae.

15) Anno demum 1046 oculis privatus est, teste Herimanno.

tianus apud Sutrium occurrens, ad leniendum eius animum pretiosum diadema optulit. Quem rex primum ut decuit honorifice suscepit, postea tamen in conventu episcoporum pro nota simoniae rodere perussit. Hunc Gratianum Alpes transcendentem secutum falsae traditui Hildebrandum, qui dum postmodum papa factus esset, ob eius amorem quia de catalogo pontificum semotus erat, se Gregorium VII. appellari voluit. Et sicut in Lucano habes: *Victrix causa diis placuit sed victa Catoni*: ita et huic Hildebrando qui in omni rigore ecclesiastico constantissimus fuit, causa ista semper displicuit, in qua sententia principis et episcoporum prevaluit. Fabian Romana ecclesia in electione pontificum canonica in tantum infirmata fuit, quod Swikerus Babenbergensium prius episcopus quem rex pro Gratiano papam constituerat, et isti tres sequentes quos infra ponemus, ab imperatore ibi positi in catalogo inveniantur. Otto Fris. VI, 32.

1045. Petrus rex Heinricum Romanorum regem magno apparatu in pentecosten suscepit. A. Mell.

1047. Heinricus rex et eius coniunx Agnes in sancto die nativitatis Domini imperiali benedictione Romae sublimantur. Swikero mortuo Popo Aquileyensis patriarcha in papam electus, Damasus dictus est. Quo mortuo Bruno qui et Leo, Tullensis episcopus, succedit. Hic ex nobili Francorum prosapia oriundus, ab imperatore ad sedem apostolicam destinatur. Dumque in Gallias iter ageret, contigit eum Cluniacum venire, ubi predictus Hildebrandus prioratus officium administrabat. Is Leonem adiens, constanter eum de incepto redarguit; illicitum esse inquiens, per manum laicam summum pontificem gubernationem totius ecclesiae usurpare. Verum si suis se crederet consiliis, utrumque, et quod maiestas imperialis in eo non exacerbetur, quodque libertas ecclesiae in electione canonica renovetur, se pollicetur effecturum. Inclinatus ille ad monitum eius pontificalem purpuram deponit, peregrinique habitum assumens cum Hildebrando iter carpit, Romamque veniunt. Igitur consilio Hildebrandi Bruno a clero et populo in papam eligitur, sicque qualitercumque Romana ecclesia ad faciendam electionem informatur. Otto Fris. VI, 33.

1048. Sinodus habita est Maguntiae presente Leone papa et imperatore. Ekk. 1049.

1052. Leo papa veniens Ratisponam reliquias beati Dionisii martiris, de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parisiorum legatis perspexit ibique teneri probavit. Sanctum quoque Wolfkangum eiusdem urbis episcopum de tumulo levavit, indeque Babenbero transiens, privilegia eiusdem ecclesiae presente imperatore confirmavit. Eo tempore Northmanni Rudberto Giscardo duce, humilis conditionis viro sed strennuissimo, Apuliam cum incolis suis multis mala affligunt. Quos Leo papa cum militia Urbem regrediens dum cohercere a finibus regni et ecclesiae vult, pugna inita fusis multis ipse Beneventum fugit. Tanta vero strages utrobique accidit, quod acervus ex ossibus mortuorum compactus hodieque illo conspiciatur. Ekk. Otto Fris. VI, 33.

1053. Leo papa et Heinricus imperator natale dominicum divino et regio cultu apud Wormaciam celebrant. Ibi apostolicus in sancta die missarum celebratione peracta, insequenti die ut oportuit Liupoldum Maguntinae sedis archiepiscopum, utpote in sua diocesi precipuum, subrogavit huic officio. Qui peracta processione et ubi ad hoc ventum est dicta oratione, postquam se in sua sede locavit, quidam ex diaconibus suis Humbertus nomine sicut multi ob illius festi venerationem solent lectionem decantavit. Quod quidam ex Romanis papae assistentibus vituperantes et cantationem interdiceret. Quod cum ille iuvenum more contempneret, iterum mitteado papa interdixit. Qui mox eadem vocis sonoritate qua prius cantavit, et legendo decenter lectionem usque ad finem perduxit. Qua finita papa illum ad se vocavit, et quasi pro inobedientiae contumacia degradavit. Archiepiscopus vero misit ad illum, ut suum sibi redderet ministrum. Quod ubi papa abnuit, pontifex ut erat antiquae disciplinae, licet aegre pacienter tamen interim tacendo sustinuit. Perlecto autem ewangelio et decantato offertorio, ubi sancti sacrificii tempus advenit, pontifex in sede sua resedit, vere contestans nec se nec aliqm quempiam completurum illud officium, nisi reciperet processionis suae ministrum. Quod ubi apostolicus intellexit, pontifici cessit, reindutumque ministrum continuo remisit. Quo recepto, debito se presul iniunxit officio. Qua in re et pontificis auctoritas et apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere contendebat, et iste licet maioris dignitatis, metropolitano tamen in sua diocesi cedendum perpendebat. Ekk.

Heinricus imperator Pannoniam intravit cum exercitu, habens secum Leonem papam. Nam et antecedente anno illuc ingressus fuerat ad coercendum Andream, qui electo Petro Ungarorum regnum invaserat; sed incolis terrae cum victu necessariis absconditis, militem sustentare non valens, vastatis omnibus reversus fuerat. A. Mell. Otto Fris. VI, 33.

1054. Imperator Heinricus Ytaliam ingressus Beatricem Mahthildis matrem, consanguineam suam, defuncto marito eius Bonifacio marchione, secum reduxit.

1055. Leo papa mortuus est et in ecclesia sancti Petri humatus, clarus habetur in miraculis. Cui Gebehardus Eistetensis qui et Victor successit, illique Stephanus natione Teutonicus.

1056. Ungari imperatori rebellant. Quibus Gebehardus Ratisponensis episcopus, patruus imperatoris, occurrit in fugamque versos magna cede afflixit, et urbem marchiae Heimburch aedificiis restauratam militibus imperatoris communivit. Ekk. 1050.

1057. Heinricus III. imperator obiit 3. Non. Oct. cui Heinricus filius successit. A. Mell.

1058. Heinricus IV. imperator regnavit annis 49. Victor papa obiit, pro quo Stephanus qui et Fridericus. Agnes imperatrix suscepit ducatum Bawariae.

1059. Baldwinus archiepiscopus Iuvavensis obiit, pro quo domnus Gebehardus eligitur.

1060. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Otto eligitur.

1061. Northmanni Apuliam invasam graviter vastant.

1062. Heinricus rex separatus est a matre sua, anno sexto regni eius, etatis vero undecimo. Agnes imperatrix et Guntherius Babénbergensis episcopus predas et incendia invicem exagitant.

1063. Heinricus rex exercitum movit in Pannoniam, et Salemonem regem constituit, federatisque omnibus cum summo honore revertitur.

1064. Cedes magna facta est in Goslorensi monasterio, presente rege et principibus eius. Multa mala fuerunt in terra.

1065. Heinricus rex acciactus est gladio, anno nono regni sui in pascha. Sigfridus Maguntinus et Guntherus Babenbergensis episcopi ierosolimam tendunt. Engilbertus Patauiensis episcopus obiit, cui Altmannus successit.

1066. Meinhardus[a] comes occiditur. Stella cometes diu per orbem totum apparuit. Willehelmus comes Nortmanniae Heraldum regem Angliae occidit, et ipse regnavit pro eo. cf. Otto Fris. VI, 35.

a) M. c. o. *expuncta sunt.*

A. Mell. 1067. Heinricus imperator duxit Berhtam filiam Ottonis comitis uxorem.

1068. Multa et diversa his temporibus mala in toto regno facta sunt.

Otto Fris. VII, 2. 1069. Orientalis ecclesia gravem a paganis persecutionem passa est.

A. Mell. 1070. Otto dux Bawariae rebellavit.

1071. Adilheidis marchionissa obiit. Welfo dux Bawariae factus est expulso Ottone.

1072. Episcopium Gurcense a venerabili archiepiscopo Gebehardo constituitur, et Guntherus episcopus ibidem eligitur.

1073. Welfo dux Bawariae, Rudolfus dux Sueviae, nec non Perhtolfus dux Zaringe, coniurant adversus regem Heinricum. Hiltibrandus monachus Cluniacensis, qui et Gregorius, papa ordinatur Alexandro defuncto.

1074. Heinricus rex in Ungariam adversus Goutsonem patruelem Salomonis profectus incassum rediit. Item secundo et tercio illo profectus, terram Ungarorum in deditionem accepit. Monasterium Admuntense a venerabili Gebehardo archiepiscopo Iuvavensi dedicatum est. Ratisponae magna pars urbis arsit.

1075. Gebehardus pater Lotharii postea imperatoris, et Ernst marchio Austriae occisus est in Saxonia in bello; cui Liupoldus filius successit. Primum bellum Heinrici regis cum Saxonibus apud Unstru.

1076. Anno Coloniensis episcopus obiit.

1077. Magna discordia inter papam et regem oritur. Heinricus rex Ytaliam ingreditur, et Rudolfus dux instinctu apostolici in regem eligitur apud Vorheim.

1078. Bellum secundum Heinrici regis inter duos reges in Saxonia committitur in quo Diepoldus marchio occiditur iuxta fluvium Streva.

1079. Gebehardus archiepiscopus profugus in exilium a Iuvavo 2. Idus Octobris recessit.

1080. Gregorius qui et Hiltibrandus Heinricum regem excommunicavit. Welfo dux Bawariae Augustam civitatem invasit et depredatam incendit. Tertium bellum Heinrici regis cum Saxonibus iuxta villam quae dicitur Durloch.

1081. Rudolfus rex occiditur. Altmannus episcopus Pataviensis marchioque Liupoldus aliique coniurant contra regem Heinricum. Quartum bellum Heinrici cum Saxonibus iuxta fluvium Elstre feria quinta, Idus Octobris.

1082. Bawari et Boemi cum Liupoldo marchione dimicati vicerunt. Bellum quod fideles Heinrici regis contra Swevos habuerunt iuxta Danubium apud villam quae dicitur Holstein, feria quarta, Idus Augusti. Heinricus rex Romam victor ingrediens, Gregorium papam VII. eiecit et Wichpertum in sede apostolica locavit.

Otto Fris. VII, 1. 1083. Desiderius cardinalis qui et abbas Casinensis in papam electus, Victor dictus est.

1084. Victor papa in brevi decedens, Ottoni Hostiensi episcopo cathedram reliquit.

c. 2. 1085. Otto Hostiensis, Urbanus papa dictus, sedit annis 16. Alexius imperator Constantinopolitanus Urbanum papam ad auxilium sancti sepulchri litteris efflagitat.

V. Geb. c. 9. 1087. Gebehardus archiepiscopus Salzburgensis inardescente zelo fidelium anno exultationis suae nono ab Engilberto comite et ab aliis fidelibus suis e. ministerialibus ecclesiae reductus est in sedem suam, comitantibus se suffraganeis suis, Altmanno scilicet Pataviensi et Meginwardo Frisingensi, electo Perhtoldo Prunnizagil quem Heinricus rex Iuvavensi ecclesiae superintruserat.

c. 7. 1088. Gebehardus archiepiscopus 16. Kal. Iulii in castro suo Werven quod ipse construxerat, huius vitae terc 2. minum beato fine sortitur, et inde translatus in nostro monasterio sepelitur, quod ipse ante annos 15 constitutum, eodem anno etiam dedicaverat; in quo nimirum monasterio 12 tantum monachos sacerdotes ordinaverat.

A. Mell. 1089. Ordo monachorum cepit in Medlicensi loco sub abbate Sigiboldo. Otto Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Gebehardus.

V. Geb. 10. 1090. Perhtoldus invasor prefatus favore regis Heinrici metropolim Salzburgensem itidem occupat, contra quem tamen divinitus excitata est fidelium constantia. Qui in unum convenientes, electione canonica venerabilem Tyemonem Sancti Petri abbatem in archiepiscopum statuerunt, eique ad defensionem ecclesiae castra vel munitiones episcopii tradentes, prefatum invasorem de finibus Salzburgensis parrochiae procul expulerunt.

A. Mell 1091. Altmannus episcopus Pataviensis obiit. Tyemo archiepiscopus Gisilbertum abbatem de Reichersprunnen
V. Geb. 11. Admuntensi cenobio prefecit [16], et tam pro Christi quam pro eius amore terminos monasterii antea nimis angustos plurimum dilatavit, totamque in valle parrochiam cum omni iure suo et alia plura nobis contulit.

A. Mell 1092. Oudalricus episcopus fit Patavinsis.

1093. Expeditio Ierosolimitana cepit. Magna mortalitas hominum facta est. Eclypsis solis una hora.

1094. Ordo monachorum cepit in Chotewich. Sanctus Nicolaus a Mirea Greciae Varim translatus, anno obitus sui 775. Apud Halle dedicata est ecclesia a venerabili archiepiscopo Tyemone, sexto ordinationis suae anno.

A. Mell. Otto Fris. VII, 2. 1095. Petrus heremita aliique plures tendunt Ierusalem. Gotfridus dux Lotharingiae, Rudbertus dux Flandriae, cum multis aliis illo tendunt.

A. Mell. 1096. Liupoldus marchio obiit, cui Liupoldus filius successit.

Otto Fris. VII, 4. 1097. Lancea qua latus Christi perforatum fuit, usque ad id temporis incognita, apud Antiochiam peregrinis fidelibus est divinitus demonstrata; cuius fiducia christiani multa milia Sarracenorum fuderunt.

A. Mell. 1098. Heinricus eligitur episcopus Frisingensis.

1099. Anno milleno centeno quo minus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

16) Prima haec verba quae etiam in codice Vorowensi leguntur, iam in Annalibus antiquis huic anno adscripta fuisse videntur.

1100 Urbanus papa moritur.

Christum millenos natum centumque sub annos
Illi credebant qui Ierusalem capiebant.
Lux prior Aprilis nam phase tunc dedit illis.

1101. Tyemo archiepiscopus comitante secum monasterii nostri abbate Gisilberto cum Welfone duce Baioariae V Geb. c. 11.
et Ita marchionissa Austriae aliisque multis Ierosolimam profiscitur et a paganis captus, atque in Corozaim urbem deportatus, multisque pro fide Christi suppliciis laniatus, tandem martirio consummatur. Tunc etiam predictus abbas Gisilbertus Kal. Oct. apud Ierusalem obiit. Urbano Paschalis papa succedit. Gotfridus dux Ierosolimis obiit. Baldwinus frater eius in regem eligitur.

1102. Monasterium sancti Pauli ad Lavent est dedicatum. Sepe fatus invasor Perhtoldus Salz- c. 12.
burgensem metropolim iterum incubat, et per tres annos oves Christi et ecclesiae atrociter laniat, locumque nostrum fortiter devastat; qui et hisdem annis sine abbatis regimine fuit.

1103. Heinricus V. Heinrici quarti huius nominis filius rebellionem patri intendit.

1104. Sighardus comes Ratisponae occiditur. A. Mell.

1105. Heinricus rex Heinrici regis filius contra patrem ie regnum surrexit. Baldwinus frater Gotfridi rex Ierusalem cum 4 milibus 50 milia Sarracenorum fudit, rege eorum occiso, et Ascalonam captam subegit.

1106. Heinricus imperator obiit. Liupoldus marchio Agnetem filiam imperatoris duxit. Domnus Chunradus genere sciontia ac moribus egregius, patruus duorum comitum de Ambinberch Ottonis et Rapotonis, 7. Id. Ian. archi- V Geb. c. 12. 20.
episcopus Salzburgensis constitutus, postmodum ipso anno 12. Kal. Nov. a Paschali papa ordinatus et pallio honoratus est. Rex Heinricus ipso anno cum exercitu copioso circiter 30 milibus equitum electorum Ytaliam ingreditur, habens in comitatu suo Chunraduni archiepiscopum; Romam usque accessit, benedictionem imperialem a domno Paschali papa suscepturus. A quo honorifice susceptus est. sed mox ipsum domnum apostolicum captivavit, pro electionibus videlicet et investituris episcoporum. Solus autem Iuvavensis archiepiscopus Chunradus vicem Dei dolens factum hoc improbavit. Cui dum quidam ex ministris regis evaginato gladio mortem interminaretur, tamquam pro iusticia mori cupiens iugulum prebuit, malens temporalem vitam finire quam tantum scelus dissimulare. Exinde odium imperatoris et eius c. 13.
fautorum tantum incurrit, ut eorum persecutione nullus ei locus totus esset ad latendum. In valle tamen Admuntensi per[a] annum et 16 ebdomadas latuit; tandem Saxoniam potens a Magdeburgensi episcopo officiosissime susceptus ac detentus est, donec a Liupoldo Styrensi marchione in manu forti requisitus, post annos 9 ad sedem suam honorifice reductus est.

1107. Chunradus archiepiscopus secundo suae ordinationis anno Admuntensi monasterio prefecit venerabilem c. 14.
abbatem Wecilonem, qui primus Lambacensium abbas, nostrum pariter monasterium administrabat; post paucos autem annos apud Lambach defunctus ac sepultus est.

1108. Ordo monachorum cepit in Garsten. Heinricus V. rex Coloniam obsedit et ad deditionem Otto Fris. VII, 13
coegit. A. Mell.

1109. Heinricus rex obsedit castrum Presburch.

1110. Domnus Heinricus ex cenobio Chremismonasterii Admuntensis abbas electus est. Hic a domno Paschali V. Geb. c. 14.
papa privilegium apostolicae defensionis et donationum sanctorum archiepiscoporum Gebehardi et Tyemonis monasterio nostro conquisivit[17]. Qui post paucos annos iter faciens in Enstal, in amne Wizenpah est submersus, et in strio basilicae sanctae Dei genitricis Mariae sepultus est, ubi et lsingrimus primus loci abbas est tumulatus. Sicque locus abbate 4 fere annis carebat, Ottone priore, postea Milstatensi abbate, ipsius loci provisionem administrante. Heinricus A. Mell.
rex postea quam Paschalem papam ceperat eius gratiam simul et benedictionem imperialem consecutus est.

1111. Domnus Perhtoldus Garstensis abbas eligitur, qui crebris miraculis ad eius tumbam ostensis se in celo vivere testatur.

1112. Sitanstense monasterium fundatum est ab Oudilschalco nobili viro sub Liupoldo abbate.

1113. Colomannus Ungariae rex fratrem Almum nomine persequitur. Otto Fris. VII, 13.

1114. Heinricus imperator Saxones iuxta Welfesholz hostiliter invasit, a quibus victus cum paucis vix evasit. A. Mell.

Domnus Hartmannus primus Chotwicensis abbas obiit.

1115. Chunradus archiepiscopus ab exilio revocatus monasterium nostrum adiens, idque penitus desolatum V Geb. c. 11.
et sine pastore inveniens, funditus doluit. Statimque legatum suum nomine Oudalricum Elsiadorf[b] postea monasterii nostri monac[a] cum litteris in Sueviam ad reverentissimum abbatem monasterii sancti Georgii nomine Theogerum destinavit, suppliciter exorans ut sibi venerabilem virum sui monasterii professum transmitteret domnum Wolvoldum in administrationem Admuntensis ecclesiae. Qui cum venisset atque in eo sollertiam atque prudentiam multam c. 15.
predictus archipresul cerneret, eum in partem sollicitudinis suae accivit, et archidiaconum ordinatum caeteris ecclesiae archidiaconibus pretulit; traditiones quoque predecessorum suorum seu possessiones ecclesiae nostrae tempore scismatis distractas in forti manu requisivit, suisque donationibus augmentatus privilegii sui auctoritate confirmavit. Eius igitur auxilio et misericordia predictus pater Wolvoldus in omnibus suffultus, copiosam messem fidelium tam virorum quam mulierum adunavit. Sanctimoniales primus apud nos instituit, quarum in brevi tantus favor honestatis
atque religionis percrebuit, ut nonnulli etiam principum seu comitum, sed et plures nobilium, filias suas Deo c. 19.
ibidem sub regulari servituras institutione offerentes, cenobium ipsum cunctis pene in Germania sanctimonialium monasteriis celebrius reddiderint.

1116. Sitanstensis ecclesia sanctae Mariae dedicatur ab Oudalrico episcopo. Terre motus factus est magnus per universam Teutonicam et Italicam terram, 4. Non. Ianuarii. A. Mell.

a) dimidium *omisit*. b) *cognomen corrector supra nomen addidit*. 17) anno 1104. Oct. 25.

cf Otto Fris. VII, 13. 1117. Heinricus imperator quinque episcopos in scismate propriis sedibus pulsos restituit.

A. Mell. 1118. Ungari iuxta fluvium Litah nos vastaverunt. Paschalis papa obiit. Magna inundatio aquarum facta est.

1119. Paschali papae Gelasius successit. Welfo dux Bawariae obiit, cui Heinricus frater suus successit.

1120. Gelasius papa obiit, pro quo Calixtus secundus huius nominis ordinatur.

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit, pro quo Reinmarus. Ipso anno monasterium Admuntense a domno Chunrado Iuvavensi archiepiscopo exquisito marmore nobiliter exstructum, secundo dedicatum est. Opus illud satis preciosum temporibus Gotfridi abbatis postmodum ignis absumpsit.

cf. V Geb. c. 20.

cf. ib. c. 15. 1122. Monasterium monialium sancti Georgii in Carinthia Chunradus archiepiscopus auctoritate sua clausit, et domni Wolvoldi abbatis curae ac regimini traditum commendavit. Otaker marchio Styrensis obiit, cui Liupoldus filius successit. Liupoldus iste fortis marchio dictus est.

Summa Honorii. 1123. Heinricus V. imperator dum in Goslarensi oppido conventum principum haberet, nimia tempestas et horribilis fulgurum et tonitruorum regem et eius populum perterruit. Moxque capulus mucronis regis tactus ut cera liquescens evanuit, pictura quoque clippei eius deleta est[18].

Otto Fris. VII, 15. 1124. Kalistus papa sententiam anathematis in imperatorem dedit. Imperator vero Urbem ingressus Burdinum Hispanum episcopum Romanae sedi violenter imposuit. Qui recedente imperatore a Romanis captus, apud Clavam custodiae mancipatur. Circa idem tempus terre motus horribilis oppida, templa, villas montesque subvertit. Imperator

c 16. habita curia Warmatiae investituras episcoporum legato apostolicae sedis resignavit, per eumque ab anathematis vinculo absolutus est.

c 17. 1125. Heinricus imperator quintus in Traiecto Fresie urbe absque herede defunctus est. Principes habito Maguntiae consilio, 4 regni optimates ad regnum designantur, Lotharius dux Saxonum, Fridericus dux Sueworum, Liupoldus dux orientalis, Karolus dux Flandriae. Tandem Lotharius dux voto omnium nonagesimus secundus ab Augusto regnavit. Kalixto papa defuncto Lambertus succedens Honorius dictus est.

1126. Hartwicus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Chuno abbas Sancti Petri[19] eligitur. Fridericus et Chunradus iuvenes sororii Heinrici imperatoris quinti Lothario regi rebellantes ab Honorio papa excommunicantur. Porro Chunradus a fratre et aliis quibusdam rex creatus, ab Anshelmo Mediolanensi archiepiscopo in regem unguitur; ob quam causam idem archiepiscopus a papa depositus est eique alius subrogatus.

1127. Heinricus dux Baioariae obiit, cui filius Heinricus IX. successit. Terre motus factus est magnus nocte et die Idus Februarii.

1128. Basilica Salzburgensis exusta est, totaque civitas ignibus absumpta. Secunda dedicatio Salzburgensis basilicae a domno Chunrado archiepiscopo facta.

A. Mell. 1129. Greci et Ungari discordantes apud fluvium Sowam castra posuerunt. Liupoldus fortis marchio obiit.

A. Mell. Otto Fris. VII, 18 1130. Honorius papa obiit, pro quo Innocentius eligitur ab ecclesia. Petrus autem Petri Leonis filius, qui prestantior fuit in Urbe, contra illum electus favore Rogerii Siculi Innocentium in Gallias cedere coegit. Lotharius imperator ab apostolico invitatur ad defensionem Romanae ecclesiae.

A. Mell. 1131. Stephanus rex Ungarorum obiit, cui Bela Almi filius sed cecus successit. Spira a Lothario rege obsessa traditur.

Otto Fris. 1132. Lotharius rex cum exercitu propter discordiam regni parvo Ytaliam ingreditur, et ab Innocentio papa cum nomine augusti et imperatoris in ecclesia Constantiniana coronatur; ecclesiam enim beati Petri ubi mos erat coronari imperatoribus, Petrus Petri Leonis filius occupaverat. Lotharius imperator Rogerium de Apulia 1137. et Campania Siciliaque expulit, et Reinaldum ducem ibi constituit. Chuno Ratisponensis 1132. episcopus obiit, pro quo Heinricus eligitur. Ratisponensis urbs et Pataviensis, Eistetensis, Augustensis, Brixinensis et Coloniensis, omnes uno anno arserunt.

Summa Honorii 1133. Hoc anno 4. Non. Aug. circa meridiem facta est eclypsis id est defectus solis tantus, ut apparentibus stellis tenebrae factae sint per universam terram una hora. Hermannus Augustensis episcopus obiit.

Otto Fris. VII, 19 1134. Lotharius imperator generalem curiam Babinberch celebrans Fridericum ducem et fratrem eius Chunradum, qui regno Ytaliae cesserat, in gratiam recepit.

A. Mell. 1135. Bela cecus rex Ungarorum de Boleniis triumphavit sed in dolo.

1136. Monasterium clericorum Niwenburc dedicatum est a domno Chunrado archiepiscopo et Reinhardo et Romano episcopis. Lotharius imperator secundo profectus est in Ytaliam. Otto comes de Diezzen occisus est. Liupoldus marchio largus obiit.

Otto Fris. VII, 20. c. 21. 1137. Lotharius imperator 13. regni, 7. vero imperii sui anno plenus dierum obiit apud Tridentum. Albertus Maguntinus, Bruno Coloniensis et Hugo successor eius, Heinricus Frisingensis, Ludwicus rex Francorum, Heinricus rex Anglorum, abbas Fuldensis obierunt. Eodem anno domnus Wolvoldus venerandus abbas Admuntensis migravit a seculo, qui virilis constantiae ac innocentis vitae duo nobis preclara monimina reliquit. Clauso enim monasterio sancti Georgii in Karinthia idem beatus pater velud

18) Cf. supra Auctarium Zwetlense. 19) S. Michaelis Sigebergensis.

bonus hortulanus hortum consignatum volens emundare, eas moniales quae vel ante peperrerant vel iam pregnantes erant, habitis super hoc certis indiciis non omisit extirpare. Unde latus integrum unius chori sororum nostrarum, radices profecto bonitatis, necesse fuit illo transplantare. Pro huiusmodi a Gunthero marchione de Cylie captus et vinculatus et equo indecenti asportatus, indigna multa suae personae seu ordini perpessus adeo fatigatus est ut vitalia eius rumperentur. Pro cuius sceleris compositione et anathematis absolutione idem marchio predia quedam Sancto Rudberto contulit, ecclesiam vero sancti Martini ad superius Strazganch cum subiacente predio ob gratiam domni Wolvoldi nobis delegavit, ac sepulturae locum in quo nunc quiescit apud nos elegit. Secreto a senioribus suis, Oudalrico custode, Oudalrico Elsindorf et Witilone, percepit idem pater, penes congregationem sinistram se incurrisse opinionem pro frequenti visitatione monialium, quarum commodis, utilitatibus et eruditioni, utpote primus cultor novellae plantationis illius, continue studuit invigilare. Quo audito noluit quidem vir prudentissimus bonam conscientiam suam precipitare, verum eisdem obiurgatoribus suis, qui vel de stupro illum purgari vel loco pastoris cedere iam deliberaverant, cum omni modestia se promisit responsurum tercia die. Qua veniente peracto missae officio abbas cum tribus fratribus illis equos ascendit, et ad vicinam ferri fodinam Plaberch accessit, ubi iam in fornace massa ferri coquebatur. Os igitur fornacis aperiri iubet, massam forcipibus educi, super incudem mitti. Tunc remotis omnibus, presentibus solis tribus fratribus, ille trium puerorum imitator purissimus de obiectione stupri sese purgaturus nudatis manibus candentem massam apprehendit, in aera tollit, stupentibus qui aderant ac retrocedentibus, licet fieri non posset capiendam protendit, tandem sine omni lesione super incudem remisit. Arduum hoc abolendi genus, forma purgationis inaudita, non minus quam virginei corporis in ferventis olei dolium missi sospitas admiranda. Ceterum sicut de beato Martino legitur, non fuit difficilis laboris a patre suo iam dictos fratres veniam mereri, qui non minus in ipso quam Brictius in Martino videbantur offendisse.

1138. Chunradus Heinrici V. imperatoris sororius, apud Maguntiam nonagesimus tertius ab Augusto rex creatur. Otto frs. VII, 22.
Domnus Gotfridus prior Sancti Georgii in abbatem Admuntensem electus, Chunradi archiepiscopi nunciis et litteris expetitus et ad nos deductus est. Otto Frisingensis episcopus eligitur. Sophia Bele Ungarorum regis filia Heinrico Chunradi regis filio iam in regem cf A. Mell.
electo desponsatur.

1139. Innocentius papa plus quam 700 episcoporum sinodum Romae collegit, exceptis patribus 800 qui simul aderant. Sanctus Otto Babenbergensis episcopus obiit.

CONTINUATIO ADMUNTENSIS.

Et integros Annales Mellicenses in codicibus Garstensi et Vorowensi, et epitomatos in codice Admuntensi anno 1140. *excipit continuatio, quae quum in monasterio Admuntensi scripta esse videatur, initio tamen usque ad annum* 1186. *eodem fundamento nititur cum Annalibus Salisburgensibus Sancti Rudberti et Hermanni Altahensis. Ea autem est codicum inter se diversitas, ut opere ipso deperdito exemplaria tantum a descriptoribus passim mutata, abbreviata vel aucta ad nos pervenisse appareat. Antiquissimus inter eos est*

A 1. *Garstensis iam saepe commemoratus, anno* 1181. *scriptus. Octo qui sequuntur anni adhuc similitudinem quandam praebent et Admuntensium et Cremifanensium Annalium; reliqua penitus diversa sunt, exceptis annis* 1196. 1199—1207. *quos ex Continuatione Admuntensi scriptor excerpsit.*

A 2. *Codex Vorowensis n.* 111. *usque ad annum* 1197. *quo finitur, huc pertinet. Ab utroque in principio satis diversus est*

B 1. *Codex Admuntensis, circa annum* 1200 *scriptus. In annorum* 1140—1145 *numeris distinguendis error admissus est, quo illi carent. Hic a.* 1144.

1147 ex Ottonis Frisingensis scriptis, 1150 et 1168 ex Vita Gebehardi et successorum eius interpolatus est; postea rursus ab eiusdem operis continuatore exscriptus. Gesta annorum 1200—1205 folio exciso perdita sunt; sequitur continuatio variorum manibus scripta usque ad annum 1209. Deinde annos 1213—1225 quidam supplevit ex Annalibus Claustroneoburgensibus, alius postea annum 1234. Sed quod anno 1218 legimus, ibi non reperimus, extat autem apud Hermannum Altahensem. Reliqua 1229—1250. 1425. nostro propria sunt.

B2. Codex Novimontensis, nunc in bibliotheca caesarea Vindobonensi n. 1180. mb. fol. s. XIII. descriptus est in Annalium nostrorum Vol. X. p. 540. Ibi post excerpta ex Ottonis Frisingensis Gestis Friderici f. 61. Annales ab a. 1151 legimus, ex Admuntensibus excerptos, qui ad codicem B1. proxime accedunt, neque tamen ex ipso manaverunt. Nam annis 1170. 1187. variae lectiones alium fontem indicant, et anno 1210 sequitur continuatio peculiaris, quam a. 1216 foliis nonnullis deperditis truncatam esse magnopere dolemus. Ex hoc codice ut videtur annis 1191—1193. 1197. 1200. 1203. 1207. 1210. 1212. sua deprompsit qui „Chronicam pii marchionis" compilavit, in codice Vindobonensi 364. servatam. Codicis Novimontensis variae lectiones paucis tantum locis afferendae videbantur; maxima eius utilitas est in sarciendā lacuna codicis B1.

Codices A.

1140. Domnus Wernherus ex Admuntensi monacho Bruolensis abbas ordinatur.

1141. Liupoldus dux Bawariorum obiit, Hainrico[a] fratre eius succedente in ducatu. Iohannes presbyter rex Armeniae et Indiae cum duobus regibus fratribus Persarum et Medorum pugnavit, et vicit.

1142. Bonae memoriae Perhtoldus Garstensis abbas requievit in[b] Domino. Folcho rex Hierusalem obiit.

1143. Piae memoriae Innocencius papa defungitur[c], pro quo Celestinus qui et Gwido apostolicae sedi preficitur. Domnus Perhtoldus ex Admuntensi monacho Sancti Emmerammi abbas efficitur[d]. [Edissa dolo a paganis capitur[20].]

1144. Celestinus papa obiit[e] qui et Gwido, pro quo Lucius intronizatur agnomento Gerhardus. Kaloiohannes[f] Grecorum imperator obiit[21], cui succedit Manuel filius eius. Mira variis locis contigere prodigia. Pons lapideus magnae amplitudinis ad[g] Erphisfurt, cum ecclesia super posita multaque plebe celitus absumptus traditur.

Otto Fris. Chr. VII, 30.

Codices B.

1140. Domnus Wernherus ex Admuntensi monacho fit abbas Brulensis. Liupoldus dux Baoariae obiit[22], cui Heinricus frater suus successit.

1141. Sanctae memoriae domnus Bertholdus abbas Garstensis quievit in Domino[23]. Folcho rex Ierusalem obiit[24].

1142. Innocentius papa obiit[25], pro quo Celestinus eligitur. Domnus Perhtoldus ex Admuntensi monacho fit abbas Sancti Emmerammi.

1143. Celestinus papa qui et Gwido moritur[26], pro quo Gerhardus qui et Lucius eligitur. Kalo Iohannes Grecorum imperator obiit, cui Manuel filius eius successit. Mira variis locis contigere prodigia. Pons lapideus ad Erphurt cum ecclesia superposita multaque plebe celitus absumptus traditur.

1144. Turbo vehemens in oriente extitit in natali Domini et in quadragesima, adeo fortis ut homines plaustraque cum bubus elevata, saxis et arboribus allisa pessumdaret. Sangrinus rex cepit Edissam civitatem in sancta nocte nativitatis Domini, occiso episcopo et omnibus christianis in ea repertis.

a) Hainrico — ducato *desunt* 1. b) in D. *desunt* 2. c) obiit 2. d) eligitur 2. Edissa — capitur *desunt* 1. e) moritur 2. f) Kaloiohannes — eius *supra lineam adscripta sunt* 1. g) ab Erphisfurto 2.

20) 1144 Dec. 13. Wilken Gesch. d. Kreuzzüge II, 724. 21) a. 1143. 22) 1141 Oct. 18. 23) 1142 Iul. 27. 24) 1143 Nov. 25) 1143 Sept. 24. 26) 1144 Mart. 9.

Codices A.

1145. Sanguinus[a] rex Sirie[b] cepit Edissam, que nunc Rochal[c] dicitur, in nativitate Domini. Hoc anno turbo vehemens in orientali plaga extitit inter nativitatem Domini et quadragesimam, adeo fortis ut homines plaustraque cum bubus[d] levata saxis et arboribus allisa pessum daret.

1146. Porsa quidam patruelis regis Ungarici Chuonradum regem promissa pecunia flexit, ut regnum Ungariae patri illius ablatum sibi[e] restitueret. A quo etiam persuasi comites Herimannus et Luitoldus[f] castrum Prespurch fraude[g] invaserunt in paschali ebdomada, quod tamen Goutso rex forti manu requisivit. Engilbertus[h] Babinbergensis obiit. Sinodus Remis celebratur[27]. Diepoldus marchio obiit.

1147. Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis obiit 5. Idus Aprilis; pro quo sanctus[i] Eberhardus abbas Piburgensis eidem sedi preficitur. Chuonradus rex cum maxima Teutonicorum manu Hierosolimam petit, quem Ludwicus rex Galliae secutus est. Fridericus dux obiit.

1149. Willehalmus presbyter et monachus obiit 6. Kal. Marcii. Reinbertus[k] episcopus Pataviensis obiit[28], cui Chuonradus frater Chuonradi regis successit.

1152. Chuonradus rex obiit[l] 15. Kal. Marcii, pro quo Fridericus dux in regem eligitur, 94[m] ab Augusto[n]. Admuntense cenobium incendio flagravit 5. Idus Marcii. Terrae motus factus est 5. Kal. Nov. circa vesperam. Chuonradus dux Zarensis[29] obiit. Tota urbs Ratisponensis cum 6 monasteriis arsit.

1153. Eclipsis solis facta est[o] 4. Kal. Febr. vespere. Eugenius papa et Bernhardus Cla-

Codices B.

1145. Porsa quidam patruelis regis Ungariae Chunradum regem pecunia flexit, ut regnum Ungariae patri eius ablatum sibi restitueret; a quo etiam persuasi quidam comites castrum Presburc invaserunt, quod tamen Goutso rex forti manu requisivit.

1146. Synodus Remis celebratur. Diepoldus marchio obiit. Engilbertus Babenbergensis episcopus obiit.

27

1147. Chunradus archiepiscopus Salzburgensis apud Lungou obiit 5. Idus Aprilis, pro quo domnus Eberhardus Biburgensis abbas eligitur. Chunradus rex cum maxima Teotonicorum manu verunli tempore a Norico castro procinctum movens, Ierosolimitanam expeditionem aggreditur; quem Ludwicus rex Gallie secutus est cum aliis multis diversarum provinciarum tam spiritalibus quam secularibus principibus. Ott. Fris. Gest. I, 41.

1148. Fridericus dux obiit[30].

1149. Reinbertus Pataviensis episcopus obiit, cui Chunradus Chunradi regis frater successit.

28

1150. Per idem tempus Sophia Ungarorum regis Belae filia, a filio Chunradi regis desponsata, et regaliter ipsi cum inestimabili pecunia transmissa, mundo quod suum est diligenti scilicet bona temporalia, et fidem et veritatem negligente, predicta regina regnum caeleste pro terrestri commutavit. Consilio namque et auxilio comitissae Ratisponensis Liukardis Admuntense monasterium erpetiit, et cum sacris virginibus humillima conversatione celibem vitam deinceps duxit. V. Geba. c. 19.

1151.* Ab expeditione Ierusalem quique repedabant.

1152. Chunradus rex moritur, pro quo Fridericus Suevorum dux in regem eligitur. Admuntense monasterium miserabili flagravit incendio 5. Idus Martii. Terre motus factus est 5. Kal. Novembris. Chunradus dux Zarensis[29] obiit. Tota urbs Ratisponensis cum 6 monasteriis incendio flagravit. 29

1153. Eclypsis solis facta fuisse dicitur. Eugenius papa obiit, et abbas Clarevallis Bern-

a) Sanguineus 2. Sanguinus — Domini *supra lineam scripta sunt* 1. b) *deest* 2. c) Rachal 2. d) et arboribus *etiam hic ponit* 2. e) *deest* 2. f) Luit. 1. *deest* 2. *spatio vacuo relicto.* g) *deest* 2. h) Engilbertus — m. obiit *desunt* 1. i) *superscr.* 1. *deest* 2. k) Reinbertus — successit *desunt* 1. *ubi manus s. XIV.* Chunradus rex et Ludwicus — reversi sunt *ad* 1151. Welfo — venerunt *inseruit, ex Ann. Mellicenadus.* l) moritur 2. m) a. q. ab A. *desunt* 2. n) *deest* 1. o) *hic incipit cod. Novimonasterii ubi multa omissa sunt vel in brevius contracta.*

27) a. 1148. 28) Nov. 10. De anno dissensio est. Idus Apr. adscriptus in Necrol. Admuntensi. 29) i. e. Zaringensis. 30) a. 1147; diei 8.

Codices A.

revallensis abbas obeunt. Anastasius papa qui et Chuonradus eodem anno ordinatur et defungitur[31].

1154. Anastasio pape Adrianus succedit.

1155. Fridericus rex Romam veniens imperator efficitur. Cometes visa est 3. Non. Mai. Heinricus Ratisponensis episcopus 5. Idus eiusdem obiit, cui Hartwicus in episcopatu succedit. Fridericus[a] imperator ducem Saxoniae Heinricum in ducatu Bawariae contra Heinricum ducem patruum suum ascivit[32].

1156. Fridericus imperator uxorem duxit Beatricem filiam Reginoldi comitis, repudiata filia Diepoldi marchionis quam prius habuerat[b] uxorem. Otto[c] palatinus comes obiit[33]. Bergense cenobium[34] per Admuntenses sub domina Regillinde abbatissa ad spiritalem ordinem reformatur.

1157. Imperator Fridericus Boloniam adiit. Dissensio inter papam Adrianum et imperatorem Fridericum oritur. Heinricus comes de Wolfrathusen obiit[35]. Domnus Iohannes ex Admuntensi monacho Chotewigensium[d] abbas efficitur.

1158. Imperator Fridericus urbem Mediolanum obsedit, et ad deditionem cives eius coegit; in qua obsidione[e] Anshelmus[f] Ravennas episcopus obiit[g]. Ekkebertus[h] comes occiditur. Hoc anno Otto Frisingensis episcopus obiit, et Adalbertus pro eo eligitur. Mediolanenses iterum rebellant.

1159. Adrianus papa Kal. Sept. obiit. Quo mortuo de ordinando papa dissensio facta est. Octavianus cardinalis[i] a parte cesaris constitutus Victor dicitur, Rulandus cancellarius ab universali ecclesia electus Alexander vocatur[k].

1160. Crema castellum Mediolanensium ab imperatore capitur et destruitur. Arnoldus archiepiscopus Moguntinus a civibus occiditur in monasterio sancti Iacobi.

1161. Pridie Idus Februarii luna tertia decima ultra solitum illustrata, et subito in summa celi serenitate tetro igneo sanguineoque colore vicissim per 5 fere horas respersa, paulatimque in pristinum splendorem circa mane revertitur[l]. Heinricus dux Karinthie periit in Ionio mari; pro[m] quo Hermannus frater eius ducatum gerit. Pilgrimus[n] patri-

Codices B.

hardus. Anastasius papa eligitur et eodem anno defungitur.

1154. Anastasio papae Adrianus papa successit.

1155. Fridericus rex Romam veniens imperator efficitur, et augustus appellatur. Cometes visa est 3. Nonas Mai. Heinricus Ratisponensis episcopus obiit, cui Hartwicus succedit. Fridericus imperator ducem Saxoniae in ducatu Bawariae contra Heinricum patruum suum ascivit[32].

1156. Fridericus imperator uxorem duxit Beatricem filiam Reinoldi comitis, repudiata filia Diepoldi marchionis quam prius habuerat. Bargense monasterium per Admuntenses instituitur sub domna Regilinde abbatissa. Otto palatinus comes obiit.

1157. Dissensio inter papam Adrianum et Fridericum imperatorem oritur. Heinricus comes de Wolfrathusen obiit. Domnus Iohannes ex Admuntensi monacho fit abbas Chotwicensis.

1158. Fridericus imperator Mediolanum obsedit et in deditionem coegit; ubi etiam Anshelmus Ravennas episcopus moritur. Ekibertus comes occiditur. Otto Frisingensis episcopus obiit, pro quo Albertus eligitur. Mediolanenses iterum rebellant.

1159. Adrianus papa obiit, quo mortuo de ordinando papa dissensio facta est. Octavianus a parte cesaris constitutus, Victor dictus est; Rulandus vero cancellarius ab universali ecclesia electus, Alexander vocatus est.

1160. Crema castellum Mediolanensium ab imperatore Friderico obsessum, capitur et destruitur. Arnoldus Maguntinus archiepiscopus a civibus occiditur in monasterio sancti Iacobi.

1161. Pridie Idus Februarii luna tertia decima ultra solitum illustrata, per 5 fere horas diversos habuit colores. Engilbertus comes Hallensis obiit. Heinricus dux Carinthiae periit in Ionio mari. Pilgrimus patriarcha obiit, pro quo Oulricus.

a) Fridericus — ascivit *desunt* 1. b) habuit 1. c) Otto — reformatur *desunt* 1. d) Chotw. 2. e) deditione 2. f) Anselmus 1. g) moritur 2. h) Ecribertus occ. 2. i) papa 2. k) A. papa v. 2. l) Eng. II. c. o. *hic ponit* 2. m) pro — gerit *desunt* 2. n) Pilgrimus 2.

31) Electus Iul. 9. obiit 1154. Dec. 3. 32) a. 1154. v. Meiller Babenb. Regesten p. 224. 33) potius 1155. m. Augusto. 34) dioec. Eichstetensis. 35) a. 1158. secundum alios.

Codices A.

archa obiit, pro quo Uodalricus[a] ordinatur. Engilbertus Hallensis comes obiit.

1162. Imperator Fridericus Mediolanenses iterum rebellantes valida obsidione, fame tandem ad deditionem coactos[b], multis[c] occisis urbe[d] expulit; ipsa ferro flammaque vastata et ad solum usque coequata. Goutso rex Ungarorum obiit[36], pro quo Lanzlav[e] frater eius regnat. Arbo[f] abbas Pruvingensis obiit.

1163. Terrae motus factus[g] est magnus 5. Kal. Octobris vesperę[h]. Fridericus imperator

Cod. 1. quarto Italiam ingredi-tur. Otachero[i] marchioni filius nascitur eiusdem nominis, 14. Kal. Septembris. Lanzlav[k] rex Ungarorum obiit[37]. Stephanus frater eius coronatur. Cui rebellat Stephanus filius fratris eius[l] Goutsonis regis.

Cod. 2. Maguntie muros et turres deposuit.

1164. Octavianus scismaticus obiit. Eberhardus Iuvavensis archiepiscopus dormivit[m] in Christo 10. Kal. Iulii[n]; pro quo Chuonradus patruus cesaris, Pataviensis episcopus, intronizatur. Hertwicus[o] de Ratispona episcopus obiit, pro[p] quo Eberhardus. Hartmannus episcopus Brixinensis 10. Kal. Octobris[q] requievit in Christo[38]. Gebehardus comes de Purchuse[r] obiit. Otacher marchio de Stira obiit.

1165. Felicis memoriae Gotfridus abbas Admuntensis requievit[s] in Christo 7. Kal. Iulii; pro quo domnus Liutoldus[t] ab eo nutritus et ipsi professus eligitur, Kal. Iulii. Christanus apud Mogontiam domno Chuonrado superponitur. Rupertus[u] Pataviensis obiit; Albo eligitur.

1166. Curia apud Loufe[v] habita, ubi ab imperatore Salzburgensi episcopatu pro obedientia domni apostolici principes inbeneficiantur. In[w] pentecosten curia Wirzburch habita[39], ubi Widoni scismàtico iuratum est. Imperator Italiam quinto ingreditur. Grando[x] horribilis 8. Kal. Iulii, scilicet quod lapides sicut ova anserina eciderunt. Domnus[y] Heinricus abbas Milstat eligitur. Filia Heinrici ducis Austrie[40] desponsatur Stephano regi Ungariae. Ordinatio[z] clericorum Salzburch a Chounrado archiepiscopo.

Codices B.

1162. Fridericus imperator Mediolanenses iterum rebellantes obsidione cingit, et fame ad deditionem coactos, multis occisis urbe expulit, ipsa ferro flammisque vastata. Goutso rex Ungarorum obiit, pro quo Lazlaus frater eius regnavit. 36

1163. Terre motus magnus. Fridericus imperator Ytaliam quarto ingreditur, anno quo Maguntiae muros et turres deponi iussit. Lazlau rex Ungarorum obiit, pro quo Stephanus coronatur, cui rebellat Stephanus filius fratris. Otaker marchioni filius nascitur eiusdem nominis 14. Kal. Septembris. 37

1164. Octavianus qui et Victor obiit. Eberhardus Iuvavensis archiepiscopus quievit in Domino, pro quo Chunradus Pataviensis episcopus intronizatur. Hartwicus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Eberhardus. Hartmannus Brixinensis episcopus obiit. Gebehardus comes obiit. Otaker marchio de Stira obiit in peregrinatione. 38

1165. Felicis memoriae Gotfridus abbas obiit, pro quo domnus Liutoldus eius nutritus et professus eligitur. Christanus apud Maguntiam domno Chunrado superponitur.

1166. Reinbertus Pataviensis obiit[41], pro quo Albo eligitur. Curia apud Louf habita, ubi ab imperatore Salzburgensi episcopio principes inbeneficiantur. In pentecosten curia Wirzburch habita, ubi Widoni scismatico iuratum est. Imperator Ytaliam quinto ingreditur. Filia Heinrici ducis Austriae desponsatur Stephano regi Ungariae. 39 40

a) Uolricus 2. b) peractos 2. c) m. o. *supersc.* 1. d) urbem 2. e) Lauslaus 2. f) A. a. P. o. *desunt* 2. g) f. e. *desunt* 2. h) v. coniungitur F. 2. i) *Cod.* 2. Lanzlau — regis *primo loco ponit.* k) Lauslau 2. l) *desunt* 2. m) migravit 2. n) X. K. I. *mox* patr. ces. *deinde* de R. *et* X. K. O. r. in C. *postremo* de P. *superscripta sunt* 1. o) Hartwicus Rat. ep. 2. p) p. q. E. *desunt* 1. q) Dec. 2. *r.* in C. *desunt.* r) de P. *desunt* 2. s) r. in C. VII. K. Iulii *superscripta sunt* 1. t) Liutolfus 2. u) R. P. o. A. e. *desunt* 1. v) Louf 2. w) In — est *desunt* 1. x) Grando — eciderunt *desunt* 1. y) D. H. a. M. e. *desunt* 2. z) O. c. S. a C. a. *desunt* 1.

36) 1161. Mai 31. 37) 1162. Ian. 14. 38) imo 10. Kal. Ianuarii. 39) 1165. Mai 23. 40) Agnes. 41) Rupertus, 1165. Nov. 5.

Codex A.

1167. Romanus Gurcensis episcopus obiit. Heinricus abbas Sancti Petri succedit. Hugo prepositus Salzburgensis obiit; cui[a] Siboto succedit. Berhtoldus[b] de Pogen obiit. Fridericus imperator Romam venit, ubi multi tam principes quam etiam[c] plebeii moriuntur. Fridericus[d] de Rotenburch. Welf iunior.

V. Oct. c. 24. 1168. Chuonradus archiepiscopus[e] Salzburgensis migrat ad Dominum; cui succedit filius regis Boemie Adelbertus. Gebehardus de Purchusen obiit.

c. 27. Berhtam[f] ducissam Polanorum, ac Ilam marchionissam de Monte ferrato, et consobrinam imperatricem Hyspaniae Gerdrudem[g], de[h] Patauiensi ecclesia cui 16 annis pre'uit, ad Salzburgensem[i] translatus, quinto archipresulatus sui anno apud Admuntense monasterium quod[k] semper unico ac paterno coluit affectu, 4. Kal. Octobris obdormivit in Domino, sepultus ibidem. Cui successit domnus Albertus sororius ipsius, filius regis Boemorum. Gebehardus comes de Purchusen obiit.

1169. Fridericus imperator curiam apud Salzpurc habuit, et episcopatum ipsum[l] in deditionem accepit. Grando magna per loca; vinum carum. Domnus Isinricus abbas Biburch eligitur. Albo[m] Patauiensis electus de episcopatu deicitur.

1170. Fridericus imperator usque ad Lib-
Mart. 29. niz montana nostra intravit, et diem palmarum apud Garsten villam celebravit; in pen-
Mai. 24. tecoste vero curiam apud Ratisponam habuit. Eberhardus Babenbergensis episcopus obiit. Rex Ierusalem de Sarracenis gloriose triumphavit. Terre[n] motus in Stiria et circa maritima 14 extans diebus plurimas civitates subruit. Sanctus Thomas archiepiscopus passus est.

1171. In partibus nostris vacca vitulum, duo capita, 8 pedes, duas caudas habentem peperit. Beatae memoriae Liutoldus[o] abbas obiit in Christo[p].

1172. Pro abbate Liutoldo Ruodolfus prior de Sancto Lamberto est constitutus. Quo post parvum tempus refutante, Irmbertus[q] abbas Sancti Michahelis[r] est substitutus[s]. Dux Bawariae H. Ierusalem[t] est profectus et reversus. Adilbertus archiepiscopus Vischa ordines fecit[u].

1173. Fridericus imperator regem Boe-
42 miae[42] circumventum deposuit, fratruelemque ipsius[43] substituit.

Codex B.

1167. Romanus Gurcensis episcopus obiit, pro quo Heinricus abbas Sancti Petri.

1168. Domnus Chunradus II. archiepiscopus, patre bonae memoriae clarissimo regni principe Liupoldo duce Austriae ac matre Agnete filia Heinrici IV. imperatoris progenitus, germanus Chunradi regis Romanorum, sed et ducorum ducum illustrium Liupoldi et Heinrici, Friderici vero ceseris patruus, sororius autem Heinrici V. imperatoris, habens sororem Gerdrudem ducissam Boemiae, et Agnetem[44] Uxorem indicat Alfonsi VIII, qui se imperatorem dici iussit. Nomen autem ei fuit Richiza, eratque filia Wladislai ducis Poloniae, qui Agnetem duxerat, Conradi filius sororem.

1169. Fridericus imperator curiam Salzburge habuit, et episcopatum in deditionem accepit. Domnus Isinricus abbas Biburch eligitur. Albo Patauiensis electus eicitur.

1170. Fridericus imperator usque ad Libniz montana nostra intravit, et in pentecosten Ratispone curiam[k] celebravit. Eberhardus Babenbergensis episcopus obiit. Terre motus circa maritima loca 14 diebus. Sanctus Thomas archiepiscopus in Anglia passus est.

1171. In partibus nostris vacca vitulum peperit, 2 capita, 8 pedes, 2 caudas habentem. Liutoldus abbas obiit.

1172. Rudolfus prior Sancti Lamberti abbas Admuntensis eligitur. Quo post parvum tempus refutante, Irmbertus abbas Sancti Michahelis substituitur. Heinricus dux Bawariae et Saxoniae Ierusalem profectus est, et reversus. Adilbertus archiepiscopus apud Vischa ordines celebravit.

1173. Fridericus imperator regem Boemiae circumventum deposuit, fratruelemque ipsius substituit.

a) c. S. s. *superscripta sunt* 1. b) Berhta de P. VII. c. obiit romo. Fridericus 2. c) et 2. d) F. de R. W. i. *desunt* 2. e) episcopus S. moritur cui 2. f) *desunt* 2. g) Albe — daicitur *desunt* 1. h) Terre — est *desunt* 1. i) Liutolfus 2. k) in C. *desunt* 2. l) s. et I. l. m) Leuberti 2. n) constitutus 2. o) S. Hierusalem 1. p) celebravit 2. q) hic inquam de 2. r) S. metropolim transl. 2. s) quod — affectu *desunt* 2. t) *desunt* 1.

42) Fridericum. 43) Sobeslaum. 44) imo Agnetem. 45) Uxorem indicat Alfonsi VIII, qui se imperatorem dici iussit. Nomen autem ei fuit Richiza, eratque filia Wladislai ducis Poloniae, qui Agnetem duxerat, Conradi filius sororem.

Codices A.

1174. Imperator Fridericus curia Ratispone habita, Heinricum prepositum in Salzpurgensem sedem superposuit. Heinricus Gurcensis episcopus obiit, cui succedit Romanus prepositus. Imperator Italiam sexto ingreditur, et[a] Alexandriam obsedit.

1175. Dux Austriae et dux Karinthiae[b] nec non et marchio de Stira[c] predas et incendia in[d] invicem exagitant, inter quae ecclesia sancti Viti cum 300 hominibus exarsit[e].

1176. Urbs Ratispona pene tota[f] incendio flagrat. Dux[g] Boemie Austriam ingressus magnam partem eius incendio vastavit.

1177. Heinricus dux Austriae obiit; filius[h] eius Liupoldus successit. Irmbertus abbas Admuntensis obiit[46]. Hermannus Babenbergensis episcopus obiit, cui succedit Otto. Domnus Alexander papa et imperator Fridericus cum magna multitudine procerum tam spiritalium quam secularium Veneciae convenientes, diutina lite ecclesiae sedata conciliantur. Chuonradus Moguntinus archiepiscopus domno[i] Adilberto in episcopatu Salzburch[k] succedit.

1178. Domnus Isinricus Biburgensis abbas Admuntensi cenobio preficitur[l]. Fridericus dux Boemiae efficitur.

1179. Alexander papa sinodum Rome plus quam 300 episcoporum et aliorum plurimorum patrum celebravit in quadragesima. Heinricus dux Bawarie et Saxonie[m] ab imperatore et ceteris principibus proscribitur. Romanus episcopus Gurcensis obiit. Grando multa.

1180. Otacher ex marchione Styrensi ducis nomen est adeptus, eo anno quo et gladio est accinctus. Philippi[n] regis Gallie soror[47] Grecorum imperatori copulatur. Otto de Wittinspahc[o] palatinus senior dux Bawarie constituitur. Manuel Grecorum imperator obiit.

1181. Apud Iuvavum[p] id est Salzburch sanctus Virgilius episcopus, octavus a beato Ruperto, Domino revelante reperitur. Cum quo et alii sancti pontifices, Vitalis, Hertwicus, Eberhardus, et ipse primus et precipuus eorum sanctus Rupertus, multis miraculis declarati, a cunctis feré non solum vicinarum

Codices B.

1174. Fridericus imperator curia Ratispone habita, Heinricum prepositum Berthersgadem in Salzburgensem sedem superposuit. Imperator Alexandriam Ytaliae urbem obsedit, sexto illuc ingressus. Heinricus Gurcensis episcopus obiit, cui Romanus prepositus successit. Oct. 3.

1175. Dux Austriae et dux Carinthiae nec non et marchio Styrensis predas et incendia invicem exagitant, inter que ecclesia sancti Viti cum 300 hominibus arsit.

1176. Urbs Ratisponensis pene tota incendio flagravit. Dux Boemie Austriam incendio vastavit.

1177. Heinricus dux Austriae obiit, cui Ian. 13.
filius Liupoldus successit. Irmbertus abbas
Admuntensis quievit in Domino, pro quo Ru- Dec. 26.
dolfus eligitur. Hermannus episcopus Babenbergensis obiit, cui Otto succedit. Domnus Ian. 12.
Alexander papa et Fridericus imperator cum magna multitudine procerum tam spiritalium quam secularium Venetie convenientes, diutina ecclesiae lite sedata reconciliantur. Do- Iul. 23.
mnus Albertus episcopatu cedere coactus est, et Chunradus Maguntinus in ecclesiam Salzburgensem destinatus. Hic extorsit a domno Rudolfo Admuntensi electo, ut electioni suae renuntiaret.

1178. Chunradus archiepiscopus domnum Isinricum Biburgensem abbatem Admuntensi ecclesiae prefecit.

1179. Alexander papa synodum Romae plus quam 300 episcoporum et aliorum plurimorum patrum celebravit in quadragesima. Heinricus dux Bawariae et Saxoniae ab imperatore et aliis principibus proscribitur. Romanus Gurcensis obiit, pro quo Dietricus.

1180. Otaker ex marchione Stirensi ducis nomen est adeptus, eo anno quo et gladio est accinctus. Soror Phylippi regis Galliae Gre- 47
corum imperatori copulatur. Otto palatinus senior dux Bawariae constituitur.

1181. Apud Salzburg quatuor sancti pontifices, Virgilius specialiter, Vitalis, Hartwicus et Eberhardus innumeris sunt declarati miraculis. Alexander papa obiit, pro quo Lucius. Hermannus dux Karinthiae obiit, cui filius Oulricus puer successit.

a) et A. o. *desunt* 1. ubi l. l. e. i. *supra lineam adscripta sunt.* b) Carintianus 2. c) m. Stirensis 2. d) *deest* 2. e) arsit 2. f) p. t. *desunt* 1. g) Dux — vastavit *desunt* 1. h) f. e. L. s. *desunt* 1. i) *deest* 1. k) *deest* 2. l) prefertur 2. m) et S. *desunt* 2. n) Philippi — copulatur *desunt* 1. o) de W. *superscripta* 1. Otto p. s. dux de Wittilinsbach constituitur 2. p) I. i. e. *desunt* 2. *qui usque ad* miraculis *cum cod. Admunt. conspirat.*

46) exeunte anno 1176, si Kal. Ian. annum ordimur. 47) Agnes, Alexio Comneno.

Codices A.

sed et longe positarum regionum populis frequentantur. Hoc[a] anno haec cronica scripta est Garsten.

Alexander papa obiit, pro quo Lucius qui et Hubaldus. Haermannus dux Karinthie obiit.

1182. Uolricus patriarcha Aquilegie obiit, pro quo domnus Gotfridus Sextensis abbas. Liupoldus dux Austriae Ierusalem proficiscitur et revertitur.

1183. Otto dux Bawariae obiit. Inundatio aquarum maxima. Hainricus iunior rex Angliae obiit. Christanus Maguntiensis archiepiscopus obiit; cui Chounradus Salzeburgensis qui primitus ibi fuerat successit, et domnus Albertus Salzburgensem ecclesiam recepit.

1184. Curia magna Maguntiae habita, ubi duo filii imperatoris, rex videlicet et dux Sueviae, accincti sunt gladio. Apud Erphurt quinque comites et duo nobiles miserabili casu
48 in secessu submersi sunt. Chunigunt marchionissa[48], monialis[b] Admuntensis, obiit. Imperator Fridericus Italiam septimo ingreditur, et cum domno papa Lucio Veronae familiare habuit colloquium, ubi[c] patriarcha de Ierusalem[49] et alii plures aderant transmarini. Beatrix imperatrix obiit. Adilbertus Frisingensis episcopus obiit, pro quo Otto.

1185. Andronicus tirannus Grecie obiit. Chuono Ratisponensis episcopus obiit. Lucius papa obiit Verone, pro quo Urbanus qui et Hubertus.

1186. Filius imperatoris rex Hainricus duxit filiam Rogerii Siculi quondam regis, et Mediolani nuptias magnifice celebravit.

1187. Urbanus papa obiit Ferrarie, pro quo Gregorius qui et Adilbertus, cancellarius. Saladinus rex Saracenorum terram Ierosolimorum omnibus pene christianis occisis occupat, sancta cruce capta et rege captivato.

50 1188. Gregorius papa obiit[50]. Clemens qui et Paulus, Prenestine civitatis episcopus, substituitur.

1189. Fridericus imperator cum exercitu signatorum[f] sanctae crucis versus Bulgariam in auxilium sancti sepulchri[g] tendit. In cuius comitatu Ysinricus[h] Admuntensis abbas obiit, et
1190. Ruodolfus prius electus ibidem restituitur. Philippus rex Galliarum, et Richaredus[i] rex Anglorum, cum exercitu copioso transfretaverunt. Diepoldus Pataviensis episcopus obiit, pro quo Wolfgerus[k]. Gotfridus Wirzburgensis episcopus[l] obiit, pro quo Heinricus Aquisgrani prepositus.

1190. Fridericus imperator obiit[m]. Heinricus, sextus[n] huius nominis Romanorum rex, imperator effectus, expeditionem movit contra Tanachrēdum[o], qui Siciliam et Apuliam invа-
51 serat. Fridericus Suevorum nobilissimus dux obiit[p 51], cui frater suus Chounradus successit.

Codices B.

1182. Oudalricus patriarcha Aquilegiensis obiit, pro quo Gotfridus abbas Sextensis.

1183. Otto dux Bawariae obiit, pro quo Ludwicus filius eius. Christanus Maguntinus obiit; cui Chunradus qui primitus ibi fuerat successit, et domnus Albertus Salzburgensem ecclesiam recepit.

1185. Lucius papa Verone moritur, pro quo Urbanus.

1186. Heinricus Romanorum rex duxit Constantiam, filiam Rogerii Siculi quondam regis, et Mediolani nuptias celebravit.

1187. Urbanus papa Ferrariae obiit, pro quo Gregorius qui et Adilbertus. Saladinus rex Sarracenorum terram Ierosolimorum depopulatur[a], omnibus pene christianis occisis, capta cruce et rege abducto.

1188. Gregorius papa obiit, pro quo Clemens[a] qui et Paulus Prenestinus.

a) Hoc — Garsten *in marg. codicis* 1. *cuius continuationes infra dabimus.* b) m. A. *desunt Vor.* c) ubi — transmarini *desunt Adm.* d) *deest* 1. e) 2 *hic pergit:* Hic adicere dignum duximus, qualiter Fridericus imperator ad regnandum electus rem publicam Romanorum in antique dignitatis statum revocare studuit. multo quidem bellici sudore laboris, maxime autem ingenite nobilitatis strenuaeque virtutis amminiculo fultus. Post primam unctionem Aquisgrani — effudit cum nomine imperatoris et augusti. *ex notissima imperatoris ad Ottonem Fris. epistola.* f) *deest Vor.* g) crucis *Vor.* h) Isinricus *Adm.* i) Richardus *Vor.* k) Wolfkerus *Adm.* l) *deest Vor.* m) Imp. in peregrinatione crucis obiit. Cuius filius H. *Nov.* n) s. h. n. *desunt Vor.* o) Tanachritdum *Nov.* p) d. in peregrinatione crucis ob. *Nov.* n. S. d. o. cui Chunr. *l.* eius succ. *Adm.*

48) de Stire. Diepoldi Vohburgensis filia, ultimi Ottacari mater, d. XI. Kal. Dec. adscripta in Necr. Admuntensi. 49) Heraclius. 50) mense Decembri a. 1187. 51) 1191. Ian. 20.

1191. Liupoldus Austriae dux navigio Ierosolimam tendit[52]. Multi[a] nobilium tam spiritales quam seculares de exercitu imperatoris in Apulia moriuntur. Rex Galliarum orta dissensione inter ipsum et regem Angliae, cum[b] exercitu suo navigio repatriavit; Anglorum[c] vero rex in obsidione Ptolomaidis[d] quae alio nomine Akirs[e] dicitur, remansit. 52

1192. Clemens papa mortuus est[f.53], pro quo Celestinus qui et Iacinctus dicitur. Otacher[g] dux Stiriae absque liberis decedens, Liupoldum ducem Austriae terrae suae ac patrimonii, ex testamento heredem prius institutum, successorem

Codex Vorowensis.

reliquit[54]. Constantia augusta dolo Tanachredi circumventa, et apud Palernum obsessa est. Imperator ab Apulia regreditur[55].*

reliquit. Imperatrix apud Palermum obsessa est. Imperator ab Apulia regreditur. 55

1193. Imperatrix in[h] Apulia dimissa est. Tanachredus rex mortuus est[56]. Richaredus[i] rex Anglorum postquam Tyrum idest Suders, et alias munitiones Ierosolimorum Saladino abstulit, et Akirs[k] expugnavit, Heinricum Campaniae comitem in ea regem ordinavit. 1192.
Ipse vero navigio repatriare volens, adversa aura de mediterraneo in Ionium mare delatus, et ad terram egressus, Forum Iulii et Karinthiam, quinque tantum viris comitatus, ignotus et profugus transivit; et dum per Austriam fines Boemiae intrare vellet, in civitate Wien Dec.
cognitus, et a duce Liupoldo, Heinrici[l] ducis filio, captus est.

1194.[m] Celestinus papa Liupoldum ducem cum omni terra sua sub interdicto anathematis posuit, pro captione regis[n] Anglorum. Qui tamen postea cum pactione pecuniae hoc est centum milium marcarum[o] imperatori et 50 milium duci dandorum dimissus est. 1193.

Codex Novimontensis.

Otacher[p] dux Boemiae ducatu privatus est, et Nogerus Bragensis episcopus ei substitutus est.

Otaker ducatu Boemie ab imperatore tunc in Germania consistente privatus est, et Heinricus Bragensis episcopus ei substituitur.

Tanachredus[q] Tanachredi filius mortuus[r] est, cuius viduam[s], Constantinopolitani imperatoris filiam[57], Philippus Romanorum imperatoris germanus desponsavit[t]. Heinricus imperator reparata[u] expeditione Apulia, Sicilia Calabriaque subactis, apud Palernum[v] sedem quondam regni triumphum celebravit, per[w] septem dies coronatus procedens; et Margaritum cum aliis illius terrae principibus, qui contra Romanum imperium conspiraverant, vinculatum in Alamanniam[x] abduxit[y] et cecavit, quibusdam complicum suorum in vinculis occisis. Heinricus quondam Bawariae[z] et Saxoniae dux obiit[58]. Liupoldus Austriae[a] Stiriaeque dux apud Grâz[b] pridie Kal. Ianuarii moritur. Cui duo filii successerunt, Fridericus quidem in ducatum Austriae, et[b] Liupoldus in ducatum Stiriae. 57 1194. 58

1195.[c] Imperator Heinricus apud Wormaciam curiam celebravit, et expeditionem transmarinam in auxilium sancti sepulchri ordinavit. In ipsoque[d] loco Chounradus Maguntinus, Philippus[59] Coloniensis[e], et archiepiscopus Bremensis[f.60], Chounradus Ratisponensis, Heinricus Herbipolensis, Nogerus[g] Bragensis episcopus[h], nec non et dux Saxoniae[61], dux Dalmatiae[i.62], dux Austriae, dux Karinthiae[63], et Heinricus palatinus comes de Reno, cum aliis innumeris principibus tam spiritalibus quam secularibus, comitibus quoque ac nobilibus, in presentia imperatoris crucem Christi acceperunt. Wernherus Gurzensis episcopus mortuus est. 63

1196. Bela rex Ungarorum mortuus est,

1196. Ekehardus prepositus de Solio epi-

a) Multi — moriuntur *in solo cod. Vorowens.* b) c. e. a. *in solo Vor.* c) *deest Vor.* d) Tholomaidis *Vor.* e) Akkirs *Vor.* f) p. obiit *Adm. ubi dicitur deest.* g) Otaker *Adm.* Otakber *Nov.* h) in A. *et est desunt Adm. Vor.* i) Richardus *Vor.* k) Akyrs *Adm.* l) a L. duce c. est *Vor.* m) M.C.LXXXX.III. *Adm. Nov.* n) Richardi r. *Vor.* o) librarum *Nov. bis.* p) Otaker duc. B. p. est. Nokorus B. e. ei subrogatus *Adm.* q) Tanechredus *Vor.* r) cecatus *Nov. et ita in cod. Adm. correctum est.* s) filiam *Vor.* sponsam *Nov. et Adm. ex correctione.* t) accepit *Adm.* u) iterata *Adm.* v) Palermum *Adm.* Balernam *Vor.* w) p. s. d. c. p. *in solo Nov. codice; in Adm. diuidesunt Vor.* x) Alem. *Adm.* y) perduxit *Vor. ubi et c. desunt.* z) q. d. Sax. o. *Vor.* a) A. S. b) L. vero in *Nov.* c) M.C.LXXXX.IIII. *Adm. Nov.* d) ipso *Adm.* e) *vacat Vor.* f) et Br. archiepiscopi *Nov.* g) Heinricus *Adm. Nov.* h) *deest Vor.* episcopi *Nov.* i) Meran *superscriptum est in cod. Adm.*

52) Iam 18. Kal. Sept. a. 1190. iter aggressus est. Meiller, Babenb. Reg. p. 239. 53) 1191. mense Martio. 54) 1192. mense Maio. Constantia autem a. 1191. a Salernitanis capta, et inde Panormum ducta, a. 1192. dimissa est. 55) a. 1191. 56) 1194. Febr. 20. 57) Irenam, relictam Rogerii, de qua multiplices apud scriptores huius temporis errores occurrunt. 58) 1195. Aug. 6. 59) Adolfus; nam Philippus iam a. 1191. obiit. 60) Hartwicus II. 61) Bernhardus. 62) Bertholdus. 63) Ulricus.

Codex Vorowensis.

et Hainricus filius eius regnavit pro eo. Echardus prepositus de Solio Gurzensis episcopus fit. Otto Babenbergensis episcopus obiit. Pro quo Tiemo eiusdem ecclesiae canonicus eligitur. Albertus comes de Pogen obiit.

Heinricus imperator Ratisponae curiam celebravit, et filium suum Fridericum[a] adhuc infantem in regem eligi impetravit, cum subscriptione a principibus facta tam spiritalibus quam secularibus. Chounradus Maguntinus archiepiscopus cum exercitu signatorum sanctae
64 crucis transfretavit[64]. Albertus archiepiscopus Salzeburgensis dum Hallenses pro sui contumacia a[b] divinis diu suspensos flectere non potuisset, civitatem eorum incendio delevit, simul cum ecclesiis, excepto manasterio regularium sancti Zenonis. Chounradus dux Suevorum in adulterio confossus mucrone moritur. Cui Philippus germanus successit.

1197. Hainricus VI. imperator obiit apud Messanam urbem Apulie, 4. Kal. Octobris.

Philippus dux Suevorum apud Augustam cum apparatu maximo et conventu principum, simul[c] et gladio accinctus est et nuptias celebravit. Heinricus Wirziburgensis episcopus obiit, pro quo Gotfridus, qui[d] et ipse in brevi decessit. Nogerus[e] Bragensis episcopus, qui et dux, crucem deposuit, et post non longe moritur. Pro quo Heinricus marchio[f] Maraviae
65 Belezlai[65] quondam regis filius a populo terrae dux elevatur. Andreas, qui[g] Crucifer dicebatur, frater Heinrici regis Ungarorum[h], contra fratrem surrexit.

Fridericus[i] dux Austrie in peregrinatione sancte crucis obiit[66], et ducatum Austrie fratri suo Liupoldo Stirensi[i] duci reliquit.

1198. Philippus dux Suevorum, qui crucem, coronam et lanceam ceteraque insignia imperialis capellae, quae regalia dicuntur, vivente adhuc imperatore de Apulia adduxerat, pro eo quod nepos eius Fridericus infantulus esset, cui tam ipse quam alii principes etiam cum subscriptione iuraverant, sub nomine quidem tutoris ad regnum aspirat. Postmodum vero electionem et unctionem regalem affectans, maximam partem thesaurorum imperii, quos ipse in potestate habebat, suae partis fautoribus largitus est; quos etiam de possessionibus
67 imperii inbeneficiavit, paucis sibi retentis. Econtra episcopus Coloniensis[67], ad quem Romani regis unctio spectat, et dux de Lovin[68], et comes Flandriae[69], accepta pecunia infinita a rege Anglorum, eiusdem regis sororium Ottonem nobilem de Prunswich, Pictaviensem[k] tunc comitem, Heinrici magni quondam ducis filium, in regem eligunt. Quem etiam Aquis-
Iul. 12. grani deducentes, ei regalem unctionem conferunt, presentibus[l] duobus cardinalibus et
70 assensum domni Innocentii papae super hoc facto declarantibus[70].

1197. Ipso anno Odoacer[m] dux Boemiae audita morte imperatoris Boemiam intravit, et pro optinendo terrae principatu collectis undecumque militum copiis fratri bellum indicit; cui ille cum exercitu copioso occurrit. Verum Heinricus intestinum bellum abhorrens, fratri
Dec. 6. quoque suo non malum sed bonum querens, in ipsa nocte quae diem futurae pugnae precessit, habito cum amicis et satrapis consilio, utroque exercitu ignorante fratrem ad secretum

---

a) Ludwicum *Vor. ubi n. i. desunt.* b) et a *Vor.* c) *deest Vor.* d) G. eligitur q. *Vor. ubi* in b. d. *desunt.* e) Heinricus *Adm. Nov.* f) marchio Maravie *add. solus Nov.* g) qui C. d. *desunt Vor.* h) *deest ibidem.* i) *deficiente cod. Vorowensi manent* 1. *Adm. et* 2. *Novimontenses.* Fridericus – reliquit *in* 1. *manus subsequalis in margine descripsit.* k) P. t. c. *desunt* 1. l) presentibus — declarantibus *in* 1. *alia manus supplevit.* m) Otakherus 2.

64) anno 1197. 65) imo Wladislai. 66) 1198. Apr. 16. 67) Adolfus. 68) Heinricus dux Brabantiae, qui demum post Ottonis coronationem a Terra sancta reversus est. 69) Balduinus, postea imperator. 70) Innocentius Guidonem episcopum Praenestinum legatum misit, sed anno demum 1201.

colloquium vocat ubi datis invicem dextris ad concordiam redeunt, et sic ad sua tentoria sub nocte recedunt. Mane autem facto exercitum suum uterque remisit ad propria, reversusque est Heinricus in Marchiam, dimissa Boemorum principatu fratri suo Odoacri[a].

1199. Domnus Rudolfus abbas Admuntensis piae memoriae quievit in Domino, pro quo c. 1. 23. domnus Iohannes abbas Biburgensis, qui antea prioratum Admuntensem per multos annos tenuerat, eligitur et a domno Alberto archiepiscopo investitur. Philippus dux Suevorum apud Mogonciam per Hartwicum Eistetensem episcopum aliosque suae partis fautores in regem unctus et coronatus est. Qui etiam eodem anno expeditionem magnam movit, sedem regni Aquis Grani[b] adire volens; sed occurrente sibi Ottone, qui[c] iam rex vocabatur, cum magnis copiis iuxta Mosellam fluvium, ultra progredi non potuit. In qua expeditione Odoacer[d] dux Boemorum pro quibusdam fortiter gestis nomen regis adeptus et a Phylippo coronatus est, in ordine regum Boemiae tertius, in katalogo ducum 34[ta]. 1198. Sept. 8.

1200. Chunradus Maguntinus archiepiscopus de transmarinis partibus navigio Romam venit, ubi iam mortuo Caelestino, Innocentium in sede apostolica subrogatum invenit, cum quo etiam pro ecclesiasticis negociis disponendis et ordinanda expeditione transmarina in auxilium sancti sepulchri per menses aliquot mansit. Qui ab Urbe veniens, Ratisponam accessit, ubi tunc Phylippus sollempnem curiam cum multis principibus habuit[71]; qui etiam eundem archiepiscopum quamvis primum valde renitentem, tandem suae parti conquisivit. Ab illa ergo die et deinceps idem archiepiscopus de concordia inter Phylippum et Ottonem facienda animum dedit, multaque utiliter de negociis regni, maxime autem de expeditione transmarina ordinare studuit. Ipso anno domnus Albertus Salzburgensis archiepiscopus 33[a] archipresulatus sui anno, post multa gravamina quae passus est a domno Friderico imperatore ob defensionem sanctae ecclesiae, et post plurimas infestationes iniquorum hominum contra eum et ecclesiam suam pro iussu et voluntate imperatoris sevientium, tandem adiutorio Dei eiusque nobili providentia ac industria sopitis omnibus maioribus ac minoribus qui adversus eum arma tulerant, cum iam diviciis et honoribus omnes Iuvavenses archiepiscopos transcendisset, septimo[a] Idus Aprilis[72] diem clausit extremum in sede archiepiscopatus sui, ibique debita cum honestate sepultus est. Erat autem sororius domni Chunradi II. archiepiscopi, cuius mentio est in precedentibus[f]. Tunc communi electione cleri ac ministerialium electus est domnus Eberhardus Brixinensis episcopus in archiepiscopum Salzburgensem, et in ecclesia kathedrali inthronizatus. Mortuus est etiam Ekehardus[73] Gur . . . . .[g] 71 72

Codex Novimontensis.

Eo tempore Chunradus Magontinus archiepiscopus pro pace in regno reformanda sollicitudinem gerens, consilio principum, tam Philippo quam Ottoni pro imperio decertantibus, nec non utriusque partis fautoribus aput Confluentiam diem haberi obtinuit[74]; ipse vero infirmitate preventus aput oppidum Rietvelt diem clausit extremum[75]. Quo adhuc vivente et presente, Liupoldus dux Austrie Stirieque dux, cum maximo apparatu principum aput Wien impentecosten gladio accinctus est.

1201. Terre motus magnus factus est, per dimidiam fere horam, 4. Nonas Magi, ac deinceps frequenter adeo fortis ut nonnullas ecclesias subverteret, ac domus muratas in quibus longe lateque magna strages hominum facta est. (Inter[h] que in castro Wizzenstain

Annales Garstenses:

Chunradus Mogontinus archiepiscopus obiit. Liupoldus Austrie Styrieque potentissimus dux apud Wien in pentecoste gladio accinctus est. 74

Mai. 28.

1201. Terremotus magnus factus est, 4. Nonas Maii.

a) Odoacro 2. b) *deest* 1. c) q. i. r. v. *desunt* 1. d) Otakherus 2. e) VIII. 2. f) premissis 2. g) *excisum est hic ex codice MS. unum alterumve folium, nescio cuius fraude vel imprudentia. PEZ. Nos lacunam quantum licuit ex lenioribus Ann. Admuntensium rivulis sarcire conati sumus.* h) *haec subiungit Chronicon Admuntense Vitae Gebehardi adnexum, ubi Ann. Admunt. excerpti sunt.*

71) De curia Norimbergae mense Martio habita, ut videtur, loquitur. Boehmer Regesta Imp. 1198—1254. p. 9. 72) In Necrol. Adm. diei VI. Id. Ap. adscriptus est. 73) Gurcensis episcopus, obiit m. Aprili a. 1200, cui Waltherus, Eberhardi avunculus, successit. 74) v. Boehmer, Reg. Imp. p. 11. 75) diei XIII. Kal. Nov. adscriptus in Necrol. Admuntensi.

Codex Novimontensis.

turris corruens hospitem domus Hartrodum, ministerialem ducis Stirensis, cum 7 viris interemit; sed et castrum archiepiscopi Chaets dirutum, fere omnes habitatores suos morti dedit.)

1202. Chunradus Herbipolensis episcopus, qui et cancellarius imperii, in sua civitate a suis ministerialibus occiditur.

1203. Liupoldus Austrie Stirieque dux Theodoram duxit Constantinopolitani imperatoris ex filia neptem, et aput Wien magnifice nuptias celebravit. Heinricus Ungarorum rex filium suum Labezlaum cum necdum es-
78 set annorum trium coronavit[78], et Andream fratrem suum de invasione regni suspectum habens, captivavit, et in palacio Strigoniensi, quod alio nomine Grân vocatur, custodie mancipavit; uxorem vero eius filiam Perhtoldi du-
77 cis Meranie[77] omnibus bonis destitutam, ad terram et patriam suam remeare permisit. Perhtoldus dux Meraniae obiit.

1204. Phylippus rex Turingiam vastavit, et amitinum suum Hermannum Lantgravium, qui cum Otachero Boemorum rege adversus se conspiraverat, ad deditionem coegit; a quo acceptis obsidibus, in Boemiam expeditionem movit, et occurrentem sibi cum exercitu regem fugavit, eundemque similiter ad dedicionem coegit, acceptis ab eo obsidibus, et librarum argenti 7 milibus. Hein-
80 richus rex Ungarorum moritur[80], et Andreas frater eius de captivitate ad regnum sublimatur. Qui etiam uxorem suam in regno Teutonicorum requisitam, cum gloria magna revocavit. Baldwinus Flandrie et Hennie comes[b], dux Venetorum[81], et Bonifacius marchio de Monte ferrato, Swessionensis[82], Halberstetensis[83] episcopi, et abbas Lucendunensis[84], cum aliis multis Alemannorum comitibus et baronibus, ducentes exercitum ad subventionem Terre sancte, in urbe Constantinopoli hyemaverunt; ubi fugato (Alexio)[c] qui per tyrannidem imperium Grecorum invaserat, Alexium Ysacii filium coronari fecerunt. Quo in brevi a suis perempto, Alemanni urbem regiam occupantes, et Grecis superiores[d] effecti, Baldwinum Flandriae comitem in imperatorem Grecorum sublimaverunt, habentes secum domnum Bethlemitanum ex partibus transmarinis auctoritate apostolica sibi delegatum, et Aconensem electum. Poppo Aquilegensis[e] ecclesiae maioris prepositus fit episcopus Pataviensis.

1205. Domnus Rudigerus abbas Admuntensis dum forte in lapidicina laborantibus interesset, petra quadam in preceps decurrente percussus et mortuus est. Pro quo domnus Wolframmus Turigena, qui de monasterio Reinhersprunn ad nos veniens, per decem fere annos
85 nobiscum fuerat demoratus, eligitur. Regina Ungarorum Heimrici[f] regis vidua[85], secum

Annales Garstenses.

1202. Chunradus Herbipolensis episcopus, qui et cancellarius imperii, in sua civitate a suis ministerialibus occiditur. Johannes abbas Admuntensis obiit, pro quo domnus Ruodiger ibidem nutritus (et[a] professus, prioris ac sacriste officium tenens, canonice) eligitur.

1203. Liupoldus dux Austriae Styrieque dux Theodoram Constantinopolitani imperatoris ex filia neptem duxit coniugem. Heinricus Ungarorum rex filium suum infantulum coronavit. 19. Kal. Septembris Arnhalmus pie memorie Garstensis abbas obiit. Pro quo Hademarus eligitur. Pilgrimus patriarcha obiit[78], pro quo Wolfkerus Pataviensis episcopus eligitur. Perhtoldus dux obiit[79].

1204. Heinricus Ungarorum rex obiit, pro quo Andreas frater eius de captivitate ad regnum sublimatur. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Chunradus Frisingensis ecclesiae prepositus eligitur.

a) *ex eodem Chronico.* b) comites *c.* c) *nomen deest in codice.* d) *abhinc in novo folio cod.* 1. *alia manus pergit.* e) aquileyeng 1. *ubi* Poppo — Pataviensis *alia manu addita sunt. Desunt* 2. f) Heinrici 2.

76) 1204. Aug. 26. factum esse ait Engel in Hist. Ungariae. 77) Gertrudem. 78) 1204. Mai 15. ut ostendit De Rubeis. 79) 1204. Aug. 11. 80) mense Decembri. 81) Heinricus Dandulus. 82) Nivelo. 83) Conradus. 84) i. e. Lucedii monasterii, quod in marchionatu Montisferrati situm erat. Nomen abbatis fuit Ogerius. 85) Constantia, soror Petri II. regis Arragoniae.

habens quosdam episcoporum et optimatum Ungaricorum, qui propter iusiurandum quod infantulo regi iuraverant, adhuc in parte eius stabant, per vim occupatis portis et custodiis terminorum Ungarici regni, versus Wien ducens secum filium suum cum thesauris et diviciis magnis et comitatu copioso egressa est, et a Liupoldo duce, de quo propter affinitatem plurimum presumebat[a], magnifice suscepta. Paucis igitur transactis diebus, Ladezlaus[b] infans moritur, corpusque illius a Iurino[c] episcopo Albam[d] translatum, et in sepulchro regum regio mor tumulatum est. Sicque sedata est controversia grandis[e], quae inter ducem et Andream regem orta fuerat pro repetenda tam regina, quam thesauris seu corona quam simul asportaverat, in tantum ut contractis utrimque exercituum copiis inter se dimicaturi residerent. Post hec Liupoldus dux reginam liberalissime habitam et honoratam cum obsequio regali in terram nativitatis suae fratri suo Hyspaniarum[f] regi decenter retransmisit. Mai. 7.

Phylippus rex ad sedem regni Aquis[g] collecto exercitu accessit, eique Coloniensis archiepiscopus tum pretio tum etiam timore coactus, sicut prius Ottoni unctionem regalem contulit. Pro quo facto idem archiepiscopus ab Innocentio papa anathematizatus, et a civibus suis ab episcopatu proiectus, et alius[86] in locum eius auctoritate apostolica electus est. Verum ante haec dum rebelles habuisset Colonienses Phylippus, ex omni regno Teutonicorum adunato exercitu, ad obsidionem Coloniensium fervide accingitur. In qua expeditione Liupoldus Austriae Styrieque magnanimus dux copiosam et electam miliciam ducens, et non minus munifice quam etiam magnifice agens, principibus aliis prestantior, fortibus quoque gestis famosior atque clarior exstitit. Obsidione autem illa per Phylippum soluta dum quique repedarent, aliqui de Coloniensibus male securi dum incautius evagantur, a militibus Phylippi passim intercepti, capti, et aliquanti perempti sunt. Ian. 6. Sept.

Poppo[h] episcopus Pataviensis obiit, pro quo domnus Manegoldus intronizatur, qui prius abbatiam Tegernse et Chremismonasteriensem tenuerat. Dec. 26.

1206. Albero abbas Ozziacensis obiit, pro quo domnus Gotfridus ex Admuntensi monasterio eligitur. Inundatio aquarum tam intolerabilis, ut homines cum oppidis ac domibus in Swevia pessumdaret. Ordo[i] Predicatorum cepit. Eodem anno Vilshoven construitur a comite de Ortinberch.

1207. Liupoldo Austriae Styriaeque duci natus est filius eiusdem nominis 8. Kal. Aprilis. Domnus Wolframmus abbas Admuntensis paralisi dissolutus curae pastorali cessit, et ei domnus Gotfridus abbas Ozziacensis substituitur. Phylippus[k] rex occiditur apud Babenberch ab Ottone palatino comite; episcopus quoque Babenbergensis Ekebertus[l], et frater eius Heinricus marchio Ystrie, quia super hoc facto suspecti habebantur, tam[m] a principibus quam etiam a ministerialibus imperii proscribuntur. Abhinc[n] igitur diversis quidem temporibus, sed eodem animo, et[o] infra spacium anni, principes omnes Ottoni adherentes, eum unanimiter in regem Romanorum elegerunt et confirmaverunt. 1208. Iun. 21.

1208. Otto rex filiam[p] Philippi in uxorem duxit, et generalem curiam apud Nurnberch in media quadragesima cum principibus celebravit; ubi omnes qui in morte Philippi vel rei vel suspecti habebantur sunt proscripti, et bona eorum publicata. Et quia unctio imperialis apud domnum papam Innocentium iam[q] fuerat procurata, ipsa expeditio in Italiam et versus Romam a principibus ibidem iuratur[87]. 1209.

1209. Otto[r] rex apud Augustam curiam celebravit, et inde versus Romam coronandus[s] iter movit[t] cum exercitu copioso. Per totam itaque Ytaliam et Tusciam negociis regni potenter ordinatis, tandem Romam veniens, cum favore principum a domno papa Innocentio coronatus, imperatoris et augusti nomen accepit. 1209. Iul. Oct. 4.

Codex 1.

1210.

Codex 2.

1210. Fridericus rex Sicilie, Heinrici imperatoris filius, ad imperatorem legatos misit, paterne successionis abdicationem promittens,

a) confidebat 2. b) Ladislaus 2. c) *supersc.* rabn 1. i. e. rabin 2. d) *supersc.* Wizenburc 1. A. idest Wizenburch 2. e) magna 2. f) *supersc.* Arragun 1. g) r. sui Aquis 2. h) *hinc alia manus pergit* 1. i) Ordo — Ortinberch *alia manu s. XIII. addita sunt* 1. *Totus annus vacat* 2. k) *manus mutatur* 1. l) *deest* 1. m) h. ab omnibus imp. princ. proscr. 2. n) *alia manus pergit* 1. o) et i. a. s. *desunt* 2. p) r. generalem omnibus principibus in m. q. curiam celebrandam indixit aput Nuremberch. ubi 2. q) *deest* 2. r) *hinc ut videtur alia manus pergit* 1. s) ordinandus 2. t) m. et tandem cum fav. p. 2.

86) Bruno praepositus Bonnensis. 87) Complurium comitiorum acta hic videntur esse confusa; v. Boehmer, Reg. Imp. p. 40—43.

Codex 1. *Codex 2.*

multa quoque milia librarum auri et argenti offerens ut eum in gratiam reciperet, et ut regnum Sicilie tantum in pace illum tenere permitteret. Verum imperator non bono usus consilio, omnia sibi oblata respuens, nichil eorum que petebatur, admisit; set potius in Apuliam victoriose procedens, in ea usque ad annum tercium moratus est. Interim vero domnus papa Innocentius de occulto consensu, et clandestina subscriptione ac legatione episcoporum tocius Alemannie roboratus, pro quibusdam iuramentis ab imperatore sibi prestitis, et nondum persolutis, occasione sumpta, instinctu predictorum episcoporum sententiam excommunicationis in imperatorem dedit; cuius facti
Nov. 18. occasione animati principes, Fridericum regem Sicilie cui prius sicut regi Ro-
1211. manorum iuraverant, occultis litteris et nunciis in Alemanniam revocaverunt.

Hisdem temporibus Ungari facta concussione regni sui, et mota seditione
1213. maxima, Gerdrudem reginam in odium Teutonicorum interfecerunt, Andrea
Sept. 28. rege ibidem consistente. Leupoldus quoque dux Austriae Stirieque dum ibidem adesset, ab Ungaris perdendus inquiritur; set divina se protegente gratia, licet laboriose, salvus tamen et incolomis in terram suam regressus est; et hoc postea quam de expeditione quam in Yspanias contra hereticos moverat, et a Kalatra redierat.

1212. 1212. Facta est expeditio puerorum utriusque sexus instinctu diabolico, et preterea virorum et mulierum provectorum, quorum dux erat Nicolaus quidam puer de Colonia; qui mortui et venditi sunt in locis diversis. Post non multum temporis in peregrinatione sancte crucis prefatus
1217. dux transfretavit, et aput Akirs et in obsidione Damiate, ad duos fere annos
1219. strennue militavit; et tandem incolomis remeavit et hoc totum infra spacium tam presentis anni quam etiam duorum precedentium annorum.

C. Claustr. 1213. Liupoldus[a] II. dux Austrie et Styriae, cum magno exercitu ad terram sancti Iacobi ad bellandum paganos transierat. 1213.

1215. Manegoldus Pataviensis episcopus obiit, cui successit Uodalricus. Synodus celebrata est apud ecclesiam sancti Iohannis Rome. 1215.[b] Domnus Innocentius papa synodum maximam Rome celebravit, et circa finem eiusdem anni moritur[88]. Pro quo Honorius.

Domnus Eberhardus Salzepurgensis archiepiscopus sedem episcopalem in Chimese constituit, et domnum Rudigerum primum episcopum ibidem creavit.

1216. Innocentius papa III. obiit, cui successit Honorius papa II. Liupoldus dux puer obiit, filius scilicet Liupoldi II. ducis. 1216. Otto imperator ab Apulia regressus est[89]. Eodem anno Fridericus . . . . . [c]

1217. Andreas rex Ungarie et Liupoldus II. dux Austriae et Styriae versus Ierosolimam egressi sunt.

1218. Strubinge construitur.

1219. Liupoldus II. dux Austrie et Styrie a Damiata et a terra Ierosolimitana reversus est.

1220. Fridericus II. rex Romanorum Rome consecratus, imperatoris et augusti nomen adeptus est.

1221. Damiatam civitatem quam magna prohitate christiani acceperunt, et per duos annos possederunt, hoc anno amiserunt tali modo. Christiani exierunt a Damiata circa centum milia hominum et plus, ut caperent pontem qui distat per 5 vel 4 rastas a Damiata, transiens fluvium minorem qui dividitur a maiori, quem pagani ne transiremus destruxerunt; Christiani vero quia non habebant copiam navium, inter duo flumina tentoria sua erexerunt, volentes expectare naves domini imperatoris que venture erant; et fecerunt magnam et profundam fossam circa se, nec pagani poterant irruere super eos. In eodem vero tempore Nilus stagnavit, sicut solet Egyptum irrigare quolibet anno, et sic inundatione aquarum Nylus transivit ripas, et finitima loca replevit: implevit etiam fossam illam quam christiani fecerant circa se. Tunc pagani facientes fossam de minori flumine in magnum flumen, quod circuit in Damiatam; per quam naves suas induxerunt, nec de Damiata victualia ad christianos pec aquam portare permiserunt. Christiani fame coacti, consilio principum exierunt fossam, volentes redire in Damiatam. Pagani vero circumdederunt eos, et ulterius eos ire prohibuerunt[e]; ubi strages hominum ad 35 milia facta est, et sic pro omnibus christianis a captione Damiate comprehensis, et pro vera cruce, reddita est Damiata paganis. Eodem vero tempore pyrratae paganorum combusserunt igne inextinguibili 700 tam sacerdotes quam clericos in una navi fluminis[e]. In eodem anno Ulricus Pataviensis episcopus redeundo a Damiata obiit.

a) *haec usque ad a.* 1225. *eadem manu aequaliter scripta sunt. correctoris.* b) XX. I. *et mox* XX. II. *codex, ut videtur manus* c) prohibebant *Ann. Claustr. cod. episcopalis.* d) *deest in codice, hominum addit cod. ep.* e) in flumine *cod. ep.* f) *foliis excisis abrumpitur narratio in cod.* 2.

88) 1216. Iul. 16. 89) anno 1211.

1222. Gebhardus consecratus est in episcopum Patauiensem. C. Claustr.

1225.[a] Rex Romanorum Heinricus iuvenis, filius Friderici imperatoris, filiam ducis Austrie et Styrie duxit in uxorem. Filius eiusdem ducis Liupoldi Austrie et Styrie, Heinricus nomine, sororem lantgravii Duringie duxit in uxorem. Filio margravii de Myssen filia iam dicti ducis est desponsata.

1226. Gotfridus[b] abbas Admuntensis abbatiam resignavit 8. Idus Decembris, et tercia die Wihpoto electus subrogatur. Eodem anno Liehtinwerd exuritur. Sanctus Franciscus obiit.

1228. Otto dux Bawarie gladio accingitur in festo pentecostes*.

1229. Wicpoto[c] abbas pie memorie obiit 12. Kal. Decembris; abbas de Puern[90] domnus 90
Perhtoldus substituitur. Ludwicus[d] dux nascitur.

1230. Liupoldus secundus huius nominis dux Austrie Stirieque obiit 5. Kal. Augusti, cui Fridericus filius ipsius successit.

1231. Perhtoldus abbas ad Sanctum Petrum in Salzpurch electus, abbatie Admuntensi cessit; pro quo domnus Chunradus ibidem nutritus et professus 16. Kal. Mai eligitur.

1234. Fridericus[e] illustris dux Austrie et Stirie, et Theodora mater sua, in octava pasce circa festum apostolorum Philippi et Iacobi nuptias magnas celebrant in campo iuxta Stadlaw, ubi marcravius de Meissen sororem iam dicti ducis, Constanciam nomine, duxit in uxorem; presentibus regibus, Ungarie videlicet et Boemie, et archiepiscopo Salzpurgensi, Patauiensi, Babenbergensi, Frisingensi, et Secouiensi episcopis, et marcravio de Moravia, Saxonie et Kerinthie ducibus, et lancravio Duringie, mediantibus etiam aliis quamplurimis.

1235. Fridericus secundus huius nominis[91] Teutonie partes ingressus, apud nos sollempniter susceptus est quarta feria infra pentecosten. Mai. 30.

1236. Sancta[f] Elisabet transfertur.

1241. Facta[g] est eclipsis solis, et tenebre tam dense ut stelle apparerent in celo, circa horam nonam. Eodem anno Tartari vastant Ungariam.

1246. Fridericus[g] dux occiditur. Eodem anno Chunradus rex duxit uxorem Elysabet, filiam Ottonis ducis Bawarie.

1247. Dominus H. dux Bawarie duxit in uxorem dominam Elisabet, filiam regis Ungarie[92]. 92

1250. Fridericus imperator obiit in Apulia. Ex eo tempore multa mala creverunt in terra, nullo dominante per plures annos.

Anno Domini 1425, die mensis Augusti 22, factus est terre motus magnus in valle Gêrsten infra horam sextam et septimam a medio noctis. Item eodem anno et mense, die mensis 24, circa horam octavam a media nocte, parvus terre motus factus est in valle predicta.

CONTINUATIO GARSTENSIS.

Annales in codice Garstensi scripti primo cum Mellicensibus, deinde cum Admuntensibus coniungendi erant. Sed post annum* 1181 *sequitur continuatio diversorum scriptorum manibus producta usque ad annum* 1257*; initio usque ad annum* 1189 *manet similitudo cum Annalibus Admuntensibus et Cremifanensibus, deinde pleraque petita sunt ex Mellicensibus itemque ex Admuntensibus. Postremo autem gesta annorum* 1215—1256 *satis ampla narratione referuntur,

* *Inserimus hic quae in codice bibl. Admuntensis n. 497. manu coaeva scripta leguntur.* Anno inc. Domini 1228 obiit sancte memorie domnus Gotfridus, scientia litterarum et vite puritate conspicuus, qui ecclesie Admuntensis abbas per annos prope 20 extiterat; et pro vite sue merito cunctis acceptus, domni Liupoldi Austrie Styrieque ducis et domni Pernhardi Carinthianorum ducis compater ascitus, plurima eorumdem principum impendia ecclesie Admuntensi procuraverat. Transiit autem in sancta nocte natalis Domini in gallicantu: non dubium quin tempore vel hora nativitatis Christi; post annum videlicet ex quo soli Deo vacare desiderans, nullis aliis causis existentibus, immo cunctis etiam cum lacrimis reclamantibus, pastoralitate cesserat.

a) *hic scriptum fuit:* Fulgibertus (*corr.* Engilherius) archiepiscopus Colocensis a quodam comite cognato suo interfectus est. *Sed ea postea expuncta sunt.* b) *alia manus pergit.* c) *alia manus pergit, quae a.* 1229. 1230. 1231. 1235. *scripsit.* d) L. d. n. *ab alio inserta sunt.* e) *hic annus alia manu scriptus est.* f) S. E. t. *alius scripsit.* g) *iterum manus mutatur.*

90) i. e. Michelbeuern. 91) scil. imperator. 92) Belae IV.

quae huic codici propria est, neq parvae auctoritatis. Manu recentiori saeculi XIV. et hic nonnulla ex Annalibus Mellicensibus deprompta sunt inserta, quae littera inclinata a reliquis distinximus.

1182. Piae memoriae Chuonradus Garstensis abbas 10. Kal. Novembris obiit in Christo. Liupoldus dux Austriae Herusalem est profectus et reversus. Beatae memoriae Uodalricus abbas Chremsmunster 4. Kal. Sept. obiit[a].

1183. Moritur in Tuscia Cristanus Mogontinus heu male archiepiscopus, cui subrogatur Chunradus Iuvaviensis iniuste archiepiscopus, sed Mogontie ante Cristanum electus, et per imperatorem remotus; et Iuvavienses revocant suum debitum archipresulem Albertum Boemici ducis germanum, ante prefatum Chuonradum canonice electum et confirmatum[b] sed per imperatorem iniuste depulsum[c].

1184. Fridericus imperator Romanorum apud civitatem Mogontinam filium suum ense succinxit, eundemque ibi coronavit; prius habita curia apud Erfurder, ubi edificium super caveam feditatis constructum decidit, Fridericum comitem de Abinberc cum quinque aliis eiusdem dignitatis nobilibus, familiaribusque ad numerum 66 in ipsa cavea submersit. Filius ipsius imperatoris vix evasit[e]. Albertus Frisingensis episcopus obiit. Chunigunt marchionissa Stirensis obiit.

1185. Andronicus tyrannus Greciae occiditur. Lucius papa obiit Verone; pro quo Urbanus qui et Hubertus. Antonius[d] qui et Ysaac substituitur Andronico in Grecia.

1186. Filius imperatoris, rex Heinricus, duxit filiam Rogerii Siculi quondam regis, et Mediolani magnifice nuptias celebravit.

1187. Saladinus rex Sarracenorum terram Ierosolimitanam pene omnibus christianis occisis occupat, sacra cruce abducta et rege captivato locisque sanctissimis paganorum inhabitatione spurcissima pollutis. Eclipsis solis facta est in meridie, et stelle vise sunt.

1188. Inperator Fridericus et filius eius dux Sueviae et multi alii principum cruce in expeditionem contra paganos signantur.

1189. Inperator Fridericus cum multo exercitu per Ungariam contra paganos tendit, sed rex Grecie in multis ei aversatur; quem ipse usque Constantinopolim fugavit, omni regno
93 sue ditioni subiecto. Christiani transmarini Accoron a paganis expugnant[93]. Otto Babinbergensis sanctus declaratur, et apostolica concessione Kalendis Octobris digne transfertur. Ysinricus abbas in expeditione moritur[e]. Fridericus imperator civitatem Iconiam obpugnavit et multos paganos in ea occidit.

A Mell. 1191. Luipoldus[f] dux Austrie et frater eius Heinricus Ierusalem proficiscuntur. Fridericus Romanorum imperator obiit. Fridericus advocatus de Perge apud Antiochiam obiit. Fridericus dux Swevie Antiochiam ve-
91 nit cum ceteris principibus et pene omnes moriuntur. Otacher dux Stire obiit[94] et L.[g] Wolfkerus prius Cellensis prepositus in episcopatum Pataviensem successit, et 5. Idus Iunii Salzpurg consecratur. Fridericus frater Heinrici imperatoris dux Suevie immatura morte obiit.

A Mell. 1192. Rex Gallie in sua revertitur[95]. Otacher de Styra obiit. Heinricus rex filius Friderici magni imperatoris pro patre regnaturus eligitur. Diepoldus Pataviensis episcopus apud Akkaron obiit Idibus Novembris, cui Wolfkerus succedit 6. Idus Marcii.

1193. Clemens papa obiit; Celestinus pro eo substituitur. Heinricus rex Romam ingreditur et a Celestino papa imperator consecratur 17. Kalendas Mai. Eclypsis solis facta est 9. Kal. Iulii hora quasi septima.

1194. Rychardus rex Anglorum a Liupoldo duce Austrie capitur, et Heinrico imperatori presentatur.

1195. Pie[h] memorie Marquardus obiit et Arnhalmus eligitur. Liupoldus dux Austriae et Stiriae apud Graece obiit 2. Kal. Ianuarii, cui Fridericus filius eius in Austria succedit et frater eius Liupoldus Stirise dux efficitur. Terra ista pestilentia et incendio et inundatione aquarum miserabiliter humiliatur.

A Adm. 1196. Heinricus imperator Apulum Romano imperio subiugavit. Bela[i] rex Ungarie obiit.

1197. 1198.[k] Chunradus Mogontinus episcopus vernali tempore cum multis de Franconia et partium Reni incolis Ierusalem profectus est. Estivali quoque tempore Pataviensis episcopus

a) *manus mutatur.* b) *vel consecratum, nam abscisa cum margine initio nil nisi* um *remansit.* c) *manu paulum mutata idem ut videtur scriba pergit usque ad a.* 1186. d) Antonius — Grecia *alia manus addidit, quae deinde a.* 1187. *pergit.* e) *abhinc alia manus pergit; numerus anni* 1190 *excidisse videtur.* f) *haec alia manu scripta, postea inserta esse videntur. Eadem ni fallor ea scripsit quae infra ex Ann. Mell. sumpta sunt, tam ipso s. XIII. ineunte.* g) Liupoldus dux Austrie successit *scribere voluit ut videtur.* h) Pie — eligitur *supra lineam adiecta sunt.* i) B. r U. o. *in loco raso, manu ni fallor eadem quae ab a.* 1199. *Ann. Admunt. exscripsit.* k) *manus alia pergit.*

93) a. 1191. 94) 1192. Maii die 8 vel 9. 95) a. 1191.

et dux Austrie ad ipsum iter accincti sunt cum multis aliarum terrarum principibus. Werra inter regem Ungarie fratremque suum Andream exoritur[a]. Heinricus imperator in Apulia obiit 3. Kal. Septembris. Philippus frater eius et dux Alamannie intronizatur. Fridericus dux Austrie vita decedit et Liupoldus dux Stirie succedit. A. Mell.

1199. Ruodolfus[b] abbas Admuntensis obiit. Pro quo domnus Iohannes abbas Biburgensis eligitur. Phylippus dux Suevorum apud Mogontiam per Hartwicum Bistetensem episcopum aliosque suae partis fautores in regem unctus et coronatus est. Qui etiam eodem anno magna expeditione sedem regni Aquis adire volens, sed sibi occurrente Ottone apud Mosellam fluvium ultra progredi non potuit. Otaker dux Poemie coronatus est. A. Adm.

1200. Celestinus papa obiit, cui successit Innocentius. Adelbertus archiepiscopus Salzpurgensis obiit, cui Eberhardus Brixinensis subrogatur. Chunradus Mogontinus archiepiscopus obiit. Liupoldus Austrie Styrieque potentissimus dux apud Wien in pentecoste gladio accinctus est.

1201. Terre motus magnus factus est, 4. Non. Mai.

1202.[c] Chunradus Herpipolensis episcopus, qui et cancellarius imperii, in sua civitate a suis ministerialibus occiditur. Iohannes abbas Admuntensis obiit, pro quo domnus Ruodiger ibidem nutritus eligitur.

1203. Liupoldus dux Austrie Styrieque dux Theodoram Constantinopolitani imperatoris ex filia neptem duxit coniugem. Heinricus Ungarorum rex filium suum infantulum coronavit. 19. Kal. Septembris Arnhalmus pie memorie Garstensis abbas obiit. Pro quo Hademarus eligitur. Pilgrimus patriarcha obiit. Pro quo Wolfkerus episcopus eligitur. Perhtoldus dux obiit.

1204. Heinricus Ungarorum rex obiit, pro quo Andreas frater eius de captivitate ad regnum sublimatur. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Chunradus Frisingensis ecclesiae prepositus eligitur.

1205. Domnus Rudiger abbas Admuntensis obiit, pro quo Wolframmus preficitur. Phylippus ad sedem regni Aquis collecto exercitu accessit, eique Coloniensis episcopus unctionem contulit regalem. Pro quo facto idem archiepiscopus ab Innocentio papa anathematizatur, et a civibus suis ab episcopatu proiectus, et alius in locum eius apostolica auctoritate eligitur. Poppo episcopus Pataviensis obiit, pro quo Manegoldus intronizatur, qui prius abbatiam Tegernse et Chremsmunster tenuerat[d].

1206. Inundacio aquarum tam intolerabilis, ut homines cum oppidis ac domibus pessundaret.

1207. Liupoldo Austriae Stirieque duci natus est filius eiusdem nominis, 8. Kal. Aprilis[e]. Hugo et Leo cardinales apostolice sedis legati, ad faciendam concordiam inter regem Philippum et Ottonem diriguntur. A. Mell.

1208. Leupoldus dux Austrie et Styrie cum suis signaculo dominice crucis fulcitur. Phylipus rex ab Ottone palatino de Witlinspach regno et vita spoliatur. Et tempore messis pars vulgi non minima aut niemietate estus aut[e] sitis ariditate vitali spiritu preclaso miserabiliter extincta est.

1209. Otto comes Pittavie, filius ducis Heinrici Saxonie et Bawarie, a domino apostolico Innocentio III. in imperatorem Rome consecratur.

1210. Plavia maxime repente effusa est, et inundatione facta die dominico circa meridiem multi homines perierunt 3. Kal. Iunii. Item tempore messis 5. Idus Augusti incipiente et per 7 dies continuo durante, Danubius aquarum habundantia supra duos cubitos intumescens continua edificia plurima ingurgitavit, et effusus per campestria que messa fuerant, superens, vineta quoque et prata sabulo sternens, in suo tractu maximam cladem exercuit; reliqua passim per agros tam ea que messa fuerant, quam que meti non poterant putruerunt.

1211. Maxima aix qualem se nemo in partibus nostris vidisse testabatur, effusa est; per quam multi cum incauto graderentur lucidentes, violentia frigoris et venti cum emergere non possent extincti sunt.

1212. Reignoldus abbas moritur. Hadmarus abbas Garstensis 2. Idus Novembris[f] successit. Otto imperator adhuc vivus imperium calamitate mutavit; principes regni ab eo recedentes et regem Apulie Fridericum eligentes.

1213.[g] Gerdrudis regina Ungarise, filia ducis Meranie, occiditur.

1214.[h] Crux cunctis fidelibus per orbem predicatur.

1215. Manegoldus episcopus Pataviensis obiit. Uodalricus scriba ducis Austrie Everdinge eligitur in contradictione. Innocentius III. papa in ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur, sinodum cum 412 episcopis celebravit.

1216. Innocentius III. papa defunctus est. Honorius III. substitutus est. Uodalricus Pataviensis episcopus ordinatur. Chuonradus prior Medilicensis in abbatem Garstensem preficitur.

1217. Liuppoldus dux Austrie et Styrie Ierosolimam cum multis Christi fidelibus proficiscitur. Hademarus Medilicensis abbas obiit. *Pro quo Ulricus substituitur, qui etiam proficiscens Romam in itinere moritur. Huic successit dominus Chunradus abbas Gerstensis.*

1218. Chunradus Garstensis abbas in Medilicensi monasterio transfertur. Rembertus ei in Garsten substituitur. *Otto imperator apud Brunswich moritur. Fridericus qui prius regnum obtinuerat ei successit.*

1219. Garstense cenobium igne consumptum est. Chunradus Medilicensis abbas Roma revertitur confirmatus. Luppoldus dux Austrie et Stirie a Damiata revertitur *civitate, que postea in brevi a christianis expugnatur.*

1220. Damiata per Christi miraculum expugnatur. Uodalricus Pataviensis episcopus et Louduwicus dux Bawarie mare transeunt. Fridericus rex Apulie in imperatorem consecratur.

1221. Advocatus Ratisponensis a Damiata rediens, a Salzburgensi archiepiscopo Eberardo captivatur[i]. Rex Babilonie exercitum christianorum iuxta fluvium Nilum obsedit et ad

a) *iterum alia.* b) *haec usque ad a.* 1206 *eadem manus scripsit.* c) *alius pergere videtur.* d) *item alius.* e) *deest e.* f) Octobris *Ann. Mell.* g) *hunc annum alius scripsisse videtur.* h) *alius pergit usque ad a.* 1221. i) *alia manus pergit.*

deditionem Damiate coegit, et ipsam crucem Christi reddidit christianis. Udalricus Pataviensis episcopus obiit. Gebehardus Plagensis succedit.

1223. *Gebhardus omni morum honestate preditus episcopus Patavie canonice constituitur. Albertus dux Saxonie filiam Leupoldi ducis Austrie et Stirie Agnetem duxit uxorem.*

1224. Pestilentia animalium sevit per universum orbem. Crux Christi predicatur[a]. *Corpora sanctorum Viti Modesti et Crescencie a Domino revelantur.*

1225. Andreas rex Ungarie et Ludwicus dux Bawarie cum multis aliis coniurant adversus Leupoldum ducem Austrie[b]. Hoc anno ventus validus venit, qui arbores multas de terra evulsit, et multas domos deiecit[b]. Iohannes Ierosolimitanorum rex filiam suam[96] Romanorum imperatori Friderico desponsavit, cuius filius rex Hainricus filia Boemi[97] secundum statuta legis repudiata, per dispensationem domini apostolici, saniori principum potitus consilio, cum filia ducis Austrie[98] legitime sibi copulata nuptias in Nolimberhc celebravit; post quas regio more celebratas inter Suevie principes et liberos die tercia coram duce Austrie qui vicem imperii tenebat, cum in una super occiso Coloniensium antistite sententia coadunari non possent, altercatio facta est. Quam ob causam concurrentes in unum plurimi oppressi sunt[b].

Not. 98

1226. *Heinricus rex filius imperatoris Friderici Margaretam filiam Leupoldi ducis Austrie duxit uxorem.*

1227. Beate memorie Rembertus abbas Kotwicensis[99] 13. Kal. Apr. moritur. Pro ipso Pertholdus inclusus Gerstensi cenobio substituitur. *Heinricus filius Leupoldi ducis Agnetem filiam lantgravii de Duringia duxit uxorem.*

1228. *Heinricus filius imperatoris Friderici apud Ach in regem sublimatur, et uxor sua Margareta una cum ipso dyadema regni adepta est.*

1229. *Honorius III. apostolice sedis antistes et divine vocacioni obaudiens viam universe carnis ingreditur; cui Gregorius IX. successit. Heinricus filius ducis Leupoldi obiit.*

1230.[b] Leupoldus dux Austrie et Styrie et dominus Carnyole verus et fidelis mediator inter papam et imperatorem summe pacis opifex Rome[1] obiit. Cuius ossa relata in Austriam, in monasterio Linnvelde quod ipse construxerat reposita sunt. Fridericus filius eius, vir ultra modum strennuus in armis, succedit patri in omnibus. Quem primo anno principatus sui Otacher rex Boemie fraudulenter invadens, magnam partem Austrie incendiis depopulavit. Cui idem Fridericus sequenti anno vicem reddidit, fugando ignominiose ipsum regem, et castrum ipsius nobile et quasi inexpugnabile Vetav nomine expugnavit.

fol. 28.

1231.

1233.

1232. *Fridericus imperator Ierosolimam proficiscitur, et Terra sancta a soldano honorifice recepta, fedus amicicie secum innovavit. Fridericus filius Leupoldi ducis filiam ducis Merannie duxit uxorem.*

1233. *Fridericus dux Austrie et Stirie consecracionis ensis dignitate Wiennе sublimatur. Fridericus imperator cum multis principibus Alamannie apud Ravennam curiam suam honorifice celebravit, et coram omnibus in die sancto nativitatis Domini coronatus incessit.*

1234. *Gebhardus Palaviensis episcopus Romam vocatus coram apostolico eponle episcopatui cessit; cui Rugerus Chiemensis ecclesie episcopus successit.*

1235. *Fridericus dux Austrie valida manu Bohemiam ingreditur, et capta munitissima urbe nomine Vetav valido morbo preventus ad propria revertitur. Postea rex Ungarorum Austriam cum exercitu petit, sed nichil proficiens concordia cum duce facta rediit ad sua.*

1236. *Marchio de Meissen sororem ducis Austrie duxit uxorem. Fridericus imperator in partes Alamannie veniens, Heinricum filium suum regem Swevie exilio relegavit.*

2 1237. Fridericus Romanorum imperator per Canales[2] et per Karinthiam armata manu Austriam ingressus, civitatem Wiennensem cum aliis oppidis munitis, et magna parte terrarum et ministerialium sibi adtraxit; sed infecto negocio discedens, ducem strennue rebellantem in terra reliquit, et ipse ad debellandos Medyolanenses et alias civitates Ytalie et Lonbardie profectus est; quarum maximam partem in ore gladii percussos, suo potenter dominio subiugavit.

1238. *Coniuracio execrabilis contra Fridericum ducem Austrie et Stirie facta est, sicque a suis optimatibus desertus, Wiennensis civitas et alie municiones tam castella quam civitates clauduntur eidem; rapinis ac incendiis atque cunctis bellis terram inquietare non desistentibus.*

1239. Paldwinus rex Constantinopolitanus de superioribus partibus egressus per Austriam et Hungariam et ceteras terras ad possidendum regnum suum pertransit manu forti. Ulricus abbas Gerstensis moritur et Perhtoldus suus predecessor restituitur.

1240. *Lantgravius Duringie sororem Friderici ducis Austrie et Stirie adhuc bellis in terra sevientibus duxit uxorem, nuptie in Nova civitate sollempniter celebratis.*

a) *manus mutatur.* b) *alia manus pergit.*

96) Isabellam vel Iolantam. 97) Agnete filia Ottacari I, quae ei desponsata fuerat. 98) Margareta. 99) fortasse ex Kotwicensi coenobio assumptus, vel ibi mortuus; nam abbas fuit Gerstensis.

1) imo apud S. Germanum. 2) fauces montium, de quibus accurate egit A. v. Meiller, Babenb. Regesten p. 222.

1241.[a] Eclypsis solis facta est Nonis Octobris hora quasi 9. Ignota gens Tartarorum regnum Hungarie ceterasque terras christianorum, Poloniam et inferiorem Sclavoniam, multa et miserabili cede persequitur; ita quod aliqua pars illorum insperate Austriam ingressa, multos christianos in ripa Danubii apud Niunburch gladio interfecit, sine lesione vel dampno recedentibus eisdem. Item multi principes christianorum et ceteri nomen Ihesu Christi profitentes ad vocem predicatorum contra Tartaros cruce signantur, infantibus etiam et feminis ab ipsa condicione non exclusis. Licet igitur omnes concorditer cruce insignirent, tamen quia ducem exercitus non habebant, domi remanserunt; Tartaris proprie voluntatis motu sive Domino disponente retroversis. Gregorius papa nonus moritur, et Stephanus[3] eidem substituitur; qui etiam viam universe carnis ingressus, eodem anno sedem diu vacantem dereliquit.

1242. Fridericus dux Austrie miles potens, strennuus et ad arma perfectus, Belam regem Hungarie collecto exercitu hinc et inde suis viribus inclinavit, et ipse rex per multam peccuniam pignore confirmatam, manus eius et indignationem declinavit. Postea vero idem dux immediate Boemiam multis viribus ingressus, suis fideliter sibi non astantibus, sed sine licentia recedentibus, tristi facie retrocessit, eisdem discedentibus et aliis quam plurimis revocatis; sed postea ipsi duo principes pace conposita per promissa connubia, hinc inde iuramento firmata, perfectum amicitie fedus percusserunt. Matrimonium vero non extitit consummatum[4], quia dominus imperator prohibuit, ne puella scilicet fratruelis ipsius ducis filio regis daretur in uxorem, volens personaliter contrahere cum eadem[b].

1243. Innocentius IIII. papa eligitur. Ortolfus abbas Bertoldo post resignationem suam Gerstensi loco preficitur. Item Fridericus dux Austrie Agnetem uxorem suam de Merania, presente Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi et Rudgero episcopo Pataviensi et ceteris multis prelatis, clericis et laicis, apud Frisacum a se sepuravit, ea nichil tamquam sola in contrarium respondente, sed ad sedem apostolicam appellante. Item eo anno idem dux iuravit ducere filiam Ottonis ducis Bawarie in uxorem, utroque apud Welsam constituto. Item magister Hanricus Sekowensis episcopus moritur; et[c] Uolricus scriba ducis Austrie sibi substituitur. Item sepulcrum Domini a Sarracenis occupatur, et domus Teutonicorum apud Achrim constituta per Templarios omnino devastatur.

1244. Fridericus dux Austrie castrum Oberenberch per homines suos occupavit, et predones illos de Waldek turpiter inde profligatos, de terra penitus exstirpavit. Item cum magno comitatu et honesto, manens extra villas et civitates, castra figens in campis, Bawariam ingreditur, sponsam suam visitat, muneribus ibi non parvis sponse, duci et ducisse relictis. Castrum in Ebersberch a duce Austrie destruitur, et multa alia pericula per eundem ducem imminent ecclesie Pataviensi, pro eo quod episcopus de favore predonibus de Waldek exhibito suspectus habebatur.

1245. Fridericus dux Austrie, princeps auro plenus et argento, in festo sancti Georgii Apr. 23.
144 iuvenes de terra sua nobiles apud Wiennam honorifice donavit gladio militari. Item Hartnidus de Ort propter suam maliciam quam circa Salzpurgensem arciepiscopum et alios quam plurimos exercuerat, in vinculis ducis Austrie detentus moritur. Item Fridericus dux Austrie in signum recipiendi regni per Hanricum episcopum Babenbergensem aput Wiennam, quam plurimis nobilibus presentibus, anulum regalem accepit, ab imperatore transmissum, et eo anno circa pentecosten apud Veronam cum multo comitatu dominum imperatorem visitavit, sperans se sicut idem promiserat regali dignitate decorari; sed infecto negocio, immo potius ad futura suspensus, ad terram suam revertitur, ducem Bawarie Ottonem hostiliter aggressurus. Qui dux Bawarie cum dux Austrie fuisset in procincto itineris ad imperatorem, castrum Obernberch ob invidiam ipsius ducis Austrie, qui ab eo filiam suam ducere nolens declinaverat, cum exercitu suo securus obsedit; sed adventum et reditum ducis intelligens, timens et confuse recessit. Iun. 4.

1246. Fridericus[d] . . . . . Otto conspiraverant, quosdam inimicos suos de Boemia, terram Austrie ingredi volentes, astute cum paucis aggressus, apud castrum

a) *alius pergit usque ad a.* 1249. b) *post haec versus erasus est*: tum quia mortuus est ille filius regis qui (debuit?) ipsam sibi matrimonialiter copulare. c) *haec alia manu in loco raso scripta sunt.* d) *succisa est reliqua linea.*

3) imo Caelestinus. 4) Postea tamen a. 1246. Wladislaus filius Wenceslai regis duxit Gertrudem heredem Austriae, sed 3. Ian. 1247 mortuus est. Cf. Meiller Babenb. Reg. p. 180. n. 143.

Steuze taliter occupavit, quod filium ducis Karinthie qui cum ipsis fuerat, et 13 capitaneos nobiles et potentes, cum 300 militibus et aliis quasi mille pugnatoribus, preter eos qui fugerant occulte vel latuerant, secum captivos in terram suam honorifice devexit. Sub militari gladio, quem ibi fortiter duxerat, aliqua parte manus sue sed modicum vulneratur. Item
Ian. 15 eodem anno in festo sancti Viti rex Hungarie Bela cum aliis regibus et principibus Friderico ducem Austrie, militem strennuum et potentem, per campestre bellum aggreditur, utrobique magna virtute pugnatorum congregata, circa fluviolum Leitha militiam componendo. Sed heu miserabile dictu Fridericus gloriosus princeps Austrie et Stirie animo militari quo semper fruebatur impulsus, precursores regum cum aliis taliter aggreditur, quod in congressione hostium, nescitur fraude vel malitia comite, corporalem militiam deponit, utinam eternam gloriam assecutus. Exercitus autem ipsius ducis necem domini sui non intelligens, contrarium exercitum innumerabilem viriliter insequitur, ipsum in fugam convertens, et ex parte ducis aliquibus sed paucis occisis, ex alia vero parte non solum plurimis captivitate suppositis, sed etiam plurimis et infinitis maioribus et minoribus Teutonicum gladium corporali morte perpessis. Austria et Stiria quasi terra una sedet in pulvere tristis et gemebunda, suis principibus et heredibus desolata. Item Theodora mater eiusdem ducis Friderici
Ian 23. infirmitate corporis et dolore cordis, quo pro suo filio vexabatur, penitus aggravata moritur, in hiis septem diebus in quibus ipse dux carnis debita reddidit in conflictu. Item filius regis Boemie matrimonium contraxit cum Gerdrude, formosa ducis Henrici filia, qui frater extitit
5 ducis Friderici. Sed et ille moritur[5], viduata coniuge quam accepit. Item Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus, vir magne literature, postquam sedem suam 46 annis gloriosissime rexit, obiit, Domino qui dedit spiritum redditurus. Item discordia inter ministeriales circa Anesum et Trunam id est superius Ibsam constitutos, graviter est exorta, partibus factis inter eos. Item vidua Henrici regis Alemannie[6] Austriam ingreditur, hereditarium ius postulando. Item lantgravius Turingie[7] a domino papa Innocentio IIII. in regem Alemannie contra imperatorem ordinatur.

8 1247. Phylippus filius ducis Karinthie[8] in archiepiscopum eligitur Salzpurgensem. Item discordia inter papam et imperatorem ingravescit, et ecclesia se divisit scismate invaFeb. 17. lescente inter partes. Item lantgravius moritur. Item Nikolaus prepositus Sekowensis obiit, cui Rudolfus successit. Item Albero de Chunringe filius Hademari ministerialis Austrie, videns multitudinem navium, vino et annona copiosius onustarum, positam apud Chrems Austrie civitatem, misertus illorum inopie ad quos ipse naves iure debito pertinebant, in Danubio ducatum prebuit eisdem, ante castra et munitiones quaslibet rapere ac impedire volentium si valebant. Qui Albero cum sua multitudine quam ducebat ita militarem gladium honoravit, quod et quosdam rebelles in novo et ligneo perchfrido ad nocendum fabricato captivavit et occidit in ore gladii, Domino disponente; ac ipsi ministeriales auctores huius mali cum dampno et confusione pessima discesserunt, dicto Alberone cum suis honestissime procedente, quacumque divertere disponebant. Item Otto comes de Eberstein missus ab imperatore, ut esset capitaneus Austrie et Styrie, nil profecit; sed astutiis maliguorum adversari nesciens ad dominum suum revertitur, qui misit illum. Item Wilhalmus marchgravius Ho-
Oct 3. landie, a domino Innocentio IIII. rex Alemannie ordinatur, Chunrado rege fortiter rebellante. Item nobilis ecclesia sancti Ypoliti ab illis de Vihdorf ita in pulverem servitutis deicitur, ne-
Thren. Ierem. 1, 1. mine defendente, quod postea merito plorari poterat: *Quomodo sedet sola civitas* etc.

1248. Ministeriales et omnes maiores Austrie et Styrie ab imperatore usque Veronam invitantur, sed quidam a Phylippo Salzpurgensi archielecto spoliantur, captivantur, in itinere constituti; quidam autem procedentes, nec imperatoris faciem perviderunt nec aliquem dominum receperunt; sed apud Veronam nuncios solumodo et capitaneos acceperunt, illi de Austria ducem Bawarie Ottonem, et illi de Styria Meinhardum comitem Goricie. Item Ortolfus abbas Gerstensis imperatorem apud Chremonam pro suis et ecclesie negociis visitat honorifice receptus, et pro sua voluntate honorabilius dimissus. Item Herimannus marchgravius de Padem auxilio ducis Bawarie duxit in uxorem Gerdrudem viduam filii regis Boemorum, multum intendens per consequentia principari et dominus esse Austrie et Styrie, nomen ducis terrarum sibi faciens publice proclamari; sed qualia obstacula habuerit undecumque, ipsum experientia docuit satis bene. Item eodem anno nobiles terre inter se cepe-

5) Wladislaus, 1247. Ian. 3. 6) Margareta soror Friderici II. ducis. 7) Heinricus dictus Raspo.
8) Bernhardi.

runt plurimum discordare, et nullus fuit penitus inter eos qui considerata sue nobilitatis materia pacem faceret vel servaret. Item Henricus abbas de Chremsmunster obiit, sed Otto sibi succedit. Item Waltherus abbas Medlicensis moritur, et Ditricus abbas Sitanstetensis illi 1247.
successit; quo etiam mortuo, Otto eligitur in pastorem. Item Henricus abbas Sytenstetensis ordinatur.

1249. Cum dux Bawarie officium sibi ab imperatore iniunctum apud Austriam non ageret, a suis forte negociis impeditus, terra turbatur, pauperes clamant, ecclesie spoliantur, incendia committuntur, et non erat angulus qui non gemeret a pressura que supervenerat universo orbi. Item Pilgrimus Glunicensis abbas moritur, et Rudolfus succedit[a]. Otto dux Bawarie eodem anno quasi magnum quid faceret, cum paucis ad Anesum veniens, quosdam ministeriales ad sui favorem traxit; sed eo recedente cum viderent muliebrem esse ipsius animum, ab eo protinus declinarunt[b].

1250. Ludwicus filius ducis Bawarie iuvenis, cum aliquanto exercitu contra ministeriales Austrie veniens, in primam faciem castrorum et urbium insultando, sed cum[c] . . . . . ibus hinc et inde, ad compositionem amicabilem se convertit, et ita quosdam ad sui dominium respectu domini Friderici imperatoris, sed tunc excommunicati et regnis privati, per promissam pecuniam inclinavit; et sic mentitus honorem adquisisse, rediit ad sua cum suis turpibus consiliariis quos adduxerat accedendo. Idem ipsi Bawarii[d] . . . . . supra modum ad ecclesiam Gerstensem[e] . . . . . rapaciter accedentes, cum ex improviso sine premunitione monasterium invenirent, ita suam nequitiam in ipsa etiam ecclesia et extra veraciter probaverunt, quod bene confido de Domino quod sine ultione non fecerint tanta mala. Nullos enim ledere poterant nisi claustra et alias ecclesias et pauperes sine armis. Eodem anno frater Henricus de ordine Predicatorum episcopus Swadunensis, celebravit ordines clericorum apud Gersten in vigilia pasche. Item Hermannus marchgravius de Padem qui nomen ducis Austrie sibi usurpaverat, est defunctus. Item rex Wilhammus a domino papa institutus bellis succubuit, Chunrado rege rebellante et . . . . . quasi fugatus ad terram suam dicitur esse reversus; sed episcopi fortiter resistebant. Item Rugerus Pataviensis episcopus a domino[f] deponitur, et Bertholdus sibi substituitur.

1251. Fridericus quondam imperator sed excommunicatus et depositus, persecutor ec- 1250.
clesie, in scismate magno sed sub penitentia cordis et confessione oris et recognoscentia sue culpe, militiam temporalem deposuit, claudens diem vite. Item eodem anno quidam mini- Dec. 13
sterialis episcopi Ratisponensis dictus de Hohenvelse, ob graciam ecclesie regem Chunradum Dec. 25.
in camera sua in qua dormivit apud monasterium sancti Emmerammi, nocte adgrediens et ianuas infringens ipsum occidere disponebat; sed cum essent plures in camera et illi capti et occisi fuissent, illo credente regem occisum inter alios, deceptus abiit: rege sub quodam pancho mirabiliter evadente. Item hunradus rex Suevie Lonbardiam ingreditur et Apuliam 1251.
vice patris sui Friderici imperatoris regio honore suscepit; civitates quedam sicut Neapolis Oct.
et alie quedam resistere[g] . . . . . sed[g] . . . . . comprobavit qualis delicatus[h] exitus contra iustitiam potentium[g] . . . . . Item Fridericus iuvenis filius regis Heinrici[i] in Apulia moritur, ut a quibusdam . . . . . .

1252. Bela rex Hungarie consilium et auxilium tulit, ut rex Ruscie[9] qui apud ipsum 9
tunc degebat, forsitan a suis eiectus, Gerdrudem viduam ducis Hermanni duceret in uxorem, Psal. 35, 7.
ut ex hoc ipse rex ducatus Austrie et Styrie sibi posset iustius vendicare; sed quia iudicia Dei abissus multa, et homo cogitat Deus autem ordinat, ipsum matrimonium est conversum breviter in derisum. Nam idem rex Ruscie statim auxilio regis Hungarie destitutus redit ad sua, uxore sua tamquam vidua derelicta; presertim cum Premizlaus dictus Otakarus filius regis Boemie terram Austrie occupasset, et per consilium et auxilium Alberonis de Chunringe, in inferioribus et superioribus eiusdem terre partibus iam regnaret. Ita enim sapienter et blande muneribus et promissis nobiles inclinavit, quod civitates et castra sine armorum strepitu dediderunt se illi, ut non esset angulus qui eius dominium aliqualiter recusaret. Otto dux Bawarie moritur[10]. 10

a) *alia manus pergit.* b) *item alia, quae scripturam in ultima codicis pagina fere deletam renovasse videtur.* c) *media linea deleta.* d) *aliquot verba delete.* e) *rursus pauca verba delete.* f) papa *supplendum videtur.* g) *lacunae in quibus numquam quidquam scriptum fuit.* h) delicatur *c.* i) *hic et in fine verba aliquot erasa sunt.*

9) Romanus. 10) 1253. Iul. 10.

1252. 1253. Otakarus marchio Moravie iam venatus nomen ducis Austrie, Margaretam viduam regis Heinrici, filiam ducis Leupoldi, ducit uxorem, nuptiis apud Heimburch sollempniter celebratis; presentibus 4 episcopis Chunrado Frisingensi, Perhtoldo Pataviensi et fratre
11 suo Ratisponensi[11] et Brunone Olmucensi, nec non omnibus nobilibus Austrie et Stirie, coram quibus ipsa vidua privilegia terre marito suo exhibuit, et ius suum sibi tribuit sollempniter, nullo penitus in contrarium allegante. Item dominus papa Innocentius IIII. cum predicta domina dispensavit, ut quia religionis habitum prius viduata sumpserat, propter bonum pacis et terrarum commoditate non[a] obstante matrimonio libere uteretur. Item Wilhalmus electus in regem occisus est[12], procurante quadam nobili comitissa que ipsi quo ad imperium obtinendum fortiter resistebat.

1254. 1254. Perhtoldus Pataviensis episcopus obiit. Otto de Lonstorf canonicus Pataviensis et archidiaconus sibi succedit. Innocentius papa IIII. moritur et Alexander IIII. succedit.

1253. Rex Hungarie Bela Moraviam et Austriam bellis aggressus, omnes vires suas in pessima provocavit; nam totam virtutem malicie sue ibi exercuit minus bene, pro eo quod sibi hoc contrarium exstitit, quia filius regis Boemie in illis esset partibus regnaturus. Pater vero nullum auxilium filio tunc porrexit, sed propter quandam preactam inimicitiam inter se prius habitam, eius iniurias dissimulatione supersedit. Item Vatizlaus rex Boemie pater Premizlay
Sept. 22. moritur, et filius eius predictus sibi in regno ut iustum erat succedit. Item rex Hungarie
1254. Bela cum Premizlao dicto Otakaro treugas componit, et consilio factum est ut Austria ipsi Otakaro, marchia vero que Styria dicitur, sicut est montibus clausa, ipsi regi Hungarie permaneret. Sed Gerdrudis relicta regis Bruttenorum quedam emolumenta in ipsa marchia tantummodo in partem singulam[b] recepit.

13 1255. Heinricus filius ducis Bawarie ad regem Hungarie, cuius filiam[13] habuit in uxorem proficiscitur, ut ab eo marchiam Styrie precibus obtineret; sed ipse adtendens proverbium quod dicit: *Qui sibi nequam cui bonus?* eum inexauditum abire permisit, et spe auxilii destituit quod sibi fieri contra dominum Boemie ducem Austrie postolavit. Item tanta pax in partibus Austrie et Stirie per utrosque principes invalescit ita quod verbum prophete ibi est
Isa. 2, 4. quodammodo adimpletum: *Acuent gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces.*

1256. Ortolfus de Volchenstorf ministerialis Austrie Witegonem virum venerabilem scribam ducis in refectorio fratrum domus sancti Floriani prius cultello postea gladio addito interfecit, gratis et indebite suo malo; nam ipse Ortolfus et Otto de Rore nepos ipsius et Dtricus frater sine spe ..... redeundi profligati terram exeunt, castris suis omnibus ad humum prostratis ac bonis eorum omnibus confiscatis. Item Philippus electus Salzpurgensis post magna tyrocinia et sue ecclesie intolerabilia, que apud Muldorf sollempniter celebravit, a suis ministerialibus et canonicis taliter est invasus, quod multi de ipso quoad statum prefulis dubitarunt, nescio quo eventu adhuc finaliter succedente. Item Otakarus dominus Boemie pro divortio inter se et uxorem suam Margaretam, cum sobolem habere non possent, apud sedem Romanam studiosius laborabat.

A. Mell. 1257. *Hoc anno tanta fuit aeris inclementia ut terra siccitate depressa ut agri segetes nec uvas vinela nec arbores*
1255. *fructus redderent suis cultoribus, in tantum ut divites cum pauperibus famis inediam angustiati sustinerent.*

1258.

ANNALES GOTWICENSES.

Annalium Gotwicensium fragmenta tantum habemus, duo scilicet folia a librorum tegumentis avulsa, et nunc in monasterii bibliotheca sub sign. P. 73.
14 ***religiose custodita. Quae quum Pertzius a. 1820. inspexisset[14], ego reverendissimi domini abbatis d. Engelberti Schwertfeger benignitate Wiennam transmissa, ibi in curia Gotwicensi a. 1848. descripsi. De corpore annalium medio saeculo XII. scripto superest folium, cuius parti priori anni 1068—1086, posteriori 1123—1140 inscripti sunt, binis scilicet paginis, ut aliud folium medium periisse appareat. Ibi manu prima non multa scripta sunt, quorum pars***

a) 16 *codex*. b) *vel* singulanter (singulariter?).

11) Alberto I. 12) 1256. Ian. 28. a Frisonibus. 13) Elisabeth. 14) Archiv III, 73.

in ceteris quoque annalibus occurrit, alia hic tantum leguntur. Postea saec. XII. et XIII. alia inserta sunt, littera inclinata infra expressa, quae maximam partem cum Annalium Mellicensium codice Garstensi (B4.) conveniunt, nec tamen inde descripta esse dixerim. Omnino autem certum iudicium de his annalibus ferre vix possumus, quum tam exigua eaque lectu difficillima eorum supersint fragmenta. Continuatio inde ab a. 1207 servata, diversorum manibus inter ipsas res gestas scripta, non parvi facienda est. In fine nihil perisse videtur.

1068. *Multa et diversa his temporibus mala in toto regno facta sunt.*

1069.

1070. *Otto dux Baioariae regi rebellavit.*

1071. Adalheit obiit marchionissa. *Welfo dux Baioariae fit Ottone expulso.*

1072. Ecclesia sanctae Erindrudis et altare primum sanctae Mariae a venerabili Altmanno Pataviensi episcopo dedicatum est in monte qui vocatur Kothwich. *Episcopium Gurcense a venerabili Gebehardo archiepiscopo constituitur, et Guntherus ibi episcopus primus ordinatur.*

1073. *Alexander papa secundus obiit; post quem Gregorius VII. qui et Hiltibrandus papa efficitur. Rudolfus dux Alamanniae et Welf dux Bawariae et Perhtolt dux Carinthiorum adversus Heinricum regem coniurant.*

1074. *Monasterium Admuntense a venerabili Gebehardo archiepiscopo dedicatur.*

1075. Ernist marchio obiit. *Heinricus rex cruentam et dampnosam victoriam in Saxonibus adeptus est.*

1076.

1077. *Magna discordia inter papam et regem oritur. Heinricus rex Italiam proficiscitur.* pag. 2. *Rudolfus dux Suevorum novus ecclesiae Machabeus contra Heinricum utpote contra novum Antiochum in regem eligitur apud Vorcheim.*

1078. *Bellum inter duos reges in Saxonia committitur, in quo Diepaldus comes occiditur.*

1079.

1080. *Gregorius VII. papa Heinricum regem excommunicat. Tercium bellum Heinrici cum Saxonibus.*

1081. *Rudolfus rex occubuit. Quartum bellum Heinrici cum Saxonibus.*

1082. Hoc anno 4. Idus Maii, feria quinta, bellum ad Mauriberg est actum et cum maximo nostratium excidio terminatum.

1083. Monasterium sanctae Mariae in monte Kotwigensi a venerabili Altmanno Patavien̄s episcopo dedicatum est. *Heinricus rex Wicpertum hereticum in sede apostolica superposuit, Gregorio VII. electo.*

1084.

1085. *Gregorius VII. defungitur, qui post obitum miraculis claruit Quo mortuo duos annos cessavit episcopatus. Guibertus enim Ravennas heresiarcha septimo eiusdem anno apostolicam sedem tyrannice invasit, eamque usque post obitum eius plures annos infestavit.*

1086.

1123. pag. 3.

1124.

1125. Domnus Nanzo abbas loci istius obiit. Domnus[a] Chadahoch tertius eligitur. Heinricus V. imperator obiit. Rex Lotharius (dux[b] Saxonum) constitutus est. *Kalixtus papa moritur. Honorius II. ei succedit.*

1126.

1127. Heinricus dux Bawariorum obiit. Wirint abbas[15]. Hoc anno factus est terre motus magnus nocte pridie Idus Aprilis[c].

1128. Helmbertus abbas Lambacensis[16]. Liupoldus marchio de Stire obiit.

1129.

1130. *Honorius papa moritur. Post hunc Innocentius constituitur.*

a) D. C. t. e. *manu alia addita sunt.* b) d. S. *supra lineam scripta.* c) *hic vereor ne erraverim; cf. Ann. Admuntenses.*

15) Hic, et a. 1138 Liupoldus, quo pertineant non inveni; in Necrologiis Adm. et Flor. eorum memoria est ad dies 10. et 7. Martii. Inter Gotwicenses abbates non occurrunt. 16) scil. obiit.

1131. *Stephanus rex Ungarorum* . . . . . *Engilscalcus* . . . . . .

pag 4. 1132. Eclypsis lune. *Lotharius rex Italiam proficiscitur.*

1133. Ruodolfus presbyter et monachus piae memoriae obiit. Isto anno facta est eclypsis solis 4. Non. Aug. hora nona[a].

1134. *Bela rex Ungarorum de Polonicis triumphat sed in dolo.*

1135. *Lotharius imperator et dux Frtdericus pacificantur* 15. *Kal. Apr. Babenberch.*

1136. Liupaldus marchio obiit. *Lotharius imperator secundo Italiam proficiscitur. Liupoldus Largus marchio obiit* 17. *Kal. Decembris.*

1137. *Lotharius imperator, Adalbertus Maguntinus episcopus, Bruno Coloniensis, Heinricus Frisingensis obeunt.*

1138. Lotharius imperator obiit. Chuonradus rex efficitur. Liupoldus abbas obiit. Hadamarus de Chunringen piae memoriae obiit. Reginmarus Pataviensis episcopus obiit et Reginbertus constituitur. *Heinricus dux obiit. Hoc anno terre motus factus est magnus in quibusdam locis* 4. *Kal. Octobris*

1139. *Riwinus obiit. Innocentius papa plus quam* 600 *episcoporum synodum collegit, feria* 2, 3. *Non. Aprilis.*

1140. *Adalbertus advocatus noster obiit.*

---

pag 5. 1207.

1208. Liupoldus dux Austrie et Styrie signo salutif . . . crucis . . . . . is ad idem iter . . . signaverunt. Philippus rex . . . . . expeditionem contra Saxon . . . . . dolo . . . . . comitis de Witlinspach circumventus et occisus . . . . . Otto Saxo adversarius eiusdem generali favore et unanimi consensu . . . . . um adipiscitur.

1209. Otto rex electus Romam petit, paucis[b] secum principibus Alemannie euntibus. Attamen a domino Innocentio apostolico pacifice et sine omni contradictione in imperatorem Romanorum ungitur.

1210. Hoc anno instante messe inundatio . . . . . non repente veniens sed paulatim crescens et pene per mensem dur . . . . . omnem annonam que satis larga creverat sub d . . . . . annichilans putrefecit. Danubius . . . . . non solum adiacentes verum etiam longe positas villas . . . . . Otto imperator pro ablatis possessionibus quibus Romana ecclesia . . . . . tata fuit, ab Innocentio papa cum omnibus fautoribus eius excommunicatur.

1211.

1212. Fridericus rex Apuliae hortatu Innocentii pape Apulie filium Con . . . . . dem relinquens Teutonicas partes ingreditur et a saniore parte principum pro patre . . . . . Heinrico imperatore, Ottone expulso in regem Romanorum eligitur. Eclypsis lune facta est 3. Idus Novembris. Liupoldus dux Austrie et Styrie audiens regnum Hyspaniarum et Arragonie cum regionibus finitimis multitudine paganorum a transmarinis partibus venientum laborare, in auxilium nomini christiano proficiscitur, ubi victricem manum christianam reperiens . . . . . a revertitur.

pag 6. 1213. Ungarorum meliores armata et violenta manu contracta in odium Teutonicorum reginam occidunt.

1214.

1215. Innocentius papa generale concilium Lateranis celebrat, ubi heresim cuiusdam Ioachym abbatis conf . . . . . luculento tractatu conroborat, quibusdam etiam novis constitutionibus ecclesiam munivit, quarum series inter canonicas scripturas invenitur. Iter quoque Hierosolimitanum consiliis et exhortationibus instituit. Item electio Ulrici Pataviensis episcopi que Manegoldo decedente per discordiam celebrata fuerat, auditis hinc inde . . . . . partibus ab ipso confirmatur. Intererat huic concilio patriarcha Constantinopolitanus[17] qui Romane ecclesie conciliis . . . . . retroactis temporibus interesse desierat.

a) *appictus est orbis flammis cinctus, in quo crux apparet.* b) *dubiae lectionis.*

17) Gervasius, in ipso concilio creatus.

1216. Innocentius papa strennuus . . . . . Petri gubernator . . . . . armatus constantia . . . . . Perusiam civitatem Tuscie moritur. Honorius substituitur.

1217. Liupoldus dux Austrie et Stirie Hierosolimam vadit. Andreas quoque rex Ungarie . . . . . iter devote aggreditur. Alii etiam principes Alamannie in subsidium Terre . . . . . Fames valida et inopinata usque adeo prevaluit ut multos . . . . . plerosque etiam[a] ipsa[a] morte[a] interficeret. Quam famem mortalitas non parva subsecuta est. Riwinus et Alricus obierunt.

1218. Wolfkerus Aquilegensis patriarcha post multorum sudores laborum feliciter . . . . . Otto imperator destitutus omni imperiali honore moritur. Fridericus nullo contra . . . . . itur.

1219. . . . . [b]

1220. Rex Fridericus manu pacifica Romam venit, ab Honorio imperator consecratur, pag 7. et secundum nomen suum pace et divitiis nobile principium consecutus est. Ulricus Pataviensis episcopus et Ludwicus dux Bawarie Hierosolimam tendunt.

1221. Damiatensis civitas miro Dei iudicio illesis christianis a Sarracenis possessa est, sed non post multum temporis verbere celesti urgente per pestilentiam paganis inhabitabilis efficitur. Ulricus Pataviensis episcopus in ipso reditu defungitur.

1222. Gebehardus frater Liutoldi comitis Pataviensi sedi subrogatur. Liupoldus dux Austrie Styriaeque nuptias filiae suae primogenitae[18] Wienne sollempniter celebrat, multis- 18
que principibus ibidem fastu pomposo convenientibus, munifice dotatam duci Saxonie[19] copulat. Eclipsis lune 11. Kal. Nov. circa tempus matutinum facta est, sed orbe redintegrato sanguineum totaliter induit colorem qui etiam multis stupentibus diutius duravit.

1223. Hoc anno reliquie sancti Viti martiris in Lavental multorum attestacione miraculorum reperte sunt.

1224. Hiemis continua siccitas gravem frugibus et vinetis intulit perniciem. Subsecuta est evestigio tempore estivo gravis et inaudita pecorum mortalitas, que tam divitibus quam et inopibus necessarium derogavit subsidium. Fridericus inperator regina Ungarie quam primitus duxerat decedente, filiam regis Akaron prout inperatoriam decuit magnificentiam, Apulie sibi sollempniter copulat[20]. 20

1225. Filia ducis Austrie Styrieque numerosa principum pompa . . . . . in Nurnberch coadunata filio Romani imperatoris federe nuptiali copulatur[21]. Prefati quoque principis filio[22] soror lantcravii Thuringe thoro maritali coniungitur. In quo comitatu Engelbertus Coloniensis episcopus occiditur, qui postea miraculis clarnit. Chunradus pie memorie Ratisponensis episcopus obiit[23]. 23

1226. Luna cum in incremento esset circa mediam noctem 16. Kal. Marcii naturali splendore mutato colorem induit sanguineum. Dehinc eclypsin perpessa est. Nostrates Boemiam predis et incendiis nullo resistente devastant. Agnes ductrix Saxonie pie memorie primogenita ducis Austrie viam universe carnis intravit.

1227. Honorius papa defungitur, cui Gregorius IX. magni nominis, qui et Hugo, prius pag 8. Hostiensis episcopus succedit. Nobilium quamplures sed et multitudo popularis iter Ierosolimitanum aggressi sunt. Set crassante pestilentia multa milia eorum intercepta sunt, inter quos etiam lantcravius Thuringe[24] defungitur. 24

1228. Heinricus ducis Austrie filius inmatura preventus morte obiit. Maximum discordie malum inter dominum episcopum Pataviensem et kathedrales et ministeriales ipsius episcopii exortum est.

1229. Inperator licet ab apostolico anathemate cauteriatus, fidelis Christi peregrinus Ierosolimam cum paucis tendit. Ubi modicum tempus residentiam faciens, cooperante mirabiliter et misericorditer Deo ipsoque soldano pie annuente, dominicum sepulchrum cum terra promissionis, eliminatis inde paganis, conditionaliter et sine armis plenarie recepit. Inde rediens plurima sibi castella a domino papa hostiliter et bellicose prerepta didicit, que tamen in brevi ipsis castellanis voluntarie cedentibus et sese dedentibus proprie ditioni restituit.

a) *dubias lectionis.* b) *lineae 9 illegibiles.*

18) Agnetis. 19) Alberto. 20) Constantia iam a. 1222. mortua, Isabellam filiam Iohannis regis Hierosolymitani duxit a. 1225. mense Novembri. 21) Margareta, Heinrico regi. 22) Heinrico, Agnes. 23) 1226. Apr. 7. 24) Ludwicus IV. maritus S. Elisabeth.

Quod malum simultatis inter dominum papam et inperatorem, nullo principum vel pontificum se opponente, sine concordia pacis adhuc interminabile durat. Fridericus dux Austriae Stiriaeque admodum puer, filius domini et vere patris tocius cleri, ducis Leupoldi, filiae ducis Meranie in matrimonio copulatur.

1230. Hoc anno dux Austrie et Styriae Leupoldus, patrie decus, unicum cleri solacium, pro reformanda pace inter dominum papam et inperatorem desudans, luctuosa morte defungitur. Cuius obitum quante ministerialium dissensiones, quante rapinarum irruptiones sint secutae, facile cognoscitur, si unius . . . . . mors omnibus dampnosa perpenditur. Boemi enim plus audacia quam viribus freti Austriam predis et incendiis nullo se opponente devastant, matronas etiam nobiles tuto loco constitutas violenter . . . . . eptas secum captivas indecenter abducunt. Per filium vere pacis pro bono pacis exulantem beate memorie Leupoldum ducem Austrie Styrieque pax inter dominum papam et imperatorem reformatur . . . . . tripudio per fidelium oraciones Domino cooperante adhuc rata durat et constabilita . . . . . Fridericus ducatum Austrie et Stirie gloriatur. Cenobium Liliveldense magnis sumptibus devotissimi principis Leupoldi consummatum a metropolitano Salzpurgensi Eberhardo consecratum est. Rex Boemie . . . . . moritur.

CONTINUATIONES CLAUSTRONEOBURGENSES, SCOTORUM, SANCRUCENSES, ZWETLENSES, NOVIMONTENSES, VINDOBONENSES.

Annalium Mellicensium usque ad a. 1139 *deductorum exemplum mature Claustroneoburgum venisse, ibique formam satis mutatam induisse, iam supra diximus. Accesserunt continuationes variae diversa per loca scriptae, quarum vix ulla habemus autographa; pleraeque ab alienis transscriptae sunt vel excerptae, saepe binae inter se coniunctae. Ita factum est, ut in Continuatione Claustroneoburgensi III. amplam narrationem rerum a.* 1176—1179 *gestarum inveniamus, quam ex eodem fonte cum Continuatione Zwetlensi II. manavisse appareat; porro codex in monasterio Scotorum scriptus res Claustroneoburgensium ipsis huius coenobii membranis plenius praebet, dum res Scoticas illic commemoratas etiam in codice Claustroneoburgensi et quidem accuratius narratas invenimus. Totam igitur hanc molem utcunque digerere moliti, initio omnes quibus usi sumus codices manuscriptos uno sub conspectu hic ponimus.*

A. *Codex olim* Sancrucensis *ut videtur, iam bibl. caes.* 539 *(Hist. prof.* 668*) saec. XII. usque ad a.* 1104, *postea vero s. XIV. Altera hac parte proxime accedit ad cod.* F. *Continet igitur post Annales Mellicenses Continuationes Claustroneoburgenses I. II, Sancrucenses I. II. Deinde post Historiam annorum* 1264—1279 *sequuntur a.* 1279—1301 *excerpta ex cod.* F, *quae etiam cod.* E *habet. Postremum locum occupant Nicolai Vischel Annales Sancrucenses, alia manu scripti, et post a.* 1307 *mutato calamo continuati, ita ut autographi esse videantur. Nomen auctoris discimus ex codice* 1, *qui a.* 1514 *ex nostro excerptus est, adiecta continuatione Claustroneoburgensi V. Ibi enim post a.* 1301 *legimus „Hucusque Vatzo suam perduxit historiam; extunc frater Nicolaus Vischel de Sancta Cruce incepit suam.“ Vatzonem illum Pezius ex sola nominis similitudine pro eodem habuit cum notissimo isto Paltrammo Wiennensi, qui hoc cognomine utebatur; sed hunc in exilio armis potius usum esse quam calamo ex Annalibus Salisburgensibus a.* 1281 *discimus. Alter ille Vatzo quid scripserit non liquet; scilicet utrum praecedentia universa in compendium redegerit, an Continuationem illam a.* 1279—1301 *scripserit, quod*

magis credo. Fratris Nicolai annalibus praemittimus Auctarium Sancrucense, scilicet ea quae duabus vel tribus saec. XIV. manibus priori codicis parti in margine adiecta leguntur[27].

B. *Codex Scotorum, nunc bibl. caes.* 926 *(Univ.* 843.*) s. XII. usque ad a.* 1177*; sequuntur a.* 1178—1224 *manu s. XIII. scripti, et postremo a.* 1225—1233. *Invenies ea sub inscriptione Continuationis Claustroneoburgensis I. II. et Continuationis Scotorum. Pars certe in monasterio Scotorum Wiennae orta est, plura tamen recepta ex codice quodam Claustroneoburgensi, quum res eius loci hic accurate referantur, et pleraque cum codicibus ibi scriptis conveniant. Omnia fere recepta sunt a compilatore codicis* G*; annos* 1213—1225 *praeterea in Annalibus Admuntensibus invenimus, ubi etiam a.* 1234 *cum Continuatione Sancrucensi II convenit. Atque quum codex* G *plura quam* B *habeat, vel de ipsis Scotorum rebus, aliud quoddam fuisse videtur autographum, quod a.* 1233 *nondum finiebatur. Res annorum* 1228—1230 *etiam in Annalibus Salzburgensibus reperimus.*

C. *Vindobonensis* 427 *(Hist. prof.* 338.*) post a.* 166 *manu Cuspiniani scriptus. Qui a.* 1159 *abrupte desinit; proxime autem a codice* B *abest.*

D. *Garstensis et Vorowensis, quorum iam saepe mentio facta est, usque ad a.* 1139 *huc pertinent, et ad verum Annalium Mellicensium textum proxime accedunt.*

E. *Codex episcopalis Vindobonensis iam deperditus, quem Pezius pro autographo saec. XII. scripto et deinde continuato habuit. Obstant autem praeter menda non pauca ab ipso Pezio notata, formae nominum saec. XII. non usitatae, ut Fridricus,* 1089. *Sigwoldus,* 1106. *Sygardus,* 1121. *Ulricus,* 1167. 1173. *Albertus, ubi alii codices genuinam formam exhibent. Exeunte saec. XII. bini annales mixti sunt, quod e. g.* 1192 *manifestum est. Itaque pauca tantum hic illic a coaevis scripta esse possunt, saec. XIII. Post Annales Mellicenses sequuntur Continuationes Claustroneoburgenses I. II, Sancrucenses I. II. Et in hoc quidem codice series abbatum Sancrucensium omissa est; manserunt tamen a.* 1244. 1263, *quae in Sancta Cruce primum scripta esse videntur. Alia autem quaedam accesserunt, praecipue de Cella S. Mariae, quare Auctarium quo haec adunavimus, Mariaecellense vocamus. Annorum* 1267—1278 *(Continuationis Claustroneoburgensis IV.) pars excerpta est ex codice* K*, annus* 1275 *ex Historia annorum* 1264—1279 *sumptus esse videtur. Porro annis* 1279—1301 *manifesto excerpta habemus ex codice* F*; adhuc enim ibi signa videmus quae scribae manum dirigebant, e. g.* 1289. scribe, *ubi post multa omissa rursus incepit, et saepe* vacat *ubi loci omittendi erant. Praeterea a.* 1295 *recepit, quae illic ab altero margini inscripta sunt. Sequentia a.* 1302—1328 *sumpta sunt ex codice* K*; postrema in Novo monte orta esse videntur et a.* 1348 *perdita extrema codicis parte abrupte terminantur.*

F. *Vindobonensis* 352 *(Sal.* 416.*) qui in ipsa civitate Wiennensi scriptus esse videtur, a.* 1266. *Eo usque convenit cum codice* E*; deinde sequitur Continuatio Vindobonensis a.* 1267—1302. *(*1327.*) autographa, quam fortasse Vatzo ille composuit; sed recepta est integra relatio gestorum a.* 1276—1278, *quae etiam in codice Monacensi legitur. Quae manu secunda non multum recentiore in margine scripta sunt, sub inscriptione Auctarii Vindobonensis congessimus; nonnulla autem quae huic codici in parte priore propria*

27) Praeter apographa huius codicis supra p. 483 indicata, anni 1104—1279 Leibnitii iussu descripti servantur in bibliotheca regia Hannoverana. Archiv VIII, 644.

sunt, manu prima scripta, reperies in Auct. Claustr. 1072. 1134. *Cont. Cl. III.* 1147. 1208. 1211. — *Ex hoc codice Anonymus Leobiensis sua sumpsisse videtur.*

G. *Claustroneoburgensis, iam bibl. caes.* 364. *(Hist. prof.* 72.*) qui f.* 79. *Annales Mellicenses praebet, cum Continuationibus Claustroneoburgensi I. III, Sancrucensi II, Claustroneoburgensi VI, Florianensi, Claustroneoburgensi VII. Haec omnia usque ad a.* 1310 *uno tenore continue scripta sunt; postrema diversis saec. XIV. manibus f.* 144 *ss. inscripta. Ea quae in reliquis codicibus non leguntur, usque ad a.* 1139 *in Auctarium Claustroneoburgense congessi; postea sub contextu Annalium collocavi. Eidem codici debemus f.* 164. *„Cronicam pii marchionis fundatoris nostri," scilicet compilationem quandam de Liupoldo marchione eiusque posteris. Chronicon Florianense codicis* H. *ibi coniunctum est cum Continuatione Claustroneoburgensi I. a.* 1114. *III. a.* 1143. 1174. 1175. 1177. 1178. *ubi permulta in codice* G *omissa praebet; Annalibus Admuntensibus codicis Novimontensis a.* 1191—1193. 1197. 1200. 1203. 1207. 1210. 1212; *Annalibus S. Rudberti Salisburgensis* 1225. 1226. 1230. 1232. 1233. 1235—1239. 1241—1243. 1246. 1273—1277; *denique cum Ottonis Frisingensis chronici l. VII. c.* 25.

H. *Florianensis, postea Ambrasiensis* 272, *iam bibl. caes.* 608. *(Hist. prof.* 1009.*) mb. in quarto saec. XIV, descriptus in Lambecii Comment. I,* 575. *ed. II; Chmel, Die Handschriften der Hofbibl. I,* 548; *editus inter Scriptores Rauchianos I,* 215. *Liber qui in Florianensi monasterio ortus esse videtur, dono datus est Alberto plebano de Waldkirchen, his versibus inscriptis:*

Digna viro digno descriptio mente benigna
Mittitur Alberto virtutum dote referto
Suo domino speciali.

Albertus ipse nonnulla margini et postremis foliis inscripsit, quae Auctarii nomine damus. Initium chronici facit Generatio Liupoldi, quam cum Continuatione Claustroneoburgensi I. coniungimus; cum tabula genealogica quam infra dabimus, ubi Continuatio Florianensis, quae opus claudit, exhibenda erit. Apographum huius codicis, saec. XVIII, extat in codice bibl. caes. 9808. *olim Rec.* 318. *Schwandtner II,* 3.

I. *Claustroneoburgensis* 691. *ch. fol. quem Georgius Leb Egenburgensis, canonicus eius loci, intra annos* 1512 *et* 1514 *scripsit, post Ottonis Frisingensis chronicon f.* 126. *continet excerpta ex codice* F, *quae sub inscriptione Anonymi Zwetlensis H. Pez edidit, SS. I,* 974; *f.* 152 *excerpta ex chronicis Vatzonis et Nicolai Vischel, cum continuatione Claustroneoburgensi V. Locum ex quo auctorum nomina discimus, supra iam attulimus. Pezius totam farraginem edidit SS. I,* 707; *sed nobis codex* A *annales ibi excerptos ipsos praebet, ut illis carere possimus*[29].

K. *Zwetlensis nunc deperditus qui annales usque ad annum* 1330 *continebat; scriptos prima manu post mortem Alberti regis a.* 1308, *deinde ab aliis continuatos. Plurima ex hoc codice servavit egregius Annalium Claravallensium auctor, Bernardus Linck, a.* 1646—1671 *abbas Zwetlensis. Cuius*

28) Edidit ab anno 953. Adr. Rauch SS. I, 45.

29) Praeter contenta codicis A haec tantum habet: *Anno millesimo centesimo quo minus uno Sub patre Ruperto cepit Cystercius ordo.* 1161. *Ducatus Bohemie mutatus est in regnum a Friderico imperatore, et eodem anno marchionatus Austrie mutatus in ducatum a Friderico imperatore* et 1291 locum ex „Memoriis defunctorum ducum Austrie." Nec tamen ex ipso codice nostro A sumptus esse videtur, quum a. 1211. 1213. meliora quam ille praebeat, itaque in edendis Continuationibus codicis A non omnino negligendus erat.

successor tertius, Melchior de Zaunack, quum a. 1723 *opus eius edendum curaret, locos ab illo citatos fere ubique larga manu apposuit, e. g. permulta ex codice* N, *qui illo et recentior est et deterior, sed ex illo ne verbum quidem. Laudat autem saepissime, scilicet ubi a Linckio in margine Annalium commemoratus erat. Itaque quum etiam Hieronymum Pez diligentissimum bibliothecae Zwetlensis scrutatorem latuerit, iam tum desideratum fuisse existimo*[30]. *Ex priori codicis parte pauca tantum fragmenta habemus, quorum pars maior cum codice* G *convenit*[31]*; praeterea ex Linckii opere haec collegi: Anno* 1083. *de fundatione castri et ecclesiae in Azmanswisen egit.* 1142. Baumgartenberg fundatur. 1166. Pilgrimus de Zwetel frater Hadmari primi fundatoris obiit. 1207. Malachias episcopus Lesmürensis de Hybernia sacros ordines in Zwetel celebravit. 1218. Ulricus Pataviensis episcopus celebravit ordines in Zwetel. 1233. Henricus abbas in Zwetel obiit. 1235 *de inundatione quae resoluta glacie accidit, plura retulit, domos integras in Crems confractas esse, et grangiam monasterii in Weinzierl inundatam. Inde ab anno* 1241 *excerpta huius codicis habemus in codice* M. *Post a.* 1291 *fere integer extat apud Linckium, et a.* 1302—1328 *paene totus descriptus est in codice* E, *qui iam antea a.* 1271—1278 *eius excerpta habet. Itaque Continuationem Zwetlensem* 1241—1328 *initio ex fragmentis consarcinare, deinde integram ex eo exhibere potuimus. Nisi fallor, unicum codicis huius folium avulsum pervenit in manus Seb. Tengnagel, et eius manu descriptum extat in*

L. *Vindobonensi bibl. caes.* 8219. *(Hist. prof.* 330.*) f.* 54. *quod a.* 1267—1279 *continet.*

M. *Novimontensis, iam bibl. caes.* 1180. *(Rec.* 3167 A. *Schwandtner V,* 106.*) mb. fol. s. XIII. magnam compilationem historicam continet. Post excerpta ex Ottonis Frisingensis Gestis Friderici f.* 61. *Annales sequuntur ex Admuntensibus excerpti; deinde post folia aliquot avulsa f.* 65. *manu s. XIV. excerpta ex codice* K *a.* 1241—1328, *ubi Continuatio Novimontensis annexa est.*

N. *Zwetlensis* 315 *in quarto saec. XIV. Annales Zwetlenses continet a.* 1—1349, *qui usque ad a.* 1330 *ex codice* K *excerpti esse videntur, nonnullis tamen locis diversi sunt. Primus eos edidit H. Pez SS. I,* 527.

O. *Vindobonensis bibl. caes.* 3412. *(Hist. prof.* 536.*) ch. f. s. XV. post excerpta ex codice* F *praebet a.* 1323—1348 *excerpta ex codice* N *vel eius autographo, nam nonnullis locis ab eo diversa sunt; deinde Continuationem Zwetlensem IV. Haec inde ab a.* 1323 *edidit Adr. Rauch, SS. II,* 316[32].

P. *Codex Cellae Principum, iam bibl. caes.* 3422. *(Hist. prof.* 497.*) f. ch. s. XIV. exeuntis, eadem fere continet cum praecedenti, nec tamen alter ex altero derivari potest.*

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS I.

Ita eam brevitatis gratia designamus, quum proprie sit forma Annalium Mellicensium quam B *vocavimus, aucta quibusdam quae monasterium illud attingunt. Sed haec non omnes codices habent. Quum satis magna sit codicum*

30) quod plus semel per Saecos et caesarianos spoliato monasterio facile accidere potuit 31) 1147. *Regnberius episcopus dedicavit ecclesiam Wyennensem sub Eberhardo plebano.* ex hoc codice affertur, quod praeter eum solus G habet. 32) Huius codicis apographa sunt in bibl. caes. 525 (Rec. 3101. Schw. V, 77) saec. XV. et 8351 (Rec. 790. Schw. II, 148) saec. XVIII.

diversitas, neque unus ceteris praestet, eas plerumque lectiones recepimus quae proxime accedunt ad verba Annalium Mellicensium, tam eorum quos codex Mellicensis quam quos codex Zwetlensis praebet; nam utrique in omnibus coniuncti sunt. Codicibus usi sumus eisdem 1—7 *quos supra p.* 482 *enumeravimus, iterumque p.* 604. *Sed notandum est, partem codicis* 1. *post a.* 1104 *saec. XIV esse et a similitudine codicum* 2. 3. 4. *recedere. In eo igitur et in codicibus* 5. 6. 7. *nova quaedam addita sunt, praecipue a.* 1114 *ampla relatio de Liupoldo marchione eiusque posteris quam monachus Claustroneoburgensis scripsit post a.* 1177, *scilicet mortuo Heinrico duce; idem a.* 1167 *sacros ordines se suscepisse refert, et quum de duce Heinrico scribat, „de quo plenius in suo loco dicemus“ etiam Continuationem II. si non usque ad sua tempora totam, certe ex parte composuisse videtur. Sed cum relatione illa statim coniunximus additiones et continuationem, quae praebent codices*

1191. Heinricus rex Rome imperatoris et augusti nomen adeptus est. Dux Suevie, filius imperatoris Friderici, in peregrinatione moritur. Clemens papa obiit, cui Iacinctus qui et Celestinus successit. Rex Francie et dux Austrie Liupoldus ab Ierosolimis redierunt. Imperator Heinricus de Apulia incassum rediit. Episcopus Coloniensis, dux Boemie Otto, cancellarius imperatoris et alii principes ibi mortui sunt[l].

a) Gotscalcus B1. b) et Gr. B1. c) *ita codices.* d) complere B2. e) *deest* B3. f) *deest* B1. g) *melius cod. Scot.* IV. h) egit B2. i) VI. H. B1. k) *deest* B3. l) *quae in* B2. *hic sequuntur, invenies in Continuatione Claustr. III.*

46) Nov. 1185. 47) Philippus. 48) Conradus II. qui et Otto dictus est.

Codex Scotorum.

1192. Dux Stirensis Otakarus obiit. Cuius hereditatem dux Austrie Liupoldus de manu imperatoris sollempniter suscepit. Rex Anglie ab Iherosolimis rediens a Liupoldo duce ob contemptum transmarinis partibus sibi illatum in oppido Wienne capitur. Gotscalcus prepositus obiit. Wernherus qui erat antea prepositus revocatur.

1193. Rex Anglie Ricardus a duce Liupoldo in potestatem et captivitatem imperatoris traditur.

1194. Hoc in anno propter ariditatem terre que totam Austriam invaserat, coloni eiusdem terre cruces suas tollentes cum virginibus diversa limina sanctorum pecierunt. Imperator Hainricus secundo Apuliam proficiscitur. Wernherus Niwenburgensis prepositus in apicem episcopatus Gurcensis ecclesie eligitur. Otto eiusdem loci canonicus in locum regiminis sui sublimatur Idus Aug. Eodem anno Non. Sept. aquis suffocatus de hoc seculo migravit; cui Rodulfus decanus successit. Wienna incendio flagrat. Danubius iam vice altera contra solitum inundans, vicina loca cum hominibus et iumentis occupat. Eodem anno etiam pie memorie Liupoldus dux Austrie et Stirie, sequenti die natalis Domini circa castrum Graez equo lapsus, 2. Kal. Maii[a] obiit, et in domo sancte Crucis sepelitur. Cui filii sui, Fridericus videlicet et Liupoldus, in ducatum utriusque regionis successerunt. Imperator Hainricus VI. totam Apuliam sine bello Romano imperio subegit. Domnallus[a'] rex obiit. Murchertacus filius eius successit.

1195. Fames magna homines et iumenta aut penitus deficere aut mori coegit. Finanus abbas loci istius obiit; Georgius successit. Fridericus dux Austrie et multi principes Theutonici regni crucem acceperunt. Innumerabilis multitudo paganorum Hyspaniam intraverunt. Wernherus Gurcensis episcopus obiit 5. Non. Maii. [I]nitum est bellum inter christianos et paganos in Hyspania, in quo multi christiani ceciderunt.

1196. Chounradus Moguntinus archiepiscopus et multi principes signo sancte crucis

Codices B.

1192. Dux Karinthie[b] Otakorus obiit, cuius hereditatem dux Austrie Liupoldus de manu[c] imperatoris sollempniter suscepit. Rex Anglie ab Ierosolimis rediens, a[d] Liupoldo duce ob contemptum transmarinis[e] partibus sibi illatum in oppido Wienne capitur. Wolfkerus Pataviensis episcopus eligitur[49]. Heinricus rex filius Friderici imperatoris cum expeditione in Italiam veniens, a Celestino papa imperator ordinatur[50].

1193. Rex Anglie a duce Liupoldo in potestatem et[f] captivitatem imperatoris traditur. Heinricus VI.[g] imperator secundo in 1194. Apuliam[h] profectus, prospere egit. Wernherus Niwenburgensis prepositus in apicem Gurcensis ecclesie[i] episcopus est[k] electus; Ottonem successorem reliquit. Quo in brevi mortuo, Rudolfus decanus successit. Wienna incendio flagrat. Danubius iam vice altera contra solitum inundans, vicina loca cum[l] hominibus occupat. Eodem anno pie memorie Liupoldus dux Austrie et Stirie sequenti die natalis Domini circa castrum Gratz equo lapsus, 2. Kal. Ian. moritur, et in domo sancte Crucis[m] sepelitur. Cui filii sui, Fridericus videlicet[n] et Liupoldus, in ducatum utriusque regionis succedunt.

1194. Fames valida facta[o] est in Teutonia.

1195. Wernherus episcopus Gurcensis obiit. Rudolfo decedente, Dietricus Niwenburgensis prepositus eligitur. Fridericus dux Austrie et multi principes Teutonici regni cruces acceperunt. Multitudo[p] paganorum Hispaniam intraverunt.

1196. Chunradus Moguntinus archiepiscopus et multi principes signo sancte crucis

a) *imo* Ianuarii. a') *supersor.* Obrian. b) Styrie Otachorus B 2. *In Continuatione III. utrumque coniungitur.* c) Heinrici VI. *inservit manus subaequalis* B 2. d) ob c. e. L. d. transm. B 2. e) in tr. B 1. f) in B 2. g) *deest* B 2. h) Italiam B 1. i) *deest* B 2. 3. k) *deest* B 2. l) c. h. *desunt* B 1. m) in capitulo *addit codex* 1 (*Vatzonis*). n) *deest* B 1. o) *deest* B 1. p) M. p. H. i. *desunt* B 2.

49) 1191, 6. Idus Martii. 50) anno 1191. ubi eandem rem iam semel retulit.

Codex Scotorum.

signantur. Otto langravius obiit[51]. Bela rex Hungarorum obiit; Emericus filius eius successit.

1197. Heinricus imperator obiit. Unicum filium Fredericum nomine reliquit.

1198. Philippus frater Heinrici regnare incepit, cui Otto filius ducis Saxonie restitit.

1199. Emericus rex Ungarorum confines Austrie et Stirie preda et incendio devastavit. Corpus Christi in specie cruente carnis in Augusta civitate apparuit. Helena ducissa Austrie obiit.

1200. Leupoldus dux Austrie et Stirie gladio accinctus est coram multis principibus prelatis. Monasterium sancte Marie et sancti Gregorii in Wienna ad Scotos a Wlfgero Patauiensi episcopo consecratur.

1201. Terremotus magnus factus est 4. Non. Maii.

1202. Gregorius abbas istius loci obiit. Cui Wodalricus successit.

1203. Leupoldus dux Austrie et Stirie uxorem duxit Theodoram neptem regis Grecie. Constantinopolis a Gallis capitur.

Codices B.

signantur. Bela rex Ungarie obiit; Einricus filius eius successit.

1197. Celestinus[a] papa obiit; Innocentius successit. Heinricus imperator in Apulia moritur. Philippus frater eius regnum invasit, Ottone Saxone sibi resistente. Expeditio tertia Ierosolimam. [b]Chunradus Moguntinus archiepiscopus profectus est Ierosolimam circa nativitatem Domini. Eodem anno Wolfkerus Pataviensis episcopus et dux Austrie Fridericus et alii plures Ierosolimam profecti sunt.

1198. Fridericus dux Austrie peregre moritur. Liupoldus dux Stirie frater eius successit.

1199. Einricus rex Ungarie expulsum fratrem persequens, terminos Austrie preda et igne vastavit. Wolfkerus Pataviensis episcopus quinquennii pace inter christianos et Sarracenos composita, Ierosolima rediens hostes episcopatus fortiter compescuit. Constantia imperatrix obiit, et parvulum quem in sceptra nutrierat Fridericum heredem reliquit. Helena ducissa Austrie obiit.

1200. Liupoldus dux Austrie et Stirie in die pentecostes ambitione magna accinctus est gladio, presente Chunrado Moguntino archiepiscopo, Eberhardo Salzpurgense archiepiscopo. Pax inter regem Ungarie et ducem Austrie componitur, fratre in consortium regni recepto. Chunradus Moguntinus archiepiscopus obiit. Monasterium[b] sancte Marie et sancti Gregorii in Wienna ad Scotos a Wolfkero Pataviense episcopo consecratur.

1201. Terre motus magnus factus est 4. Nonas Maii.

1202. Expeditio quarta Ierosolimam. Hoc anno Liupoldus dux Austrie nuptias Wienne, multis principibus ibidem convenientibus, pomposissime celebravit[52].

1203. Liupoldus dux Austrie et Stirie Theodoram[c] neptam regis Grecorum duxit uxorem. Otakorus[d] rex Boemie terminos regni Teutonicorum potenter intravit, et in pace rediit. Chunradus Ratisponensis episcopus et Ludwicus dux Bawarie mutuis cladibus terram corruperunt. Constantinopolis capta et exusta virtutem Gallorum mirari didicit[53]. Eimricus rex Ungarie data fide per religiosos viros fratrem suum dolo captum et catenis constrictum perpetualiter incarceravit; sed eodem anno divina ultione percussus, in fata concessit. Quo defuncto frater de catenis eripitur, et sub nomine tutoris filii fratris sui, quem pater infantulum coronaverat, super regnum Ungarie sublimatur.

a) Clemens B 1. 3. b) *haec in* B 2. *expuncta et manu altera anno* 1187. *adscripta sunt.* c) Theodoram B 2. d) Otacharus B 2.

51) de Stephaning, cognatus ducis Austriae. 52) Eandem rem aliis verbis anno sequenti iterum refert. 53) Item quae a. 1204. accidit, et hic et a. 1205. noster commemorat.

Codex Scotorum.

1204. Wolfgerus Pattaviensis episcopus Aquilegensis patriarcha efficitur. Wodalricus abbas loci istius obiit, cui Marcus post cursum trium annorum successit.

1205. Phylippus rex post bellicos septennii labores regno potitur. Eimericus rex Ungarie obiit, cui Andreas frater suus successit.

tempore et ipse captus, interitu quem consortem habere noluit heredem reliquit. Grecia cum sua Constantinopoli ob necem regis Alexii, Porphyrogenitorum gente, cesim per viros ac feminas delata, in ius exterorum devenit, direptisque opibus contigit non parvam dominice crucis portionem cum aliis sacris reliquiis duci Austrie Liupoldo perferri. Andreas reginam uxorem[a] fratris, et filium eius heredem regni persequens, terminos Austrie usque Wiennam intrare coegit; ibique puer moritur, et regina marito natoque orbata, auxilio ducis ad terram suam Arrogoniam proficiscitur. Expeditio regis Philippi versus Coloniam, cui dux Austrie Liupoldus cum magno exercitu militum interfuit[b].

1206. Domnallus rex Corcaie obiit. Poppo Pattaviensis episcopus obiit, cui Mangoldus successit.

1207. Marchus abbas loci istius a Manegoldo episcopo Pattavie ordinatur.

1208. Philippus rex Romanorum quorundam iniquorum principum studio Bavenberg ab Ottone palatino comite et margravio de Andes[55] in dolo occiditur.

1209. Otto palatinus ob necem Philippi occiditur.

1210. Otto Saxo adversarius Philippi ab Innocentio papa tertio Rome coronatur, et in eodem die scisma inter eos oritur.

1211. Fingen rex Corkagie a suis dolose interfectus est.

Codices B.

1204. Patriarcha Aquilegensis[54] obiit, cui Wolfkerus Pataviensis episcopus successit, et ipse Popponem successorem habuit. Philippus rex Boemorum exercitum secunda eruptione cum suo rege fugavit: non minus preda quam victoria nobiliter potitur. 54

1205. Philippus rex Romanorum post bellicos septennii labores tandem optatis pace et regno potitur. Eimricus rex Ungarie, mirum qua die dolo fratrem ceperat, revoluto

1206. Poppo Pataviensis episcopus[c] obiit; Manegoldus abbas de Chremsmunster successit. Fundata est domus in Campo liliorum.

1207. Liupoldo duci Austrie nascitur filius Liupoldus nomine, octavo[d] Kal. Aprilis.

1208. Philippus Romanorum rex dum expeditionem contra Prunswich parat, iniquo quorundam consilio principum Babenberch ab episcopo[58] eiusdem loci invitatur, et[e] ab 56
Ottone palatino comite dolo occiditur, et regina morte eius cognita pre dolore moritur[57]. Liupoldus dux Austrie et Styrie zelo fidei accensus, cum pluribus nobilibus terre sue in Niwenburch signo sancte crucis insignitur[f].

1209. Ottoni regi ob concordiam regni filia regis defuncti desponsatur[58] Otto pala- 58
tinus ob necem regis Philippi[g] capite truncatur.

1210. Otto de Prunswich, Heinrici ducis Bawarie quondam expulsi filius, in regem eligitur, et ipse per Italiam cum expeditione pacifica securitate Romam usque profectus, ab Innocentio papa promotus imperator efficitur. Otto prosperis successibus mirabiliter elatus, adversus Fridericum regem Sicilie Apuliam ingreditur. Pestilens heresis Paterinorum cum plurimos christiani nominis serpendo corrumperet, auctore Deo prodita est, et variis tormentis multi eorum necati sunt[h].

1211. Otto imperator dum possessionibus apostolicis[i] ecclesie Romane iureiurando pro-

a) *deest* B 3. b) *intrávit codices.* c) *deest* B 3. d) VII. B 1. e) *deest* B 2. f) Eodem anno peregrinatio puerorum *addit* B 2. g) Ph. occiditur a Chunrado de Hohenvels B 3. *Est nomen eius qui Conradum IV. a.* 1250. *occidere voluit.* h) *deest* B 2. 3. i) apostolice Rom. B 3.

54) Pilgrimus. 55) Heinrico. 56) Ekkeberto. 57) Irene, Aug. 25. 58) Beatrix, Mai 24.

Codex Scotorum. *Codices B.*

missis violenter postmodum abutitur, ab Innocentio papa tertio commonitus, nec correctus, anathematis animadversione percutitur. Eodem anno multi principes orientalium ex mandatis domini apostolici coniurant adversus Ottonem imperatorem. Exercitus Sarracenorum de tota Affrica collectus, cum suo rege mari transito fines aliquos Hispanie violenter occupavit, et reges christianos circumquaque positos, die quoque futuri conflictus expresso, superbe provocavit. Eclypsis lune facta est quasi media nocte, 10. Kal. Novembris[a].

1212.

1212. Otto imperator ab Apulia prospere regreditur, regalibusque nuptiis Prunswich magnifice celebratis, filiam regis Philippi duxit uxorem[b]; sed celebres nuptie prohdolor in lugubres exequias regine in brevi convertuntur. Otto post annum excommunicatus non resipiscens, apostolica sententia pronunciatur hereticus, et imperio deponitur omnino, katholicis ab eius reverentia et obsequiis cohibitis. Fridericus rex Sicilie Ottonem evestigio secutus, favore et auxilio principum Romanorum regnum ingressus est, et ab omnibus gloriose susceptus. Fridericus rex Ratispone celebrem curiam habuit, plurimis principum sibi iureiurando federatis.

1213. Leupoldus II. dux Austrie et Stirie cum magno comitatu ad terram sancti Iacobi ad bellandum paganos transierat.

1213. Liupoldus dux Austrie et Styrie cum magno comitatu ad terram sancti Iacobi ad debellandum paganos transierat. Multi[c] principum et aliorum fidelium in Hyspanias profecti, cum Sarracenis die condicto scilicet 4. Kalendas Iulii bellum inierunt. Sarraceni robustos et feroces animos nostrorum non ferentes, magno sui[d] detrimento terga verterunt.

1215. Mangoldus Pattaviensis episcopus obiit, cui successit Udalricus. Synodus celebrata est apud ecclesiam sancti Iohannis Rome.

1215. Manegoldus Pataviensis episcopus obiit; cui successit Ulricus. Synodus celebrata est apud ecclesiam sancti Iohannis Rome.

1216. Innocencius papa tercius obiit, cui successit Honorius papa secundus. Leupoldus dux puer obiit, filius scilicet Leupoldi II. ducis Austrie et Styrie.

1216.[e] Innocentius papa tertius obiit, cui successit Honorius papa secundus[f]. Liupoldus dux puer obiit, filius ducis Liupoldi.

1217. Leupoldus dux Austrie et Stirie et Andreas rex Ungarie versus Iherosolimam egressi sunt.

1217. Rex Ungarie Andreas et Liupoldus dux Austrie et Styrie cum aliis quam plurimis ad terram promissionis tendunt. Idem dux Liupoldus transfretavit mare 16 diebus, Deo protegente, quod antea valde inauditum erat.

1218.

1218. In principio anni ipsius Andreas rex Ungarie exercitum Christi relinquens discessit non minima manu collecta, et in fine anni ipsius vix cum magno labore contumeliose propriam terram ingreditur. Damiata civitas regalis in Egypto sita, auctore duce Liupoldo et instigante, ab exercitu christianorum circumdatur. Pagani multas civitates proprias timore perterriti vacuas dereliquerunt; insuper et castella plurima propria valde munita propria manu destruunt. Otto imperator excommunicatus ab Innocentio papa obiit.

1219. Leupoldus II. dux Austrie et Stirie a Damiata et a terra Ierosolimitana reversus est.

1219. Civitas sancta Ierusalem ab ipsis paganis magna ex parte destruitur. Liupoldus dux Austrie et Styrie gloriose ad propriam terram revertitur. Damiata civitas nocte furtive ac miraculose a christianis capitur, nullo tamen christianorum pereunte.

a) Dec. *recte codex* I *(Watzonis).* b) in ux. B2. c) Multi — verterunt *desunt* B1. d) *ita solus codex* I; sic *codd.* B2. 3. e) anum 1215 *continuat* B2. f) IIus *corr.* IIus B3.

Codex Scotorum.

1220. Fredericus III.[a] rex Romanorum Rome consecratus imperii et augusti nomen adeptus est.

1221. Damiatam civitatem, quam magna probitate christiani acceperunt et per duos annos possederunt, hoc anno amiserunt tali modo. Christiani exierunt a Damiata circa centum[b] milia hominum et plus[c], ut caperent pontem[d] distantem ad 5 vel 4 rastas, transeuntem[e] flumen minus quod dividitur a maiori; quem pagani ne transirent christiani destruxerunt. Christiani vero quia non habebant copiam navium, inter duo flumina tentoria sua erexerunt, expectando naves domini imperatoris[g], et fecerunt magnam et profundam fossam circa se: nec ausi fuerunt pagani irruere super eos[f]. In eodem vero tempore Nilus stagnavit sicut solet Egiptum irrigare quolibet[g] anno, et sic[h] inundatione aquarum Nilus transivit ripas et finitima loca replevit. Implevit etiam fossam illam quam christiani fecerunt circa se. Tunc pagani venientes sciderunt[i] terram de minori flumine in flumen magnum quod currit in Damyatam; per quam scissuram repletam aquis induxerunt naves suas in flumen magnum, et sic de Damyata victualia ad christianos per aquam portare prohibuerunt. Christiani vero fame valida coacti consilio principum exierunt fossam volentes redire in Damyatam. Pagani vero[i] incluserunt christianos, et quos aqua non submersit comprehenderunt; multos autem sagittis occiderunt, et fuit ibi strages ad 35 milia christianorum, et sic pro omnibus[k] a captione Damyate[k] comprehensis christianis et[l] pro vera cruce reddita est Damiata paganis. Eodem vero tempore pirate paganorum combusserunt igne inextinguibili 700 tam sacerdotes quam alios clericos in una navi in flumine[m]. In fine eiusdem anni Udalricus Pattaviensis episcopus redeundo a Terra sancta obiit, cui successit

1222. Gebhardus[n] consecratus est in episcopum Pataviensem.

1223.

Codices B.

1220. Terra[o] Boemie ab Honorio papa excommunicatur. Fridericus filius[p] Heinrici imperatoris, nepos Fridrici imperatoris, rex Romanorum ac rex Sicilie, Apulie, Calabrie, ac dux Swevie, cesar et imperator Rome consecratur ac ordinatur ab Honorio papa tertio, 10 Kal. Decembris.

1221. Dux Bawarie Ludwicus, episcopus[q] Pataviensis Ulricus, cum aliis multis heu malo nostro ad Terram sanctam tendunt. Civitas[r] illa regalis Damiata in Egipto a Sarracenis sine lesione christianorum captivatur, et multi christianorum qui captivi tenebantur in paganismo, a vinculis resolvuntur. Dux predictus Ludwicus confuse revertitur.

1222. Sollempnitas magna in Wienna fit, duce auctore Liupoldo, cuius etiam filia[59] duci Saxonum nuptiali thalamo est copulata. Gebhardus consecratur[s] in episcopum Pataviensem.

1223. In Longobardia terre motus factus est magnus, qualis nec antea aliquando. Civitas quedam nomine Brixia[t] funditus est subversa, et multi homines in ea perierunt. Rome terra rubea pluit per diem integrum et noctem. Predicatores crucis missi sunt in universum mundum. Andreas rex Ungarie cruce[u] signatur cum multis aliis. Heinricus dux de Medlico obiit. Nix nixit in Styria, que versa est in sanguinem. Rex Tharsis[60] terram que dicitur Valewin[v] penitus devastavit, et habitatores inter-

a) *ita codex.* b) *correctum.* c) et p. *addidit manus 2.* d) *ita manus 2. correxit pro:* civitatem aliam que vocatur brucke. e) transeuntem — imperatoris *addidit manus 2.* f) *sequitur:* sed tenuerunt aquam fluminis nili arte valida, *sed deletum est manu 2.* g) *ita corr. pro* tercio. h) *hic* duplici *expunctum est.* i) sciderunt — Pagani vero *inseruit manus 2.* k) omnibus a captione Damyate *inseruit manus 2.* l) et p. v. c. *addidit manus 2.* m) *ita corr. pro* mari. n) *alia manus pergit.* o) *deest B 2.* p) *deest B 3.* q) et ep. B 1. r) *pro* Civitas — resolvuntur B 1. *alteram illam relationem exhibet, iisdem verbis cum Ann. Admuntensibus,* Damistam — a Damista. *Utramque contingit Contin. Claustr. III.* s) consecratus est B 2. t) Prixya B 2. u) crucis B 2. v) Valwin B 1.

59) Agnes, Alberto duci. 60) Tartarorum, ut videtur, qui his annis gentem Valwin i. e. Cumanorum invaserunt.

Codex Scotorum.

1224.

Codices B.

emit, nec non et multos de Ruthenis interfecit, auxilium volentibus illis prestare[a].

1224. Magna pestilentia et ante inaudita vastavit pene universum mundum. Andreas Pragensis episcopus[b] obiit.

CONTINUATIO SCOTORUM.

Haec continuatio in extrema parte codicis B manu alia saec. XIII. scripta et certe versus finem autographa est. Exceptis iis quae monasterium Scotorum attingunt, reliqua recepta sunt in Continuatione Sancrucensi I. et Claustroneoburgensi III, sed ex alio codice qui ulterius productus erat. Gestorum a. 1228—1230 partem etiam in Annalibus Salisburgensibus legimus. Ea ex relatione quadam ab Italia domum missa sumpta esse existimo.

1225. Fuglibertus[c] archiepiscopus Coloniensis a quodam comite cognato suo interfectus est. Rex Romanorum Heinricus iuvenis, filius Friderici inperatoris, filiam ducis Austrie et
61 Stirie[61] duxit in uxorem. Filius eiusdem ducis Liupoldi Austrie et Stirie, Heinricus nomine, sororem langravii Duringie[62] duxit in uxorem; filio margravii de Mizzen[63] filia iam dicti ducis est desponsata.

61 1227. Heinricus iuvenis dux, filius ducis Liupoldi II, obiit[64], et Ludwicus langravius de Duringia in transmarinis partibus obiit.

1228. Papa Gregorius octavus[c] in cena Domini inperatorem Fridericum tercium[c] excommunicatum publice denunciavit. Unde non parum turbati ipsi Romani ipsum papam in secunda feria pasce in ecclesia sancti Petri infra missarum sollempnia, que personaliter celebravit, contumeliis et blasphemiis afficientes, ab inieccione manuum vix abstinuerunt. Unde papa in palacium aput Sanctum Petrum se recipiens, post aliquot dies Urbem exivit, et in Tusciam[c] primum apud Reatum, postmodum apud Perusium habitavit; ubi habito colloquio principes imperii a fidelitate inperatoris absolvit. Inperator defuncta inperatrice in puerperio transfretavit, et ad Cyprum usque Acaron pervenit, ubi in magna gloria susceptus et post paucos dies legatos soldani eum honorifice recipientes recepit.

1229. Inperator Fridericus in partibus existens transmarinis, civitatem sanctam Hierusalem et maiorem partem Terre sancte a soldano Babylonico recepit, et treugis per decennium inter eos firmatis, inperator revertitur in Appulliam; et fines regni Apullie ab exercitu domini pape occupatos recepit. Exercitus domini pape in tres partes divisus Theotonicis cruce signatis passagium inpedivit. Longobardi et Tusci cum domino papa contra inperatorem conspiraverunt.

De invencione predicte terre magister Marquardus de Padua tales composuit versus:

Virginei partus anno post mille ducentos
Viceno nono, bis sex de Marte Kalendas,
Gregorio nono vigilante super grege loto,
Reddita christicolis est sancti terra sepulchri:
Inperii decimo Friderici principis anno,
Qui non adiutus, immo contraria passus,
Que nemo tulit et a qualibet[c] anteriorum
Tranquille sine vi cis transque marina subegit.
Qui paciendo magis quam pugnando domat omnes,

a) *codices hic perperam subnectunt:* Engelbertus a. Colocensis — desponsata *ut in Cont. Scot. ad a.* 1225, *sed mendis insuper depravata.* b) *deest* B 2. 3. c) *ita codex.*

61) Margaretam. 62) Agnetem, sororem Ludowici IV. 63) Heinrico illustri, Theoderici filio, Constantia. 64) Heinricus f. Liupoldi ducis in Necr. Mell. diei 3. Non. Ian. manu eius aevi adscriptus est, in Necr. autem Claustr. apud M. Fischer eisdem verbis d. 19. Maii et 27. Decembris. Testis commemoratur in charta Heinrici regis 1227. Iul. 17. Cf. A. v. Meiller Bab. Reg. p. 262. n. 418.

Cuius et hic et ibi vicit paciencia summos,
Cui munimento sunt leges, arma decori,
Quem neuter gladius scidit, est aggressus uterque.
O si semper sis vitalis spiritus orbis,
A quo subiectis sunt pax et opes et honores.
Subdita sunt elementa Deo: quos foverit ille,
Illa fovent, e converso quos urserit urgent.
Adveniente Dei famulo magno Friderico
Sol nitet, aura tepet, aqua bullit, terra virescit.
Fons inquam Syloe qui multis aruit annis,
Nunc quasi congaudens producit aquas salientes.
Gutta quater denis ubi nec sudaverat annis[a],
Alveus exundans tantis exuberat undis,
Ut simul et semel equi quinque greges adaquentur.
Muta Deo grates referunt, audis homo? nescis,
In quos ingrati datur accio, nonne vereris?
Nonne verecundo suffunderis ora rubore?
Qui factum Domini quod vere gracia factum
Principis invertis, quod virtus rite vocari
Debuit, appellas colludia templicolarum,
Ingrati vicium committis et amplius: unde
Cui, quid, et in quantum noceas tibi prospice. Iudex
Sedit et assistit actor, scis unde traharis
In causum; spacium tibi non datur, inficiari
Non potes, et testes presto sunt; non erit alter
Allegans pro te, statim concluditur, et quid
Consilium est? Ius est quod ab ore sedentis
Exit, et appellans non auditur. Resipisce.
Non intres in iudicium sub iudice, cuius
In facie vivens non iustificabitur omnis,
Qui personarum non est acceptor et eque
Magnos et parvos diiudicat arbiter ut vult.
Redde suum cuique, veniam pete de male factis,
Nam iudex placabilis est innoscere multus
Agnoscenti se; qui si michi dicere fas est
Salva lege malis etiam mallet misereri.
Ierusalem gaude, nomen Domini venerare.
Magnifica laude: vis ut dicam tibi quare?
Rex quia magnificus Iesus olim, nunc Fridericus,
Promptus uterque pati, sunt in te magnificati.
Obtulit ille prior semet pro posteriore,
Et pro posterior sua seque prioris honore.
Hic Deus, ille Dei pius ac prudens imitator,
Defensor fidei, spem firmans, pacis amator,
Est ignoscendi tibi gloria sancta relicta.
Cur sis perpendi modo pacis visio dicta.
Omnibus ignovit hic, et hic hunc dilige Christe,
Qui facit ut vovit adamando plus aliis te.

1230. Tyberis alveum suum egressus vicina loca occupavit, et in urbe Roma usque ad gradus Sancti Petri ascendit. Unde Romani conpulsi dominum papam revocaverunt. Dominus papa et dominus imperator mediantibus principibus Alamannie, videlicet Bertholdo patriarcha Aquilegensi, Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi, episcopo Ratisponensi[65], Austrie, Meranie[66] et Karintie[67] ducibus, et quibusdam aliis ad concordiam redierunt, et domi- 12

a) annis c.

65) Sigifrido. 66) Ottone. 67) Bernhardo. Idem publicum huius conventionis testimonium dederunt, d. 1230. Iul. 23. apud S. Germanum.

nus imperator ab excommunicacione absolvitur, et post absolucionem in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Liupoldus dux Austrie et Stirie in reversione apud Sanctum Ger-
Jul. 28. manum obiit; cuius corpus in Monte Cassino in monasterio sancti Benedicti a cardinalibus sepelitur, et ossa delata ipsius ducis in claustrum suum quod ipse construxit Lirenvelde, ibi-
Nov. 30. dem sepulta sunt in die sancti Andree, ab archiepiscopo Salzpurgensi; et eodem die dictum monasterium ab eodem archiepiscopo consecratur. Cui successit filius suus dux Fridericus.

Idem dux Fridericus duxit uxorem filiam ducis Merannie[68] post repudiacionem sororis
70 regine Ungarie[69]. Rex Boemie[70] manu valida Austriam intrans magnam partem terre vastavit incendio et rapina. Sifridus Maguntinus archiepiscopus obiit. Marcus abbas istius loci pie memorie obiit[a].

1231. Orta est dissensio inter illustrem ducem Austrie et Stirie Fridericum et fratres de Chunringe, Hademarum scilicet et Heinricum. Hademarus moritur et in claustro suo Zuetel a venerabili Pataviensi episcopo Gebhardo sepelitur. Eberhardus de Iohanstorf, canonicus et archidiaconus Pataviensis, omnibus membris miserabiliter et indebite mutilatur. Liupoldus[b] secundus dux Austrie et Stirie obiit.

1232. Fridericus dux Austrie et Styrie accinctus est gladio militari in monasterio Scotorum in Winna a venerabili Pataviensi episcopo Gebhardo. Wichardus de Zebinge in domo Smelzarii in Winna perfide decollatur. Dirmicius[c] vere non canonice sed perverse abbas dictus, a venerabili Salzepurgensi archiepiscopo Eberhardo, apud Frisacum, capitulo contradicente, existens excommunicatus domini pape Gregorii IX. et falsarius Romane curie, contra iusticiam consecratur.

1233. Ekkebertus venerabilis Babenbergensis episcopus postquam bellando devicit Karintiam, ab Heinrico de Vinchenstain in dolo captivatur.

CONTINUATIO SANCRUCENSIS I.

Ita appellavimus eam quia nullius, praeter Sancrucense, monasterii mentio in ea habetur; codicibus usi sumus supra p. 604 *sq. descriptis*

1) *episcopali* (E.),

2) *Vindobonensi saec. XIII* (F.),

3) *Sancrucensi saec. XIV* (A.).

Continuatio Scotorum fere tota recepta est, tam inconsiderate, ut plerumque eadem res, tanquam bis facta, sub eiusdem anni numero bis referatur. Codex tamen compilatori ad manus fuisse videtur nostro codice B *dilior, ex quo etiam pars Continuationis Sancrucensis II. manavit. Ea quae eisdem verbis iam in Continuatione Scotorum leguntur, charactere minuto expressa sunt; omnia autem simul descripta sunt in Continuatione Claustroneoburgensi III.*

1225. Multi cruce signati sunt per industriam cardinalis Portuensis, qui dicebatur Chunradus, de ordine Cisterciensi, et cuiusdam de ordine Predicatorum, qui dicebatur Iohannes. Heinricus rex Romanorum, filius Friderici imperatoris, duxit in uxorem filiam ducis Austrie. Heinricus filius[d] ducis Austrie duxit in uxorem sororem Iacravii Duringie; multi in ipsa sollempnitate pre multitudine oppressi perierunt apud Nurenberch. Engelbertus Colocensis[e] archiepiscopus occisus est.

1226. Heinricus filius ducis Austrie ex consilio et auxilio quorundam iniquorum opposuit se patri suo, atque castrum Haimburch preoccupavit, matremque suam inde satis contumeliose eiciens; quod tamen castrum pater[f] in brevi recepit. Deinde idem filius vite patris sui multimodis insidiatus est; sed tamen Deo se protegente evasit manus eius. Fridericus Romanorum imperator prelatis ecclesie et principibus regni pro negotio sancte crucis cu-

a) *hinc alia manus pergere videtur.* b) *haec manus alia aequalis inseruit, oblita eorum quae a.* 1230 *scripta sunt.* c) *his quae sequebantur erasis alia manus vere — consecratur scripsit.* d) *deest* 3. e) *ita codices.* f) t. p. c. 2.

68) Ottonis I, Agnetem. 69) Sophiae, sororis Mariae uxoris Belae IV; filiae erant Theodori Lascaris imperatoris. 70) Wenzeslaus I.

riam aput Cremonam indixit[a]. Longobardi vero timentes insidias imperatoris, viam ubique inter montana venientibus obstruxerunt. Unde valde commotus imperator cum aliis principibus, tamen sine lesione ipsorum, in[b] regnum Sicilie se contulit; ceteri etiam ad propria sunt reversi. Fridericus filius ducis Austrie in Prunswich nuptias celebravit. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit.

1227. Andreas rex Ungarie Rusciam cum exercitu veniens, ab ipsis statim fugatus recessit, interfectis nonnullis de exercitu suo. Gens que dicitur Valwin[c], fidem Christi suscepit; ex quibus baptizati sunt fere decem milia. Lancravius Turingie in passagio messis[d] cum multis cruce signatis obiit[71]; multis etiam retro aspicientibus, ad propria reversi sunt; ceteri sine rectore ad Terram sanctam proficiscuntur, qui computati sunt ad octoginta milia. 71

Honorius papa obiit. Heinricus dux iuvenis, filius ducis Liupoldi[e], obiit; et Ludwicus lancravius de Turingia in transmarinis partibus obiit.

1228. Heinricus filius ducis Austrie obiit. Imperator Fridericus excommunicatus a Gregorio papa, mare transfretavit. Domnus Wernherus abbas Sancte Crucis obiit. Dux Bawarie atque alii multi ex nobilibus per Bavariam Liupoldo duci Austrie et Styrie insidias mortis parabant; quas tamen per Dei gratiam sine lesione evasit. Papa Gregorius VIII. in cena Domini imperatorem Fridericum tertium excommunicatum publice denuntiavit. Unde non parum ipsi Romani turbati, ipsum papam in secunda feria pasche in ecclesia sancti Petri infra missarum sollempnia, que personaliter celebravit, contumeliis et blasphemiis afficientes, ab iniectione manuum vix abstinuerunt. Unde papa in palatium apud Sanctum Petrum se recipiens, post aliquot[f] dies Urbem exivit, et in Tuscia primo apud Reatum, postmodum apud Perusium habitavit; ubi habito colloquio principes imperii a fidelitate imperatoris absolvit. Imperator defuncta imperatrice in puerperio transfretavit[g] et ad Cyprum et[h] usque Akaron[i] pervenit. Ibi in magna gloria susceptus, et post paucos dies legatus soldani eum honorifice recipiens[k] recepit.

1229. Terram repromissionis[l] christiani possederunt per imperatorem Fridericum. Idem imperator rediit[m] de transmarinis partibus in regnum suum Sicilie, auxilio et consilio regis paganorum, scilicet soldani. Fridericus filius ducis Austrie neptem[72] regine Ungarie repudiavit, que copulata ei erat in coniugio; et filiam ducis Moravie[n] sibi illicite copulavit, patre suo in omnibus his auctore. Imperator Fridericus in partibus existens transmarinis, civitatem sanctam Ierusalem, et maiorem partem Terre sancte a soldano Babylonico recepit; et treugis per decennium inter eos firmatis, imperator revertitur in Apuliam, et fines regni Apulie ab exercitu domini pape occupatos recepit. Exercitus domini pape in tres partes divisus. Teutonicis cruce signatis passagium impedivit. Longobardi et Tusci cum domino papa contra imperatorem conspiraverunt. 72

1230. Boemi Austriam rapina et incendio, nullo resistente, vastaverunt. Pie memorie dux Liupoldus apud Sanctum Germanum obiit; moxque ministeriales eius fere omnes contra filium coniuraverunt, primo dolo privantes eum thesauro patris, ac postmodum totam fere Austriam incendio et[o] rapina vastaverunt. Imperator Fridericus reconciliatus est domino pape Gregorio, ab[p] excommunicatione absolvitur. Otakorus rex Boemie obiit. Tyberis alveum suum egressus vicina loca occupavit, et in urbe Roma usque ad gradus Sancti Petri ascendit; unde Romani compulsi dominum[q] papam revocaverunt. Dominus papa et dominus imperator mediantibus principibus Alamannie, videlicet Berhtoldo patriarcha Aquileiensi, Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi, episcopo Ratisponensi, Austrie et Karinthie ducibus, et quibusdam aliis, ad concordiam redierunt, et dominus imperator ab excommunicatione absolvitur, et post absolutionem hospitio et mensa a domino papa excipitur. Liupoldus dux Austrie et Styrie in reversione apud Sanctum Germanum obiit. Cuius corpus in Monte Cassino in monasterio sancti Benedicti a cardinalibus[r] sepelitur, et ossa ipsius delata in claustrum suum quod ipse construxit Lyrenvelde, ibidem sepulta sunt in die sancti Andree ab archiepiscopo Salzpurgense, et eodem die dictum monasterium ab eodem archiepiscopo[s] consecratur. Cui filius eius Fridericus successit. Idem dux Fridericus duxit uxorem filiam ducis Meraunie, post repudiationem sororis regine Ungarie. Rex Boemie manu valida Austriam intrans, magnam partem terre vastavit incendiis et rapina. Syfridus Moguntiensis archiepiscopus obiit.

1231. Ludwicus dux Bawarie manifeste cultello transforatus est. Facta est dissensio inter Fridericum ducem Austrie adhuc puerum et ministeriales ipsius[t]; tandem humiliati deferunt obsides. Item facta est[u] caristia; Patavie dabatur modius frumenti pro quinque talentis. Episcopus Pataviensis et canonici sui cum preposito sunt reconciliati. Orta est dissensio inter illustrem ducem Austrie et Styrie Fridericum et fratres de Chunringe, Hadmarum videlicet et Heinricum. Hadmarus moritur, in claustro suo Zwetel a venerabili Pataviensi episcopo Gebhardo sepelitur. Eberhardus de Iohensdorf[v] canonicus et archidiaconus Pataviensis omnibus membris miserabiliter mutilatur.

1232. Fridericus dux Austrie et Styrie apud Wiennam militavit, et accinctus est gladio in monasterio Scotorum in Wienna a[w] Gebhardo Pataviensi episcopo. Wichardus de Zebinge[x] Winne decollatur ab Orphano nocte in domo Smelzarii.

a) edixit *correctum est in* 2. b) *deest* 3. c) Valwyn 1. d) messan 3. e) secundi *addit* 2. f) aliquos 3. g) t. et *desunt* 1. h) *deest* 2. 3. i) adkaron 2. k) *ita omnes.* l) prom. 3. m) redit 1. n) *ita pro* Meranie *codices.* o) *deest* 3. p) et ab 1. q) *deest* 1. r) cardinale 3. s) a. Salzpurgense 1. t) eius 1. u) *deest* 2. v) Iahenstorf 3. Lonsdorf 1. w) ab 1. et a 2. x) Zewinge 3.

71) i. e. in passagio autumnali ni fallor; mortuus est Hydrunti Sept. 11. 72) potius sororem.

1233. Ungari intraverunt fines Styrie, et vastaverunt eos rapina et incendio. Styrienses vero congregati, sine[a] rectore persecuti sunt eos. Ungari vero longius eos trahentes a finibus suis, insidias ponentes, post eos convertebantur: ad ipsos accedebant ante et retro; multi vero[b] ex utraque parte mortui sunt, et multi vulneribus debilitati. Tandem Ungari victoria potiti, nobiliores ex eis captivaverunt; ex tanta multitudine vix quinquaginta fugierunt, reliqui omnes aut interierunt, aut captivi abducti sunt. Sancta Elizabeth multis[c] miraculis
73 claruit. Episcopus Babenbergensis et dux Karinthie[73] rapina et incendio se mutuo vastaverunt; sed in omnibus episcopus[d] superior semper[d] extitit, civitates et castella ducis combussit et destruxit. Postquam venerabilis Pataviensis episcopus Gebhardus Rome ab episcopatu cessisset, successit ei[e] Rudgerus, venerabilis Chymensis ecclesie episcopus. Ekkebertus[f] venerabilis[g] Babenbergensis episcopus, postquam bellando vastavit Karinthiam, ab Heinrico de Vinchenstain in dolo captivatur, et per illustrem ducem Austrie Fridericum liberatur. Post octavam Iohannis baptiste idem dux F. Boemiam exercitu maximo congregato intrare volens, processit usque ad castrum Vetau; quod licet omnibus inexpugnabile videretur, expugnavit, et alia quedam castra post predicti expugnationem sibi fuerunt tradita. Audiens itaque rex Boemie, quod tantam multitudinem exercitus haberet et castrum predictum expugnasset, secessit per silvam, licet proposuisset in[h] campo occurrere duci prefato. Rex Ungarie circa festum omnium sanctorum Austriam exercitu magno intrans, partem terre incendio et rapinis devastavit[i];
74 et usque ad Hovelin[74] pervenit; et interfectis multis de suo exercitu, et nobilibus quibusdam captivatis, et civitate Tewen[k] exusta et depopulata, ulterius procedere non valens, pro concordia laboravit. Quo habita revertitur ad sua. Et non post multum tempus idem rex pacifice exeundo processit usque ad Novam civitatem, et ibi a duce honorifice susceptus, firmam concordiam inierunt; ubi facta concordia idem rex ducem amicabiliter ad Ungariam invitavit. Quo facto cum magno comitatu Ungariam veniens, honorifice susceptus rediit ad sua.

AUCTARIUM CLAUSTRONEOBURGENSE.

Priusquam ad continuationes codicis G *accedimus, praemittenda sunt ea quibus in illo Annales Mellicenses usque ad a.* 1075. *et Continuatio Claustroneoburgensis I. aucta leguntur. Sub annis* 1072 *et* 1134 *eadem etiam codex* F *praebet; a.* 1100. 1101. *codex* E.

A. Gotw. 1072. Altmannus episcopus Pataviensis in monte Gotwicensi ecclesiam sancte Eriudrudis et primum altare sancte Marie consecravit.

A. Mell. 1085. Sextum bellum Heinrici regis cum Suevis et Saxonibus iuxta villam que dicitur Pleichvelt.
1090. Sanctus Nycolaus a Myrra Grecie translatus Barim sepultus est.
1095. Facta est expedicio Iherosolimam sub Urbano papa secundo[m], sub duce Gotfrido.
1100. Ita marchionissa Austrie, Leupoldi marchionis defuncti relicta, Iherosolimam ivit.
1101. Similiter Tiemo Salzburgensis episcopus.
1105. (Heinricus — surrexit) et obtinuit.
1122. Hermannus comes provincialis de Saxonia obiit[75].
76 1134. Facta est eclypsis solis media die indiccione duodecima, 3. Non. Augusti[76].

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS III.

Ex codice G. *saec. XIV. qui in ipso Niwenburgensi monasterio scriptus est. Ea potius compilatio est appellanda; nam plures ibi annales mixti sunt*

a) c. sunt sine 3. b) *deest* 1. c) *deest* 3. d) *deest* 3. e) sibi 2. 3. f) Ekbardus 3. g) *deest* 1. h) ei in 1. i) vast. 3. k) Teweyn 1. l) *ita scriptum est in codice* A. *ubi eadem manu saec. XIII. inserta leguntur; sed in nostro codice, foedo errore,* Kal. Oct. *Viam paravit scriptor codicis* F. *qui scripsit:* Kot – *et in sequenti linea* W, *quod scriptor cod. Rec.* 1548. *interpretatus est:* Kal. Oct. Wernhardus. m) V° *cod.*

73) Bernhardus. 74) Hoeflein, citra Leitham, e septemtrione civitatis Bruck. 75) socer Elisabeth filiae pii marchionis, ut videtur. Eius mors etiam in Chron. Reichersbergensi commemoratur. 76) Eadem in codice F legimus. Sed non diversa est ab ea quae 4. Non. Aug. a. 1133. accidit.

et confusi. Agnoscimus Continuationes Claustroneoburgensem I, Scotorum, Sancrucensem I, sed auctas; a. 1151. 1174. 1207. 1210. *de rebus Scoticis plura traduntur quam in ipso Scotorum codice, itaque ex fonte ipso, non ex codicibus nostris haec hausta sunt. Tamen quo facilius quid hic novi accesserit dignosci possit, ea quae eisdem verbis etiam in illis continuationibus leguntur, charactere minuto impressa sunt. Codicis huius similis fuit is quo auctor Chronicae pii marchionis, cuius iam in eodem libro exemplar habemus, usus est; sed quum cetera ad verbum consentiant, annis* 1175. 1177. 1178. *multo plura habet, et quidem egregia. Quae hoc loco edere commodum videbatur. Haec ex eodem fonte manaverunt cum Continuatione Zwetlensi II.*

1142. Leupoldus dux Bawarie et marchio Austrie obiit. Heinricus frater eius successit.

1143. Heinricus dux Bawarie et marchio Austrie filius Leupoldi pii marchionis, duxit uxorem Gerdrudam filiam Lotharii imperatoris, et Saxones pacificantur cum rege Cuonrado.

1144. Innocencius papa obiit, cui Celestinus successit. Eodem anno et ipse Celestinus papa obiit, et in locum eius Lucius eligitur. Illo anno multi ex principibus Italicis frigore Marciano interierunt. Lucius papa obiit. Eugenius eligitur.

1145. Ministeriales prefati ducis Heinrici Bawarie et marchionis Austrie et milites marchionis Styrie Otakari[a] totam penè Austriam preda et incendiis devastaverunt.

1146. Ministeriales ducis Heinrici castrum regis Ungarie quod dicitur Bosonium clanculo ceperunt, sed post pac[a] facta redierunt. Eodem anno rex Ungarie cum prefato duce iuxta flumen quod dicitur Litha bellum contulit, et victor heu exstitit.

1147. Monente papa Eugenio, exercitus christianorum contra paganos versus Iherosolimam dirigitur, cum rege Romanorum Cuonrado et rege Francie Lodowico. Reimbertus[b] episcopus Pataviensis dedicavit ecclesiam Wiennensem sub Eberhardo plebano[77].

1148. Indictione[c] decima facta est expedicio christianorum Iherusalem[d] sub rege Cunrado. Eodem anno inter regem Ungarorum et ducem Austrie Heinricum factum[e] est bellum iuxta Litha[78]. Eodem eciam anno Reimbertus episcopus Pataviensis obiit; Cuonradus filius Leupoldi pii marchionis in episcopatum Pataviensem eligitur[79]. Cuonradus archiepiscopus obiit; Eberhardus abbas in locum eius ordinatur. Regebertus episcopus obiit. Cella beati Iohannis euangeliste in Walthusen[f] fundata est[80], et septima ebdomada dedicata. 1147. 79

1149. Otto beate memorie fundator celle beati Iohannis ewangeliste obiit.

1151. Heinricus prepositus celle obiit. Selpkerus in locum eius eligitur; sed Wernherus abbas de Kotewico oblitus iusticie et veritatis et illius precepti: *Quod tibi non vis fieri alii ne feceris*, locum beati Iohannis invasit, fratresque illos inde eiecit, ac eundem locum annum et octo menses occupavit. Iutta uxor Ottonis[g] obiit. Bellum Monamori initum est.

1152. Cuonradus imperator Romanorum obiit, cui successit Fridericus filius Friderici ducis Suevie. Selpkerus prepositus et fratres restituuntur in locum beati Iohannis ewangelis[h]e.

1153. Eugenius papa obiit; Athanas us eligitur. Athanasius obiit; Adrianus eligitur. Bernhardus Clarevallensis abbas obiit. Eclypsis lune facta est, 3. Kalendas Ianuarii, hora noctis prima.

1155. Claustrum Scotorum in Wienna a duce Austrie Heinrico hoc anno fundatur.

1156. Fridericus imperator ordinatur Rome ab Adriano papa. 1155.

1157. Fridericus imperator cum magno exercitu Italiam intravit et Mediolanum obsedit, et in dedicionem eam accepit; sed statim rebellare ceperunt. Urbs Bohemorum Podewin igne combusta est a populo Austrie. Heinrico duci Austrie filius nascitur Leupoldus nomine. 1158. 1157.

1158. Fridericus Romanus imperator secundo Ytaliam profectus est, et Mediolanenses cum ipso pacificantur. Eodem eciam anno Mediolanenses rebelles existunt. Otto Frisiensis episcopus Leupoldi pii marchionis filius obiit. Heinricus frater Leupoldi nascitur, filius Heinrici ducis Austrie. Niewenburch claustrum combustum est. Hoc anno Fridericus imperator destruxit Criminam. 1160

1159. Adrianus papa obiit. Scisma in ecclesia[b] oritur, Alexandro canonice electo et Victore pro primatu Romane sedis contendentibus. Dedicatum est altare in Walthusen.

a) O. regis t. *cod.* b) Reinbertus *cod.* F. *ubi haec item leguntur usque ad* prevaluerunt *et recte eidem anno adscribuntur. Ibi* ded. eccl. W. s. E. p. *manu subaequali in loco raso scripta sunt.* c) indictum *cod.* d) Iherosolimorum *utrique codex.* e) facta *cod.* facta est iuxta Litha magna congressio, sed Ungari prevaluerunt *cod.* F. *ubi* m. c. s. U. p. *manu secunda in spatio vacuo scripta sunt.* f) in W. *in margine additum est.* g) octonis *cod.* h) in sancta exoritur *cod.*

77) Haec etiam ex codice K dedit Linckius in Annalibus Claravallensibus. 78) Idem quod supra recte a. 1146. retulit. 79) Haec brevius dicta etiam in Contin. Claustr. II. leguntur. Noster eiusdem episcopi mortem mox iterum narrat. — 80) per Ottonem de Machlant; cf. A. v. Meiller, Babenb. Regesten p. 33.

1160. Arnolfus Maguntinensis archiepiscopus in templo sancti Iacobi ab incendiariis occisus est. Fridericus
1161. imperator Mediolanum obsedit.

1162. Fridericus imperator Romanorum in Kalendis Marcii, prima die mensis, felicem et gloriosam de Mediolanensibus victoriam adeptus est. Eodem anno Gyza rex Ungarie obiit, cui successit filius eius Stephanus; qui non multo post regno privatur, et Laizlaus frater defuncti regnum invadit. Selpkerus prepositus obiit. Berhtoldus successit.

1163. Laizlaus obiit, cui Stephanus frater eius in regnum succedit. Et hic eodem anno cum dedecore regno pellitur, et Stephanus filius Gyze regno suo honorifice restituitur, a quo ante privatus fuerat.

1164. Otakarus marchio Styrie obiit. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus obiit, cui Cuonradus Pataviensis episcopus successit.

1167. 1165. Fridericus imperator Romam hostiliter invasit, unde nutu divino multi principes tam spiritales quam seculares, episcopi, duces, comites, vicedomini in comitatu suo interierunt. Item Fridericus imperator Romano-
1165. rum compulit omnem clerum iurare cuidam Gwidoni quem sibi elegerat in papam. Ipso anno Rubertus[a] Pataviensis episcopus obiit, cui Albo successit.

1166. Stephanus rex Ungarie duxit uxorem Agnetem, filiam Heinrici ducis Austrie.

1167. Marquardus Niwenburgensis prepositus obiit, cui Rudgerus frater eius successit. Niwenburgenses apud Frisacum a domino Cuonrado archiepiscopo Salzburgensi consecrantur. Fridericus imperator Austriam intravit.

1168. Rudgerus Niwenburgensis prepositus obiit, cui Wernherus successit. Cuonradus Salzburgensis archiepiscopus, pii marchionis filius, obiit; cui Adelbertus sororius eius, filius regis Bohemie, successit.

1170. Beatus Thomas archiepiscopus Cantuariensis in Anglia passus est. Hoc anno Wernhero preposito consecrati sunt fratres Neuenburgenses, 30 clerici, a venerabili archi-
81 episcopo Alberto apud Vischa[81].

1171. Hoc anno a nativitate Domini post septem ebdomadas Danubius congelatus est. His duobus annis tanta fuit ariditas ut aque fere omnes preter Danubium in partibus Austrie exsiccarentur. Et[b] tamen tanta copia alimentorum fuit ut homines et pecora satis habunde sustentarentur. Item eodem anno sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus martyrio coronatur 4. Kalendas Ianuarii.

Feb. 19 1172. Fridericus imperator curiam Salzburc in dominica *Exurge* celebravit, omnibusque clericis et laicis ab obediencia et servicio Alberti archiepiscopi sub obtentu gracie sue prohibitis Pataviam[c] secessit, ubi Diepoldus pro fratre suo Heinrico in episcopum eligitur. In Nortica silva multi homines luporum rabie dicuntur periisse.

1173. Imperator Fridericus in nativitate Domini curiam Auguste celebravit. Rex Bohemorum confectus senio filium suum Fridericum in locum suum absque consensu imperatoris substituit, unde imperator commotus curia ipsis indicta, regiam potestatem quam quasi ex hereditate sibi vendicaverant, ab ipsis abstulit; et quemdam Zabezlaum consanguineum ipsorum, quem ipsi multis annis incarceraverant, regio nomine sublato, ducem Bohemie constituit. Inundacio magna hyemali glacie recedente facta est, ita ut aqua flueret super muros aliquos in castro Cremense.

1174. Hoc anno in pentecosten Leupoldus et Heinricus frater eius, filii Heinrici ducis Austrie[d], accincti sunt gladio, et ipsa die eidem Leupoldo copulata est uxor sua quam in puericia[e] desponsaverat, Helena nomine, filia regis Ungarie Loutse[f] nomine, soror Bele regis, qui tunc temporis mortuo patre Poutsa in Ungaria regnavit. Fridericus imperator tercio Ytaliam profectus est. Longobardi in dedicionem[g] veniunt, sed eciam eodem anno rebellaverunt. Eodem eciam anno cesar, antequam proficisceretur in Italiam, conventum procerum Ratispone fecit, in quo Alberto archiepiscopo episcopatum Salzburgensem iniquo quorundam episcoporum et prelatorum iudicio abiudicavit, superposito ei Heinrico Perhtersgadmensi preposito. Domnallus rex Anglicos vicit in loco Hybernie qui dicitur Durlus.

Chronica pii marchionis.

1175. Heinricus dux Austrie a Bohemo Ungaroque nec non et a Styrensibus multis
82 lacessitur iniuriis; Austria, Karinthia, Bawaria preda et incendio vastantur, ita ut ministeriales Styrie marchionis nec ab ecclesia, in qua fere trecenti homines igne consumpti sunt, manus continerent.

1175. Henricus dux Austrie multis minis a Bohemo pro terminis, ab Ungaro pro fratre suo puero[82], quem ipse egressum de Ungaria ductore Laurentio quodam comite ad id tempus servaverat contra voluntatem regis, pulsatur. A Styrensibus multis quoque lacessitur iniuriis, unde indignati ministeriales ducis

a) Rulbertus *cod.* b) Et — Ian. *in marg. manu aequali. Chronica pii marchionis.* c) *ita Chron. p. m.* prouincia *c.* d) Ioch sam mir got *additum est in* e) paramit *c.* f) *ita cod. sed* loutse *et mox* loutsa *legendum esse apparet.* g) dicionem *c.*

81) In Cont. Claustr. II. haec anno 1169 tribuuntur, et loci mentio desideratur. 82) Geisa, fratre Belae III. regis. Cf. Chron. Posoniense. inter Lad. Endlicher SS. Rerum Hungaricarum p. 57. Geisa mox in Bohemiam fugit ad Sobezlaum, qui eum fratri tradidit.

Chronica pii marchionis.

Austrie Vischa civitatem et illi contigua preda et incendio in solitudinem redegerunt. Fideles etiam ducis Anesim civitatem marchionis et circumiacentia incendiis vastaverunt.

1176. Dux Bohemie auxilio Bolanorum, Saxonum, Swrbonum, Ungarorum, terminos Austrie ingreditur et ab Egenburch usque ad Danubium et Marcham flumen descendens totam Austriam incendio et rapinis inhumane vastavit. Eodem anno Leupoldus et Heinricus filii ducis Austrie Maraviam terram comitis Ottonis ingressi, preda et incendio vastaverunt. Hiis ergo patratis et Australibus revertentibus, dux Bohemie contracta interim valida manu a tergo nostros insequitur, et a quarto Idus Decembris usque in 14. Kalendas Ianuarii, 10 diebus preda et incendio Zwetel et sibi contigua devastavit; dux vero Heinricus eisdem diebus, videlicet 3. Kalendas Decembris, de equo corruens, talo eius irrecuperabiliter fracto graviter deprehensus languore, brevi tempore scilicet Idus Ianuarii ad mortem deductus est.

1177. Hoc anno dux Austrie Heinricus, Leupoldi pii marchionis filius, vir ab stirpe[a] nulli mortalium nobilitate secundus, post[b] multas et graves quas a Bohemis in terra ditionis sue sanus et semivivus sustinuerat contumelias, Idus Ianuarii in oppido Wienne obiit, et ibidem in monasterio sancte Dei genitricis Marie sanctique Gregorii pape, quod ipse fundaverat et monachis Scoticis locaverat, 18. Kalendas Februarii medio ecclesie sepelitur. Quo sepulto filius eius Leupoldus, qui Deo auctore patri feliciter successit[c], cum paucis suorum nobilibus et ministerialibus in Ytaliam ad imperatorem Fridericum pro patris ducatu profectus est, una secum consobrino suo[83] duce Karinthie Hermanno festinante; et licet imperatore in Ytaliam proficiscente, agente patre in curia celebri Ratispone in presentia principum ducatum recepisset, consilio tamen suorum iterato super hoc eodem imperatorem in Ytalia adiit, et iuxta Pisaurum in quodam castro in conspectu Teutunicorum et Ytalicorum principum secundo ab eodem dive memorie imperatore Friderico patris sui dignitatem 6. Kal. Martii suscepit. Eodem etiam anno 8. Kal. Aug. Veneciis ad valvas sancti Marci in celeberrimo episcoporum Germanie et Ytalie conventu, federatis sibi duobus primis ecclesie capitibus, apostolice sedis pontifice papa Alexandro et nobilissimo imperatore Friderico, terminatum est scisma pestilentissimum inter papam Alexandrum et fautores Octaviani, ab ortu suo anno 19. In qua etiam concordia, quod durum est et lacrimabile, pie recordationis dominus Albertus Salzpurgensis archiepiscopus, vir prime innocentie et nobilitatis, filius regis Bohemie[85], sororius ducis Austrie, canonice electus et consecratus, et ab ipso apostolico pluribus epistolis confirmatus, ob gratiam et favorem imperatoris ab eodem papa ecclesia sua privatus est, et Chunradus Moguntinus, per quem antea idem Albertus ab eodem apostolico fuerat inpalliatus, illi est substitutus. 83 85

Hic princeps regum proles, regis Chunradi germanus, et tunc temporis feliciter imperantis Friderici imperatoris patruus. Hic maximas imperii dignitates, scilicet palatium Reni et ducatum Wabarie et Austrie floride rexit[84]. 83

1178. Isto anno quidam nobiles Bohemorum a duce suo Sodizlao multa gravia passi, metuentes graviora, in gratiam ducis Leupoldi redierunt, et se suaque illi submittentes, auxilium illius in tyrannum Bohemie imploraverunt.

Unde Leupoldus dux Austrie contracto exercitu terminos Bohemorum intravit, et duabus provinciis Olmunz scilicet et Brunne vastatis in sua rediit.

Quorum etiam monitu dux Leupoldus contracto exercitu tantum Australium in summa festinatione, unde et multam partem contigit militum domi remanere, 9. Kal. Iulii transmisso[d] amne limitis terre sue terminos Bohemorum intravit, et sequenti die ducem Bohemie castris suis exuit, et fugientem a mane usque ad vesperam persecutus, vix tandem hora cene Iun. 13.

a) stype 1. b) propter 1. c) *hic narratio interrumpitur in cod.* 1. *sed sequentia* cum — suscepit *praebet Chron. pii marchionis, ubi post terminatam ut supra expressum est narrationem, postea additur:* Iste Leupoldus qui Deo auctore *etc.* d) traniuso *c.*

83) potius marito sororis suae Agnetis, post mortem Stephani regis Ungariae, cui primo nupserat. 84) Cf. A. v. Meiller, Babenberger Regesten p. 220 n. 177. 85) Wladislai, qui Gertrudem duxerat, sororem Heinrici ducis.

Chronica pii marchionis.

cum universo exercitu suo pransus quievit. Deinde singulis diebus convestigia premens fugientis, per loca aspera et paludes intransmeabiles cum summo labore exercitum duxit, et tandem ducem Sodizlaum a fratre suo Wazilao separari coegit. Quorum alter dux videlicet maiorem Bohemiam, alter scilicet Wazila in metropolim Moravie et sedem apostolicam[a] Olmuntze confugit, et portas urbis lapidibus obstruxit, et muros palis quos vulgo planchas vocat[a] communivit. Quem evestigio insequens dux Leupoldus, in vigilia apostolorum Petri
Iun. 28. et Pauli super ipsam metropolim castra locavit; sequenti die agentibus duobus
Iun. 29. iuvenculis pene universus exercitus absque consilio et sine ordine assultus in muros fecerunt, unde et plurimi sudibus et lapidum ictibus male affecti; tandem post diutinum a mane usque ad vesperam assultum, uno tantum milite ictu lapidis et uno sagittariorum occiso telo toxicato, tandem in castra redierunt. Multi autem Bohemorum tum circa muros occisi, tum in flumine Maraha sunt suffocati. Ad eam etiam necessitudinem burgenses sunt adducti, ut[b] menia et propugnacula dissiparent et telis defficientibus in hostes mitte-
Iun. 30. rent. Tercia demum die consilio meliorum et intuitu regis Ungarie qui ei bellum minatus fuerat, cum ipse votis omnibus pugnam obtaret, castra ab opido versus terram suam in summo otio summaque securitate movit. Duabus autem provinciis Olmuntz et Brunne vastatis incendio et rapinis, in summa gloria rediit.

Cuonradus archiepiscopus a domino imperatore in Lombardiam vocatus apud Thaurinum ad ipsum venit; dimissus ab eo crucem et lanceam Domini et alia imperii insignia[c] ad
Iun. 14. partes Teuthonie occulte secum transportavit; privilegium de confirmacione tocius episcopatus ab eo impetravit. Richerus Vrixinensis episcopus senio confectus episcopatum resignavit; pro quo Heinricus quondam Salzburgensis electus eligitur, et a Cuonrado archiepiscopo
86 apud Athle[86] consecratur. Zabezlaus dux Bohemorum accusatus apud imperatorem, quod fratrem regis Ungarie ad se transfugientem, fratri fraudulenter reddidisset, ducatu suo privatur, et Fridericus pro eo restituitur.

1179. Fridericus imperator[87] cum Zabezlao priore duce Bohemie gravi prelio confligens, victus ab eo cum paucis vix evasit. Secundo dehinc prelio inter eosdem commisso Fridericus victor existens, Zabezlaum a provincia exire coegit. Eodem anno synodus Rome celebrata est sub Alexandro papa in media quadragesima, omnibus fere Italice et Teutonie
88 et tocius Gallie, sexcentorum et eo amplius episcoporum celebravit[88]. Depositi sunt in eodem concilio Argentinensis et Basiliensis, eo quod a papa scismatico consecracionem recepissent. Romanus Gurcensis secundus eiusdem nominis episcopus obiit. Dietricus eiusdem loci prepositus eligitur et consecratur. Niwenburgenses a domino Diepoldo Patauiensi episcopo consecrati sunt in civitate Enasii, sub Werenhero preposito.

1180. Heinricus dux Bawarie et Saxonie miro fastu contra imperatorem Fridericum et totum imperium Romanum senciens, insperata velocitate et facilitate, vocatur ad curiam quo cum venire contempneret, de summo culmine honorum et temporalium bonorum cecidit.

1181. Salzburch corpus beati Virgilii eiusdem urbis episcopi subter murum absconditum invenitur et ibi multis signis miraculorum claruit. In Patavia quoque sepulchrum beati Pilgrimi eiusdem urbis episcopi, aperitur, miraculis clarescere cepit. Fridericus imperator secundam in Saxoniam expedicionem movens, omnes fere civitates et castella Heinrici quondam ducis Bawarie et Saxonie aut cepit aut piruit; ipsum[d] omnimodam dedicionem coegit. Alexander papa obiit; pro quo Lucius. Manuel imperator Grecorum obiit. Ludowicus rex Francie obiit, cui Philippus filius eius successit. Hermannus dux Karinthie obiit.

89 1182. Theodora[e] ducissa Austrie, femina prime nobilitatis et fortune, obiit[89]. Que Heinrico tunc temporis duci Bawarie et principi Austrie in expeditione[f] Iherosolimitana Constantinopoli, presentibus duobus regibus, Cuonrado videlicet rege Romanorum et Emanuel rege

a) *ita codex.* b) ubi menias *c.* c) signia *cod.* d) ad *decesse videtur.* e) Thedora *in schedula p. 338 inserta ubi haec usque ad* copulata *manu eiusdem fere temporis cum reliquis scripta sunt; sed ad a.* 1183. f) expedito *c.*

86) Altel. monasterium Bawariae ad fl. Inn; v. Sinnacher, Beiträge III, 589. 87) minime imperator, sed dux Bohemiae. 88) Manifeste apparet, haec ex binis Annalibus male composita esse. 89) Obiit demum a. 1184. Ian. 2. vel 3.

Grecorum patruo[a] eiusdem Theodore, faventibus utriusque regni principibus, in salutem multorum milium populi christiani Dei ordinacione in maxima gloria est copulata. Eodem anno revertitur dux Leupoldus afferens porcionem sancte crucis ad mensuram virilis manus. Eodem anno terre motus factus est, 2. Kalendas Maii, tribus vicibus una nocte.

1183. Dominus Christianus Moguntinus archiepiscopus et imperii cancellarius obiit; post[b] cuius mortem Moguntini dominum Cuonradum Salzburgensem archiepiscopum eligunt et recipiunt. Albertus quoque similiter tempore scismatis a Salzburgensi ecclesia per violenciam imperatoris pulsus, eandem sedem recepit, sicque omnia in pristinum statum revocata sunt. Otto dux Bawarie, id est palatinus comes, obiit; cui successit filius eius Ludowicus.

1184. Imperator curiam celebrem in pentecoste Moguncie celebravit, in qua duos filios suos, Heinricum regem et Fridericum ducem Suevie, gladio militari accinxit. Albertus Frisingensis episcopus obiit, 3. Idus Novembris[90]; pro quo frater Theobaldi Pataviensis epi- 90
scopi[91] eligitur, et in sequenti anno post pascha in dominica *Iubilate* Salzburch ab archiepiscopo Alberto consecratur, cooperantibus Cuonrado Ratisponensi, Theobaldo Pataviensi, Heinrico Brixinensi episcopis.

1185. Diarmicius rex ab Anglicis dolo occiditur, cui Donnoaldus filius eius succedens, Sifridum cum ceteris Anglicis a quibus pater eius occisus fuerat occidit. Cunradus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo Gotfridus cancellarius imperatoris eligitur. Lucius papa moritur, pro quo Urbanus III. Mediolanensis archiepiscopus instituitur.

1186. Fridericus dux Bohemie conspirantibus adversum se Bohemis in Austriam profugus venit, sed auxilio fratris sui Alberti Salzburgensis archiepiscopi, et consanguinei sui Leupoldi ducis Austrie, valida militum manu collecta totam Bohemorum terram in dedicionem cum obsidibus recepit, et eum quem pro ipso ducem instituerant, violenter eiecit[92]. 92
Wernherus Neuenburgensis prepositus locum regiminis sui deserens alio conversari cepit. Gotschalcus in locum eius successit.

1187. Iherusalem a paganis expugnata est, 6. Nonas Octobris, sexta feria. Urbanus papa obiit; Gregorius successit. Hoc anno dedicatum est monasterium S. Crucis a venerabili cardinali Theobaldo Ostiensis et Velletrensis ecclesie episcopo, sanctissimo sedis apostolice legato, 2. Kalendas Februarii, prima ebdomada septuagesime in die sabbati, cum maxima cleri et populi devotissima gloria. Eodem etiam tempore, 3. Kalendas Marcii, altare sancte Crucis et sancti Mauricii ab eodem cardinali consecrata sunt, et altare sancti Michaelis Kalendis Februarii ab eodem. Gregorius[c] papa precepto et monitis ut christiani milites Iherosolimam contra paganos armati pergerent complere studuit, cardinales suos et episcopos cum reliquis locius probitatis nunciis transmitteudo, imperatori videlicet primo, deinde reliquis ecclesie hominibus et locius virtutis principibus.

1188. Fridericus imperator fide Christi succensus signo sancte Crucis se signavit, generalem expedicionem adversus paganos indicens; ad liberandam civitatem et terram Ierusalem de manu Sarracenorum totis viribus se toto hoc anno preparavit. Gregorius papa obiit, cui Clemens subrogatur.

1189. Exercitus christianorum cum imperatore Friderico de diversis regionibus congregatus, adversus Saladinum et Sarracenos properans, pentecosten in finibus Austrie in campo qui dicitur Viervelde celebravit, ibique pluribus pro necessitate exercitus prudenter dispositis, a rege Ungarie honestissime receptus, per Ungariam usque in Greciam transivit, et viam sancti sepulchri aggressus est.

1190. Fridericus imperator 4. Idus Iunii, die dominica, in peregrinacione diem clausit extremum; cui Heinricus filius eius in regnum successit. Diepoldus quoque Pataviensis episcopus ibidem obiit, cui Wolfkerus successit. Dux Austrie Leupoldus secundo, et rex Francie, rex quoque Anglie et comes Flandrie de terra sua versus Iherosolimam egressi sunt. Rex eciam Roinanorum Heinricus VI. Apuliam eodem anno cum exercitu petit. Eodem tempore dux Bawarie Heinricus in graciam regni receptus est.

1191. Heinricus rex, morte imperatoris augusti patris sui audita, cum exercitu Romam proficiscitur. Heinricus rex Rome consecratus imperatoris et augusti nomen accepit. Dux Swevie filius imperatoris Friderici in peregrinacione obiit. Clemens papa obiit, cui Iscintus qui et Celestinus successit. Rex Francie et dux Austrie Leupoldus ab Iherosolimis redierunt. Heinricus imperator de Apulia rediit incassum. Episcopus Coloniensis, dux Bohemie Otto, cancellarius imperatoris et alii principes multi ibi mortui sunt. Facta[e] est eodem anno ex- 1189.
pedicio christianorum Ierusalem sub imperatore Friderico[e], qui diversis laboribus victor transivit Iconium; inde veniens ad fluvium Seleph, se refrigerare volens heu submersus est. 1190.
Postmodum nobiliores non gladio nec[f] fame cum maxima parte exercitus obierunt.

1192. Otacharus dux Karinthie et Styrie obiit, cuius hereditatem Leupoldus dux Austrie de manu imperatoris sollempniter suscepit. Rex Anglie ab Iherosolimis rediens, a duce Leupoldo ob contemptum in transmarinis sibi partibus illatum, in opido Wienne capitur. Gotschalcus Neuenburgensis prepositus obiit; cui Wernherus qui et

a) patrua *c.* b) pro *cod.* c) eodem Gregorio *cod.* d) Facta — obierunt *etiam cod. Sal.* 416 *hic inseruit.*
e) Heinrico 1. f) *leg.* sed *nisi verba aliquot excidernnt.*

90) scil. a. 1183. secundum Annales Zwetlenses; sed 1184. Ann. Salisb. cum Contin. Cremifanensi.
91) Otto II. 92) scil. Conradum.

antea prepositus fuerat revocatur. Wolfgerus Pataviensis episcopus eligitur. Heinricus rex filius Friderici imperatoris cum expedicione in Italiam venience, a Celestino papa imperator ordinatur.

1193. Rex Anglie a duce Leupoldo in potestatem et captivitatem imperatoris traditur. Heinricus imperator secundo in Apuliam profectus prospere egit. Wernherus Niunburgensis prepositus in spicem Gurcensis episcopus electus, Ottonem successorem reliquit; quo in brevi mortuo, Rudolfus decanus successit. Wienne incendio flagrat. Danubius ium vice altera contra solitum inundans, vicina loca cum hominibus et iumentis occupat. Eodem anno pie memorie Leupoldus dux Austrie et Styrie, sequenti die natalis Domini circa castrum Gretz equo lapsus, 2. Kalendas Ianuarii moritur; in domo sancte Crucis sepelitur. Cui filii sui, Fridericus videlicet et Leupoldus, in ducatum utriusque regionis succedunt. Imperator Heinricus totam Apuliam sine bello Romano imperio subegit. Domnallus rex Anglie obiit. Marchertachus filius eius successit.

1194. Fames valida facta est in Teutonis, homines et iumenta aut penitus deficere aut mori coegit.

1195. Wernherus episcopus Gurcensis obiit 5. Nonas Mai. Rudolfo decedente, Dietricus Niunburgensis prepositus eligitur. Finanus abbas obiit, cui Gregorius successit. Hoc anno autumpnali tempore quoddam genus locustarum, 4 pennas habens, venit ab[a] exteris regionibus, transiens per Ungariam et Marchiam et Carniolam, vastans in circuitu omnia; cum elevaretur a terra quasi nebula consurgebat, et pre multitudine sua lucem diei et splendorem[b] solis obtenebrabat. Fridericus dux Austrie et multi principes Teutonici regni cruces acceperunt. Innumerabilis multitudo paganorum Hyspaniam intraverunt, et initum bellum inter christianos et paganos in Hyspania, in quo multi heu christiani ceciderunt.

1196. Cuonradus Moguntinus archiepiscopus et multi principes signo sancte crucis signantur. Bela rex Ungarie obiit. Eimricus filius eius successit. Otto lantgravius obiit.

1197. Celestinus papa obiit; Innocencius successit. Heinricus imperator in Apulia moritur; unicum filium Fridericum nomine reliquit, sed Philippus frater imperatoris regnum invasit, Ottone Saxone sibi resistente. Expedicio tercia Iherosolimitana. Cunradus Moguntinensis archiepiscopus profectus est Ierosolimam circa nativitatem Domini. Eodem anno Wolfkerus Pataviensis episcopus, et dux Austrie Fridericus et alii plures Ierosolimam profecti sunt.

1198. Fridericus dux Austrie peregre moritur. Leupoldus dux Styrie frater eius successit.

1199. Eimricus rex Ungarie expulsum fratrem suum persequens, terminos Austrie preda vastavit et igne. Philippus rex pluries moto exercitu prospere egit. Wolfkerus Pataviensis episcopus quinquennii pace inter christianos et Sarracenos composita, Iherosolima rediens hostes episcopatus fortiter compescuit. Constancia imperatrix obiit, et parvulum quem in ceptra[c] nutrierat, Fridericum heredem reliquit. Corpus Christi in specie cruente carnis in Augusta civitate[d] apparuit. Helena ducissa Austrie obiit.

1200. Leupoldus dux Austrie et Styrie in die pentecostes ambicione magna accinctus est gladio, presente Cuonrado Moguntino archiepiscopo, Eberhardo Salzburgense archiepiscopo. Pax inter regem Ungarie et ducem Austrie componitur, fratre in consorcium regni recepto. Cuonradus Moguntinus archiepiscopus obiit. Monasterium sancte Marie et sancti Gregorii in Wienna ad Scotos a Wolfkero Pataviensi episcopo consecratur.

1201. Terre motus factus est magnus, 4. Nonas Mai.

1202. Expedicio quarta Iherosolimam. Hoc anno Leupoldus dux Austrie nupcias Wienne multis principibus ibidem convenientibus pompissime[e] celebravit. Georius abbas obiit, cui Udalricus successit.

1203. Leupoldus dux Austrie et Styrie Theodoram neptam regis Grecorum duxit uxorem. Otacharus rex Bohemie terminos regni Teutonicorum potenter intravit et in pace rediit. Cuonradus Ratisponensis episcopus, et Ludowicus dux Bawarie mutuis cladibus terram corruperunt. Constantinopolis capta et exusta virtutem Gallorum mirari didicit. Eimricus rex Ungarie data fide per religiosos viros fratrem suum dolo captum et cathenis constrictum perpetualiter incarceravit; sed eodem anno divina ultcione percussus in fata concessit. Quo defuncto frater de cathenis eripitur, et sub nomine tutoris filii fratris sui, quem pater infantulum coronaverat, super regnum Ungarie sublimator.

1204. Patriarcha Aquilegensis obiit, cui Wolfkerus Pataviensis episcopus successit, et ipse Popponem successorem habuit. Philippus rex exercitum Bohemorum secunda erupcione cum suo rege fugavit; non minus preda quam victoria nobiliter potitur. Udalricus abbas obiit, cui Marcus post cursum trium annorum successit.

1205. Philippus rex Romanorum post bellicos septennii labores tandem optatis pace et regno potitur. Eimricus rex Ungarie mirum qua die fratrem dolo ceperat, revoluto tempore et ipse captus, interitu quem consortem habere noluit, heredem reliquit. Grecia cum sua Constantinopoli ob necem regis[f] Alexii, Porphirogenitorum gente, cesim per viros ac feminas de ata in ius exterorum devenit, direptisque operibus[g] contigit non parvam dominice crucis porcionem cum aliis sacris reliquiis duci Austrie Leupoldo perferri. Andreas reginam uxorem fratris et filium eius heredem regni persequens, terminos Austrie usque Wiennam intrare coegit, ibique puer moritur, et regina marito astoque orbata auxilio ducis Austrie ad terram suam Arrogoniam proficiscitur. Expedicio regis Philippi versus Colonian, cui dux Austrie Leupoldus cum magno exercitu militum interfuit. Poppo episcopus Pataviensis obiit; Manegoldus abbas de Chremsmunster successit.

1206. Fundata est domus in Campo lyliorum. Domnallus rex Corcaie obiit.

1207. Malachias Lesmorensis episcopus Roma veniens, ex cuius auxilio et intercessione pro conventu ad dominum ducem Marcus[h] unanimiter et canonice coram episcopo Lesmorensi[i] eligitur et in Patavia a Manegoldo Pataviensi episcopo honorifice consecratur. Leupoldo duci Austrie nascitur filius nomine Leupoldus, 8. Kalendas Aprilis.

1208. Philippus Romanorum rex cum expedicionem contra Prunswich parat, iniquo quorumdam consilio principum Babenberch ab episcopo eiusdem loci invitatur, ab Ottone palatino comite dolo occiditur, et regina morte eius cognita pre dolore moritur. Fridericus rex Apulie filiam regis Arragonis, relictam[k] regis Ungarie, [93] duxit uxorem[93]. Leupoldus dux Austrie et Styrie zelo fidei accensus cum pluribus nobilibus terre sue in Neuenburch signo sancte crucis insignitur. Eodem[l] anno peregrinacio puerorum.

a) a desteris *c.* b) splendore *c.* c) incepta *cod.* d) augusti ciuitati *c.* e) *ita codex.* f) regem *cod.* g) *ita codex.* h) inareus *c.* i) Lesmonensi *c.* k) relicta *c.* l) E. a. p. p. *etiam cod. F habet.*

93) Constantiam, relictam Emerici, filiam Alfonsi regis, quae Friderico nupsit mense Augusto a. 1209.

1209. Ottoni regi ob concordiam regni filia regis defuncti desponsatur. Otto palatinus ob necem regis Philippi capite truncatur.

1210. Otto de Prunswich Heinrici ducis Bawarie quondam expulsi filius, in regem eligitur; et ipse per Italiam cum expedicione pacifica securitate Romam usque profectus, ab Innocencio papa promotus imperator efficitur. Otto prosperis successibus mirabiliter elatus adversus Fridericum regem Sicilie Apuliam ingreditur. Pestilens heresis Paterinorum cum plurimos christiani nominis serpendo corrumperet, auctore Deo prodita est, et variis tormentis multi eorum necati. Fingen rex Corcaie a suis in dolo occiditur[94]. In cuius locum Dirimicius rex filius eius successit. 91

1211. Otto imperator dum possessionibus apostolicis ecclesie Romane iureiurando promissis dum violenter postmodum abutitur, ab Innocencio papa tercio commonitus nec correctus, anathematis animadversione percutitur. Eodem anno multi principes orientalium ex mandatis domini apostolici coniurant adversus Ottonem imperatorem. Exercitus Saracenorum de tota Affrica collectus cum suo rege mari transito, fines aliquos Hyspanie violenter occupavit, et reges christianos circumquaque positos, die quoque futuri conflictus expresso, superbe provocavit. Eclypsis lune facta est quasi media nocte, 10. Kalendas Novembris. Gerdrudis[a] regina ab Ungaris occiditur[95]. 95

1212. Otto imperator ab Apulia prospere regreditur, regalibusque nupciis Prunswich magnifice celebratis filiam regis Philippi duxit uxorem. Sed celebres nupcie proh dolor in lugubres exequias regine in brevi convertuntur. Otto post annum excommunicatus non resipiscens, apostolica sentencia pronunciatur hereticus, et imperio deponitur omnino, katholicis ab eius reverencia et obsequiis per excommunicacionem cohibitis. Fridericus rex Sicilie Ottonem evestigio secutus, favore et auxilio principum Romanorum regnum ingressus est, et ab omnibus gloriose susceptus. Fridericus rex Ratispone celebrem curiam habuit, plurimis principum sibi iureiurando confederatis.

1213. Leupoldus dux Austrie et Styrie cum magno comitatu ad terram sancti Iacobi ad bellandum paganos transierat. Multi principum et aliorum fidelium in Hyspanies profecti cum Sarracenis die condicto, scilicet 4. Kalendas Iulii, bellum iniorunt. Sarraceni robustos et feroces animos nostrorum non ferentes, magno sic detrimento terga verterunt. Otto dictus imperator equestres copias regis Friderici declinans fines Colonie adiit. Colonia et Aquis grani cum Ottone suo rebellant.

1214. Synodus Rome facta est sub Innocencio papa apud ecclesiam sancti Iohannis.

1215. Innocencius papa obiit, cui successit Honorius papa. Manegoldus[b] episcopus Pataviensis obiit, cui successit Ulricus.

1216. Leupoldus adhuc puer obiit, filius scilicet ducis Leupoldi. Rex Ungarie Andreas et Leupoldus dux Austrie et Styrie, cum principibus diversarum provinciarum, viam sancti sepulchri aggressi sunt. Ditricus Neuenbergensis prepositus agente duce Leupoldo amministracione privatur, et Wisinto substituitur.

1217. Idem dux Leupoldus transfretavit mare 16 diebus Deo protegente, quod antea valde inauditum erat.

1218. In principio anni ipsius Andreas rex Ungarie exercitum Christi relinquens discessit non minima manu collecta, et in fine anni ipsius cum magno labore contumeliose propriam terram ingreditur. Damiata civitas regalis in Egypto sita, auctore duce Leupoldo et instigante, ab exercitu christianorum circumdatur. Pagani multas civitates proprias timore perterriti vacuas dereliquerunt; insuper et castella plurima propria valde munita propria manu destruunt. Ditricus prepositus Neuenburgensis quondam obiit. Otto imperator excommunicatus adhuc ab Innocencio papa defuncto[c].

1219. Civitas sancta Ierusalem ab ipsis paganis magna ex parte destruitur. Leupoldus dux Austrie et Styrie gloriose ad propriam terram revertitur. Civitas Damiata nocte furtive ac miraculose a christianis capitur, nullo tamen christiano pereunte. Wisinto Neuenburgensis prepositus amministracioni cessit. Bohemia ab Honorio papa excommunicatur.

1220. Fridericus filius Heinrici imperatoris, nepos Friderici imperatoris, rex Romanorum ac rex Sicilie, Apulie, Galabrie ac dux Swevie, imperator Rome consecratur ab Honorio papa, 10. Kalendas Decembris. Walterus decanus Sancti Floriani in loco Wisintonis constituitur.

1221. Ludowicus dux Bawarie et Ulricus episcopus Pataviensis cum aliis multis heu malo nostro ad Terram sanctam tendunt. Civitas illa regalis Damiata in Egypto[d], quam magna probitate christiani ceperunt, et per duos annos possederunt, hoc anno amiserunt tali modo. Christiani exierunt a Damiata, circa centum milia hominum et plus, ut caperent pontem qui distat per quinque vel quattuor rastas a Damiata, transiens fluvium minorem qui dividitur a maiori; quem pagani ne transirent destruxerunt. Christiani vero quia non habebant copiam navium, inter duo flumina tentoria sua erexerunt, volentes expectare auxilium christianorum, quia naves domini imperatoris que venture erant; et fecerunt magnam et profundam fossam circa se, nec pagani poterant irruere super eos. In eodem vero tempore Nilus stagnavit sicut solet Egyptum irrigare quolibet anno, et sic inundacione Nilus transivit ripas, et finitima loca replevit, eciam fossam illam quam christiani fecerant circa se. Tunc pagani facientes fossam de minori flumine in magnum flumen quod circuit in Damiatam, per quam naves suas induxerunt, nec de Damiata victualia ad christianos per aquam portare permiserunt. Christiani fame coacti consilio principum exierunt fossam, volentes redire in Damiatam. Pagani vero circumdederunt eos, et ulterius eos ire prohibebant, ubi strages ad 35 milia hominum facta est, et sic pro omnibus christianis a capcione Damiate comprehensis, et pro vera cruce reddita est Damiata paganis, et multi christianorum sine lesione captivantur; qui captivi tenebantur in paganismo, a vinculis resolvuntur. Eodem vero tempore pirate paganorum combusserunt igne inextinguibili septingentos tam sacerdotes quam alios clericos in una navi in flumine.

1222. Dux Bawarie predictus Ludowicus confuse revertitur. Sollempnitas magna in Wienna fit. Dux Saxonie duxit uxorem Agnetam filiam Leupoldi ducis Austrie et Styrie. Eodem anno Ulricus Pataviensis episcopus redeundo a Dathiata obiit, cui Gebhardus successit.

a) Ged. r. ab U. o. *in codice* F *margini inscriptum est iuxta annum* 1212. b) Manegoldus — Ulricus *manus* 2 *in margine addidit.* c) obiit *deest aut corrigendum est:* defunctus est. d) *patet haec ex duabus relationibus esse conflata.*

94) anno 1211 secundum Continuationem Scotorum. 95) anno 1213.

1223. Waltherus Neuenburgensis prepositus obiit, pro quo Marchardus. In Longobardia terremotus factus est magnus, qualis nec postea nec antea visus est. Civitas quedam nomine Privia funditus est subversa, et multi homines in ea perierunt. Rome terra rubea pluit per diem integrum et noctem. Predicatores crucis missi sunt in universum mundum. Andreas rex Ungarie crucis signatur cum multis aliis. Heinricus dux de Medlico obiit. Nix nixit in Styria, que versa est in sanguinem. Rex Tharais terram quo dicitur Valewin penitus devastavit, et habitatores interemit, nec non et multos de Ruthenis interfecit auxilium volentibus illis prestare. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis a quodam comite cognato suo interfectus est.

1224. Heinricus Romanorum rex, filius Friderici imperatoris, presentibus principibus in Nuornberch repudiat filiam regis Bohemie sibi desponsatam. Magna pestilencia et ante inaudita vastavit pene universum mundum. Andreas Pragensis episcopus obiit.

1225. Idem Heinricus Romanorum rex celebrans sollempnes nupcias in Nurnberch, Margaretam filiam Leupoldi ducis Austrie et Styrie duxit uxorem. Ipso quoque die in pre-
96 fata urbe Heinricus, filius Leupoldi ducis Austrie et Styrie, duxit uxorem[96] sororem Ludowici lantgravii Thuringie. Ipso quoque anno Fridericus Romanorum imperator apud Brandusium duxit uxorem filiam regis Iherosolimorum. Multi cruce signati sunt per industriam cardinalis Portuensis, qui dicebatur Cunradus, de ordine Cysterciensi, et cuiusdam de ordine Predicatorum, qui vocabatur Iohannes.

1226. Margareta uxor Heinrici regis dyademate coronatur. Marchardus Neuenburgensis prepositus privatus aministracione moritur. Chunradus substituitur. Heinricus filius ducis Austrie consilio et auxilio quorundam iniquorum opposuit se patri suo, atque castrum Haimburch preoccupavit, matremque suam inde satis contumelioso eiciens; quod tamen pater castrum in brevi recepit. Deinde idem filius vite patris sui multimodis insidiatus est, sed tamen Deo se protegente evasit manus eius. Fridericus Romanorum imperator prelatis ecclesie et principibus regni pro negocio sancte crucis curiam apud Cremonam indixit. Longobardi vero timentes insidias imperatoris, viam ubique inter montana venientibus obstruxerunt. Unde valde commotus imperator, cum aliis principibus tamen sine lesione ipsorum in regnum Sicilie se contulit, ceteri eciam ad propria sunt reversi. Fridericus filius ducis Austrie in Prunswich nupcias celebravit. Cuonradus Ratisponensis episcopus obiit.

1227. Andreas rex Ungarie Rusciam cum exercitu veniens, ab ipsis statim fugatus recessit, interfectis non nullis de exercitu suo. Gens que dicitur Valwin fidem Christi suscepit; ex quibus baptizati sunt fere 10 milia. Ludowicus lantgravius Turingie in passagio messis cum multis cruce signatis obiit; multis eciam retro aspicientibus ad propria reversi sunt; ceteri sine rectore ad Terram sanctam proficiscuntur, qui computati sunt ad octoginta milia hominum. Honorius papa obiit. Gregorius Hostiensis episcopus eligitur. Heinricus iuvenis dux, filius ducis Austrie Leupoldi, obiit. Gregorius papa cum Iohanne Ierosolomitano et Longobardis conspirat adversus
1226. imperatorem. Fridericus imperator Cremonam veniens, principibus Alamannie indicit curiam; sed Longobardi precludunt circumquaque Alpes, ne sicut vocati fuerant veniant. Imperator Fridericus excommunicatus a Gregorio papa mare transfretavit. Dominus Werenherus abbas Sancte Crucis obiit. Dux Bawarie[a] atque alii multi ex nobilibus per Bawariam Leupoldo[b] duci Austrie et Styrie insidias mortis parabant; quas tamen per Dei graciam sine lesione evasit.

1228. Papa Gregorius VIII. in cena Domini imperatorem Fridericum tercio excommunicatum publice denunciavit. Unde non parum ipsi Romani turbati, ipsum papam in secunda feria pasche in ecclesia sancti Petri infra missarum sollempnia que personaliter celebravit, contumeliis et blasfemiis afficientes[c], ab iniectione manuum vix abstinuerunt. Unde papa in pallacium apud Sanctum Petrum se recipiens, post aliquos dies Urbem exivit, et in Tuscia primo apud Reatum, postmodum apud Parysium habitavit; ubi habito colloquio principes imperii a fidelitate imperatoris absolvit. Imperator defuncta imperatrice in puerperio, transfretavit et ad Cyprum usque ad Karon pervenit; ibi in magna gloria susceptus, et post paucos dies legatus soldani eum honorifice recipiens[d]. Dormicius rex Anglie gloriosus de Semovie post multa bella et infinitas victorias versus Anglicos acquisitas in Christo requievit.

1229. Gregorius papa collecto exercitu Apuliam et Siciliam querit depopulari, omnibusque transfretare volentibus precludit transitum. Operante gracia Dei terram repromissionis christiani possederunt per imperatorem Fridericum. Idem imperator rediit de transmarinis partibus in regnum suum Sicilie, auxilio et consilio regis paganorum scilicet soldani. Fridericus filius ducis Austrie neptem regine Ungarie repudiavit, que copulata erat ei in coniugio, et filiam ducis Moravie sibi illicite copulavit, patre suo in omnibus hiis auctore. Impe-
Mart. 17. rator Fridericus in partibus existens transmarinis, civitatem sanctam Ierusalem et maiorem partem Terre sancte a soldano Babylonico recepit, et in die sancte Gerdrudis ipse imperator dyademate coronatus est; et ingressus sanctam civitatem adorat ad sepulchrum dominicum. Et factis treugis per decennium, id est 10 annos, inter eos firmatis, imperator revertitur in Apulliam, et fines regni Apullie ab exercitu domini pape occupatos recepit. Exercitus domini pape in tres partes divisus, Teutonicis[e] cruce signatis passagium impedivit. Lon-
gobardi et Tusci cum domino papa contra imperatorem conspiraverunt.

1230. Bohemi Austriam rapina et incendio, nullo resistente, vastaverunt. Tyberis alveum suum egressus, vicina loca occupavit, et in urbe Roma usque ad gradus Sancti Petri ascendit. Unde Romani compulsi dominum papam revocaverunt. Papa et imperator mediantibus principibus Alamannie, videlicet Bertoldo patriarcha Aquilegensi, Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, episcopo Pataviensi, Austrie et Karinthie ducibus, et quibusdam aliis ad concordiam redierunt; et dominus imperator ab excommunicacione absolvitur, et post absolucionem in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Leupoldus dux Austrie et Styrie in reversione apud Sanctum Germanum in Apullia obiit; cuius corpus in Monte Cassino in monasterio sancti Benedicti a cardinalibus sepelitur, et ossa ipsius relata in claustrum suum quod ipse construxit Lyrenvelde, ibidem sepulta sunt in die sancti Andree apostoli ab archiepiscopo Salzburgensi; et eodem

a) bawari *c.* b) Leupoldi *c.* c) efficientes *c.* d) *ita codex.* e) teutonice *c.* 96) Agnetem.

die dictum monasterium ab eodem archiepiscopo consecratur. Cui filius eius Fridericus successit; moxque ministeriales eius fere omnes contra eum coniuraverunt, primo dolo privantes eum thesauro patris, ac postmodum totam fere Austriam incendio et rapina vastaverunt. Idem dux Fridericus duxit uxorem filiam ducis Morauie post repudiacionem sororis regine Ungarie. Rex Bohemie manu valida Austriam intrans, maiorem partem terre vastavit incendiis et rapinis. Sifridus Moguntinensis archiepiscopus obiit. Marcus abbas pie memorie obiit[a].

1231. Ludowicus dux Bawarie manifeste cultello transforatus est. Item facta est discensio inter Fridericum ducem Austrie adhuc puerum et ministeriales ipsius; tandem humiliati dederunt obsides. Item karistie facta, Patavie dabatur modius frumenti pro 5 talentis. Episcopus Pataviensis et canonici sui cum proposito sunt reconciliati. Orta est discensio inter illustrem ducem Austrie et Styrie Fridericum et fratres de Chunring, Hadmarum scilicet et Heinricum. Hadmarus moritur, et in claustro suo Zuetel a venerabili episcopo Pataviensi Eberhardo[b] sepelitur. Eberhardus de Lonsclors[b] canonicus et archidyaconus Pataviensis, omnibus membris miserabiliter mutilatur. Heinricus, frater Hadmari defuncti, Chreems civitatem exussit.

1232. Fridericus dux Austrie et Styrie post purificacionem beate virginis Wienne in monasterio Scotorum accinctus est gladio, presente Gebhardo episcopo Pataviensi, et ceteris nobilibus terre. Wichardus de Zebinge Wienne decollatur ab Orphano nocte in domo Smelzarii.

1233. Gebhardus Pataviensis episcopus Rome episcopatum resignavit, cui Ruodgerus Chimsensis episcopus successit. Ekkebertus Babenbergensis episcopus postquam bellando devastavit Korinthiam, ab Heinrico de Vinchenstein in dolo captus, et per illustrem ducem Austrie Fridericum liberatur. Post octavam sancti Iohannis baptiste idem dux Fridericus Bohemiam exercitu maximo congregato intrare volens, processit usque ad castrum Vetau; quod licet omnibus inexpugnabile videretur, expugnavit, et alia quedam castra post predictam expugnacionem sibi fuerunt tradita. Audiens itaque rex Bohemie quod tantam multitudinem exercitus haberet, et castrum predictum expugnasset, secessit per silvam, licet proposuisset in campo occurrere duci prefato. Rex Ungarie circa festum omnium sanctorum Austriam exercitu magno intrans, partem terre incendio et rapinis devastavit, et usque ad Hovelin pervenit; et interfectis multis de suo exercitu et nobilibus quibusdam captivatis, et civitate Tewen exusta et depopulata, ulterius procedere non valens, pro concordia laboravit; que habita revertitur ad sua. Et non post multum tempus idem rex pacifice exeundo processit usque ad Novam civitatem, et ibi a duce honorifice receptus, firmam concordiam inierunt. Ubi concordia facta, idem rex ducem amicabiliter ad Ungariam invitavit. Quo facto dux cum magno comitatu Ungariam veniens, honorifice susceptus, rediit ad sua. Item Ungari intraverunt fines Styrie, et vastaverunt eos[c] rapina et incendio. Styrienses vero congregati sine rectore persecuti sunt eos. Ungari vero longius eos trahentes a finibus suis, insidias ponentes, post hos convertebantur, ad ipsos accedebant ante et retro; multi vero ex utraque parte mortui sunt, et multi vulneribus debilitati. Tandem Ungari victoria potiti, nobiliores ex eis captivaverunt; extra multitudinem vix 50 fugierunt, reliqui omnes aut interierunt aut captivi abducti sunt. Sancta Elyzabeth multis miraculis claruit.

CONTINUATIO SANCRUCENSIS II.

Annis 1234—1266 *codicum* 1—4 (E. F. A. G.) *non magna est diversitas, nisi quod scriptor codicis* E *ea quae de abbatibus S. Crucis referuntur, omisit; inseruit autem alia quaedam de Cella S. Mariae, quae infra dabimus. Sed etiam in hoc codice a.* 1244. 1263 *mansit mentio S. Crucis, quae illic potissimum continuationis huius originem quaerere suadeat.*

Pauca etiam in his bis narrata inveniuntur e. g. a. 1234. 1242; *plura autem in codice Claustroneoburgensi* (G) *quae in ima pagina collocavimus. Eorum partem in monasterio Scotorum primo scriptam arguunt a.* 1234. 1248. 1260.

Hanc continuationem una cum praecedentibus Claustroneoburgensibus epitomatam habemus in principio Chronici Aulae regiae.

1234. Fridericus dux Austrie et Styrie cum magno exercitu et forti intravit fines Boe- 1233.
mie, et castrum nomine Vetau[d] cepit. Cumque ulterius vellet procedere nemine resistente, infirmatus est usque ad mortem, et sic omnipotens Deus conatum eius malum[e] restrinxit. Dominus[f] Rudgerus episcopus Pataviensis ordinatus est[g]. Andreas rex Ungarie cum filio suo Bela partem terre[h] Austrie incendio et rapina devastavit. Fridericus illustris dux Au- 1234.
strie et Styrie, et Theodora ducissa mater sua, in octavis[i] pasce ad festum apostolorum Philippi et Iacobi[97] nuptias sollempnes celebrant in campo iuxta Stadelowe[k]; ubi marcravius Mai. 1.

a) *in marg. m.* 2. Leupoldus dux Austrie et Styrie amator religionis et cleri obiit. b) *ita mendose codex.* c) eas *codex.* d) iterum *male addit* 4. e) male 2. 4. f) *deest* 4. g) ordinatur 4. h) *deest* 1. i) octava 4. k) Stadlowe 1.

97) Octava paschae erat pridie Kal. Maii. Stadelau est vicus Danubio adiacens, inter Aspern et Hirschstetten.

1234. de Meyssen[a.98] sororem iam dicti ducis Constantiam nomine duxit in uxorem, presentibus regibus Ungarie videlicet[b] et Boemie, et archiepiscopo Salzpurgense[99], Pataviense[1], Babenbergense[2], Frisiense[c.3] et Secoviense[4] episcopis, et marcravio de Moravia[5], Saxonie et Karinthie ducibus[6] et lancravio[d] Turingie[7], mediantibus et aliis quam pluribus. Tota[e] hyeme illa tanta asperitas frigoris inhorruit, ut multi fluvii qui ante large fluebant, a fundo usque ad summum ita indurescerent pre frigore, ut fluere desinerent. Circa tempus vero vernale cum solveretur glacies, Danubius ex multitudine glaciei et habundantia aquarum excessit terminos suos, turres muros domos pomaria[f] arboresque subvertit, hominesque multos extinxit; vineas et agros a se remotos vastavit, replensque omnia glacie immensi ponderis, que glacies per magnum tempus[g] ipsius anni duravit[h].

1235. 1235.[i] Andreas rex Ungarie cum duobus filiis suis Bela et Cholomanno congregato exercitu magno, ut dicebatur ducentis milibus, intravit fines Austrie. Dux vero[k] econtra veniens cum triginta milibus bene instructis, antequam ad rem venirent[l], exercitus ducis fugam iniit cum duce ipsorum, vix trecentis viris eos persequentibus. Postea rex vastavit rapina et incendio circumquaque usque ad civitatem Wienne, nemine sibi resistente. Quod videns dux[l] rogabat ea que pacis sunt. Tandem pace firmata dux recepit reges in convivium, et exercitus regis remeavit ad propria. Interea rex Boemie ex altera parte Danubii vastavit Austriam rapina et incendio usque Stadelowe[m]; ubi dum moraretur, tanta inundatio pluvie erupit fere per tres dies et noctes per Austriam et Ungariam, quod ante per multos annos non est visum vel auditum. Item Danubius ex habundantia aquarum terminos suos[n] excedens, agros, villas, segetes vastans, homines quoque qui in insulas confugerant, cum iumentis suis et aliis rebus extinxit[o p]. Andreas rex Ungarie obiit. In ipso anno Fridericus Romanorum imperator per Longobardiam intravit regnum Teutonicorum, filium suum Heinricum regem Romanorum de regno deposuit, et captivum in insulam marinam misit; multisque bene dispositis secundum iustitiam seculi et ordinatis, multa castra nociva destruxit; omnibus iustitiam faciens, tam maiores quam minores homines iniustos morte dampnavit[q]. Qui etiam[r] imperator ducem Austrie multociens multis legatis ac litteris accersivit; sed ipse velut superbus et contumax venire contempsit, timens suam stultitiam ac sapientiam imperatoris, et eos qui querimoniam faciebant propter res suas sibi immerite ablatas. Mater etiam ipsius[s] ducis Theodora propter penuriam rerum quam patiebatur, et propter timorem filii ne se[t] perpetuo includeret, de Austria fugiens venit Boemiam[t].

1236. 1236.[u] Fridericus dux Austrie et Styrie sepe[v] vocatus[w] ad curiam ab imperatore Fri-
Iun derico, et venire contempnens, tandem sententiam proscriptionis coram multis principibus incurrit; tum propter contemptum, tum etiam propter[x] querimoniam multorum prelatorum ecclesiarum et principum ac diversarum personarum ecclesiastici ordinis et potentie secularis. Postea imperator misit nuntium suum in Austriam, interdixit ei gratiam suam et auxilium et consilium; quem nuntium sui captivantes et male tractantes, tandem[y] ad iussum ducis est dimissus[z]. Item idem dux fecit omnia claustra que erant in principatu suo, uno die pariter irrumpi et inquiri pecunias proprias et alienas, et inventas diripuit[*]. Insuper in toto principatu suo recepit de uno quoque manso 60 denarios. Initium dolorum fuerunt hec, et causa deiectionis sue. Postea propter multas insolentias et enormitates suas Wiennenses et alie civitates, preter Novam civitatem, et ministeriales in utroque principatu ceperunt se

* Thatheus filius Domnali regis Mumonie a patruele suo Cormaco rege in dolo decollatur. 4.

** Fridericus gloriosissimus imperator intravit Alamanniam, ubi ab omnibus principibus honorifice est receptus. Filiam regis Anglie duxit in uxorem idem imperator, et filium suum Heinricum regem Alamanuie vinculatum in Appuliam religavit, et de regno deposuit; multisque *etc.* 4.

a) Meyssen 4. b) *deest* 1. 2. 3. c) Frisingensi 4. *deest* 2. et — Moravie *desunt* 1. 2. 3. d) Isntgravio Dur. 4. e) *annum* 1236 *hic inchoant* 1. 2. 3. f) pomeria 4. g) *deest* 1. h) *annum* 1236 *continuant* 1. 2. 3. i) *nomen* Fridericus *addit* 4. k) veniret 1. l) *deest* 1. m) Stadlowe 1. n) *deest* 2. 4. o) tradidit 4. p) Qui ducem A. idem imperator m. 4. q) *deest* 1. r) *deest* 3. s) *deest* 3. t) Andreas rex Ungarie obiit *hic ponit* 4. u) MCCXXXVII. 1. 2. 3. v) *deest* 1. w) uocatur 4. x) *deest* 1. y) *deest* 2. z) dim. est. MCCXXXVII. Item 4. *) diripit 3.

98) Heinricus illustris. 99) Eberhardo. 1) Rudigero. 2) Ekberto. 3) Chunrado. 4) Heinrico. 5) Premislao, fratre Wenzeslai regis, qui a partibus Friderici ducis steterat. 6) Alberto I, qui a. 1222. sororem ducis duxerat, et Bernhardo. 7) Heinrico Raspone ni fallor, cui a. 1238 soror ducis nupsit.

opponere ei. Deinde secute sunt rapine et incendia, et irruptiones[a] claustrorum et ecclesiarum et castrorum. Deinde venerunt[b] rex Boemie et dux Bawarie[c] ex latere imperatoris in Austriam[c], qui tamen nichil profecerunt, nisi quod terram rapina et incendio vastaverunt. Hii terram et civitatem Wiennensem burgravio de Nurenberch[d.9] commendaverunt; qui collectis multis venit versus Novam civitatem, locuturus patriarche Aquilegensi[10] et Styrensibus. In reversione insecutus[e] est eos dux cum comite de Bogen[11], et fugavit eos, cum haberent decem contra unum, cepitque duos episcopos, Pataviensem et Frisiensem; ceteri turpiter et vix evaserunt. Tandem imperator per Longobardiam intravit Styriam[12], et subiugavit castra valde munita, multaque confregit, et uxorem ducis abstulit, quod ei maximum dedecus fuit. 1236. 12

1237.[f] Imperator intravit Austriam, venitque cum multis principibus Wiennam, ibique cum magno honore susceptus[g] est, filiusque eius rex Chunradus per Danubium venit cum magno[h] comitatu principum, ibique per tres menses latitantes, comedentes et bibentes que apud ipsos erant, et nichil aliud utilitatis operantes. Deinde imperator relinquens Austriam ingressus est Bawariam, et vices suas commisit episcopo Babenbergensi Ekkeberto[i]. Post recessum imperatoris[k] dux in brevi quinque castra vi obtinuit. Deinde Styrienses conducti ab imperatore Austriam intraverunt cum exercitu ad conservationem[l] terre; sed magis venerunt ad desolationem, quia in brevi nonnullis suis interfectis et captis, cum confusione ad propria sunt reversi. Interim episcopus Babenbergensis in Wienna diem ultimum clausit[13]. Iun. 5. Imperator cum magno exercitu intravit Longobardiam, ibique fere per duos annos civitates sibi rebelles impugnans, sed non expugnans[m]. Circa vindemiam que satis sterilis erat ipso anno, venit comes de Eberstein[n] cum aliis multis ex precepto imperatoris; cui dux occurrit circa Tulnam cum suis. Cui cum resistere minime valeret, reversus est ad castra sua. Qui comes in Wienna manens sine effectu, quia nulli se committere audebat[o], propter infidelitatem que tunc regnabat in terra. 1237.

1239. Rex Boemie se opposuit imperatori, cuius consilio et auxilio dux cottidie crescendo, intollerabilis factus est hostibus suis. Civitates Lâ[p] et Ens, et multa castra optinuit. Imperator interim manens in Longobardia multos ex Mediolanensibus cepit et occidit, et[q] cum potestate eorum et carruca[14]; similiter multos de Bononiensibus cepit et occidit, insuper vineas et oliveta et ficeta succidens et vastans. Eodem tempore idem imperator a domino Gregorio papa nono excommunicatur. Hoc anno dux Austrie cum sibi adherentibus magnam copiam frumenti et vini collegit, et resistentes sibi in quantum potuit debellavit[r]. Maiores tamen[s] tam in Austria quam in Styria ministeriales ac civitates fortiter resistebant ei, quia ducis fidei se committere non audebant. 1238. 11

1240. Civitas Wiennensis ita custodita est ab hominibus ducis, ut vix parum aliquid deferretur ad manducandum et bibendum in ea manentibus; et inde factum est ut modius[t] frumenti venderetur pro septem talentis, et multi homines in terra pre fame interierunt, et aliqui ad sublevandam famis inopiam ut dicebatur canes comedebant. Vinum etiam valde carum fuit in ipsa civitate et in tota terra, ut urna venderetur in aliquibus locis pro duodecim solidis. Eodem anno civitas Wiennensis cum tota Austria reversa est ad dominum suum ducem Fridericum[15]. 1239.

1241. Obscuratus est sol in quibusdam locis, et facte sunt tenebre, ita ut stelle viderentur in celo circa festum sancti Michaëlis hora nona. Inter regem Boemie et ducem Austrie discordia satis intricata exorta est, et hec fuit causa. Cum esset ipse dux ferè exclusus a potestate ducatus sui, quesivit consilium et auxilium regis; promittens ei totam terram ultra Danubium se daturum, si restitueretur honori suo. Quod ipse rex satis competenter in quantum licuit et potuit, offensam imperatoris vilipendit; insuper Lâ[u] civitatem habuit in potestate sua. Deinde esset[v] dux restitutus honori suo, per orationes monachorum et clericorum 1241.

a) erupciones 4. b) *decst* 4. c) A. pergerunt. qui 4. d) Nierenberch 4. e) secutus 2. 4. f) MCCXXXVIII. 2. 3. 4. g) exceptus 1. h) *decst* 4. i) Ekberto 4. k) *decst* 1. l) consummacionem 4. m) impugnans 1. n) Eberstayn 1. o) audiebat 4. p) *ita* 3. Lâ 4. q) et — occidit *desunt* 4. r) rebellauit 4. s) *decst* 1. t) modium 4. u) *ita* 3. Lâ 4. v) D. d. r. esset b. 1. D. cum esset d. r. b. 2.

8) Otto. 9) Conrado. 10) Bertholdo. 11) Albertus comes de Bogen testis adest in charta Friderici ducis d. apud Novam civitatem 3. Id. Nov. 1230. 12) nativitatem Domini Greze celebravit. 13) *Non. Iun. Ekkebertus ep. Babenbergensis.* Necr. Claustroneob. ap. M. Fischer. 14) iam a. 1237 Nov. 27; contra Bononienses a. 1239. procinctum movit, quo et excommunicatus est. 15) Quod a. 1239. exeunte evenisse probat A. v. Meiller, Babenb. Regesten p. 267.

ac mulierum ut creditur, quos ante minus dilexerat. Hiis peractis quesivit rex a duce id quod promiserat, sed ipse dissimulabat promissa persolvere; propter quod ex utráque parte* satis dura contentio exorta est per rapinam et incendium et vastationem. Item rex manu valida intravit fines Austrie ad depopulandam terram; sed propter imminens frigus et clamorem pauperum reversus est ad propria. Cives vero Lâ[b] civitatem[b'] tradiderunt domino suo duci, rege ignorante. Tandem controversia illa sic terminata est, ut traderetur filia ducis Heinrici[16], fratris ducis Friderici, filio regis Boemie[17] in coniugium; quod et factum est. Eodem anno[c] Chumani[d] gens[e] immundissima, que carnibus utebatur fere crudis pro cibo et lacte equarum et sanguine pro potu, hii miserunt quosdam ex suis cum rege Gutan[f] nomine ad regem Ungarie, rogantes ut collocaret eos in terra sua, simulantes se fieri christianos. Qui ad suggestionem Predicatorum sine consilio principum suorum suscipiens eos, heu malo suo sinebat habitare[g] secum; at illi paulatim crescebant et multiplicabantur super numerum.

1241. 1242. Gregorius papa obiit; Innocentius eligitur[@. 18]. Eglolfus[h] Sancte Crucis abbas obiit**. Chumani gens supradicta et maledicta intravit fines Ungarie, et in die sancto pasce
Marc. 31. intrabant civitatem Rodna[i. 19], illis edentibus et bibentibus et secure habitantibus interfecerunt omnes religiosos*** et irreligiosos, iuvenes, virgines, senes cum iunioribus, nemini parcentes. Deinde diffundebantur per totam provinciam illam sicut locuste, sanguinem humanum sitientes et effundentes velut aquam****. Illi vero qui prius habitare ceperunt in terra, coniunxerunt se suis, et facta est turba innumerabilis; quorum rex nomine Gutan se ipsum interfecit, prius interfectis duabus reginis et aliis qui secum in[k] domo convenerant, pre timore ducis Austrie, qui domum illam impugnabat, et[l] tandem expugnabat. Rex autem Ungarie collecta in unum multitudine copiosa, ut dicebatur centum milibus, occurrit illis circa Pêst[m]. Illis ibi in castris quiescentibus, Chumani summo diluculo inopinate supervenerunt[n]. Et primo incendebant castra, deinde interfecerunt omnes episcopos, comites, senes et iuvenes, nemine sibi resistente, ita quod ex tanta[o] multitudine vix pauci cum ipso rege salvarentur. Hiis ita[p] perpetratis, secuta est alia gens que dicitur[q] Tartari, venientes[r] ab ortu solis, que multa regna et civitates et castra subverterat, scilicet Rusciam, Poloniam cum duce suo Heinrico, eo quod esset innumerabilis, cui nemo resistere auderet. Hiis adiuncti erant heretici et falsi christiani, ut possent exercere malitiam suam in christianos et delere nomen eorum de terra. Que gens subiecit sibi Chumanos ut in omnibus parerent eis. Tunc primo multiplicata sunt mala in terra, eo quod nemini parcerent; pacem aliquando querentibus dabant, sed non servabant. Rex illorum dicebat[s] se solum dominum esse in terra: ideo nullius auxilium vel consilium vel legationem recipiebat, nisi qui vellet sequi legem ipsius[t], scilicet negare Deum omnipotentem et homines interficere. Idem quesivit a duce Austrie per nuntios suos, sed ille non consensit. Pars etiam exercitus illorum intravit fines Boemie et Austrie, et multis interfectis ad suos remeabant. Horum omnium malorum auctores erant comites qui matrem regis occiderant, eô quod filius eliminasset eos de sedibus suis. Non erat gens neque regnum, quod non timeret audito nomine eorum[u]. Quod malum cum percepisset papa Gregorius, tactus dolore et[v] volens succurere sancte ecclesie titubanti, sed non deficienti, misit legatos suos predicare et dare crucem in remissionem omnium peccatorum. Quod multi cum gaudio suscipientes, reges, duces, episcopi, comites, nobiles et ignobiles, senes cum iunioribus, parabant vindictam facere in filios diffidentie. Sed dominus

* Cholomannus rex Ungarie obiit[20]. 4.

** Ipso anno Idus Augusti claustrum in Neunburch proprio igne consumptum est. 4.

*** cum omnibus Deo ibi servientibus *addit* 4.

**** civitatibus et castris eversis et super omnia crudelius[w] sevientes, rege cum uxore et filiis usque ad horam maris expulso. *addit* 4.

a) *deest* 1. 3. b) *ita* 3. Lâ 4. b') *deest* 4. c) *deest* 1. d) Komani, *et infra* Chumani, Kumani 1. Comani 4. e) C. et gens Tartarorum i. 4. f) Gotan 4. g) s. eos h. 3. h) E. S. C. a. o. *desunt* 1. i) Rodnam 1. k) in d. *desunt* 1. 3. l) et t. e. *desunt* 2. 4. m) *ita* 2. 3. n) peruenerunt 4. o) tota 1. p) itaque peractis 4. q) dicuntur 1. r) uenientes 1. s) *deest* 2. t) eius 1. illius 3. u) illorum 4. v) *deest* 4. w) crudelis *codex*.

16) Gertrudis. 17) Wladislao. Nuptiae a. 1246. 19) in territorio Saxonum Bistricensium; cf. Endlicher, Monumenta Arpadiana I, 267. 20) scil. Innocentius IV post Coelestinum electus est 1243. frater regis Belae. Iun. 25. Mors Gregorii infra iterum narratur.

imperator hoc fieri prohibuit, eo quod rex Ungarie ab eo vocatus venire contempsit et loquî 1241.
cum eo. Dominus[a] papa Gregorius non reconciliatus imperatori obiit.

1243. Tartari et Chumani nemine resistente et occurrente recesserunt ab Ungaria cum 1242.
infinita preda auri et argenti, vestium et[b] animalium; multos etiam[c] captivos utriusque sexus
ducebant in opprobrium christianorum. Qui intrantes Greciam totam terram illam[d] depopulabant exceptis[e] castellis et civitatibus valde munitis. Rex vero Constantinopolitanus nomine Waldwinus congressus est cum eis; a quo primo[f] victi, in secunda congressione victus est ab eis. Interea fames horribilis et inaudita invasit terram Ungarie, et plures perierunt fame quam antea a paganis. Canes edebant[g] et cattos et homines; humana caro publice vendebatur in nundinis. Deinde lupi rapaces et infesti, nemini[h] parcentes, prevaluerunt in terra, ita quod vix aliquis auderet[i] de domo sua inermis[k] procedere. Deinde locusta id quod seminatum erat[l] corrosit. In quindecim dietis in longitudine et latitudine homo non inveniebatur in regno illo; a nativitate Christi non est tanta plaga et miseria visa et audita in aliquo regno, sicut in Ungaria propter peccata eorum. In plaga et post plagam tales erant quales ante
fuerunt[21]. Interea ecclesia Romana pontifice carebat, et dominus[m] imperator civitates et 21
castella Romane ecclesie sibi[n] subiugabat[o], et ceteri redditus eius[p] sibi parebant; nondum[q] enim Lougobardi ei subiecti erant. Domnus[r] Eglolfus abbas Sancte Crucis obiit, et dominus Pilgrimus eidem[s] substituitur. Fridericus dux Austrie et Styrie cum magno exercitu occurrit regi Ungarie apud Lytam, ibique pacificati sunt sine congressione. Moxque cum eodem exercitu transivit Danubium, et intravit fines Moravie, statimque rex Boemie eo[t] insperato occurrit cum multitudine magna. Quo dux comperto fugam iniit et dilapsus est exercitus ab[u] ipso.

1244. Heinricus rex Romanorum in captivitate patris sui[v] obiit, relictis duobus filiis. 1242.
Multi principes Alamannie opposuerunt se imperatori et filio eius Chunrado regi Romanorum propter excommunicationem in qua iam diu duraverat[w]. Fridericus dux Austrie et 1243.
Styrie uxorem suam filiam ducis de Meran[22], repudiavit coram Eberhardo archiepiscopo[x] 22
Salzpurgensi, et episcopo Rudgero Pataviensi, et coram aliis[y] multis litteratis et illitteratis. Domnus[z] Innocentius papa quartus[a] pontifex ordinatur sancte Romane ecclesie. Multe civitates igne domestico consumpte sunt propter siccitatem et sterilitatem que hoc anno inhorruerat. Duci Austrie erant duo adolescentes quos a iuventute nutrierat in curia sua satis delicate, quos etiam tenero[b] amore amavit. Contigit autem ut in quodam conflictu ambo vulnerarentur usque ad mortem. Unde ipse dux nimis conturbatus, compatiens miserie eorum et dolori, quia iam desperati erant a medicis et ab omnibus, etiam[b] in supremo spiritu[c] constituti, valde humiliter et cum lacrimis supplicabat fere omnibus viris spiritalibus in suo ducatu constitutis, ut Deum exorarent quia[d] omnia potest, ut restitueretur adolescentibus sanitas corporis. Promisit etiam carnarium in Sancta Cruce perficere, et[e] in ducentis talentis et in[f] manu potenti ire contra Prutenos, et iustitiam facere omnibus, maxime viris spiritalibus, et omnia que iniuste possederat a morte patris sui, restituere dominis suis. Quem Deus omnipotens propter bonitatem suam et devotionem ducis exaudire dignatus est, restitutique sunt statim adolescentes[g] sanitati. Quod ipse pro magno miraculo habuit; deinde[h] valde largam elemosinam multis largitus est.

1245. Innocentius papa quartus Urbem reliquit, Lugdunum intravit, propter dissensio- 1244.
nem que inter ipsum et Fridericum imperatorem fuit[i].

* Fridericus dux Austrie et Styrie 7. Kalendas Februarii infra castrum Steuze et civitatem Lâ 1246.
cum Bohemis conflixit et victor extitit, multis ex illis occisis, ampliusque quam ducentis de Ian. 26.
melioribus captivatis gloriose ad propria rediit. Eodem anno predictus dux Austrie et Styrie 1245.
Verone imperatori infra pentecosten et nativitatem sancti Iohannis baptiste gloriose et amiIun.
cabiliter occurrerat; a quo honorifice susceptus, et brevi tempore secum commoratus, in
Austriam reversus, regnum quod se adeptum speraverat[i] minime adeptus est. Heinricus 1246.
lantgravius Duringie papa procurante regnum invasit. 4.

a) Greg. papa n. 4. b) *deest* 1. 2. 3. c) et 2. d) *deest* 3. e) acceptis illis c. 4. f) primi 1. 4. g) comedebant 3. h) et n. 4. i) auderet 1. k) non armis 4. l) fuit 4. m) *deest* 1. 2. 3. n) *deest* 4. o) subegit 1. subiugauit 3. p) *deest* 1. q) sed n. 4. r) Domnus — substituitur *desunt* 1. s) *deest* 4. t) ei 1. u) e. eius ab 4. v) in Apulia *addit* 4. w) duraverunt 3. x) episcopo 4. y) c. m. a. viris l. 4. z) *deest* 4. a) tertius 1. 2. 3. b) tenori 2. 3. 4. b) et 2. *deest* 1. 3. c) *deest* 1. d) qui 2. 4. e) *deest* 4. f) cum 2. 4. g) *deest* 3. h) dein 4. i) supersuerat *codex*.

21) *Idem usuvenit a. D.* 1543 *precedenti et sequentibus annis; tum durae cervicis Hungari sunt.* Ea in margine codicis 4 scripta sunt, manu saeculi XVI. 22) Agnetem filiam Ottonis ducis.

1246. Fridericus* dux Austrie et Styrie interfectus est in prelio 16 Kal. Iulii. Octava die mater sua[a] Theodora ducissa Austrie obiit[b]. Pie memorie Eberhardus venerabilis archiepiscopus Salzburgensis obiit**.

23 1247. Sanctus Emundus[c] claruit virtutibus multis[d. 23] ***

1248.* Hermannus marchio de Paden intravit Austriam auxilio ducis Bawarie, et duxit† uxorem filiam[f] Heinrici ducis[g] qui fuit filius ducis Liupoldi qui sepultus est in Campo liliorum. Hermannus marchio de Paden voluit esse dux Austrie, sed non valuit††.

1250. Venerabilis Pataviensis episcopus Rudgerus depositus est de sede episcopatus sui. Bertholdus frater Ratisponensis episcopi[24] ordinatur pro eo. Fridericus imperator††† obiit. Hermannus marchio †††† de[h] Paden obiit[25].

1246. * Terciun bellum Friderici ducis Austrie et Styrie ac Carintie[i], contra Belam regem Ungarie, 16. Kalendas Iulii. In quo bello cum gloriosam victoriam de hostibus adeptus fuisset, paucis de suis, multis vero de adversariis prostratis et captis, ipse Fridericus dux occisus est, Octava *etc.* 4.

** pridie Kal. Decembris obiit. Gerdrudis predicti Friderici fratris filia duxit maritum filium regis Bohemie; quo in brevi mortuo, regina Suevie Margareta, amita predicte Gerdrudis et 26 uxor Heinrici regis Romanorum, Austriam ingreditur. Heinricus lantgravius Duringie obiit[26].

*** Otto comes de Eberstaein de mandato imperatoris Austriam intravit, ut eam medio tempore ab hostibus tueretur, seditque in civitate Wienna. Sub eodem comite facta est discordia inter ministeriales Austrie, qui alternatim bona propria rapinis et incendiis devastaverunt. 4.

† et cum Gerdrude filia[k] ducis Heinrici qui fuit filius ducis Leupoldi qui sepultus est in Campo lyliorum, contraxit, que prius habuit iuvenem regem Bohemie. 4.

†† Felix abbas S. Marie Scotorum Wienne obiit; cui successit Philippus, qui auctoritate domini Petri Capucii dyaconi cardynalis, per Alamanniam apostolice sedis legati, a domino Ulrico Sekowensi episcopo munus benedictionis accepit. *Subiungimus quae in membrana codici illigata manu alia sed eiusdem fere aetatis scripta leguntur:* 1248. Gerdrudis relicta filii regis Bohemie nupsit marchioni de Paden, qui cum quibusdam sociis conpatriotis suis et quibusdam Australibus in Neuenburch militavit. Idem marchio statim ut Austriam intravit, ad nutum uxoris sue aspiravit ad subiugandum sibi terram; et ut assequeretur quod voluit, ascivit sibi quosdam ministeriales, qui iniabant rapinis. Qui non solum extraneis. sed etiam incolis civitatum et villarum in surrepcione rerum ipsorum dampna plurima intulerunt, rapinis et incendiis terram devastantes. Eo tempore orta est dissensio inter regem Bohemie et filium suum, qui utrobique asciverunt sibi ministeriales Austrie, et totam terram Bohemiam multa strage demoliti sunt. Otto comes de Eberstein videns se non posse defendere terram Austrie ab insultibus hostium, cum quibusdam ministerialibus et civibus utriusque terre ad imperatorem repedavit Veronam, sperans ab ipso suscipere nepotem suum, filium domine Margarete regine nomine Fridericum, in principem terre Austrie; sed cum sociis suis spe frustratus est, et in Austriam non est reversus. 1249. Hermannus marchio de Paden vocatus est dux Austrie, Wiennam obtinuit et alias civitates. Domina sua filium genuit, qui vocatus est Fridericus. *Et in membrana superius indicata:* 1249. Otto comes filius comitis Cunradi de Hardekke, et quidam ministeriales Austrie, faventes seniori regi[l] Bohemie, occupaverunt dolo civitatem Znoym, que fuit filii sui regis iunioris, et rapinis et incendiis eam penitus destruxerunt, viduas, uxores et virgines humiliantes. 4.

††† in Lumbardia *addit* 4.

†††† H. de Paden dux Austrie obiit. Bela rex Ungarie cum infinito exercitu intravit terram Austrie, propter stragem quam pincerna de Habspach et Pruzlones et complices marchionis de Paden intulerant finibus Ungarie, et coram episcopis et baronibus suis qui cum eo venerant, iuravit se nunquam in terram suam velle reverti, nisi prius totam terram[m] Austrie rapinis et incendiis et diversis cladibus devastaret. Et quia instabat messis, messores qui ubique sparsi erant in agros ad messem, crudeli nece et inaudito cruciamine iussit enormiter occidi. Mulieres denudate, vim passe, mamillis precise, quod turpe est dictu[n], ab ipsis tortoribus ei sunt presentate: super quas nulla humanitate motus est. Ecclesie destructe sunt incendiis, cum hominibus qui in auxilium proteccionis illuc confugerant devastate sunt, ita quod in numero eorum qui flammis suffocati sunt, in una ecclesia parochiali[o] una cum sacerdote, qui motus misericordia in ultimo mortis articulo viaticum salutis singulis porrexerat, cum

a) ipsius 1. 3. b) moritur E. p. m. v. 4. c) Edmundus 1. d) et iacet in Pontiniaco in secunda filia domus Cistercii *addit cod. Valzonis.* e) MCCXLVIIII. 1. 2. 3. f) *deest* 3. g) *deest* 2. h) de P. *desunt* 2. 3. i) Carniole *emendat Rauchius.* k) filiam *cod.* l) rege *codex.* m) *deest in codice.* n) dictum *c.* o) parochia *c.*

23) archiepiscopus Cantuariensis. 24) Alberti I. 25) Memoria eius est in Necr. Claustroneob. apud M. Fischer, d. IV. Non. Oct. *Hermannus dux Austrie et comes de Paden.* 26) anno 1247. Feb. 17.

1251. Clerici interficiebantur Parisius a pastoribus. Eodem[a] anno Otakorus[b] filius regis Boemie* duxit in uxorem Margaretam quondam Romanorum reginam, filiam Liupoldi[c] ducis Austrie qui iacet in Campo liliorum**.

1252. Supra dictus Otakorus subiugavit sibi totam Austriam, auxilio patris sui, et auxilio quorumdam nobilium de Austria. Ungari[d] vastaverunt Austriam usque Tulnam rapina et incendio, nullo resistente; infantes, mulieres et viros in captivitatem duxerunt, et innumerabiles occiderunt. Claustra incendiis et rapina[e] vastaverunt; ecclesiam Medlich que est in foro incenderunt, in qua referunt perisse mille quingentos homines. Illo tempore fregerunt ecclesiam in Walthersdorf quam dolo ceperant, et multos interfecerunt. Tertia feria post pascha Libera civitas exusta est, ita ut nec una domus esset residua. Multi[f] homines interierunt incendio, plures vero oppressi a turba atque conculcati pedibus fugientium mortui sunt. Fames prevaluit in terra et[g] in tota Austria frumentum valde carum fuit, ita ut modius frumenti[h] venderetur pro[i] undecim talentis, et[k] in aliquibus locis sola metreta daretur pro tribus solidis, et multi homines fame interierunt. Ducissa de Medlich[27] accepit[l] maritum regem[m] Ruscie in contumeliam amite sue, ducisse Austrie.

1253. Rex Ruscie relicta uxore rediit ad[n] terram suam. Rex Boemie Wenzeslaus[o] obiit[p]. Domnus[q] Bertholdus Pataviensis episcopus obiit. Domnus Otto de Lonsdorf[r] eligitur. Otto dux Bawarie obiit***.

1254.[s] Bela rex Ungarie et Otakorus rex[t] Boemie et dux Austrie reconciliantur in Posonio[u] post pascha. Chunradus rex filius imperatoris[v] obiit. Messis et vindemia satis mala[w] fuerunt hoc anno. Otakorus rex[x] Boemie et dux Austrie cum magno[y] comitatu profectus est versus Prusciam circa nativitatem Domini; qui superatis omnibus[z] et fidem Christi spondentibus, reversus est in terram suam. Eodem anno, Idus Iunii, sabbato post festum sancte Trinitatis, tempore vigiliarum, facta est coruscatio magna in Pomkartenperg[*], et horreum unum et domus utensilium vasorum scilicet ad vinum aptorum, et alia eiusdem generis armamenta, fulmine repentino consumpta sunt. Eodem anno Otakorus dux[a] Austrie assignavit Bele regi Ungarie Styriam. Item[b] predictus dux captivavit quosdam nobiles ob ipsorum malitiam, ex quibus duos iussit decollari, scilicet illum de Ekkartsowe[c] et quendam nomine Eberanum[d]. Eodem anno fuit magna sterilitas per plures terras in vino et frumento****

1255. Innocentius papa quartus obiit, cui successit Alexander IV. papa †.

1256. Palaunus frater ducis Bawarie interfecit uxorem suam nomine Margaretam[e] ††.

parvulis, viris et mulieribus ad quatuor milia et amplius occubuerunt, exceptis aliis cladibus que in aliis ecclesiis et locuIis sine numero inaudito cruciamine a barbaris acciderunt. Sed pietas divina que cum irata fuerit novit misereri et parcere, mediante rege Bohemie per internuncios hanc cladem pestiferam intercepit: quod facere iuramento Bela decreverat, ad finem perducere non permisit; unde cum omni suo comitatu est reversus. Eodem tempore non longe post stragem predictam, marchio ducatu quorumdam[f] et complicum ipsius invasit Chunringenses, et civitatem Egenburch, et in castrum ibidem et in fines adiacentes. 4.

* Austriam intravit de consensu nobilium et civium, terram et civitatem Wiennam obtinuit, et 4.

** Innocencius papa ab exilio revertitur. Bertoldus in episcopum consecratur Prage. 4.

*** Cunradus Chamber et Chriegeler ad mandatum ducis Austrie decollati sunt et sepulti in Geraus. 4.

**** Ludowicus rex Francie reversus est a Terra sancta. 4.

† Cunradus prepositus[g] obiit[28], pro quo Nycolaus. 4.

†† Mariam. indebite, in castro quod dicitur Swebiswerder, et una de nobilibus puellis eius precipitatur de castro, et statim in tempesta noctis delate sunt, et mane honorifice tradite sunt sepulture ambe ad monasterium sancte Crucis quod adiacet eidem castro, et in capitulo ducissa, ante fores eius puella. 4.

a) E. a. *desunt* 1. 2. 3. b) *ita scribitur in cod.* 1. Otachorus, Otakarus 2. Otachorus, Otacharus 3. Otacharus, Otakarus 4. c) d. L. A. qui 2. d. Leop. qui 4. d) Iterum Ungari 4. e) rapinis 4. f) m. etiam h. 2. 4. g) et — fuit *desunt* 4. h) *deest* 3. 4. i) *deest* 4. k) et multi fame perierunt. quia in — solidis. Ducissa 4. l) duxit r. 4. m) *deest* 1. n) in 2. o) Wenczlaus 3. *deest* 2. p) Otto dux B. o. *hic ponunt* 1. 3. q) *deest* 4. r) Lonstorf 1. s) *deest* 1. t) dominus 3. r. B. *desunt* 2. u) Pusonio 2. Posonio 4. v) Friderici *addit* 4. w) male 4. x) dominus 2. 3. y) multo 2 4. z) *deest* 2. *) Pomgartenperg 2. Poumgartenberge 3. Puongarteuberge 4. *ubi* et *deest*. a) Hoc a. Otakarus rex Bohemie et d. 4. b) Idem dux 4. c) Ekchartsawe 2. 3. Ekartsawe 4 d) Ebranum 3. e) n. M. *desunt* 2. 3. f) *verbum excidisse videtur, et plura in fine.* g) Neunburgensis *add. manus* 2. *in margine.*

27) Gertrudis relicta Hermanni de Baden. Marito Romani nomen fuit. 28) Eum anno 1257 obiisse probant documenta a. M. Fischer edita.

1257. Canonici Salzpurgenses opposuerunt se domino Philippo electo eiusdem ecclesie, filio ducis Karinthie, et dominum Ulricum Sekowensem episcopum postulaverunt*. Item[a] dominus[b] Heinricus Babenbergensis episcopus obiit.

1258. Dominus Chunradus Frisingensis episcopus obiit. Dominus Rudgerus Pataviensis episcopus depositus obiit. Item[c] dominus Nikolaus Pragensis episcopus[d] obiit, cui successit dominus[e] Iohannes episcopus, Wienne consecratus[f]. Eodem anno in secunda vespera Affre
Aug. 7. in nocte exusta est magna pars civitatis Wienne, ita quod ecclesia parrochialis[g] cum campanis, et domus Teutonicorum, et domus sancti Iohannis in hospitali[h], et Predicatorum, ab igne consumarentur[i] omnia[k].

1259. Stephanus iuvenis rex Ungarie** manu armata intravit Karintiam, et eam incendiis et homicidiis heu devastavit, multosque captivos secum in Ungariam deduxit[l]. Eodem[m]
Mart. 12. anno, in die sancti Gregorii pape[n], electus est dominus Sifridus in abbatem in Sancta Cruce,
Mart. 25. et in annunciatione in Zwetel ab Ottone Pataviensi episcopo consecratur[o]***.

1260. Factus est nocte terremotus. Hoc anno Tartari multa mala fecerunt in Pruzia[p]. Contra quos congregati sunt fratres de domo Teutonicorum, et[q] in die sancte Margarete simul pugnantibus occisi sunt fratres de[r] domo Teutonicorum plures quam centum[s], et de
29 familia eorum plures; sed tamen laudabiliter occisi, quia Tartari ipsis cesserunt[29]. Eodem anno commissum est prelium cum Tartaris in[t] transmarinis partibus, et multi Tartari occisi sunt. Hoc anno intraverunt Ungari Austriam, et occurrerunt[u] illis[v] quidam de Austria; sed heu pugnantibus eis occisi sunt duo fratres Otto[w] comes de Hardek et frater eius Chunradus comes de Playgen[x], et dominus Chrafto de Sleunz, et dominus Chadoldus Orphanus[30], in die
Iun. 26. sanctorum Iohannis et Pauli martyrum[y]. Postea venit cum exercitu magno rex Ungarie et filius eius Stephanus iuxta fluvium Marcham[z]; contra quos[a] venit Otakorus dux[b] Austrie, et
Iul. 12. in die sancte Margarete cum pax esset inter eos die illo, transivit exercitus regis Ungarie Marham[c] fluvium et commiserunt prelium. Tunc adiutorio omnipotentis Dei, a quo est[d] omnis victoria †, fugit rex Ungarie et omnis exercitus eius, relictis tentoriis suis, que omnia
31 abstulit exercitus ducis Austrie[31]. Illo tempore facta est pax inter ducem Austrie et regem Ungarie, et terra Styrie que a rege Ungarie detenta fuerat, †† reddita est duci Austrie[e]. Eodem ††† tempore[f] rex Boemie militavit cum centum et octodecim[g] militibus[h] tempore expeditionis iuxta ripam Marham[i] videntibus Ungaris.

* quem dominus Alexander papa quartus, domino Philippo deposito, consecravit. 4.

** potenti manu armata et multitudine Cumanorum Styriam et Karinthiam intrans incendiis 4.

*** Otakarus rex Bohemie et dux Austrie, Styriam quam rex Ungarie octo annis occupatam detinuerat, liberavit et recuperavit. 4.

† victoria, rex Ungarie devictus relictis tentoriis et omnibus aliis rebus, cum filio suo Stephano fugit in Ungariam, occisis de parte sua bene decem et octo milibus virorum, exceptis in Marha flumine submersis, quorum numerus sciri[k] non potuit; et omnia 4.

†† propter bonum pacis *inserit* 4.

††† Pace itaque inita, super observacione eius dati fuerunt obsides regi Bohemie, quatuor comites videlicet, et pena fuit addita, ut quecumque pars veniret contra formam pacis, domino apostolico solveret decem milia marcarum argenti. Quam formam omnes archiepiscopi et nobiles Ungarie iuraverant inviolabiliter observare, et pars adversa super observacione huiusmodi prestitit iuramentum. Ante commissionem vero belli rex Bohemie super Marcham cum 118 militibus gladio militari se precinxit tempore expedicionis, videntibus Ungaris. Oniel rex Hybernie occisus est, cui successit frater suus in regno. 4

a) *deest* 4. b) *deest* 1. 4. c) I. d. *desunt* 4. d) *deest* 2. e) *deest* 4. f) e. est 4. g) S. Stephani *addit cod. hist. prof.* 497. h) in karata Karinthianorum *addit idem.* i) consummarentur 2. consumerentur 3. k) licet ultra dimidium 4. l) duxit 4. m) eodem—consecratur *desunt* 1. *ubi alia de Cella S. Mariae scripta sunt.* n) *deest* 2. 3. o) consecratus 2. 3. p) Prucia 2. 4. q) *deest* 4. r) de d. *desunt* 4. s) centos 4. t) *deest* 2. 4. u) accurrerunt 4. v) eis 2. 4. w) fr. comites de Hardek Otto et Cuonradus et Cr. de Sleuntz et Kadolfus O. 4. x) Plaigen 2. Plagin 3. y) *deest* 2. 3. 4. z) Marcha 2. 3. *) quem 1. 2. 3. a) Otakarus rex Bohemie et d. 4. b) Marcham 2. 3. 4 c) *deest* 2. 4. d) *deest* 4. f) anno 2. g) octo 2. h) militibus *corr.* militibus 3. i) Marcham 2. 3. k) scire *c.*

29) Ea die, sed a. 1261, fratres Teutonici victi sunt per Lithuanos; cf. Voigt, Geschichte Preussens III, 186. 30) *VI. Kal. Iul. Otto, Chunradus comites de Hardek. Chadoldus Orphanus. Chrafto de Sleuntz occisi cum aliis multis circa Steuz obierunt.* 1260 *occisi sunt.* Necr. Claustr. ap. M. Fischer. *Otto et Chunradus frater eius comites de Hardekke occisi sunt.* N. Mell. manu eius temporis. *V. Kal. Iul. Otto comes Hardekke. Chunradus comes Sleuns.* Necr. Admuntense. 31) *IV. Idus Iul. Memoria mortuorum circa Marchiam inter quos Heinricus de Housek. Hermannus de Chranchperch. Ludwicus de Neunstorf. Obierunt* 1260. N. Claustr. l. c.

1261. Hoc anno orta est publica penitentia per multas provincias, que pro magno miraculo habebatur. Multi homines pauperes et divites, ministeriales, milites, rustici, senes et iuvenes, ibant nudi a cingulo et supra, et caput totum texerant cum lineo panno, portantes secum vexilla et ardentes candelas et flagella in manibus, quibus se quidam percutiebant usque ad effusionem sanguinis; et cantabant devotos cantus, et ibant de provincia in provinciam, de civitate in[a] civitatem, de villa in villam, de[b] ecclesia ad ecclesiam: quod videntes multi compuncti sunt et flebant. Ponebant se etiam prostrati toto corpore ad terram nudi vel in nivem vel in lutum. In hac penitentia comparuit quisque 33 diebus[c], bis in die, mane et vespere. Eodem anno facta est eclypsis solis circa horam tertiam in octava annunciationis, que tunc sexta feria[d] habebatur. Alexander papa quartus obiit, cui successit Urbanus papa quartus, qui fuerat ante patriarcha Iherosolimitanus*. Eodem anno Otakorus rex Boemie et dux Austrie et[e] Styrie repudiavit uxorem suam, dominam Margaretam filiam Liupoldi ducis Austrie, que prius fuerat uxor regis Heinrici qui erat filius Friderici imperatoris. Post hec prefatus rex Boemie duxit aliam uxorem, neptem Bele regis Ungarie. Obiit[f] pie memorie Sifridus abbas Sancte Crucis in octava sancti[g] Michahelis, que tunc quinta** feria habebatur. Otacharus consecratus est in regem tempore nativitatis Domini in civitate Pragensi. Apr. 1. Oct. 6.

1262. Hoc anno dominus Heinricus factus est abbas in Sancta Cruce in die sancti Mauri abbatis, que tunc dominica habebatur. In[h] die vero ascensionis Domini consecratus est in abbatem. Fratres de domo Teutonicorum et alii christiani congregati sunt contra Prutenos, et adiutorio Dei[i] victoriam obtinuerunt. Rex Stephanus opposuit se patri suo regi Bele Ungarie. Facta est bis eclypsis lune; prima eclypsis facta est in quadragesima post ortum lune, cum[k] adhuc parum diei superesset; secunda eclypsis lune facta est nocte illa que precedit vigiliam[l] sancti Egidii[m], sed et tunc in ortu diei recepit lucem amissam. Eodem*** anno consumpta est civitas Wiennensis pro maiori parte per incendium; sed et in Moravia et in Austria per civitates et villas quasdam[n] maximum damnum[o] per incendium receperunt. Ian. 15. Mai. 18.

1263. Facta[p] est eclypsis lune 6. Kalendas Martii, post ortum lune cum adhuc pars diei superesset. Hoc[q] anno fuit maxima fames per totam Austriam et Ungariam et Boemiam et Moraviam, qualis ante raro visa fuit, et duravit usque ad messem[r]. Hoc anno Otakorus rex[s] Boemie assignavit conventui Sancte Crucis quendam locum in Boemia convenienter aptum et spatium[t] multum ad construendam abbatiam, que dicitur Ad sanctam[u] spineam coronam. In diebus illis ad petitionem regis, sexta feria infra octavam pasce, que tunc habebatur 8. Idus Aprilis, missus est conventus a Sancta Cruce ad predictum locum, cum venerabili viro abbate Heinrico, qui fuerat[v] quondam abbas Sancte Crucis[32]. Hoc[w] anno fuit eclypsis solis Dominici confessoris post meridiem. Hoc[x] anno fuit eclypsis lune Bernhardi abbatis. Hoc anno fuerunt vindemia fertilissima. Dux[y] Karinthie[33] cum domina Agnete filia Her- Apr. 6. 32

* Sed post obitum Alexandri pape sedes quatuor mensibus vacabat, et tunc in die decollacionis sancti Iohannis baptiste idem Urbanus electus fuerat, qui eodem tempore 14 creavit cardinales. 4. Aug. 29.

** fuit quinta feria. Predictus rex Bohemie Otakarus cum domina Chunegunde in civitate Pragensis ab archiepiscopo Moguntino in regem est consecratus, et ibidem coronatus, tempore nativitatis Domini. 4.

*** Item eodem anno civitas Wiennensis tota est exusta in die sancti Vitalis martyris ita quod vix decima pars eius inusta permansit, et hec circa Scothos, et omnes capelle civitatis cum parochiali ecclesia, excepto monasterio Scothorum, et ecclesie[z] Minorum et sancte Marie in littore sunt exuste. Eodem anno fere omnes civitates et villas[a] Austrie et Moravie sunt incendio devastate. Hoc anno tanta karistia facta est in Austria, quod modius tritici pro decem talentis vendebatur. 4. Apr. 28.

a) ad 4. b) et de 2. c) diebus *deest* 1. d) *deest* 3. e) et St. *desunt* 1. f) Obiit — abbatem *desunt* 1. g) *deest* 2. 3. h) et in die a. d. consecratus. Fratres 4. i) *deest* 1. k) cum — lune *desunt* 3. l) in vigilia 4. m) E. abbatis 4. n) quosdam 2. o) *deest* 3. p) Item f. 4. q) Mox f. visa et audita est per t. 4. r) Dux Karintie — Saxonia *hic ponit* 1. s) dux Austrie et r. 1. t) spatiosum 1. u) *deest* 4. v) fuit 2. 4. w) Ipso 4. x) et hoc 1. y) Item eodem anno d. 2. z) *ita codex.*

32) scil. prior ille Heinricus, qui a. 1259 dignitatem resignasse fertur. 33) Udalricus III.

manni ducis Austrie contraxit. Item eodem[a] anno iuvenes[b] marchiones de Missna[d] in
31 bello captivaverunt ducem de Prunswich[31] et alios[e] multos nobiles de Saxonia cum[f] eo.

1264.* Iuvenis[g] rex Ungarie Bela contraxit cum domina[h] filia marchionis Brandenburgensis; ob cuius honorem rex Boemie Otakorus avunculus[i] suus maximum festum in campo
Oct. 5. qui Vizze dicitur celebravit, vocatis ad hoc[k] multis principibus de partibus diversis, cum quibus expensas fecit infinitas. Bela autem confirmato matrimonio dominam secum abduxit. Item[l] eodem anno visa est cometa, que bene octoginta diebus apparuit, a se proiciens radios tanquam ignis. Item eodem anno barones Anglie opposuerunt se regi Anglie Heinrico et filiis suis Edewardo[m], Edemundo et Richardo regi Romanorum, et ante Lundonas[n] civitatem, assumpto pro capitaneo comite de Monte forti Gallico, contra predictos reges victoriam obtinuerunt, ubi mille et centum proborum virorum sunt occisi, et predicti reges captivati, et omnes hospites terre eiecti, detenti, et etiam occisi; et omnes Iudei tam viri quam[o] etiam mulieres et pueri[p], eo quod regi in auxilium dederant[q] magnam pecuniam, a
Oct. 2. baronibus sunt occisi. Item eodem anno Urbanus papa quartus in Perusio 6. Nonas Octobris obiit, et sedes post eius obitum decem et octo[r] septimanis vacavit; in die vero beate
Febr. 5. Agathe creatus est in papam dominus archiepiscopus Narbonensis, nomine Clemens[s].

1265.[t] Comes[u] Karolus frater regis Francie in regem Sicilie et senatorem Urbis eligitur[v]. Eodem anno mortuus est dominus Otto Pataviensis episcopus, pro quo electus est dominus dux Polonie concorditer, Padue tunc existens; cuius electionem dominus papa confirmavit. Item[w] dominus rex Boemie eodem anno Myssowarium[x] et Benesium[y] et dominum Mylotum[z] fratrem eiusdem redegit in captivitatem, in qua Missowarius[*] est mortuus**; et illo anno idem rex incepit in Austria multa castra devastare. Item[a] quia placuit domino pape[b] et cardinalibus, dominum Vlodizlaum[c] ducem supradictum esse archiepiscopum Salzpurgensem, archiepiscopatui digne preficitur. Pro quo tunc magister Petrus in Pataviensem episcopum eligitur et[d] a domino papa confirmatur.

Ian. 10. 1266. Rex[e] Karulus una cum uxore sua sollempniter Rome proxima post epiphaniam Domini dominica coronatur. Deinde collecta multitudine[f] innumerabili militum et aliorum,
Febr. 6. Metfridum[g] principem Apulie in bello campestri devicit, et eodem Metfrido[g] peremptо rex Karulus manu valida Apuliam invadit et occupat.

* Apparuit stella una que dicitur cometes[b] Grece, hoc est in Latino crinita, quia in modum crinium spargit radios suos. Cometes Grece dicitur eo quod comas luminis ex se ipsa fundat. 2. 4.

** et Benisius 4.

AUCTARIUM MARIAECELLENSE.

Omissis plerumque Sancrucensibus quae ceteri codices exhibent, liber olim episcopalis (E) *quaedam recepit de Cella sanctae Mariae; ea cum paucis verbis quae praeterea ei propria sunt, hic proponimus. Anno* 978 *errorem manifestum deprehendimus; quod a.* 1100. 1101 *posuit, etiam in Auctario Claustroneoburgensi legimus, sed Azarias ille quis fuerit, frustra quaesivi.*

978. Hiis temporibus marchiam Austriae tenuit Hainricus filius Liupoldi marchionis eiusdem provinciae, qui iam vitam excesserat.

1049. Azarias piae memoriae clarus habetur.

a) hoc 4. Item *deest* 2. b) a. marchio Meisnensis captivavit in prelio d. 2. 3. d) Myssina 4. e) et plures nobiles 3. *qui ibi desinit.* et p. n. cum eo 2. f) c. eo *desunt* 1. g) Eodem anno iuv. 2. h) *deest* 4. i) auunculis suis 2. k) hec 4. l) Item — ignis *desunt* 2. 4. m) Edwardo Edm. 2. n) Lundonias 4. o) *deest* 2. 4. p) paruuli 4. q) *deest* 2. 4. r) novem 4. s) Clemens IV. 4. t) *numerum addit* m. 2. *in margine* 4. u) Comes — eligitur *desunt* 1. v) *annum* 1266. *hic inchoant* 2. 4. Eodem a. *desunt* 4. w) I. d. *desunt* 4. *ubi* quia placuit — confirmatur *hoc loco inseruntur.* x) Mysnowarium 2. Myssuarium 4. y) Benesum 2. Benisium 4. z) Milottum 4. *) Myssuarius 4. *In* 2. *alia manus in margine scripsit* in Aychorns. a) Item — confirmatus *desunt* 1. Item *deest* 4. b) pl. ei et 4. c) Vlodislaum 4. d) *deest* 2. e) Item rex Karolus 2. 4. *qui annum* 1266 *hic continuant.* f) c. inn. m. m. 2. 4. g) Meinfr. 2. Menfr. 4. h) cometa que visa est bene LXXX diebus a se proiciens radios tamquam ignis. Cometes grece d. eo q. 4.

34) Albertus ab Alberto et Theoderico marchionibus captus est.

1100. Ita marchionissa Austrie, Liupoldi marchionis relicta, Ierosolimam ivit.
1101. Similiter Tiemo Salzpurgensis archiepiscopus.

1136ᵉ anno dominicae incarnationis, ind. 14ª, hoc anno Hainricus et Rapoto eius germanus, filii cuiusdam ingenui viri nomine Haidenrici, urbem propriam suam a parentibus sibi traditam, Swarzenburch vocatam, quae pridem antiquitus nomine alio Nezta vocabatur, cum omnibus reditibus et appendiciis suis, videlicet in villis, in mancipiis, in silvis, in agris, in pratis, cultum et incultum, longe vel prope, libera potestate tradiderunt Domino et beatae Mariae pro spe aeterna et caelesti remuneratione, in coenobio quod dicitur Cella sanctae Mariae[35], post obitum ipsorum, vel si ipsi prius mutarent saeculum, iure perenni cederent in usus fratrum ibidem Deo et sanctis eius servientium. Et utrum legittimas uxores ducerent an non ducerent, seu liberos haberent an non haberent, sicut iam diximus eadem beneficia in supra dicto coenobio penitus inconvulsa manerent, videlicet duae villae apud Pulchaven, Durrenbach et Adelprehtestorf, et ea quae apud Piugen eorum iuris sunt. Item aput Chambe quae Hainrici fuerunt, cum ecclesia Heiderichstorf. Item quae aput Potenbrunnen possident. Item quae aput Willindorf, 7 mansus. Item quidquid proprietatis aput Perendorf habent. Sed et alia nichilominus predia supradicti germani eodem fervore, sed sub alia conditione, ut si forte heredes legittimos procrearent, ipsi ea patrio iure possiderent; sin alias, ea ut cetera ad supradictam cellam profecto sine dubio pertinerent. Cum autem idem fratres de oratorii constructione iam dudum mente habita tractarent, ego Liupoldus marchio divinae mercedis intuitu, consilio cum meis habito, hesitantes preveni, ideoque oratorium in meo iure fundavi eo pacto, ut ego quo adviverem loci ipsius et omnium quae ad eum pertinent, advocatus existerem, sine omni rerum exactione et personarum gravamine; post me vero si quis de filiis et nepotibus meis in posterum principatum terrae istius obtineret[36].

1250. Eodem anno in die sancti Iacobi combustum est claustrum Celle sancte Marie a Komanis et Ungaris. Iul. 25.

1259. Eodem anno consecratum est monasterium Celle sancte Marie a venerabili Ottone Pataviensi episcopo.

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS IV.

Post annum 1266 *diversae in codicibus nostris continuationes sequuntur, inter quas ea quam primo loco ponimus, in Zwetlensi monasterio orta esse videtur, sed perdito codice* K *neque integra servata est neque sincera, praesertim initio. Quare fragmenta varia componenda sunt; praecedunt ea quae in codice* E *olim episcopali annis* 1267—1279 *legebantur. Multa eorum est cum reliquis similitudo, alia diversa sunt, sed singulorum originem indigitare non possumus. Loci quo haec scripta sint nullum indicium inest, itaque eis tanquam parti Chronici Claustroneoburgensis a Pezio editi, Claustroneoburgensis Continuationis nomen imposui.*

1267. Missus est a latere domini Clementis pape IV, pontificatus eiusdem anno tertio, ad partes Dacie et Alamannie reverendus pater dominus Quido tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, ut ibidem legationis officio fungeretur. Qui ad civitatem Wiennensem veniens, omnes episcopos de provincia Salzpurgensi et prelatos evocavit. Feria tertia post festum sancti Iohannis ante portam Latinam sollemne concil um celebravit, renovans constitutiones diu abolitas de vita et conversatione Iudeorum, quas precepit firmiter observari. Eodem anno occisus Hainricus Pruzelo per manum Stephani regis Ungarie, traditus perfidia et dolo nequiter Ungarorum. Mai 10.

1268. Chunradus nepos Friderici imperatoris, ad instantiam baronum et optimatum Apulie vocatus, collecta militia cum Ludwico avunculo suo palatino Reni et Friderico filio marchionis de Paden, pronepote ducis Leupoldi, Veronam ingreditur, et ibidem cum magno plausu excipitur. Sed palatinus inde regreditur, Fridericus vero cum Chunrado Romam proficiscitur, ibique collecto exercitu cum Karulo congreditur, sed ab eo devincitur; postea per

35) Klein-Mariazell in Austria inferiori. 36) Cf. B. Pez, Thes. Anecd. VI, 1, 320. A. v. Meiller, Babenberg. Regesten p. 199 n. 46. p. 208 n. 89.

fraudem Karulo Chunradus et Fridericus cum aliis nobilibus traduntur, et ab eo decollantur. Clemens papa miserabiliter apud Witerwium moritur.

1269. Comites de Phanberg et nobiliores Styrie a rege Bohemie captivantur, et eorum castra meliora destruuntur; sed destructis castris a captivitate relaxantur.

1270. Hoc anno eclipsis solis facta est, 10. Kal. Aprilis circa horam primam. Rex Ungarie Bela moritur; pro quo filius eius nomine Stephanus in regnum Ungarie substituitur. Frater eius Bela eodem anno moritur. Dux Karinthie nomine Ulricus absque liberis mori-
37 tur[37]; et rex Bohemie nomine Otacharus eundem ducatum sibi violenter subiugavit. Philippus, frater eiusdem ducis Karinthie, in patriarcham Aquileiensem eligitur. Archiepiscopus Salzpurgensis[38], filius ducis Polonie, moritur; pro quo tumprepositus[39] eiusdem ecclesie eligitur. Eodem anno facte sunt treuge et firma compositio inter illustrem regem Boemie nomine Ottächerum, et regem Ungarie Stephanum nomine, in Hamburga, multorum in presentia virorum nobilium, tam clericorum quam laicorum, qui predicte compositioni cum fieret interfuerunt. Quam postea iam dictus rex Ungarie zelo perfidie ductus violavit, collecta multitudine Ungarorum et Comanorum terram ingrediens, rapinis t incendiis et diversis hominum interfectionibus eam depopulans.

1271. Rex Boemie intravit Ungariam, per ebdomadas octo multas obtinuit munitiones, quas pace facta reddidit: interim Comanis Austriam subintrantibus, et magnam stragem hominum facientibus.

1272. Stephanus rex Ungarie obiit. Gregorius papa eligitur.

1273. Rex Boemie intravit Ungariam, per ebdomadas quatuordecim multas obtinens munitiones et civitates, et suis ibidem locatis rediit. Eodem anno eligitur in imperatorem comes Rudolfus de Alsatia, de castro quod dicitur Habspurch.

1274. Celebratur sollemne concilium Kal. Maii sub Gregorio papa X, in Lugduno, in quo Greci ad Romanam fidem revertuntur.

Item anno Domini 1275. in die annunciationis audita sunt tonitrua a parte aquilonis. Et quia teste propheta maligna et frigida sunt latera aquilonis, ipso anno tam perniciosa ac continua facta est inundatio pluviarum, ut secundum illud ettyci: *Naturam cursus perderet unda sui.* Propter raros namque solis radios et imbres assiduos vindemias in tantum vidimus serotinas, ut botri earum in nivibus colligerentur; vinumque earum tante acerbitatis tanteque acetositatis extitit, ut verbum illud Isaie impletum videres: *Expectavi ut uvam faceret, et fecisti labruscam.* Sequenti vero
40 anno cum omnes vince iam florerent, vinum anni preteriti adhuc scaturiendo suis in fecibus requievit[40]. Eodem anno Gregorius papa obiit; Innocentius successit.

1276. Innocentius papa obiit. Adrianus succedit, et ipse obiit; Iohannes eligitur. Civitas Wiennensis incendio vastatur proprio fere tota; ventus etiam vehementissimus fuit, et tanta siccitas terre, ut pecora multa perirent fame. Eodem anno Rudolfus rex Romanorum intravit Austriam cum militia copiosa et principibus sedecim, inter quos erant episcopi et comites et nobiles liberi plures quam centum; et obsedit civitatem Wiennensem plus quam mensem unum, spoliataque terra et succisis pomeriis, civitas ultra se obtulit ei. Otakorus vero rex Boemie cum eandem terram Austrie una cum Styria 24 annis gubernasset, violenter coactus regi Romanorum Rudolfo resignavit, Boemiam et Moraviam secundum iura imperialia suscipiens a Rudolfo rege Romanorum.

1277. Iohannes papa obiit; Nicolaus succedit. Eodem anno rex Otacharus omnes obsides, quos ante adventum regis Romanorum ab Australibus acceperat, remisit regi Romanorum. Hoc anno imposuit Rudolfus rex Romanorum exactiones gravissimas toti Austrie; exigens de curia sexaginta denarios, de area duodecim denarios, de iugere vinearum triginta denarios, de manso triginta denarios, de rota molendini triginta denarios.

1278. Otachorus rex Boemie opposuit se regi Romanorum, et collectis exercitibus congressi sunt ad pugnam reges utrique iuxta fluvium Marchiam 7. Kal. Septembris; et heu cecidit in die illa Otachorus rex Boemie sapiens et disciplinatus, et honestissimis moribus ornatus; et multi de exercitu eius interfecti sunt et captivati et submersi. Pugnante rege Boemie plures de exercitu eius, ut referebant, recesserunt ab eo; cui etiam inimici eius dabant testimonium, quod in exercitu non fuerit ei similis. Eodem anno civitate Aquisgranis interfectus est comes Guliacensis cum quingentis militibus, quorum unus non evasit.

1279. Hoc anno in omni poledro noviter nato apparuerunt quatuor dentes equi antiqui.

37) 1269 Oct. 27. Eodem anno Sept. 23. Philippus patriarcha electus est. 38) Wlodizlaus. 39) Fridericus. 40) Haec ex Historia proxime sequenti descripta esse, tota scribendi ratio ostendit.

HISTORIA ANNORUM 1264—1279.

Ea post Continuationem Sancrucensem II inserta est in codice A, *unde iam Gentilottius eam editurus erat. Scripta est non annalium more, sed serie continua per virum eius temporis, clericum ut apparet vel monachum, qui multa eorum quae refert ipse testis vidit, vel in ipsa civitate Vindobonensi vel in loco vicino commoratus. Primo statim anno Ottakari mortem commemorat; finem scribendi fecit, quum idem rex nondum sepultus esset*[41].

Nonnulla ab auctore nostro, qui Ottakaro magis favet, sed aequum erga omnes animum servat, egregie narrata sunt, quae aliunde non novimus; alia ad verbum conveniunt cum Continuatione Claustroneoburgensi IV et Zwetlensi III, vel certe ex eodem fonte manasse videntur, ut appareat auctorem ad concinnandum opusculum suum annalibus quibusdam usum esse, quos etiam in illis agnoscimus. Praeter codicem A *saeculi XIV, principium huius narrationis servatum est*

2) *in folio unico superstite, codice bibl. caesareae* 373, *olim Hist. prof.* 83. *saec. XIII exeuntis, ubi alii annales praecedunt. Excerpta eius habentur*

3) *in codice* I *Claustroneoburgensi, unde sub inscriptione Chronici Vatzonis a Pezio edita sunt.*

Anno ab incarnatione Domini 1264 summus rerum omnium opifex et creator novum omnipotentie sue huic mundo volens ostendere prodigium, cometam stellam pulcherrimam ignibus crinitam, lucifluis zonarum ductibus galeatam, celis infudit. Immo ut dicam clarius quasi quoddam maiestatis sue ostentaculum ipsam sursum in ethere candore igneo cunctis mortalium obtutibus demonstravit. Huius autem stelle quid inportet presagium, in libro Honorii de ymagine mundi, et ab Ysidoro[a] dicitur satis clare; hoc[b] namque genus syderis cum oritur, aut mutaciones regnorum, aut pestilencias, aut tempora bellica prefigurat, ut quidam pulcherrime diffinivit:

Ignibus est leta, pestes fert rara cometa.
Nuncia bellorum mutat dyademata regum.

Omnia ista post huius syderis ortum argumentis invenimus evidentissimis adimpleta. Nam siquis sollicite eventus et[c] cursus annorum revolvat, sicuti ipsam cometam propriis oculis vidimus, sic annis non multis post huius syderis ortum, stragem hominum horribilem per orbis circulum intelleximus multipliciter ac miserabiliter ferbuisse. Et ut ex incidenti pauca de multis referam, post raros huius comete radios Chunradinus de imperatoria ac regia stirpe creatus in bello capitur, et inmisericorditer cum multis principibus et cum senatoria summa Romanorum dignitate gladio trucidatur. Quod suo loco postea exponetur. Igitur eiusdem anni sub circulo Bela, frater Stephani regis Ungarie, filiam marchionis Brannburgensis[d] ducit uxorem. Cuius ob nomen dilatandum, avunculus eius rex Bohemie Otacharus, munimen et gloria Bohemorum, clyppeus ac terror Australium, tocius regni sui solidum dum viveret propugnaculum, in campo dicto Vizze penes Potenburch, cum pluribus de diversis terris accersitis principibus magne sollempnitatis instituit tripudium, grandi cum pompa, et expensis inibi largifluis preponpisans. Set ut alas glorie sue[e] amplius extenderet, unicuique principi cum ibi venisset pulchro fabrefacta ornatu sedilia assignavit, ut verbum poete[42] bene in laudem prorumperet:

a) Ysidero 2. b) hac 2. c) *deest* 1. 2. d) brunub. 2. e) sue ex a. 1. 2. ex *videtur esse initium verbi* extenderet *quod praepropere quis scribere coeperat, deinde ut saepe factum est, litteras superfluas expungere oblitus.*

41) In Chronici Reichersbergensis continuatione inedita scriptum inveni: *A. D.* 1279 *venit quidam legatus a sede apostolica, de ordine Minorum, Paulus episcopus Tripolitanus, qui dispensavit de rege Bohemorum iam defuncto, et reductus est ad Pragensem civitatem et sepultus in sepulcro patrum suorum.* Sed secundum Annales S. Rudberti Salisb. eo anno Znoimam ductus est; Pragam demum a. 1296 allatum esse ferunt. 42) Virgilii, Aen. X,

Nam laudes extendere factis
Hoc virtutis opus.

Ad huius festivitatis contubernium Leo sancte memorie Ratisponensis episcopus vocatus fuerat, set non venit, unde et eius sedile vacuum ibi remansit; quem propter hoc rex Otacharus semper postea odio habuit. Festo peracto, Bela cum uxore sua ad propria est reversus. Eiusdem anni circulo Urbanus papa quartus in Perusio obiit 6. Non. Octobris. Cui archiepiscopus Narbonensis successit, qui postea nominatus est Clemens papa. Eadem nocte qua papa Urbanus exspiravit, cometa disparuit.

Anno Domini 1265 fuit eclypsis lune, in vigilia nativitatis Domini post mediam noctem.

Item anno 1266 Kal. Aug. in Schadwienna, tanta ex concursu in nocte et collisione nubium facta est inundacio ut quingentos homines extingueret, et ecclesiam ibidem pluresque domos ac edificia funditus devastaret. Item eiusdem anni curriculo frater regis Francie Karolus, multis militum stipatus agminibus, magna populi multitudine, ac domini pape sibi auxilio concurrente, illum famosum Mehtfridum principem Apulie bello campestri aggreditur, ipsisque mutuo conflictantibus, et procella belli urgente nimium ac ingravescente, princeps Mehtfridus a suis relinquitur, quia:

Dum fortuna tonat, fugitivos terret amicos.

Ibidemque princeps Mehtfridus sternitur, et cum eo, sicut tunc fama volabat, sedecim milia hominum occiduntur, tantusque sanguis humanus ibi funditur, sicut tunc pro vero dicebatur, ut humanum calcaneum inbiberet, et ultra pedum redimicula tam crudele profluvium sanguinis[a] redundaret. Iuxta illud poete

Arva natant sanie, conplentur sanguine valles.

Igitur anno adhuc eodem currente, Australes et Bohemi in diversis locis rapinis et incendiis vastaverunt Bawariam. Insultibus autem huiusmodi viriliter a Bawaris propulsatis et repressis, et ex utraque parte pluribus captivatis et abductis, ad propria revertuntur. Item tunc temporis rex Bohemie Otacharus, cum grandi exercitu et manu nimis valida intrat Bawariam, per viam que ducit ante Chambiam. Quam quidem civitatulam multis invasit machinacionibus, set propter sui munimenta. murum videlicet firmum et altum, aquam circumfluentem, montem firmissimum, nullatenus potuit expugnare. Attamen omnibus fere in via usque ad Danubium vastatis, et castro quodam firmissimo dicto Regenstauf expugnato, accedit Ratisponam, in campoque qui dicitur Lengenvelde et in quibusdam circa civitatem insulis cum omni suo exercitu usque super ripam Danubii castra metatur. Sequenti vero die cum magistro civium et hansgravio inclinato iam die civitatem Ratisponam ingreditur, et festinanter monasterium sancti Petri intrando visitat, et precipuis monasteriis et ecclesiis[b] in civitate lustratis, subito et cum magno timore per pontem et viam quam ingressus est regreditur, quia universe vie civitatis concluse fuerant ac vallate, ut nisi sola via intraret et rediret; unde sicut diximus iter regrediendi accelerat, quia partes facte fuerant in civitate. Post hec ulterius non processit, set die altera in castris et exercitu regis discessio proclamatur.

Mai 8. Anno 1267 in die beati Petri Tharentasiensis episcopi et monachi, factus est terremotus
Mai 25. circa horam terciam. Et Urbani pape ante meridiem facta est eclypsis solis. In tempore eiusdem anni Bela rex Ungarie contra filium suum regem Stephanum misit exercitum. Qui subito a rege Stephano vincitur et oppugnatur. Et magna occisa hominum multitudine, ex eodem nichilominus exercitu potenter quosdam comites captivavit. Igitur iam dictus rex Bela ira succensus suffususque verecundia de tanta filii victoria, rursus cogit et[c] ad arma vocat exercitum. Cui audacter rex occurrit Stephanus: quoniam audaces fortuna iuvat[43], patris exercitum vice altera in fugam vertit, et in congressu belli alios occidit, alios cum palatino regis Bele captivos adduxit. Porro rex Stephanus eodem anno de patre suo laudabiles quater triumphi[d] titulos reportavit, suorum tamen non modica cum iactura. Item eodem anno dominus Gwido apostolice sedis legatus, tytuli Sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis, abbas Cysterciensis, magna fultus auctoritate venit Wiennam; omnes episcopos, prelatos, abbates, prepositos, decanos in Salzpurgensi episcopio constitutos convocat; post
Mai 10. Iohannis ante portam Latinam feria tertia in parrochiali ecclesia Wienne tribus diebus concilium celebrat, cum iam dictis prelatis de profectibus sancte ecclesie et utilitatibus sicuti vir apostolicus pertractat; honorifice sue legationis officium adimplendo, sancte ecclesie studuit prodesse potius quam preesse, iuxta illud sapientis:

a) sanguis 1. 2. b) *deest* 1. 2. c) *deest* 2. d) *hic desinit* 2.

43) cf. Virg. Aen. X, 284.

Quam mundi fugitivus honor, quam nomen inane
Prelatus qui preesse cupit, prodesse recusat.

Convenerant enim ibi non pauca lucencia sancte matris ecclesie luminaria, inter que et venerabilis Pragensis episcopus[44] cum prelatis quibusdam sui episcopatus aderat, ita ut in numero sedecim cum infulis pontificalibus in eodem concilio residerent[a]. Eodem anno terre motus fit per diversa loca; filius ducis[b] Bolonie[45] Salzpurge archiepiscopus ordinatur. [Eodem[c] anno Margareta Romanorum regina obiit.]

1268. Rex Apulie qui et frater regis Frantie, Karolus, Chunradinum qui fuerat filius filii Friderici imperatoris, videlicet regis Chunradi, et Fridericum ducem Austrie, qui et marchio de Paden, magnumque senatorem Romanum[46] duro et forti bello aggreditur; ipsisque diu inter se durissime preliantibus, Chunradinus et Fridericus dux Austrie capiuntur, et amputatis capitibus crudeliter occiduntur, et prohdolor absque liberis moriuntur. Tunc temporis Clemens papa obiit, moxque inter cardinales discordia nascitur; qua nimium protelata per plures annos sedes apostolica a suo capite viduatur.

Anno Domini 1269 Ulricus dux Karinthie sine liberis moritur. Qui dum in hac vita esset, regi Boemie consanguineo suo viva voce et fide privilegiata terram Karinthie contradidit; quam tamen idem rex Boemie Otacharus sibi postea bellorum potentia subiugavit.

Igitur anno Domini 1270 Bela rex Ungarie obiit. Iste Bela post obitum ducis Friderici II multis annis per Commanos et per alios quoscunque malitie sue potuit habere complices, immo quod est crudelius manu propria tot et tanta mala perpetravit in Austria, Stiria et Moravia, quod manus scribentis, stilus cronicus memorie trepidat commendare. In prefatis nempe terris nunquam fecit tot horribilia rex christianus. Nam ut malorum eius quedam tamquam minutam fimbriam tangam, idem rex Bela bellis, incendiis, rapinis[d], iuvenum, virginum, utriusque sexus internicionibus, puerulorum in cunabulis horrendis raptibus, ecclesiarum et hominum in ecclesiis exustionibus, iuxta se sancte matris ecclesie uterum, supra se salvatorem omnium perturbavit. Quid plura? Timeat Dominum omnis terra, quia nulla potentia longa est. Deus namque terribilis est aput reges terre. Prefatus siquidem Bela, quia vir sanguinum fuit, Acherontis in olla multorum cum sanguine sepelitur. Fratribus namque minoribus et archiepiscopo[47] pro regis cadavere concertantibus in ecclesia, loco contemplationis fit pugna contentionis, et plures utrobique vulnerantur, ecclesieque pavimenta avaritie sanguine maculantur. Igitur rege Bela mortuo regnavit pro eo filius eius Stephanus. Sed radicis vitio sordet ramusculus, genitoris sequens itinera patrissabat. Iuraverat namque regi Boemie se cum ipso pacem firmissimam habiturum, set clam hyberno tempore misso exercitu invadit Austriam fraudulenter, multosque interficiens, set multo plures innodatos vinculis secum captivos abduxit. Tandem Australes cum Stiriensibus tantam volentes ulcisci cedis fraudulentiam Ungariam incendiis et spoliis multipliciter vastaverunt. Eodem anno Maria regina Ungarie, uxor Bele regis, est defuncta. Item in eodem anno venerabilis Bodezlaus Salzpurgensis archiepiscopus est defunctus. Igitur dum adhuc annus iste in suo cursu iter perageret, moritur Ludwicus rex Francie beate memorie vir christianissimus, scutum fidei, defensor cleri, pater puppillorum ac orphanorum, pius pauperum ac viduarum consolator, qui semper manus ad dandum habuit patulas et nunquam ad Christi pauperes aridas, more nobilium regum. Secundum illud poete[48]:

Sit piger ad penas princeps, ad premia velox.

Denique princeps maxime fuit clementie, precipue cum thesauros suos in sinu pauperum recondebat, quibus occulos sue clementie nunquam clausit. Quia

Instabile est regnum quod non clementia firmat.

Anno Domini 1271 rex Boemie maximum exercitum traxit; Australes cum Stiriensibus sibi coadunans invadit Ungariam, et ad civitatem Tyerna usque pervenit, que ultro ei se obtulit, paulatimque descendens pertingit usque in Pusonium, ubi et castra fixit, et castellum sive civitatulam manu vincit et arripit violenta. Non enim tunc erat munitio rebellans, aut que resistere sibi posset; tandem ponte facto maximo, Danubium pertransiit; capto castro Attenburch et fracto Musonio castro[49] revertitur in terram suam. Eiusdem tempore anni tam

a) resideret *c.* b) *deest c.* c) *in marg. additum alia manu.* d) rapinu *c.*

44) Iohannes III. 45) Wlodizlaus. 46) Heinricum filium Ferdinandi regis Castellae et Beatricis, filiae Philippi regis. 47) Strigoniensi, Philippo. 48) Ovidii, ex Ponto ep. I, 2, 123. 49) i. e. Wieselburg.

inaudita facta est[a] pestilentia in Austria et Ungaria, ut ex tam vehementi pestilentie plaga in fossatis maximis simul et semel mortui homines tamquam peccora infoderentur.

Anno Domini 1272 Gregorius papa X eligitur, ante cuius electionem vacabat sedes apostolica tribus annis.

Anno Domini 1273 rex Boemie Otacharus cum Australibus et Stiriensibus iterum invadit Ungariam; 14 ebdomadibus terram Ungarie bellando circuit, multisque munitionibus sibi et civitatibus subiugatis, et in eisdem suis hominibus locatis, ad propria est reversus. Eodem anno comes Ruodolfus de Habspurch eligitur in imperatorem.

Item anno Domini 1274 sollempne celebratur concilium in Lugduno sub papa Gregorio X. Greci quoque tunc temporis suis relictis erroribus ad rectam fidei regulam revertuntur.

Item anno Domini 1275 in die annunciationis audita sunt tonitrua a parte aquilonis.

cf. Eccli. 43, 22. Et quia teste propheta maligna et frigida sunt latera aquilonis, ipso anno tam perniciosa ac continua facta est pluviarum inundatio, ut secundum illut ettyci:

Naturam cursus perderet unda sui.

Propter raros namque solis radios, et ymbres assiduos, vindemias in tantum vidimus serotinas, ut botri[b] earum in nivibus legerentur, vinumque earum tante acerbitatis tanteque ace-

Isa. 5, 4. tositatis exstitit, ut verbum illud Ysaie impletum videres: *Exspectavi ut faceres uvam, et fecisti labruscam.* Sequenti vero anno cum omnes vinee iam florerent, vinum anni preteriti adhuc scaturiendo suis in fecibus requievit.

Anno Domini 1276 papa Gregorius X de sede apostolica per manum mortis[c] rapitur. Post quem Innocentius substituitur.

1276. Anno Domini 1277 viam universe carnis papa Innocentius ingreditur. Post hunc in sede Petri confestim Adrianus intronizatur, ipsoque defuncto, Iohannes papa Urbis efficitur. Set dum talis apostolice sedis mutatio agitur, divina potentia timeatur. Nam sicut dulcis ewan-

Luc. 23, 31. gelii lingua loquitur: *Si in viridi, in arido quid fiet?* Quasi dicat: *Si papalia, immo summa orbis capita, falce divine sententie sic indifferenter ac subito presciduntur, in arido, hoc est in membris ecclesie ultimis, sagitte furoris Domini fortius formidentur.* Quia iuxta Danielem, dum caput aureum sine acceptione absciditur, necesse est, ut ferrum, es, et fragilia testarum fragmina obstupescant. Moritur enim doctus, sicut indoctus. Et ut clamat sapiens:

Nulli mors impia parcit.

Non[d] evadet inops, nec qui marsupia farcit.

Item dum adhuc eiusdem anni orbita volvitur, Wiennensis civitas tota fere intestino incendio devastatur, ipsiusque structure ac edificiorum decentia ignis violentia in furnalem faciem convertuntur.

Tunc etiam temporis erat inaudita terre siccitas, nascentibusque terre funditus arescentibus infinita peccora perierunt. Interea cum prescripti adhuc anni currerent spatia, Ruodolfus rex Romanorum manu longa ac validissima Sweviam, Bowariam absque omni resistentie repagulo plurimis doctorum militum stipatus phalangibus pertransivit, et Austriam, terram videlicet tertiam, cum sedecim nominatis principibus ac magnis potenti brachio intravit: spiritalibus principibus, episcopis, archiepiscopis, cum quibus comites, liberi multique nobiles alii de diversis terris conglobati, plus quam centum numero, exercitum galeatis agminibus in modum segetum stipaverunt. Tunc predictus rex Romanorum Ruodolfus Newenburgam quasi terre clausulam ingreditur; superioribus Austrie partibus, civitatibus videlicet, munitionibus, castris, suis cum militibus occupatis, ad civitatem Wiennam per exercitus turbinem subito se convertit ac ad instar aquile Ezechielis murum Wiennensem longo membrorum ductu fulgentibus clippeatisque phalangibus circumcingit. Quam per unum tantummodo mensem obsedit, et mox universi cives cum deditione civitatis se maiestati imperatorie optulerunt. Mira

Iob 5, 11. res de paupere rege. Revera verbum beati Iob in isto Ruodolfo videtur impletum: *Qui ponit*

1 Reg. 2, 8. *humiles in sublimi.* Et ut in libro Regum primo ponitur: *Suscitans de pulvere egenum, et de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus, et solium glorie teneat.* Iste civitates capit, municiones et oppida destruit. In Swevia[e] quasi modica favilla erigitur, et iam manus sue longit dine usque ad terminos Ungarie, et quod plus est, ubique terrarum nomine sue potentie dilatatur. Hec non sunt facta humilis comitis, set opera summi Conditoris qui humilia respicit, et alta longe cognoscit. Tante regie manus longitudinem olim ammirans poeta[50] dixit:

a) *deest c.* b) *vox macula obducta est.* c) morit *cod.* d) *ita* 3. Nec 1. e) seweuia *c.*

50) Ovid. Her. XVII. 166.

An nescis longas[a] *regibus esse manus?*

Item prefati anni nondum exspatiato circulo, rex Boemorum Otacharus cum Austrie et Stirie gubernacula 24 annis potenter sub sceptro regio tenuisset, Ruodolfina coactus potentia prefatas terras in manus imperatorias resignavit, confestimque Boemiam et Moraviam a rege Romanorum secundum iura imperatoria sub vexillo regio suscipiendo recepit. Quia infausto sepius immo[b] sequitur quidam fructus. Iuxta illud poete:

Aliquisque boni fuit usus in illo.

Item anno Domini 1277 Iohannes papa moritur. Nycolaus post eum Petri sedem eiusque naviculam regendo ingreditur. Eodem anno Ruodolfus Romanorum rex extorsionem exactoriam toti terre Austrie quasi laqueum gravissimum superfudit, de curia 60 denarios, de area 12 denarios, de iugere vinearum 30 denarios, de mansu 30 denarios, de rota molendini 30 denarios.

Item anno Domini 1278 rex Boemie Otacharus videns regem Ruodolfum Austriam et Stiriam ceu possessionem quandam lucrosam ac quietissimam possedisse et per hoc curie sue utilitatisque frequentiam, et quod magis est regni Boemici gubernacula nimie humiliationis calcibus subsedisse, tactus dolore cordis intrinseco, contra imperatorem se erigit et opponit. Exercitum fortem colligit set heu conductitium qui regii sanguinis lineas non tenuit, set fortune rotatum magis quam virtutis animum sequebatur. Veruntamen prefatus princeps terram Austrie eodem exercitu ingreditur, et iuxta Marchiam fluvium in campo qui dicitur Chrutervelt castrametatur; et quasi leo gladios, galeas, cruoremque inimicorum sitiens, bellorum certamina provocat et exspectat. Quem rex Ruodolfus Romanorum, vir grandevus, miles emeritus, bellorum exercitiis attenuatus, palestris tam[c] preliorum quasi a cunabulis expertissime nutritus, cum rege Ungarorum et Cumanis, cum Australibus ac Swevie nobilibus, sui sanguinis contribulibus, magnanimiter aggreditur. Ante belli tamen congressum sicuti vir sapiens et doctus ad prelium talibus regem Boemorum internuntiorum verbis salubriter alloquitur, quatenus ea que pacis sunt sectetur, stragem futuram hominum, multarum animarum periculum, proprie vite honorisque terminum, sapienter premeditando respiciat, ac imperatorio potentatui se inclinet humiliter et substernat. Qui nullatenus acquiescens, set iuxta illud poete,

Pugnandoque mori mavult quam cedere victus.

Quid plura? Ut verborum fugiam cumulos, stilus currat. Igitur iuxta prefatum Marchiam fluvium ab utrisque principibus venitur ad prelium, acies ordinantur, galeantur et clippeantur milites, bellum tandem committitur. Imperator triumphalibus titulis venustatur. Gloriosus princeps Boemorum cum totali exercitu suo ab adversa[d] parte obruitur; alii vinculis, alii submersionibus, alii multimodis ac variis mortibus obvolvuntur. Ipseque pie memorie rex Otacharus, suis temporibus laudabilis et famosus princeps, prudens, disciplinatus, amator divini cultus, nimiumque locuples, cui aurum et argentum thesaurosque muscidos cum aurifodinis et curribus[e] terrarum viscera ministrabant, cui omnia presentis seculi, suo regno in se florente, fortunaliter arridebant. Set eya mirum devotionis ipsius principis signum noster nequaquam calamus perfunctorie pertransibit. Talis siquidem consuetudinis fuit princeps sepefatus. Dum divinis missarum sollempniis una cum dilecto sibi parvulo interesset, ad elevationem sanctissimi corporis Christi dilectus sibi filius per se aut per suos sursum attollitur, ut eius oculi eucharistie tamquam verissimo sue salvationis speculo infigantur, et ut in pueritia alumpnum eterne vite discat saltem respicere, quem nondum natura parvulus rationis indagine sapiebat. O mira devotionis novitas, et revera christianissima, iuxta illud summe Sapientie verbum: *Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabis delicias anime sue;* Prov. 29,17. ubi triplex angelici panis ostenditur saturitas, primo eruditio fidei profundissima, unde dicit *Erudi;* refrigerium hominis suavissimum, unde *refrigerabit te;* delicias anime sempiternas: *et sic dabis delicias anime sue.* Set hiis visis respiciamus abyssum horribilem divini iudicii in principe tali, verumque ut dicit Salomon: *Risus fortune plerumque dolore miscetur, et extrema seculi gaudia luctu horribili terminantur.* cf. Prov. 14,13. Quod melius ostenditur, si dictus princeps eiusque miserrime mortis casus ad medium deducuntur. Iste post voraginem totius belli in fine ab ignobilibus capitur; princeps tantus turpiter dehonestatur, 7. Kal. Sept. per manus pessimorum inimicorum suorum occiditur. Occisus Wiennam ducitur, ibique cunctis miserie

a) longaus *c.* b) *locus corruptus; fort.* initio. c) *vel* tamen *legendum est, vel aliquid deest.* d) aduersu *c.* e) *ita codex.*

spectaculum efficitur, et quod dictum[a] est horridum, iumentino more scinditur, ad instar piscis exenteratur, et ipsa exta inollantur et separantur a corpore. Et cum etiam acerbissima dampnatorum mors sit corporis et anime separatio, iste Otacharus nove mortis exitio per viscerum et membrorum discrimen[b] crudeliter morte secundaria permultatur. O miseriarum miseria de principe tanto! Omnia regna terre celorum regem obstupescant. Ipse est de quo
Psal. 135, 17. 18. dicit propheta: *Qui percutit gentes multas et occidit reges fortes.* Et cum idem Otacharus multarum terrarum esset potens, post mortem terre modicum ad sui cadaveris tumulum eidem habere in terris omnibus non licebat, set prohdolor adhuc intumulatus in terre super-
Iob 12, 18. ficie occultatur. Res satis stupenda iuxta illud Iob: *Baltheum regum dissolvit, et magnates terre facit inglorios.* Istius principis casum horribilem et ruinam quidam sapiens plangit proprie in hec verba:

Ille vir occubuit, qui turris[c], qui leo, qui dux,
Qui flos, qui gemma, quique columpna fuit.

Eodem anno comes Guliacensis cum 500 militibus in illa famosa civitate Aquisgrani interficitur, ita ut nec unus evaderet, qui tantam cladem ad propria nuntiaret.

Item anno Domini 1279 rege Boemorum mortuo, nobiles Boemie tamquam membra sine capite inter se gravissime discordabant, terramque Boemiam propriam pro maiori parte rapinis et preliis vastaverunt, ita ut in locis et villis pluribus[d] homines nec iumenta invenirentur. Et quia rex erat puerulus, malorum violentiam nemo compescuit, et terra Boemie que diu antea tranquillis temporibus floruerat, in vocem flentium est conversa.

Eodem etiam anno portentuosum et mirabile factum in omnibus poledris est ostensum. Omnis namque poledrus noviter natus, dentes quattuor antiqui equi per gyrum dentium mi-
cf. Iob 12, 7. rabiliter retinebat. Ut illud Iob videres impletum: *Interroga iumenta et summi Artificis mirabilia nuntiabunt.*

CONTINUATIO ZWETLENSIS III.

Supra p. 606 *diximus de codice* K *dudum deperdito, qui anno* 1308 *scriptus, postea a coaevis ut videtur continuatus erat. Quae de rebus saeculo XIV. gestis ibi narrantur, certe monacho Zwetlensi debemus; priorum pars an non aliunde venerit, dubium manet. Quum libri manuscripti ope careamus, ad restaurandam aliquo modo hanc continuationem diversa auxilia conquirenda erant.*

1. *Linckius cui codicis illius notitiam debemus, postremam eius partem fere integram in Annales Claravallenses recepit, ea qua semper usus est diligentia transscriptam. Sed eorum quae saeculi XIII. finem antecedunt, pauca tantum servavit.*

2. *In codice olim episcopali nunc aeque perdito* (E) *annis* 1267—1279 *quos supra dedimus, multa sunt quae cum hac continuatione conveniunt; postea* 1302—1328 *ea paene integra recepta est, domesticis tantum Zwetlensium rebus omissis.*

3. *Novimontensis* (M) *adhuc superstes, f.* 65 *post Annales Admuntenses, sed foliis in medio nonnullis excisis, continuationem praebet ab a.* 1241, *manu saeculi XIV. scriptam, quae tota ex* 1. *excerpta est. Abbreviator autem iste quam negligenter et inepte versatus sit, ostendunt loci quibus ipsa codicis* 1. *verba apud Linckium habemus.*

4. *Fragmentum in codice bibl. caesareae* 8219 (L) *fol.* 54. *manu Seb. Tengnagel scriptum annos* 1267—1280 *ex ipso codice* 1. *ni fallor desumptos servavit.*

a) *sic codex.* b) discrimine *c.* c) terris *c.* d) nec *excidisse videtur.*

In altera huius continuationis parte, post annum 1308, frequens iam deprehenditur usus participiorum ubi verbum finitum ponendum erat, qui saec. XIV. XV. in regionibus orientalibus ex contactu linguae Sclavicae maxime invaluit.

Anno Domini 1241 eclipsis solis facta est. Eodem anno quidam ex gentibus partis orientis advenientes, qui crudeliores et immaniores ceteris gentibus fuerunt, nulli penitus sexui parcebant, sed tam iuvenes quam senes, sacerdotes et virgines cum religiosis personis in ore gladii percuciebant: ex quibus alios in patibulis suspendebant, alii sagittis interficiebantur, alii crucifigebantur et per medium scindebantur, alii ab eis captivi ducebantur. Unde factum est ut ipsi Tartari trecentis armatorum milibus cesis, quos ad repugnandum Ungari conduxerant, et totam Ungariam incendiis, rapinis et cedibus hominum vastaverunt; deinde usque ad Austriam valida virtute nemine resistente pervenerunt, et ibi maximam multitudinem hominum et pecorum tollentes cum violencia per Ungariam ad propria sunt reversi.

Anno Domini 1246 Fridericus dux Austrie cum Bohemis congressus ad[a] Laha oppidum, magnam plagam fecit in eos, cum tamen pro se haberet homines paucos. In quo congressu captivavit ducem Karinthie[51] et alios milites 230.

Anno Domini 1247 Fridericus dux Austrie Ungaris terram Austrie vastare volentibus occurrit armatus, et iuxta flumen quod vocatur Leitha pariter congressi, alterutrum se crebris ictibus mactaverunt. In quo tamen congressu dux Austrie vir strennuus et fortis occubuit. 1246.

Anno Domini 1251 Fridericus imperator in excommunicacione domini pape defunctus est, post cuius mortem dominus papa Innocencius terram Appulie et terram Sycilie in potestatem recepit, eisdem quendam suum cognatum consilio cardinalium prefecit. Sed Methfridus filius imperatoris iniuriam non sustinens, ipsum occidit, scilicet cognatum domini pape, quem loco sui[b] papa prefecerat. Hoc facto misit dominus papa ad expugnandum ipsum cum manu valida armatorum 60 milia, quibus quosdam[c] prefecerat cardinales; quos Methfridus omnes interfecit exceptis paucis. Collegit iterum papa exercitum pugnatorum forcium 60 milia cum cardinalibus ad eum conterendum, quos similiter interfecit. Contristatus autem dominus papa de hoc malo incidit in infirmitatem, qua et mortuus est. Post Innocencium, Allexander efficitur. 1250.

Anno Domini 1252 Henricus[d] marchio de Paden ducens filiam Henrici de Medlico, qui fuit germanus Fridrici ducis qui fuit ab Ungaris interfectus.

Anno Domini 1253 Ottakarus filius regis Bohemie Margaretam quondam Romanorum reginam, germanam[e] ducis Austrie Fridrici, duxit uxorem. In cuius odium Ungari totam Austriam incendiis, rapinis destruxerunt; interficientes plus quam ad centum milia hominum exceptis mulieribus et parvulis quos captivos abduxerunt, in quos nimis ignominiosa iudicia exercuerunt, que abhominabilia sunt enarrare et confusa[f]. 1252.

Anno Domini 1254 rex Bohemorum pater Ottakari[52], rex Ungarie, et Ottakarus dux Austrie in pacem redeunt. Sed rex Ungarie non prius acquievit donec subiugatam sibi terram Styrie a duce recepisset.

Anno Domini 1260 dominus dux Austrie Ottakarus exercitum ducens adversum Ungaros, qui cum maximo apparatu pugnatorum iterum venerant destruere Austriam et alias terras sibi subiectas[g], victor existens exercitum Ungarorum fugavit. Plures enim in flumine quod Marchia dicitur, iuxta quod castra posuerant ambe partes, perierunt cum transire vellent fugam ineuntes, quam illi fuerint quos gladio percutiebant. In hoc conflictu certaminis licet Ottocarus victor extiterit, tamen antequam utreque acies congrederentur, magnum dampnum excepit in quibusdam nobilibus qui plures occisi sunt de suis, et alii plures de ministerialibus perierunt et militibus, alii captivi ducebantur.

a) ad L. o. *quae in 3. desunt, ex Linckii Annalibus supplevi.* b) *deest in codice;* loco sui *habes infra a.* 1281. c) quodam *c.* d) *rectius* Hermannus, *cuius obitus quem hic tangere videtur, 4. Non. Oct. a.* 1250. *accidit.* e) Germani *c.* f) Ungari obsceni *appicta manu cum digito extenso in margine scripsit, qui haec a.* 1521. *legit.* g) *finem anni ex Linckii Annalibus supplevi, quum cod. 3. eum his verbis terminet:* Sed victor existens exercitum Ungarorum fugavit »

51) Ita etiam in Continuatione Lambacensi supra . 559 scriptum est. Fuit autem Ulricus filius Bernhardi ducis, v. Cont. Garst. et Salzburgensem et versus Iohannis Enenkel. 52) Hic iam 1253 Sept. 24. obiit.

Anno Domini 1261 Domino ordinante factum fuit quod in toto mundo christiani 40 vel 60 vel interdum plures, scilicet centum et supra, per ecclesias discurrentes, nudi de superiori parte cinguli per totum, opertis capitibus saccis, ante altaria prosternebantur: tam diu se ipsos verberantes, quousque quidam cantus maternus ad hoc deputatus finiebatur; et hec penitencia duravit 34 diebus. Mulieres vero in ecclesiis clausis ianuis idem faciebant, et hec fiebant ob reverenciam dominice passionis, et pro peccatis suis quia diversa incommoda ipsis terrorem incusserant et tremorem. Allexander papa obiit. Ottakarus dux Austrie dominam Margaretam repudiavit. et cognatam regis Ungarie duxit.

1264. Anno Domini 1263[a] stella que cometa dicitur visa est, per continuos 80 dies; que secundum Bedam et alios doctores ostentat vel famem, aut pestilenciam, vel mortalitatem, vel mutacionem regni, vel aeris intemperiem, aut ventorum inmanitatem. Urbanus papa obiit. In ordine Cysterciensium[b] factum est, ut capitulum generale non celebraretur, ideo quia abbatibus videlicet de Clara valle et de Morimundo agentibus contra Cysterciensem abbatem . . . . . Clemens in papam eligitur; quo mediante dissensio, que inter Cystercienses orta fuerat super quibusdam casibus et plus quam per annum duraverat, fine laudabili terminatur.

Anno Domini 1266[c] Karolus frater regis Francie capitaneus Romanorum a papa constituitur, expedicionem movens contra Methfridum imperatoris filium; qui Methfridus vallatus multitudine pungnatorum venienti occurrit. Cumque publico congressu uterque exercitus fortiter dimicaret, et bis vel ter ex utraque parte multi necarentur, tandem Karolus qui fuit ex parte domini pape, pro ecclesia resumptis viribus totam multitudinem Methfridi prostravit. In quo conflictu ipse Methfridus periit, qui solus traditus fuit sepulture, reliquis denegata sepultura. Ottakarus rex Bohemie[d] hoc anno cum Australibus et istis de Stiria,
Aug. 3. conducto etiam exercitu peregrino, movit expeditionem contra Bawariam in inventione sancti Stephani. Quam in magna parte et usque Ratisponam rapinis, incendiis et cedibus valde consumpsit. Plures tamen ex his quos custodes confiniorum posuerat in Patavia perierunt. Ex quibus quidam captivati sunt, quidam autem truncati, aliqui vero in toto perempti. Equi etiam plus quam 40 milia invalescente clade in predicta expeditione perierunt. Hoc ipso
Nov. 30. anno in festo beati Andree apostoli convocavit expeditionem versus Bawariam alteram. Cuius fines circa Pataviam iterum devastans incendiis et rapinis, castrum Riedo dolo traditum recepit; ulterius procedere ut plus mali faceret, vehementia hyemis non permittebatur[e].

Mai 25. Anno[f] Domini 1267 eclipsis solis fit in festo beati Urbani sub meridie, et durabat[g] usque ad vesperas. Gwydo de ordine Cystertiensium cardinalis tituli[h] Sancti Laurentii legatus a domino papa per Alamanniam directus in Wyenna convocatis tam episcopis quam aliis prelatis diversarum terrarum concilium celebravit[i]. Rex Otokarus nobilibus Bohemie Moravie Austrie et Stirie in unum convocatis expeditionem movit versus Pruzziam, ubi tamen nichil dignum egit, aura nimis temperate se habente. Conradus filius Conradi a Longobardis et ab aliis multis diversarum civitatum vocatus iter in Apuliam arripuit, patrimonium suum possessurus; qui a Carolo una cum Friderico herede Austrie interficitur.

Anno Domini 1268 Carolus frater regis Francie occurrit in prelio Chunrado nepoti Friderici imperatoris et marchioni de Paden, et senatori Romano, et eorum fugato exercitu occidit eos; et sedes vacavit ultra[k] annos tres.

Anno Domini 1269 Ülricus dux Karinthie obiit; cuius terram rex Bohemie sibi[l] subiugavit.

Anno[m] Domini 1270 rex Hungarie Bela et regina obierunt. Episcopus Saltzburgensis obiit. Comani Austriam vastaverunt et Bohemiam.

Anno Domini 1271 rex Bohemie intravit Hungariam et per hebdomadas octo multas obtinuit munitiones quas pace facta reddidit.

Anno Domini 1272 Stephanus rex Ungarie obiit. Gregorius X in papam eligitur.

Anno Domini 1273 rex Bohemie Ottakarus[n] intravit Ungariam et per ebdomadas 14

a) LIII[o] *cod.* b) Cystric. *c. ter, quod scribae inscitiae tribuerim; idem enim signum ei et er et ri significat.* c) LVI[o] *c.* d) *sequentia huius anni Linckius servavit; cod.* 3. *haec tantum subiungit:* cum Australibus et Styriensibus, conducto eciam exercitu peregrino, movit expedicionem contra Bawariam, et eam usque Ratisponam in magna parte rapinis et incendiis et cedibus valde consumpsit. e) *etiam Margaretae mortem hic relatam fuisse Linckius indicat, sed verba non servavit.* f) *hic incipit* 4. g) duravit 4. h) t. S. L. *desunt* 3. i) *cod.* 3. *addit:* Clemens dura morte obiit. vacat sedes per quadriennium. *Reliqua huius anni ibi desunt.* k) *deest* 3. l) *deest* 4. m) Anno — reddidit *desunt* 3. n) *deest* 4.

multas obtinuit municiones et civitates; suis ibidem locatis ad[a] Bohemiam rediit. Eodem anno eligitur in imperatorem comes Rudolfus de Alsacia et castro quod dicitur Habswurch; de cuius electione dolens rex[b] Bohemie Ottakarus totis[c] viribus restitit.

Anno[d] Domini 1274 celebratur generale concilium apud Lugdunum sub Gregorio X, Kalendas Maii.

Anno Domini 1275 Gregorius papa[e] obiit, et dominus Innocencius successit. Aque inundaverunt per totum mundum.

Anno Domini 1276 Innocencius papa[f] obiit et Adrianus successit; sed et ipse eodem anno decessit, et pro eo eligitur dominus Iohannes. Eodem[g] anno predictus rex Romanus Rudolfus intravit Austriam; quam videlicet[h] terram Austrie una cum Styria atque[i] Karinthia rex Bohemie Ottakarus cum 24 annis gubernasset, violenter coactus resignavit, suscipiens secundum iura imperialia terras suas a memorato[k] rege Romanorum.

Anno Domini 1277 Iohannes papa[l] obiit et Nycolaus succedit; et rex Bohemie Ottakarus omnes obsides regi Romanorum remisit. Eodem[m] anno rex Romanorum Rudolfus imposuit exactiones gravissimas toti Austrie, exigens de curia sexaginta denarios, de area duodecim denarios, de iugero vinee triginta, de rota molendini triginta, de manso triginta.

Anno Domini 1278 supradictus[n] rex Bohemie[o] opposuit se regi Romanorum et collectis exercitibus copiosis[p] congressi sunt ad pugnam reges[q] utrique iuxta flumen Marchiam, 7. Kal. Septembris, et cecidit in die illa illustrissimus rex Bohemie et multi de exercitu eius interfecti sunt, multi etiam captivati et submersi. Ex[r] parte autem regis Romanorum cecidit dominus Albero frater Leutoldi de Khunring.

Anno Domini 1279 portentuosum factum est ostensum. Omnis namque poledrus noviter natus dentes quatuor antiqui equi per gyrum dentium retinebat. Nobiles Bohemi propriam terram gravissime vastaverunt.

Anno Domini 1280 Petrus episcopus Pataviensis obiit, cui succedit dominus Wicardus eiusdem ecclesie maior prepositus. Rudolfus[s] rex Romanorum divina inspiratione compunctus, exactiones quibus ecclesias religiosorum per Austriam aggravarat, singulas iussit computari, et refudit in quantum potuit, religiosos sibi complacando. Nycolaus[t] papa obiit qui plurimos antecessores suos potencia tam in spiritualibus quam in temporalibus precellebat. Cui successit Martinus. Eodem anno[u] Rudolfus rex intravit Moraviam contra marchionem de Brandenwurch[48] manu valida bellaturus, sed tandem hec discordia mitigatur, et [48] treugis inter se mutuo solidatis. Necnon duci Saxonie[49] genero suo predictus rex Rudolfus contulit dominatum.

Anno Domini 1281 Rudolfus rex Romanorum terram patriamque repetens, filium suum Albertum comitem per Austriam et Styriam constituit loco sui vicarium generalem.

Anno Domini 1283 Albertus serenissimi Rudolfi Romanorum regis primogenitus ducatum Austrie et Styrie est adeptus.

Anno Domini 1284 obiit domina Alheidis uxor domini Heinrici de Velsperch[v].

Anno Domini 1285 Martinus papa moritur, et Honorius succedit. Tartari Ungariam ingrediuntur, sed vi expelluntur. Aves ubique moriuntur Pars hyemis prima ante nativitatem Domini caloris miri habita est, et nix modica, et optima temperies, durans usque ad kathedram sancti Petri sequentis anni, ita ut per omne illud tempus numquam in falcibus flores deessent, et plura veris indicia sunt reperta. Item Gothfridus episcopus Pataviensis moritur, cui successit Wernhardus.

Anno Domini 1288 apud Salczpurgam synodus episcoporum et prelatorum convocatur, et reliquie beati Virgilii eiusdem ecclesie quondam metropolitani de sarcofago elevantur cum magna cleri plebisque reverencia.

Anno Domini 1290 obiit Henricus dux Bavarie. Eodem anno obiit comes Rudolfus in

a) ad B. *desunt* 4. b) d. Otok. vehementer r. 4. c) O. et totis 3. d) Anno — Maii *desunt* 3. e) G. ob. In. succedit 4. f) I. o. Ad. succedit. et i. obiit. El. Iob. 4. g) Rex Rom. Rud. intr. 3. h) *deest* 3. i) et 3. k) Rudolfo *inserit* 3. l) Ioh. ob. N. s. Otakarus 4. m) Eodem *etc. usque ad finem anni desunt* 3. *sed Lincktius eadem verba ex chronico suo affert.* n) *deest* 3. o) B. Ottakarus o. ae Rudolfo Rom. regi 3. p) *deest* 4. q) r. u. *desunt* 3. r) Ex — (1280) complacando *desunt* 3. s) Rudolfus — complacando *etiam ex suo chronico Lincktius affert.* t) A D. 1280 dominus N. 3. u) *hic desinit* 4. Item R. 3. v) *haec ex Lincktii Annalibus supplevi; codex Novimontensis hoc anno nihil habet.*

48) Ottonem Longum. 49) Alberto.

Bohemiam profectus[a], filius Rudolfi Romanorum regis, pater Iohannis interfectoris regis Alberti. Et Terra sancta perditur, occisis in Akkoron plus quam centum milibus christianorum. Porro[b] eodem hoc anno Albertus dux Austrie missis cathmeariis, hoc est minerarum fossoribus, in Zwetl ad dominum Ebronem abbatem et ad conventum exegit ut in Macra curia, ipsorum grangia videlicet precipua, ipsos mineras argenti querere permitterent. Quos tam inviti, quam certissime si proficerent domum Zwetlensem consequenter perituram ex hoc noverant, admiserunt. Sed cum aliquamdiu fodientes nichil omnino labore dignum invenissent, ad ducem redire non audentes, quem spe vana extulerant, creditores suos quam plures qui ipsis pecuniam pro communicando secum lucro prestiterant, defraudantes clanculo recesserunt.

Anno Domini 1291 Rudolfus Romanorum rex obiit. Eodem anno Ungarorum rex Andreas cum innumera Ungarorum[c] et gentium multitudine sex continuis ebdomadis in Austria inter Wiennam et Novam civitatem castra metatus iacuit, nichil omnino contra eum universis terre nobilibus agentibus. Qui tandem cum duce Austrie Alberto concordatus, castra in finibus Ungarie quam plura, que terre Austrie nociva videbantur, diru[d] permisit.

Anno Domini 1292 concilium particulare in Salczpurga et in aliis archiepiscopatibus ubique terrarum super Terre sancte recuperacione celebratur. Obiit dominus Nycolaus papa, et dominus Celestinus in papam eligitur, vir simplex et devotus religiosus, sancteque conversacionis, et ab omni ecclesia venerabatur. Et comes Adolfus de Nazzawe in[d] regem Romanorum eligitur.

Anno Domini 1293. In[e] Chrembs Iudei perfidissimi christianum unum ad se de Brunna missum dolo suo nequissimo crudelissime torquentes, enervatum propter capiendum sanguinem occiderunt. In quo facto nefario deprehensi nichil ultionis pertulerunt preterquam quod in principio duo Iudei pauperes rotati sunt, ceteris omnibus per pecuniam copiosam sibi favorem et pacem tam apud ducem quam apud terre magnates comparantibus, qui ipsos Iudeos fovebant et a vulgi iusta iracundia, si fas est veritatem dicere, non pietate misericordie sed impietate avaritie ducti, per exosam violentiam in scandalum christiane fidei tuebantur.

1294. Item in Lâ civitate Iudei furati fuerunt corpus Domini, et in stabulo illud sepelientes deprehensi, aliquot morte multati sunt et reliqui a civitate fugerunt. In loco autem ubi corpus Domini inventum fuit, capella constructa est. Quarto Nonas Aprilis dominus Wernhardus episcopus Pataviensis capellam in infirmitorio et capellam in dextra parte chori Zwetlensis monasterii cum suis altaribus consecravit. Sequenti quoque die, quod fuit sabbato quo *Sitientes* cantatur, idem dominus episcopus, consecrata primum ara capelle in Dürrenhove, sacros ordines in Zwetlensi monasterio celebravit.

1295. Grangia nostra in Macra curia muro cincta est.

1296. Dux Austrie Albertus possessiones ecclesie Saltzpurgensis in magna parte devastavit; sed episcopus metropolitanus eiusdem ecclesie predictum ducem et abbatem Agmundensem excommunicavit auctoritate fretus apostolica, precipiens etiam suis coepiscopis ut id ipsum facerent et in suis ecclesiis mandari fierent. Quod quidam episcopi facientes, quidam autem ad sedem apostolicam appellantes, et propter hoc in propriis personis a divinis sunt suspensi. Eodem anno dux Austrie filiam suam regi Ungarie copulavit. Item ministeriales Austrie potiores videlicet de terra in unum conspiraverunt, et regi Romanorum contra ducem nuntios et litteras destinantes, ut Austriam visitaret obnixius rogaverunt. Sed dum a spe sua frustrati sunt, a duce Austrie vehementissime sunt humiliati; quosdam enim de terra eiecit, quibusdam possessiones ab eodem duce penitus sunt distracte. In qua distractione dominus . . de Sumerawe vehementer affligitur, et de terra expellitur, et eius castrum quod Anschowe dicebatur, terre funditus coequatur.

a) in Bohemia prefectus *cod.* b) Porro — recesserunt *ex Linckii Annalibus adscivi. Praeterea de consummata per Ebronem domo abbatis hic relatum fuisse indicat p.* 473. c) *ita* 1. ion. multitudine sex continuis ebdomadibus in Austria inter Wyennam et N. c. est castra metatus, *nec plura* 3. d) *decst c.* e) *sequentia Linckius servavit; cod.* 3. *haec tantum habet:* Iudei perfidissimi in Cremsa christianum unum de Brunna sibi missum crudelissime torquentes, et enervatum propter sanguinem capiendum occiderunt; in quo facto nefario deprehensi nichil ulcionis pertulerunt, sed per pecuniam copiosam favorem et pacem apud ducem quam apud magnates terre obtinuerunt.

Anno Domini 1296 dux Austrie Albertus ecclesiam Salczpurgensem in magna parte vastavit. Eodem anno dux Austrie regi Ungarorum filiam suam dominam Agnetem copulavit. Item ministeriales Austrie pociores conspiraverunt; sed dum a spe sua frustrati sunt, a duce Austrie vehementissime sunt humiliati. Quosdam enim ex eis de terra eiecit, quorundam eciam possessiones sunt destructe.

1297.[a] Eodem anno dux Austrie et episcopus Salzpurgensis amicabiliter sunt complanati, et abbas Agmundensis a suis emulis occisus est. Cui substitutus est abbas Sancti Petri de Salzpurga ordinis sancti Benedicti.

Codex 1.

1298. Principibus scilicet rege Ungarie, rege Bohemie, duce Saxonie, ducibus Karinthie, duce Opulie, marchione cum telo, duobus marchionibus Brandenburgensibus, et aliis quam pluribus principibus spiritualibus et secularibus Wiennam convenientibus, supradicti reges, videlicet Ungarie et Bohemie, filium et filiam nuptui tradiderunt, et rex paganorum nomine Albrandus in civitate Wiennensi eodem tempore est occisus. Hoc facto omnes supradicti principes seculares Alberto duci Austrie Sueviam cum expeditione ituro fideliter iuraverunt; quod et fecerunt, licet non in personis propriis omnes, sed suis hominibus secum missis. Arripuerunt autem iter in quadragesima[b].

Codex 3.

A. D. 1298 in vigilia beati Iohannis baptiste Albertus dux Austrie aput Magunciam ab episcopo Maguntinensi et a ceteris diversis principibus in imperatorem eligitur, vivente adhuc rege Romanorum Adolfo. Qui congregato exercitu modico temporis interiecto cum rege Adolfo congrediens ipsum protinus interfecit. Albertus vero in imperio confirmatus, Aquisgrani sollempniter coronatur.

Anno[c] 1299 dominus Rudolfus dux Austrie ex instinctu patris videlicet regis Romano- 1298.
rum, ut dicitur, castrum Valchenberch circumdari iussit et vallari machinis circa festum beati Michaelis. In quo castro obsessus erat dominus Rapoto iunior de Valchenberch, et se viriliter defendit. Tandem iactis ad idem castrum ex machinis septem milibus octingentis maximis lapidibus, sequenti die post diem cinerum in Martio castrum traditur sine omni gratia in 1299.
manus impugnantium, ubi tredecim mortui ex ictibus lapidum defuncti cernuntur, et multe Mart. 5.
miserie deplanguntur. Dominus etiam Rapoto de Valchenberch offensus ictu lapidis mortem miseram vix evasit. Omnia autem que domini de Valchenberch, videlicet dominus Hadmarus et dominus Rapoto, mediocribus vel pauperibus vel religiosis sive in pomeriis, vineis vel agris vel feodis vi abstulerant, que scilicet sine ambiguitatis scrupulo certificari poterant, mox redduntur. Deductis autem ab eodem castro multis victualibus, tempore quadragesimali castrum confringitur et terre funditus coequatur.

1300. Dominus Albertus rex Romanorum a rege Francie spineam coronam Domini et regnum quoddam, quod ad imperium spectare dicitur, repetebat. Qui tandem accepta sorore eius domina Blancha duci Austrie filio suo in coniugem, ad concordiam sunt reducti. Huic autem copulationi dominus Bonifacius apostolicus dicitur restitisse. Dominus Leutoldus de Chünring fundator Zwetlensis monasterii, defuncta uxore sua domina Agnete de Velsperch, videlicet in festo beati Egidii, ad consilium domini Alberti regis Romanorum iterato duxit uxorem de Swevia dominam Agnem comitissam de Ahsperch post nativitatem domini nostri Iesu Christi[d].

1301. Domina ducissa Austrie, soror regis Francie, per Rudolfum ducem ad terram Austrie est adducta. Cuius etiam iter Rudolfus palatinus conatus est aliquatenus impedire. Regina quoque Romanorum domina Elisabeth primo post assumptionem regni terram Austrie intravit. Eodem anno tres episcopi, videlicet Coloniensis, Maguntinensis et Treverensis, regi Romanorum domino Alberto, quem in regem elegerant, se opposuerunt, longa concertatione sibi firmiter resistentes. Ob cuius etiam oppositionis occasionem ministeriales Austrie in subsidium regis primo in Sweviam ascenderunt. Eodem anno moritur Andreas III. rex Ungarie; post cuius obitum duo reges eliguntur, videlicet Carolus heres Sicilie per dominum apostolicum Bonifacium ad eandem terram pro assumendo regno destinatus, et Wenzeslaus rex Bohemie ex communi consilio quorundam comitum terre electus, patre eius rege videlicet Bohemie primitus renitente. Hii vero pueri duarum sororum filii extiterunt. Eodem anno civitas Pataviensis domino Wernhardo episcopo se opposuit. Cui venit auxilio in tempore opportuno Albertus cesar, quo curante seditio civilis contra episcopum sopita fuit.

a) *post mentionem factam conventus Fragensis.* b) *reliquam anni partem Linckius non servavit.* c) *hoc anno* 3. *nihil habet et sequentibus nouco. Ego abhinc Linckium secutus sum.* d) *verba quibus hic iubilei mentio facta erat, Linckius non retulit.*

1302. Hoc anno dominus Nycholaus cardinalis, Ostiensis episcopus, legatus domini pape Bonifacii, in Austriam veniens dominum Karolum puerum, filium Karoli regis Sicilie ex sorore Alberti regis Romanorum, Ungarie regem dare[a] ex commisso pape volebat; huiusque rei opportunitatem in Wienna residendo expectans, religiosis clericisque exactiones mandavit per Austriam, tandemque in Ungariam in civitatem Oven veniens, quam Budam vocant, commissum sibi officium mancipare putabat. Sed Ungarorum nobilium ac civium pars maior filio regis Bohemie Wenceslao in regem accepto, ipsi contrarii erant, muneribus patris ducti, speque ampliorum munerum suspensi. Interimque Karolus puer predictus non omnino a spe sua diffidens, eventum rei in extremis Ungarie partibus expectabat, potiorum de Ungaria comitum consilio rectus et auxilio roboratus. Hoc anno iterato Australes ad regem ascenderunt. Ipse quoque rex prefatus invictissimus Romanorum Albertus episcopos sibi rebelles, scilicet Colonie, Moguncie et Treverensem, vastatione et depredatione bonorum, urbium ac castrorum vallatione ac multiplicium damnorum illatione sibi subiugavit; ita ut cum se sibi resistere non posse cernerent, tandem compositione amicabili ipsius gratie se restitui laborarent; quod et factum est. Eodem[b] anno ex intemperie aeris vina Austrie communiter in tanta sunt procreata amaritudine, ut nullus retroactis temporibus a quoquam sub simili acerbitate procreata tam generaliter recordaretur. Dominus[c] Iohannes de Chunring hoc anno natus est.

1303. Hoc anno regina Romanorum domina Elizabeth terram Austrie secundario intravit. Ipse quoque Albertus rex cunctis adversariis in partibus superioribus devictis, negotiisque regni strenue dispositis, ipsam reginam secutus, circa exaltationem sancte crucis terram Austrie personaliter[d] visitavit. Dominus Nycolaus cardinalis, Ostiensis episcopus, in Ungaria non proficiens, a domino papa revocatur; et mortuo papa in papam eligitur ipse, de Predicatorum ordine. Qui sequenti anno moritur, dicebatur autem Benedictus.

1304. Rex Bohemus Wencezlaus cum maxima multitudine armatorum Ungariam intrans, muneribus et calliditate, partim etiam potentia, insignia regni Ungarie, hoc est gladium et tunicam beati Stephani regis Ungarie et coronam obtinuit; ubi quamplures suorum[e] ex intemperie aeris mortui sunt. Et antequam ibidem negotia sua terminare[f], propter que intraverat[g], posset[h] ut de stabiliendo regno filii sui[i] super Ungaros, rex Romanorum Albertus missis duci Austrie Rudolfo filio suo nuntiis precepit, ut pacis diffidationem ac contradictionem regi Bohemie demandaret. Quo facto rex Bohemie inconsumatis negotiis atque imperfectis, propere exire parat Ungariam[k], habens tamen regalia. Interim vero dux Austrie Bohemiam atque Moraviam ubicunque Austrie contiguam rapinis vastat atque incendiis. Inter hec regi Bohemie cum filio[l] vix pate exitus de Ungaria, hominibus et equis supra modum consumptis et lassatis. Quibus regressis in sua, statim Austrie que poterant mala reddebant. Karolus vero filius regis Sicilie spe regni Ungarie adipiscendi regaliumque requirendorum, quorundam magnorum comitum Ungarie Comanorumque fultus auxilio, puer adhuc tenellus, cum viginti et amplius milibus veniens prope Znoimam se recepit. Qui in Moraviam Bohemiamque more suo cursitantes[m], predas hominum pecorumque abduxerunt maximas, et nec sexui nec etati parcentes, in christianos et maxime in feminas facinora impudentissima exercuerunt. Hii etiam in Austria mala fecerunt quamplurima, per homicidia, rapinas, incendia, blasphemias in sacramenta effractis ecclesiis; quod tamen Deus inultum non dimisit. Nam circa nativitatem beate Marie rege Romanorum a superioribus partibus veniente in Linczam, postquam omnes suos ibidem congregavit, cum validissimo exercitu prope Liberam civitatem Bohemie fines aggreditur, concurrentibus[n] ad eum duce Austrie, domino Chunrado archiepiscopo Salczpurgense cum aliquot suffraganeis suis, domino Karolo predicto cum Ungaris et Comanis. Hii omnes inter Weitram et Gamundiam se congregantes, expensasque itineri suo in Bohemiam preparantes quinquaginta milia pugnatorum habuisse dicuntur; ibidemque Comani et Ungari iam diuturnis spoliis et captivitate christianorum, que dux loco solarii ipsis indulsisse dicitur, nimis ditati, nullum reverentes insolescebant tam intollerabiliter contra omnes, quod clamor christianorum validus usque ad hoc regem Romanorum commovit, ut captivos ab ipsis postularet dimitti. Quod ipsi renuebant facere, et dilatione responsi tempus redimentes, pretium se pugne habere sufficiens arbi-

Sept 8.

a) *deest* 2. b) Eodem – recordaretur *Linckius non allulit ex* 1. c) Dominus – est *desunt* 2. d) particulariter 2. e) *deest* 2. 3. f) terminari 2. terminaret 3. g) venerat 2. h) *deest* 2. 3. i) *deest* 1. k) in Ung. 2. accederabat exire Ung. 3. l) c. f. *desunt* 2. 3. m) cursantes 2. n) occurr. 2. 3.

trati, noctu fugam ex ipsis septem milia inierunt. Dux vero fraude hac comperta, expeditiores quosque ex suis ad quattuor milia post ipsos mittit, qui eos inter Vanveld et Altenburgam consecuti, circa quadringentos ex ipsis in die beati Leodegarii una sexta feria prostraverunt; Oct. 2. persecutique eos alii alios versus Egenburgam et Chunring, alii alios per diversa fugientes cedebant, totaque illa captivitas puerorum feminarum hominumque ac spoliorum innumerabilium[a] circa Altenburch soluta remansit: ubi etiam cadavera occisorum hinc inde sparsa per agros per abbatem loci collecta, ac in foveam grandem, ne aerem corrumperent, sunt proiecta; inter quos quidam nobilissimus comes, qui dicebatur dux ante Silvam, est occisus. Rex vero Romanorum cepto itinere Bohemiam cum residuo intrans exercitu, ante

Codex 1.

Cutnam castra metatus est. Insuper villas, grangias devastavit, et reliqua igne consumpsit; sed nullam civitatem aut castrum oppugnare valebat, sciens quod moram in Bohemia trahere non posset, quia[b] multi captivabantur et suspendebantur, equis per plateas trahebantur, alii in foveas proiciebantur. Sed Bawarie dux Otto, qui et ipse in comitatu et auxilio suo erat, ipsum sub pietatis specie avertit, ne videlicet innumera hominum milia ex utraque parte perirent. Hoc autem ducis consilium suspectum fuit per consequens factum. Rex itaque Romanorum factis ibi diebus paucis, tandem timore urgente et penuria, cum confusione in Austriam redire cogitur;

Codex 2.

Chutnam castra metatur. Regem Bohemie sibi occursurum putabat, pugneque aviditate festinans nullam civitatem aut castrum oppugnare volebat; simulque sciens quod moram in Bohemia habere non posset ob intemperiem hyemis iam instantis. Nam Chuttnam facile obtinuisset tunc adventus sui initio; sed dux Wabarie Otto, qui et ipse in comitatu et auxilio suo erat, ipsum sub pietatis specie avertit, ne videlicet innumera milia hominum incendio, per quod solum acquirenda erat, perirent. Hoc autem ducis consilium suspectum fuit per consequens factum. Rex itaque Romanorum factis ibi diebus pluribus confligendi desiderio, tandem frigore urgente et penuria, casso labore redire in Austriam cogitur;

singulisque in sua redeuntibus ipse cum paucis Swevis ibidem[c] usque ad purificationem 1305.
beate Marie remansit; tuncque iterum in Sweviam ascendens, de instaurando exercitu contra Bohemiam, donariis et quibus potest modis toto laborat conamine. Quippe cum rex Bohemie in nullam cum eo dignaretur quantumcunque rationabilem concordiam convenire, inter eos duce Bawarie[d] hoc diligentius elaborante, ut estimabatur, et ipso rege Romanorum in omnia que digna ac[e] rationabilia viderentur, se consentaneum exhibente. At rex Bohemie etiam ipse cause ac iustitie sue fidens, aurique et argenti copiis, quas habet permaximas, et fortunatis ex hoc ad quecunque[f] se verterat successibus animatus, licet quidem ipse vir[g] bellator non esset, in venalium auxilio manuum, quas conducere poterat innumeras, confidebat. Ac de Polonia Wratislaviense, cuius heredem filie sue in maritum assumpserat[50], de 60
Calisiense quoque regno, cuius heredem virginem[51] ipse in coniugem duxerat, de Saxoniaque atque hinc inde auxilia colligens, sese in contrarium preparabat. Ducem preterea Bawarie supradictum datis multis marcarum milibus sibi confederat, loco sui capitaneum belli constituit; cui omnes barones Bohemie atque Moravie fidelitatis et obedientie sacramentum prestare oportuit. Marchiones quoque Hermannum de Brandenburch consanguineum suum, qui gener regis Romanorum erat, et Heinricum[52], qui cognominabatur cum telo, auxiliarios 62
sibi[h] iam ante habuerat astrictos, quod eis terram Misnensem in 50 marcarum milibus obligasset, quam a rege Romanorum pro 40 milibus marcarum prius sibi obligatam acceperat, et nunc ipsam a marchionibus occupatam, regi Romanorum pecuniam debitam exhibenti reddere nolebat, nec quidem facile valebat, marchionibus eum in contrarium animantibus; quam tamen ipse Romanorum rex duci Iohanni, filio sororis regis Bohemie ex fratre suo comite Rudolfo[i], conferre voluerat. Propter quam terram inter eos stabat potissimum hoc discordie malum, in quo hoc anno ad triginta milia hominum cede, incendio, inedia et variis angariarum modis perisse estimabantur.

a) inoumerabilia 2. 3. b) *haec corrupta esse videntur*; quia — proiciebantur *fort. post* perirent *collocanda sunt.* c) in Austria 1. d) B. Ottone 2. e) d. erant ac rat. c. se exh. 2. f) queme. 2. g) vix b. esset 2. h) *deest* 1. i) suo Rudolfo communiter conf. 2.

50) Margaretae, Boleslaum filium Heinrici V. ducis. 51) Elisabeth vel Richsam, filiam Premislai regis. 52) Ottonem potius.

Eo[a] etiam anno Danubius ariditate nimia ita inaruerat, ut inter Neunburgam et Chremsam in tribus locis vadabilem equis et curribus se preberet.

Anno[b] 1304, pridie Kal. Martii obiit dominus Ebro abbas Zwetlensis, qui abbatizavit 32 annis.

1305. Domina Blancha ducissa Austrie obiit, soror Philippi regis Francie ex patre, 14. Kal. Aprilis. Comes etiam de Hyrzperg[c] Gebhardus obiit sine herede. Wenceslaus rex Bohemorum sextus, circa annum etatis trigesimum quintum 11. Kal. Iulii obiit, amator divini cultus[d], fundator Aule Regie, monasterii scilicet ordinis Cisterciensium sollempnissimi[e] in Bohemia, monete regalis in grossis Pragensibus initiator; in divitiis et gloria et temporalium successu, licet vir inbellis, Creso aut Salomoni non impar, solo incontinentie malo destructus interiit, regnum Wenceslao filio suo[f] relinquens. Hic insignia regni Ungarie Ottoni duci Bawarie resignavit, simulque regno Ungarie abrenuntiavit, regno Bohemie contentus, ducta in uxorem ipso anno filia cuiusdam ducis[g] de Polonia, dicti de Thesshin[h]. Compositione quoque[i] omnimoda inter ipsum et alios de parte sua principes, ac avunculum suum regem Romanorum facta, eidem terram Mysnensem resignavit. Eodem anno Otto dux Bawarie predictus in regem Ungarie ab episcopis et comitibus aliquot electus, cum regalibus insignibus venire captabat in Ungariam. Sed cum obstante ac contradicente sibi duce Austrie id publice cum exercitu explere non posset, post omnium sanctorum cum paucis clam noctu intrans Austriam, a Brunna in Oedenburgam pertransiit, coronatusque pro rege se tenebat[k]. Ob hoc ipso anno inter Austriam et Ungariam plurima mala in cedibus hominum et spoliis perpetrantur. Moritur papa Benedictus; eligitur Clemens V, Burdegalensis archiepiscopus*.

1306. Wenczeslaus rex Bohemie septimus, et[l] ultimus in illius gentis genealogia et idiomate, adolescens admodum pulcher, insequenti die, id est quinta feria, post inventionem
Aug. 4. sancti Stephani prothomartyris, que quarta feria precesserat, propter insolentiam contra optimates suos in Olomuncz civitate Moravie a suis occiditur, ibidemque[m] sepultus est, habiturus viginti annos etatis in festo sancti Michahelis; sicque contra vaticinium in gente illa ab antiquo vulgatum, Bohemie regnum exheredatur. Et Rudolfus dux Austrie baronum quamplurium[n] votis[o] consentientibus inibi in regem assumitur, ducta in uxorem regina Calisie, relicta Wenczeslai sexti Bohemorum regis; in ducatum Austrie Friderico fratre suo succedente; Alberto Romanorum rege, patre utriusque, hec omnia confirmante.

1307. Rudolfus rex Bohemie cum iam vix in eum vota baronum aliquorum, qui ei hactenus restiterant, concordassent, adhuc in castris expeditionis, qua contra eosdem exierat, infirmitate corripitur, et profluvio ventris circa 26. annum etatis obiit in Horawicz civi-
Iul. 3. tate, feria secunda in vigilia sancti Udalrici; in Praga sepelitur. Quo mortuo Heinricus dux Karinthie avunculus eiusdem, ratione uxoris, que filia erat Wenceslai sexti Bohemorum regis, regnum occupat; Alberto Romanorum rege una cum duce Austrie ipsum fortius[p] impugnante, et barones impetente super promisso, quo filios suos singulos, uno decedente sine herede, proximum semper in regem se promiserant assumpturos. Sed cum totam estatem valida manu iacens in Bohemia, casso labore et absque conflictu publico non sine dispendio hominum utriusque partis exegisset, in Austriam[q] rediit, et de hinc per Bawariam in Sweviam, bellum futura[r] estate toto conamine restauraturus. Eodem anno Hermannus marchio obiit.

1308. Dux Bawarie Otto in Ungaria cum in regnum non proficeret, domum revertitur, hac sola apud Ungaros potitus felicitate, quod eorum[s] ac Rutenorum in quas traditus fuerat captivitates, Deo miserante evasit. Regni tamen gloriam non usquequaque desperans, titulum sibi eiusdem in suis interim litteris ascribebat, ducta filia Heinrici ducis Glogovie in uxorem. Albertus Romanorum rex, vir fide in Deum et homines constans, nec non ad negotia belli prudens ac magnanimus, honorabilisque connubii[t] et thori immaculati continen-

* *In codice Hist. prof. 72. ad Annales Salisburgenses a.* 1305. *haec quidam adscripsit:* Item eodem anno inventum est corpus Christi in Neunburga a parte fori contemptum a Iudeis, feria sexta quatuor temporum ante festum sancti Michahelis, et Iudei ibidem omnes cremati sunt.
1307 obiit serenissimus dominus Rudolfus rex Bohemie, filius domini regis Alberti Romanorum regis, in die sancti Udalrici episcopi, et est sepultus in Praga.

a) Eo — preberet *Linckius ex cod.* 1. *non attulit.* b) Anno — annis *desunt* 2. 3. c) Hirzberg 2. d) sincerus *addit* 3. e) *deest* 2. 3. f) *deest* 1. g) *deest* 2. h) Thessin 2. i) que 2. k) gerebat 2. l) et — idiomate *desunt* 1. m) idemque 2. i. s. est *desunt* 1. n) plurimorum 2. plurimum 3. o) vocibus 2. p) fortiter 3. q) tandem Karinthiam rediit 3. r) future estatis 1. s) e. ac *desunt* 2. t) connubiis 1.

tissimus conservator ubique, in zelo autem iuris imperialis et iniuriarum retentione rigidus et gravis quampluribus principibus ac[a] magnatibus, occiditur causa et ordine infra scriptis, permittente Deo quantum humanis sentire fas est iudiciis, ex quo fortune ipsius gloria a fastigio, quo eatenus mirabiliter ascenderat, visa est declinare. Nam cum[b] apud Sanctum Ypoli- 1306.
tum inimici crucis Christi Iudei comperti fuissent, ut antea perpluries[c] impune fecerant alias, blasphemiam et ludibrium sacramento dominici corporis irrogasse, fideles fidei zelo accensi, commoto in eos impetu aliquos[d] trucidaverunt, vulgo mobili atque ut semper improvido aliquid de eorum substantiis rapiente. Ex qua re dux Rudolfus occasionem habens[e], quam et rex fortius aggravavit, civitatem crudelissima obsidione afflixit; eratque mussitatio, quod ipsam dirutam in locum alium, in Potenprun, qui de fundo suo est, transferri mandasset. Venerabilis vero pater dominus Wernhardus episcopus cives[e] suos ac clerum Yppolitensem ab huiusmodi angustia diu liberare non valuit[f]. Sed inter hec non solum ipse, verum omnis clerus, totaque pene[g] ecclesia fidelium per Austriam simul cum ipso improperium Christi portans scandalizata, devotione orandi pro rege extincta apud quamplurimos sibi etiam fidelissimos tabescebat; vixque tandem hoc malum, datis tribus milibus quingentis talentis, cum difficultate maxima complacatur. Hoc autem factum in rege ex consequentibus Domino displicuisse probatur, dum ab inde negotiorum eius prosperitas omnis in deterius relabi videtur[h]. Quia filius eius Rudolfus predictus rex factus ab eo in Bohemia, dum parato sibi regno procedere[i] prospere et regnare deberet, moritur; rebellantibusque baro- 1307.
nibus ipse Romanorum rex per estatem cum copiosa armatorum multitudine in Bohemia demoratus, nichilque proficiens, non sine dampno[k] suorum exivit, et regnum Bohemie a filiis suis, in quos illud hereditare ipso constituente iam ceperat, ac sibi[l] promissum, exhibitione nondum completa retrahitur, et Heinrico Karinthie duce ignaviter illud occupante, usque nunc incerto dominio vacillat. Sed etiam[m] in terra Misnensi, quam imperio immediate subdendam recuperare disposuerat, quotiens contra marchionem hii quos direxerat, aciem dirigerent, occidebantur, capiebantur, industria omni et viribus eorum penitus annullatis. Itaque rex Albertus iterum per Bawariam in Sweviam regreditur, expeditionem 1308.
contra Bohemos ad proximam paraturus estatem. Cumque in die apostolorum Philippi et Mai 1.
Iacobi non longe a civitate Paden[n] iuxta fluvium Arn dictum cum principibus et optimatibus suis iocunde prandisset, dux Iohannes, quem germanus suus Rudolfus ex filia Ottakari regis Bohemie genuerat, et alii tres liberiores genere, dicti de Eschenbach, de Palm, de Wart[o], quibus tanquam[p] capitis sui innitebatur custodibus securius: hii latus eius transituri aquam predictam stipantes, aliosque omnes a se ut onus navi regie noxium ioco mortifero repellentes, ipsum sic seduxerunt. Quem desolatum a suis omnibus aqua intermedia dispabat, virum valde in Deo fidentem, et in multis conditionibus vere virum virtutis. Qui nimis semetipsum credebat hominibus, quod tamen dominus Iesus quandoque legitur non fecisse; et ita eum, postquam equo insederat, et ipsi equites occiderunt, vulnera ut furor dictabat singulis infligentibus, sed Iohanne patruum pugione primitus perforante. Qui hanc contra ipsum causam dicebatur habere, quod suum ei patrimonium detineret. In hanc mortem et infortunia[q] propter predictam Iudeorum defensionem Dominus eum tradidisse videtur, ac si operibus pro verbis illud ei, quod olim per Iheu prophetam[r] ad Iosaphat dixerat, cum Achab auxiliaretur: *Impio prebes auxilium, et his qui oderunt Dominum amicitia iungeris,* impropera- 2 Paral. 19, 2.
ret[s]. Verum ut[t] ad Iosaphat subditur: *Iram quidem Domini merebaris; sed quia bona opera inventa sunt in te* etc., ita et de ipso intendisse Dominum pie est sentiendum, quod[u] videlicet hec mors non in iram ei a Domino sed in misericordiam fuerit, qua[v] temporaliter correptus, eterne mortis evadere sententiam mereretur. Quia confidenter ex devota Matris misericordie invocatione cum in sinu vilis servuli unius de suis expiraret[w], et aliarum virtutum eius meritis, imo et certius ex revelationibus quibusdam, de misericordia Dei, qui bis in id ipsum non punit, sed omnes homines vult salvos fieri, presumendum speratur. Super cuius morte ab his, quorum oculi imperfectum eius diligentius, quam quas habuit bonarum virtutum gratiam perviderunt, illum, quo David planxit ab Ioab olim occisum Abner, planctum michi meisque pro consolatione canendum indulgeri non utique inconvenienter exoro. Flens enim

a) a 2. b) *deest* 2. c) pluries 2. d) aliquot 1. e) *deest* 2. f) voluit ?. g) p. omnis eccl. 2. h) videretur 2. videbatur 3. i) regno prospere regnare 2. k) magno d. 3. l) si 2. m) *deest* 2. 3. n) Baden 1. o) Bart 2. p) quoque 2. q) infortuniam 2. r) *deest* 1. s) *deest* 2. t) V. etiam ut ?. u) quia 1. v) cum 1. w) expirasset 2.

2 Reg. 3,33. David super tumulum Abner aiebat: *Nequaquam ut solent mori ignavi, mortuus es, Abner. Manus tue non sunt ligate, et pedes tui non sunt compedibus aggravati: sed sicut solent cadere* ib. 38. *coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Num ignoratis, quoniam princeps et maximus cecidit hodie in Israel*[a]*?*

1309. Ipso anno Heinricus comes de Luczelburch in regem Romanorum electus coronatur, vir
Ian. 6. quem fama communis zelatorem iudicii et iustitie predicabat[b]. Quem nobilis dux Austrie, scilicet dominus Fridericus, prefati Alberti pie memorie filius, adiit cum satis magna potentia, suscipere ab eo in feodo ducatus, scilicet Austrie, Styrie et Portum Naonis, et reverti. Cives autem eius, scilicet Wiennenses aliqui[c] oderant eum, et miserunt una cum baronibus Austrie
Luc. 19, 14. aliquibus legationem post illum, dicentes: *Nolumus hunc regnare super nos.* Tali igitur spe decepti iidem barones cum eisdem civibus conspiraverunt; illi publice terram spoliantes, illi ut incusati et postea puniti sunt, civitatem Wiennam tradere eis volentes, prefato duci se taliter opponentes. Sed ordinante Deo factum est ut rediret contra spem illorum acceptis in feodo
1310. prefatis ducatibus, et illos, qui ei astiterunt, diversis donis remuneraret; inimicos autem eius, qui nolebant eum regnare super se, rigido iudicio diversis mortis generibus, alium equo ad caudam ligatum, et confuse per civitatem tractum rotavit, alios abscissis linguis et oculis erutis truncavit; quorum unus, scilicet[d] Iohannes dictus Stadlauarius, dives et probus sagaxque civis Wiennensis, equitractionem et postea rotationem pertulit; Gotfridus autem, dictus Solsator, et Wilhalmus[e] oculis privati sunt et linguis. Barones autem castra, in que eos dux ante locaverat, confuse resignare, et se ei inposterum perpetue fideliter servituros iurare compulsi sunt, et sic eis reconciliatur[f]. Hec facta sunt anno Domini 1310, quinto Idus Februarii. Eodem anno dominus Otto dux Bawarie castrum Neunburch in sua terra situm, et sibi a multis annis infestum, multis laboribus expugnavit. Postea aliud castrum Wernstain[g] obsedit, sed non expugnavit. Tempore autem eiusdem anni, quo solent reges ad bella procedere, dux Fridericus Bawariam ascendens, castrum quod Ried dicitur expugnavit, et Scherding obsedit. Sed infirmitate valida detentus, ita ut in suo exercitu mortuus proclamaretur, redire ad propria coactus est. Eodem anno imperator Heinricus Romam proficiscitur in cesarem consecrandus; filium autem suum Iohannem ad invitationem quorundam baronum Bohemie eidem terre prefecit, et eum cum quibusdam potentibus episcopis in Bohemiam destinavit. Heinricus autem dux Karinthie, qui tunc Bohemiam satis debiliter rexit, domum compellitur remeare.

1311. Anno[h] isto circa festum omnium sanctorum dominus papa Clemens V. universale concilium inchoans in civitate Gallie Vienna, et terminatur post festum sancte Trinitatis; cuius concilii acta et instituta antequam in publicum promulgarentur, iussu eiusdem domini pape ignibus sunt exusta, excepto quod decima omnium ecclesiasticorum proventuum ab omni clero, id est tam religiosis quam secularibus, per octennium exigebatur. Item[i] imperator Heinricus intrans partes Lambardie, Romam profecturus cum magno exercitu, habens secum dominum Leupoldum fratrem ducis Friderici Austrie in comitatu, plures civitates potentes Dei adiutorio expugnavit. Quod videntes Lambardi, se videlicet viribus non posse resistere, campestria suburbana, fontes et gramina toxico inficientes, quo hausto equi et homines quamplurimi sunt mortui. Dominus autem Leupoldus prefatus dux pluribus amissis hominibus, vix semivivus ad propria remeavit; uxor etiam imperatoris in itinere est defuncta.

Anno Domini 1312 quia terra paululum[k] requievit a preliis, dux Austrie Fridericus ex instinctu baronum terram volens mundare a furibus et spoliatoribus, quibus habundabat, dominum Dietricum Pilichtorfarium tunc sue curie marschalcum, sua auctoritate misit huiuscemodi malefactores inquirendos et auferendos a terra; quod[l] etiam pro posse suo adimplevit. Nam perlustrans totam terram, qui sibi occulte a nobilibus vel civibus vel villanis, iuramento prius prestito, concorditer accusabantur, hos decollatione vel suspendio vel alia morte peremit. Ceteros autem quos commode invadere non audebat[m], intitulatos duci detu-

a) *In cod.* 1. *manus alterius scriptura sequitur.* LINCK. *Leutoldum de Chamring tunc natum esse, quod hoc loco legitur in Ann. Zwetlensibus, etiam hic relatum fuisse Linckius indicat, sed verba non prodit.* b) *Annum* 1309 *hic inchoant* 2. 3. c) Viennenses semper rebelles *manu cum digito extenso appicta in cod.* 3. *adscripsit ille, qui a.* 1521 *haec legit.* d) u. Ioh. d. S. 1. e) Wilhelmus 2. f) reconciliatur. MCCCX. V° Idus 2. compulsi sunt. MCCCX. dux Fridericus 3. g) Bernstain 2. h) Eodem anno 2. *ubi haec in fine anni posita sunt. In* 3. *desunt.* i) *deest* 2. 3. Idem 1. k) modicum 2. l) qui 1. m) potuit 2.

lit puniendos[a]. Tale iudicium vocabatur inquisitio. Eodem anno metreta siliginis ante pascha pro sexaginta denariis vendebatur. Caristia autem a pascha usque ad nova tantum de die in diem crevit, quod demum metreta tritici pro dimidio talento vendebatur, metreta siliginis pro tribus solidis et 15 denariis, hordei pro 70, avene pro 60. Unde etiam contigit, ut multi homines in terra Austrie, et precipue ex altera parte nemoris, et in terra Bawarie fame morerentur. Eodem anno quedam tempestas in Bachovia[b] et in Chremsa repente inundans, aliquos homines et domos quamplurimas subruens et abducens interemit, molendina multa et vineas destruxit. Sequenti[c] die obiit dominus Chunradus de Puechperg. Eodem anno tertio die post Viti, que dies in sabbato habebatur, obiit fidelis atque pius dominus Leuthol- Iun. 18.
dus Chünringarius de Tyernstain, studiosus fundator et amator huius Zwetlensis cenobii, pronepos Hadmari secundi fundatoris, et in presbiterio est sepultus.

1313. Eodem[d] anno pius Dominus sterilitatem prioris anni omnium victualium habundantia compensans, in tantum terram fructificare fecit, ut tempore novorum metreta tritici[f] pro sex vel minus, siliginis pro quatuor[g] vel minus, hordei pro quatuor vel[h] minus, avene pro duobus vel ad maius pro tribus denariis venderetur. Insuper carrata vini secundum qualitatem valoris sui circa talentum vel infra vel paulo supra comparabatur, nisi esset egregium vinum. Tanta enim erat copia vini presertim in Austria, ut vasis deficientibus unum vas vini pro vase vacuo equaliter traderetur; et quia tunc vindemia nimis erat serotina, contigit ut fructus uvarum in vineis, et mustum in torcularibus et in doliis congelasceret; et circa festum sancti Martini in Wienna et Neunburg[i] vix eadem vindemia complebatur. Poma etiam et pira et omnes huiusmodi fructus[k] in tanta copia, sicut a longe retroactis temporibus contigerat, habundantius provenerunt. Sed his bonis duo mala magna, quorum unum particulare magnum aliud universale maximum, successerunt. Nam ille inclitus ac serenissimus nec non christianissimus cesar Heinricus, multis terris ac civitatibus Romano imperio rebellantibus viriliter expugnatis, demum in terram[l] . . . . . contra regem Rupertum[m] proficiscens, civitatem quandam nomine . . . . . obsedit; ubi nescio quo Dei iudicio disponente vel potius consentiente, a quibusdam impiis ac nefandis hominibus tam lacrimose quam periculose veneno, ut dicitur, prochdolor est peremptus, nisi quod mundum totum in maligno positum tali viro estimo fuisse indignum. A tempore enim Karoli regis magni, ut in chronicis legimus, non surrexit maior eo, nec est inventus similis illi, presertim in principibus, qui conservaret legem Excelsi, maxime in divino cultu, quem affectuosissime honorando et omni mense devotius communicando studiosissime coluit; nec non in zelo iustitie, quam sine personarum acceptione ferventissime exercuit, ac morum religiositate seu virtutis[n] actione, qua omnibus regibus, tam veteris quam novi testamenti, nequaquam[o] ut estimo minor fuit.

Statim subsequitur malum aliud. Nam[p] barones aliqui Bawarie inferioris opponunt se duci Ludwico comiti palatino, cui patruus suus dux Otto decedens eandem terram cum liberis suis[q] commiserat, conducentes sibi in adiutorium ducem Fridericum Austrie in huius rebellationis defensorem. Qui eis in auxilium mittens marschalcum suum Pilichtorfarium cum aliquibus nobilibus Austrie et Styrie; et invasi a predicto Ludwico duce, cum sparsi essent et non bene muniti[r], omnes hos nobiles pene[s] ad quinquaginta pariter captivavit. Qui tamen eodem anno concordantibus predictis principibus liberi sunt dimissi. Eodem[t] anno serenissima domina Elisabeth, relicta regis Alberti, obiit in die apostolorum Simonis Oct. 28.
et Iude. Eodem etiam anno obiit dominus Hadmarus de Valchenberch in die Calixti. Eodem Oct. 14.
anno dominus Wernhardus venerabilis Pataviensis ecclesie episcopus obiit in die Pantaleo- Iul. 28.
nis martiris. Post quem eligitur dominus Gebhardus, nobilis vir, frater ministerialium de Walse, qui tunc potentes erant in Austria. Sed perpaucis canonicis in dominum Albertum fratrem ducis Austrie, qui necdum legittimos annos habebat, consentientibus, contra eiusdem Gebhardi electionem ad sedem apostolicam appellatur. Quo idem dominus Gebhardus veniens, et pene biennium manens, a.[u] D. 1315 in curia est defunctus.

a) perimendos 1. b) Badovia 2. c) Sequenti — presb. est sepultus *desunt* 2. 3. d) 2. 3. *praemittunt relationem de episcopis Pataviensibus.* f) t. p. s. v. m. *desunt* 2. g) quinque. avene pro d den. 3. h) v. m. *desunt* 2. i) Neunburge 2. Neupurge 3. k) omnis b. minor fructus 3. l) Aputie *supplendum videtur.* m) Rudbertum 2. n) virtutum 2. o) nunquam 1. p) ut 1. q) simul 1. r) uniti 2. s) bene 2. 3. t) Eodem — Calixti *desunt* 2. 3. u) a. D. 1315. *in uno* 1. *leguntur.*

Anno 1314 dominus Clemens papa, exactor predicte decime, tempore paschali moritur. Ludwicus dux Bawarie comes palatinus, et dux Austrie Fridericus, electoribus dissentientibus, in regem Romanorum quilibet a parte sua eligitur; de quorum discordia ecclesia maxime perturbatur[a].

1315. Rex Fridericus decimam generalem de redditibus religiosorum et de vineis tam religiosorum quam civium ac aliorum, taxatis prout valere poterant, accepit. Eodem[b] anno occisus est dominus Rapoto de Valchenberch, qui fuit monasterii nostri una cum fratre suo Hadmaro tutor et benefactor fidelis.

1316. Item[c] rex Fridericus stiuram a civibus de omnibus que habebant, sub iureiurando accepit; et inundatio maxima Danubii ac omnium fluviorum, tam ex pluviis quam eruptione venarum terre, quam nix maxima et nimis diuturna subsecuta omnia sata destruxit.

1317. Fames et sterilitas inaudita ex nive preteriti anni omnia sata destruente[d]. Unde siliginis quasi nichil ille annus habuit, tritici vero parum amplius, hordei vero et avene ac estivalium satorum mediocriter, et vini modicum, ita ut rarus esset panis triticeus et siliginеus; hordeaceus autem et avenaceus quasi communiter comedebatur.

1318.[e] Obiit domina Agnes uxor domini Alberonis de Seveld Chünringii. Eodem anno obiit dominus Fridericus de Walsse.

1319. Rex Fridericus cum domino Friderico archiepiscopo Salczpurgense Enum in Muldorf per pontem transiens, ceteris fluviis ubique, Danubio etiam apud Ratisponam vadatis, totam Bawariam incendiis et rapina vastavit, nullo sibi resistente. Sed nec rege Ludwico; qui postquam castra metatus ex opposito contra Muldorf cum meliori militia, quam pars adversa ad certum diem bellum etiam condixisset, terga vertit, inferiores Bawaros de infidelitate accusans.

1320. Rex Ludwicus cum Iohanne rege Bohemie et episcopo Treverense et comite Gulicense et cum pluribus auxiliariis, fortibus ad tria milia galeatorum, Alsatiam ingressus ipsam pervadendo, et Sweviam redeundo, in odium ducis Liupoldi vastare volebat. Cui dux Liupoldus non multam quidem militiam equitum, plurimam vero peditum acerrimorum de Sweicz habens multitudinem, occurrit cum Argentinensi episcopo. Ipse quoque equo descendens, pedester cum peditibus in fugam ipsum solus primo; sequenti vero die, rege Friderico iam coniuncto sibi, in fugam secundo convertit; cum tamen iam vexillo erecto contra se strictis gladiis galeati constitissent vice utraque, sicque usque ad diem quartum ipsum sunt pugne desiderio persecuti. Eodem anno dominus Albertus dux Saxonie, plebanus Wiennensis, in episcopum Pataviensem a sede apostolica datur, et confirmatur*, et in sabbato quatuor temporum Septembris Wienne ordinem subdiaconatus accepit. Eodem[f] anno obiit domina Maria uxor domini Eberhardi de Walsse.

1321. Dominus Albertus predictus Pataviensis episcopus diaconatus et sacerdotii atque episcopatus ordinatione in Salczpurga a metropolitano percepta, missam primam Wienne apud Predicatores in octava pentecostes, rege Friderico cum fratribus Alberto, Heinrico, Ottone ducibus, nec non regina, ministerialibus et omnium ordinum prelatis quamplurimis astantibus, sollempniter celebravit.

1322, qui fuit annus nonus a contentiosa electione duorum imperatorum, videlicet Friderici ducis Austrie et Ludwici palatini Bawarie, volens idem Fridericus finem huic liti, bello[g] iam inter se utrinque condicto imponere, congregato non valido exercitu de Austria et Styria, parcens stipendiis aliquos barones de nobilioribus Austrie non conduxit; sperans in multitudine Ungarorum et paganorum, quos sibi ad . . milia Karolus rex Ungarie, avunculus suus, in adiutorium misit, nec non in fratre suo duce Leupoldo a partibus Alsatie[h] sibi cum magno exercitu occursuro, contra Ludwicum pugnaturus in quodam campo inter civitatem Muldorf et castrum quod dicitur Dornberch, in districtu Salczpurgensis episcopi, castra metatus est. Ibique nimis diu ducem Leupoldum expectans, antequam veniret, a Ludwico prefato
Sept. 28. et a Iohanne rege Bohemie in die sancti Wenczeslai bello invaditur; paucisque ex parte nostra,

* Item eclipsis solis facta est Iohannis et Pauli, hora tercia.
A. D. 1322 rex Fridericus cum Ludwico bello inter se utrimque iam condicto, congregato *etc.* 3.

a) perturbabatur 3. b) Eodem — fidelis *desunt* 2. 3. c) Idem 2. d) destruentis 1. destruens 3. e) *hoc anno nihil habent* 2. 3. f) Eodem — Walsse *desunt* 2. 3. g) bello — condicto *desunt* 2. h) Elsatie 2.

pluribus[a] vero ex altera parte occisis, Ungaris primo terga vertentibus, rex Fridericus cum strennuissime pugnasset, et sicut dicitur ad quinquaginta homines manu sua peremisset, tandem una cum fratre suo duce Heinrico et omnibus baronibus suis capitur, et in castro quod Trausenicht[b] dicitur, firmissime custodie mancipatur. Heinricus vero dux a rege Bohemie captus, in Bohemia sub districtissima custodia vinculis tenebatur. Barones vero cum ceteris minus nobilibus sub fide pro tempore ad propria dimissi, constitutis terminis se denuo suis captivatoribus presentabant, qui et ipsi ferro et aliis generibus diversis compediti sub arctiori custodia tenebantur. Nec immerito; proficiscentes enim ad bellum terram propriam, Austriam videlicet, quasi[c] nunquam reversuri, hostilius quam pagani persequebantur, alterutrum non parcentes, sed rusticorum, civium et nobilium etiam bona ubicunque poterant rapiebant; colonos quorumcunque dominorum captos, nisi se pecunia redimerent, circa ignem assando, vel aliis penis diversimode afficiendo; vasa similiter, dolia et alia diversimoda[d] domorum supellectilia frangendo aut comburendo, et quod pessimum fuit, annonam et vinum, quod secum ducere nequibant, ad lutum platearum vel certe ad aquam fluentem, nisi redimerentur specialiter, effundendo; castella quoque minorum nobilium, quod antea inauditum erat, nisi cum eis paciscerentur pro pecunia, manu armata sicut sagittis vel incendiis, hostiliter impugnando. Simili modo etiam Ungari et pagani ex altera parte Danubii perpetraverunt, edificia pauperum incendendo, matronas, viduas, virgines opprimendo, ecclesiis irruptis et sacrilege spoliatis, reliquias sanctorum et sacram eucharistiam in contemptum fidei christiane super terram manibus sacrilegis proiciendo, et multa talia alia vel peiora tam pagani, quam qui dicebantur christiani Australes, postposito Dei timore commiserunt: non parcentes sexui vel etati, nec personis religiosis vel ecclesiasticis, nec personis cuiuscunque conditionis. Ideo iustissimo Dei iudicio personali captivitate, corporali durissima castigatione, rerum suarum spoliatione, contumeliarum affectione puniti sunt, quia per hec omnia nequissime peccaverunt.

1323. Dux Heinricus, qui captivus fuit regis Bohemie, consilio Karoli regis Ungarie liber dimittitur, cum omnibus nobilibus Austrie qui secum capti fuerant. Sed ob hoc Znoyma[e] et Costel[f] et Luntenburch[g] a ducibus Austrie, quorum pignora fuerunt, regi Bohemie restituta sunt; super hec omnia civitas Laa et castrum Weitra eidem regi Bohemie pro novem milibus marcarum obligantur.

1324. Dominus Iohannes papa nolens Ludwicum principem Bawarie esse regem Romanorum, eo quod post captivitatem Friderici ducis Austrie se sine consensu apostolici de Romano imperio intromiserat[h], et potestative imperialia negotia gereret, sicut de infeodatione terrarum heredibus orbatarum et huiusmodi, presertim cum non fuerit ab omnibus principibus, ad quos electio spectabat, electus. Ob quod idem Ludwicus offensus et motus domino pape iniuriosa verba obloquebatur, dicens eum non posse esse papam, et huiusmodi, de quibus melius est tacere quam loqui. Quod papa percipiens, iussit eum in terris superioribus publice excommunicari, eligens sibi pro advocato ducem Leupoldum, fratrem predicti Friderici ducis Austrie in captivitate detenti. Qui Leupoldus apostolica auctoritate fretus, predictum Ludwicum spoliis et incendiis strennuissime persequitur et rapinis[i], in quibus valde prosperabatur; quia in terra Alsatie[k] et Swevie pro maiori parte dominium exercebat.

1325. Ludwicus qui se pro imperatore gerebat, volens sibi subigere ducem Leupoldum, obsedit quandam civitatem eius castellum habentem, nomine Purgau, contiguam terre Bawarie; quatenus illa expugnata ad alias ipsius civitates et munitiones expugnandas liberius se transferret. Cui obvius fuit idem dux Leupoldus cum exercitu valido, ipsum de obsidione sue civitatis propulit et amovit, ulterius ipsum et sua persequens usquequaque. Ludwicus autem resistere non valens, cogitansque se contra dominum apostolicum verbis graviter deliquisse; consilio sano invento, imo ut creditur divinitus misso, Fridericum ducem Austrie iam tertio anno a festo sancti Wenczeslai captum, sine omni fideiussoria cautione et omni pecunia liberum dimittit tempore paschali, sperans se per ipsum[l] gratiam domini pape et favorem ducis Leupoldi, fratris eiusdem Friderici, eo melius adepturum. Qui scilicet Ludwicus et Fridericus postea ita in karitate non ficta uniti sunt, ut Ludwicus terram suam exi-

a) p. v. ex a. p. *desunt* 1. b) Trauseinicht 2. Trausnicht 3. c) vid. spoliantes et host. q. p. persequuntur quasi n. r. 2. *at non* 3. d) d. d. *desunt* 2. e) civitas Z. 2. f) Chostel 2. 3. g) Luczelburch 2. Lucempurch 3. h) *ita* 1. 3. intromiserit 2. i) et in r. valde 2. persequebatur et rapinis. A. D. 1325 Ludwicus 3. k) Elsatie Swecie et S. 2. l) propter hoc 3.

turus, et filio suo in Branburch[a] obsesso subventurus, predicto Friderico duci Austrie eandem terram cum omnibus suis committeret, ne eam dux Leupoldus ob reverentiam fratris in eius absentia devastaret. Eodem[b] anno dux Otto una cum consensu suorum fratrum claustrum ordinis Cisterciensis prope Civitatem novam fundavit, quod Novum montem vocavit.

Eodem[c] anno scilicet 1325° dominus Iohannes et frater eius Leutoldus, filii domini Leutoldi de Chünring in iuvenili etate, videntes se per violentiam amotos ab omni iudicio quod habere debuerant in civitate et territorio Zwetlensi per dominum Rudolfum de Liechtenstain, civitatem in Zwetel obsederunt, locantes se primo in curiam nostram Retschen, et congregatione magna armatorum multorum ibi facta, de rebus monasterii tam sibi quam equis suis totaliter providentes, a quinta feria pasche usque ad dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*, nobis ad trecenta talenta, exceptis rebus a colonis nostris datis et acceptis in victualibus quibuslibet dampnum, quod se tamen fide data promiserunt persolvere, intulerunt. Quo viso frater Gregorius, de eadem civitate natus et eodem anno tertio die post festum Scholastice iam abbatizatus, inter eandem civitatem et dominos de Chünring se interposuit, efficiens apud cives quod iam dudum auxilio domini sui de Liechtenstain frustra expectato desperaverant, ut eisdem dominis de Chünring civitate assignata fideliter subderentur, donec per principes inter predictos dominos de Chünring et dominum de Liechtenstain amicabilis compositio fieret, et utrique parti sua iustitia redderetur. Qui licet inviti et cum lacrimis huiusmodi compositioni acquieverunt, experti certissime quod omni auxilio destituti in triduo civitate expugnata plures vitam, omnes autem res et honorem sine dubio perdidissent. Statim his actis rex Fridericus a captivitate Babarica Wiennam veniens, mox illuc reversurus, scilicet non ut captivus sed ut liber, imo ut custos Bawarice terre, interim tale medium inter prefatos dominos fecit, ut domini de Chünring iudicium terre, dominus autem de Liechtenstain civitatem cum iudicio domorum, donec per placita et certa iudicia quelibet pars suam iustitiam plenius eximeret, et pacifice possiderent.

1326. Dux Leupoldus apud dominum Iohannem papam decimas ab omni clero et ab omnibus religiosis per provinciam Salzpurgensem obtinuit, cum eadem pecunia contra Ludwicum regem, cui papa propter multas detractiones et infamias, quas in eum contumeliose vomuerat, infensus erat, dimicaturus. Sed iam l tteris cum bullis papalibus expeditis, idem dux Leupoldus* apoplexia percussus subito moritur, et clerus a tali exactione Dei misericordia liberatur.

Codex Zwetlensis.

1327. Duce Leupoldo mortuo Ludwicus iam nullum timens Romam proficiscitur, a Romanis honorifice suscipitur, varia loca pertransiit, ibique per triennium moratur; cesarem se facit, antipapam creat, novos cardinales instituit, alia etiam plura que contra papam et iura ecclesie fuerant ordinat et disponit. Propter quod dominus papa ipsum Avinionis et dyocesibus plurium terrarum excommunicat, et hereticum atque fautorem hereticorum appellat. Eodem anno dux Hainricus Austrie obiit, et in Chünigsveld sepelitur.

* apud Argentinam 3.

Codex Novimontensis.

A. D. 1327. Ludwicus[d] nullum timens, de duce Leupoldo iam mortuo securus, Galliam proficiscitur, et a Romanis honorifice suscipitur, varia loca ibidem transiens, et usque ad tercium annum ibi commoratur, et in odium veri apostolici sibi papam de ordine Minorum novum creavit, et ideo propter excessus quam plures dominus Iohannes papa ipsum excommunicavit, scilicet Avinione, et in omnibus dyocesibus plurimarum terrarum, eumque fautorem hereticorum et per consequens manifestum hereticum fecit pronunciari. Dux Henricus Austrie moritur. Eodem anno dux Otto princeps piissimus, et iunior inter fratres, divino instinctu cupiens fundare monasterium ordinis Cysterciensis, de quo plurimum presumebat, pro sua salute nechon pro genitorum suorum. Igitur consilio super hoc habito, ipse dominus Otto dux Austrie cum

a) Branpurch 3. b) Eodem – vocavit *desunt* 3. c) Eodem – possiderent *desunt* 2. 3. d) *Cod.* 2. *gesta horum annorum nimis in breve contraxit; Novimontensia non habet.*

Codex Zwetlensis.

abbate Ottone de Sancta Cruce, qui devocioni principis multum congaudens, et perlustrantes diversa loca tandem divino nutu ad Novum montem pervenerunt. Cuius disposicionem et situm quem optime monachis huic seculo nequam abrenunciantibus et exilium propter Deum petentibus cernerent competere, ibidem monasterium inchoaverunt, et fratres de gremio Sancte Crucis ydoneos ibidem locaverunt.

1328. Karolus rex Ungarie, Iohannes rex Bohemie, cum duce Austrie Ottone conspiraverunt contra Fridericum ducem Austrie cum aliquibus baronibus de terra, volentes eum subplantare de terra; Austriam manu valida intrantes, spoliis, rapinis, incendiis omnia devastabant. Has quoque munitiones expugnaverunt, videlicet Marchek, Velsperch, Rabenspurch, Ulreichschirchen, Egenburgam; Waythofen exusserunt igni. Ultimo cum non proficerent et conatum suum perficere non valerent, rex Bohemie Drosendorf civitatem obsedit, eam sex continuis septimanis machinis, fossoribus et aliis instrumentis impugnando; tandem sub quadam conditione se regi Bohemie tradiderunt.

1329. Obiit domina Gütta comitissa de Oeting, soror dominorum et ducum Austrie, in vigilia Mathie apostoli.

1330.[b]

Codex Novimontensis.

A. D. 1328 rex Ungarie Karolus et Iohannes rex Bohemie una cum duce Austrie Ottone conspirantes contra regem Fridericum: qui quidem Fridericus una cum Ludwico antea congrediens pro imperio captivatus fuerat, et tamen post suam liberacionem rex dici volebat. Hunc hii duo principes una cum fratre suo duce Ottone subplantare volentes, Austriam in manu fortissima intraverunt, rapinis et incendiis crudeliter vastaverunt[a]; tandem discordia fuit per ministeriales sedata, et dux Otto potenti manu ad Sweviam pervenit ibique strennue et laudabiliter in cunctis accionibus se exhibebat, et Ludwicum de Bavaria cum magna potencia contra se venientem, de campo effugavit. Tandem conposicione facta, duci Ottoni civitates peroptimas Ludwicus pro magna pecunia pro reconciliacione sibi obligavit.

CONTINUATIO NOVIMONTENSIS.

Etiam hic rivos tantum habemus, fonte ipso latente. Nam in codice E *episcopali et menda multa offendimus, e. g. anno* 1336 *dimidia sententia excidit, et* 1333 *res domesticae Novimontis receptae sunt, ut ibi originem horum quaerendam esse appareat. Econtra neque codex* M *Novimontensis, fons est ex quo scriptor codicis* E *haurire potuit. Quare utrumque expressimus usque ad annum* 1348 *quo* E *desinit; reliqua* M *solus habet, et post a.* 1350 *autographus est. Ceterum iam extrema Continuationis Zwetlensis III in codice* M *cum Novimontensium rebus coniuncta esse patet.*

Codex episcopalis.

1329. Otto dux Austrie et fundator Novi montis monasterii, ad Sweviam cum magna potentia pervenit, et Ludbicum de Bawaria contra se bellantem effugavit. Tandem compositione facta Ludbicus civitates optimas pro pecunia magna, quam dux Otto pro stipendio exposuerat, obligavit; non solum ipsum devicit, sed omnibus resistentibus dux Otto extens in Swevia viriliter terrorem incussit.

Codex Novimontensis.

A. D. 1329 dux Otto fundator Novi montis in Swevia existens et cuncta rite disponens ex relacione magistrum Pernholdum obisse cognoscens, continuo legaciones ad apostolicum dirigens, et inpetravit hospitale ad suam fundacionem perpetuo iure pertinere.

a) vastaverunt, et has munitiones scilicet Veldsperch Rabenspurch et Ureichschirichen, Egenburgam expugnaverunt 2. *nec plura hoc anno.* b) *quae hoc anno scripta fuerint, Lincklius non retulit; sed Annales Zwetlenses hic fere eadem praebent cum Cont. Novimontensi.*

Codex episcopalis.

1330. Rex Fridricus, quondam dux Austrie, in castro Guettenstain moritur, in octava epiphanie, et in Maurberbach monasterio Kartusiensium, quod ipse fundaverat, suspensus in sarcophago servabatur. Eodem anno Ludbicus Bawarus de Galliis revertitur in Monacum. Domina Elisabet conthoralis ducis Ottonis obiit, et in Novo monte sepelitur.

1331. Albertus dux Austrie licet debilis baiolabatur, tamen sapientia a Deo sibi prestita reges et principes de circumiacentibus regnis superabat, et ad ipsum pro negotiis suis terminandis consilio et auxilio requirendo confluebant. Fratrem suum ducem Ottonem in Swevia commorantem post[c] magnam victoriam et gloriam ibidem adeptam revocavit. Qui veniens, terras suas cum potentia et industria regebat, nec non a magnatibus et a cuncto populo honore condigno venerabatur.

1332. Dux Otto collecta non modica multitudine de terris suis, convento etiam rege Ungarie Karolo, congressusque adversus regem Bohemie, ipsum de campo die condicto potenter effugavit; et si hyems valida non obstitisset, terram Bohemie armata manu invasisset.

1333. Dominus Heinricus, primus abbas Novi montis, post labores et fatigationes, quas indesinenter pro novella fundatione patienter sustinuit, percussus apoplexia occubuit. Fundator eiusdem loci dux Otto una cum visitatore abbate Sancte Crucis orbatum monasterium patre spiritali visitantes, dominum Simonem communi consensu elegerunt; et eodem die, scilicet Idus Mai, contulit monasterio suo castrum Reichenau gloriosum perpetue habendum.

1334. Copulata fuit domina Anna, filia
96 regis Bohemie, duci Ottoni, et mutuo reconciliantur, solemnitasque nuptiarum in Znoyma cum tripudio conventus utriusque celebratur.

1335. Ludbicus de Bawaria ob prevaricationes quamplurimas maxima sententia excommunicationis a papa Iohanne irretitur; tum quia contumaciter sedi se opposuit, tum quia sibi papam, cum pervenisset Romam, specialem creaverat, cardinales et episcopos eidem substituerat, ecclesiam sanctam variis erroribus implicaverat. Insuper ipsum imperium fraudulenter usurpavit sibi, scribendo et pronuntiando se esse imperatorem, apostolico non consentiente; ideo ipsum anathematizatum publice pronuntiavit, terrasque, quas sibi indebite subiugaverat, sub interdicto anathematis constrinxit. Eodem anno Heinricus dux Karinthie moritur; et ducibus Austrie et Styrie Alberto et Ottoni eadem terra a supradicto Ludbico secundum iura imperialia confertur. Iohannes rex

Codex Novimontensis.

A. D. 1330 rex Fridericus in castro Guetnstain[a] moritur et in Maurpach[b] sua fundacione sepelitur. Eodem anno domina Elyzabeth de Bavaria conthoralis ducis Ottonis obiit, et in Novo monte sepelitur.

A. D. 1331 post obitum regis Friderici dux Otto de Swevia revertebatur ad Austriam, et ab omnibus condigno honore venerabatur. Dux vero Albertus frater suus cum fuisset destitutus viribus, pro eo ipse cum magna potencia et industria terras suas regebat et defendebat.

A. D. 1332 dominus Otto dux Austrie congressus adversus Iohannem regem Bohemie ad pugnam, ipsum manu valida de campo fugavit; et si yemps non obstitisset, terram suam invasisset.

A. D. 1333 primus Henricus abbas Novi montis, peroptimus dispensator, percussus apoplexia obiit. Dux vero Otto una cum visitatore venientes, et ut unus ex congregacione eligeretur institerunt, et electus fuit dominus Symon in abbatem, scilicet Ydus May. Eodem die dux Otto contulit monasterio suo Reichnau castrum ab eo conparatum.

A. D. 1334 Henricus dux Karinthie moritur[57], et terra eadem ducibus Austrie, domino Ottoni et Alberto, per Ludwicum confertur. Eodem anno duci Ottoni fuit copulata domina Anna filia regis Bohemie; in Cznoyma[d] fuerunt nuptie sollempniter celebrate.

a) Guetustain *c.* b) Maurpch *c.* c) *deest in codice.* d) Czoyma *c.*

57) Obiit 1335. Apr. 2.

Codex episcopalis.

Bohemie hoc egre ferens, successionis abdicationem iustitia sibi dictante non sustinens, et opposuit se ducibus Austrie contradicendo.

1338 Otto dux Austrie, Styrie, Karinthie, provocatus a rege Bohemie, adunato sibi exercitu electamque militiam ducens ad obsidionem fervide accingitur contra ipsum, et decrevit de singulis. Iohannes papa obiit; cui successit Benedictus, ordinis Cisterciensis, qui instituit ordini quasdam novas institutiones firmiter observari.

1338. Iudei in pluribus regionibus christianis persequendo et interimendo crucialiter trucidantur, quia corpus dominicum et fidem christianam diversis malis et infidelitatibus machinando corruperant perniciose; exceptis his, qui in civitatibus, sicut in Winna et in Nova civitate sitis[b] in Austria, a ducibus et baronibus sunt protecti. Eodem anno locuste sevientes generalem in omnibus finibus fecerunt in agris et pascuis consumptionem, precipue in districtu nostro et ultra Danubium sevierunt tempore messis; sed fructus vinearum non leserunt. Et habebant capita galeata, et quatuor alas, sex pedes, duos dentes duros et crudeles, in volatu turmatim incedentes et congruenter, et pre multitudine privabantur homines lumine solari, et spatium diurni itineris, quando non obsistebat tempestas vel pluvia, se extendebant ad unum vel duo miliaria, et ubi quiescebant, sive in pratis sive in silvis, in campis et in agris, que fuerant viridia, rodendo, evellendo, annihilando consumpserunt; et tamen post istam sevam plagam locustarum non fuit secuta caristia.

1339. Mitissimus Otto dux Austrie, Styrie, Karinthie, devoto et optimo fine de hoc seculo migravit, humatusque fuit in Winna apud Augustinenses. Albertus vero dux solus inter fratres supervixit, quamvis esset debilis in corpore, terras suas nihilominus prudentia et industria, qua excellenter pollebat, ratio nabiliter regebat. Et cum[c] pluribus negotiis

Codex Novimontensis.

A. D. 1336 dux Otto congregavit exercitum copiosum contra regem Bohemie; exceptis ministerialibus de singulis civitatibus habuit assignatum numerum personarum qui cogebantur sine dilacione pugne interesse. Nam de sola civitate Wyennensi plus quam 40 milia expediti in turma sua processerunt[a]. Rex autem Iohannes Bohemie cum adiutorio regis Ungarie ex opposito se per omnia agitabat viriliter et confidenter; considerans quod exercitus ducis Ottonis incomparabiliter esset prestancior et suo forcior, usus sano consilio et astucia, placavit primo ministeriales et barones Austrie prece et precio ut a proposito ducem Ottonem inclinarent. Quo facto, perpendens fraudem et insidias dux Otto de quibus presumebat, noluit conparere, set cum illa multitudine copiosa recessit. Quod rex Bohemie senciens ipsum insequebatur, et magnam violenciam conburendo et devastando nullo resistente usque Neupurgam exercuit, necnon et municiones firmas obsedit et debellavit. Eodem anno Iohannes papa obiit, et pro eo Benedictus de ordine Cysterciensi eligitur.

A. D. 1338 Iudei in diversis regionibus a christianis interficiuntur, et ipsi se mutuo plures qui non sperabant se evadere interfecerunt, quia corpus dominicum variis dolis et infidelitatibus et fidem christianam corruperant et ignominiose tractaverant; sed pauci salvati fuerant a principibus propter pecuniam et protecti in civitatibus munitis. Eodem anno locuste tempore messis crudeliter occupaverunt terram, habentes capita galeata, quatuor alas, sex pedes, duos dentes sevos et duros; turmatim et congruenter in volatu incedentes; et pre multitudine locustarum homines privabantur lumine solari, et spacium diurni itineris earum, quando non obsistebat tempestas vel pluvia, extendebat se ad unum vel duo miliaria, et ubi quiescebant in segetibus vel pratis vel que erant viridia in campis, omnia rodendo, evellendo et inficiendo destruxerunt; post hanc autem plagam pessimam in omnibus utensilibus non apparuit aliqua caristia. Dominus Fridericus Salczpurgensis episcopus obiit.

A. D. 1339 serenissimus dux Otto et piissimus fundator Novi montis de medio sublatus fuit, et reliquit duos heredes, duces scilicet Fridericum et Leupoldum, et sepultus est in Novo monte cum magna reverencia et devocione. Interfuerunt multi prelati cum ministerialibus sicut decebat exequiis talis nobilissimi principis. Locuste iterum maiori numero

a) civitas Vienensis 40 millia in subsidium mittit principi, nescio quot hodie mittere posset dum hec legerem 1521. *Ea margini codicis inscripta sunt.* b) *ita Pezius emendavit,* site *c* c) *deest c.*

Codex episcopalis.

intentus corpus fundatoris Novi montis ducis Ottonis pie memorie predictus frater suus dux Albertus ad eundem locum, quem adhuc vivens elegerat, deferre tardaret, ammonitus per revelationem et visionem somniorum, sic tandem compulsus[a], et cum summa reverentia transductum fuit funus in Novum montem. Interfuerunt exequiis venerabiles prelati numero viginti sex cum ministerialibus non paucis. Fridricum et Leupoldum duces et bone indolis. Prefuit ipsis dux Albertus patruus eorum more paterno, et Fridricum adolescentem industrium direxit in Sweviam. Qui dum contra Sweincenses dimicaret, nec valeret ipsos superare, ex utraque parte[b] bellantium multi interierunt. Eodem anno Nonis Iulii circa horam vesperarum facta fuit eclipsis solis universalis; nec non locuste fortiori numero quam transacto anno iterum tempore messis districtum nostrum invaserunt, damnumque permaximum intulerunt. Hyems fuit prolixa et asperrima.

1340. Post nativitatem Christi fuit tantus calor et serenitas, sicut solet evenire circa solstitium Iohannis baptiste. Sed in kathedra Petri tanta acerbitas frigoris sequebatur, quod tam homines quam iumenta pene deficerent, et hec inclementia quinque septimanis duravit, deinde inundatio aquarum secuta est, et villas cum vineis destruxit. In monasterio Sancte Crucis ex improviso tanta venit inundatio, quod libri cum aliis rebus erant annihilati. Locuste vero usque ad alpes iam tertio nostris temporibus advenerant; sed in die sancti Laurentii propter pluviam imminentem recesserunt. Chorus in Winna ad Sanctum Stephanum a pluribus episcopis fuit solemniter consecratus.

1341. Hyems fuit tranquilla usque ad Aprilem, tunc supervenit tanta asperitas et importunitas frigoris, ut omnes desperarent, et durabat usque ad Maium.

1342. In toto universo in quatuor elementis diversis temporibus fuit confusio et disturbium, per ignem vero multe civitates et predia ad nihilum sunt redacte; per ventum importunum arbores et segetes et edificia dissipata sunt; per inundationem aquarum diversa dispendia provenerunt; terremotus in pluribus locis emergebatur. Dominus Benedictus papa obiit; cui successit Clemens.

Codex Novimontensis.

venerunt ad partes nostras tempore messis, sicut transacto anno venerant, et irrecuperabile dampnum intulerunt. Hyemps fuit prolixa et asperrima. Eodem anno Nonas Iulii circa horam vesperarum facta fuit eclipsis solis universalis.

Reliquit autem duos heredes,

A. D. 1340 post nativitatem Christi tantus fuit estus et serenitas sicut solet fieri circa festum beati Iohannis haptiste; set in crastino Petri tanta acerbitas frigoris oriebatur, quod tam homines quam iumenta pene deficerent, duravitque 5 septimanas; post hec venit inundacio aquarum que villas quam plures cum vineis annichilavit. In monasterio Sancte Crucis libri cum aliis rebus perierunt. Locuste vero cum impetu iam tercio anno usque ad terminos nostros proruperant, set pluvialis aura superveniens ipsas penitus extinxit; fuitque fertilis annus et utilis, et post festum Lucie hyemps primo inchoabatur. Chorus in Wyenna ad Sanctum Stephanum sollempniter a pluribus episcopis consecratur.

A. D. 1341 hyemps fuit usque ad Aprilem valde tranquilla; tandem supervenit tanta asperitas et inportunitas frigoris ut pene desperarent viventes, et usque ad Mayum durabat; deinde in vigilia beati Iohannis baptiste grando cuncta viridia in agris, insuper et arbores, in finibus nostris destruxit pariter et contrivit.

A. D. 1342 unumquodque elementum valde inportune desevit in hoc seculo. Primo per ignem plures civitates ad nichilum sunt redacte; per aeris commocionem arbores et firma edificia corruerunt; per inundacionem aquarum in diversis locis multa pericula emerserunt: precipue amplum iter sub monte Chalnperg[c] ortos et vineas ibi sitas omnino delevit; et terre motus fuit generalis. Dominus Benedictus papa obiit, electus de ordine Cysterciensium, et dominus Clemens pro eo in papam eligitur. Eodem anno Karolus rex Ungarie moritur. Albertus episcopus Patauiensis obiit. Wulfingus abbas Sancte Crucis obiit.

a) *Desunt hic aliqua in MS.* PEZ. b) *deest c.* c) Chalupg *c.*

Codex episcopatis.

1343 Magna fuit caristia ubique, ut metreta tritici pro media libra venderetur; frumenti pro quatuor solidis. Gravis exactio in terra Austrie de omnibus substantiis fuit imposita, et sub iuramento se tantum habere unusquisque ....., et sic de libra una daret duos denarios.

1344. Fridricus et Leupoldus duces in adolescentia sua obierunt, vix in quarta parte eiusdem anni, et sepulti sunt in Novo monte. De eclipsatione solis, nec non et aliorum multorum terribilium in mundo eventorum fuit delusa et frustrata .... quia die qua, ut asserebant, illa miracula deberent secundum relationem eorum illucescere, nihil omnino apparuit.

1345. Filius regis de Ungaria dum gereret dominatum, et die condicto in regem deberet coronari, nocte eadem malitiose strangulatur, coniuge sua procurante.

1346. Rex Francie egressus ad pugnam adversus regem de Anglia, uterque cum innumerabili exercitu, regibus, baronibus et ducibus conductis; et tanta fuit ibi multitudo fortium qui convenerant ad pugnam, ut nullus sufficeret admirari. Eodem anno Karolus rex Ungarie, collecto exercitu copioso, venit expugnare civitatem Zaders firmissimam et opulentam. Sed Venecii impedierunt, sese viriliter opponentes, et subtilitate sua et agilitate machinas regis noctis tempore cremaverunt, Ungaros qui ibi aderant, preter paucos evadentes omnes feroci gladio interfecerunt. Rex hoc comperto cum Thetunicis sibi pro tunc adherentibus cum difficultate ab obsidione clam recessit.

1347. Ludbicus Bawarus, qui pro cesare tunc temporis regnavit indebite, in venatione dum se occuparet, in festo beati Dionisii de equo corruit, et subito expiravit. Karolus rex Bohemie in regem Romanorum eligitur, et coronatur.

Codex Novimontensis.

A. D. 1343 magna fuit orta in finibus nostris karistia, ita ut[a] metreta tritici venumdaretur pro $3\frac{1}{2}$ solidis et siliginis pro 3 solidis. Exaccio nova fuit inposita Wyennensibus et contiguis civitatibus ut secundum estimacionem omnium que possideret unus quisque sub iuramento confirmaret; et de talento duo denarii erant constituti. Episcopus Salczpurgensis Henricus obiit, et pro eo Ortolfus eligitur.

A. D. 1344 obierunt dux Fridericus et dux Leupoldus vix in quarta parte eiusdem anni et sepulti in Novo monte in fundacione patris eorum ducis Ottonis felicis memorie. Prophecia de eclypsacione solis, et aliorum terribilium eventorum[b], sicut dudum religiosi et litterati astronomi die et hora certa evenire affirmaverant, sic fuit delusa, ut nichil penitus novi aliquid appareret.

A. D. 1345 filius regis de Ungaria Andreas rex in Apulea effectus, crudelissime a suis baronibus strangulatur, swadente et procurante sua muliere; frater autem suus Ludwicus rex de Ungaria illico ibi cum magno exercitu perveniens regnoque obtento et fratris mortem seviter ulciscens.

A. D. 1346 rex Francie congressus est ad pugnam adversus regem de Anglia, uterque cum copioso exercitu, scilicet regibus et ducibus, et cum multitudine diversi generis robustorum. Sed rex Anglie sua providencia et sagacitate partem contrariam debellavit et victoria obtenta quosdam effugavit et alios manu valida interfecit; et ex utraque parte populus absque estimacione est interemptus, necnon rex Iohannes Bohemie ibi fuit occisus. Eodem anno rex Ungarie collegit inmensum exercitum et obsedit firmissimam municionem scilicet Zaderz; sed Venetenses sibi resistentes et machinas quas adduxerat rex, subtilitate sua noctis tempore cremaverunt, et Ungaros armata manu insequentes paucis evadentibus omnes interfecerunt; et rex cum Theutunicis quos convenerat et de quibus presumebat, cum difficultate evasit.

A. D. 1347 generalis fuit ubique intemperies aeris ut ex intenso frigore uva inmaturata remanerent et pre duricia tundi vix poterant; vina in tanta amaritudine sunt procreata ut nullus a retroactis temporibus tantam acerbitatem posset recordari. Eodem anno Ludwicus de Bavaria in festo Dyonisii venacioni intentus, lapsus de equo exspiravit. Rex vero Bohemie Karolus in regem Romanorum

55 a) *deest c.* b) ventorum *c.*

Codex episcopalis.

eligitur et coronatur. Conventus eciam Novi montis transtulit se de curia ad novum monasterium, et corpora fundatorum cum reverencia summa eodem die ibidem tumulaverunt. Leupoldus abbas Sancte Crucis causa visitandi pervenit usque in Reichnau in vigilia nativitatis beate Virginis; eadem nocte repente occubuit. Cui successit dominus Conradus.

1348. In die conversionis beati Pauli universalis terremotus hora vesperarum emersit, sed in aliquibus locis vehementior ac crudelior, quemadmodum in Villaco evidentius est ostensum. Nam cum in ecclesia causa devotionis homines ibidem convenissent, eadem hora uno impetu mota est terra, structurisque corruentibus simul interierunt, et muros civitatis et firma edificia illa concussio subvertit. Homines vero absque numero, qui non poterant celeriter a ruina fugere, eodem momento sunt extincti; firmas etiam circumadiacentes munitiones et villas precipitanter absorbuit. Item eodem anno infinita disturbia in diversis regionibus apparuerunt, quemadmodum principaliter orta fuit seva pestilentia ultra in partibus orientalibus, et per diversos effectus immanissime omnes ibidem interficiebat, ex maligna impressione superiorum causa efficiente. Nam sicut ex relatione veridica didicimus, homines et iumenta in illis temporibus quemadmodum erant in labore et loco qualicunque constituti, per validam aeris corruptionem in lapides transmutati sunt. Insuper in partibus ubi cinciber nascitur, letalis pluvia roravit, mixta cum serpentibus pestiferis et vermibus diversis, cunctosque super quos inundavit, penitus extinxit. Non longe etiam ab illa regione accidit, quod terribilis ignis de celo fulminavit, et cuncta que erant in superficie terre consumpsit; lapides vero virtute illius ignis ita ardebant, ac si naturaliter in arida ligna fuissent transmutati; fumus etiam inde procedens fuit valde contagiosus, ita ut mercatores ipsum a longe intuentes continuo inficerentur, nonnulli etiam ex eis ibidem finierunt vitam. Qui autem fortuitu evaserunt, pestilentiam quam arripuerant, secum deportaverunt; et cuncta loca ad que cum mercimoniis applicuerunt, quemadmodum in Greciam, Italiam, Romam, infecerunt, et vicinas regiones per quas transierunt. Unde perterriti timore statuerunt, ut in finibus illis nullus advena in hospitiis colligeretur, et sic mercatores, a quibus pestilentia in ceteros se diffundebat, compulsi sunt a terra celeriter exire. Cum autem ubique regnaret mortifera pestis, civitates, que usque populose extiterant, ex eo quod habitatores essent extincti, clausis

Codex Novimontensis.

A. D. 1348 in die conversionis beati Pauli, hora vesperarum, universalis motus terre terribiliter emersit; et in uno loco vehemencior ac crudelior extitit, sicut in Villaco civitate evidencius fuit ostensum. Nam cum in ecclesiis causa devocionis homines convenissent, in uno impetu structuris corruentibus, hii qui aderant mox extincti sunt. Murum eciam civitatis et cuncta edificia concussio nimia penitus subvertit, et homines absque numero qui non poterant celeriter a ruina fugere, simul interierunt; et firmas circumiacentes municiones et villas precipitanter evertit. Eodem anno infinita disturbia in pluribus regionibus apparuerunt, quia seva pestilencia in partibus transmarinis primo oriebatur, et per diversos[a] effectus inmanissime omnes interficiebat. Primo per malignam inpressionem superiorum aerisque corrupcionem homines et iumenta in illis partibus sicuti erant constituti in loco aut in labore, ita in lapides transmutabantur. Insuper in partibus ubi zinziber nascitur letalis pluvia descendit, mixta cum serpentibus et diversis vermibus pestiferis; et cunctos quos tetigit continuo extinxit. Non longe ab illa regione accidit, quod terribilis ignis de celo fulminavit, et ea que reperit consumpsit; lapides vero virtute illius ignis ita ardebant ac si in arida ligna fuissent mutati. Fumus inde procedens erat valde contagiosus, ita ut mercatores a longe ipsum intuentes statim inficerentur; nonnulli ex eis eciam vitam ibidem finierunt. Qui autem evaserunt, pestilenciam secum deportaverunt, et omnia loca ad que cum mercimoniis applicuerunt, sicut Greciam, Italiam et Romam, infecerunt, et vicinas regiones per quas transierunt. Unde timore perterriti statuerunt ut in finibus illis nullus advena in hospiciis eorum colligeretur, et mercatores, a quibus pestilencia in ceteros se diffundebat, compulsi sunt a terra celeriter exire, quia ubique valide regnabat mortifera pestis; et civitates que antea populose extiterant, ex eo quod habitatores in eis essent defuncti, clausis portis firmissime custodiebantur, ne quis res mortuorum raperet violenter. Sed et Venetiis talis fuit tribulacio ex repentina morte, quod vix quarta pars hominum remanserat. Deinde

a) diuersos *c*.

Codex episcopalis.

portis firmissime custodiebantur, nequis res mortuorum raperet violenter. Sed et Veneciis tanta fuit tribulatio ex repentina morte, ut vix quarta pars hominum remanserit. Demum pestilentia serpendo pervenit ad Karinthiam, demum Styriam vehementer occupavit, ita ut iam homines desperati incederent et amentes; et nemo subtilium magistrorum poterat investigare, an ex errore planetarum, vel ex intemperié aeris evenisset talis letalis annus. Denuo omnes intermittentes divine ordinationi; ob hanc causam, ut Deus misericorditer intueretur genus humanum, inchoata fuit penitentia manifesta ubique. Et viri congregati de civitatibus et villis simul in una societate sicut et in processione bini et bini incedentes nudo corpore, excepto quod femorale cum mundo panno albo extenso usque ad talos reverenter velabant, ecclesiasque cum magna devotione visitabant; canentes materna lingua de passione Domini dulces ac devotas cantilenas; verberantes se nodosis flagellis, et tam dure, quod sanguis guttatim super pavimentum spargeretur. Mulieres vero clausis oratoriis post vesperas se humiliter cum pueris afflixerunt. Consuetudo huius castigat onis duravit a festo sancti Michaelis usque ad pascha. Insuper ecclesias religiosi et seculares sacerdotes propter cladem imminentem eodem tempore cum reliquiis et letania et diversis supplicationibus circuibant, corde lugubri et mente devota. Super hoc dominus papa speciales in universo instituit precationes, de quibus specialiter mentionem facere esset tediosum. Sed cum nulla intervenerunt suffragia, verum cum miseria qualis nunquam legitur ab initio mundi facta, cottidie valide augmentaretur, et physici omni industria nequibant consulere, et dolores mitigare . . . .[a]

Codex Novimontensis.

pestilencia cum impetu pervenit ad Karinthiam, et postmodum Styriam vehementer occupavit, ita ut homines desperati incederent et quasi amentes; et nemo magistrorum poterat investigare, an ex errore planetarum vel ex intemperie aeris evenisset talis letalis annus, sed cuncta divine ordinacioni committebant. Propterea ut Deus misericorditer genus humanum intueretur inchoata fuit manifesta penitencia, et viri congregati de civitatibus et villis simul in una societate sicut in processione bini et bini incedentes, nudi toto corpore, excepto quod femorale albo panno extenso usque ad talos velabant, et ecclesias cum devocione visitabant, vociferantes materna lingwa de passione Domini pulcras cantilenas, verberantes se nodosis flagellis tam dure quod sangwis guttatim super pavimentum aspergeretur; mulieres vero clausis oratoriis post vesperas eundem actum humiliter prosequebantur. Conswetudo huius castigacionis duravit a festo sancti Michaelis usque ad pascha. Insuper per ecclesias religiosi necnon et presbiteri propter cladem inminentem cum reliquiis frequenter cum supplicacionibus diversis circuibant; apostolicus eciam speciales in universo instituit precaciones, de quibus singulariter facere mencionem esset tediosum. Sed cum nulla intervenirent suffragia, verum eciam cum miseria, qualis nunquam legitur ab inicio mundi facta, cottidie augmentaretur, nec phisicorum ad curacionem et subvencionem industria sufficeret: omnibus postpositis se Deo commiserunt. Signa vero que prevenire solebant pestilentes fuerunt apostemata rubea variis maculis conspersa circa genitalia tumencia vel sub ascellis; et hii de quibus non erat confidencia evadendi, sangwinem excreabant. De talibus decumbentibus fetor pestiferus procedebat, inficiens ipsos visitantes et eis obsequium prestantes; et sepissime contigit quod uno mortuo in domo, omnes successive vita privarentur; ita quod in domibus qui inhabitaret minime reperiretur, et qui consangwinitate coniungebantur quasi naturali cursu simul interierunt. Ob hanc grandem et generalem vastacionem peccora errabant in campis absque pastoribus, quia nemo presumebat se intromittere propter vite conservacionem, et lupi rapaces volentes ea invadere primo intuitu perterriti repente contra morem in vacuum fugierunt. Res eciam mobiles et inmobiles quas infirmi testabantur, tamquam si infecte fuissent, ab omnibus caucius vitabantur. Mortalitas vero circa novilunium semper efficaciter seviebat. Deinde circa festum beati Martini declinavit ad terminos Novi montis pestilencia et plures monachos cum colonis consumpsit. Cumque talis miseria homines crudeliter infestaret, consultum fuit a sapientibus, ut mutuis se consolacionibus et leticiis reficerent, ne tristicia ampliori absorberentur. Hoc facto convi-

a) *Desinit hic codex manuscriptus.* PEZ.

via et nupcias iocundo animo ubique celebraverunt, ut sic semigaudio refocillati merentes non desperarent.

A. D. 1349 reges et principes in finibus nostris, licet prius discordes, tamen cuncti amicabiliter confederati sunt. Item inundacio aquarum permaxima ubique exorta dampnum intulit copiosum. Pestis vero contagiosa predicta successive pervenit usque ad Wyennam, necnon in omnes terminos, ita ut homines absque estimacione exspirarent, et tercia pars hominum vix remaneret. Ideo propter fetorem et horrorem cadaverum non sinebantur sepeliri in cimiteriis ecclesiarum, sed mox cum fuissent extincta deferebantur ad communem locum in agrum Dei extra civitatem, ubi quinque fovee in brevi profunde et late usque ad summum sunt corporibus mortuorum replete; et duravit hec pestilencia a festo penthecostes usque Michaelis. Non solum Wyennam sed et alia loca circumiacencia crudeliter invasit; monachis et monialibus minime pepercit, cum in Sancta Cruce 53 religiosi de hoc seculo eodem tempore migraverunt. Signa vero predicta abhominabilia cunctos pestiferos indifferenter corruperunt[a]. Optima vina ubique provenerunt[b], et de ipso utentibus indiscrete, omnes quasi amenciam contraxerunt, ita ut absque causa se verberarent atque male tractarent. Et de illa crudeli mortalitate transacta homines penitus inmemores qui remanserant, pluribus se erroribus et contencionibus miscuerunt, quia ditati fuerant de substancia mortuorum. Ideo intrepide metam excedebant et sine lege quam plures vivebant; nobiles vero et cives volentes fugere mortem ad tuciora loca se transtulerunt; sed quia prius erant infecti, propterea non poterant evadere quin ex eis quam plures morerentur. Item quidam cardinalis ab apostolico Wyennam missus, mire reverencie et potestatis, habens plenariam potestatem, summo cum honore est susceptus et laudabiliter tractatus. Hic dispensacione casuum et collacione beneficiorum magnam pecuniam est sortitus.

Anno 1350 anno iubileo innumerabilis multitudo utriusque sexus de diversis nacionibus Romam pro indulgencia consequenda indifferenter processerunt. Dux vero Austrie Albertus valida manu adversus patriarcham Aquileiensem[c] sibi contrarium pugnavit; ipsoque interfecto, districtum ipsum pro quo exorta fuit dissensio, Albertus dux mox in suos usus convertit. Eodem anno civitas Wyennensis totaliter fuit per ignem exusta, ventusque validus tegulas igne succensas cum impetu intra muros et extra menia civitatis ultra Danubium deferebat, et ecclesias, capellas et testudines firmissimas penitus annichilavit[d].

A. D. 1351 civitates in Swevia Zurich et relique civitates et Sweinzer opposuerunt se, volentes a iugo esse exemti. Ideo dux Albertus provectus est cum valente exercitu ut eos subiceret cum potencia; sed optimates terre interceperunt, et conplanacione habita, obsides quam plures ne ius iurandum de cetero infringerent statuerunt. Medio tempore Iohanna ducissa obiit, et Clemens papa moritur. Innocencius quoque papa eligitur.

Anno 1352 predicte civitates iterato modo fidem et promissa infrinxerunt; quo conperto dux Albertus cum ministerialibus suis ut se ulcisceret subito iter arripuit, et infinitam pecuniam pro stipendio secum deferens et Zurich civitatem vallavit, et cuncta que per girum civitatis sita exstiterant anichilavit; et Sweinzer scilicet et comes de Wiertenberch cum ceteris suis conplicibus latenter hoc inpedierunt, quo cognito Australes se per omnia strennue agitabant. Ita conpulsi in civitate diversis afflictionibus graciam postulaverunt, qua adepta strictis et magnis obligacionibus duci ad perpetuum servicium et obedienciam se tradiderunt.

A. D. 1353 Karulus rex Romanorum assumpto secum suum generum ducem Rudolfum, Sweviam directuri rebelles ibidem pacificando; quam ob rem dux Albertus magnam super vineas inposuit exaccionem, ut ipsis honorifice expensas ordinaret.

A. D 1354 Karolus Romanorum rex Romam una cum regina veniens, ibique a cardinalibus et magnatibus in verum cesarem ordinatur. Bysancium quidem in egressu veniens, ibidem cives ut ab eis interficeretur conspirabant. Imperatore vero de nocte cum coniuge recumbente predicti cives ignem sue civitati in signum suis conspiratoribus qui extra civitatem fuerant iniecerunt; quod cum aliqui ex baronibus imperatoris qui nondum recubuerunt cognovissent, ilico portis civitatis obsessis, et civibus detentis, pociores ex eisdem de mane ex cesaris iussione decollabant.

A. D. 1355 dominus Albertus dux Austrie res singulas et universa bona necnon redditus omnium claustrorum, parrochiarum, describi iussit; et secundum singulorum valitudinem

a) corrupit *c.* b) Anno pestifero illo creverunt optima vina sicut anno 1521°. *in margine codicis.* c) Aquilensem *c.* d) *abhinc alia manus pergit.*

exaccionem magnam, videlicet[a] florinorum super clerum universum inponens, quod exinde universorum colonis grande gravamen oriebatur. Anno eodem magister Iohannes, cancellarius quondam ducis Alberti, cui ex inpetracione principis eiusdem episcopatus Constancie a domino apostolico collatus fuerat, a suis familiaribus, in mensa recumbente eodem, morte miserabili gladiis necatur. Frater Otto[b].

Anno Domini 1396 in octava Iohannis waptiste monasterium Novimontis per ignem in pistrino exortum totaliter est exustum, ventusque validus tegulas igne succensas cum inpetu ad villam circumiacentem deferebat, ubi in tantum ignis desevit quod totam villam exceptis tribus mansionibus totaliter devastavit et in cinerem redegit.

Frater Iohannes Greczer cenobita. *manu s. XV.*

ANNALES ZWETLENSES.

Perdito codice Zwetlensi* K *restat* N *anno* 1348 *scriptus, qui totus ex illo excerptus esse videtur, quaedam tamen habet peculiaria, et post a.* 1330 *continuationem. Praemissus est prologus quidam de aetatibus mundi, qualia saepe in antiquis codicibus inveniuntur, etsi verbis subinde diversis concepta. Pars codicis* 1 *post annum* 1323 *in compendium redacta reperitur in

2) codice* O *saec. XV. et

2[b]) codice* P *saec. XIV exeuntis. Uterque mendis quam plurimis scatet; pauca quae notatu digna videbantur, textui codicis* 1 *subieci.

Tempus est mensura rerum mutabilium. Ex hoc patet, quod hic est tempus, et non in celo, secundum suam substanciam; quia hic mutantur omnia, et non ibi. Hic enim nunc est hyemps, nunc estas, nunc pax, nunc discordia, nunc tranquillitas, nunc tempestas. Mutabilitas eciam rerum ostenditur in hoc, quod ea que mundus precipue amplectitur, scilicet sapiencia et potencia, in oriente ceperunt, et omnem terram habitabilem percurrerunt usque in occidentem, in signum quod omnia tendunt ad occasum. Nam studium sapiencie cepit in Egipto, post fuit in Grecia, post Rome, deinde in Francia et Anglia. Similiter regna primo fuerunt in oriente, post in Grecia, post apud Romanos; nunc potestas regni et imperii residet in Germania. Differencia est inter tempus et evum et eternitatem. Nam tempus habet principium et finem; evum caret fine, sed non principio: eternitas caret utroque termino, quia est mensura increata.

Iste sunt etates mundi. Prima est ab Adam usque ad Noe, habens annos secundum Hebreos 1556, secundum 70 interpretes 2242. Secunda etas a Noe usque ad Abraham, habens annos iuxta Hebreos 232, sed secundum 70 interpretes 1072. Tercia etas ab Abraham usque ad Davit[c], annos habens secundum Hebreos 942, sed secundum septuaginta 3120. Quarta a Davit usque ad transmigracionem Babilonis, habens annos secundum Hebreos 473, sed secundum septuaginta 570. Quinta etas a transmigracione Babilonis usque ad Christum, habens annos secundum Hebreos sexcentos minus uno, sed secundum septuaginta 580. Igitur ab exordio mundi usque ad Christum habemus annos secundum Hebreos, prosequente beato Ieronimo, 3952, sed secundum septuaginta, quos Greci secuntur, 5508. Eusebius quoque quem Orosius secutus est, inter utrosque incedens, numerat annos quinque milia ducentos minus uno. Unde versus: *Unum tolle datis, sunt milia quinque ducenti.* Hos pene omnes Latini secuntur. Sexta etas est a Christo usque ad finem mundi. Septima est quiescencium. Octava resurgencium. Porro secundum Hebreos in prima etate mundi sunt generaciones 10; in secunda 10; in tercia 9; in quarta 17, quas tamen Matheus gracia misterii 14 ponit; in quinta 14. Etates autem hominis sunt: prima infancia, usque ad annos 7; secunda puericia, usque ad annos 14; tercia adolescencia, usque ad annos 28; quarta iuventus, usque ad annos 50; quinta senectus, usque ad annos 80; sexta decrepita, usque ad finem vite. Has itaque etates hominis conparat Augustinus etatibus mundi, videlicet ut infancia sit ab Adam usque ad Noe[d], puericia a Noe usque ad Abraham; qui articuli evidentissimi et notissimi sunt. Adolescencia ab Abraham usque ad Davit; sic enim ewangelista Matheus partitur. Iuventus a Davit usque ad transmigracionem Babilonis; senectus a transmigracione usque ad adventum Domini; decrepita ab adventu Domini usque ad finem mundi; inde requies sempiterna, que per sabbatum figuratur. Senectus tamen solet aliquando tantum tenere temporis, quantum alie omnes etates. Nam cum a 50. anno senectus dicatur incipere, et possit humana vita usque ad 120 annos perrenire, manifestum est solem senectutem posse tam longam esse, quam omnes etates priores. Etas igitur ultima generis humani, que incipit ab adventu Domini usque in finem seculi, quibus generacionibus computetur incertum est; et hoc utiliter Deus latere voluit, sicut scriptum est: *Dies Domini fur in nocte veniet.*

Primus annus incarnacionis Iesu Christi, filii Dei. Ann. Mell.

Iesus Christus, dominus noster, in Bethlehem nascitur anno 42. Octaviani Augusti cesaris, transactis ab inicio mundi quinque milibus ducentis minus uno annis, ab Urbe condita 752 annis.

3. Herodes occidit infantes.

6. Herodes rex cum magno moritur cruciatu.

30. Dominus noster Iesus Christus a Iohanne baptizatur 30. sue etatis anno secundum carnem inchoante, et predicare cepit.

31. Iohannes ab Herode decollatur.

a) *numerus deest.* b) *manu scriptum, ab eodem ut videtur qui sequentia scripsit.* c) a dauit *c.* d) Ne *c.*

Ann. Mell. 33. Iesus Christus dominus noster Ierosolimis passus est et resurrexit. Eodem anno Stephanus lapidatur.
34. Paulus de celo vocatur. Iacobus, qui dicitur frater Domini, Ierosolimis episcopus ordinatur, et sedit annis 30.
41. Pylatus se ipsum interfecit.
42. Matheus ewangelium scripsit.
44. Petrus Romam venit, ibique 25 annis, mensibus 2, diebus tribus episcopatum tenuit.
45. Herodes Agrippa ab angelo percussus exspiravit. Marcus ewangelium scripsit.
48. Cives Romani a Claudio imperatore numerati, inventi sunt sexagies novies centum milia et 44 milia.
57. Nero regnavit, et primus persecucionem in christianos exercuit.
58. Paulus apostolus a Festo preside Romam mittitur.
59. Lucas hucusque librum Actus apostolorum perduxit, continentem a passione Domini 27 annos.
63. Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur. Nero matrem et sororem occidit.
64. Marcus ewangelista apud Alexandriam passus est.
66. Nero ut similitudinem Troye ardentis videret, Romam incendit.
67. Nero magistrum suum Senecam interfecit.
69. Petrus apustolus crucifigitur, Paulus decollatur.
70. Nero se ipsum interfecit.
73. Titus inenarrabili cruciatu Iudeos expungnat.
74. Ierusalem a Tyto expungnata destruitur, anno a passione Domini 42, a prima autem condicione templi a Salomone 1039.
77. Iosephus illustris hystoriagraphus tunc claruit.
79. Collosus Rome erectus est, habens altitudinis pedes 107.
84. Domicianus frater Tyti; hic infectus omnibus sceleribus, secundo persequitur christianos.
97. Iohannes in Pathmos insulam in exilium mittitur, apokalipsim scripsit.
100. Iohannes apostolus ab exilio revocatus, ewangelium scripsit.
101. Trayanus genere Hyspanus tercio persequitur christianos. Sanctus Iohannes apud Ephesum dormivit in pace, ann. a passione Domini 68.
121. Dyonisius Ariopagita Parisius marterizatur.
164. Marcus Antoninus Verus regnavit cum fratre Lucio; hii persequuntur christianos.
188. Origines apud Alexandriam nascitur.
209. Symachus et Theodocion claruerunt.
239. Maximinus post Neronem persequitur christianos, et maxime rectores.
252. Milleasimus annus ab Urbe condita festive colitur.
253. Origenes hoc tempore tanta scripsit, ut Ieronimus quodam loco 5 milia librorum suorum se legisse dicat.
256. Decius imperator sexto persequitur christianos.
258. Origines obiit anno etatis sue 70.
259. Valerius[a] imperator regnavit; iste septimo persequitur christianos.
277. Aurelianus imperator octava vice persequitur christianos.
303. Dyoclecianus et Maximianus in oriente et occidente ecclesias subvertunt et libros divinos exurunt, et christianos persequuntur nona vice.
306. Constantinus Constancii filius ex Helena concubina; hic primus imperator, excepto Philippo, christianus fuit.
324. Crux dominica ab Helena Ierusalem reperitur sub Machario eiusdem urbis episcopo.
333. Antonius monachus clarus habetur.
362. Iulianus in bello a Mercurio quodam hoste et martire occiditur.
376.[b] Athanasius Alexandrinus episcopus et ceteri fideles in Tracia diffunduntur. Valens legem dedit, ut monachi militarent, nolentes occidi iussit. Hucusque cronicam Ewsebii Ieronimus perduxit.
387. Sanctus Ambrosius, sanctus Martinus, sanctus Ieronimus clari habentur.
391. Augustinus doctor facundissimus Ypponereco[c] Affrice episcopus ordinatur.
397. Sanctus Martinus Thuronorum episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum, anno etatis sue 81, episcopatus vero 23.
398. Sanctus Ambrosius migravit ad Dominum.
415. Corpora sanctorum Stephani prothomartiris, Gamalielis, Nychodemi a Luciano presbitero revelantur.
420.[d] Ieronimus doctor incomparabilis obiit anno etatis 91.
430. Augustinus Ypponensis episcopus et doctor facundissimus in civitate sua a barbaris obsessus, obiit anno etatis 76, episcopatus anno 40.
477.[e] Corpus Barnabe apostoli, et Mathei ewangelium[f] stilo eius scriptum, ipso revelante, reperitur.
497. Boecius consul Rome plurima ingenii sui monimenta preclara conscripsit. Fulgencius episcopus claruit habetur.
524. Sanctus Benedictus pater virtutum clarus habetur.
576. Sanctus Gregorius tunc apocrisiarius Moralia super Iob scripsit.
591. Sanctus Gregorius in papam Rome eligitur, ubi sedit annis 13.
604. Sanctus Gregorius migravit ad Dominum indictione octava.
608. Focas Pantheor, idest domum omnium ydolorum, ecclesie dedit
730. Beda venerabilis Anglorum presbiter obiit indictione 13.
744. Fuldense cenobium fundatur a sancto Bonifacio papa.
1012. Sanctus Cholomannus martirizatur et suspenditur in Stokoraw.
1014. Sanctus Cholomannus in Medlico sepelitur.
Erbo. 1076. Heinricus marchio Austrie obiit, cui successit frater eius Leupoldus[58]. Hii habuerunt fratrem no-

a) *ita codex.* b) CCCLXXXVI. *cod.* c) *ita cod.* d) *numerus deest in codice.* e) CCCC. *cod.* f) ewⁱˢ *c.*

58) Haec erronea esse patet; sequentia ex Erbonis abbatis libro de origine monasterii et fundatoribus eius sumpta sunt.

mine Popponem, episcopum Trevirensem, et cognatum nomine Atzonem, quorum auxilio vicit Babaros, Ungarros et Erbo.
Bohemos.

1086. Atzo iste genuit tres filios, Anshelmum, Nytzonem et Adalberonem.

1089. Constitucio monachorum in Medlico. A Mell.

1098. Ordo Cysterciensis inchoatur 12. Kal. Aprilis.

1113. Fundatur Firmitas.

1114. Fundatur Pontiniacus.

1115. Fundatur Clara Vallis, et Morimundus.

1122. Medlicense monasterium a Kalixto papa consecratur. C Claustr.

1135. Domus sancte Crucis fundatur 15. Kal. Aprilis[59].

1136. Dedicatum est monasterium in Neunburga.

1138. Domus sancte Marie in Zwetl a piissimo et devotissimo Hadmaro do Chunring fundatur. Erbo.

1142. Domus sancte Marie in Paumgartenperg construitur.

1147. Profectio peregrinorum ad Ierusalem; in qua profectione mortuus est fundator noster Hadmarus. C. Claustr.

1153. Obiit sanctissimus pater et abbas Wernhardus, abbas Clare Vallis. Erbo. C. Claustr.

1159. Dominus Albero de Chunring dominum Chunradum episcopum Pataviensem duxit ad monasterium con- Erbo.
secrandum.

1206. Monasterium in Campo liliorum a duce Leupoldo construitur.

1212. Rex Anglie capitur in Erpurch prope Wiennam a duce Leupoldo, et traditur do- 1192.
mino Hadmaro de Chunring in Tyernstayn reservandus.

1217. Innocencius papa III. moritur. C. Claustr.

1247. Fridericus dux Austrie contra Ungaros pugnans, iuxta fluvium Leyta occubuit; Australes tamen et Sty- 1218.
ricenses victoria potiti sunt. 1246.

1253. Hermannus dux Austrie moritur, cui successit Ottakarus, filius regis Bohemie; dominam Margaretam, C Sanct. II
quondam Romanorum reginam et germanam ducis Friderici, duxit in uxorem; ex qua copula rexit terram C Zw. III.
24 annis. 1250.

1260. Dux Ottakarus Austrie contra Ungaros processit ad bellum; sed antequam vera pugna esset, duo fratres nobiles, comites de Hardek, cum pluribus nobilibus perierunt.

1261. Hoc anno quasi per totum mundum quadraginta vel sexaginta vel centeni simul congregati currebant per ecclesias, se ipsos flagellis percucientes, qui Penitentes dicebantur.

1262. Ottakarus dux Austrie dominam Margaretam repudiavit, et neptem regis Ungarie in uxorem duxit.

1266. Obiit domina Margareta, verus heres terre; et sic terra vero herede orbata est.

1273. Comes Rudulfus de Alsacia et castro Haspurch eligitur in imperium.

1276. Rex Rudolfus Omnium Sanctorum intravit Austriam, quam videlicet terram rex Bohemie cum Ka-
rinthia et Styria Romane sedi, cum 24 annis gubernasset, violenter coactus resignavit, suscipiens secundum iura impe-
rialia terras suas a rege Romanorum.

1278. Rex Ottakarus opposuit se Rudolfo regi Romanorum, et collectis ex utraque parte exercitibus, con-
gressi sunt iuxta fluvium Marchiam 7. Kal. Decembris; ibique cecidit illustris rex Bohemie Ottakarus cum multis.

1283. Dux Albertus, primogenitus regis Romanorum, ducatum Austrie et Styrie est adeptus.

1288.[a] Translatum est corpus sancti Virgilii Saltzpurge, eiusdem ecclesie quondam episcopi.

1290. Dux Albertus missis chatmeariis in Zwetlam iussit mineras querere in Macra curia; sed Domino pro-
vidente nichil invenerunt. Eodem anno Terra Sancta perditur, occisis in Akkaron octuaginta milibus christiano-
rum, et iuxta Sophonie vaticinium funditus eradicata.

1291. Obiit illustris princeps Rudolfus, rex Romanorum. Eodem anno Andreas rex Ungarie cum innumera
multitudine Ungarorum et gencium intravit Austriam, et sex continuis septimanis Wiennam inpugnavit et obsedit;
barones autem terre nichil contra eum fecerunt, tandem reversus est in terram suam. Eodem etiam anno comes Adul-
fus de Nassaw eligitur in imperium.

1296. Albertus dux Austrie filiam suam Katherinam[60] regi Ungarie copulavit. Eodem anno barones terre
meliores adversus ducem conspiraverunt, habentes spem in Adulfo rege Romanorum, ut eis in auxilium subveniret;
sed frustrati a spe sua, a duce sunt oppressi valde, alii de terra electi, alii a possessionibus et obligacionibus
proiecti, inter quos dominus de Sumeraw omnino est destructus.

1298. Albertus dux Austrie invitavit in Wiennam regem Ungarie, regem Bohemie, ducem Saxonie,
duos duces Carinthie, ducem Opulie, marchionem cum telo, duos marchiones de Brannburch et alios plures principes,
spirituales et seculares; factaque sunt nupcie magne. Nam rex Bohemie filium suum filie regis Ungarie copulavit; sed
et ipse dux Albertus filiam[61] de Brannburch tradidit marchioni. Finitis nupciis cum leticia et exul- 61
tacione omnes supra dicti principes duci Alberto contra regem Adulfum iure iurando fideliter iuraverunt.
Dux igitur Albertus cum adiutorio predictorum principum Sweviam potenter ascendens, in
vigilia Iohannis baptiste a domino Maguntinensi episcopo et aliis principibus apud Magun-
ciam in imperatorem est electus, vivente rege Adulfo. Qui congregatis ex utraque parte
exercitibus suis, parvo post tempore simul ad bellum ambo processerunt. In ipso igitur belli
congressu Adulfus rex interfectus est; quo interfecto Albertus in imperio confirmatus, Bar-
tholomei apostoli Aquisgrani coronatur. Ducatum Austrie filio suo primogenito Rudolfo as-
signavit.

a) MCCLVIII. *c.*

59) 3. Idus Septembris, secundum notata cod. 345. ubi a. 1098. 1135. 1138. 1142. eadem referuntur quae hic habemus; v. Archiv X, 611. 60) imo Agnetem, Andreae III. 61) Annam, Hermanno.

C. Zwell. III. 1299. Rudolfus dux Austrie castrum Valchenberch Michaelis obsedit, iactisque in illud 7 milibus octingentis magnis machinarum[a] lapidibus, post diem cinerum sine omni gracia datur in manus obsidencium; quod etiam statim destruitur, et terre coequatur.

1300. Dominus Leutoldus de Chunring post nativitatem Domini duxit dominam Agnetam de Swevia, comitissam de Habspurch. Eodem anno, videlicet centenario, tamquam olim in iubileo mira indulgencia et remissio peccatorum Romam venientibus promittitur; fitque tam generalis illuc fidelium concursus mulierum et virorum, qualem nostra etas non meminit contigisse.

1301. Andreas rex Ungarie obiit; et duo reges, videlicet Karolus, heres Scilie, per papam missus, et Wenzeslaus, filius regis Bohemie, filii duarum sororum; tamen ultimo Karolus prevaluit. Eodem anno tres episcopi, Coloniensis, Maguntinensis, Trevirensis, se regi Romanorum opposuerunt; propter quod domini terre Sweviam ascenderunt.

1302. Hoc anno iterum domini terre Sweviam ascenderunt in subsidium regis Romanorum contra predictos episcopos, quos etiam vastacione, depredacione urbium et castrorum, et aliis multis malis illatis, imperio subingarunt.
62 Eodem anno per nimiam intemperiem estatis et autumpni et frigus ita acris facta sunt vina, ut non[62] meminit aliquis homo.

1304. Rex Bohemie Wenzeslaus cum potenti manu Ungariam intrans, muneribus et potencia insignia regni Ungarie obtinuit, hoc est gladium et tunicam et coronam sancti Stephani regis Ungarie. Karolus vero filius regis Scilie, spe adipiscendi regni Ungarie, non multo tempore post regalium repetendorum cum Comanis et Ungaris bene 20 milibus, una cum rege Romanorum de Swevia sibi in auxilium veniente et duce Austrie, bene cum 50 milibus pugnatorum Bohemiam intraverunt, ipsamque terram rapinis, spoliis et incendiis vastaverunt. Comani autem mira et inaudita perpetraverunt; nam rapinas hominum et iumentorum maximas abduxerunt, et non sexui nec etati parcentes, in christianos et maxime in feminas facinora inpudentissima exercuerunt: in sacramenta etiam ecclesie, ecclesiis effractis, blasphemias intulerunt. Cumque clamor nimius de eis ad regem Romanorum devenisset, rex captivos ab eis postulavit, quod illi facere contempserunt; videntesque se iam rapinis et spoliis ditatos, noctu ex eis septem milia Ungarorum et Comanorum fugam inierunt. Quod rex audiens, quatuor milia virorum bene expeditorum post eos misit, qui eos inter Vanveld et Altenburgam conprehendentes, ex eis ad quatringentos occiderunt; alii fugientes evaserunt; maxima autem preda hominum et iumentorum et armorum ibi soluta remansit. Facta est autem hec strages in die sancti Leodegarii martiris.

1305. Obiit Wenzeslaus rex Bohemie sextus, 11. Kal. Iulii, amator clericorum et divini cultus, fundator Aule regie in Bohemia.

1306. Wenczeslaus secundus, et septimus rex Bohemie, adolescens in crastino invencionis sancti Stephani in Olmunez civitate Moravie a suis pessime occiditur, et Rudolfus dux Austrie ibi in regem sublimatur.

1307. Rudolfus rex Bohemie cum vix adhuc cum aliquibus baronibus concordasset, adhuc in castris contra rebelles pugnans maneret, obiit in vigilia sancti Udalrici. Rex vero Albertus cum magna potencia Bohemiam intravit, volens secundum filium suum in regem constituere, sicut sibi ab aliquibus baronibus fuit promissum; per totam estatem terram incendiis et rapinis vastans, casso labore fatigatus, et spe frustratus, in Austriam est reversus.

1308. Rex Albertus iterum expedicionem instruens contra Bohemiam, in die sanctorum Philippi et Iacobi cum iocunde cum suis principibus et optimatibus iuxta civitatem Paden prassisset, a duce Iohanne, filio fratris sui, et aliis tribus nobilioribus genere, quos tamen quasi custodes capitis sui habebat, nequiter iugulatur; et sic terra a preliis aliquo tempore requievit. Hoc anno et hoc tempore occisionis regis Romanorum natus est Leutoldus de Chunring.

1309. Comes Heinricus de Lutzelburch in regem eligitur Romanorum. Quem dux Fridericus adiit, postulans Austrie et Styrie sibi et fratribus suis conferri principatum, quod rex pro tempore distulit. Quod audientes barones terre, cum aliquibus civibus opposuerunt se, vastantes et depredantes terram, mittentesque nuncios regi Romanorum dixerunt: *Nolumus hunc regnare super nos.*

1310. Dux Fridericus cum duobus fratribus suis, Leupoldo et Ottone, cum magno apparatu iterum venit ad regem Romanorum; qui inclinatus contra eos, honoriffice suscepit
63 eos, et conferens eis terras suas[63], et bene promittens eis in pace dimisit abire. Dux vero Fridericus reversus ad suos, eos qui fidem in eo servaverant, bene remunerat, et gracias agit; rebelles vero cives diversis penis cruciat: nam illis lingwas, aliis oculos cruit et abscidit, alius rotatur, barones castris et obligacionibus privat, et alios exilio dampnat; sicque vindictam de adversariis suis recipit conpetentem. Eodem anno dux Otto de Wabaria castrum in terra sua, dictum Newnburch, cum multis laboribus expugnavit; sed sequenti anno a duce Friderico cogitur rediffi care. Eodem etiam anno rex Heinricus Romam proficissitur, filium suum dominum Iohannem cum quibusdam potentibus episcopis Bohemiam misit, et terre Bohemie conmisit principatum.

1311. Rex Heinricus cum adiutorio ducis Leupoldi, fratris ducis Austrie, multas potentes civitates in Gallia expugnavit. Videntes autem Gallici, se non posse bene ressistere, toxico fontes et flumina et gramina infecerunt; et sic hominum et iumentorum magnam multitudinem peremerunt. Eodem anno Omnium Sanctorum Clemens papa universale concilium civitate Vienna inchoavit, cuius concilii acta et instituta antequam promulgarentur, iussu eiusdem pape ignibus sunt exusta.

1312. Caristia tanta fuit, ut ante nova metreta tritici pro decem talentis venderetur; et similiter alia annona gravi foro oportuit comparari. Obiit dominus Leudoldus de Chunring Viti martiris.

1313. Hoc anno omnipotens et misericors Dominus sterilitatem prioris anni omnium victualium habundancia conpensans, in tantum terram fructificare fecit, ut tempore novorum metreta tritici pro sex denariis, et siligo pro quatuor denariis venderetur; de vino etiam tantum provenit, ut unum vas pro alio repleretur. Eodem anno christianissimus imperator Heinricus in partibus Gallie a neffandis hominibus veneno est peremptus. Eodem anno serenissima domina Elizabet, relicta regis Alberti, obiit in die apostolorum Symonis et Iude. Eodem eciam anno obiit dominus Hadmarus de Valchenberch Kalixti. Eodem etiam anno barones Wabarie inferiores opposuerunt se duci Lud-

a) machinū *c.*

62) postea additum; v. infra a. 1347. 63) Hoc iam a. 1309. Sept. 17. Spirae factum est.

wico, quibus dux Austrie Fridericus misit in adiutorium dominum Ditricum de Pylichdorf cum aliquibus nobilibus terre; quos etiam Ludwicus omnes captivavit, tamen eodem anno, concordantibus eisdem principibus, omnes liberos dimisit.

1314. Dux Austrie Fridericus et Ludwicus dux Wabarie pro imperio certantibus, et electoribus discordantibus, quilibet a parte sua in imperatorem proclamatur; de quorum discordia tota ecclesia perturbatur.

1315. Rex Fridericus decimam generalem de redditibus religiosorum, et de vineis tam religiosorum quam secularium accepit. Eodem anno occisus est Rapoto de Valchenberch.

1316. Rex Fridericus stiwram a civibus, videlicet decimam partem omnium que habebant, sub iure iurando recepit.

1317. Hoc anno fames et sterilitas inaudita facta est ex nive preteriti anni omnia sata suffocantis, et etiam ex inundacione Danubii et omnium fluminum, tam ex pluviis quam erupcione venarum terre, que omnia sata destruxit, ut raro panis triticeus vel siligineus, sed tantum avenacius haberetur.

1318. Obiit domina Agnes, uxor domini Alberonis de Seveld, in pascha. Obiit eodem anno dominus Fridericus de Walse Marie Magdalene.

1319. Rex Fridericus cum episcopo Salczpurgensi, cum valido exercitu Wabariam ascenderunt, se contra Ludwicum ad bellum preparantes. Cumque tercium[a] diem bellandi condixissent, dux Ludwicus terga vertit, Wabaros suos de infidelitate et perfidia accusando.

1320. Rex Ludwicus cum rege Bohemie Iohanne Alsaciam ascenderunt, in odium ducis Leupoldi bona sua depredantes; quibus occurrit dux Leupoldus cum parva milicia, peditum autem magna multitudine, ambos reges in fugam convertens. Sequenti vero die cum rex Fridericus ad fratrem venisset, et se iterum ad bellum preparassent, iterum secundo fugiunt. Rex vero Fridericus cum fratre duce Leupoldo usque ad quartum diem desiderio pugne sunt secuti. Obiit eodem anno domina Maria, uxor domini Eberhardi de Walse de Lincza.

1321. Dominus Albertus episcopus Pataviensis de Saxonia, primam missam suam Wienne in octava pentecostes ad Predicatores sollempniter celebravit.

1322. Anno nono a contenciosa electione duorum imperatorum, videlicet ducis Friderici et ducis Wabarie Ludwici, volens dominus Fridericus finem huic liti bello facere, cum paucis de terra, parcens stipendiis, speransque in fratrem suum ducem Leupoldum cum manu valida sibi occursurum, ascendit Wabariam; sed prius quam dominus Leupoldus veniret, invasus est a Ludwico Wabarie et rege Bohemie, commissumque est prelium, et victus est, et captus cum omnibus suis. Ipse quidem dominus Fridericus in Trawsenmicht castro firmissime custodie traditur; frater autem eius dux Heinricus a rege Bohemie sub firma custodia custoditur.

1323. Dux Heinricus, captivus regis Bohemie, consilio regis Ungarie Karoli dimittitur cum omnibus, qui secum fuerant captivati.

1324. Dominus Iohannes papa nolens Ludwicum esse imperatorem[b], eo quod sine suo consensu de imperio se intromisisset, et imperialis negocia exerceret, et quia etiam ab omnibus electoribus electus non esset; ob quod predictus Ludwicus offensus, domino pape iniuriosa verba obloquutus est, dicens eum nec esse nec posse esse papam, et alia plura de quibus melius est tacere quam loqui; quod papa percipiens, per omnes terras et ecclesias, ac-ensis luminibus, et campanis pulsatis, eum sentencia excommunicacionis innodavit

1325. Rex Ludwicus, volens sibi subigere ducem Leupoldum, obsedit civitatem Purgaw cum castro, quatenus illa expugnata ad alias municiones facilius se transferret. Quem dux Leupoldus de eadem obsidione cum valido exercitu repulit violenter. Eodem anno rex Ludwicus volens placare papam, quia graviter contra eum deliquerat, regem Fridericum iam in tercio anno habentem captivum, absque omni pecunia et exaccione liberum dimisit et absolvit. Eodem etiam anno dominus Iohannes et Leutoldus de Chunring, videntes se violenter a iudicio civitatis Zwetl, quod de iure ad eos pertinet, omnino amotos, congregatis amicis suis, cum maxima multitudine a quinta feria pasche usque ad dominicam *Misericordia Domini* predictam civitatem violenter obsederunt. Cives vero civitatis videntes se a domino suo de Liechtenstayn desolatos, licet inviti se dominis de Chunring tradiderunt. Eodem etiam anno dux Otto de consensu fratrum suorum ducum Austrie claustrum ordinis Cysterciensis fundavit, quod et Novum montem nominavit.

1326. Dux Leupoldus a papa Iohanne decimas ab omni clero et religiosis per provinciam Saltzburgensem obtinuit, cum ea contra Ludwicum ex parte domini pape pugnaturus; sed iam litteris scriptis et bullatis, idem dominus Leupoldus apoplexia percussus moritur, et clerus a tali vexacione liberatur.

1327. Duce Leupoldo mortuo, Ludwicus iam nullum timens Romam proficiscitur, a Romanis honorifice suscipitur, varia loca pertransiit, ibique per triennium moratur, cesarem se facit, antipapam creat, novos cardinales instituit, alia etiam plura, que contra papam et iura ecclesie fuerant, ordinat et disponit; propter quod dominus papa ipsum Avinionis[c] et dyocesibus plurium terrarum excommunicat et anathematizat[d], et hereticum atque fautorem hereticorum appellat. Eodem anno dux Heinricus Austrie obiit, et in Chunigsveld sepelitur.

1328. Karolus rex Ungarie, Iohannes rex Bohemie, cum duce Austrie Ottone conspiraverunt contra Fridericum ducem Austrie cum aliquibus baronibus de terra, volentes eum subplantare de terra, Austriam manu valida intrantes, spoliis, rapinis, incendiis omnia devastabant; has quoque municiones expugnaverunt, videlicet Marchek, Velsperch, Rebenspurch, Ulreichschirchen, Egenburgam; Waythofen exusserunt igni. Ultimo cum non proficerent, et conatum suum perficere non valerent, rex Bohemie Drosendorf civitatem obsedit, eam sex continuis septimanis machinis, fossoribus et aliis instrumentis inpugnando; tandem sub quadam condicione se regi Bohemie tradiderunt.

1329. Obiit domina Gueta comitissa de Oeting, soror dominorum et ducum Austrie, vigilia Mathie apostoli.

1330. Obiit nobilissimus rex Fridericus in octava epiphanie, et in Maurbach quod ipse Isn I.I. fundavit monasterio, in sarcofago suspensus reservatur[e]. Obiit eodem anno inclita domina Elizabet, uxor domini Ottonis ducis Austrie et filia ducis Stephani de Wabaria, in annunciacione beate Virginis.

1331. Iohannes rex Bohemie et Karolus rex Ungarie secunda vice accepta occasione et in unum congregati, post festum sancti Cholomanni Austriam* iterum vastaverunt. Dux

* totam Austriam ex ista parte Danubii 2.

a) *corrige* certum. b) regem Romaporum 2. c) *ita* 1. amotus 2. d) anamathesizat 1. e) reuersatur 1.

vero Albertus cum propter infirmitatem pugnare non posset, ducem Ottonem, fratrem suum, ducem belli constituit; qui congregato exercitu occurrit regi Bohemie prope La. Cumque in crastinum pugnaturi essent, rex Bohemie fugit[a]; dux vero Otto cum suis civitatem La obsedit. Factum est autem in vigilia sancti Andree, ut tantum frigus et vis algoris veniret, ut nec homines nec equi in castris possent permanere. Unde nostri necessitate conpulsi, ad propria sunt reversi. Rex[*] autem Bohemie festinato Sweviam ascendens, contencionem dominis[b] suis commendavit; qui ad castra sua iuxta metas se locantes, per totam yemem terram spoliis et incendiis vastaverunt, nemine resistente preter comites de Retz et dominis de Meissaw. Duravit autem hec contencio usque ad quadragesimam anni sequentis,

1332, in qua quadragesima uno die venerunt ante Pulkam, ibique ad quadringentos pauperes et inermes occiderunt, et multos pauperes captivaverunt. Post hoc in media quadragesima iterum Bohemi racione predandi iuxta Mawrperg[**] intraverunt terram; quibus dominus de Hals[***] cum aliis nobilibus ibi congregatis obvius fuit, irrueruntque in eos, et plures ex eis occiderunt. Inter quos unus de nobilioribus occisus est, reliqui captivati; inter quos etiam duo de Lyppa, videlicet Heinricus Ferreus et Iohannes frater eius, detenti sunt, cum aliis qui gladium evaserunt. Post[c] quorum captivitatem terra a preliis pro tempore requievit.

1333. Obiit domina Katherina ducissa Kalabrie, soror ducum Austrie, vigilia sancti Mathie, et sepulta Neapolis[64]. Eodem anno abbas Ditricus a colonis monasterii per totam terram styuram magnam conportavit[d].

1334. Dominus Otto dux Austrie duxit dominam Annam, filiam regis Bohemie, in uxorem circa carnisprivium. Eodem anno dux Karinthie obiit[65], et Karinthia† nostris ducibus conffertur.

1335. Obiit dominus abbas Ditricus Zwetlensis in die pasce.

1336. Iohannes rex Bohemie iterum iam tercia vice accepta occasione, collecto exercitu volebat Austriam intrare. Rex vero Ludwicus congregato exercitu magno, duces nostros iuvando, volebat superius de Wabaria Bohemiam intrare; cui rex Bohemie primo cum suo exercitu occurrit. Cumque vidisset fortitudinem adversariorum, fugit, non valens faciem regis Ludwici sustinere, descenditque per terram suam, castra metatus est iuxta Znoymam. Dux autem Otto cum maxima multitudine equitum[e], et infinita multitudine peditum, venit in occursum eius. Cumque in crastino essent pugnaturi, nescio quo consilio occulto inter se decreto, factum est ut rex Bohemie retro se in Bohemiam fugeret††; dux autem noster cum omnibus fugit suis, non retro respicientes, sed festinantes donec unusquisque in sua perveniret. Videns igitur rex Bohemie neminem rebellantem, revertitur in Austriam, et obsedit Guntharstorf, et expugnavit illud, et cepit in eo Eberhardum de Walse de Lintze, et alios bene decem ministeriales. Similiter expugnavit Mawerperg et Weigerwerch, posuitque in eis Michsnenses, qui per totam estatem terram vexaverunt. Ipse vero rex obsedit cum reliquo exercitu castrum Seveld, quod etiam quattuor septimanis cum fossoribus et machinis inpugnavit. Dominus autem Albertus de Chunring timens periculum hominum in castro obsessorum, licet omnem habuerint copiam expensarum et armorum, castrum predictum regi Bohemie condicionaliter resignavit. Rex igitur Bohemie festinus ascendens per terminos monasterii, Sweviam festinavit; cui abbas monasterii festinus occurrit, expensas, vinum vi-

[*] Tandem rex Bohemie contencionem in terra suis baronibus committens, Sweviam ascendebat. Bohemi igitur se ad municiones suas videlicet La et Unzoniam[f] et Veytra locantes, per totam yemem Austriam rapinis, spoliis, incendiis vastaverunt, nullo eis resistente preter comites de Hardek et dominos de Meissaw. 2.

[**] prope La 2.

[***] de Waltse cum Australibus occurrit 2.

† et circa finibus Karinthie a Ludwico Bavarie nostris ducibus Alberto et Ottone in Linczam confertur. 2.

†† fugit ad unum miliare in terram suam. Dux autem cum equitibus suis et peditibus revertitur. 2.

a) f. et tergum cum suis vertit 2. b) domini 1. c) propter 2. d) *hoc in* 2 *anno sequenti attribuitur.* e) armatorum 2. f) Posoniam 2b.

64) Ea iam a. 1323 vel 1324 obiit. 65) Heinricus, 1335. Apr. 2.

delicet et panem et alia que habere potuit, toti exercitui in quantum potuit ministravit. Deinde ne nos et nostros offenderet, regi quadraginta ternarios vini promisit.

1337. Dux Albertus stywram maximam de vineis monachorum, clericorum et civium suorum per totam Austriam tulit, vineas singulas taxans secundum moncium et locorum qualitatem.

1338. Hoc anno pasca christianorum convenit cum pasca Iudeorum, propter quod maximum exterminium factum est Iudeorum. Nam post festum pasce reperta est in Pulka in domo cuiusdam Iudei hostia tota* cruentata, et multis miraculis approbata, et non solum ab indigenis, verum etiam ab omnibus circumquaque terrarum populis humiliter visitata et devote venerata. Propter quod factum christiani zelo divino permoti, circa festum sancti Georii omnes Iudeos in Pulka, Retz, Znoyma, Horn, Egenburga, Neunburga, Zwetl occiderunt et conbusserunt et in pulverem redegerunt. Eodem anno obiit inclita domina Anna, uxor ducis Ottonis et filia regis Bohemie, 3. Nonas Septembris, et sepulta in Novo monte. Eodem anno tempore messis de partibus marinis venerunt locuste cum tanta multitudine et tot turmis, et ita spisse volabant, quod etiam terre obumbrabant, et splendor solis non poterat eas penetrare; que omnes segetes tritici, siliginis, avene et omnia prata depaste sunt, et maximum terre dampnum intulerunt. Eodem eciam anno specialis amicus monasterii Fridericus Gnemhertl obiit, qui monasterio multa bona fecit, 17. Kal. Ianuarii**. cf. Kal. Zw. cf. Kal. 1337.

1339. Obiit illustris princeps dominus Otto dux Austrie, et sepultus in Novo monte, quod ipse fundavit, 14. Kal. Marcii. Hic reliquid duos filios, videlicet ducem Fridericum et ducem Leupoldum. Eodem anno dux Albertus tulit styuram de omnibus colonis tam monachorum quam clericorum, de singulis singulos grossos denariorum vel septem Wiennenses, et hoc tam de viris quam mulieribus, magnis et parvis; huic etiam vexacioni pueri in cunis subiacebant.

1340. Tempore isto fuit rustica pauper iuxta Egenburgam, habens filiam unam[a], que una vice inportune panem peciit a matre; cui mater, sicut amararum[b] mulierum mos est, cum ira et inprecacione panem dedit, dicens et inprecans: *Accipe, quod Deus adiuvet me, quod de cetero numquam plus comedas.* Quod et factum est. Nam de cetero numquam plus comedit, vivens sine cibo plus quam decem annis, nichil gustans nisi solam aquam, et hoc valde raro: mirantibus multis et non credentibus, donec probassent, et invenissent veritatem.

1341. Illustris dux Austrie Albertus una cum coniuge sua ducissa monasterium Zwetl visitare dignatus est, visisque officinis et diversis monasterii edificiis, magis autem divinum cultum et personarum devocionem, multum edificatus et consolatus cum magna devocione recessit, ipsumque monasterium cum habitatoribus suis super omnia monasteria que viderat approbans et collaudans.

1342. Obiit honestus vir dictus Hermannus de Nuernberch[c], qui dedit monasterio bonam vineam, que dicitur Suben stokkel.

1343. Inceptus est chorus noster novus in Zwetl a domino Ottone tunc abbate, in vigilia sancti Ambrosii episcopi, primumque lapidem in persona domini ducis Alberti posuit nobilis dominus comes Ludwicus[d] de Oetinga, sororius dominorum et ducum Austrie.

1344. Obiit illustris princeps dux Leupoldus, filius ducis Ottonis ducis Austrie, iunior filius, in die sancti Laurencii martiris. Eodem anno obiit illustris princeps dux Fridericus, etiam filius domini Ottonis Austrie ducis, senior filius, ambo nepotes ducis Wabarie; obiit autem 3. Idus Decembris***.

1346. In conversione sancti Pauli Ludwicus rex Wabarie, illustris marchio Bohemie, Karulus rex Ungarie convenerunt in Wiennam ad nobilissimum ducem Austrie Albertum, racione consilii et de pace terrarum pertractandum. Eodem anno circa festum Bartholomei

* ut dicitur tota 2.

** et ibidem in monasterio sepultus. *addit* 2[b].

*** sepulti in Novo monte fundacione ipsorum.

1345. Iohanna ducissa uxor Alberti ducis Austrie ad papam Clementem venit, quatenus ei liceret decimam tollere ab omni clero in terris suis, scilicet Austrie, Stirie et Karinthie, sed propter hoc multum contradicentem, mulierem tantam perquirere auctoritatem esse abusivum. 2.

a) parvam 2. b) amarum 1. c) Newnburga 2. d) Rudolfus 1.

apostoli factum est prelium inter regem Anglie et regem Francie, sed rex Anglie gloriose triumphavit; tamen sicut fertur ab hiis qui interfuerunt, quod in eodem bello ad 50 milia hominum ex utraque parte ceciderunt. Inter quos etiam rex Bohemie Iohannes cecus, vir belligerosus et pace inpaciens occubuit, filio suo marchione semivivo vix evadente; ibique cecidit Heinricus de Chlingwerch* cum pluribus aliis de terra. Eodem anno obiit inclitus et nobilis comes dominus Ludwicus de Oeting, aliquando sororius et semper intimus amicus dominorum ducum Austrie, et sepultus in monasterio Zwetl in novo choro; obiit autem Michaelis.

1347. Obiit dominus Iohannes Parisiensis plebanus in Hoflein, qui testatus est monasterio ad novum chorum centum talenta, et bonos libros ad bibliotecam pro edificacione et consolacione monachorum; obiit autem 3. Idus Ianuarii. Eodem anno in crastino sancti Dyonisii Ludwicus rex Wabarie, qui se multis annis imperatorem et cesarem gessit, in venacione subito de equo et cum equo cui insidebat corruens extinctus est; et sic in excommunicacione apostolicorum quatuor tali subita morte est preventus. Eodem anno tota estas ita frigida fuit et pluviosa, ut omnes fructus terre tardius provenirent et colligerentur**, et per consequens omnes fructus inmaturi. Nam et fructus vinearum, videlicet botri, ita duri erant, ut non solum non comedere, sed et vix quis gustare posset. Similiter et vina ita acria fuerunt, sicut*** meminit aliquis homo, fuitque annus iste similis anno secundo[a] post iubileum, in quo etiam tunc talia vina acria et tardi fructus et inmaturi provenerunt.

1348. In conversione sancti Pauli factus est terre motus ita magnus, quem nostra[b] etas non meminit. Nam Carinthia, Styria, Corniola usque ad mare plus quam 40 firmissima castra et civitates subvertit, et mirum in modum montem magnum super alium montem proiecit, et ibi aquam fluentem obstruxit, que eciam plures villas submersit[c]. Eodem anno 12. Kal. Marcii obiit dominus Iohannes de Chunring. Eodem etiam anno 12. Kal. Septembris obiit dominus Leutholdus de Chunring, frater eius, in crastino sancti Bernhardi abbatis. Eodem eciam anno facta est pax et concordia inter regem Bohemie, qui et imperator electus est a papa, et ducem Austrie Albertum, ita ut filius ducis Alberti Rudolfus duxit filiam regis Bohemie. Preterea dux Albertus sumpsit terras suas more solito a rege et imperatore Bohemie. Hec acta sunt in castro Seveld dominorum de Chunring. Eodem anno consecrata sunt 14 altaria in novo choro in Zwetl a venerabili domino Gotfrido Pataviensi episcopo 18. Kal. Decembris.

1349. Obiit dominus Iohannes de Chunring, filius domini Alberonis de Seveld, 7. Kal. Februarii, hoc est in crastino conversionis sancti Pauli. Eodem anno 4. Non. Februarii, hoc est in die purificacionis beate Virginis, factus est terremotus magnus hora nona.

* Chlinberg sine heredibus 2.
** quam aliquis homo poterat recordare 2.
*** f. ut nemo satis bibere poterat, fuitque 2.

CONTINUATIO ZWETLENSIS IV

Chronici Zwetlensis (Rauch, SS. Rer. Austr. II, 316—334) partem priorem a. 1323—1347 coniunximus cum Annalibus cod. N. *Reliqua hic proponimus, sermone quidem scripta inculto, sed tamen non ita quam apud Rauchium mendosa, codicibus usi*

1) O. *saec. XV. quo hic illic meliora, at saepe etiam peiora praebet*

2) P. *saec. XIV exeuntis, quem non in Zwetlensi coenobio scriptum esse arguunt verba a.* 1356 *n. q. posita. Ceterum in verbis indifferentibus multa est codicum inter se diversitas, sed variarum lectionum mole plane inutili spatium perdere nolui. Multa eorum quae hic narrantur, etiam in Kalendario Zwetlensi reperimus, neque tamen alter alterum exscripsisse potest, sed fontem utrique communem praesto fuisse oportet.*

a) s. p. *erasa sunt* 1. b) q. quis hominum m. 2. c) *sequentia alia manu scripta sunt* 1.

1348° in conversione sancti Pauli factus est terremotus ita magnus quem quis hominum meminit. Nam in Ka- Ann. Zwetl.
rinthia, Stiria, Carniola, usque ad mare plus quam 40 firmissima castra et civitates subvertit, et mirum in modum mons magnus super montem cecidit, et aquam quamdam fluentem obstrusit, que eciam post se villas plures subvertit et submersit.

Eodem anno obiit Lewtoldus de Chunring, frater Iohannis de Tirnstain, sine herede, et hereditas sua ad diversas personas divoluta est. Item eodem anno circa festum sancti Viti rex Bohemie et Albertus dux Austrie et uxores amborum convenerunt circa La[a], et rex filiam suam copulavit Rudolfo filio Alberti ducis Austrie, et tractato inter se ea que pacis sunt amicabiliter sunt separati[b]. Albertus versus Wiennam ducta secum nura sua. Eodem tempore comes[c] Chunradus de Hardehk[d] duxit in uxorem filiam ducis Lewpoldi, fratris ducis Alberti Austrie, quapropter indignatus dux Albertus licenciavit eumdem comitem et omnes fratres, scilicet tres, de[e] terra, qui regi Bohemie adheserunt. Eodem tempore dedicacio 14 altarium in Zwetel monasterio in novo choro facta est a Gotfrido Pataviensi episcopo.

Anno 1349 circa circumcisionem Domini usque in paschaṁ viri 40, 60 vel 100 coadunati per ecclesias discurrentes cum flagellis se denudantes usque ad cingulum publicas egerunt penitencias, cantando de passione Domini, quatenus pestilencia que tunc in quibusdam[f] locis prevaluerat cessaret. Incusati autem[g] Iudei, quod fontes et aquas eciam fluentes quibusdam pulveribus toxicassent, unde in superioribus partibus undique autem iugulati, et in Chremsa adusti[h] sunt una cum domibus eorum. Eodem tempore obiit dominus Iohannes de Chunring de Seveld[i], fundator Zwetlensis monasterii, circa purificacionem, relicto post se herede nomine Azo, et alter[k] nomine Niso. Eodem anno post penthecosten rex Ungarie et apostolice sedis legatus Wiennam conveniunt ad ducem Albertum qui occulta negocia inter se tractantes[l].

1350° annus iubileus; fit communis concursus versus Romam ab omni parte mundi ex utroque sexu. Circa ascensionem celebratur concilium Padue[66], ubi decanus tunc Chremsen- [66]
sis multas prerogativas contra religiosos Chremse habitantes dixit se obtinuisse; quas ipse tamen numquam fuit ausus deducere in publicum. Dedicacio 5 altarium in novo choro.

1351° facta est magna altercacio inter dominos de[m] Walse et domino de Rosenberch et domino de Nova domo, in tantum quôd tota Austria devastata[n] vere fuit ab hiis qui se preparabant ad pugnam contra Bohemos; tandem dominus Hainricus de Nova domo capitur ab Australibus, et in Potenstain invinculatur, sed pro duobus milibus sexagenis liber dimittitur.

1352° circa festum penthecosten incole de-Sweincz circa Sweviam[o] duci Alberto una cum Zurensibus in Swevia suos invadentes et multis contumeliis sine causa afficientes, alios detractabant alios captabant. Quapropter indignatus dux Albertus infremuit, exaccionem de bonis omnium religiosorum exegit, de quolibet laneo unum aureum, de area[p] medium, et stipendiariis conductis de omnibus partibus mundi ascendit stipatus centum milibus hominum multitudine[q]; ex quibus plurimi succubuerunt. Interea Iohanna uxor eiusdem ducis Alberti acerbissima morte preventa est; ad cuius obsequium dux Albertus dolens properat, et in Gemnik presentibus pluribus prelatis est sepulta.

Anno Domini 1353 Karolus rex Bohemie qui se pro cesare gerebat, eo quod clenodia imperialia tenebat, et rex Ungarie, et marchio de Branburch et alii comites et episcopi ad illustrem ducem Albertum in Wiennam congregati, tractantes inter se, ultra post pascha in Pragam idem principes amicabiliter congregantur. Occurrit autem istis principibus dux Albertus circa Wiennam cum filio suo Rudolfo, eo quod perfidiam Bohemorum ipse sciens Pragam non est progressus. Fuit autem ibi cum sepe dictis principibus patriarcha Aquilegensis, cum quo complanatus est dux Albertus; et per septem dies in Weitra congregati multa tractata sunt, et propter hec serenissimus rex Romanorum Karolus per monasterium Zwetlense appropinquans, omnes monachi induti sacerdotalibus et cu n reliquiis obviam ei properant, cum valde edificatus erga ipsius conventus gravitatem[r] ac devocionem, prius ductus ad refectionem cum omnibus suis copiose reficitur, ac deinde versus Ungariam proficiscitur. Venit autem post eum eodem die dux Albertus cum filio suo Rudolfo, cum mille

a) Laa 2. b) divisi 2. c) *deest* 2. d) Hardek 2. e) de t. *desunt* 2. qui tandem regi vero B. a. *id.* f) aliquibus 2. g) Tandem incusati I. 2. h) aduste sunt domus eorum 2. i) Zeueld 2. k) secundo 2. l) qui quidem o. eciam n. i. se tractaturi fuerunt 2. m) de W. *desunt* 2. n) fere denastata fuit 2. o) Sweincz 2. p) aures 1. 2. q) multitudinem at illi ex 1. 2. *Quaedam excidisse videntur.* r) granitate 1. 2.

66) i. e. Patavise.

equitaturis, qui omnes copiose sunt refecti et Wienne reversi[a]. Eodem anno circa festum sancti Pangracii, qui in die penthecostes evenerat, nix valida et glacies ultra modum, et tamen segetes in nullo offendit, preter fructus arborum qui omnes perierunt. Eodem anno exaccio vinearum, de decem talentis unum[b], per totam Austriam principi colligitur, per multa milia talentorum. Interea ad peticionem ducis Alberti quidam cyrologus, instigante dyabolo qui sempe pacis et concordie inimicus comprobatur, sibi associato magistro Iohanne qui prefuit structure novi chori, fodere minas argenti iuxta claustrum permittuntur; sed fratres in tanta violencia et turbacione positi ad matrem ymo confugiunt ipsam invocantes devocius qui[c] poterant. Post anni circulum fodientes, et nichil invenientes, cum maxima confusione cessatum est.

1354° dux Austrie Albertus circa penthecosten secundario ascendit cum Australibus et Stiriensibus quasi[d] cum mille galeatis contra Zürcensium civitatem, per totam estatem omnia[e] pomeria et vineta vastantes; et civitatem non videntes expugnare non valentes[f], dux Albertus cum primogenito suo Rudolfo circa nativitatem Domini versus Wiennam tendit, quatenus terciam exaccionem ab omni clero et regione inde colligere possit, item reascensurus. Interea Karolus rex Bohemie Romam cum uxore sua quasi furtive pro coronacione et confirmacione imperii veniens, que sicud dicunt quidam, per duos cardinales a papa completam fuisse. Eodem anno habundancia vini et vasa pauca. Domus hospitum[g] incendio devastat r.

Anno Domini 1355 obiit comes de Phannberch marschalcus Austrie. Item dux Albertus iterum exigit pecuniam a religiosis quingenta talenta[h], mittens miliciam armatam tercia vice versus Zurhenses[i]; quibus dum victualia adduci prohibentur[k], trewgas regi Bohemie dederunt, qui eos principi Alberto conciliavit; ita duntaxat quod in reliquum ipsi cum omnibus suis eidem principi subdantur quasi proprii. Postea dux Albertus ascendit Monacum in Bavariam, ubi regem Bohemorum cum marchione de Branburch et multis nobilibus conparentibus complanavit; habens secum regem Ungarie, qui semper lateri eius adhesit; et mul-
Aug. 4. tis utilitatibus ibi dispositis ad propria quisque regreditur. Eodem anno in die Dominici confessoris obiit nobilis vir Lewtoldus de Chunring de Tirnstain adolescens sine heredibus.
Apr. 24. Anno Domini 1356 obiit dominus Wilhelmus de Lantstain circa festum sancti Georii, quod illo anno in vigilia pasche evenit, fidelis amicus huius congregacionis. Orta est seditio inter regem Bohemie et suos barones, scilicet de Nova domo, apponente sibi domino de Rosenberch, predia regalia rapinis inpetentes nullo eis resistente. Rex vero interim Wiennam progrediens ad ducem Albertum, et inter se secreta tractantes diversa. Eodem anno festum corporis Christi in vigilia Iohannis baptiste evenit, et Innocencius tunc papa decimam ab omni clero et religiosis exemptis[m] et non exemptis per metropolitanum Salczpurgensem requirit, exceptis Cruciferis et Templariis et Hospitalariis et Iohannitis. Item[n] terremotus maximus in partibus superioribus circa Nürnberch circa Martini factus[o] esse dicitur, et Pasel civitas submersa est; et antichristus in Babylonia natus fuisse dicitur. Festum Marie concepcionis instituitur. Rex Ungarie assumpta secum milicia de Austria contra Veneciam dimicaturus, quem dux Albertus subsequens, timens de regis sibi dilecti periculo, in pace omnia disponit. Interea Australes magnam predam de Moravia circa festum Michaelis diripiunt absente duce Alberto; quapropter comes Moravie iracundia motus, et confisus de adiutorio fratris sui, scilicet rege Karolo Bohemorum, versus Austriam exercitum armatorum dirigit, cuncta de rapinis et incendiis devastavit. Quod dux Albertus percipiens, versus Wiennam properat, omnes cives et nobiles ad expedicionem properant[p], ymo rege Ungarie in omnibus sibi assistente gloriatur. Interea ducenti armati per ducem iuniorem in Waidhoven diriguntur ad custodiam metarum, quibus omnia necessaria a monasterio nostro[q] iussu eiusdem principis per 14 dies porrecta sunt, et frigore irruente[r] pax per episcopum Olomucensem et reginam Ungarie usque Georii reformata[s] est. Eodem[t] anno acerrima vina fuerunt. Grandia monasterii[u] in Neyczen proprio igne exuritur; horrea plena frumento et feno ad trecenta talenta. Eodem anno obiit Eberhardus de Waltse de Drosendorff, et in Sewsenstain sepelitur.

a) reuersis 1. b) unam 1. 2. c) quid 2. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) volentes 1. 2. *antea* non videntes *per errorem irrepisse videntur.* g) h. totaliter i. 2. h) r. non modicam ut m. 2. i) Zürcenses 2. k) prohibetur 1. l) lanchstain 2. m) exceptis 1. 2. n) 1357. Item 2. o) factum 1. p) mittit 2. q) *m.* quodam ibidem 2. r) imminente 2. s) resecata 1. 2. t) Eodem — talenta *desunt* 2. u) m̃ *c.*

Anno Domini 1357 circa purificacionem rex Ungarie una cum regina Wiennam causa solacii ad ducem Albertum veniunt, inter se tractantes utilia; et marchio frater Karoli imperatoris Bohemie[a] Wienne veniens duci Austrie reconciliatus est. Postea orta est contencio in Scherding circa Babariam, et tandem breviter sedata. Eodem anno circa festum sancti Mathie apostoli obiit Albertus comes de Otting absque heredibus in Swevia. Eodem anno obiit dominus Ulricus de Cappella. Item obiit Wolfgerus de Reczpach. Item circa festum sancti Iacobi Karolus imperator Wiennam veniens ad Albertum ducem cum 15 centum equitaturis cunctans[b] contra Babarum, a quo antea fugatus fuerat idem imperator Bohemie; sed Albertus dux Austrie duces Babarie deserere nolens, sed nec regem iuvare, sed in pace Austriam servare, tandem ipso sapienter per suas litteras disposite[c] in pace eos redegit. Eodem anno Rudolfus filius Alberti sepe dicti ducis patre iubente cum sua coniuge, scilicet filia Karoli imperatoris, usque[d] Sweviam ascendit, hyemare volens ibidem cum suis. Vinum bonum[e] sed modicum provenit. Eodem anno obiit comes Otto de Maydburch, in Recza sepultus.

1358[o] circa nativitatem Domini facta est magna altercacio inter archiepiscopum Salczpurgensem et duces Babarie, qui rapinis et incendiis archiepiscopatum invadentes; ac contra archiepiscopus[f] assumpta milicia coemptorum, et de Austrie baronibus conductis, ducibus predictis viriliter resistens, se et sua potestative defendit. Consilio vero accepto, ex utraque parte tam duces Babarie quam archiepiscopus Wienne ad ducem conveniunt, qui quasi mediator ex utraque parte amiciciam reformans, a se in pace ad propria sunt reversi. Rex Ungarie a Venetensibus in quadam civitate obsessus, postea colloquio inter se habito rex et cives, diffinitum[g] est ut ambe partes ad sepe dictum ducem Albertum in Wiennam contencionem deportent; quicquid idem dux Albertus Austrie supersentenciaverit, utraque pars ratum in sempiternum teneret. Eodem anno facta est dissensio inter papam et cesarem Karolum, qui Prage morabatur. Circa idem tempus copiosa multitudo fugitivorum ex diversis mundi partibus congregati[h], scilicet ad decem milia ut dicebatur, in superioribus partibus in campis castra metabantur, et civitates magnas et castella Gallicorum, Renorum, Francorum, Yspanorum invadentes. Qui omnes pactum cum eis fecerunt cum multis florenis, eo quod nullus regum nec principum eis[i] resistere possit. Capitaneus vero eorum dicebatur Laudimber[k], cui omnis multitudo obtemperabat sicut vir unus. Eodem eciam anno circa festum sancti Georii sepe dictus dux Austrie Albertus obtinuit per varios nuncios a sede apostolica tocius ducatus Babarie a vinculo excommunicacionis, quo per 30 annos fuerat ligatus a Iohanne papa, plenam absolucionem tam mortuorum quam vivorum. Ob quam causam dictus dux Albertus per se Bavariam ascendit, filiam suam in ipso itinere de Branburch duci Bavarie volens copulare, et eciam episcopum Salczpurgensem et duces Babarie in pace perpetua concordare.

Anno Domini 1358 volens omnipotens Deus post tantos labores dilectum sibi et hominibus multarum terrarum amabilem ac pium, perutilem, ymo pacis amatorem, destructorem discordie, illustrissimum principem[l] sepe dictum Albertum ducem Austrie Stirie et Karinthie, ad se accersire, in paucis bonis fidelissimum super multa plura constituere in eternis gaudiis celorum. Obiit sequenti die post Allexii confessoris, anno etatis sue 69; contractus autem 27 annis extitit, ita quod nec ambulare, nec palpare potuit, ut paraliticus, pater multorum regum ac principum extitit salutaris. Sepultus est in claustro quod vocatur Gemnik, quod ipse sibi et heredibus suis construxit et magnifice dotavit, ordinis Karthusiensium fratrum. Reliquit vero post se Rudolfum primogenitum suum de quo supra mencio habita est, secundum vero Fridericum, tertium Albertum, quartum Lewpoldum. Porro Rudolfus videns se heredem Austrie, utpote primogenitus inter fratres, ad cesarem versus Pragam suscipere regnum festinat; sed ibi propter pestilenciam, que Poloniam, Bohemiam, Moraviam occupaverat, moram cum socro suo facere non poterat, Wiennam regreditur, et multa sanctorum corpora que circa Sweviam cum superius esset conportaverat, in Wienna[m] cum multis prelatis reverenter suscepit. Eodem anno Stephanus de Meissaw marschalcus

Iul 18.

a) Ungarie 1. b) *s. c.* cogitans. c) disponens 2. *corrige* disponente. d) versus 2. e) b bibere 2. f) archiepiscopum 1. g) d. est *desunt* 1. h) congregata ac in unum collecta 2. i) ei 1. k) Ladenber 2. l) ducem 1. m) Wiennam 1. Hic Rudolfus fundavit capellam nostram antiquam *manu s. XVI. scriptum est in margine codicis* 2.

Austrie duxit in uxorem comitissam de Sancto Georio de Ungaria. Item[a] clerus in superioribus partibus in magna persecucione ab inhonestis et fugitativis habebatur.

1359° Rudolfus dux Austrie, magni Alberti ducis filius primogenitus, de quo supra memini, videns se confirmatum in ducatum Austrie, amovit omnes qui astiterant patri suo in curia, et novos officiales instituit. Conportavit eciam magnam copiam sanctarum reliquiarum plurimorum sanctorum in Wiennam, exaccionem maximam a civibus collegit et appropinacionem. Item circa festum sancti Georii obiit dominus Otto de Meissaw, et sepultus est in Sancto Bernhardo, in sua fundacione. Item Karolus imperator versus Parisius graditur, volens regem Anglie cum rege Francie concordare, sed nequit. Iudei in magna persecucione habebantur propter pestilenciam que in aliquibus locis prevaluit, quasi ab illis procedat execralis toxicacio. Inundaciones pluviarum per totam estatem eruperunt. Eodem anno obiit dominus Otto de Liechtenstain in vigilia Laurencii, sepultus in monasterio Zwetlensi.

1360° Hainricus de Meissaw circa nativitatem Domini obiit. Item Rudolfus dux cepit ampliare ecclesiam sancti Stephani in Wienna. Item circa festum ascensionis convenerunt ad colloquium Karolus rex Bohemie sepedictus imperator, et gener suus Rudolfus dux Austrie, et rex Ungarie, circa Seveld et Znoyma, cum magno comitatu milicie, rursum renovantes pacem et concordiam animorum. Item Rudolfus dux Austrie circa quadragesimam suscepit ducatum Karinthie et Elzacie secundum morem incolarum[b]. Eodem anno Rudolfus misit in subsidium domino apostolico nobilem baronem Eberhardum de Dachsperg[c] cum centum galeatis, qui sedem apostolicam contra comitem Mediolanensem, qui dixit se antipapam velle creare, viriliter defenderunt. Eodem anno multe silve proprio igne accense per multa miliaria exuste sunt. Item obiit dominus Nicolaus de Cheyaw[d] sine heredibus, sepultus in Valle Dei, circa festum Trinitatis. Eodem anno ariditas terre nimia; metreta siliginis pro 40, avena pro 20. Item Rudolfus dux Austrie invasus a patriarcha Aquilegiensi iuxta portum Naonis, sed idem dux collecto exercitu de Austria occurrit ei contra Gradum, viriliter se defendens, et eundem patriarcham ad instanciam cesaris cum suis in graciam suam recipiens. Et ut dicitur, eundem patriarcham duci Rudolfo de omni expensa satisfacturum in duplo. Interea marchio obiit de Branburch dux Babarie circa festum sancti Dyonisii. Obiit eciam Purchardus de Maidburch in Hardek, circa festum sancti Martini. Obiit eciam dux de Meylan.

67 1360° patriarcha[67] Wiennam cum duce Rudolfo veniens, capellam sancte Marie in Ottenhaim renovatam consecravit . . . . . [e] domini Iacobi Pollonis istis temporibus. Eodem tempore collata est Zwetlensi monasterio per ducem Austrie Rudolfum curia et domus in Wienna, in qua capella sancte virginis Margarethe sita est, pro domo qua capella sancte Katharine habita est tempore Ottonis. secundus abbas. Ita dumtaxat aditis quingentis talentis supra domum Urbetscheins, propter quam pecuniam multi redditus iure precario venditi sunt per dominum Ottonem abbatem, et una bona vinea in Grinczing dicta Reisperg pro ducentis et quadraginta libris[f]. Item in nocte sancte Lucie[g] media nocte in plenilunio celum ab oriente usque in aquilonem apparuit igneum quasi ignis rubens, et quatuor yrides ignei sibi iuncti flectebantur contra meridiem, et postea paulatim disparuerunt. Hoc viso quidam diffinierunt aliquid futurum mali contra principes et potentes seculi evenire. Yems[h] tota gelida absque nive, nuda terra apparuit; avena cara et rara.

1361° apparuit cometes stella circa annunciacionem dominicam, et apparuit paucis diebus. Messis copiosa, ubertas omnium fructuum. Item tonitrua et fulgura sepius evenerunt. Ignis arcius cecidit de celo et combussit decem boves in Herlico iuxta Zwetel.

1362.[i] Eodem tempore obiit dominus Otto abbas Zwetlensis monasterii, qui vere 30 annis prefuit et multis sollempniis edificiis[k] dictum monasterium restauravit. Item successit frater Eberhardus.

Anno Domini 1386 die nona mensis Iulii interemptus est illustris princeps dominus Lewpoldus dux Austrie prope Sempach a Swicensibus, et cum eo multi nobiles, videlicet domi-

a) Item — habebatur *desunt* 2. b) nicolaitarum 1. incolaitarum mediante 2. c) vachsperg 2. d) keyaw 2. e) propter Ibm 1. consecrauit plebanum 2. *Locus corruptus fortasse ita sanandus est:* renovatam per plebanum dominum Iacobum Pollonis istis temp. consecravit. f) talentis 2. g) luce 1. h) Nam hiemps 2. i) *numerus deest* 2. k) *deest* 1.

67) Aquileiensis, Ludowicus Turrianus, a. 1361.

nus[a] Otto margrafius de Hachberch[b], Walraff[c] et Iohannes comites de Tyrnstain[d], Iohannes capitaneus[e] de Ochsenstain, Iohannes dominus de Hasembůrch, Fridricus de Griffenstain, Cunradus de Stain, Eglolfus de Empcz, et frater suus Hermannus de Schaim, Petrus de Arberg vexillifer, Hilleprandus[f] de Wisembach, Iohannes de Randegg, Hainricus Vâl[g] vexillifer, Fûringus de Halwil, et eius avunculus Iohannes de Halwil, Albrechtus de Mûlinen, Wilhelmus de End, Otto dapifer de Walpürg, Petrus Slandersperg[h], duo Gussen[i], tres de Rynach, tres de Eptingen, Hermannus de Eschencz et duo eius filii, Gottfridus Müller, Heinricus de Schellemberg, Tarand, Rechperg, Hainricus Pôchch[k], et frater suus, Martinus Maltrer capitaneus, Herreser, et Franciscus de Castelnôf camerarius, omnes nobiles vel milites vel militares, et plures alii quos vel non novi, vel nomina eorum iam non recordor, cum predicto duce in Domino perierunt.

Annis M ter C tres X[l] simul L dato sexque,
Sex Ydus mensis Iulii tunc straverat ensis
Pravorum ducem Lewpoldum, cui dare lucem
Omnipotens que pya dignetur virgo Maria.
Hic ex regali generatus stirpe vigebat,
Ac[m] humilis tali se nobilitate nitebat.
Mors quid fecisti? quare talem rapuisti,
Et totam tristi vultu patriam statuisti,
Et destruxisti vas nobile? cur Deus isti
Tu non parcisti, quem tam celsum statuisti?
Subveniant isti subito rogo vulnera Christi[n].

KALENDARIUM ZWETLENSE.

Ne de bibliothecae Zwetlensis thesauro quidquam hic desideretur, ea quoque subiungimus, quae in codice 84. *Kalendario, quod Martyrologium et Regulam saec. XII scripta praecedit, variis saec. XIV et XV manibus inscripta sunt, nullo certo rerum ordine servato. Multa cum Continuatione Zwetlensi IV convenire iam supra animadvertimus. Pleraque ipso quo res accidit tempore vel modico post memoriae mandata esse videntur. Linckius in Annalibus Clavallensibus hoc codice multum usus est; aliqua Pezius edidit SS. I,* 543, *emendationes vir doctus et studiorum nostrorum sedulus promotor, beatae memoriae Iohannes de Frast*[68]. *Hic in unum omnia congessimus, et secundum temporum ordinem disposuimus; quae evanescentibus litterarum ductibus partim coniectura partim Linckii fide restituenda erant, uncis inclusimus.* 68

Nota subscripti versus debent super tumulum episcopi ad parietem scribi qui ante altare sancti Benedicti est tumulatus: (1243.)

Civis Zwetlensis fit presul Seckoviensis
Hainricus, pulchri finis spe iure sepulchri.
Nam quod et elegit, nobiscum funere degit.
Propter eum bina nudi salis inque salina
Annua non lenta data sunt reddenda talenta.
Ad bona fecundus nobis dedit hec Eberhardus
Nomine, ceu nardus redolens salis urbe secundus.
Sicque sui memores nos hii fecere merendo,
Quos prece primores colimus grates referendo.

a) primo 2. b) Hochperg 2. c) Wolraf 2. d) Tyerstain 1. e) I. dominus c. in O. 1. f) Hilbrandus — vexillifer *inter* frater suus *et* Martinus *collocat* 2. g) Kâl 2. h) Slandperger 2. i) de G. 2. k) poech 2. l) *deest* 1. m) Ut 2. n) Explicit Cronica terrarum Austrie Styrie Karinthie etc. *addit* 2.

68) Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen 1849. I, 381.

1243. Mille ducenteni tres atque quater quoque deni
Anni sunt Christe tibi cum moritur pater iste.
Oct. 7. Octobris Nonas pro certa luce reponas.

(1305.) *Item ante altare sancti Bernhardi et Egidi scribantur isti versus:*
Cysterciensis
Rudgerus presul hic et monachus iacet exul.
In celis Christe cum sanctis hunc tibi siste,
Dec 8. Quem que concepit matrem tibi luxque recepit,
Annos dum quinos es natus mille trecentos.
Hunc propulsavit a sede fidemque negavit
69 Pezzen[69] plebs prava trans Ungariam quasi Sclava,
Cui Diocleensis[a] qui preses et Antibarensis
Archipatris more digno presedit honore,
Dum tibi connupta fidei bene iura teneret.
Que nunc corrupta sathane conplexibus heret.

A. D. 1317 in vigilia sancti Francisci dominus Wilhelmus gener nostri fundatoris, de Bohemia, fraternitatem accepit in capitulo; ipse et Zmilo filius Hogyrii patruelis eius, et Nycolaus filius amite eius, et clientes eius cum eo, Herdan, Raczlaw, Adam, Qwal.

A. D. 1318 honestus vir dominus Ditricus decanus de Pulca obtulit huic monasterio
300 talenta
pecuniam, cum qua infirmitorium nostrum est edificatum, dormitorium et due stuppe et subtus celaria etc.

A. D. 1334 dominus Eberhardus de Balse suam plantacionem quod dicitur Ad sanctum
70 Laurencium in valle Dei[70], monasterio nostro larga manu una cum coniuge sua in manus Ottonis abbatis secundi obtulit, ut huic monasterio anexa esset, et perpetuo filialis ecclesia ipsius monasterii vocaretur; et ita a nobis $2^1/_2$ annum laudabiliter est possessa, et post nescio quo spiritu instigante mentem ipsius fundatoris supradicti, nobis abstulit et monasterio quod dicitur Hylaria[71] per confirmacionem capituli generalis secundario obtulit.

A. D. 1336[b] Iohannes rex Bohemie circa festum sancti Iacobi apostoli ab expungnacione castri quod dicitur Seveld, quod nostri fidelissimi fundatoris domini Alberti de Chunring tunc erat, discedens, et per Poelanum hic in vicino transitum faciens, omnia cum suo exercitu devastavit. Adveniens quoque dominus Otto qui tunc aba(tisabat) ad eundem regem, et pactum cum eo faciens, et ne bona monasterii nostri totaliter desolarentur, 40 ternarios vini se daturum regi (promisit). Preterea unum bonum equum regi et vinum et panem et pisces exercitui .... largiter porrexit, timens ne forte in monasterio pernoct(aret). A quo tamen dificulter per barones regis supradicti scilicet dominos de ..... de Lantstain, de Rosenberch, de Nova domo, qui fideliter nos et bona monasterii deffendentes aversi sunt[c] animum regis.

A. D. 1337[d] Fridericus Gnemhertel honestus civis Wiennensis, fidelissimus amicus omnium religiosorum, huic monasterio centum libras larga manu obtulit, cum quibus novum dormitorium conventui constructum est. Decreverat eciam emendasse reffectorium et chorum, si subitanea mors eum non rapuisset. Dedit eciam nobis 4 talenta redituum ut in die Barbare virginis et martiris ob memoriam sui unum prandium administretur conventui. Item $5^1/_2$ talenta redituum pro decumbentibus fratribus. Item unam vineam, quam pro 120 libris conparaverat, eidem conventui ordinavit, et ut memoria eiusdem honesti viri uberius apud dictum monasterium vigeret, unum scolarem quem loco filii tenerrime dilexerat atque diligentissime (educave)rat in ipsum devote optulit monachum (in) manus (domini Ottonis) tunc temporis abbatis. Obiit autem a. D. 133(9, et sepultus ante) altare sancte Crucis, uxor vero circa altare sancti Andr ..... Dedit eciam omnibus monachis Cysterciensis ordinis in Austria ..... aureum ....

Fridericus Gnemhertl dedit eciam omnibus personis ordinis in Sancta Cruce, in Campo liliorum, in Pawmgartenperg, cuilibet unum florenum, qui pro tunc valuit 1 talentum[e], qua-

a) Diodecensis *c.* b) MCCCXXXIX *c.* c) *haec dubiae lectionis sunt.* d) *ita in loco raso correctum est.* e) *dubiae lectionis.*

69) i. e. Bosni. 70) Säusenstein, ad Danubium. Otto II. autem anno sequenti demum abbas factus est; v. Linckii Annales Claravall. I. 695. Cf. I. Stülz, Gesch. v. Wilhering p. 46. 71) Wilhering.

tenus omnes et singuli pro eo et eius coniuge Margareta apud Deum devocius intercederent. Expendit idem in structura monasterii sancte Agnetis virginis in Wienna, quod dicitur Porta celi, ad mille talenta, quod pluribus certissime constat. Ibi eciam altare cum perpetua missa construxit[a].

A. D. 1338 circa assumpcionem sancte Marie virginis vise sunt locuste magne et grosse fere ad instar passerum per totam Austriam volitantes, et omnia prata et omne pabulum in quibusdam locis vastaverunt, et dampnum maximum intulerunt. Eodem quoque anno dicitur pasca christianorum et pasca Iudeorum uno eodemque die fuisse, quapropter maximum exterminium factum est Iudeorum. Nam in Pultka circa festum sancti Geori reperta est sacra hostia in domo cuiusdam Iudei ex toto cruentata et miraculis plurimis ut (dice)batur[b] approbata et cum maxima vener(acione) ad ecclesiam sancti Michahelis prope ..... deportata et a cunctis ad ..... (popu)lis est devotissime (venerata). Ibidem est concursus populorum de lon ..... processionibus .....

A. D. 1341 in die octava Iohannis baptiste precursoris Domini Albertus inclitus dux Austrie et amator cleri et religiosarum personarum venit ad monasterium istud, una cum coniuge sua, et interfuit devote sancto mandato quod haberi solet in sabatis. Officinis itaque monasterii visis, et multum ipsum monasterium cum habitatoribus conmendans super omnia cenobia Austrie, in posterum plurimis beneficiis est prosecutus.

Item a. D. 1342 honestus homo dictus (Hermannus) de Nuernberch obtulit huic monasterio unam vineam ....

A. D. 1343 in vigilia sancti Ambrosii episcopi ceptus est noster chorus novus per dominum Otto .....

Nota. Anno Domini 1343 in vigilia sancti Ambrosii episcopi inceptus est noster chorus per venerabilem dominum abbatem dictus Otto Grill in presencia Ludwici comitis de Oettinga. Item predictus abbas construxit eciam capellam in domo abbatis. Item alias multas edificaciones fecit in monasterio. Item fuit humillimo habitu et acceptus coram duce Rudolfo et ministerialium et baronum. Item tunc temporis degebant in monasterio 72 monachi, conversi 27. Item abbatisavit 32 annis. Item obiit a. 1362 in festo spinee corone Domini, et Aug. 11.
sepultus in capitulo nostro sub lapide in quo est forma baculi pastoralis, et ossa sua sunt hec. Item in eodem tumulo positus est Ulricus abbas dictus Offerl, qui abbatisavit annos 3 et 14 ebdomadas. Obiit in octavis Bernhardi anno etc. 408. Cuius anima requiescat in Aug. 27.
sancta pace. Item computatum est ab Ottone Grillone, quod nullus abbatum est defunctus in regimine preter Ulricum Offerlum, quia omnes sunt depositi seu resignaverunt usque ad abbatem Fridericum de Novo Monte. 1410.

A. D. 1346 circa festum sancti Bartholomei commissum est bellum inter regem Fran- Aug. 26.
cie et Anglie, et prevaluit rex Anglie, et gloriosam sicut Deus voluit obtinuit victoriam. In quo bello retulerunt qui tunc affuerunt cecidisse 50 milia virorum, inter quos illustris rex Bohemorum Iohannes occubuit, qui venerat regi Francie cum filio suo marchione in adiutorium[c]. Occubuerunt eciam quidam barones de Austria, scilicet dominus Heinricus de Chlingberch, dominus .. de Walse, dominus .. de Rosenberch. Eodem anno circa festum conver- 1347.
sionis sancti Pauli convenerunt Ludwicus Babarus et marchio qui se pro rege Romanorum Ian.
gerebat, et rex Ungarie, in Wiennam ad illustrissimum principem Albertum ducem Austrie, tractantes inter se bona pacifica.

Item a. D. 1346 in die sancti Michahelis obiit inclitus comes Ludwicus de Oeting, gener 1346.
excellentissimi regis Romanorum Alberti, in suo castro quod dicitur Witra, et cum maxima Sept. 29.
et salubri deliberacione prius perceptis sacramentis elegit, scilicet presente unico filio et pluribus nobilibus, sepulturam in presenti monasterio, ubi circa altare sancte Trinitatis sicut ipse primum lapidem in fundamento posuit, ubi[d] etiam feliciter in Domino requiescit.

A. D. 1347 circa festum epiphanie obiit famulus custodis Ulricus nomine, qui porrexit ad altare in novo choro construendum in honore sancti Udalrici et sancti Leonhardi 60 talenta in manus domni Ottonis II. pro tempore abbatis. Item circa idem tempus dominus Iohannes Parisiensis plebanus de Höflein obiit in nostra curia in Wienna, presente eodem abbate, et delegavit ad chorum novum ad centum talenta, et conventui libros bonos, qui sunt

a) *quae sequuntur fere penitus evanuerunt; quae Linckio inde eruere contigit, vide in eius Annalibus I,* 708. b) ut dicebatur *postea additum est.* c) *hic verba fere* 10 *erasa unt.* d) ubi *codex, quum ita expectes.*

reponendi in nostra libraria. Item eodem anno estas tota humida et pluviosa, ita quod frugum collecio valde tarde facta, ita[a] quod avena circa festum sancti Cholomanni totaliter non fuit collecta propter nivium habundanciam; nam sequenti die post festum sancti Michahelis incepit nix cadere per 6 dies, et congelacio et pruine, propter que vinee inmature cum festinacione colligebantur; et ex ista plaga Dei hominum corda pavefacta fere in desperacionem sunt inducta. Vinum amarissimum.

Item eodem anno circa festum sancti Dionisii obiit dominus Petrus de Rosenberch, ministerialis Bohemie, fidelis amicus huius congregacionis; sepultus est in[b] . . . . .

Item circa idem tempus obiit Ludwicus dux Babarie qui se pro cesare multis annis gerebat, subitanea morte preventus. Item domnus Leupoldus abbas Sancte Crucis de Campo liliorum receptus obiit subitanea morte.

Ian. 25. Item a. D. 1348 post festum purificacionis factus est terre motus qualis unquam fuit,
72 maxime in partibus Karintie, et civitas Villach est subversa[c]. Item eodem anno Mathie[72]
Feb. 24. obiit dominus Iohannes de Chunring fundator noster, sepultus cum patre suo in novo choro;
Aug. 21. et sequenti anno[73] obiit frater suus Leutoldus, et plura de hereditate sua devoluta sunt ad principem Albertum, scilicet iudicium provinciale in Zwetel et alia quam plura, quia filium non habuit nisi filias.

A. D. 1348 circa[d] conversionem sancti Pauli factus est terre motus magnus, maxime in Stiria et Karintia; et secuta est pestilencia hominum in partibus Gallie, et se paulatim extendit usque ad partes Stirie et Carinthie. Quo conperto per Austriam homines devote se habentes iram Dei mitigare curaverunt, cantando missam *Lux fulgebit* cum luminibus ante diem, et in aqua et pane ieiunantes, et cum reliquiis de ecclesia ad ecclesiam nudis pedibus incedentes, et ibant viceni per ecclesias nudati et usque ad femoralia flagellantes se et procidentes omnes cum cantu; femine tam aspicientes quam audientes in lacrimarum proruerunt ubertatem.

A. D. 1349 incepit pestilencia scilicet post terre motum, et pestilenciam quidam prevenientes per ecclesias nudati usque ad cingulum acutis flagellis usque ad effusionem sanguinis se flagellantes decurrebant cum cantu de passione Domini, plurimos aspicientes in lacrimas commovebant. Plurimi eciam scandalizati cavillantes hanc penitenciam iuri esse contrariam,
Matth. 3, 2. cum dicat scriptura: *Penitenciam agite, appropinquabit*[e] *enim regnum celorum.* Mox circa festum Iohannis baptiste facta est pestilencia qualis nunquam audita vel visa est, ita ut in civitate Wiennensi una die 500 funera haberentur, et tamen omnes rite sacramentalibus procurati per triduum et quasi dormiendo et cum magno fetore leniter decesserunt; ulcera habentes quidam circa genitalia sicca, quidam vesicas in cute. De quibus suspicati sunt quidam, Iudeos hoc in ulcionem inter christianos effecisse, quodam pulvere fontes et omnes aquas per necessarios eciam christianos infecisse; de quibus plurimi sunt exusti et in superioribus partibus omnes Iudei occisi et iugulati sunt; eciam in Chrems circa festum sancti Michahelis omnes Iudeorum domus aduste sunt, paucis Iudeis evadentibus. Quapropter dux Albertus, fautor Iudeorum, omnes adiacentes villas iussit spoliare. Iems nebulosa, ver opti-
74 mus et floridus. Tunc cardinalis[74] legatus domini pape in Austria cum rege Ungarie colloquium habuit et multis graciam fecit.

Obiit dominus Otto de Gnemhertel qui dedit conventui bonos libros, 40 volumina, scilicet in pestilencia communi, ipse et avunculus eius scilicet Pertholdus Schutzenmaister, et frater Griffo, frater dicti Ottonis et Andree.

A. D. 1350 annus iubileus; communis concursus ad Romanam curiam ab omni populo
75 fuit, et circa asscensionem celebratum est concilium Padue[75].

A. D. 1351 factum est magnum disturbium inter dominos de Balse et dominos de Nova domo, ita quod tota Austria fere vastata fuit. Tandem Heinricus de Nova domo capitur et pax redintegratur.

A. D. 1352 egressi sunt nobiles domini Bohemie, scilicet Heinricus de Novo domo, et Iohannes de Sternberch, et Ulricus de Lantstain, et pervenerunt usque ad Danubium in Otenshaim, et depredati sunt multa villa et oppida, et domos incenderunt. Quibus ad propria

a) in tantum? b) *nomen loci vacat.* c) *hic manus pergit.* d) *haec demum manu s. XV. scripta sunt.* e) *ita c. pro* appropinquavit.

72) 12. Kal. Martii secundum Ann. Zwetlenses supra p. 682. 73) eodem anno secundum Ann. Zwetlenses. 74) Guido de Monte forti, presb. card. S. Caeciliae. 75) i. e. Pataviae.

redire volentibus, occurrit eis inclitus et probus dominus Eberhardus de Waltsse, illo tempore capitaneus in Lincza, cum copioso exercitu baronum et rusticorum, et invasit eos prope Liberam civitatem et oppido quod dicitur Helmansöd. et viriliter cepit eos confodere et percutere, multis interemptis, ceteris captis, quorum multos in patibulis suspendit. Precipue captivavit predictos dominos, scilicet Heinricum de Novo domo, Iohannem de Sternberch et Ulricum de Landestain, quos captivos duxit Wiennam et misit in custodiam; qui se tandem magnis pecuniis et fideiussoribus redimebant, et sic ad propria dimissi sunt.

A. D. 1352 circa festum pentecosten dux Austrie Albertus accepit exaccionem ab omnibus monasteriis religiosorum, nigrorum, griseorum, regularium, Cruciferorum, Templariorum, parochianorum, et omnium qui in Austria predia habebant, quamvis in alienis terris et provinciis sint morati, de quolibet laneo unum aureum, et medium florenum de area, cum qua pecunia eodem tempore ascendit versus Sweviam, conducendo de isdem suis comiciis[a] stipendiarios, pugnaturus contra provinciam que dicitur Sweintz; qui obsessi fortissime se et sua defendentes ac viriliter resistentes per tres menses, dux Albertus tristis secessit, dimissis idem exercitibus: ex quibus aliqui occisi de Austria milites fuerunt. Interea ducissa Iohanna uxor Alberti acerbissima morte preventa eciam partum abortivit, et sic cum maxima frenesi extincta est. Quod dux percipiens, maxime condoluit, et ad exequias eius descendendo festinavit, atque in Gemnik presentibus multis abbatibus et prelatis sepulta est.

A. D. 1353 Karolus rex Bohemie (qui[b] se pro cesare gerebat) eo quod clenodia imperialia habebat, et rex Ungarie gener eiusdem regis, et marchio de Brandenburch, et alii comites quamplurimi circa mediam quadragesimam Wiennam ad ducem Albertum causa[c] consilii venientes, Mart. 3.
secreto inter se mutue amicicie renovacionem facientes[c], ac post pasca in Pragam[d] idem principes congregati duos pueros coniunxerunt etc. In die pentecostes dux Albertus Austrie cum Mai. 12.
700 equis apud nos in monasterio pernoctans, transiit ad congregatos principes et regem Karolum in Witram, per septem dies ibi morando propter consilia et auxilia contra Zurcenses; et postea Albertus dux cum rege Karolo et filio suo Rudolfo ad monasterium sunt reversi. Qui Karolus tanquam serenissimus augustus et cesar excellentissimus, et gener eius Rudolfus filius Alberti tanquam rex Romanorum, cum reliquiis, omnes induti sacerdotalibus, sunt susscepti et refecti copiose. Karolus igitur ad Danubium versus Ungariam properans, quid ibi acturus sit novit ipse. Eodem tempore in die pentecostes, idest in die Pangracii martiris, nix valida et glacies et frigus ac si in nativitate Christi fuerit, et tamen in nullo segetes offendit.

A. D. 1353 circa festum sancti Spiritus Romanorum rex (Karolus) una cum duce Alberto convenit in Weitra causa colloquendi et post per (monasterium) nostrum transitum faciens versus Ungariam cum magno comitatu (ad Danubium) properat. Eodem anno exaccio vinearum per totam terram Au(strie principi) colligitur per multa milia talentorum. Item ad peticionem (ducis Alberti) quidam medicus filius perdicionis cum quodam lapicida (fodere minas) argenti iuxta Peterhaus permittuntur, licet omnis (conventus noster ob) hoc propter futurum periculum in inmensum turbaretur.

A. D. 1354 dux Austrie Albertus circa pentecosten (in Sweviam) ascendit cum Austra-libus et Stiriensibus quasi mille gal(eatorum) ..... secum assumptis contra Zurchensium civitatem per totam ..... omnia pomeria et vineta vastantes, et civitatem expugnare ... ... non valentes. Dux Albertus cum filio suo Rudolfo ..... Domini versus Wiennam tendendo, quatenus terciam exaccionem (a clero) et religiosis crudelissime extorquere possit. iterum[e] ..... Interea Karolus rex Bohemie Romam ire cum[e] uxore se disposuit.

1354. Eodem anno habundancia vini provenit et vasa pauca.

A. D. 1355 Albertus dux Austrie misit validum exercitum adver us Czurtenses tercia vice; qui videntes se non posse resistere amplius, nam alimenta eis defecerunt, imploraverunt auxilium regis Boemie, qui eos predicto duci reconciliavit, ita ut quocumque eos vocaret venirent, et sibi amplius obedirent; quod et fecerunt. Ille dux Austrie scilicet Albertus dicitur habuisse in exercitu suo 400 virorum bellatorum, nam ipse conduxit de diversis provinciis more bellatorum[f].

A. D. 1355 obiit comes de Phfannberch marschalcus Austrie. Item dux Albertus itterum exigit exaccionem a clero et a religiosis: a nobis 500 talenta, scilicet a colonis, et mittens

a) p comiciis stipendiariis c. provinciis *legendum censet V. D. Grotefend, sed mihi potius comitatus in Suevia positos designare videtur.* b) *ita Cont. Zw. IV; hic erasa sunt et* eo q. c. i. h. *deleta.* c) causa – facientes *obducta sunt.* d) progam *c.* e) iterum *et* cum u. se d. *Linckio debeo.* f) bellaꝝ *c.*

armatam miliciam tercia vice adversus Zurhenses. Quibus dum alimenta deficerent, treugas regi Bohemie dederunt, qui eos principi Alberto reconciliavit, ita dumtaxat quod .... ipsi cum omnibus suis eidem principi pareant obsequendo quocunque fuerint evocati. Interim dux Albertus ascendens Babariam scilicet in Mon(acum), ubi rex Bohemie cum marchione de Branburch et ceteris pri(ncipibus) Babarie conplanantur inter indicia pacis et concordie per eundem ducem Albertum (qui[a] quasi pater principum habetur et eius consilio miro modo omnes obtemperant) habente eciam secum Ungarum in comitatu, et salubriter dispositis omnibus inde ad propria regreditur. Eodem anno facta est heu destruccio omnium fundatorum (quorum) proteccione et regimine nos et omnia nostra vigebant. Obiit Leutoldus ultimus (generis) de Chunring de Tyrnstain adolescens gloriosus absque hered(ibus).

Apr. 23. A. D. 1356 circa festum sancti Georii quod illo anno fuit in vigilia pasce, obiit dominus Wilhellmus de Landestain, noster fidelis defensor ex parte Bohemorum, et post pasca orta est sedicio inter regem Bohemie Karolum qui se pro cesare gerebat, eo quod ante aliquot dies furtive Romam cum coniuge et modico exercitu ierit, et per duos cardinales missos ab Innocencio papa sit coronatus, sicut Bohemi dicunt; cum nichil horum que imperatorem decent potenter perpetraverit, et hoc cum suis baronibus scilicet de Novo domo et de Rosenberch et contenciose se habuerit eciam resistere eis non valens quando bona sua rapinis devastarent et inter hoc ad ducem Albertum Wien .....[b]

Iun. 23. Eodem anno festum corporis Christi in vigilia Iohannis baptiste celebratur, et Innocencius tunc papa decimam ab omni clero et religiosis exemptis et non exemptis per archiepiscopum Salzburgensem colligere nititur, exceptis Cruciferis idest Templariis, et Hospitalariis idest Iohannitis. Terre motus maximus circa partes superiores factus fuisse dicitur circa Martini, et 70 castra et civitates confracte, et Pasel civitas dicitur totaliter esse submersa, et in Wienna circa festum sancte Katerine tonitrua et fulgura et nebula densissima et terremotus etc. Item rex Ungarie assumpta secum milicia ab Alberto duce Austrie, contra Venecias pergens, quem dux Albertus subsequens, in pace omnia redegit. Interea Australes circa festum sancti Michahelis magnam predam de Maravia abducentes, licet Albertus dux adhuc absens esset. Quapropter motus comes Maravie, frater Karoli imperatoris, collecta milicia Austriam intravit, et rapinis et incendiis omnia vastabant. Quod dux Albertus audiens, versus Wiennam properat, omnes cives ad expedicionem destinare disponit. Interea 200 armatos in Waidhoven[c] a duce Alberto scilicet ad custodiendas metas aserunt transmissos, et sibi expensas a monasterio per litteram ducis per 14 dies imperant habundancius ministrare; sed yeme interveniente pax reformatur usque Georgii martiris.

A. D. 1357 circa purificacionem rex Ungarie cum regina sua Wienne ad ducem Albertum causa solacii advenit, carnisbrivium ibi cum ceteris nobilibus peragentes, et interim idem principes secreta negocia inter se tractantes.

A. D. 1360 Rudolfus .....[d] dux Austrie movit validum exercitum et ascendit in Bavariam, et expugnavit castrum Ried; ubi ictu lapidis machine Deo volente et Virgine gloriosa interemptus est ... de Meissaw, nam idem[e] de Meyssaw multa mala fecit in nostro monasterio, violenter introducens mulieres inpudicas in nostrum dormitorium et in infirmariam, et multa scelera que non possunt numerari; quapropter mala morte periit, et interim quod ipse et sui satellites fuerunt in nostro monasterio, monachi dioscopuerunt[f] omnia altaria et abstinentes se a divinis quo usque ille sceleratus de Meissaw cum suis pessimis satellitibus exiret. Nam ipsi exhauserunt multum vinum et mactaverunt nobis boves et oves et pecora, unde non manserunt adeo in presenti[g].

Sept. 27. A. D. 1368 in die sanctorum Cosme et Damiani qui tunc fuit in quarta feria cecidit nix, ita quod videntes satis fuerunt admirati quod ita mane cecidisset.

A. D. 1372 predictus Albertus obsedit castrum prope Lewbs, scilicet Schönberkch. Tandem dominus Schönbergarus, bonus fautor monasterii, obtulit se duci in graciam. Eodem anno idem Albertus obsedit castrum scilicet Grueb 4 ebdomadibus. Tandem dominus illius castri scilicet dapifer obtulit se predicto duci in graciam.

A. D. 1375 idem Albertus obsedit castrum Schawnberch in quo fuit Hainricus comes; in

a) qui — obtemperant *in codice expuncta sunt.* b) *sequuntur lineae tres inductae; priora quoque expuncta sunt.* c) *ab alia manu additum.* d) curvus *legere mihi videbar, sed hoc Rudolfo non convenit.* e) *spatium vacuum; Linckius autem legit:* quidam de M. dictus Haidenreich. *Sed Haidenrici mors infra a.* 1375 *refertur.* f) *ita c. pro* discooperuerunt g) *ita mihi haec legenda videbantur;* a Deo inpuniti *Linckius.*

eandem[a] castrum iniecta fuerunt in parvulis vasibus multa stercora hominum de machinis id est antberich, sed predictus dux nichil profecit. Nam aliqui barones sui fuerunt proditores idest holbanger, scilicet dominus Haidenreich de Meissaw et quamplures domini receperunt florenos in flasculis a predicto comite, et salvaverunt sibi castrum, et sic predictus Albertus dux Austrie confuse recessit ab obsidione castri et repatriavit. Unde valde offensus aliquos illorum dominorum qui fuerunt proditores interemit. Nam ut dicitur a quibusdam istum Haidenreich de Meyssaw trusit in unum saccum et submersit eum in aquis. Et alios spoliavit bonis suis, precipue Iohannem de Liechtenstain, qui fuit eodem tempore magister curie, captivavit in civitate Gamunden iuxta lacum, et vincolavit eum et posuit eum captivum in castro quod dicitur Pernstain prope Kirichdorf, et abstulit ei omne aurum et argentum et omnia castra et villa[e], et Wienne in curiam[a] que dicitur Saumarch et scutellas argenteas et scyphos et flascones fuerunt inventa in cista magne estimacionis, et nichil sibi dimisit, et dicitur a quibusdam quod eum tandem in aquis submersit.

A. D. 1381 facta est mortalitas hominum in tota terra Austrie, ita quod in civitate Zwetlensi una die aliquando funera 14, aliquando 23, aliquando 20, qui tantum ad 3 vel 4 dies in infirmitate positi sunt.

Reminiscere facta sunt hec. A. D. 1383 dedicatum est summum altare a suffraganeo nomine Symone de Wienna de ordine Augustinensium ibidem professorum[b], in honore beate virginis Marie. Hec sunt reliquie *etc.*

Notandum est de prima spoliacione monasterii.

A. D. 1383 dominica post Iacobi Pillung qui tunc presidebat castrum in Rappotenstain, fol. 26. veniens mane cum 37 equis vel quasi, et recepit in grangia nostra Retschen 1300 oves, boves 34, vaccas vitulos stier 70, capreas 30, equos 10. Item ein stuet 27, ducens illa in Rappotenstain, et nos reddemimus tantum 300 oves pro 80 talentis; et Nicolaus de Pewgen qui pro tunc erat cellerarius, et Michahel abbas predictam summam receperunt vi a Iudeis in Weytra, videlicet Iacobo Iudeo in Witra, et sic ortum habuit nostra miseria et paupertas, quia usura crescebat de die in diem, et de predictis ovibus peyora dederunt nobis, quia vix dimidia pars ex eis remansit, set obierunt, quia fuerunt destructe in via huc et usque huc eas deducendo, sicut retulit nobis et in posterum pro memoriali reliquit Wolfhardus conversus annorum 87, qui eandem curiam rexit per 33 annos, et idem conversus dedit nobis 80 talenta pro conversione Petri et Pauli que pro tunc nondum fuerat instituta, et deb tur durare in perpetuum. Ergo quilibet oret pro eo quia totus probus fuit et fidelis, et multa bona fecit pro monasterio in iudicio seculari, quia sapiens erat, et multi abbates ac seculares accesserunt ad eum pro consilio et auxilio. Habebat in ordine 66 annos.

A. D. 1387 Nonas Februarii obiit Michael pictor de civitate. Ille fecit multa bona ad novam structuram, videlicet in vitreis novis Benedicti, Martini, Iohannis ewangeliste, Marie Magdalene, Petri, Pauli, et in aliis picturis diversis ad altaria nostra et ad diversa loca monasterii, et unam novam tabulam obtulit ad altare sancte Dei genitricis Marie adhuc vivens pro remedio anime sue, uxoris sue, et omnium filiorum ac filiarum suarum et omnium parentum suorum.

Anno[c] 1387 interfectus est fidelis fautor huius monasterii scilicet Schönbergarius in vigilia sancti Martini in parochia sub vesperis cantandis per familiares de Meyssaw.

A. D. 1390 idem Albertus obsedit castrum scilicet Lenstayn tribus mensibus quod fuit Wilhelmi Rôrer; tandem cepit castrum et funditus destruxit. Eodem anno destruxit castrum Gruenenpûrch situm prope Lantstayn.

A. D. 1395 obiit Albertus dux inclitus in Lauchsenwûrch, et in Wienna sepultus. Requiescat in pace.

A. D. 1401[d] Wilhelmus dux Austrie et Albertus dux Austrie avunculi simul regnante[e] moverunt validum exercitum et intraverunt Moraviam et obsederunt castrum Weicherslag, quod ipsis Boemi dolose abstulerant. Tandem ceperunt et habitantes in castro suspenderunt, et plurima castra obsederunt et tandem Deo adiuvante ceperunt. Videntes vero domini Moravie, scilicet Hainricus de Novo domo, Hainricus de Geispicz dictus Dûrnteufel cum fratribus suis, et Albertus de Vetaw, se non posse resistere predictis ducibus Austrie, obtulerunt se unanimiter predictis ducibus ad graciam, et castra que eis duces per vim abstulerunt, reddi-

a) *ita codex.* b) professuŕ *c.* c) *haec Linckio debeo.* d) MCCCCV *cod. quod falsum esse probavit Linckius in Annalibus Zwetlensibus II,* 11. e) *ita codex.*

derunt ipsis, et spoponderunt se predicti domini Moravie cum litteris sigillatis predictis ducibus fore semper obedientes et eis apparere quocunque eos vocaverint. Que omnia non tenuerunt ratum et mencierunt et fecerunt contra proprias litteras suas et trewgas; ipsi nisi una vice apparuerunt in Boemia, scilicet eodem anno quo fuerunt coacti a supra dictis ducibus Austrie.

A. D. 1402. Hainricus Durntewfel de Geispicz fecit contra iusiurandum quod spopondit literis et sigillis, et cepit rebellare cum suis supra dictis sociis scilicet Alberto de Vetaw etc. Et cepit dolose et nequiter et furtive de nocte scandendo castrum in Cznaym, quod emerat parvo precio a quodam vigili, qui avaricia ductus tradidit ei castrum in silencio noctis, et sic furtive cepit scandere ad castrum cum suis satellitibus. Cives vero urbis mane valde perterriti sunt de amissione castri, et ceperunt se viriliter defendere; sed tandem non valentes resistere, obtulerunt ei civitatem, quam tenuit cum castro tres annos, sed tandem ab ea dolose expellitur a marchione Iodoco Moravie ut postea patebit. Ipse eciam Dürntewfel multa mala exercuit in Austria, capiendo dolose et spoliando civitates et villas, scilicet Cystersdarf et
1403. Asparn et alia multa oppida. Unde valde offensus inclitus dux Austrie scilicet Albertus colle-
Iul. 12. git validum exercitum et intravit Moraviam et obsedit civitatem Cznaym, scilicet a. D. 1403[a] circa festum Margarete virginis usque ad festum exaltacionis sancte Crucis, et hew nihil profecit, nam aliqui magnates sui, scilicet aliqui domini Austrie, acceperunt florenos in flasculis et in sacculis a supra dicto Hainrico Durntewfel, et defenderunt sibi civitatem. Videns vero
Aug. 31. inclitus dux quod nihil proficeret propter proditores id est holbanger, recessit ab obsidione
Sept. 14. Cznaime et .... venit in Newnburgam; ibi veneno a proditoribus extinctus est. Eodem anno quo predictus dux Albertus confuse recessit ab obsidione urbis, capta est urbs a Iodoco marchione Moravie, sed dolose per proditores[b] et iste Hainricus Dürnteufel per fugam elapsus est.

A. D. 1402 dux Wilhelmus et Albertus avunculus eius simul regnantes exegerunt exaccionem a religiosis et cle ..... a nobis 150 talenta et greyn ..... tota Austria quod debuit fie ..... per integrum annum in pascha d ..... cepto ... durante vix 6 mensibus.

A. D. 1403 visa fuit stella que dicitur cometa, de nocte statim post occasum solis, ex se mittens igneas comas, et luxit per unum mensem, et visa fuit circa aquilonarem partem, et in ultima septimana quando volebat recedere, visa fuit de mane ante ortum solis ab oriente, et semper parum precedebat solem, et circa meridiem visa fuit eciam circa solem, et ista apparicio istius stelle designabat multa mala que super nos venerunt peccatis nostris exigentibus. Nam eodem anno captus fuit illustris rex Wenczeslaus Boemie a fratre suo Sigismundo rege Ungarorum, non in prelio sed dolose in civitate sua Praga, et marchio Brocco Moravie. Isti ambo captivi sunt a rege Ungarorum Sigismundo in castro quod dicitur Schawnberch. Tandem Wenczeslaus rex Boemie ductus fuit Wiennam, et positus in
Iun. 2. custodiam circa festum hoc est Marcellini martiris, et per integrum annum usque Martini per fugam occulte turpiter elapsus est. Sed predictus marchio de Moravia qui dicitur Proco, qui multas lites suscitavit, captivus ductus fuit a supradicto rege Sigismundo Ungarorum in
76 Erspuerkch[76], et ibi positus in carcerem ubi miserabiliter defunctus est post duos sue capcionis annos.

A. D. 1403 in Bavaria in Gmunden et Sancto Wolfgango dominica post ascensionem Domini ceciderunt lapides glaciales de celo instar trium pungnorum hominum; qui lapides multa tecta edificiorum perforaverunt et multos homines et pecora interemerunt. Eodem anno facta est susurracio idest gerewn in Austria, ubi multi nobiles et ignobiles suspensi et decolati sunt et multa castra destructa sunt.

A. D. 1404 facta est inundacio aquarum; nam Danubius exundavit usque ad Sanctum Stephanum in Wogran et multas domos et agros et vineas destruxit. Eodem anno in Zwetla vendebatur frumentum pro tribus solidis et 10 denariis. Item triticum pro dimidio talento. Item avena pro 45 vel 50 denariis, et magna pestilencia secuta est que vastavit totam Austriam.

A. D. 1405 Albertus de Vettaw cepit dolose scilicet de nocte civitatem Drosendarff et cepit fortiter castrum in eadem civitate impugnare. Sed inclitus miles dominus Zacharias Haderer cepit se de castro cum lapidibus et sagittis viriliter defendere, mittens ad ducem

a) *ita codex, mendose.* b) *ita Linckius*, dolose proditor *c.*

76) i. e. Presburg.

Austrie Wilhelmum pro auxilio; qui misit ibi statim in auxilium magnam multitudinem rusticorum et civium et baronum, qui intrepide intraverunt per castrum in civitatem, et ceperunt fortiter Boemos impugnare, et per portam vi rustici intraverunt, et eciam portam fregerunt, et civitatem intraverunt. Videns vero predictus Albertus de Vettaw iram rusticorum Austrie non posse evadere, simulavit se esse unum civem de Lewbs. Sed quidam terribilis rusticus eum novit, dixitque ad eum: *Tu es ille pessimus Albertus de Vetaw, nam loquela tua manifestum te facit.* Et arripiens cuspidem percussit eum ad capud, quod cecidit de equo. At vero alii rustici concurrentes ceperunt eum lanceis, gladiis et cuspidibus perforare, et sic idem in continenti miserabiliter a rusticis interemptus est. Sed aliqui barones Austrie ipsum libenter eripuissent de manibus rusticorum, sed non valuerunt. Item cum corpus eiusdem Alberti de Vettaw exueretur ad lavandum, uti mos est dominorum, apparuerunt 36 fixure in corpore, exceptis vulneribus et plagis, que sibi omnia illata fuerant a rusticis; nam ipse eos sepe spoliavit et vinculavit, unde ipsi se in eo vindicaverunt. Sed sui satellites aliqui furtive fugam dederunt de civitate, et multi submersi sunt in flumine, alii interfecti; et sic predicta civitas Drosendarff erepta est de manibus Boemorum, nam rustici in uno cellario invenerunt 52 Bohemos latitantes, quos statim sine omni misericordia interfecerunt.

A. D. 1406 circa festum resurreccionis Christi. Fundacio monasterii Zwetlensis anni 276. Construccio novi chori anni 74. Edificacio nostri dormitorii per Gnemhertlum anni 131. Construccio infirmitorii duarum stubarum et cellarii et dormitorii infirmorum 117 anni. Sic se habuit numerus pro tunc temporis. Item audivimus a senioribus nostris, eis intimatum fuisse ab antecessoribus suis, quod cenobium nostrum scilicet Zwetlense in primo inchoacionis situ constructum in prato quod est extra villam superioris curie, fuisset de lignis tantum et artum ..... et indispositum habitatoribus eciam tedium generaret non modicum, et iam fratribus aliquibus redire ad locum unde venerant cogitantibus, nutu divino contigit tunc advenire ad eum locum sanctissimum patrem sanctum Bernhardum cum comitatu copioso, missum a summo pontifice versus Pannoniam pro quodam negocio satis arduo ibidem diffiniendo. Conglobati itaque fratres eiusdem exilis monasterii ad pedes tanti patris, utpote veri patroni tocius ordinis, cum multo ymbre lacrimarum devotissime ac reverentissime tamquam angelum eis de celis a Deo missum susceperunt, et de eorum penuria sicut poterant ei ministraverunt, et post multas exhortaciones spirituales fratribus exhibitas accedentes propius, sciscitantes ab eo humiliter et devote, utrum presens plantacio cum habitatoribus licet adhuc paucis deberet proficere tam in personis quam in rebus an deficere, ac ille prophetico spiritu assumpto respondit: *Dico vobis, dulcissimi fratres et filii, in verbo Domini quod beata Virgo vult istum conventum habere et augmentare et tuere in perpetuum, sed locum alterum non longe abhinc vestris successoribus demonstrare.* His dictis et fratribus in spe futurorum profectuum dulciter roboratis, valefaciens omnibus abscessit, relinquens nobis virgam pastoralem in consolacionem et in monimentum huius sacre visitacionis. Hec michi retulit frater Hermannus Bohemus huius loci professus, domini Wilhelmi de Lantstayn consangwineus, qui postquam in ordine 63 annos peregisset, obiit; qui dixit se ista que scripsi a valde senibus, qui viderunt eos qui hiis omnibus interfuerunt, didicisse: unde nullus dubitare in ista veridica relacione fidelium debet, sed firmiter fidem adhibere.

Anno 1408 yemps frigida fuit, quod nulla meminit etas; nam Danubius per totam Ungariam et Austriam et Bavariam gelidatus fuit, ita quod in Krempsa et in omnibus partibus Austrie perrexerunt per Danubium cum curribus vinum portantibus et alia necessaria; et homines putabant quod omnes fructus arborum et omnia sata essent destructa propter nimium frigus. Quod non fuit factum, quia Deus misericorditer suis providebat. Nam eodem anno vinum ubique per Austriam vendebatur pro ....[a]. Item eodem anno metreta siliginis vendebatur in Zwetl pro 15 denariis, aliquando minus; triticum pro 25 vel minus. Item eodem anno facta fuit habundancia frugum. Item eodem tempore et anno, nescio quo spiritu ducti conspiraverunt aliqui barones Austrie, scilicet milites et servi in unum, habentes in hoc fautores scilicet Leutoldum ducem Austrie, episcopum de Freysing, et comitem de Hardekch, contra dominos provinciales scilicet Fredericum de Waltsse et Reympertum fratrem eius de Walsse, eodem tempore capitaneus idest hawpman in Lincza, similiter contra omnes dominos provinciales, wider die lantherren in Osterriche[b], et contra totum clerum nulli ordini

a) *spatium vacuum relictum est in codice.* b) Osterr c.

1408. parcentes. Nam primo spoliaverunt omnia monasteria in Austria, nichil ipsis relinquentes in curiis et in villis, set omnia diripiebant; nam monasterio in Sancta Cruce intulerunt dampnum spoliando plus quam quinque milia talentorum; similiter et alia monasteria in circuitu adiacencia scilicet Campum liliorum, Cotwicum, Medlicum eciam, monasterium Zwetlense eciam ab eisdem filiis dyaboli ..... cum tamen ante illam rapinam fuimus in universis debitis in 7 milibus talentorum. Set statim divina ultio secuta fuit predictos baro-nes invasores ecclesiarum et monasteriorum. Nam inclitus dominus Re(ympertus) de Walsse, eodem tempore capitaneus in Lyncz, qui regebat totam provinciam in tempore ..... usque ad Ibs sub suo dominio, iste gerebat curam omnium religiosorum, personarum sive ecclesiarum .... conduxit exercitum de Bavaria et aliis provinciis, et opposuit se viriliter predicto Leupoldo duci Austrie et omnibus suis fautoribus, et extorsit ab ipsis aliquas civita-tes (scil. Welsam) prope Lincz sitam et Enasam et Gemund ..... et alia oppida ..... quas sibi divino auxilio subiugavit, quia .... pius pater orphanorum et (strennuus) defensor (omnium) religiosorum ac clericorum. Deinde invasit viriliter ..... spoliabat omnia oppida et villas et duxit ..... ecclesiarum quos omnes Deo adiuvante coegit ..... nisi aliqui salvarentur .....

A. D. 1415 facta est unio inter papas in die sancte Margarete virginis que scisma dura-(verat) usque ad 37. annum .....

A. D. 1448, 18. die mensis Aprilis, reverendissimus in Christo pater ac dominus noster dominus Iohannes Carvial, dyaconus cardinalis Sancti Angeli, sanctissimi domini nostri do-mini Nycolay divina providencia pape quinti per Germanie partes a latere legatus, fuit in nostro monasterio Zwetlensi, et vidit destructionem eiusdem cum magna amaritudine et cor-dis compassione. Qui cum in capitulo a reverendissimo domino domino Iohanne de Egra eiusdem loci abbate susceptus fuisset, omnes fratres in capitulo existentes ab omnibus eorum peccatis absolvit. Insuper magnas indulgencias nobis contulit.

A. D. 1451 fuit festum sancti Georgi in vigilia pasce, hoc est 8. Kal. May, et in eadem septimana quarta feria ante festum prenominatum venerunt tres reverendi viri, videlicet Hermannus de Runa abbas, et Gerhardus abbas de Victoria, et abbas de Sancta Trinitate Nove civitatis, ob causam visitandi et reformandi monasterium Zwetlense et eciam alia monasteria
75 ordinis nostri. Qui deposuerunt abbatem[75] voluntarie cedentem, et in locum eius substitue-runt ex communi et maiori eleccione et consensu fratrum conventualium fratrem unum nomine Georgium de Amberga.

76 A. D. 1451 in festo sancti Urbani pape qui tunc temporis venit quarta[76] feria post domi-nicum *Cantate*, et festum sancti Georgii eodem anno in vigilia pasce, et festum sancti Iohan-nis waptiste corporis Christi, in supra dicto festo ad cenam venit sub silencio tam maxima tempestas, et tam grandis et horribilis grando, ita quod eo tempore nullus hominum retro-actis temporibus cogitare potuit tam grandem plagam, et fuerunt fere lapides quasi ad quan-titatem ovorum pullorum, et duravit quasi per mediam horam, et magnum dampnum intulit colonis monasterii in frumento.

1457. A. D. 1458 in die sancti Clementis nobilis et inclitus Ladislaus rex Ungarie et Bohemie,
Nov. 23. dux Austrie et marchio in Moravia, interfectus est a perversis et nephandis hereticis in civi-
1458. tate sua Pragensi[a], non in prelio sed dolose et in occulto, in cubiculo suo. Unus magnus planctus factus fuit in universis regnis, unde factum est sequenti anno quod quasi tota terra Austrie devastata est per Bohemos et multa castra sunt destructa et ville succense sunt igni, et magna karistia subsecuta est per totam Austriam, ita quod una metreta siliginis vende-batur pro 6 solidis denariorum, et magna persecucio facta fuit in clero et presertim mona-steriorum.

CONTINUATIO VINDOBONENSIS.

Annalium serie in codice Vindobonensi (F) *usque ad a.* 1267 *una eademque manu deducta, iam Continuatio sequitur diversorum scriptorum calamis*

a) pagrasi *c.*

75) Iohannem III. de Egra. 76) potius tertia, Mai. 25, cum dominica esset 23.

scripta, teste scripturae specimine in tabula expresso. Quam Vindobonae compilatam esse et frequens atque accurata eius urbis mentio ostendit, et reliqua praestantissimi codicis contenta, privilegia scilicet atque iura civium Vindobonensium[77]. *Ex hoc libro gesta annorum* 1276—1280 *descripta extant in codice* 77
Monacensi, Germ. 317. *fol. chart. saec. XV. Ita enim rem se habere, non relationem de bello Rudolfino illic servatam aliunde etiam in codicem nostrum transscriptam esse, docent variae lectiones a V. D. Foeringero benigne transmissae. Praeterea annorum* 1279—1301 *excerpta etiam in codicibus* A *et* E *haberi, supra p.* 605 *demonstravimus; inde rursus in brevius redacta in codice* I *inveniuntur cum subscriptione:* Hucusque Vatzo suam perduxit historiam. *Quem Vatzonem quum male Pezius cum Paltrammo illo per Rudolfum regem expulso confuderit, nihil tamen obstat quominus pro altero illo Paltrammo dicto Vatzone habeamus, quem ipse ego supra p.* 604 *incautius a cognomine suo dicto „ante cimiterium sancti Stephani“ non distinxi. Hic enim Baltramus Fatzo, ut sigillo ipsius inscriptum est*[78], *Wiennae mansit, ubi tanquam civis* 78
magnae auctoritatis in tabulis saepe nominatur, et anno adhuc 1297 *Kal. Feb. testimonium praebuit*[79]. *Hunc igitur olim codicem istum sibi comparavisse et quae se teste accidebant, inscribenda curavisse, veri similitudinem habet. Ipse tamen vel nulla vel pauca tantum scripsit, quum admodum diversis scribentium manibus illa sint exarata; quin imo nonnulla excerpta tantum esse videntur ex actis quibusdam diurnis vel nescio quibus relationibus, quod proxime sequens ostendit Continuatio Predicatorum Vindobonensium. Eius enim principium ex codice nostro vel altero non multum diverso fluxisse apparet, postrema autem modo ad verbum cum hisce conveniunt, modo diversa sunt, et novam rerum copiam afferunt.*

Ceterum quae margini codicis F *manu alterius inscripta sunt, infra in unum collecta exhibemus.*

1267. Anno Domini quo supra[80], Otakarus rex Boemie illustris manu valida Bawariam 80
intravit usque in Ratisponam, cum decem milibus militum et alia innumerabili multitudine 1266.
ad arma peroptime expeditorum, ubi etiam habuit 200 milia curruum honeratorum cum expensis quibus exercitus plurimum indigebat, quia in tantum terra illa ante introitum regis fuit vastata, quod volatilia non reperiebant solitum victum. Et sic idem rex occupatis[a] quibusdam castris firmissimis, cum complevisset spacium unius mensis stando in terra, et nullus adversariorum compareret, qui comparituros se spoponderant, ad propria est reversus.
Eodem anno factus est terre motus in Styria, ut castrum Chynberch corrueret, et ecclesie 1267.
tremerent in tantum ut campane sonarent[b]. Eodem etiam anno: *Frater Gwido divina miseratione tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, ad perpetuam rei memoriam. Postquam Deus formavit hominem ad ymaginem et similitudinem suam et in etate virili, cum ipso etiam ius naturale produxit. Iuris enim naturalis origo a creature rationalis cepit exordio; quod quidem ad disponendum omnem mundi nascentis et temporis motum sufficeret, si non sibi mortem, quam Deus non fecit, rationalis creatura propriis manibus et pedibus quesivisset. Hec iuris instituta primevi protinus iusticia positiva subsequitur, ab eodem regulariter auctore procedens, que sub mortis interminatione morsum pomi noxialis prohibuit. Qua prohibitione contempta, certa maledictionis sententia prodiit ab auctore, ut non tantum ultio ferretur in actores scelerum, verum etiam in progeniem dampnatorum. Ex hinc usu hominum exigente et dominio rerum introducto, quod iuris primevi regula nesciebat, ex humanis necessitatibus quedam sibi homines iura condiderunt. Tradite sunt etiam a Do-*

a) occupat *codex*. b) *manus mutatur*.

77) Archiv X, 561. 78) Chmel, Urkunden zur Gesch. v. Oesterr. etc. n. 22. 79) Hormayr Geschichte von Wien I, p. IX. cf. Chmel l. c. p. 281. 80) scil. a. 1266 quo Otakarus Bawariam ingressus est; sequentia autem omnia a. 1267 acciderunt.

1267. *mino per Moysen iustitie legis, cuius singulis pene sillabis Christus includitur; deinde prophete subsecuntur et reges, qui*[a] *Christi preconia evidentiore sermone describunt, donec temporis plenitudine veniente, impleta veritate figurisque cessantibus rex noster in eternum iura mansura*[b] *disposuit. Date sunt enim Petro claves perpetue, a quo tocius iuris ecclesiastici pulchritudo manavit, que ad singulas provincias ob vindictam in nationibus et increpationes in populis faciendas, nunc per summorum pontificum, nunc per sedis apostolice legatorum statuta, tamquam per quosdam rivulos derivatur*[c]*; ut hominum cottidie crescente malicia et effrenata cupiditate, que nova litigia cottidie*[d] *generare non cessant, sub districtione iurium coartatis, discant honeste vivere, alterum non ledere, ius suum unicuique tribuere. Hinc est quod cum sanctissimus in*[e] *Christo pater et dominus noster Clemens papa quartus ad Salzpurgensem provinciam et civitatem et dyocesem Pragensem cum plene legationis officio nos duxerit transmittendos, officii nostri debitum libenter exequimur, evellendo scilicet*[f] *evellenda, plantando plantanda,*

Vasa ecclesiarum et vita clericorum.

recta regendo[g] *et dirigendo salubriter indirecta. Verum quoniam expedit ad profectum et robur fidei christiane, ut sacramenta ecclesie in quibus tamquam in vasis medicinalibus populus devotus et humilis antidotum gratie recipere consuevit, in honore ac*[i] *reverentia ab hominibus habeantur, cum ea plerumque contingat effici vilia propter vilem et abhominabilem ministrorum*

De victu.

ecclesie conversationem: universis personis ecclesiasticis provincie Salzpurgensis et civitatis et dyocesis Pragensis districte precipimus, ut in victu, gestu et aliis operibus ac circumstantiis status sui sic honeste se habeant et decenter, ne propter ipsos nomen ecclesiasticum inter laycos blasphemetur. Eisdem in[k] *primis*[k] *districtius inhibentes, ne de patrimonio Crucifixi inimicos se faciant crucis Christi, sicut illi quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt et*[k] *non divina. In conviviis suis modestiam mediatricem*[l] *observent, superfluitatem indebitam resecantes; ebrietatem omnium viciorum fomitem et nutricem devitent. Prelati vero*[m] *a gravaminibus suorum*[n]

De gravaminibus.

abstineant subditorum, et maxime cum ecclesias visitant moderentur expensas, coherceant

De manifesta cohabitacione.

evectionum numerum, prout in generali concilio extitit diffinitum. Presentis igitur[o] *concilii approbatione precipimus, ut clerici continenter et caste vivere studeant, quatenus puro corde et mundo corpore Deo possint in officio ecclesiastico ministrare. Si qui vero de cetero deprehensi fuerint, detinere publice concubinas, nisi infra mensem se ab eis et earum consortio separaverint, ita quod in domibus eorum*[p] *propriis aut aliis quibuscunque eis*[q] *non cohabitent nec ad illas accedant, extunc omni beneficio ecclesiastico sint privati; et per eos ad quos predictorum*

De rebus ablatis ecclesiarum et detentoribus.

beneficiorum spectat collatio, personis ydoneis conferantur. Item cum in plerisque[r] *locis iniquitas quorumdam*[s] *invaluerit laicorum, quod in rebus ecclesie furtum reputatur sagacitas, rapina probitas, et violentia fortitudo: synodali iudicio diffinimus, ut qui bona ecclesiarum scienter detinent occupata, nisi infra instans festum beati Iohannis baptiste eadem restituerint, et de dampnis ac iniuriis satisfecerint competenter, extunc introitum ecclesie sibi noverint interdictum, nec ab episcopis aut*[t] *aliis ecclesiarum prelatis ad communionem dominici corporis admittantur. Qui vero obstinata mente dum vixerint satisfacere non curaverint, nullus clericus*

De lesoribus ecclesiarum.

secularis vel regularis sepulture ipsorum interesse presumat. Adicientes ut singulis annis in synodo illi, qui clericos capiunt, verberant vel occidunt, aut alias in ipsos manus iniciunt violentas, excommunicati denuncientur, et nominatim[u] *illi de quibus constiterit manifeste. Quicunque vero personam ecclesiasticam enormiter vulneraverit, mutilaverit vel occiderit, aut captivaverit, non nisi per sedem apostolicam absolvatur, et ipso facto, siquid tenebat ab ecclesia, illud perdat, et in utilitatem ecclesie convertatur. Adicientes quod in illa dyocesi in qua aliquem canonicum cathedralis ecclesie vel in dignitate ecclesiastica constitutum capi contigerit vel captum detineri, usque ad liberationem ipsius et exhibitionem debite satisfactionis cessetur generaliter a divinis. Similiter et in illa parrochia in qua res clericis*[v] *violenter ablatas capi vel detineri contigerit, usque ad restitutionem et satisfactionem congruam a divinis cessetur.*

Detentores pluriam beneficiorum.

Item cum detentores pluri m personatuum vel dignitatum seu beneficiorum cum cura sine dispensatione sint sacrorum canonum transgressores, et fructus talium beneficiorum percipiendo furtum committere dinoscantur, presenti decreto statuimus, ut omnes qui huiusmodi dignitatum, personatuum seu beneficiorum cum cura pluralitatem retinent, illi qui sunt de provincia Salz-

a) *gerbum quod in codice nostro et in* 2) *cod. Hist. prof.* 72. *deest supplevi ex cod. Iuris can.* 127. *Quem sigla* A *designo.* b) *ita* A. mensura 1. 2. c) diriuantur 1: d) *ita* A. *deest* 1. 2. e) in C. p. et d. *desunt* 1. 2. f) videlicet A. g) *ita* A. gerendo 1. 2. h) *rubra haec ex cod.* 2. *recepi.* i) et 1. k) *deest* A. l) *ita* A. mod. et mediocritatem 1. 2. *sed in* 1. *iam corrector post* et *inseruit* mediatricem. m) Item p. s. A. n) *deest* 1. 2. o) Item p. c. A. p) ipsarum aut pr. 1. 2. q) *deest* 1. 2. r) quibusdam A. s) quor. iniq. invaluerit quod 1. 2. t) vel A. u) nominati 1. v) clericorum ⁊. a. detineri. uel clericos ipsos capi cont. u. ad rest. congr. A.

purgensi, super hoc secum dispensatum fuisse, infra instans festum beati Iohannis baptiste 1267.
coram venerabili patre . . Dei gratia electo Salzpurgensi doceant manifeste; alioquin extunc ultimo beneficio recepto sint contenti, et alia que prius habuerunt, per illos ad quos dictorum beneficiorum collatio pertinet, personis ydoneis conferantur; si vero utrumque retinere contenderint, nos ipsos et primis et ultimis extunc decernimus[a] *manere privatos.* De laycis decimas habentibus

Item cum levitis seu ecclesiasticis personis iure divino decime debeantur, dolentes referimus quod quorumdam laycorum cupiditas ius huiuscemodi, quod sibi Deus in signum generalis dominii retinuit, nititur abolere, et pro sua voluntate de his que ad ipsos non pertinent aliter ordinare, imo pocius deordinare presumunt, quasi a se divini iugum servicii velint excutere, quod in baptismate sint professi. Huius igitur approbatione concilii districte precipimus, ut iuxta laudabilem consuetudinem patrie, decime tam antique quam etiam de novalibus, maiores et minute, plenarie persolvantur, nec liceat alicui layco nobili vel ignobili, cuiuscunque[b] *dignitatis vel principatus existat, sibi decimas maxime de novalibus etiam minutas usurpare. Alioquin si contra fecerit, se ab ingressu ecclesie usque ad satisfactionem condignam noverit esse suspensum.* De usurariis

Item dolentes referimus, quod quidam salutis sue immemores et prodigi fame sue, tam clerici quam layci per Salzpurgensem provinciam constituti, usuras et contractus usurarios exercere presumunt; ad quorum cupiditatem salubriter refrenandam statuimus, ut ipsi super hoc in hoc sacro concilio premoniti a talibus abstineant; alioquin nos ipsos excommunicamus in scriptis, et ter in anno, videlicet in cena Domini, in assumptione beate Virginis et in nativitate Domini, precipimus per plebanos et maiores suos in locis suis excommunicatos publice nuntiari. Clerici vero beneficiati[c]*, qui per tempus trium mensium sententiam huiusmodi*[d] *excommunicationis sustinere presumpserint animo indurato, per suos dyocesanos suis beneficiis spolientur, et personis ydoneis per illos ad quos dictorum beneficiorum spectat collatio conferantur, salvis aliis penis contra usurarios editis secundum canonicas sanctiones.* De invocantibus auxilium a seculares contra spirituales.

Item ordinamus atque statuimus, ut clerici et ecclesiastice persone tam seculares quam regulares, prelatorum suorum correctiones legittimas debita humilitate suscipiant, et siqui ex eis hac occasione contra suos correctores auxilium brachii secularis invocaverint, vel potentum preces armatas inpetraverint, vel inpetratis uti presumpserint, a suis beneficiis deponantur. De clete accipientium dignitates.

Ipsis quoque prelatis districtius inhibemus, ne pueris minoris videlicet decem et octo annorum etatis dignitates, personatus, seu beneficia curam animarum habentia conferre presumant, vel ad ipsa recipere presentatos, nisi cum eis super hoc a sede apostolica vel ab[e] *eius legatis extiterit dispensatum.* De delicentibus bona clericorum decedencium.

Ad aures nostras per clamosam insinuationem multorum devenit, quod patroni ecclesiarum tam clerici quam layci, advocati et iudices et precones, bona decedentium clericorum occupant et usurpant, volentes sibi ab intestato succedere pro sue voluntatis arbitrio, non iudicio rationis. Quare provide duximus statuendum, ut patroni ecclesiarum et alii supra dicti a talibus de cetero abstineant, et nisi abstinere voluerint, quousque sic ablata restituant, excommunicationis vinculo innodentur. De accipientibus beneficia a laycis et non episcopo.

Item districtius inhibemus, ne aliquis clericus ecclesiam parrochialem a layco patrono recipere audeat, nisi ab episcopo vel archidyacono fuerit institutus; alioquin ab[f] *officio et beneficio se noverit*[g] *esse suspensum*[h]*, et laycus*[i] *qui auctoritate propria instituere presumpserit*[k]*, ipso facto a iure cadat patronatus. Addicientes, ut nullus patronus clericus vel laycus dotem ecclesie, in qua ius obtinet patronatus, alienare presumat; quod si contra fecerit, ipso facto cadat a iure patronatus, et res alienata ad ius et proprietatem ecclesie revertatur.* Uti pastores resideant.

Item ordinamus atque statuimus, ut prelati et curam animarum habentes in suis ecclesiis corporaliter resideant, et ad hoc a suis episcopis per subtractionem fructuum compellantur, nisi causa legitima se potuerint excusare. De excessibus monachorum

Item clamosa[l] *insinuatio nostrum percussit auditum et animum, quod abbates et monachi ordinis sancti Benedicti in quam pluribus locis ab observatione sancte regule temere recedentes, vitam nimis dissolutam ducere non verentur, in suarum animarum periculum et scandalum plurimorum. Volentes igitur ut contra huiusmodi corruptelam salubre remedium apponatur, universis episcopis Salzpurgensis provincie ac episcopo Pragensi districte precipimus, ut quilibet ipsorum infra*[m] *dimidium annum, assumptis secum duobus abbatibus Cysterciensis ordinis omnia claustra nigrorum monachorum sue dyocesis visitet, corrigat et reformet, tam in capite quam in membris. Illis tantum exceptis, qui Romane ecclesie nullo medio subesse noscuntur; quos per nos vel per alios a nobis specialiter deputandos inten-*

a) decrevimus 1. b) ignobili maxime de nov. sibi decimas usurpare A. c) *deest* A. d) *deest* 1. 2. e) ab — aurea *desunt* 1. f) *deest* 1. 2. g) noverint 1. 2. h) suspensos 1. 2. i) laycos 1. 2. k) presumpserint 1. 2. l) cum clamosa i. n. percusserit 1. 2. m) i. d. a. *desunt* A.

1267. *dimus visitare. Prohibemus etiam abbatibus, ne calices vel patenas seu sacras vestes benedicere vel consecrare, aut alia episcopalia officia exercere presumant, nisi super hoc a sede apostolica privilegium habuerint speciale.*

De Iudeis. *Item cum in tantum insolentie Iudeorum excreverint, ut per eos in quam pluribus christianis iam[a] dicatur infici puritas catholice sanctitatis, non tam nova cudentes[b] quam summorum pontificum statuta vetera renovantes, districte precipimus, ut Iudei qui discerni debent in habitu a christianis, cornutum pileum, quem quidem[c] in istis partibus consueverint deferre et sua temeritate deponere presumpserunt, resumant, ut a christianis discerni valeant evidenter, sicut olim in generali concilio exstitit diffinitum. Quicumque autem Iudeus sine tali signo deprehensus fuerit incedere, a domino terre pena pecuniaria puniatur. Addicientes, ut Iudei sacerdoti parrochiali, infra cuius parrochie terminos manserint, pro eo quod loca in quibus christiani habitare deberent occupant, iuxta quantitatem dampni quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium dyocesani loci omnes proventus quos a christianis, si ibidem manerent, sacerdos perciperet, refundere compellantur; decimas etiam prediales cum omni integritate persolvant. Prohibemus insuper, ne stupas et balnea[d] seu tabernas christianorum frequentare seu intrare presumant, nec servos vel ancillas aut nutrices seu quecunque christiana mancipia die nocteve in suis domibus retinere presumant, nec ad recipiendum thelonium seu ad alia publica officia aliquatinus assumantur. Si quis vero Iudeus cum aliqua christiana fornicationis vitium deprehensus fuerit commisisse, quo usque decem marcas ad minus pro emendatione solverit, districto carceri mancipetur; et mulier christiana que dampnatum coitum elegerit, per civitatem fustigata de ipsa civitate sine spe redeundi penitus expellatur. Item omnibus christianis istius provincie et civitatis et dyocesis Pragensis sub pena excommunicationis districtius inhibemus, ne Iudeos vel Iudeas secum ad convivandum recipiant, vel cum eis manducare vel bibere audeant, aut etiam cum ipsis in suis nuptiis vel neomeniis vel ludis saltare[e] vel tripudiare presumant; nec christiani carnes venales seu alia cibaria a Iudeis emant, ne forte per hoc Iudei christianos, quos hostes reputant, fraudulenta machinatione venenent. Addicientes, ut si decetero quocumque pretextu Iudei a christianis graves seu inmoderatas usuras extorserint, christianorum participium eis subtrahatur, donec de inmoderato gravamine satisfecerint competenter. Unde[f] christiani si opus fuerit per censuram ecclesiasticam compellantur ab eorum commerciis abstinere. Principibus autem iniungimus, ut propter hoc non sint christianis infesti, sed potius a tanto gravamine Iudeos studeant cohibere. Si vero sacramentum altaris ante domos Iudeorum deferri contigerit, ipsi Iudei audito sonitu previo intra domos suas se recipiant, et fenestras ac hostia sua claudant; hoc etiam in quolibet die parasceues per prelatos ecclesiarum[g] facere compellantur; nec presumant de fide catholica cum simplicibus disputare, nec filios aut uxores Iudeorum ad fidem[h] christianam venientium invitos audeant detinere, nec christianos ad iudaismum alliciant, aut aliquo ausu temerario circumcidant, nec christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exerçeant opera medicine. Synagogam non erigant novam, et si quas erexerint, eas removeant et deponant; vetustam si opus fuerit reficiant, non ampliorem, preciosiorem seu etiam altiorem faciant. Carnes in quadragesima, quando christiani abstinent a carnibus et ieiunant, aperte vel publice non deportent. Precipimus autem episcopis ut ad hec omnia observanda in singulis articulis Iudeos per subtractionem communionis christianorum compellant. Ipsos quoque principes ac iudices eorumdem districtius admonemus, ne Iudeis huiusmodi[i] statuta nostra servare nolentibus alicuius protectionis[k] seu defensionis favorem impendant, sed si aliqua eis a prelatis ecclesiasticis iniungantur, ea fideliter exequantur. Alioquin introitum ecclesie et communionem divinorum officiorum sibi noverint interdictum. Volumus etiam et sub pena excommunicationis precipimus, ut dominus electus Salzpurgensis eiusque suffraganei nec non et episcopus Pragensis has constitutiones nostras sigillo nostro sigillatas habeant, easque singulis annis in synodis episcopalibus et in provinciali concilio faciant recitari et diligentius observari, et ea que tangunt laycos faciant per parrochiales ecclesias suarum dyocesium publicari. Acta sunt hec Wienne a. D. 1267. mense Maii, pontificatus domini Clementis pape quarti anno tertio[l].*

Oct. 29. Item eodem anno terremotus factus est Wienne, proxima die post Symonis et Iude, in media nocte, sive in primo galli cantu. Item eodem anno marcravius Otto de Brandenpurch obiit[81]. Item eodem anno magister Gerhardus plebanus Wiennensis construxit claustrum

a) *ita* A. chr. iusticie puritas 1. 2. b) condentes A. c) quidam 1. 2. d) stupas balneares A. e) *ita* A. saltá 1. 2. f) et A. g) ecclesie 1. 2. h) ad viam chr. venientes A. i) huius 1. k) peticionis 1. 2. l) *alia manus pergit.*

81) tertius, dictus Pius, cui Beatrix soror Otakari nupserat.

monialium Wienne, quod Porta celi nuncupatur. Etiam eodem anno venerabilis episcopus Pataviensis dominus Petrus predictum claustrum consecravit. Item eodem anno predictus Gerhardus plebanus Wiennensis domum leprosorum Wienne in loco qui dicitur Chlagpaum, suis facultatibus construxit. Etiam venerabilis episcopus Pataviensis dominus Petrus, presente domino cardinali Gwidone ecclesiam ibidem consecravit. Item eodem anno dominus Bela rex Ungarorum cum filio suo Stephano bellum iniit; in quo bello fortissimus et strennuissimus armorum et bellorum Hainricus dictus Pruzlo miles de Austria cecidit. 1267.

1268. [a] Civitas in Marhecke ab Othakaro rege Bochemie construitur. 1268.

1269. In vigilia sancti Bartholomei Chunradus filius Chunradi regis, nepos imperatoris Friderici, et Fridericus filius marchionis[b] de Paden, pronepos ducis Leupoldi Austrie[c]. Eodemque anno a Karulo Neapolis capite sunt truncati. Item eodem anno filius marchionis de Brandenburch[82] in hastaludio obiit. Item eodem anno obiit Clemens papa. Filius regis Bele[d] Ungarorum, etiam vocatus Bela, eodem anno obiit. Aug. 23. 1269.

1270. Gregorius patriarcha Aquilegensis[e] obiit. Eodem anno Phylippus frater ducis Karinthie postulatur. Item eodem anno dux Ulricus Karinthie in Sibidata obiit, ibidem sepultus. Et rex Othakarus de terra Karinthie se intromisit. Eodem anno illustris domina Agnes, pronepos incliti Leupoldi ducis Austrie, relicta Ulrici ducis Karinthie, ad generis depressionem[f] ab Othakaro rege Bochemie cuidam comiti Ulrico, dictus de Hounburch, tradita est in uxorem[83]. Item eodem anno facta est eclipsis solis circa horam primam, in proxima dominica ante annunciacionem sancte Marie[g]. Item eodem anno rex Ungarorum Bela potentissimus unâ cum uxore sua obierunt. Cui filius suus rex Stephanus successit. Item eodem anno rex Francie Ludwicus unâ cum filio suo Iohanne et alii quam plures principes Gallie, Navarrige, Burgundie, mare transfretaverunt. In insula barbarie ante civitatem que dicitur Tons, predictus rex Francie unâ cum filio in Domino migraverunt[h]. Item eodem anno Ottacharus rex Bochemorum, dux Austrie, colloquium in insula sita infra Prespurch et Potenburch cum Ungarorum rege Stephano celebravit; ibidem perpetuam pacis concordiam et sinceram amiciciam sigillis et privilegiis sub forma iuramenti coram episcopis, prelatis, baronibus ex utraque parte assistentibus confirmantes. Item eodem anno rex Ottacharus manu valida Carintiam intravit, et cum magna multitudine virorum armatorum civitates ibidem, dictas Laibach, Lantstrost[i], expungnavit; et ibidem quedam munitiones eisdem civitatibus adiacentes sibi fuerant assignate. Et cum predictus rex Stephanus regem Ottacharum sciret[k] in Carinthia tantis fatigacionibus occupatum, fraudulenter violata pace cum 50 milibus Ungarorum et Comanorum manu valida Austriam intravit; et abductis et interfectis 20 milibus virorum, mulierum, parvulorum, Ungariam est reversus[l]. Item eodem anno. Rex vero Bochemie pre nimia yemis sevicia ad hec nichil valens facere, distulit bellum usque ad proximum pasca. In eadem vero yeme quedam societas nobilium, quorum capitaneus erat Sifridus Waehingarius consanguineus Orphanorum, volens per rapinam Ungariam intrare, et frigus erat maximum, et cum lacum quendam transire vellent[m] coagulatum vero equorum totque virorum armatorum confracta[n] submersi sunt ibidem qui erant noti nobilium 40, aliorum vero fortium numerato 300. 1270. Mart. 23. Mai. 3. Oct. 16.

1271. Rex Bochemie multis principibus in unum collectis, inter quos erat marchio de Pronswich[84] et duces Polonie et alii quam plures, et cum maxima multitudine armatorum, bene ad nonaginta milia, intravit Ungariam ponte pulcherrimo per Danubium preparato; et in primo ipsius regis Bochemie ingressu Posonium, quod vulgariter dicitur Prespurch, potenter expugnavit, quod factum est infra hora prima et tercia. Rex vero Bochemie cives Wiennenses cum mille et quingentis equis predicti castri fecit esse custodes. Postea vero aliud castrum dictum aput Sanctum Georium, et castrum dictum Poesinge, et Piberspurch, et civitatem dictam Tirnâ, hec omnia in illo loco existentia viriliter expugnavit. Postmodum vero per pontem, quem per Danubium fieri iussit, cum omnibus suis transiens, ad aliam partem Ungarie se recepit, quedam, castrum dictum Cherfullenburch, et Wart, et Altenburch, potenter expugnavit, et civitatem Misenburch[85] cum castro totaliter devastavit. Rex vero 1271.

a) *alia manus pergit.* b) marchonis *c. bis.* c) vincuntur *excidit.* d) Bela *c.* e) aquilon *c.* f) depressionem *c.* g) *manus mutatur.* h) *manus prior pergit.* i) *linea dimidia vacua relicta est.* k) scieret *cod.* l) *manus mutatur.* m) uolent *c. quod postea correctum est.* n) *ita codex.*

82) Iohannes, frater Ottonis Longi, filius Ottonis III. 83) Hoc quando factum sit nescio; eclipsis autem evenit a. 1270. 84) Albertus dux Brunswicensis. 85) i. e. Wieselburg.

1271. Bochemie valida manu nullo sibi resistente per duos menses in eisdem partibus Ungarie potenter manebat. Interea rex Stephanus Ungarie, maxima multitudine Comanorum tam Ungarorum collecta in oppositum regi Bochemie venit, in aquam dictam Rebintz[86] se locavit. Sed contra regem Bochemie nichil facere potuerunt, tam [a] ex ipsis scilicet Ungaris qui predictam occulte transierunt, plurimi submergebantur, et ab adversariis sunt occisi. Item vero rex Bochemie videns quod pre nimia fame que tantum invaluit, et usque ad messem [b] plenarie perduravit, diucius cum tanta multitudine stare non posset, secessit inde, et in Wiennam suam civitatem se recepit, et alii vero omnes ad propria sunt reversi. Quod videns rex Stephanus Ungarie, regem Bochemie a terra Ungaria exivisse, et suos homines dimisisse a se omnes, misit 30 milia Comanorum in Marhvelt et Moraviam; qui plurimam partem terre per incendia et rapinas vastaverunt, et prohdolor multi sunt occisi et multi ex eis sunt capti, et plurimi Ungariam introducti. Post hec tamen pace firma per episcopos et comites Ungarie
Iul. 14. aput regem Bochemie impetrata, reddidit ei [c], scilicet regi Ungarie, rex Bochemie omnia que per eum manu valida fuerant expugnata. Gregorius papa est ellectus. Chadoldus Waehingarius obiit. Magister [d] Gerhardus plebanus Wiennensis obiit.

1272. 1272. Stephanus rex Ungarie obiit, qui relinquens duos filios, senior nomine Elau habens decem annos in regem est electus. Item eodem anno post mortem Stephani regis Ungarie quidam comes dictus magister Egidius, quem rex Ungarie super modum diliebat,
87 timens reginam[87] et Ungaros profugus venit ad regem Bochemie, unâ cum fratre suo comiti Gregorio. Hic de castro quod Prespurch dicitur, et aliis quibusdam castris fraudulenter ac casualiter tunc temporis se intromisit, regique Bochemie spospondit in omnibus servitutum. Quem rex Bochemie benigne recipiens, et ei ad hec plurima et donavit. Nam tradidit civitates La, Neunvurch, Stocherawe, Greizinstein, et alia quam plura, et duo milia marcarum solventium annuatim. Insuper in promto dedit ei maximam pecuniam, et castrum Prespurch vino, tritico et avena optime premunivit. Quod videns comes Hainricus de Guzzeinge qui adhuc regi Stephano Ungarie superstite Ungariam exierat, regi Bochemie adherens Ungariis postea multa mala de Stiria per rapinas et incendia faciebat, ob invidiam [e] predicti comitis Egidi, quem ex corde intime odiebat, a rege Bochemie recessit [f], in Ungariam rediit, a regina et a cunctis Ungaris honorifice est receptus; ex cuius consilio et auxilio rex de Mathsawe[88], frater regine Bochemie, ab Ungaris est occisus, propter quod homicidium predictus rex Bochemie est nimium perturbatus, et universa mala utrobique oriuntur.

1273. 1273. Nam Comani cum Ungaris Karinthiam infra unum mensem duabus vicibus intraverunt, omnia devastaverunt, multos occiderunt, etiam numero ad 20 milia hominum deduxerunt. Insuper alii Moraviam intrantes, infinitos occiderunt, plurimos deduxerunt.
Item eodem anno quedam societas nobilium de Austria intraverunt Ungariam, fere mille armati, et castrum quod dicitur Rab manu valida expugnaverunt, et in eadem urbe episcopum de Quinque ecclesiis qui fuit capitaneus ibidem, robustus et animosus valde, captus est, et cum eo nobilium alii quam plures et in Austriam introducti. Item predictus vero [g] comes Egidius non per medium annum permanens, quamvis a nullo vel a rege vel [h] a suis aliquibus nuncquam penitus esset lesus, in terram propriam, scilicet Ungariam, confuse ac pessime est reversus; predictum castrum Prespurch aliis Ungariis et Comanis recommisit. Sciendum [i] quod post obitum domini Friderici imperatoris secundi Romanorum invictissimi, hucusque videlicet dum ad tempora domini Gregori pape decimi, cuius monitis Rudolfus comes de Habspurch in regem eligitur, Romanum regnum et imperium 23 annis advocato et cesare
Mai. dinoscitur caruisse. Item [k] eodem anno in mense Maio quedam societas predictorum Australium consorcio aliquorum Moraviensium, fere duobus milibus armatorum collectis, hostili animo Ungariam sunt ingressi, episcopatum sive urbem in Neytrah, quemadmodum et Georinum[89], manu valida expugnarunt. Effugato episcopo cum canonicis, bene 50 persone Ungarorum in templo sunt occisi. Ablato ornato tocius ecclesie et incensa urbe circumquaque Theutonici et Boemi illesi ad propria sunt reversi.

a) *in cod. hist. prof.* 536. *hic correctum est* tamen *et mox additum* aquam. b) messe *cod.* c) eis, s *eraso* c. d) M. G. p. W. o. *paulo post addita esse videntur.* e) inuidia *c* f) recesit *c.* g) uero *c.* h) uel a *desunt, quae cum cod. h. p.* 536. *supplevi.* i) Sciendum — caruisse *minio scripta sunt.* k) *in novo folio alia manus pergit.*

86) Rabnitz. 87) Elisabeth, de gente Comanorum. 88) Bela. 89) i. e. Raab.

Tercia expeditio regis Otachari versus Ungariam.

Ad reprimendas adhuc iniquorum Ungarorum versucias Otakarus rex Boemie expedi- 1273.
tionem suarum videlicet novem terrarum edixit, in festo sancti Iacobi apostoli afuturo pro- Iul. 25.
xime iuxta Lâ congregandam; cui solito more principum regina et barones Ungarie ac Comani absente rege ipsorum puerulo bellum inire spoponderunt. Sed ecce antiqua fraudulenti consuetudine comes Heinricus de Guzzings cum 30 milibus expeditorum optime usque in La cursitando pervenerunt, ibique regem Otakarum nondum collecto exercitu suo, occiso Ulrico de Durrenholtz, per duos dies infestarunt, et sic sumptis spoliis trans flumen Marchiam festinanter ad reginam[a] sunt regressi. Otakarus rex Boemie die tercia postquam exercitum suum ad numerum 60 milia expeditorum insimul collegisset, fugentes sequitur usque ad flumen Wach; non est visus deinceps Ungarorum aliquis repugnando. Itaque rex Boemie per inte- Aug.
grum mensem Augustum ex ea parte qua Tyrnah consistit in Ungaria metaverat, donec cives Wiennenses et Nove civitatis ad iussum suum aulam Posonium et castrum ad Sanctum Georium cum aliis munitionibus pugna et machinis devicerunt. Humiliate vero civitates ac munitiones nobilibus Austrie collocantur. Aufugitivis civibus et expulsis rusticis ad laborandum et serviendum statuto priori obsequio ad propria redire volentibus, edicto regis Boemie pax et gratia universis publice promulgatur. Hiis itaque superatis, ultra Danubium per pontem ligneum magnis sumptibus nunc quarto tempore regis Otakari constructo, quod antiquitus inauditum fuerat, prope Roetenstain castrorum acies pertransiit; illic similiter omnes munitiones machinis et pugna fortissima usque in Rab rex suo dominio subiugavit, ibique 50 milites cum filio regis Boemie[89] gladio sunt accincti. Postea iuxta piscinam Vertsé[90] omnes munitiones absque pugna se regi ob metum humiliaverunt. Supronium sive Oedenburch vallata 14 machinis diversaque inpugnatione ad inclinationem regi Otacharo est coacta. Que etiam prestito iuramento datisque heredibus in obsides, pacem et iusticiam civium Australium in omnibus terris regis Boemie acceptoque privilegio consecuta est. Et sic rex Boemie qui iam novem ebdomadibus in Ungaria potenter metaverat, sanus et incolumis[b] divina favente clementia ad propria est reversus. Tewen, Prodanstorf, Purchpach et Ad-Sanctam Margaretam munitiones sunt destructe.

Item eodem anno mense Octobr Rudolfus comes de Habechspurch in regem Romano- Sept. 29.
rum apud Franchenvurte, auxilio Ludwici comitis palatini Reni, licet malis gratibus regis Boemie et Heinrici ducis Bawarie et aliquorum aliorum principum est electus; qui subito unâ cum consorte sua regali dyademate Aquis Granum coronatur. Oct. 24.

1274. Gregorius papa decimus concilium Lugdune in mense Maio cum 1224 archiepi- 1274.
scopis, episcopis, abbatibus infulatis sollempniter celebravit; ibi clerum decimam de omni proventu suo ad sex annos in subsidium Sancte terre dare constituit, et principibus christianis omnibus pacem ad supradictos sex annos indicens conservare. Ipse vero dominus apostolicus cum Rudolfo rege Romanorum in futurum imperatorem promisit cum mille militibus transfretare. Item vigiliam epyphanie, et vigiliam apostolorum Phylippi et Iacobi, et feriam terciam in diebus rogationum, que prius per dyocesim archiepiscopatus Saltzburgensis dubitate[c] ieiunabantur, indubitanter deposuit ieiunare. Item festum sancti Augustini Yponensis episcopi 5. Kalendas Septembris, et festum sancti Rudberti Salzpurgensis archiepiscopi 8. Kalendas Octobris constituit celebrare. Gregorius X in concilio generali Lugdune: *Ubi periculum maius*[d] *— ieiuniorum indicant.* Item eodem anno Otakarus rex Boemie, dum adhuc Rudolfo electo regi Romanorum esset contrarius, considerans futura obsides terrarum Austrie, Styrie, Karinthie et Carniole a ministerialibus et civitatibus exegit quam plurimos et recepit.

De siccitate.

Principales venti conflando aquosum aerem extra mare, et aliis fluminibus habundanter assidue ministrantes, littora maris ad 50 stadia alicubi ex quo exsiccata sunt prope Anconam[e], lapis quidam immensus apparuit qui actenus non est visus. Sapientes itaque et doctores stu-

a) *ita pro* regem *correctum est in codice.* b) incolumes *c.* c) dubitatē *c.* d) *constitutionem ipsam de electione papae, tam saepe editam, omittendam duxi.* e) *hoc loco in codice interpungitur.*

89) spurio, Nicolao duce Oppaviensi. 90) Neusiedlersee.

pefacti insolitam animadvertentes siccitatem vaticinantes populo nimiam esse venturam inundacionem pluviarum.

1275. *Excessio Phylippi et aliorum.*

1275. Phylippus heres Karinthie quondam electus Saltzpurgensis, deinde Aquilegie in patriarcham postulatus, sed propter inconstantiam utraque prerogativa privatus: Otacharus autem rex Boemie ipsum in Karinthya loco capitanei constituit. Hic assumptis munitionibus aliquibus, statim violata fide regem Boemie reliquit, Rudolfo electo adhesit. Idem Hertnidus de Wildonya in Styria, Wernhardus de Wolfkerstorf, et Vihofarius in Austria, receptis occulte Rudolfi electi litteris, et vana spe seducti, regi Boemie se opposuerunt; quos idem rex toto nisu persequitur et obsedit. Nam heredes ipsorum quos sibi prius obsides dederant, iubet machinis parentibus iacere ante ora, quo viso parentes misericordia moti sunt, munitiones regi tradiderunt. Hertnidus vero Wildonier, et Wernhardus Wolfkerstorfer, receptis suis heredibus relictisque hereditatibus metas regis Boemie sine spe redeundi penitus sunt expulsi; alii vero sunt gratie regis reconciliati. Hiis itaque superatis plures et pociores rex a Wiennensibus et ab aliis civitatibus obsides requisivit. Urbem quoque Wienne infra muros aput portam Witmarcht valde munitam cepit construere, et munitiones ex novo in terra edi-
Mai. ficatas plurimas exstyrpavit. Item tempore mensis Maii, nubes aquas quas a mari et ab aliis fluminibus inmoderate anno proximo precedenti hauserant, diversis terrarum partibus dispersim divina providentia absque grandine et sine magno inpetu refundentes; per singulos enim subsequentes menses dum ad hyemalem terminum in tantum ymber continuare studuit, quod ex inundatione per Ytaliam, Germaniam et Alamaniam universi rivi statutos terminos excesserunt: in Austria autem ut veridicam flavus Massagetes qui et Danubius bis inundans; tercia vero inundatione tempore autumpni longe lateque diffusus, molendina et edificia, acervos quoque cuiuslibet grani, incirculatos straminis et feni cumulos penes se extinxit. Annona etiam que pre continuatione pluvie ad horrea congregari non poterat, putre-
25 facta est in campis, et quoniam repleta est terra et inebriata a pluvia, multa moncium cacumina et arbores una cum radicibus proni ad planiciem dilapsa semitas et convallia obstruxerunt. Vinee etiam inconsueto gelu territe[a] pro botris ex se labruscas producentes, et inicialis terminus vindemii post Ydus Octobris prolongatus est, et alique vinee Ydibus Novembris sunt vindemiate, et ecce vina hoc anno per Austriam amara sunt communiter et nimis acerba
Iun. omnibus ad potandum. Eodem anno mense Iunii civitas Bononya divisa in se, interficiun-
Nov. 10 tur civili prelio 12 milia virorum ex utraque parte. Ipso anno inditione tercia, luna 19, 4. Ydus Novembris, que est dominica proxima ante festum sancti Martyni, claustrum dominarum de Sancto Nycolao Wienne infra muros a venerabili domino Petro episcopo Pataviensi est dedicatum, in honore sancte et individue Trinitatis, precipue vero in honore sancte Marie virginis, in cuius veneratione omnia cenobia griseorum ordinis sancti Bernhardi consecrantur, et in honore sancti Nycolai, sancti Bernhardi, 11 milium[b] virginum, et aliorum plurimorum sanctorum quorum ibidem reliquie continentur. Domini Heinrici abbatis S. Crucis cenobii, Paltrami dicti Vatzonis, et aliorum ydoneorum ibidem civium consilio et auxilio me-
Dec. 4. diante. Item ipso anno, pridie Nonas Decembris, luna 13, hora sexta diei artificialis, eo quod dies sex tantummodo habeat horas, post crepusculum vespertinum facta est eclypsis lune per tres partes vise[c], et duravit eclipsis per duas horas.

1276. 1276. Dominus apostolicus Gregorius X, qui multa bona et utilitates diversas ecclesie et toti mundo ordinare conceperat, ut in decretalibus evidencius legitur, fraude iniquorum et irregulariter vivencium toxicatur, et 6. Ydus Ianuarii ad Dominum migravit; qui etiam eodem anno signis claruit et virtute. Post quem die tercia Petrus Hostiensis cardinalis de ordine
91 Predicatorum in apostolicum eligitur[91], vocatus Innocencius V, qui 6. Kalendas Marcii Rome in summa ecclesia divinum officium celebravit, quod a tempore Innocencii quarti pape hucusque non est factum, videlicet per annos 30[d]. Item 9. Kalendas Februarii, infra completorium et vesperas, sol multum rubicundus met secundus et certe met tercius aliquibus hominibus apparuit[e], dum vergit ad occasum. Item secunda urbs Wienne aput portam

a) territi *c.* b) milia *c.* c) inse *cod.* d) *numerum alius scripsit.* e) *huic verbo manus coaeva superscripsit*: et hoc falsum est.

91) Secundum Raynaldum Gregorius 4. Idus Ian. obiit, Innocentius 12. Kal. Febr. electus est.

Pybronis construitur. Item rex Marrocensis aliquas partes Hyspanie hostiliter occupavit. 1276.

Item Ludwicus comes palatinus[a] Reni, et Heinricus dux Bawarie, carnales fratres, qui ob invidiam electionis Rudolfi regis duobus annis et mensibus sex inimici erant adinvicem, et mutuo terras preda et incendiis dissiparunt, annuente papa Innocencio V. ad pacis concordiam redierunt.

De triplici exustione Wiene.

Item 5. Kalendas Aprilis quedam platea Wienne dicta Sunchingerstraz domestico igne magna parte crematur. Mart. 28. Item 16. Kalendas Maii eclypsis lune facta est quasi media nocte. Apr. 16. Ipsa nocte exortus est ignis in domo camerarii, in Chienmarcht, et exusta est magna pars civitatis Wienne, videlicet Altum forum plusquam medium ex ea parte qua institores residebant, Chienmarcht quoque penitus et Arena. Deinde 14ª die, videlicet pridie Kalendas Maii, Apr. 30. que est vigilia apostolorum Phylippi et Iacobi, feria quinta, ante portam Scotorum, non longe a fossato sed in modum hictus mallei, in quadam curia ubi lateres conficiuntur, ex inprovisu hominum prohdolor exortus est ignis, austro meridionali vento vehementer conflanti, et ecce iterum et tercio ipsa civitas Wienna infra et extra muros, omnes porte, preter duas in Witmarcht et Karinthianorum, turres quoque in gyro singuli, claustra denique Scotorum, et fratrum minorum, nec non et barrochiales ecclesie sancti Stephani et sancti Michahelis et sancti Petri, usque ad 150 hospicia circa Novum forum remanencia, in favillas et cineres penitus est redacta. Testudines vero et structure lapidee, consumato igne, proni[b] quam plurime corruerunt. Tale namque dampnum honesta civitas a conditione sua non est hucusque preda vel incendio âdeo consecuta. Porro Otacharus rex Boemie, cui dicta civitas rebus et personis dignisque obsequiis per quinque lustra obedivit, hoc percepto conpaciens; nam de sua regali gratia iuxta nobilium sapientumque consiliariorum industriam prelibatam civitatem quasi ex novo conditam nititur sublimare. Ab omni namque exactionis gravamine et mutarum per lustrum liberam penitus relaxavit; unanimitates vero omnium artificialium, preter monete consortium, omnino deposuit, ut emendi et vendendi tam in cibariis quam in mercimoniis omnis homo per predictorum quinque annorum spacium liberam habeat facultatem. Quandam etiam silvam in subsidium civibus libere tribuit, et nundinas per unius mensis spacium perhenniter prout civibus expedire videbitur, fieri illic iussit. Item Innocencius V. papa a Karulo senatore Urbis perfidissime in incisione vene toxicatur, et 7. Kalendas Iunii moritur. Tunc eligitur Adrianus V. papa.

Ad[c] honorem et gloriam domini nostri Ihesu Christi amen.

Noverint universi et singuli, quod anno Domini 1276 Rodulphus Romanorum rex marchionem de Baden[92] qui contra eum rebellabat, auxilio Ludowici palatini Reni et aliorum [92] multorum episcoporum, marchionum, comitum[d] et baronum diversarum provinciarum collecto exercitu grandi, ipsum et alios quam plures nobiles in Suevia, Franconia et Alsacia, nec non aliarum provinciarum, qui possessiones regni violenter sibi usurpaverant, ac post exclusionem quondam Frederici imperatoris felicis recordationis, civitates diversarum regionum sibi subiugaverant titulo censuali, humiliavit et devicit ac ad pristinam iurisdictionem in quantum valuit cum multis laboribus reduxit. Cum autem illustrem regem Boemie[e] Ottacarum, qui tunc temporis principatum Austrie, Styrie[f], Carinthie, Carniole, Marchie ac Portus Naonis potenter gubernabat, et plusquam 26 annis in eis regnaverat, sibi adhuc resistentem per plures litteras et nuncios sepius vocasset, iterumque atque iterum ut ad suam curiam more solito aliorum principum et ille venire contumaciter recusaret, immo quosdam brevigerulos suos, quod dictu nefas est, ad portas civitatis suspenderet; demum ad Stiriam pro quibusdam sortilegis[g] mulieribus phitonissis ad eum occidendum suis veneficiis misit. Que multa contra eum suis magicis artibus attemptantes, nullatenus eum ledere potuerunt. Divino fretus auxilio itaque prefatus rex Rudolphus contra eum collecto ingenti exercitu multorum Sept. nobilium diversarum provinciarum, Ratisponam usque pervenit, ducemque Henricum Bawarie, qui tunc temporis predicto regi Boemie propter suas pecunias astabat, potenti manu

a) palatini *c.* b) *ita codex, ut supra* 706, 27. c) *cum novo folio alia manus incipit. Addimus varias lectiones* 2) *cod. Monac. Germ.* 317. *saec. XV.* d) et comitum 2. e) *deest* 2. f) *deest* 1. 2. *sed in altis suppletum est.* g) sortilegiis 2.

92) Rudolfum; cf. Godefr. de Ensmingen ap. Böhmerum, Font. II, 110. Reg. Rudolfi n. 260.

1276. devicit. Filiam quoque suam[93] Ottoni filio prefati ducis matrimonio legitime copulavit, et ab ipso rege Rodulpho sepe dictus dux terram suam recepit titulo feudali. Igitur Rodulphus rex Bawariam potenter pertransiens, Pataviam pervenit; sed cum per arctas vias et aquas diversas cum suo exercitu transire nequiret, supradictus dux iterato muneribus regis Boemie corruptus conabatur eum inter devia et abrupta relinquere, nisi terram superiorem ultra Anasum sibi pro dote filii sui pro quadam summa pecunie obligaret. Sicque factum est. Rex vero Rodulphus Enum, Anasum, Trunam et omnes fluvios Bawarie transiens, ad Austriam pervenit. Quem ministeriales honorifice ac sollempniter recipientes, relicto et abiecto predicto rege Boemie, Rodulpho regi adheserunt, oblitique sunt pacto et iuramento quod pepigerant cum eo, postpositis heredibus eorum, quos ei in obsides tradiderant, ac per consilium et informationem Predicatorum et Minorum fratrum et totius cleri, qui auctoritate pape tollentes iuramentorum scelera, omnes regem Rodulphum in dominum receperunt. Itaque civitas Anasus per C. de Sumreawe[a], Ipsa quoque et Tulna ac alie civitates minores per alios ministeriales una cum suis municionibus regi Rodulpho tradite sunt. Neupurgam vero ex parte claustri precursores sui vespertino tempore manu valida et forti, occisis custodibus Boemis sub portis, civitatem obtinuerunt. Interim vero dum hec et alia sic aguntur, rex Boemie collecto magno et forti exercitu egressus de Boemia contra eum veniens, Austriamque defendere cupiens, a Libera[b] civitate usque Neupurgam, in campis qui vulgariter dicuntur Gan-

Oct. 18. servelt[c], castra cum suis metatus est. Rex autem R. dominica proxima post Colomanni cum suis civitatem Viennam potenter obsedit quinque septimanis. Cum autem rex Boemie terram predictam defendere non posset, exercitusque eius de die in diem deficeret, exercitus autem regis Romanorum cotidie accresceret per Stirienses et Karintianos, ipse etiam Ladislaus Ungarorum rex usque ad metas Austrie in subsidium regis Romanorum cum[d] ingenti

Nov. 21. exercitu Comanorum et Ungarorum venisset, demum per arbitros, videlicet dominum Bertholdum Herbipolensem episcopum et illustrem Luduwicum palatinum Reni ex parte regis Romanorum, et dominum Brunonem episcopum Olmucensem et virum strennuum Ottonem marchionem de Brandenpurch ex parte regis Boemie, arbitrando sub hac forma est diffinitum, quod rex R. regem Ottacarum terris suis videlicet Boemia ac Moravia tantummodo, resignatis residuis aliis septem terris, infeudaret. Quod ita factum est. Nam rex Boemie in

Nov. 25. castris regis Romanorum cum 36 vexillis ante Viennam circa Danubium, flexis coram eo genibus in presentia multorum principum spiritalium ac secularium terras suscipiens supradictas, regique Romanorum deinceps obedire et astare fideliter iuratus conpromisit. Ministerialibus quoque et civibus Austrie et Stirie obsides et captivos quosque firmiter spospondit restituere. Tunc primo Vienna et alie civitates ad resignacionem ipsius regis Ottacari regi Romanorum sunt aperte. Sane inter cetera ad confirmacionem inter eos vere ac perpetue amicicie a supradictis principibus extitit arbitratum sub hac condicionis forma, quod supra-

94 dicti duo reges quatuor pueros suos legitimali thoro adinvicem copularent[94]. Quibus Romanorum rex viginti milia marcarum in dote conpromisit, pro quibus titulo obligationis Austriam fere mediam, scilicet a parte Moravie usque ad Danubium, exceptis Crems et Stein opidis, sub obligacione[e] est regi Boemie commissa. Rex etiam Ungarie Ladislaus regi Boemie est reconciliatus, et rex Romanorum predicto regi Ungarie omnes civitates quas ei rex Boemie violenter abstulerat restituit; nichilominus tamen promittens rex Boemie memorato regi Ungarie omnes thesauros reddere, quos aliquando amita ipsius regis Ladislavi Anna regina de Mazowe[f] asportaverat eique tradiderat, videlicet duas coronas aureas et sceptra regalia, ac preciosissimam amphoram auream nobilissimis gemmis undique adornatam mire pulcritudinis, et alia quam plura clenodia aurea que a tempore regis Ungarie Attile, et ab aliis successoribus suis usque nunc in Ungaria fuerant conservata. Sicque rex Boemie reversus est ad propria.

1277. 1277. Rex Boemie Ottacarus ductus penitencia graviterque ferens in corde suo, regina quoque Boemie coniunx sua frequenter eum increpans, quod terras predictas resignaverat, obsides ministerialium Australium et civium, dyademata quoque regis Ungarie et alias con-

a) *ita* 1. Sumerawe 2. b) Ls 2. c) Gawnerucit 2. d) cum i. e. C. *desunt* 2. e) *ita cod. h. p.* 536. sub ligacione 1. sublegacione 2. f) Mazoawe 2.

93) Catharinam. Heinricus autem sine bello ad partes Rudolfi accessit. 94) scil. Hartmanno Chunigunde, Wenzeslao Guta est desponsa.

promissiones factas, sicut anno priori per arbitros diffinitum extiterat, resignare recusavit. 1277.
Tunc[a] rex Romanorum partem Austrie quam regi Boemie sub obligatione pro viginti milibus marcis, videlicet copulatis heredibus pro dote assignaverat, resumpsit. Itaque rex Boemie iterato collecto exercitu grandi Austriam intravit, et omnes munitiones novis instrumentis et machinis, qui catti[95] vocantur, potenter expugnavit, et sic dissensio et guerra gravis oritur inter eos. Nam tota yeme Australes Moraviam et econverso Boemi Austriam, diversis rapinis predis et incendiis vastaverunt. Item eodem anno circa festum omnium sanctorum rex Romanorum et rex Ungarie in confinio circa Haimburgam colloquium habuerunt, ubi rex Romanorum eundem regem Ungarie in filium adoptavit, et omnes Comani regi Romanorum servire promiserunt. Eodem tempore rex Romanorum eundem regem Ungarie apud Bruccam ad prandium invitavit. 95 Nov. 11.

1278. Inclitus comes Iuliacensis[96], dum ad expedicionem regis Romanorum se preparet, et ad civitatem Aquisgrani usque pervenisset, et exactionem quam ei rex Romanorum ordinaverat, a civibus exigeret, subito lite exorta, suadente pestifero consilio, cum duobus liberis suis ac ducentis militibus et fere mille aliis hominibus suis prochdolor in quadragesima ante ecclesiam beate Virginis a predictis civibus et vulgo est miserabiliter occisus. Revertamur ergo ad propositum. Et quia natura humana semper prona est ad litigium, videns rex Boemie quod nil proficeret, restituit Australibus obsides et captivos. Dyademata vero regis Ungarie reddere[b] noluit, asserens quod hec et alia iuveni regi Ungarie adhuc puerulo usque dum perveniret ad annos discretionis, dignius quam alius et fidelius teneretur propter lineam consanguinitatis conservare. Frequenter vero predicto Romanorum regi scribebat verba pacifica in hunc modum, sed[c] in dolo: ***Serenissimo domino suo R. Dei gratia Romanorum regi semper augusto, Otacarus Dei et sui gratia Boemie rex*** etc. Iterum Henricum illustrem ducem Bawarie ac alios principes circa Renum tam seculares quam spiritales sua corrupit peccunia, qui omnes obliti iuramento et fidei sue, serenissimum regem Romanorum Rodulphum penitus solum derelinquunt. Porro rex Boemie iterato collecto exercitu forti et magno, cum machinis et diversis instrumentis et armis bellicis manu valida Austriam ingreditur, prius Prage a suis licenciatus, et ab omni clero et populo universo cum multis[d] gemitibus[e] processionaliter de civitate eductus, quamvis quod dictu nefas est, nunquam litteras diffidencie regi Romanorum premisisset. Et quia fraus et dolus non debet alicui patrocinium impertiri, Rodulphus vero Romanorum rex, qui sic ab eo fraudulenter circumventus fuerat, cum Australibus et Stiriensibus peroptime expeditis et paucis Suevis, presente rege Ungarie cum suis, cum tamen vix unum pugnantem adhuc contra duos adversarios, et non nisi ducentos et quinquaginta dextrarios faleratos contra mille et centum parte ex adversa haberet, sepedicto regi Boemie viriliter cum suis paucis, in Deo ponens spem suam, quia Domini est salus. Septimo autem Kalendas Septembris, que fuit feria sexta proxima post Bartholomei, in campo qui vulgariter dicitur Ydungspeugen, circa Marchiam ex utraque parte ad prelium convenerunt. Ordinatisque hinc inde agminibus rex Romanorum tam Comanis quam christianis pro signo nomen Christi precepit invocare, ut ubicumque essent illa die, in bello pariter vel dispersi, hoc nomen ***Christus Christus*** a quolibet clamaretur. Itaque nomen Dei gloriosum et benedictum ***Christus***, quod exercitui regis Romanorum in signum datum fuerat, quod semper antea ab incredulis Comanis et a semichristianis Ungaris blasphematum et pro nichilo fuerat reputatum, hac die communiter tam a Comanis quam a christianis invocando sepissime repetitis vicibus ***Christus Christus*** alta voce ab omnibus proclamatur. Rex vero Boemie suis exercitibus pro signo dederat clamare ***Praga Praga***, et cuilibet album peplum circa collum ante et retro usque ad cingulum in modum stole dyaconi, sicque bellum commissum est ab utrisque. In quo primo conflictu Romanorum rex occiso a quodam sub eo dextrario prostratus in terram prosiliit, sed cito a suis fidelibus sublevatus iterum ad pugnam progreditur. Et ecce mirum in modum totus exercitus Boemie superatus terga in fugam verterunt, relicto rege suo solo. Pars autem adversa eos insequentes sine defensione eos trucidabant. 1278. Mart. 16. Aug. 26.

a) Tunc — resumpsit *desunt* 2. b) reddere — Ungarie *desunt* 2. c) *deest* 2. d) et infinitis *addit cod. h p.* 539. e) lamentabiliter et *addit idem.*

95) Describuntur in Chron. Colmariensi ap. I. F. Böhmer, Fontes Rer. Germ. II, 94. 96) Wilhelmus, quem alii anno 1277 occisum esse tradunt, v. Lacomblet, Urkundenbuch f. d. Geschichte des Niederrheins II, 415. Kopp, König Rudolf, I, 240. Böhmer Regesta Imp. p. 361. Et certe obsides ab Otakaro iam a. 1277 redditi esse videntur.

1278. Alia vero pars in fuga flumen transire cupiens submergebatur, descenderuntque in profundum gurgitis quasi lapis, in modum quondam Egiptiorum in mari rubro. Iam enim equor spumantis elementi in cruorem suum mutaverat colorem, et sanguis occisorum et vulneratorum ac submersorum super undas gurgitis fluebat. Plures etiam ex eis a Comanis capti, vinculati, vulnerati, miserabiliter deducebantur, raptis et spoliatis thesauris regis Boemie in curribus et in tentoriis suis et suorum inventis. Quidam etiam alii venientes regi Boemie in adiutorium cum copiosa multitudine, antequam pervenirent ad exercitum videntes et audientes fugam Boemorum, revertentes fugiebant et ipsi absque persecutore. Miserum vidisses spectaculum in campo iacentium inestimabilia corpora hominum occisorum, cadavera equorum innumerabilium in suo cruore volutantium, viscera heroum a canibus et avibus circumtrahencium, et non erat qui sepeliret. Ipse autem rex Boemie inclitus ab hostibus capitur, trahitur, percutitur, ab equo eicitur; a Berthaldo dapifero de Emberwerch[a] ac aliis multis nobilibus nimium fessus ad terram deicitur, et per cervical lancea perforatur, ac aliis plagis affectus ultimo gladio transfixus, in eodem loco mortuus est. In illa die cessavit iugum Boemorum super Australes, Stirienses, Carintianos, quos indebite per longa tempora[b] afflixerant. Quosdam etenim nobiles idem rex ad caudas equorum per civitatem suam traxerat, ultimo cathenis ferreis ad commune patibulum suspenderat; quosdam[c] etiam in turribus suis Vienne[d] combusserat, alios vero decollaverat, taliaque et similia multa ipse et sui homines perpetraverunt. Vidisses catervatim decem milia et sepe plures Comanorum, qui odio eius Moraviam, Austriam, Stiriam intrabant, et flammis, rapinis virorum ac mulierum, puerorum quoque, ultra centum milia deducentes ad paganismum exulabant[e]. Ipse etiam in quantum
cf Levit. 24, 19. Is. 65, 6. potuit eis vicem reddidit, et sic in eo impletum est verbum prophete dicentis: *Sicut fecisti aliis fiet tibi, retribucio tua retribuetur tibi.* Nunc igitur quod incepimus perficiamus. Rex igitur Ungarie, ut pretactum est, cum suis sumptis spoliis et captivis, per Boemiam remeare proponebat. Sed Romanorum rex nullatenus permisit, tanquam homo pacis amator si permitteretur, ne christiani per Boemiam degentes Comanorum rabie prorsus inficerentur ac
Sept. destruerentur, et sic ad propria sunt reversi. Rodulphus vero Romanorum rex Moraviam intrat cum suo exercitu, quam per omnia sibi subiugavit. Cum autem versus Pragam vellet
Oct. iter arripere, illustris Otto marchio de Brandenpurch[97], qui post obitum avunculi sui regis Boemie civitates[f] et castra in regno Boemie, thesauros quoque ipsius regis[g] arripuerat, ei resistere nitebatur. Venientes ergo ambo cum suis exercitibus fortissimis et ingenti apparatu
98 armorum usque ad Coloniam iuxta Albiam[98], mediantibus principibus ac aliis nobilibus multis inter eos pace reformata, sub hac conditionis forma amicabiliter inter se convenerunt, quod relictus iuvenis filius regis Boemie pie recordationis, filiam regis Romanorum sicut olim adhuc patre vivente ordinatum fuerat, legitime duceret in uxorem; fratri vero marchionis predicti etiam filia regis Romanorum ibidem desponsatur[99]. Sicque regnum Boemie et puer iuvenis regulus super fidem suam marchioni est commissus. Regi vero Romanorum Mora-
Dec. via ad quinque annos est commissa, et sic ad Austriam rediit cum triumpho; totus etenim clerus et congregationes religiosorum Vienne cum crucibus et vexillis et reliquiis ei occurrentes, cum gaudio eum receperunt[h], cantantes responsorium: *In ymnis et confessionibus* etc.[i] Rex autem Ungarie, ut supra dictum est, cum suis reversus ad propria, per totum regnum suum mandavit diem occisionis regis Boemie sollempniter celebrari, nec quippiam operis faciendi illa die nisi choreas ducere[k]. Exasperatio enim longissima vigebat inter eos, et hec eis odii fomentum ministrabat. Ipse enim rex Boemie cum antiquo rege Ungarie Bela quondam cum innumerabili exercitu pugnaverat, et quamvis rex Bela inestimabilem exercitum haberet, tamen rex Boemie in publico bello devicit eum. Post mortem vero eius successit ei Stephanus filius eius, qui regnavit pro eo; cum quo similiter rex predictus Boemie diversa bella exercuit. Iacuit enim in Ungaria potenter cum ingenti exercitu et copioso nimis diebus multis, quod ab antiquis temporibus usque in hodiernum diem neque in cronicis, nec

a) Bertholdo d. de Emmerberch 2. b) p. multa talia 2. c) q. alios in turribus pessime fame perdidit, alios decollaverat, et innumera mira mirabilia fecit, et quemadmodum ipse fecit, sic factum est sibi. Nunc igitur *etc. Cod. hist. prof.* 536. d) *deest* 2. e) exultabant 2. f) civitates — Boemie *desunt* 2. g) regni 2. h) devocius *addit cod. h. p.* 536. i) *ibidem accedit epigramma.* O rex Ottachare, quondam pugnabas honeste. Nunc stas in pannis depictus cum thatermannis. k) et in omnibus letari *ib.*

97) dictus Longus, filius Ottonis III. et Beatricis, sororis Otakari. 98) Kolin. 99) Ottoni Parvo Hedwigis.

in gestis regum vel imperatorum legitur hoc factum fuisse. Postmodum castra regis Ungarie 1278.
in confinio sita Austrie destruxit et funditus subvertit, ita quod non remansit lapis super lapidem. Item sui homines nocturno tempore Bosonium castrum violenter obtinuerunt, civitatem flammis succenderunt, ita quod cives et uxores ac filie eorum et alie mulieres vix arreptis palliis, quedam camisiis, alie vero peplis, vel quicquid pre manibus invenire poterant, quedam vero nichil, omnes sic ad domum fratrum minorum confugerunt, et quam plures nude super stramen tota die ibi sederunt[a]. Episcopum etiam Georinum in proprio castro ceperunt, et civitatem potenti manu obtinuerunt; ipsum quoque episcopum in vinculis suis diu captivum detinuerunt. Non multo post Nitriensem episcopatum destruxerunt et conbuserunt; viros etiam et mulieres qui ad ecclesiam confugerant trucidabant, pueros autem in cunis iacentes Boemi per pedes arripiebant, et eos ad columpnas lapideas ecclesie collidebant. Pro talibus et hiis similibus et ipsi Ungari et Comani, ut supradictum est, Austriam et alias terras regis Boemie incendio et rapinis devastabant, viros quoque, mulieres et parvulos velut pecora per turmas secum deducebant, raroque fuit pax inter eos. Mortuo Stephano rege Ungarie Ladislaus filius suus regnavit pro eo, cum quo etiam rex Boemie multa bella exercitatus[b] usque ad adventum regis Romanorum; tunc excussum fuit iugum Boemorum a cervicibus Ungarorum, a quibus graviter opprimebantur. Revertamur ergo ad materiam. Rex autem Boemie illa die qua occisus est, nudus ut egressus de utero matris sue fuerat, per predictum Berthaldum dapiferum plaustro superponitur, et in Marhekam ducitur. O mira Dei dispositio et tremendum eius iudicium, quod tantus rex et princeps sublimis diversarum provinciarum, mundanarum diviciarum opulentissimus, qui dominabatur a mari usque ad mare, qui aliis magnifice dona donaverat, non habet ubi capud suum reclinet, vel unde sua tegat verenda. Heri multis nobilibus imperabat, hodie unus imperat ei. Heri cum suo exercitu terram tegebat[c], hodie tegitur a terra. Heri aliis purpura dabat, hodie non habet unum linteamen. De Marheka vero ducitur in Viennam, ibique lamentabiliter suscipitur, et ad Scotos ponitur. Mane de domo Scotorum cum toto clero et religiosis sub silentio, nullo cantu premisso, nullis campanis pulsatis, ad domum fratrum minorum deportatur, ibique nuda facie omnibus ostenditur. Postea eiectis interioribus, corpus speciebus conditur, lineis mundis et purpura a regina Romanorum datis involvitur, et in capitulo fratrum minorum intumulatus, nullis fidelium[d] pro eo exequiis celebratis, nec campanis pulsatis, nec missis dictis, fere 30 ebdomadibus in feretro conservatur. Deinde venientes sui Boemi rece- 1279.
perunt eum, et assignaverunt eum fratribus minoribus in Znoyma, ibique iacet[e] intumulatus usque in hodiernum diem[e]; et merito divino operante iudicio, ut qui alios occidit ecclesiasticamque sepulturam negavit, ipse puniatur in eadem. Dux Brabantie, et socer suus comes Flandrie, et alii viginti denominati et magni comites magnum et innumerabilem ac nostris temporibus inauditum colligentes exercitum, sicut regi Romanorum in litteris quas vidimus et alii plures, demandatum fuit, duodecies centum milia, usque ad civitatem Aquisgrani et ad partes Colonie pervenerunt. Sed nullus inter eos nisi vix quatuor viri processum eorum agnoscere potuerunt; nichil etiam egerunt, et sic sine aliquo fine certo determinato ad propria sunt reversi[1]. Notandum etiam inter cetera quod curialis et mirabilis casus Vienne 1
accidit et quamvis sit sine utilitate, tamen pro curialitate quia inconsuetum est ponimus. Dominus enim Otto de Haslawe ministerialis Austrie iam centenarius et ultra, cum filio pronepotis sui Hugone dicto Tuers, qui eodem die a rege Romanorum accinctus est gladio, hastiludium honorifice exercuit.

1279.[f] Dominus Philippus apostolice sedis legatus, Ungariam venit; Ungaros christianos, qui christianam vitam fere obliti fuerant, et Comanos ad fidem catholicam studuit revocare. Sed Ladizlaus rex eorum una cum ipsis paganis et Ungaris suis sanis monitis legati noluerunt obedire.

1280. Saturnus planeta apparuit, quarto Kalendas Februarii ab hora nona usque ad 1280.
undecimam horam diei artificialis. Dominus Petrus Pataviensis episcopus obiit, Kalendis

a) steterunt 2. b) *ita* 1. 2. c) cogebat. h. regitur terra 2. d) *ita cum cod. h. p.* 536. *legendum pro* infidelium; nichil inf. 2. e) iacuit eciam per multa tempora intumulatus *h. p.* 536. f) *sequentium excerpta habemus in codicibus* 2) *episcopati*, 3) *hist. pruf.* 668.

1) Iohannes dux Brabantiae, gener Widonis comitis Flandriae, a. 1279 urbem Aquisgrani cum exercitu petiit, ulterus occisionem comitis Iuliacensis; v. Ann. Colmar. h. a.

1280. Maii. Dominus Wichardus substituitur, et dominus Chunradus Himpergarius in episcopum
2 Kiemensem eligitur; qui simul ab episcopo Tripolitano, apostolice sedis legato[2], Vienne consecrantur, 3. Nonas Maii. Item[a] mense Iulio inundatio maxima fit. Danubius multa edificia circumquaque destruxit. Item mense Augusto, 4. Nonas, tonitrua, grando, choruscationes, et impetus pluviarum fit in Austria, ita quod minime ripe ex insperata velocitate accrescendo homines extinxerunt. Venti quoque nimium validi circa Lilenvelt supellectilia, veluti sunt dolia et scrinia, ultra montes ad quatuor stadia detulerunt. Item dominus Rudol-
Sept. phus Romanorum rex, contra Ottonem marchionem de Brandenpurch versus Boemiam movens in autumpno; sed per copulationem puerorum, videlicet Ludovici comitis palatini et ipsius marchionis, bellum est sopitum.

1281. 1281. Filia regis Rudolphi ducitur versus Apuliam, que nepoti regis et senatoris Karoli copulatur[3]. Anna vero mater eius dum ipsam transmissam nimium lugeret, moritur pre
Feb. 16. dolore 14. Kalendas Maii[4]; cui celebratis sollempniter Vienne exequiis, versus Basileam[b] ducitur ad sepulturam. Item hyemps multum aspera fuit; in fine Februarii nix in multis
Mai. terminis coacervatur, quod multe ville vix apparuerunt. Item dominus Rudolphus Romanorum rex Austriam egreditur versus Franconiam et ad partes Reni procedens, filium suum Albertum Austrie et Stirie constituit provisorem. [1283[c] Ruodolphus Romanorum rex Auguste curiam celebrat, ibique de consilio et voluntate nobilium qui aderant, Albertum filium suum ducem Austrie et Stirie constituit.] Item[d] terremotus factus circa Novam civitatem, 15. Kalendas Iunii; et ecce mirum in modum ibidem quedam puella octo annorum concepit per servum decem annorum, et peperit, sed in partu moritur. Item mortalitas maxima ani-
Dec. 20. malium fit in Austria. Item comes Hermannus filius regis Romanorum Renum navigio descendere cupiens, cum aliis sedecim nobilibus submergitur, 13. Kalendas Ianuarii.

1282. 1282. Maxima mortalitas hominum fit per Boemiam et Moraviam. Nam[e] Prage ac Brunne et alibi defuncti innumerabiles, velud fenum in curribus ad agros ducebantur; ibi in fossis profundis catervatim obstruuntur, tempore hyemalis et veris. Item dominus Rudol-
Dec. 27. phus Romanorum rex apud Augustam filiis suis Alberto et Rudolfo terras Austriam, Stiriam, Carinthiam, Marchiam, Portus Naonum contulit mense Decembri.

1283. 1283. Karolus[f] rex Sicilie et senator Urbis a quodam rege Navarre[g] vincitur, in magna parte terrarum suarum. Item dux Albertus primam expeditionem suam contra Heinricum ducem Bawarie movit, pro parte Austrie superioris, quam pater suus genero suo Ottoni filio ducis Henrici obligaverat; filia predicta anno priori iam defuncta. Sed in confinio, circa Ried, per comitem Minhardum de Goritia illa guerra est sopita.

1284. 1284. Post nativitatem Domini Ladislaus rex Ungarie prope terminos Austrie cum multis milibus Ungarorum et Comanorum castrum [Pernstain[h]] cuiusdam comitis sui expugnare
Ian. conabatur; sed propter improbitatem suorum nil profecit, et sic reversus est ad propria. Eodem anno dux Austrie Albertus filius Rodulphi Romanorum regis, tria castra Co radi
Iun. Sumrowarii infra paucos dies post pentecosten expugnavit. Eodem tempore maximi insonuerunt rumores fere per totam Alemaniam de adventu quondam Friderici imperatoris[i],
5 et cum fere omnes Renenses ad se attraxisset, ita quod pro vero habebatur, tandem[5] a Rodulpho rege conbustus est[k]. Anno Domini 1284 rex Arragonum bellum commisit cum Karolo rege Apulie Sicilie et Calabrie, fratre clare memorie domini Ludwici quondam regis Francie, occisisque ex utraque parte innumerabili multitudine, tandem rex Arragonum potenter victoriam obtinuit, fugato turpiter Karolo de bello, quamvis papa tota virtute sua cum suis hominibus et pecunia tocius ecclesie ei assisteret. Qui papa in tantum odio habebat Theutonicos, quod ipse frequenter optabat effici ciconia sub hac forma, quod Theutonici in paludibus essent rane, ut saltem sic eos posset devorare; aut in lacu esset lucius et ipsi

a) *hic desinit cod. Monacensis.* Item — sopitum *desunt* 2. 3. b) *primo scriptum erat* basilicam, *sed manu 2. correctum est.* c) 1283 — constituit *signo hic appicto in margine alia manu scripta sunt. Quae* 2. 3. *in principio anni sequentis collocant.* d) Item — moritur *anno* 1283 *adscripta sunt* 2. 3. *Sequentia ibi desunt.* e) Nam def. v. f. in c. ad a. d. et in una fossa aliquando centum (ducenti 3.) vel plures sepeliebantur 2. 3. Item — Decembri *ibi desunt.* f) Karolus — sopita *desunt* 2. 3. g) a Petro rege Aragonum *alia manus in margine cod. hist. prof.* 497 *scripsit; eadem post* suarum *addidit* privatur. h) *alia manu in marg.* 1. i) *alia manus pergit* 1. k) *iterum alia;* Anno — mortuus est *desunt* 2. 3.

2) Paulo, qui Aug. 31. chartae Rudolfi regis de fundatione coenobii S. Crucis in Tulna testis subscripsit. 3) Clementia uxor Karoli Martelli. 4) imo *Martii* ut ostendit I. E. Kopp, König Rudolf und seine Zeit I, 379); eundem diem habent Necrol. Runense et Altahense. 5) Iulio a. 1285.

pisces, quod sic eos posset deglutire. Filius vero Karoli maior natu collecto exercitu magno 1284.
valde et forti, cupiens patris iniuriam vindicare, processit contra regem Arragonie, ordinatisque hinc inde agminibus bellum committitur, prostrataque ex utraque parte maxima multitudine filius Karoli vincitur, capitur, vinculatur[6]; reliqui homines sui in villis et civitatibus 6
occiduntur, quidam manibus et pedibus mutilantur, et sic omnes penitus extirpati sunt de illa terra. Non post multum vero temporis spacium rex Karolus mortuus est[7]. Eodem anno in estate, in partibus Austrie, circa Spanneperch in meridie facta sunt fulgura ac tonitrua horribilia et coruscationes et nubium disruptiones ac pluvie ingentes, in tantum quod aque de vicinis montibus defluentes in villis circumadiacentibus cooperiebant domos et horrea, submersaque est ibi in quibusdam villis multitudo hominum cum parvulis et mulieribus, pecoribus et iumentis. Quidam qui evaserunt, fugerunt ad montes et turres et ecclesias. Postmodum vero multa corpora hominum in campis et abruptis montium et petrarum sub sabulo et harena mortua sunt inventa. Miserum erat videre spectaculum, pueros ad mamillas matrum pendentes, parvulos in cunis super undas fluentes, et non erat qui adiuvaret.

Anno Domini 1285 post nativitatem Domini Comani et Tartari cum innumerabili mul- 1285.
titudine intraverunt Ungariam, et vastaverunt eam, et occiderunt et deduxerunt ex ea innumerabiles viros et mulieres et parvulos eorum; tandem vero ab incolis terre circa Septem castra turpiter sunt de terra fugati, occisis ex eis innumerabili multitudine. Reliqui[a] vero qui evaserunt, quamvis pauci, fugientes latitantes inter montes et valles nemorosas, divino iudicio ibidem fere omnes perierunt. Nam Dominus qui ubique est protector in se sperancium, misit super eos nives et pluvias ingentes, confractisque nubibus super eos tanta inundatio aquarum irrupit, quod fere omnibus submersis pauci ex eis evaserunt. Eodem anno post pascha Martinus papa, Theutonicorum inimicus, mortuus est; cui successit Honorius IV. Mart. 29.
Eodem tempore in octava pasche[8] obiit magister Gotfridus Pattaviensis episcopus, quon- Apr.
dam notarius domini Rudolfi Romanorum regis; cui successit dominus Wernhardus Prampeche plebanus Wiennensis. Eodem tempore post festum Trinitatis Zabisch[b] quidam Mai.
supanus[c] Boemie sollempniter Prage celebravit nuptias suas cum domina Cbunegunde, relicta domini Ottacari quondam regis Boemie. 1285.[d] Ditrichus landgravius Duringie Wienne cum magna sollempnitate duxit in uxorem dominam Al. filiam Mainhardi comitis Tirolensis[9], sororem ducisse Austrie, presentibus episcopis Frisingensi[10] et Seccoviensi[11], ac 9
nobilibus et ministerialibus fere cunctis Austrie et Stirie. Eodem anno dominus R. Roma- Ian.
norum rex in Egra sollempniter celebravit nupcias filie sue quam tradidit filio domini Ottakari pie recordationis quondam regis Boemie, quem eciam ibidem in regem Boemie coronavit. Eodem[e] anno frater Ebrehardus ordinis fratrum Augustinensium floruit, generalis et sollempnis predicator, ad cuius sermonem plusquam centum milia hominum catervatim confluebant. Postmodum a quadam sorore toxicatus fuit veneno, et mortuus sepultus in ecclesia sancti Stephani circa altare sancti Iohannis euangeliste[f]. Eodem anno post festum sancti Iohannis baptiste rex Arragonie[12], postquam Karolum regem avunculum Philippi, incliti re- 12
gis Francie, potenter expulit de regno Apulie et Sycilie, suosque homines radicitus extermi-
navit de terris illis, decollavit filium Karoli regis, quem tenebat in vinculis, qui post eum regnaturus erat. Rex autem Francie egre ferens hec et alia quamplura Karolo avunculo suo a rege Arragonum facta, cum dissimulare nequiret vindicare cupiens, collecto exercitu grandi ac inestimabili cum forti robore intravit provinciam Sancti Egidii, fultus auxilio ducis Brabancie[13], comitisse Flandrie, Holandie et Picardie, ducum Lotharingie ac Burgundie, ac 13

a) Reliqui — eis evaserunt *in margine suppleta sunt* 1. b) *ita* 1. Zaebisch 2. Zebisch 3. c) supanus — regis Boemie *in loco raso; et post haec quoque erasae sunt* 9 *imeae, scil. haec*: . . . prostrato duce brabancie et duce lotharingie et multis aliis principibus cum tota milicia ipsorum. Rex vero Francie graviter vulneratus vix evasit. Interim comes Flandrie et comes de Gelre pugnabant contra archiepiscopum Coloniensem in qua pugna occiderunt archiepiscopum et alium quendam episcopum adiutorem suum et . . . . . d) Item 2. 3. e) Eodem — pax terris suis. Eodem vero anno *desunt* 2. 3. f) *alia manus pergit* 1.

6) Karolus postea rex. 7) 1285, Ian. 7. 8) i. e. Apr. 1. Sed eo modo saepe non certus aliquis dies designatur, verum tota post illam dominicam sequens hebdomas. Certe Gotefridus Apr. 2. adhuc testis adscriptus est in privilegiis regiis. Necrol. Baumburgense, Mon. Boica II, 265. mortem eius tribuit d. Apr. 26, alii 8, alii 16. Nurenbergae eum obiisse habet Cont. Florianensis. 9) potius Fridericus Agnetem. 10) Emichone. 11) Liupoldo. 12) Petrus; sed Karoli I. filium occisum esse, falsum est: imo patri hoc anno mortuo in regno successit. 13) Iohannis I; sed hic minime occisus est, neque rex Franciae captus: imo proelium tantae magnitudinis omnino nullum commissum, sed

1285. aliorum multorum nobilium et episcoporum ac archiepiscoporum diversarum provinciarum. Rex quoque Anglie miserat ei in adiutorium septem milia militum ad pugnam electorum. Sed cum per mare Anglicum vellent transfretare, flante contrario vento aquilonari, a quo panditur omne malum, omnes submersi sunt in aquis vehementibus, nec unus quidem evasit ex eis. Rex autem Arragonum, cum rege Hyspanie[14] ac rege Sarracenorum Granati ac aliis nobilibus baronibus, ducibus et comitibus cum innumerabili exercitu, manu valida et forti nimis ei occurrit. Et cum intrasset Provinciam, terram quondam Karoli, cum suo exercitu, omnium obtinuit munitiones, omnes civitates et ville subdiderunt se sibi; omnes honorifice et sollempniter receperunt eum in dominum, quia formido et pavor irruerat super eos propter fortitudinem sui exercitus, qui cooperuerat universam superficiem illius terre. Commissum quoque est bellum, et cecidit totum honus prelii in die illa super regem Francie, et aggravatum est bellum nimis super exercitum eius, et corruerunt in ore gladii ad estimationem undecim milium militum, inter quos occisus est illustris dux Brabancie cum aliis nobilibus multis: precone regis Arragonum per exercitum valenter clamante et ex parte ipsius districte imperante, quod neminem occidant nisi milites galeatos, knapones vero et scutiferos illesos permittant abire. O Deus omnipotens qui facis mirabilia magna solus, quam incomprehensibilia sunt iudicia tua, et investigabiles vie tue, quia te sustinente tantus sanguis christianorum effusus est. Ibi abiectus est clipeus forcium et hasta eorum confracta. Ibi dux Lotharingie cum fratre suo episcopo Metensi, cum paucis fugam arripiens, vix evasit. Ibi ipse illustris rex Francie a sagittariis insecutus, comprehensus est quasi non esset unctus oleo, et presentatus regi Arragonum; sed propter excellenciam et dignitatem tanti regis noluit eum rex Arragonum captivum secum ducere ad alienam provinciam, sed commisit eum diligenter ac honorifice custodiendum comitisse Campanie, quousque dominus papa et alii principes ecclesie deliberaverint de concordia et de pace reformanda inter eos; et sic ad propria cum triumpho reversus est cum gaudio.

Post[a] occisionem incliti regis Boemie, domini videlicet Ottacari felicis recordationis, Primizlaus filius eius adhuc puer, sub tutoribus et actoribus usque ad prefinitum tempus
1286. nutriebatur, et cum iam adolevisset cepit regnare, anno Domini 1286. Sed sui eum pro nichilo reputantes, bellis, rapinis ac incendiis contra eum rebellantes destruebant terram suam. At ipse contra eos collecto exercitu viriliter more patris sui obsedit castra eorum, et civitates eorum destruxit, munitiones confregit, et quos cepit diversis mortibus crudeliter affecit. Nam quosdam eorum decollavit, alios vero in patibulis suspendit, reliquos autem in rotis confregit, ita quod in quodam campo videbantur plusquam quingenta corpora hominum in rotis et patibulis canibus et avibus lacerandis[b] expositorum; sicque reddita est pax terris suis. Eodem vero anno per totam Austriam et in quibusdam aliis provinciis contigit res prius inaudita et a nostris predecessoribus invisa. Nam galline precipue et in silvis innumerabiles avicule sane iam existentes, subito moriebantur, iamque aer et celum spoliabantur suis aviculis, in tantum quod pice et corvi ac alie aves raro videbantur.

1287. Mart. 16. Anno Domini 1287 in quadragesima, dominica qua cantatur *Letare Iherusalem*, legatus quidam[15] missus a papa in Herbipoli convocavit omnes archiepiscopos et episcopos ac alios prelatos tocius Alemannie, et exigebat ab eis omnem decimationem ecclesiarum suarum, quinque annorum futurorum; qui omnes uno animo[c] contradixerunt ei, rebellantes contra eum, occiso ibi in quodam tumultu filio sororis sue, ac alio quodam nobili Romano. Qui et ipse vix evasit, protectus a domino R. rege Romanorum. Et sic inperfecto negocio rediit ad
Apr. 3. propria, et in proxima cena Domini mortuus est papa, qui eum miserat. Anno Domini 1287 Albertus dux Austrie collecto exercitu cum Stiriensibus et Australibus intravit Ungariam et obsedit Bosonium. Cives autem cum[d] communi consilio tradiderunt ei civitatem, castrum vero expugnavit[e], et[f] posuit homines suos in eo[g].

1288. Nov. 7. Anno 1288, dominica proxima post festum omnium sanctorum, translatus est sanctus

a) *alia manus pergit.* b) *ita codex.* c) anno 2 *et* 3. *ubi correctum est.* d) c. c. c. *desunt* 2. 3. e) expugnatum 2. *deest* 3. f) suis hominibus collocavit 2. 3. g) *alia manus pergit* 1.

peste multi perierunt, qua re compulsus Philippus III. reversus, mox ipse obiit, Oct. 5. Margareta comitissa Flandriae iam 1280 obiit; tunc Guido filius eius comitatui praeerat. Burgundiae dux erat Robertus II. Lotharingiae Fridericus III; sed episcopus Metensis Burchardus de Avesnis, frater Iohannis comitis Hannoniae. 14) Nec Sanctius IV. rex Castellae nec rex Granati huic bello interfuerunt. 15) Iohannes episcopus Tusculanus; v. I. F. Böhmer, Regesta imperii 1246—1313. p. 134.

Virgilius, sancte Salzpurgensis ecclesie quondam archiepiscopus, a venerabili patre et domino 1288.
Ruodulpho, tunc temporis eiusdem civitatis archiepiscopo, ac sancte sedis Romane legato, presentibus octo episcopis suffraganeis suis in maxima sollempnitate cum innumerabili multitudine nobilium ac aliorum hominum utriusque sexus et religiosarum personarum, qui omnes cum magna devotione ad gratiam copiose indulgentie de diversis provinciis ibi convenerant. Catervatim[a] quippe cum incredibili multitudine ruebant populi, in tantum quod ibi equi et homines in pressura moriebantur.

1289 post nativitatem Domini exorta est quedam controversia inter predictum Salz- 1289.
purgensem archiepiscopum et dominum Albertum, illustrem ducem Austrie, pro quodam castro quod ei predictus episcopus destruxerat. Pro qua indignatione dux commotus, collecto exercitu potenter contra episcopum properavit, pulchrum castrum episcopi cum quattuor turribus, Phansdorf dictum, circa Iudenpurch situm, vallavit, breviter expugnavit et destruxit. Pergens ultra, civitatem Frisacensem dicti episcopi obsedit, obtinuit et succendit; muros quoque confregit, multisque malis ibi predis[b] et rapinis perpetratis, cum suis reversus est ad propria. Eodem[c] quoque anno dux predictus invictissimus missis exercitibus suis contra quoddam castrum fortissimum et quasi inexpugnabile, Falcstain dictum, in Bawaria situm, per quod a predonibus castri illius homines sui et mercatores diversarum provinciarum tam in aquis quam terris magnum patiebantur detrimentum per predas et rapinas et hominum captivitates: cum castrum diu fuisset obsessum, homines qui erant in eo fame et siti diu cruciati, cum diucius durare non possent, castrum tradiderunt; sicque abire permissi, dux in eo posuit homines suos, et quod sui predecessores numquam expugnare potuerunt, hodie cum triumpho obtinet et possidet. Eodem[d] tempore et anno, comes quidam Ungarus, Ywanus nomine, sive Iohannes quod idem est, filius comitis Heinrici, homo malignus et totus tyrannus, cum multis annis rebellasset contra regem Ungarie dominum suum, nec eum idem rex sibi subiugare nec vincere posset, obstinatus in sua malicia, eciam fines Ungarie transgressus, Austriam predis et rapinis devastabat; Stiriam quoque et undique circa metas Ungarie velut lupus rapax depredatus est. Invictissimus autem dux Austrie Albertus, cum diucius dissimulare non posset, collecto exercitu magno et forti contra eum volens ipsum velut malum vicinum eliminare a finibus suis, potenter Ungariam intravit, et viriliter expugnavit ac devicit civitates, castra, munitiones et oppida, armis diversis et machinis, et victoriam obtinuit contra fautores et complices comitis predicti. Primo[e] videlicet Mertinsdorf, Chervellenpurch, Rorpach, Paungarten, Walbramstorf, Innerpudemstorf, Chreinstorf, Sant Margareten, Oedempurch, Nekendorf, Chobolstorf, Landeser, Traizzendorf, Rekniez, Stainperge, Pilgreimstorf, Wilamstorf, Pinkevelde, Petersschachen, Alberndorf, Stegraifepach, Drei veste daz drin warten, Niclas tuern, Sleunz, Pertholstorf, Rumpolstorf, Neubaden, Wergestorf, Barmdorf, Wardeschirchen, Zu den Sihuzen, Zuchan ochsen, Awet, Yseneinpurch. Interim quod hec fiebant episcopus Vezprimensis, frater comitis predicti, homo malignus, plus diligens iniquitatem quam benignitatem, multa mala excogitaverat contra Austriam, et plura prius spoliis et rapinis una cum fratre suo perpetraverat; proponens fratri suo venire in adiutorium, convocatis quibusdam comitibus Ungaris, dum super hoc deliberarent, quidam eorum ab eo verbis et factis exacerbatus gladio exempto eum transfixit, et sic divina ultione, qui male vixerat turpiter perit. et episcopatum eius accepit alter. Dux igitur Austrie omnibus supradictis feliciter cum triumpho expugnatis ac devictis, quia instabat messis, et homines sui clandestine ab eo recedebant, reversus est ad propria. Completa messe, dux iterum collecto exercitu cum Australibus, Stiriensibus, Carinthianis, quibus maxime pre ceteris ibi in strage male successit, Suevis quoque ac Bawaris et Bohemis, secundo intravit Ungariam; pociorem civitatem comitis Ywani sepedicti, Gunsam nomine, potenter obsedit. Homines autem illius civitatis ad arma currentes, super muros civitatis et in propugnaculis undique se viriliter defendebant. Nam machinarum lapides, balistarum et arcuum sagittas velut imbres super eos volantes pro nichilo reputabant, insultus hostium minime curabant, muro civitatis interius vulneratorum undique sanguine resperso; et quia comes predictus filios eorum obsides receperat forcius dimicabant. Tandem machina quadam, priapus dicta, muro civitatis magna parte interrupto, cum exercitus ducis per foramen

a) Catervatim — moriebantur *desunt* 2. 3. b) preliis 2. 3. et r. *desunt* 3. c) Eodem — possidet *desunt* 2. 3.
d) *cod.* 1. *in margine:* scribe. e) Primo — ad propria *desunt* 2. 3.

1289. violenter intraret, adhuc Ungari interius lanceis[a] et sagittis, gladiis et securibus, lapidibus quoque et luto locum fortiter defendebant. Miserum vidisses spectaculum. Nam illic viri de muro super homines intrantes ligna et lapides, illac mulieres aquam calidam et sepes ardentes, istic alvearia apum cum ipsis apibus proiciebant. Sed cum non possent prevalere, ignem mittentes totam penitus succenderunt civitatem et fugerunt ad castrum. Casa autem fratrum minorum penitus conbusta, arreptis calicibus et libris ac ornamentis ecclesie recesserunt. Paucis vero diebus transactis castro machinis expugnato, muro funditus suffosso, in magna parte corruit. Castellanus autem cum suis abire permissus, dux suis hominibus et expensis castrum munivit, et sic feliciter cum victoria reversus est ad propria[b]. Eodem anno procedente tempore circa nativitatem Domini, dux[c] Austrie iterum collecto exercitu intravit Ungariam, et castrum quod Mons sancti Viti dicitur, potenter expugnavit et obtinuit,

1290. predam magnam duxit et recessit. Eodem anno inclitus dux Bawarie Henricus mortuus
Feb. 4. est, cui successit Otto filius suus. Eodem anno Rodulphus Romanorum regis filius, cum
Mai. 10. Prage vellet visitare sororem suam, Bohemorum reginam, mortuus est. Eodem anno
Aug. 3. venerabilis pater, dominus Ruodolphus Salzpurgensis archiepiscopus obiit; cui successit Stephanus filius Henrici ducis Bawarie. Eodem anno inveniebantur viole in nativitate Domini et in circumcisione et in epyphania, et deinceps per totam Austriam arbores produxerunt flores in hortis et pomeriis sicut in Maio, et qui vidimus testamur, quia insolitum
Iul. 10. prius fuerat[16]. Eodem anno Ladislaus rex Ungarie a quodam Chomano occisus est, et quidam qui dicebat se fratrem suum esse, et potenter volebat regnare, submersus est[17]. Eodem anno Andreas marchio de Aeste Lonbardus quidam prius ab Ungaris repulsus et fugatus, iterum intravit Ungariam, et benigne ab eis receptus, in regem est coronatus[18].
Iul. 22. Eodem anno nobilis dux Henricus Prezlaviensis mortuus est. .....Eodem anno Luduicus filius
Dec. Luduici palatini, iuvenis bone indolis disciplina et virtute compositus, in hastiludio lancea per collum transfixus, mortuus est. Eodem anno Zabisius sopanus[d] quidam nobilis et potens Bohemus, qui relictam domini Ottacari Bohemorum regis reginam duxit in uxorem,
19 et post mortem eius cognatam ipsius, regis Ungarie sororem[19], de ordine Predicatorum re-
Aug. 24. ceptam duxit in coniugem, a Nicolao duce Oppaviensi pro suis maleficiis decollatur.

1291. 1291.[e] Andreas rex Ungarie, de quo prius mentio facta est, collecto exercitu maximo et forti pugnatorum et sagitariorum ad estimationem 80 milium, Cozlonum, Walachonum, Ruthenorum, Chomanorum, Ungarorum, Septem castrorum, Austriam nemine sibi resistente potenter intravit, per internuncios, comites et episcopos, castra sua et civitates quas dux Austrie Albertus possidebat humiliter et benigne repetens, et tanquam homo pacis, nec ipsum ducem nec terram suam voluntarie offendens si dux admisisset, et suis petitionibus acquievisset: útpote[f] qui ab ipso duce cum tota familia sua, antequam Ungariam intraret, et regnum esset adeptus, Wienne degens victualia sua longo satis tempore ab ipso duce receperat. Duce vero in sua pertinacia permanente, dum[g] nil ei reddere vellet, rex ad instanciam suorum a flumine dicto Leytha, qui dividit utramque provinciam, usque ad civitatem Wiennam, et etiam ante ipsam civitatem, et a Wienna usque ad Novam civitatem, predis, incendiis et rapinis terram[h] devastavit. Insuper[i] quasdam munitiones potenter expugnavit, obtinuit et confregit; ecclesias cremavit, viros et mulieres et parvulos quos reperit captivos duxit, segetes tempore messis tam per pabulum quam per incendium et conculcationem pedum equorum ac hominum penitus devastavit; et talis pestilencia sex septimanis in terra ista duravit, et multo deterius huic terre fecit, quam Bela quondam potentissimus Ungarorum rex olim cum maiori exercitu in terra ista iacens unquam fecerit. Tandem mediantibus episcopis et archiepiscopis ac comitibus Ungarie, qui destructioni terre conpaciebantur, videntes hominum miseriam, matronarum ac virginum defloracionem, virorum ex utraque parte
Psal. 9, 23. stragem, tocius terre cottidie inflammationem, secundum verbum psalmiste dicentis: *Dum*
Aug. 28. *superbit impius incenditur pauper*, pace inter regem Ungarie et ducem Austrie reformata[20],

a) i. se fortiter defendebant. Tandem dux civitatem et castrum cepit. Eodem anno *etc.* 2. 3. b) *alia manus pergit* 1.
c) dux — inclitus *desunt* 2. 3. d) supanus 2. 3. e) *numerum omiserunt* 2. 3. f) utpote — receperat *desunt* 2. 3.
g) p. terram Austrie a. fl. d. L. usque ad W. et a W. usque 2. 3. h) penitus 2. 3. i) Quasdam etiam m. exp.
o. et confregit. Tandem per archiepiscopos et episcopos utriusque terre pax inter eos et concordia est reformata 2. 3.

16) Similia in fine a. 1289 referuntur in Ann. Colmariensibus. 17) Andream fratrem ipsius iussu Ladislai submersum esse Longinus refert. 18) 18. die post mortem Ladislai. Thwroz c. 82. 19) Iuttam sororem Ladislai. 20) Tabulas edidit Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg I, 277.

sub hac forma, quod civitates et castra que ad regnum pertinent, Ungarie regi restituerentur: que vero ad comitem[a] pertinerent comitis Ywani confringerentur, ratum et firmum ab omnibus acclamatur, captivi redire permittuntur, sicque ex utraque parte amici effecti, cum multis lacrimis pre gaudio ab episcopis et clericis sollempniter Spiritus sancti auxilium devote invocato, et *Te Deum laudamus* alta voce cantato, epulati sunt pariter principes, atque super sanctas reliquias ex utraque parte firma pace et concordia iurata, letanter reversi sunt ad propria. 1291. Eodem anno et tempore mortuus est rex Romanorum pie recordationis domi- Iul. 15.
nus Ruodolphus, pater ducis Austrie, regni[b] eius 19. anno; in Spirea sepelitur. Eodem anno a paganis et soldano Babilonensi obsessa est Accaron in transmarinis partibus, civitas magna et fortis, et vallata innumerabili exercitu paganorum, suffossisque muris, 18. die Mai. 18.
mensis Maii, feria sexta, in illa parte civitatis in qua erat defensio regis Cypri, die oriente pugnare ceperunt: civitatem obtinuerunt, omnes viros et mulieres et parvulos occiderunt, tantaque strages ex utraque parte ibi fuit facta, quod corpora occisorum in fossatum civitatis proiecta, repleretur.

1292. Anno[c] Domini 1292 ministeriales quidam Stirie potiores opposuerunt se et rebellaverunt et conspiraverunt contra ducem Austrie Albertum, invocato adversus eum adversarium suum Ottonem ducem Bawarie, cui etiam promiserant tradere terram illam et recipere eum in dominum. Qui collecto exercitu copioso, una cum domino C. Salzpurgensi archiepiscopo Stiriam intraverunt, et multa mala fecerunt in terra. Quibus occurrens dux Austrie manu valida, cum magnis laboribus per vias gravissimas nivium, qui eadem hieme superhabundabant, vix cum suis transiens, excepto quod plusquam sexcenti rustici exercitum precedentes cum scopis ac aliis instrumentis per nives et loca devia parabant ei viam. Qui cum venisset, turpiter et confuse fugavit et expulit ducem Bawarie cum suo episcopo et suis fautoribus de terra. Eodem anno predictus dux Austrie, seductus a Suevis per litteras et nuncios sollempnes vocatus et rogatus est ascendere ad Renum, spopundentes ei coronam regni, ac eligere eum in regem Romanorum. Qui cum sollempniter ascendisset, et electores principes regni die statuta convenissent, uniformi consilio et consensu Adolfum, filium sororis comitis Eberhardi de Cazzenellebogen, elegerunt in regem Romanorum. Sicque dux Mai. 5
Austrie frustratus spe sua, tamen exceptis sex septimanis anno uno mansit ibi, cum diversis diversa exercens prelia; in quibus omnibus feliciter ac prospere succedens, receptis a rege Nov.
Romanorum feodis suis, reversus est cum triumpho ad Austriam. Procedente vero tempore, 1293.
supradicti Stirienses humiliati recommiserunt se gratie sue, dantes ei municiones suas recepit eos ad satisfactionem condignam. Iudei in Crems occiderunt christianum.

Anno Domini 1293 rex Ungarie et rex Bohemie, dux Austrie et dux Bawarie ac archi episcopus Salzpurgensis, qui eorum quidam diu discordes fuerant, de gratia Dei ad firmam concordiam reversi sunt, et gavisa est terra de pace inter principes. Eodem tempore dux Austrie a rege Bohemie rogatus ac invitatus visitare reginam, sororem suam, Bohemiam intravit, sollempniterque a rege consobrino suo ac omnibus nobilibus receptus, excellentissimis quoque exeniis et clenodiis a rege excellenter honoratus, amicabiliter separati, reversus est ad terram suam. Simili modo rex Boemorum a duce Austrie invitatus, Wiennam intravit cum regina uxore sua et copiosa turba nobilium. Honestissime receptus est a duce, duodecim diebus ibi moram faciens in maxima iocunditate nobilium et episcoporum, qui ibi aderant, atque a duce gloriosissimis clenodiis honoratus, reversus est ad terram suam: homines de pacis tranquillitate Salvatoris laudantes clementiam.

1294. Anno[d] Domini 1294. Petrus quidam heremita papa creatur, qui et Celestinus. Hic cum Iul. 5.
a Karolo rege Sycilie Romam ductus est, signis diversis claruit, inter que hoc unum quod vinum dum a cardinalibus bibere cogeretur, quia in spelunca sua aquam tantum biberat, vinum convertit in aquam. Hic Gloniacensem, Cystertyensem, decanum, cancellarium, Parisyenses, cardinales constituit[21]. Sed cum esset vir nimie simplicitatis, per Benedictum Gaye- 21
tanum cardinalem et per alios cardinales potiores includitur, et prefatus Benedictus qui et Bonifacius subrogatur, et Celestinus ab eodem magna custodia, propter signorum miracula Dec. 24.

a) *ita codex.* b) r. e. 19. s. in S. s. *alia manu additum est* 1. c) *manus mutatur* 1. d) *manus mutatur* 1.

21) Inter cardinales ab eo creatos nominantur Simon monachus Cluniacensis, prior Caritatis, Robertus abbas Cisterciensis, Wilhelmus cancellarius Karoli II. regis Siciliae, Iohannes Monachi, canonicus Parisiensis, et Nicolaus Parisiensis.

1294. quibus claruit, et propter tumultuantem populum ad eum confluentem, muralibus obstruitur; tantum sola fenestra admissa, qua alimenta modica poterant ministrari.

1295. Apr. 17. 1295. Eodem[a] anno secunda dominica post pasca, consecratus est chorus in Sancta Cruce[b], cum altariis circumstantibus et capella infirmorum, a venerabilibus Berenhardo Pataviense . . Seccoviense[22] episcopis. Ad quam consecracionem tantus convenit populus, ut non solum totum claustrum sed et nemus circumquaque per dimidium milliare occuparet. Patuit eciam introitus omnibus super venientibus, tam viris quam mulieribus, per omnes officinas claustri per totam octāvam dedicacionis. Eodem tempore tanta fuit austeritas frigoris, ut nix et pluvia plurimos facerent defficere inibi venientes. Eodem anno mortuus

Mai. 23. est magister Gotfridus protonotarius Alberti ducis Austrie, feria secunda in pentecostes, Pataviensis, Wormacensis canonicus, Wienne, in Mistelbach, Herrantstain, ad Sanctum Udalricum, in Nova civitate plebanus, ordinis acolitatus, et sepultus est in capitulo ad Sanctam Crucem. Eodem anno magister Pentzo, secretarius Alberti ducis Austrie, consecratus est in abatem Sancte Crucis. Eodem anno tanta pestilentia in Apulia et per totam Lombardiam facta est, ut in curia Romana multi episcopi et prelati mortui iacerent, et Carulus Martellus rex Sicilie et Ungarie, una cum uxore sua[23], sorore Alberti ducis Austrie, infra 14 dies mortuus esset. Eodem anno tanta inundatio aquarum facta est, ut aqua Wienna hosspitale civium et fontem ante hosspitale situm transcenderet, ita ut infirmi in lectulis natare et vix afugere viderentur; et rivus qui Satelpach dicitur ad Sanctam Crucem per totum claustrum et ante liberariam usque ad gradum ecclesie intravit. Eodem anno circa nativitatem beate Virginis tantus fuit ventus in Austria, ut crucem de sinistro turri ad Sanctum Steffanum, ecclesie warrohialis in Wienna, deiceret. Eodem anno terre motus factus est tribus vicibus in die sancti Ciriaci martyris. Eodem anno Albertus dux Austrie

[24] et Stirie filiam suam seniorem[24] dedit marchioni de Pranburch in Gretz. Eodem anno

Nov. 1. mortuus est Meinhardus dux Karinthie, socer Alberti ducis Austrie. Eodem anno Albertus dux Austrie et Stirie dolore oculorum nimium agravatus, [immo[c] uno oculo excecatus]

Nov. 11. tandem morbis aliis accedentibus in die sancti Martini Wienne mortuus esse dicebatur. Set per Dei gratiam precibus[d] adiutus pauperum in brevi restitutus est pristine sanitati. Cui ministeriales tam Austrie quam Stirie resistentes, contra eum in Stocharau et in Trebense simul convenerunt, nisi ut consiliis eorum annueret, et Swevos quos nimium dilexit, de terra eiceret, eum pro domino habere nollent. Eodem[e] anno per totam yemen aura adeo ignis fuit, quod stuppis bene caruissent homines, si voluissent[f]. Eodem anno Adolfus rex Romano um Mihsnam cum exercitu intravit, ibique per totam yemem comorans, terram Mihsnensem potenter subiugavit, Chreutzpurch castrum et civitatem valde munitam destruxit. Eodem[g] anno perierunt poma, ita quod in foro Wienne pro infirmis vix parva et corrupta

1296. inveniebantur, 12 pro 8 denariis. Eodem anno ante carnisprivium Andreas rex Ungarie cum maxima sollempnitate duxit in uxorem filiam domini Alberti ducis Austrie[h. 25]. Eodem anno cum per totam terram Austrie dux Albertus Austrie et Stirie crederetur esse mortuus,

[26] sicut superius in sexto capitulo[26] scriptum est, archiepiscopus Salzpurgensis, putans esse verum, per suum vicedominum misit armigeros suos, centum equites et duo milia peditum, qui reptabant in montanis et convallibus sicut vulpes; qui conbusserunt et destruxerunt duci Austrie duas patellas salis et quandam parvam sed curialem civitatem Trohneawe nomine, quam ibidem construxerat dux predictus, et dampnificavit eum ad estimationem fere singulis annis trium milium talentorum. Sed Domino cooperante, qui summus est medicus, cum convaluisset dux a sua gravi egritudine et a toxico quod sumpserat, a quo eciam fere periclitatus fuerat, non presumens de fidelitate suorum Australium, utpote qui sepe offensus fuerat ab eis, inpingentes ei quod nichil daret eis, nisi Suevis suis, et quod omnes proventus terrarum suarum transmitteret ad Sueviam, et inde compararet ibi civitates et castra et posses-

a) *manus mutatur* 1. b) in Austrie *addit* 3. c) i. u. o. e. *manu alia in margine* 1. d) et medicinis a venerabili magistro Gregorio eiusdem ducis phisico *hic inserit* 3. e) Eodem – duci prefato *a.* 1297 *de-sunt* 2. 3. f) voluisset 1. g) *alia manus pergit* 1. h) *in margine adscriptum est* M°.CC.XCVI. *sed expunctum est; 2 et 3 hoc sub a.* 1296 *ponunt.*

22) Heinrico. 23) Clementia. 24) Annam, Herimanno. Sponsalia circa festum Martini a. 1293 facta esse referuntur in Ann. Colmariensibus. Falsus esse videtur auctor Ann. Zwetlensium qui nuptias in a. 1298 differt. 25) Agnetem. 26) scil. singulis periodis, quae rubro distinctae sunt, numeratis; quarum quaevis incipit *Eodem anno.*

siones diversas, et quod nobiles dominas viduas et divites relictas de terra coniugio quando- 1296.
que vi copularet Suevis suis, quod nec castra nec claustra edificaret in terra, sicut fecerant predecessores sui olim; misit ad Sueviam et convocavit eos. Qui honeste manu armata cum copioso exercitu venerunt ei in auxilium, et multa mala fecerunt in terra, expugnantes et impugnantes illos qui opposuerant se sibi; inter quos quendam nobilem dictum Liehtstaener de Falkstaen obtentis omnibus que habebat, qui multa mala fecerat per rapinas in terra, exterminaverunt eum de ea. Alii vero ad concordiam reversi sunt. Postea dux cupiens vindicare dampnum et iniuriam a supradicto archiepiscopo sibi illatam, cum suo exercitu intravit Bawariam, transiens per Stiriam; qui cum suis hominibus ab incolis montium multa pericula perpessus est, nisi quod abbas Admundensis in expensis in quantum poterat subveniebat ei. Tandem pervenit ad quandam civitatem Ratstain nomine, et obsedit eam, et iacuit ibi per Iun. 29.
longum tempus, sed non profecit, quia erant intus optimi defensores, homines ducis Bawarie et archiepiscopi, qui defendebant se viriliter; et sic multis hominibus ibi perditis recessit Iul. 13.
ab obsidione, volens venire in adiutorium genero suo, regi Ungarie, qui eodem tempore cum suo exercitu iacebat in obsidione quorundam castrorum comitis Ywani, et cum obtinuissent ei violenter tria castra, recesserunt et reversi sunt ad propria. Dux vero assumptis Suevis suis, cum eis ascendit Bawariam, cupiens confirmare pacem inter ipsum et ducem Bawarie et archiepiscopum, et sic Suevi recesserunt de terra, nunquam de cetero si Deo placet redituri. Amen.

1297.[a] Dux Austrie Albertus expulit de terris et confinibus suis probum virum ac sol- 1297.
lempnem ministerialem dominum de Sumerawe, confractis castris et destructis munitionibus suis[27]. Qui transtulit se ad regem Romanorum, et verbis ac consiliis suis erga regem predictum multa mala procuravit duci prefato. 27
Eodem[*] anno in estate multo plures homines in diversis locis fulmine perierunt, quam prius antea in multis annis auditum sit, ita quod in messe in uno campo octo fulminati interierunt. Eodem anno et tempore supradicto circa solsticium, verbum verum beati Augustini inpletum est dicentis: *Inpossibile est bene mori qui male vixit.* Item: *Fine malo claudi semper vita mala meretur.* Nam filius cuiusdam Ungari comitis Ywani, homo malus, predo pessimus, sicut multis annis exstitit pater eius, divina ultione ictu fulminis mortuus est. Sic Austria liberata est ab eo. Hoc[b] eciam anno abbas Admundensis, Stirie sevus exactor, tirannus et hominum tortor, a quodam suo cognato in lecto suo sagitatus, postea gladiis et cutellis confossus, demum capite truncatus, in sanguine Mai. 24.
suo volutans turpiter vitam finivit, et qui alios sepe cruciaverat et diversis mortibus affecerat, pari pena punitus est. 1297[c] rex Bohemorum Wenzeslaus in pentecosten cum inestima- Iun. 2.
bili sollempnitate ac inenarrabili hominum multitudine, utpote 38 principibus ibidem convenientibus tam secularibus quam spiritualibus, ita quod Praga sua civitas tantam multitudinem hominum capere nequibat, sed in campis cum curribus suis et tentoriis cogebantur manere, per manus archiepiscoporum et episcoporum corona regali gloriose in regem Boemorum sollempniter coronatus est. Simili modo et gloriosa matrona Deo et hominibus dilecta et devota uxor eius, qua numquam fuit dignus, nobilis regina Rodulphi quondam Romanorum regis filia et soror ducis Austrie Alberti, post partum infra dies sue purificationis in lecto suo in reginam Bohemie corona inestimabili precio et decore coronata est ab eisdem archiepiscopis reverentissimis et episcopis devotissimis, a quibus et maritus eius fuerat coro-

[*] Multi homines fulmine perierunt, quod prius inauditum erat, quia in uno campo octo fulminati interierunt; insuper filius comitis Ybani Ungari ictu fulminis mortuus est. Eodem anno dominus Ebergerus pie recordationis abbas in Cella sancte Marie mortuus est. Cui successit dominus Herbordus magne discretionis ac procurationis homo, qui predictum cenobium in multis edificiis utilibus et honestis, videlicet capella multis ornatibus decorata, dormitorio, refectorio, hospitum domo, aqueductu ad lavatorium et piscinam, atque aliis structuris multimode melioravit. Eodem anno rex Bohemorum Wenzeslaus in Praga corona regali gloriose in regem coronatus est. Eodem anno uxor eius, nobilis regina, Rudolfi Romanorum regis filia, in puerperio corona inestimabili pretio coronata est; sed proh dolor 14. die coronationis sue ex hac luce migravit. 2. 3. *ubi sequentia brevissime enarrantur.*

a) *manus mutatur* 1. b) Hoc – punitus est *in margine inferiori scripta sunt; in* 2. 3. *apud a.* 1296 *scriptum est:* Eodem anno abbas Agmundensis capitaneus Styrie occisus est.

27) Hoc anno 1296 adscribitur in Contin. Zwetl. III. Heinricum abbatem anno 1297 occisum esse probat charta Emichonis episcopi Frisingensis in eius gratiam data 1296 Oct. 8. Chmel, Urkunden zur Gesch. v. Oesterreich etc. p. 271. Diem indicat Necr. Admuntense apud Pezium.

1297. natus; sed heu ac prohdolor paulo post versa est in luctum cithara eius, in vocem flencium
Iun. 1. organa eius. Nam 14. die coronationis sue ex hac luce migravit ad Dominum, qui corona vite eterne coronavit eam. De cuius morte tota Boemia, Moravia et Austria condolens stupefacta et turbata, omnes homines tam in villis quam in civitatibus, tam clerici seculares quam religiosi claustrales, per totum regnum Bohemie et ducatum Austrie, exequias sui funeris sollempniter et devote celebraverunt. Precipue vero dux Austrie frater eius, quem nimis tenerrime diligebat, hiis verbis eam luxit quamdiu vixit: *O soror karissima,*

Tu patriam repetis, nos triste sub orbe relinquis.
Te tenet aula poli, nos lacrimosa dies.

1298. Feb. Anno 1298[o] post octavam purificationis beate Virginis convenerunt ad ducem Austrie in Wiennam illustris rex Ungarie Andreas cum uxore sua regina, magnificus Wenzeslaus
28 rex Bohemie, dux Saxonie[28], marchio Brandburgensis[29], dux Opulie, dux Oppavie[30], marchio de Phile[31], et alii quamplures nobiles, barones, ministeriales et milites; episcopus Basiliensis[32], episcopus Constanciensis[33], episcopus Olmuncensis[34], episcopus Pataviensis[35], electus archiepiscopus Strigoniensis[36], episcopus Geurinensis[37], episcopus Pragensis[38], episcopus Frisingensis[39], episcopus Vezprimensis, episcopus de Quinque ecclesiis, episcopus Seccovien-
41 sis[40], episcopus Chymensis[41], episcopus Colocensis, episcopus Wazensis, frater Antonius episcopus Erloensis, ordinis fratrum minorum, et alii quamplures persone sollempnes, abbates et prepositi, canonici et comites Ungari multi. Certe ab antiquis temporibus est inauditum, ad unum ducem tot et tantas illustres convenire personas. Et venerunt cum tanta multitudine Ungarorum et Comanorum, quod vix poterant invenire hospicia in civitate, immo circumquaque extra portas civitatis receperunt se cum equis suis in cubiculis et stabulis et cameris, in stupis, de suis commodis hominibus expulsis et eiectis. Qui cum suas nequicias cum uxoribus et filiabus et ancillis proborum virorum cum quibus hospitabantur cuperent exercere, extra portam stupe a convicinis et concurrentibus decem in una stupa sunt occisi*.

Feb. 12. In eadem septimana, feria quarta, in presentia tantorum nobilium supradictorum copulavit rex Ungarie filiam suam[42] filio regis Boemie, cum ingenti tripudio et sollempnitate ut decui tantis principibus, et tota terra gavisa est de pace et concordia tantorum principum, Deo referentes gratiam et gloriam, et sic omnes reversi sunt ad propria. Hiis omnibus rite et honeste peractis, dux Austrie potenter cum adiutorio cunctorum principum et nobilium suprascriptorum vallatus ingenti exercitu perrexit ad Renum contra regem Romanorum, qui hostiliter destruebat omnia sua et suorum sibi astancium*.

Cum[b] autem rex Adolfus ut supra dictum est ducem Albertum de Austria vellet circumvenire, et terris suis privare sine causa: ecce per principes predictos qui ad ducem usque Wiennam venerant, facta est valida conspiratio adversus regem Adolfum, quorum consilio et auxilio predictus dux Albertus vocatus ab archiepiscopo Maguntinensi domino Gerhardo,
Febr 19. in capite ieiunii cum paucis Australibus et fere trecentis Ungaris proficiscitur per Bawariam conditionaliter et pacifice. Per Sweviam autem bellando malis gratibus regis Adolfi, Argentinam usque pervenit, ubi** ab episcopo[43] eiusdem loci et a multis nobilibus gloriose est receptus. Tunc archiepiscopus Maguntinensis regem Adolfum per sententiam iustam et con-
Iun. 23. dignam Maguntie factam execrat et condempnat. Et in vigilia beati Iohannis baptiste facta electione, Albertus dux Austrie in regem Romanorum est electus. Ad quem tunc episcopi et alii multi nobiles confluunt, comites et potentes, cum quibus Albertus electus profectus

* Dicitur quod unus illorum faerit filius Albrammi regis Comanorum. *cod. 1. in margine manu eadem. Deinde verba aliquot erasa sunt.*

** cuius episcopus et cives eidem adherentes sibi auxiliari et contra predictum regem Adolfum astare iuraverunt. Deinde inter c. 2. 3.

a) *In* 1. *parte paginae vacua relicta rubro inscriptum est:*

Moguntinensis baculi gestator et ensis
Ornatu legum mutat dyademata regum.

Postea inserta est fabella de puella et medico: Das ist geschehen dacz Paris. Ein arczt — und storb. *Utrumque manu eadem cum gestis annorum* 1326. 1327. b) *alia manus pergit* 1.

28) Albertus II. gener Rudolfi regis. 29) Hermannus gener Alberti. 30) Nicolaus, filius Otakari. 31) scil. Otto Brandenburgensis, dictus cum telo. 32) Petrus. 33) Heinricus. 34) Theodericus. 35) Wernhardus. 36) Gregorius. 37) Theodorus. 38) Gregorius. 39) Emicho. 40) Ulricus. 41) Albertus. 42) Elisabeth, natam ex priore regis coniugio cum filia ducis Glogaviae. 43) Conrado.

est ad quandam civitatem dictam Alcey, quam expugnat et succendit. Deinde inter cenobia 1298.
Munstreis[a] et Rosental castra metatus est; illic ipsum depositus rex Adolfus cum duobus
ducibus Babarie Ottone et Rudolfo et aliis multis principibus et comitibus insequitur vehe-
menter. Electus vero Albertus expeditus ad pugnam, et in die sanctorum Processi et Marti- Iul. 2.
niani inter ipsos bellum est commissum; uterque vero conparuit in armis sub vexillo regis
Romanorum. Sed sub vexillo Australi Albertus electus victoriam obtinuit et vicit; ubi Adol-
fus depositus occiditur. Unde versus:

Austri vexillum virtute Dei necat illum,
Qu rex ante fuit, iam necis arma luit.

Cuius filius[44] cum multis nobilibus captivatur, et quam plurimis occisis, Otto vero dux Bawa- 44
rie et Rudolfus comes palatinus, gener Adolfi, fugam inierunt. Unde versus:

Otto dux Renum tunc deserit et petit Enum.
Nec trahit hic scacum Rudolfus itque Monacum.

Adolfus vero in cenobio Rosental fit sepultus. Albertus autem electus resignata electione per
triduum aput Franchenfurt in vigilia beati Laurentii ab omnibus electoribus in Romanorum Aug. 9.
regem secundario est electus; qui subito Aquisgrano gloriose coronatur. Item domina Aug. 24.
Elizabet in sequenti proximo festo beati Martini apud Nurenberch multis principibus conve-
nientibus, in Romanorum reginam gloriose coronatur. Ubi Romanorum rex Albertus filiis Nov. 16.
suis Rudolfo, Friderico et Leupoldo terras quas antea possederat, Austriam, Styriam, Car- Nov. 21.
niolam, Marchiam et Portus Naonis, contulit et principes facit. Eodem tempore consur-
rexit quidam humilis rusticus dictus Rintflaesch, dicens se divinitus recepisse, ut omnes
Iudeos debeat cruciare et delere. Iste quidem mirabiliter elatus Iudeos persequitur et con-
dempnat. Nam in Nurenberch consentientibus civibus omnes Iudeos unâ cum urbe ibidem
succendit et peremit. Quem rex Albertus post magnam persecutionem Iudeorum factam
depulit; cives vero Nurbergenses qui consenserant, in magna parte peccunie punivit.

1299. Albertus rex Romanorum et rex Francie Philippus cum magna pompa militum 1299.
apud Baclior amicabiliter convenerunt. Ubi predictus rex Francie sororem suam dominam Dec. 8.
Blancam filio regis Romanorum Rudolfo copulavit in uxorem, in die conceptionis beate
Marie virginis. Hec facta sunt termino supradicto in confinio regnorum, scilicet regis Roma-
norum et regis Francie, in prato infra Tol et Baclior. Que desponsatio archiepiscopis Ala-
manie, scilicet Maguntinensi et Coloniensi[45], qui cum rege Romanorum illic venerant, minus 45
placuit, et huius desponsacionis copule interesse noluerunt. Sed deinceps metu sue possibi-
litatis Romanorum regem Albertum exosum habuerunt.

1300.[b] Dominus Albertus Romanorum rex, collecto exercitu de diversis regni sui terris, 1301.
videlicet Austria, Swevia, Alsacia et Franconia, archiepiscopum Maguntenensem hostiliter
invadit et municiones suas vallavit, ex quibus duas civitates, Pingam et Penshaim, cepit et Sept.
in parte destruxit. Eodem anno domina Elyzabet Romanorum regina cum filio suo domino
Rudolfo duce Austrie et uxore sua domina Blanca Austriam intrat, et in Wienna sollempniter
ab omnibus dominis et civibus recipitur, et plurimis muneribus honoratur.

1301. Andreas rex Ungarie mortuus est; post cuius mortem marschalcus Austrie, Her- Ian. 14.
mannus[c] de Landenberch, collecto exercitu, cooperante Ybano comite Ungaro castrum in
monte sancti Martini obsedit et cepit; cum eisdem hominibus in Wudam pergens, dominam
reginam relictam predicti domini Andree, filiam videlicet domini Alberti Romanorum regis,
in Wiennam honorifice reduxit. Eodem anno quidam Ungari nobiliores cum civibus in
Wúda conspirantes, filium regis Bohemie[46] pro rege sibi eligentes terram ac in predictam
civitatem intro duxerunt. Contra quem filius regis Scylie[47] in parte altera Ungariam simili- 47
ter subintravit. Igitur propter eorundem discordiam et Ungarorum in utraque parte consen-
ciencium, magna pars Ungarie destruitur et vastatur.

1302. Dominus cardinalis dictus Nycolaus Ostiensis[d] a latere domini apostolici Bonifacii 1302.
missus ad predictos reges concordandos, honorifice Austriam transiens Ungariam intrat, et
omnes archiepiscopos, episcopos et prelatos eiusdem regni auctoritate apostolica convocat,
et de pace regni consilio eorundem in quantum potest cogitat et pertractat; sed in huius-

a) Munstertroisem 2. Munstertraisme 3. *In utroque reliqua huius anni brevissime enarrantur.* b) *alia manus pergit* 1.
c) H. de L. *manus alia in margine scripsit; desunt* 2. 3. d) O. episcopus 3. *Abhinc in* 2 *et* 3. *aliae continuationes sequuntur.*

44) Rupertus. 45) Wicholdo. 46) Wenzeslaum. 47) Karolus Robertus, filius Karoli Martelli.

1302. modi negocio nichil proficiens Ungariam exit, Wiennamque in partibus Austrie est reversus, ubi nuncios sollempnes dirigit ad predictum dominum papam Bonifacium, sui negocii tractatus per ordinem deferentes. Eodem anno archiepiscopi Maguntenensis, Coloniensis, Treverensis cum domino Alberto Romanorum rege concordaverunt, et pacis unionem servandam perpetuo iuraverunt. Eodem anno predictus dominus cardinalis, apostolice sedis legatus, dominum Wenzeslaum regem Bohemie cum filio suo quem ad Ungariam pro rege [48] tradidit, in parte una, et dominam Margaretam reginam Sycilie cum filio suo Andrea[48], qui pro rege a multis nobilibus in Ungaria est receptus, in parte altera, ad presenciam domini pape infra sex menses conparituros citat manifestius, atque vocat utrumque de suo iure in regno prehabito racionabiliter responsurum. Eodem anno predictus dominus cardinalis
Nov. 18. chorum Predicatorum in Wienna in octava sancti Martini cum maxima sollempnitate concurrente nimia hominum multitudine consecravit[a].

1313. 1313 obiit magister Otto quondam prothonotarius Alberti ducis Austrie, et postea fuit factus rex Romanorum.

Oct. 10. 1314. Hoc anno obiit regina Elyzabet, quondam regina Romanorum. Eodem anno
1314. ante anniversarium matris Elyzabet ducis Friderici, ascendit ipse in Sweviam pugnare pro regno Romanorum.

1315. 1315 dux Fridericus Austrie, filius Alberti regis Romanorum, duxit uxorem filiam regis Arrogonie, et adduxit eam usque ad civitatem Wiennam. Ibi mansit in Wienna, et postquam ipsa venit in civitatem, ipse dux Fridericus ascendit Sweviam pugnare pro regno Romanorum[b].

1326. Febr. 28. Anno Domini 1326 in media quadragesima apud Strazzpurch obiit strennuus dux Leupoldus filius Alberti regis Romanorum.

1327. Febr. 3. Anno Domini 1327 feria tercia post purificationem proxima apud Prukkam in Styria obiit dux Heinricus, frater ducis Leupoldi antedicti, volens ire in Gretz ad fratrem suum Fri-
1326. Dec. 5. dericum Romanorum regem, qui venerat de Reno in Styriam. Eodem anno in vigilia beati Nycolai civitas Wiennensis totaliter est exusta, quod vix tercia pars deterior civitatis heu remansit. Qui[c] ignis fuit exortus in Walichstraz in domo pistoris prope domum plebani
1327. Mart. 23. Sancti Stephani H. notarii. Item eodem anno feria secunda post mediam quadragesimam, ante annunciationem sancte Marie, que habebatur feria quarta sequenti proxima, in hora prandii, ignis exortus fuit in coquina predicti plebani, et duravit per integrum diem. Exusta fuit civitas Wiennensis secundario ab Alta strata per Cholmarcht, et ecclesia sancti Michahelis cum campanis, Priden strazz, fossatum, usque in Rossmarcht, strata Karinthie[d], usque ad domum magistri Iacobi phisici, aurifabri usque ad dornatores, et a porta cimiterii ad scolas, Sunchingerstrazz usque ad murum, Rattstrazz usque ad domum Hugonis Rostauscher, et omnes vicus usque ad Novum forum. Et fuit maximus ventus, quod nullus potuit se ab igne defendere. Et rex Fridericus Romanorum erat presens. Eodem anno mortuus est Bartholomeus monachus sacerdos 28 annorum, filius Walchuni notarii civitatis Wiennensis, feria tercia Quasi modo geniti in claustro Sancte Crucis, ubi erat monachus.

AUCTARIUM VINDOBONENSE.

Marginibus foliorum codicis F *manu quadam saeculi XIII exeuntis nonnulla inscripta sunt, quae una cum ceteris inde manaverunt in Anonymum Leobiensem quem vocant et codices supra p.* 484 *indicatos. Plura levis momenti sunt, ut versus memoriales qui tunc ut videtur vulgo ferebantur; similes sed tamen hic illic diversi reperiuntur in Chronico rythmico, quod A. Rauch edidit SS. I,* 149. *Alia autem ex annalibus quibusdam assumpta esse videntur, unde etiam in codicem Monacensem quem proxime daturi sumus, venerunt.*

a) *Post haec alia manus saec. XIV. numeros annorum scripsit, primo vacuos ad quos Matthaeus Marschalcus quaedam annotavit, deinde* 1313. 1314. 1315. *etiam res.* b) *sequentia alius scripsit.* c) Qui – notarii *postea addita esse videntur.* d) Karinth' c.

48) potius Mariam cum nepote Karolo Roberto.

Verba utroque loco cum a. 1122 *coniuncta sensu carent, nisi ad genuinum Annalium Mellicensium textum recurris; quod si feceris, omnia bene quadrare invenies, nam ad abbatem Mellicensem, non ad Kalixtum papam referenda sunt. Unde efficitur ea non ex coniectura hic posita esse, sed ex alio codice negligenter transscripta.*

893. Cenobium sancti Emmerammi Ratispone ab Arnolfo imperatore fundatur[a. 49].
928. Liupoldus primus marchio in Austria post Rudgerum de Preclara.
988. Hoc tempore marchiam, Austriam videlicet, tenuit Heinricus secundus, filius Liupoldi.
1042. (Adalbertus) tertius marchio Austrie.
1056. (Ernust filius eius successit) quartus marchio Austrie.
1058. (Fridericus eligitur.) Sedit menses 11.
1059. Stephanus papa obiit. Nycolaus II successit. Sedit annis 2.
1061. Nycolaus papa obiit. Allexander II successit. Sedit annis 11 et dimidio, dies 25.
1071. Alexander papa obiit, cui Gregorius successit. Hic sedit annis 22.
1075. (Liutpoldus filius eius) quintus marchio.
1083. Dux Boemie Radizlaus dimicavit Maurberch cum marchione Liutpoldo[50].
1094. Gregorius papa obiit. Victor successit. Hic sedit annis 2.
1095. Victor papa obiit. Urbanus annis 11.
1096. (Liutpoldus successit) dictus pius, sextus marchio.
1100. Marchionissa relicta Liupoldi Ierosolimam peciit.
1106. Urbanus papa obiit. Pascalis sedit annis 18.
1120. Pascalis papa obiit. Gelasius successit. Sedit anno uno.
1121. Gelasius papa obiit. Kalixtus II successit. Sedit annis quinque.
1122. Iste expulsus, in Posonio aliquamdiu manere curavit[51].
1126. Kalixtus papa obiit. Honorius II successit.
1136. Liupoldus sextus marchio.
1143. (Heinricus dux Bawarie et marchio Austrie) qui primo Austriam ducatum facit, et est primus dux.
1152. (Fridericus filius Friderici ducis Swevie) qui dicebatur Stôufer.
1153. Fridericus de Stouf per astuciam et magnam violenciam ad electionem imperii Romani apud Mogunciam pervenit.
1155. (a duce Austrie Heinrico) dicto loch so mir got.
1169. Otakerus filius Otakeri marchionis Styrie Styriam primo ducatum facit.
1170. Anno milleno centeno septuageno
Anglorum primas corruit ense Thomas.
1177. (Liupoldus filius eius successit) secundus dux.
1193. (cui filii sui, Fridericus videlicet) tercius dux Austrie (et Liupoldus, in ducatum utriusque regionis succedunt,) Fridericus in Austria, Liupoldus in Styria.
1198. (Liupoldus dux Stirie frater eius successit) quartus dux Austrie.
1207. Anno in presenti surgunt Iacobite. Isti civitatibus solum commorantur,
Nygras cappas[b] deferunt, spargunt verbum vite. Et de ewangelio vivunt et lucrantur.
Minores Christum predicant ut Ysrahelite, Dicunt hii communiter pie recolentes,
Sub Innocencio sed et Cordelite. Quod nati sint pro patribus filii accrescentes.
1212. Anno milleno ducenteno duodeno
Signati pueri vadunt loca sancta tueri.
1214. Isto quidem tempore surgit Magdalena Veniunt et alii fratres constellati,
Cum suis sororibus laude Christi plena. Debinc Christi milites surgunt gladiati.
Sunt et in Ytalia fratres humiliati Fortes atque strennui sunt legittimati
Qui iurare renuunt et sunt uxorati. Qui exacti debitum bis ebdomadati
Solvunt et sunt alias caste coniugati.
1217. Philippus rex habuit quattuor filias, quarum unam duxit rex Castelle sive Hyspanie, alteram rex Boemie, terciam Otto rex Romanorum, quartam . . . . . [c]
1230. (Fridericus successit) quintus dux Austrie et ultimus.
1237. Cenobium Predicatorum Wien consecratur.
1238. (Interim episcopus Babenbergensis) Ekbertus (in Wienna diem ultimum clausit) et sepultus aput Scotos[d] in medio chori.

a) funditur *c.* b) *deest c.* c) *vacat.* d) *haec manu saec. XIV. scripta sunt;* in m. chori *manus alia recentior addidit.*

49) Hoc aperte falsum est, ortum fortasse ex eo quod in Auctario Garstensi ad a. 894 traditur, Tutonem monachum Sancti Emmerammi episcopatum Ratisponensem suscepisse. 50) Haec manu quidem prima scripta sunt, sed eiusdem praelii, quod a. 1082. accidit, etiam ad a. 1081 mentio facta est. 51) scil. Erchinfridus abbas vel quod magis credo Engilschalcus, non Kalixtus papa quem verborum contextus hic indigitat.

1244. (Duci Austrie erant duo adolescentes quos — amavit.) Quorum unus Albertus de Zelking, alter Hermannus de Wolfkerstorf vocabatur[a], *et infra post sanitati* et postmodum diu viventes milites effecti sunt.

1245. Dux Fridericus Austrie accepit victoriam a rege Boemie, et captivat Ulricum ducem Karinthie et multos nobiles prope Steutz.

1246. (Fridericus) quintus et ultimus dux Austrie. Tunc Austria orbata principe et iusto herede, ad manus aliorum principum, heu malo terre et hominum transiit. Rex Boemie misit filium suum in Austriam; hic duxit Gerdrudim, filiam ducis H. de Medlico in uxorem. Sextus dux.

1247. Filius regis Boemie dux Austrie obiit.

1248. Austria a circumsedentibus principibus et a proceribus proprie terre diversis preliis lacessitur et vastatur.

1249. (Hermannus) septimus dux Austrie.

1250. (Hermannus marchio obiit.) In Nuwenburga sepelitur.

1251. (Otachorus) octavus dux Austrie.

1252. Magister Leupoldus plebanus Wienensis deponitur. Magister Gerhardus successit.

1253. Nova demum concio consurgit saccorum,
Alexandro preside quarto Romanorum.
Fratres de martiribus surgunt rubricati,
Signo crucis pectore manuque signati.
De Carmelo veniunt fratres virgulati.
Hii ut vulgo dicitur fratres sunt beati.

1256. (Palatinus) Ludwicus (frater ducis Bowarie) Heinrici (interfecit uxorem suam) nobilem dominam de Probrancia, Mariam nomine.

1250. 1260. Anno milleno centeno terque triceno
His sexaginta commisces et bene disces
Austria quod tota flet principibus viduata.
Post hec cornuto discet servire tributo.

1265. (Item dominus rex Boemie eodem anno Myssowarium et Benesum et dominum Mylotum fratrem eiusdem redegit in captivitatem in qua Missowarius est mortuus) in Aychorns.

1268. (Civitas in Morhecke ab Othakaro rege Bochemie construitur) iuxta flumen Marchiam ubi aliquando idem rex Boemie a regibus Ungarie, videlicet Bela et Stephano, victoriam acceperat gloriosam.

1269. (Item eodem anno obiit Clemens papa) cuius lingua in agone ex ore cremando fumigavit.

1273. Ratispone episcopatus igne domestico consumitur.

1274. Item ibidem Grecorum fidem ad fidem christianam ordinavit, excepto quod sacerdotes uxoribus utantur et disgregatis comis, barbis prolixis sicut apostolus ipsis legem dedit. Denique Spiritum sanctum a Patre procedere et Filio, ipsos firmiter credere docuit et precepit.

1275. Item 12. Kal. Augusti, luna 23ª, stella Venus et luna a mane usque ad vesperam claruerunt.

CONTINUATIO PRAEDICATORUM VINDOBONENSIUM.

Beatae memoriae B. I. Docen, bibliothecae regiae Monacensis dum viveret adiunctus, in codice quodam ex monasterio Weihenstephanensi allato invenit annalium Vindobonae olim scriptorum apographum, de quo a. 1821 *baronem de Hormayr certiorem reddidit; deinde a.* 1827 *illos typis impressos ad eum transmisit, qui eosdem in ephemeridibus suis „Archiv für Geschichte, Statistik, Literatur und Kunst“* 1827. *n.* 76 *p.* 430 *ss. publici iuris fecit. Quos denuo editurus V. D. H. C. Foeringer precibus adii, qui solita benignitate*

a) Qu. alter, vocabula *abscisa sunt.*

editionem Docenianam cum manuscripto denuo contulit, et scripturae specimen transmisit. Codex bibl. regiae Monacensis, inter Weihenstephanenses 49, *est membranaceus in quarto minori, binis columnis saec. XIII. exeunte scriptus, et f.* 1—329 *Iacobi de Voragine legendam auream continet; deinde f.* 329'—334 *epistolam Iohannis presbyteri ad Emmanuelem regem Graeciae datam, postremo f.* 335—341 *annales nostros, qui in medio folio ultimo desinunt*[52] [52] *Eorum principium satis negligenter excerptum est ex Annalibus Mellicensibus cum Continuationibus Claustroneoburgensi prima et secunda, Sancrucensi prima: accedunt tamen quaedam, quorum origo latet, opus ni fallor chronicum, quo etiam scriptores codicum Vindobonensium hist. prof.* 72 *et Sal.* 416. *nec non Iohannes dictus Enenkel et auctor chronici rhythmici (Rauch SS. I,* 127) *usi sunt. Postea multa ad verbum conveniunt cum Cont. Sancrucensi II, e. g.* 1239. 1251. 1260. *deinde cum Vindobonensi, plurima inepte abbreviata, quum alia accuratius referantur, alia prorsus nova accedant. Quae a Praedicatoribus Vindobonae conscripta esse, suadet mentio ordinis ipsorum a.* 1200. 1280. 1283.

Codicem manuscriptum accurate exprimentes, errores tantum aliquos manifestos correximus, et annorum numeros qui ibi in fine uniuscuiusque lemmatis a rubricatore positi sunt, initio apposuimus. Nam e. g. 1192 *patet, numerum non cum fine sed cum principio narrationis coniungendum esse.*

Anno Domini 1025 Chunradus rex filium suum regem constituit, et ipse Romam veniens imperator efficitur, et regnavit pene annis 15. Cui Stephanus rex Ungarie coactus subiugatur, et annuum censum se daturum spopondit[53]. Idem etiam Spiram civitatem condidit[54]. A. Mell.

Ab incarnatione Domini 1039[a] Chunradus imperator obiit.

Anno Domini 1040 Haiericus filius Chunradi imperatoris patri successit, imperavit annis 18. Et idem Hainricus septimo anno regni sui in Pannonia exul obiit[55], et eosdem bello vicit.

Anno Domini 1083 Radizlaus dux Bohemie auxiliantibus Bawaris cum marchione Leupoldo prope Meuwerperge dimicavit et vicit. Cf. Auct. Vind.

1098. Leupoldus marchyo obiit. Leupoldus dictus pius successit patri. C. Claustr I.

1099. Leupoldus pius accinctus est gladio. Hic etiam duxit filiam Hainrici imperatoris quarti dominam Agnetem in uxorem anno Domini 1106.

Anno 1113 sanctus Bernhardus cum cognatis et amicis suis fere 30 personis Cystercium[b] ingreditur.

Anno Domini 1114 Leupoldus dictus pius cepit fundare claustrum in Neumburga, et claustrum Sancte Crucis. Hic etiam genuit 18 liberos ex Agnete uxore sua, quorum 7 tempore infantie obierunt, sed 6 filii et 5 filie omnes ad honores pervenerunt. Adelbertus primogenitus suus advocatus omnium ecclesiarum marchionis rexit. Hainricus secundus filius omnibus diutius vixit, qui minus diligebatur a patre; Sed maiores honores omnium consequitur. Leupoldus tertius filius dux Bawarie efficitur. Ernestus quartus filius liberalibus studiis discens monachus casualiter efficitur, postea episcopus Frisingensis. Nota quod claustrum in Neumburga et claustrum Sancte Crucis fundata sunt.

1122. Monasterium Medlicense a Kalyxto papa consecratur. Qui etiam in Posonio aliquamdiu mansit[56]. 56

Anno 1125 Hainricus imperator obiit. Eodem anno Lotharius dux Saxonie in regem eligitur. Hic Spiram cepit, Ytaliam invadit, regnavit annis 13. Eodem anno Adelbertus filius Leupoldi marchionis Austrie accingitur[c] gladio cum 120 consortiis.

1136. Monasterium Neumburgense dedicatur, et ipse fundator Leupoldus marchio migravit et ibidem sepelitur. Cui successit Leupoldus filius eius.

1137. Lotharius imperator obiit.

1142. Leupoldus marchio obiit. Cuius frater Hainricus qui fuit dux Bawarie Austrium ducatum facit. Hic duxit filiam Lotharii imperatoris, dominam Gerdrudim. Cuius ministeriales et marchionis Othakari de Stiria Austriam preda et incendio penitus extirpant. C. Claustr. II.

1155. Claustrum Scothorum a duce Hainrico Wienne fundatur.

a) *rubricator quum anni numerum in fine poneret, ante* Chunradus *scripsit:* Hoc facto. b) Cysterciensium *c.* c) accincitur *c.*

52) Alius paulo post haec in fine addidit: *Avarus nunquam dicit „Sufficit.“ Unde comparatur symee, qui dum comedit non putat se posse saciari, unde ex utraque parte os suum implet. Sic avarus primo implet cor cupiditate.* 53) Hoc, ut videtur, ex A. Mell. a. 1049. erronee assumpsit. 54) Ex Honorii Imagine Mundi. 55) Pessime hoc ex Ann. Mell. a. 1056. huc adscitum est. 56) scil. Engilschalcus abbas Medlicensis; v. supra Auct. Vindobonense.

C. Claust. II. Anno 1162 Stephanus filius Geyse regno Ungarie restituitur, a quo privatus fuerat. Idem Stephanus duxit filiam ducis Hainrici Austrie dominam Agnetem in uxorem.

1177. Hainricus dux Austrie obiit. Leupoldus filius eius successit.

1181. Emanuel imperator Grecorum obiit. Cui Phylippus filius suus successit.

Anno Domini 1182 dux Leupoldus secundus per Austriam Ierusalem ivit et revertitur afferens portionem sancte crucis ad mensuram virilis[a] manus. Huius mater Theodora vidua obiit.

1190. Iterum dux Leupoldus Austrie secundus, rex Francie et rex Anglie Richardus et omnes nobiles Flandrenses transfreterunt. Sequenti anno dux Leupoldus et rex Francie potiti victoria revertuntur. Dux Otakarus de Styria obiit, cuius hereditatem dux Leupoldus de manu imperatoris suscepit.

1192. Heinricus rex filius Friderici imperatoris imperio successit. Regnavit sex annis. Hic Apulyam subiugavit. Huius tempore, anno primo, rex Anglie Richardus ob contemptum a Leupoldo duce Austrie transmarinis partibus sibi illatum Austriam in forma peregrini ingreditur, tanti principis terram cupiens cernere. Et ecce Wienne a quodam qui ipsum intuens agnitus est, et in Ertpurch captus est, ducique Leupoldo presentatus, sed sequenti anno per obsides et valde maximo thesauro ad instantiam imperatoris Hainrici liberatur. Cum quo thesauro Wienna, Anasus, Haimburc, Nova civitas muris circumcinguntur[57].

57

1193. Leupoldus dux Austrie circa castrum Greta equo lapsus confracto crure obiit et in Sancta Cruce sepelitur.

1194. Fridericus et Leupoldus filii sui succedunt sibi, Fridericus in Austria, et Leupoldus in Styria.

1197. Fridericus dux Austrie et multi principes Alamanie cruce signantur; secundo anno in peregrinatione obiit. Cui Leupoldus frater suus gloriosus in Austria et Styria successit.

1200. Leupoldus gloriosus dux Austrie et Styrie ambitione magna gladio militari accingitur. Constantia imperatrix obiit, relinquens heredem parvulum Fridericum. Hic rex Sycilie efficitur, postquam per Anshalmum de Iustinge in viscella[58] ablatus hostibus liberatur.

1200. Dominicus et Franciscus ordines suos exercent[b].

1203. Leupoldus gloriosus dux Austrie duxit Theodoram neptem regis Grecie.

Anno Domini 1206 claustrum Lilienvelde fundatum est a glorioso duce Leupoldo Austrie.

59 1208. Leupoldus gloriosus dux Austrie et Styrie defuncto primogenito suo misericordia motus[59] signo sancte crucis cum multis nobilibus terre sue signitur apud Neumburch.

1212. Peregrinatio puerorum oritur. Versus: *30

Anno milleno ducenteno duodeno
Signati pueri vadunt loca sancta tueri[60].

1213.[c] Gerdrudis regina Ungarie occiditur campestri tentorio, 4. Kalendas Octobris, eo quot fratri suo carnali patriarche Aquilegensi uxorem Bantzi procaverat, qui teutonice Prenger vocatur[61].

61

Anno Domini 1219 dux Leupoldus honorifice ab Iherosolimis rediit. Damiata a christianis capitur.

1220 Fridericus imperator Rome consecratur.

1221 Ludwicus dux Bawarie et Ulricus Pataviensis episcopus ad terram promissionis tendunt. Tunc Damiata civitas a Sarracenis capitur consentiente duce Ludewico.

1222. Dux Saxonie duxit filiam ducis Leupoldi, que vixit tantum quatuor annis. Cuius nuptie celebrate sunt Wienne in curia ducis.

Anno Domini 1226 domina Margareta Romanorum regina, filia ducis Leupoldi, cum sol-
C. Sancroc. I. lempni conventu principum Aquisgranum coronatur. Sed priori anno nuptias cum Hainrico filio imperatoris celebravit apud Nurnberch, ubi Engelbertus Coloniensis occiditur.

1227. Fridericus imperator excommunicatur a Gregorio papa et mare transfretavit. A soldano Babylonico grauter receptus treuges decem annorum fecit.

1229. Dux Fridericus Austrie repudiavit uxorem suam neptem regis Ungarie consentiente patre suo Leupoldo, et postea duxit filiam ducis Meranie.

1230. Leupoldus dux Austrie gloriosus et Styrie et principes totius Alamannie Apulyam ingressi sunt, agente duce Leupoldo inter Fridericum imperatorem et papam Gregorium con-
62 cordiam. Qui cum rediret in Apulya moritur, cuius corpus decoctum[62] in monte sancti Benedicti sepelitur, et ossa eius delata sunt et in cenobyo Lylinveld tumulantur. Eodem anno Otakarus rex Boemie obiit. Eodem anno Tyberis inundans usque ad gradus Sancti Petri.

1231. Fridericus successit patri suo Leupoldo in Austria et Styria et Carniola. Contra quem Cunringarii conspirant, diversis molestiis terram inpungnant, Chrems et Stayn opidis exustis, immo passagium in Neumburch, dum dux transire vellet, obtinuerunt. Hadmarus.

a) virili *c.* b) exerceunt *c. an* erexerunt? c) MCC.XVIII. *c.*

57) Cf. Iohannem Enenkel apud Rauch. I, 293.
58) i. e. vasculum, navicula, gallice *vaisseau*. Sed perperam scriptum est *Sycilie*, nam Anselmus eum conduxit, quum in regem Romanorum electus esset.
59) Liupoldus filius eius quantum scimus primogenitus anno demum 1216 obiit, quo facto pater iter dudum promissum executus est.
60) Eosdem versus in Auctario Vindobonensi habuimus.
61) Cf. Chron. rythm. ap. Rauch I, 157. Ioh. Enenkel ib. p. 275. Ioh. de Thwrocz II, 72.
62) *Zu Germans man das fleisch sot.* Ioh. Enenkel p. 309.

Chunringarius obiit. Eodem anno Ludwicus dux Bawarie aput Chelhaim a stechario[63] cultello transfoditur nutu imperatoris Friderici, quoniam provocavit filium in patrem. [63]

1232. Fridericus dux Austrie Wienne in monasterio Scothorum militavit ducentis consortibus[64] Eodem anno Wichardus de Zebing occiditur Wienne in domo Smeltzarii a Sifrido[65] Orphano.

1233. Dux Fridericus Vetow expungnavit. Eodem anno ipse dux Fridericus ab Ungaris est infestatus volens preliare congregato exercitu apud Lita[a], contra quem rex Ungarie venit, sed per principes sopitum est bellum. Eodem anno sancta Elyzabeth lanchravia Duringie signis claruit.

1234. Dux Fridericus celebravit maximam sollempnitatem sorori sue Constantie, dum marchyo Missenensis eandem duceret in uxorem, aput Ringlinse, ubi multi principes convenerant.

1237. Fridericus imperator Austriam intrat, Wiennam pervenit, gratanter receptus est cum multis principibus in odium ducis Friderici qui stulte egerat; iniudiciosus fuit, raptores dilexit, claustra cenobia vectigales fecit[b]; propter quod civitates et ministeriales ipsum relinquentes imperatori adheserunt. Sicque dux Fridericus vagus et profugus solo castro Starchenberch et Nova civitate possidente absque gratia vix mansit in terra tribus annis et sex mensibus. Eodem anno exeunte Friderico imperatore in terram purchgravium de Nurenberch constituit Wienne procuratorem, quem dux Fridericus una cum episcopis Frisingense et Pataviense effugatis Wiennam aput Novam civitatem cepit.

Anno Domini 1239 tota Austria cum civitate Wienna reversa est ad dominum suum ducem Fridericum[66]. [66]

1241. Sol obscuratus est, stelle apparuerunt hora nona 2. Nonas Octobris die dominico. Ipso anno Tartari Ungariam veniunt, et Cholomannus regis frater occiditur.

1244. Dux Fridericus repudiavit uxorem suam filiam ducis Merannie[67].

1245. Dux Fridericus victoriam gloriosam a rege Bohemie recepit prope Steutz, ubi dux Ulricus Karinthie et alii multi nobiles captivantur[68]. [68]

1246. Bela rex Ungarie cum exercitu magno et innumerabili venit devastare terram Austrie. Cui dux Fridericus obvius venit iuxta flumen Lyta, in die sancti Viti, que fuit tunc feria sexta, bellum congressi sunt effugato rege Ungarie, sed ipse dux Fridericus occiditur; ipso die Austria de domino et herede virili sexu penitus viduatur. Octava die mater eius N. moritur pre dolore. Ipso anno rex Boemie Batzla misit filium suum in Austriam, qui duxit Gerdrudim filiam quondam ducis Hainrici de Medlico et dux efficitur. Sed ipso anno obiit; in terra sua sepelitur. Eodem anno Margareta Romanorum regina Austriam revertitur. Ipso anno imperator Fridericus misit Ottonem comitem de Eberstain Austriam, ut preesset terre, sed non proficitur. Tunc reges Ungarie et Boemie et dux Bawarie Austriam multis malis inpugnant, nec non per proprios ministeriales prece[c] et incendio est penitus devastata.

Anno Domini 1249 Hermannus marchyo de Paden auxilio ducis Ottonis de Bawaria Austriam intrat; hic duxit Gerdrudim relictam prioris ducis et dux efficitur. Hic genuit filium nomine Fridericum et filiam nomine Mariam, qui secundo anno ducatus sui toxicatus moritur, in Neumburga sepelitur.

1250. Otakarus marchio Moravie opposuit se patri suo, sed pater assumptis Australibus prevaluit.

1251. Rex Batzla de Boemya secundum filium suum Otakarum, qui et Primizlaus dicitur, Austriam misit, qui duxit Margaretam quondam Romanorum reginam in uxorem. Hic terras Austriam et Styriam, Carniolam, Carintyam obtinuit, et dux efficitur.

1252. Domina Gerdrudis relicta Hermanni ducis duxit postmodum quendam Ruthenum in odium amite sue cupiens obtinere terras auxilio regis Ungarie mediante, qui dum proficere non posset, reversus ad partes suas uxore sua relicta minus honeste.

Anno Domini 253 Otto dux Bawarie subitanea morte obiit. Eodem anno Batzla rex Boemye obiit. Perhtoldus episcopus Pataviensis obiit.

a) Lira *c.* b) facit *c.* c) *an* preda?

63) v. Iob. Enenkel p. 326. 64) ib. p. 318. perperam adscripta. 67) Factum est a. 1243.
65) Nomen Sifridi hic solus prodit. 66) Eadem sed etiam in Cont. Sancruc. II. a. 1244 tribuitur.
verba habuimus in Cont. Sancruc. II. sed a. 1240 68) a. 1246; cf. Cont. Sancruc. II. cod. 4.

1254. Nota quod omnes vinee per totam Austriam de pruina perierunt, ita quod centum ingera unam karratam non habuerunt. Eodem anno Chunradus rex filius imperatoris obiit.

1255. Otakarus dux Austrie et dominus Bohemie versus Pruzziam profectus est et pro-
69 speratus[68]; multi ibi per victoriam baptizati fuerunt. Eodem anno Otakarus dux Austrie resignavit regi Ungarie terram videlicet Styriam, et reconciliati sunt. Ipso anno Eberanus et Ekhartsower in Wienna decollati sunt. Ludwicus palatinus Reni uxorem suam decollavit[70].

1258. Wienna incendio flagrat in secunda vespera Affre martyris.

1260. Otakarus dominus Boemie et dux Austrie maximum bellum cum Bela rege Un-
71 garie habuit, dominus vero Otakarus auxiliante marchione de Brandenburch[71] et Austra- 10
libus in die sancte Margarete commissa pungna victoriam cepit. Multi Ungari et Ruteni et Comani sunt occisi, sed multo plures in flumine Marchye, nec non in flumine Wach fugente rege Ungarie et filio suo Stephano sunt submersi. Eodem mense dominus Otakarus ante prelium cum centum militibus[a] videntibus Ungaris militavit.

Anno Domini 1261 ordo flagellantium oritur, que dicebatur penitentia laycorum, cuius 15
exordium soli Deo et sue matri ascribitur. Quam et divites nobiles, humiles pauperes, senes, adolescentes et pueri manifeste circueundo ecclesias nudi psallendo, passionem Christi pronunctiando, se unusquisque flagellando. Mulieres quoque in domibus simili modo faciendo, et illum cantum psallebant:

Ir slacht euch sere *in Christes ere.* 20
Durch Got so lat *die sunde mere*[72].

1261. 1262. Dominus Otakarus dux Austrie repudiavit uxorem suam dominam Margaretam, et ipse ungitur in regem. Eodem anno Fridericus filius ducisse Gerdrudis ab eodem domino Otakaro est licentiatus.

1262. 1263. Wienna incendio flagrat 11. Kal. Maii. Eodem anno frater Perhtoldus ordinis 25
fratrum minorum venit de Ratispona in Austriam et Moraviam predicando divina.

1264. Bela filius regis Bele de Ungaria duxit filiam marchionis de Brandenburch, quibus rex Otakarus facit maximam sollempnitatem nuptiarum in Vizza, in octava die Mychahelis. Ibidem 14 sedilia structa fuerunt, in quibus tantummodo principes comederunt. Eodem anno cometa apparuit que dicitur stella 30

1266. Mehtfridus dictus princeps privingnus Friderici imperatoris et rex Apulye a Karulo rege Sycilie campestri prelio vincitur et occiditur, et in eodem campo nudus tribus diebus mortuus iacebat, et nemo ipsum de loco tollere audebat.

1265. 1266. Eodem anno rex Otakarus Myssowarium et Wenesium Wienne captivavit. Iidem ducti sunt in castrum Aychorns, et ibidem obierunt. 35

1266. 1267. Otakarus rex Boemye duces Bawarie Hainricum et Ludwicum bello petit. Cum maximo exercitu usque Ratisbonam pervenit, expungnatis multis munitionibus, depredata terra et exusta ad propria rediit.

1267. 1268. Gwido cardinalis Wiennam venit, concilium cum 16 episcopis celebravit.

1267. 1268. Rex Otakarus cepit construere[b] civitatem Marhek, et ipse secundario versus 40
Pruzziam profectus est.

1268. 1269. Chunradus nepos Friderici imperatoris et Fridericus filius ducis Hermanni de Austria venerunt vocati a civitatibus in Apulyam accipere sibi imperium. Sed a Karulo rege
73 Sycilie campestri prelio victi et capitibus truncati in Neapulis 10. Kal. Septembris[73].

1270. Bela rex Ungarie et regina Maria moriuntur, quibus successit Stephanus filius 45
eorum. Eodem anno Otakarus rex Boemie et Stephanus rex Ungarie ad pacis concordiam cum osculo pervenerunt. Sed ecce rex Stephanus violata pace voluit regem Otakarum, dum in Karintyam iret, captivare. Ipse autem premunitus usque Wiennam vix auffugit. Tunc Comani et Ungari multos captivos de Austria abduxerunt mense Novembri. Eodem tempore Sifridus Wehinger cum aliis trecentis qui Ungariam nocte secesserunt, d m transirent quan- 50
dam fossam congellatam[c], confractis glaciebus prope Marchiam sunt submersi. Dux Ulricus

a) militibus *c.* b) construe *c.* c) cogellatam *c.*

69) Dec. 1254. quo anno etiam sequentia acciderunt. 70) anno 1256. 71) Ottone III dicto Pio. 72) v. Förstemann, Die christlichen Geisslergesellschaften p. 266. Sed hoc loco primo Docenus probavit antiquitatem cantilenae illius. 73) Eo die victi sunt; occisi 4. Kal. Novembris. 55

Karinthie obiit. Tunc rex Otakarus terram Karinthie sibi subiugavit, relictam vero ducis Uodalrici, que erat nobilis, comiti Udalrico de Heunburch per potentiam tradidit in uxorem.

1271. Stephanus rex Ungarie tyrannus congregatis Comanis et Ungaris terras regis Boemie, ut hactenus sepius pater fecerat, nititur perturbare. Cui rex Bohemie cupiens resistere, tota autem hyeme fatigatus ab Ungaris et Comanis. Tempore autem estivo strato ponte pulcherrimo prope Haymburch trans Danubium collecto exercitu Posaniam, Tyrnam expungnat, et omnes munitiones in partibus illis potenter sibi subiugavit. Similiter alia parte Danubii usque in Rab valida manu pervenit. Sed circa pentecosten dum expense deficerent, regressus Austriam. Tunc rex Stephanus ipsum secutus cupiens depopulare Austriam et Boemiam, restituta est sibi terra, quam rex Boemie expugnaverat, et iterum concordia facta est inter ipsos.

1272. Stephanus rex Ungarie subitanea morte occubuit. Cui Ladizlaus filius eius successit; habens tantum 10 annos etatis coronatur.

1273. Filii Wernhardi Pruzlini et Marquardus de Hekkinge et Chunradus de Sancto loco cum aliquibus Australibus ad numerum mille virorum versus Ungariam hostiliter navigantes usque Rab pertingentes forum illic incendio devastantes, urbem vero manu valida expungnantes, episcopum quoque de Quinque ecclesiis, qui capitaneus ibidem extitit, cum aliquibus comitibus Ungaris vinculis nodaverunt, et in Austriam vinctos adduxerunt. Eodem anno Hainricus de Guzzinge venit cum triginta milibus expeditis, fugavit regem Boemie Otakarum et exercitum suum duobus diebus videlicet Non. Augusti. Ibidem Uodalricus de Durrenholtz occiditur. Rex vero Boemie postquam expeditus esset tertio die sequenti fugavit eos de terra et persecutus est eos usque ad flumen quod dicitur Wak, et expugnavit illic fere omnes munitiones, Posonium et Tyrnam civitatem. Deinde per pontem lingneum iam quarto constructum trans Danubium iter arripuit, illic similiter omnes munitiones occupat circa Danubium usque ad montem sancti Martini et etiam omnes munitiones circa piscinam que dicitur Vertse per omnia destruxit. Et ulterius usque Odenburch civitatem quam tunc obsedit, que etiam sibi tradita fuit; et sic novem septimanis potenter castra metatus est.

1273. Eodem anno Rudolfus comes de Habesburch in Romanum regem eligitur in civitate Franchenfurt et Aquisgranum, quod in teutonice Ach dicitur, una cum uxore sua Anna nomine coronatur.

1274. Gregorius papa decimus concylium Lugdune cum 1224 archiepiscopis, episcopis, prelatis infulatis circa festum apostolorum Phylippi et Iacobi in mense Maio celebravit, et ibidem omnibus clericis precepit, ne haberent concubinas et non frequentarent tabernas, et quilibet[a] haberet beneficium unum, cetera vero beneficia aliis clericis pauperibus resignarent. Ibidem etiam institutum est, ut delerentur omnes monachi ac moniales, que dicuntur *zaphnunnun*, sub regula non habitantes.

1275. Phylippus heres Karinthye qui prius electus erat in archiepiscopum Saltzburgensem et postea depositus, deinde in patriarcham Aquilegensem, sed privatus utroque honore. Rex vero Boemie Otakarus ipsum dum in Karinthiam locaret loco capitanei, opposuit se cum aliquibus munitionibus. Ipso anno civitas Frisach per Mynoldum capitaneum Styriensem subversa est omnino incendio, et occisi sunt cives et uxores eorum, senes et iuvenes quam plurimi.

1276. Wienna tertia vice incendio flagrat usque ad centum domos iuxta portam Karinthye que manserunt, tempore Maii in vigilia apostolorum Phylippi et Iacobi.

1277. Rudolfus Romanorum rex marchyonem de Paden auxilio ducis Bawarie Ludwici 1276.
et aliorum multorum marchyonum, episcoporum, comitum et baronum vicit, et alios multos nobiles in Swevia et Francena possessiones regni habentes conpescuit. Deinde Ratisponam pervenit potenter, ducemque Hainricum Bawarie qui regi Boemie iuratus adhesit propter acceptionem pecunie, vicit similiter, et filia regis Romanorum filio ducis Hainrici desponsatur, et ab eodem rege Rudolfo dux Hainricus terram Bawarie recepit tytulo feodali. Postquam autem rex Romanorum in Pataviam pervenisset, nec per artas vias, nec per Enum morose transire quiverat, ecce Hainricus dux Bawarie nitebatur ipsum delinquere, nisi terram superiorem ultra Anasum pro 40 milibus talentorum sibi obligaret. Quod quidem per principes dum alio modo procedere non posset extitit arbitratum. Eodem anno rex Rudolfus Enum,

a) cuilibet c.

Anasum, Trunam et omnes fluvios transiens. Quem universi ministeriales Austrie benigne susceperunt, relicto rege Otakaro, qui predictam terram Austrie 26 annis potenter gubernaverat, oblitique sunt iuramento et heredibus, quos eidem in obsides dederant, propter informationem Predicatorum et minorum fratrum et aliorum clericorum, qui tollentes auctoritate pape et episcoporum ministerialibus et omnibus regi Rudolfo adesse volentibus iuramentorum scelera. Eodem anno civitas Anasus per Chunradum de Sumerowe, Ybsa quoque et Tulna per alios ministeriales una cum munitionibus suis regi Rudolfo tradite sunt. Neumburgam autem ex parte claustri precursores vespertino tempore apertis portis valida manu interemptis custodibus Boemis, quibus commissa fuit civitas, obtinuerunt. Rex vero Romanorum exinde Wiennam veniens, quam quinque septimanis obsedit. Rex vero Otakarus collectis Bohemis suis et paucis Australibus nitebatur se et suos defendere, in Marchvelde ipso tempore metaverat, sed prepediti fluente Danubio ad congressionem venire non poterant, nisi terram utraque parte Danubii rex uterque magno spolio depredavit. Cum autem rex Boemie, ut predictum est, aliud facere nequiret, ecce per ducem Ludwicum et per Ottonem marchionem de Brandenburch, nec non per episcopos aliquos arbitrando taliter extitit diffinitum: quod rex Rudolfus regem Otakarum terris suis videlicet Boemia et Moravia resignatis aliis septem terris tantummodo infeodaret. Quod ita factum est. Nam rex Boemie pacifice Danubium transiens in castris ante Wiennam a predicto rege Rudolfo flexis genibus cum 36 vexillis terras in feodo suscipiens supradictas, regi Romanorum deinceps servire more solito iuratus in conspectu multorum principum fideliter compromisit. Ministerialibus quoque et civibus Austrie obsides spopondit et captivos mutuo restituere. Sicque rex Romanorum sepe dictus Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam possedit sollempniter, regresso rege Boemie ad propria cum quiete. Arbitratum denique inter cetera a supra dictis principibus extiterat, quod supradicti duo reges quatuor pueros suos legittimali thoro ad invicem copularent. Eodem tempore rex Ungarie Ladizlaus regi Boemie et etiam Comani[a] est reconciliatus. Sed rex Romanorum predicto regi Ladizlao omnes civitates et munitiones, quas olim rex Boemie eidem abstulerat, restituit liberaliter, nichilominus promittens rex Boemie memorato regi Ungarie omnem thesaurum et ornatum reddere, quem aliquando amita ipsius regis Ladizlai asportaverat, videlicet duas coronas, ceptra, amphoram preciosam et alia multa et incomparabilia chlenodia regis Atyle.

1277. 1278. Rex autem Otakarus ductus penitentia, quod terras predictas resignaverat, obsides ministerialium et civium Australium, dyadema quoque regis Ungarie et alias compromissiones factas, sicut per arbitros diffinitum extitit, restituere recusavit. Tunc rex Romanorum partem Austrie, quam regi Boemi sub obligatione pro 20 milibus marcarum videlicet copulatis heredibus assignaverat, resumpsit, et omnes munitiones novis instrumentis, que catti vocantur, potenter expugnavit, et sic dissensio et gravis guerra oritur inter illos. Nam tota hyeme Australes Moraviam et e converso Boemi Austriam preda et incendio affligentes. Eodem anno maxima caristia in Karinthia facta est, ita ut homines se invicem comederent, et in Styria similiter se ipsos invicem comederunt.

1278. 1279. Videns autem rex Boemie quod sic proficere non posset, restituit Australibus obsides et captivos. Dyadema vero regis Ungarie reddere noluit dicendo hec regi puerulo usque ad annos discretionis fideliter conservando. Frequenter vero predicto regi Romanorum scripsit amicabiliter verba pacifica, sed in dolo. Iterum ducem Hainricum de Bawaria et alios principes circa Renum tam seculares quam spirituales sua corrumpit peccunia, qui obliti iuramento et fidei Rudolfum regem Romanorum penitus derelinquunt. Itaque rex Otakarus collecto grandi[b] exercitu cum machynis et aliis instrumentis, que catti vocantur, terram Austrie potenter ingreditur; Drosndorf obsedit, que cum auxilium non haberet, sibi subicitur. Deinde versus La procedit; ibi non proficiens, ut sperabat. Rudolfus quoque Romanorum rex, qui sic fraudulenter circumventus fuerat, nam ut predictum est, universi principes[c] preter regem Ungarie et episcopum Basiliensem et episcopum Chymensem et purchgravium de Nurnberch cum Australibus et Styriensibus et Comanis presente rege Ungarie, predicto regi Boemie hostiliter cum tamen vix unum pugnantem contra duos rebellantes haberet, et non nisi ducentos quinquaginta dextrarios contra mille centum, parte ex adversa[d] obviavit. Septimo autem Kal. Septembris que fuit tunc feria sexta post Bartholomei apostoli proxima,

a) Comanis? b) grando *c.* c) *quaedam excidisse apparet.* d) adverso *c.*

post primam missam hora diei tertia, ambo reges videlicet Romanorum et Boemie in campo 1278.
Ydungspeuge prope Marchiam acriter sunt congressi. Itaque nomen Dei gloriosum et benedictum Christus exercitui regis Romanorum in signum datum fuerat, quod semper ab incredulis paganis et a semichristianis Ungaris blasphematum est, illa hora communiter tam a paganis quam a christianis devotissime invocatur *Christus Christus!* Ubi dominus Rudolfus Romanorum rex a quodam hoste trucidatus in terram pronus interfecto dextrario prosiliit, sed sublevatus et erectus a suis fidelibus ad pugnam iterum prosperatur. Et ecce exercitus Boemorum superatus terga vertit, occisi quam plurimi, et infiniti sunt submersi. Ipse vero rex Otakarus prostratus ab hostibus, vulneratus atque captus, a quodam hoste Australico, dum armis iam spoliaretur, per cervical hasta perforatur, ultimo per viscera romphea transfossus moritur interemptus. Quo facto rex Ungarie et Comani sumptis spoliis et captivis Boemis annuente Romanorum rege, ne christiani per Boemiam Cumanorum rabie inficerentur, ad propria sunt reversi. Rudolfus autem rex Romanorum Moraviam intrat cum exercitu, per omnia quam devicit. Cum autem versus Pragam per Boemiam vellet procedere, ecce marchio Otto de Brandenburch, qui post obitum regis Boemie sui avunculi civitates, urbes, castra et menia in regno Boemie et thesaurum ipsius regis Otakari arripuit, sibi nitebatur similiter resistere. Denique in Colonia iuxta Albiam quod Weizza dicitur ipsis convenientibus, per principes arbitrando sicque diffinitum extitit, quod filius regis Boemie defuncti filiam regis Rudolfi quemadmodum olim patre vivente ordinatum fuerat, legittime duceret in uxorem; fratri vero ipsius marchionis filia[a] regis Rudolfi similiter ibidem desponsatur, sicque marchioni de Brandenburch regnum Boemie et adolescens regulus sunt commissa. Regi autem Romanorum ad quinque annos Moravia est commissa, et sic Wiennam adiit magno honore.

1280. Rex Rudolfus filiam suam filio regis Boemie desponsatam usque in Schatzlaviam 1279.
misit, ubi tunc primum matrimonium consumatur, mense Ianuarii. Eodem anno mense Februarii Rudolfus Romanorum rex fratri marchionis de Brandenburch et filie sue quam eidem copulaverat honestas facit nuptias Wienne in claustro fratrum Predicatorum. Eodem anno mense Martio super Hainricum Bawarie expeditionem indicens, quoniam adhuc partem Austrie, videlicet terram ultra Anasum violenter tenuit, et dum rex Romanorum mense Maio ipsum vellet invadere hostiliter campestri prelio, quam malis gratibus dereliquit, et regis gratie reconciliatur. Eodem etiam anno mense Iunii dominus Philippus apostolice sedis legatus Ungariam veniens, christianos Ungaros, qui christianam sectam fere obliti fuerant, ritu paganismi[b] disgregatis comis, prolixis crinibus et habitu muliebri conversabantur, salubriter compescuit in crinibus, vestitu et in fide katholica, episcoporum ibidem consilio mediante. Notandum inter cetera, quod curialis et mirabilis casus Wienne accidit eodem anno. Otto namque de Haslowe ministerialis iam maior octogenario, hic Nonis Decembris cum filio neptis sue sive attavo, qui eodem die a rege Rudolfo accinctus est gladio, hastiludium exercebat agiliter.

1281. Anna Romanorum regina dum filiam transmissam versus Apuliam nimis lugeret, moritur pre dolore in die beate Iuliane virginis. Eodem anno Rudolfus Romanorum rex egressus est Austriam 8. Kalendas Iunii[c]. Eodem anno Hartmannus filius Rudolfi regis Romanorum submersus est in Reno circa villam que dicitur Reinowe 13. Kal. Ian. cum aliis 14 viris tam nobilibus quam mediocribus.

1282. Filia regis Romanorum, quam Otto dux, filius Hainrici ducis Bawarie, in uxorem duxerat, moritur. Eodem anno prelium commissum est inter Tartaros et paganos, ubi centum milia ex utraque parte occiduntur, sed Tartari vicerunt. Eodem anno maxima mortalitas hominum fit per Boemiam, Moraviam et Austriam.

1283. Eodem anno circa pentecosten Predicatores in Wienna celebraverunt fere cum trecentis fratribus capitulum. Rudolfus rex Romanorum filios suos Albertum et Rudolfum duces facit per Austriam et Styriam et Carniolam. Eodem idem Albertus dux Austrie et Styrie, filius regis Rudolfi Romanorum, quoddam castrum expugnavit ex alia parte Marchie nomine Pystritz, ibidem cepit 70 viros nocivos et ex illis fuerunt in armis 50, reliqui vero debiles fuerunt persone, quos rustici circumsedentes excusaverunt et eos innocentes asseruerunt, et sic evaserunt. Reliquos vero 50 duxit versus civitatem Marhekke. Capitaneum vero ipsorum dictum Plesperger et quendam nomine Zwichel et filium Ruchendorferii se-

a) filiam *c.* b) paganismo *c.* c) Ian. *c.*

nioris et Pretrarium de Manswerde et quendam nomine Schapraun, et ipsorum socii. Quorum 14 sunt truncati capitibus et 6 suspensi ibidem. Alios vero 31 versus Wiennam deducti sunt, et cum in navim ad Danubium locarentur vinculati, ecce duo ex illis resolutis vinculis in Danubium ceciderunt sperantes se evadere. Sic usque ad quandam insulam natabant, et ibidem a Swevis iterato unus captivatur, alter vero vulneratus sic evasit, fugensque ivit vias suas usque ad quandam arenam, ibidem invocando adiutorium molendinatorum, qui duxerunt eum usque ad terram, et ibidem pre dolore vulnerum moritur, et iudex de Stadlawe iussit eum ad campum sepelire.

AUCTARIUM SANCRUCENSE.

In codice A *olim Sancrucensi ad a.* 1072 *manu saec. XIII. verba quaedam de monasterio Gotwicensi inscripta sunt, quae in Annalibus Gotwicensibus et Auctario Claustroneoburgensi dedimus; alii saec. XIV. marginibus foliorum notaverunt quae hic sequuntur:*

1138. 1138. (Liupoldus marchio duxit uxorem) filiam ducis Bawarie[74].

1141. 1142. (Leupoldus dux Bowarie et marchio Austrie obiit,) filius Leupoldi marchionis Austrie fundatoris Sancte Crucis, et sepultus est in eodem loco in capitulo. (Heinricus frater eius successit) fundator Scotorum.

1182. 1182. (Liupoldus dux Austrie Ierosolimam ivit, et inde revertitur, afferens porcionem sancte crucis ad mensuram virilis manus,) quam crucem in monasterio Sancte Crucis reliquit.

1194. 1193. (Liupoldus . . . . in domo Sancte Crucis sepelitur.) Qui fuit nepos Leupoldi marchionis Austrie, fundatoris Sancte Crucis.

1198. 1198. (Fridericus dux Austrie peregre moritur,) et in domo Sancte Crucis sepelitur[75].

1223. 1223. (Heinricus dux de Medlico obiit,) et sepultus est in Sancta Cruce cum uxore sua Reiza[76] in capitulo. Qui predictus Heinricus fuit nepos Leupoldi marchionis Austrie, fundatoris Sancte Crucis.

1246. 1246. (Fridericus dux Austrie et Stirie interfectus est in prelio 16. Kal. Iulii,) et sepultus iacet in Sancta Cruce in capitulo. Qui fuit ultimus heres Austrie; fecit enim per suam audaciam mirabilia in vita sua.

CONTINUATIO SANCRUCENSIS III.

In eodem codice A *post excerpta ex Continuatione Vindobonensi a.* 1279—1301 *sequuntur gesta annorum* 1302—1310, *alia manu scripta. Eorum excerpta reperiuntur in codice* I *Claustroneoburgensi, ubi fratri Nicolao Vischel de Sancta Cruce tribuuntur, dissertationum quarundam de rebus sacris auctori, quas H. Pez enumerat SS. I,* 706. *Hunc igitur sequentia composuisse veri simile est, etsi dubium movet mutatus a.* 1307 *scribentis calamus, quod tabula adiecta monstrat. Sed quum stilus idem maneat, nihil impedit quominus priora a librario excepta, postrema ab ipso auctore scripta esse dicamus.*

77 1302. Dominus Hostiensis cardinalis[77], missus Ungariam transitum faciendo per Wiennam, chorum ibidem consecravit Predicatorum. Cum ergo Budam venisset, et promocioni domini Karoli, pro qua directus fuerat, intenderet, fautores fili regis Bohemie, id egre ferentes, lesioni illius intendebant. Territus itaque legatus metu, clanculo Budenses deseruit, et properanter festinavit Busonium[a]. Neque eciam ibidem securus seu tutus, Wiennam per-

a) *manus* 2. *correxit* Bosonium.

74) imo Boemiae, Sobeslai, Mariam nomine. 75) videsis tabulas Liupoldi VI, Herrgott Monum. domus Austr. I, 205. Meiller, Babenberg. Regesten p. 90. 76) v. Cont. Zwetl. II. a. 1177. n. 42. 77) Nicolaus.

venit; ubi eciam per aliquod spacium temporis, agregata pecunia procuratoria, infecto omni negocio pro quo directus fuerat, incassum rediit ad Urbem.

1303. Emuli Bonifacii pape rati locum et tempus sui mali conatus reperisse, apud civitatem Ananam[78] pallacium illius irruentes, ipsum eciam conclusum in custodia aliquantis diebus detinuere. Tandem dimissus venit Romam, ubi et die tercio defungitur, toxico infectus in ipsa custodia, secundum opinionem plurimorum. Ecce mire elacionis et calliditatis homo, quam subito defecit et periit! Causa autem illius interitus duorum cardinalium de Columpna fuit degradacio, et regis Francie excommunicacio, simul et ipsius procuracio. Eo modo defuncto Bonifacio, Hostiensis cardinalis supra memoratus pro eo papa constituitur, Nycolaus cognominatus[79]. Hic regem Francie a vinculo anathematis sine omni satisfactione absolvit, et sic tantum ipsius piaculum remansit inultum. Sept. 7. Oct. 11. Oct. 22.

1304. Rex Bohemie contracto copioso exercitu, favore et assensu quorundam Ungarie baronum Budam usque pervenit. Cui cum filius suus, quem ante triennium corruptis baronibus pecunia regem instituerat, cum apparatu regio occurrisset, assumpto filio et corona aliisque regalibus insigniis propere Bohemiam remeavit. Dominus autem Karolus quem papa iam regem Ungarie prefecerat, iunctis sibi multis tam Ungaris quam paganis, ad ducem Austrie Rudolfum se contulit; cum quo etiam Bohemiam et Moraviam hostiliter devastavit. Rex eciam Romanorum Albertus adunato militari agmine cum prefato Karolo[a] atque duce Bohemiam ingressus, incendiis et rapinis cuncta devastans, ibidem duravit, quousque yemis asperitate et famis necessitate reddire ad propria compelleretur. Pagani vero, qui cum domino Karolo[a] venerant, cum pertinaciter ab exercitu recederent, nec pro ipsius regis Romanorum imperio infinitos captivos, quos de Bohemia et Moravia abegerant, laxarent, ab Australibus ex ipsius regis precepto celeriter preventi, attrociter trucidati sunt. Numerus autem occisorum ad duo milia ferebatur. Eodem etiam anno dominus abbas Ulricus[80] resignato regiminis oficio, successorem dominum habuit Georium. Oct. 80

1305 obiit regina Francie[81] procuratrix cruentissimi[b] belli, ut fertur, quod agitabatur inter regem Francie et Flandrenses; in quo eciam bello tot duces, tot barones, tot comites, milites ac nobiles regni Francie perierunt, quantos non meminit etas seniorum modernorum. Siquidem usque ad obitum huius regine per quinquennium, quo ipsum bellum protractum fuit, trecenta et eo amplius de Franciis virorum pugnatorum feruntur occisa milia. O quam terribilis Deus in consiliis suis super filios hominum! O iudicia Dei quanta abyssus multa! quod tot et tam validi viri, qui totam Europam virtute humana occupare poterant, ab humilibus hominibus sic dehonestantur. Quid hic possum dicere nisi illud dictum Yeremie: *Quis non timebit te o rex gentium?* Eodem anno obiit domina Blanca ducissa Austrie, soror predicti regis Francie, neptis sancti Ludwici regis, mulier virtutis. Dei cultrix et pauperum consolatrix. Eodem nichilominus anno obiit Benzezlaus rex Bohemie, cui filius ipsius eciam nomine Benzezlaus admodum adolescens in regno successit. Ipso nichilominus anno et tempore dominus [Bertrandus[c]] Burdegalensis archiepiscopus in papam eligitur Urbis et orbis Clemens cognominatus, qui ipsam curiam Romanam devitans, in solo deguit paterno. cf Psal 65,5. 35. 7. Ier. 10, 7. Marc. 19. Iun. 21. Iun. 5.

1306. Benzezlaus rex Bohemie supra memoratus, a suis ob nimia occiditur flagicia. Periit vero sine heredibus et corona, idest nondum coronatus, morte quidem inmatura set suis sceleribus congrua. Bohemi ergo tunc temporis voto et assensu baronum omnium, nec non et civitatum tocius regni Bohemie, dominum Rudolfum, ducem Austrie, primogenitum regis Romanorum, virum quidem iuvenem, set maturis moribus pollentem, in regem elegerunt. Insuper promittentes verbis, firmantes iuramentis, statuentes privilegiis, quod Fridericum germanum predicti Rudolfi sibi pro eo regem statuerent, si ipse Rudolfus sine heredibus migraret ex hac luce, hoc ipsum de singulis filiis regis Romanorum promittentes. Eodem anno et tempore Fridericus germanus predicti Rudolfi suscepit regenda gubernacula tocius Austrie et Stirie. Eodem nichilominus anno dominus Otto dux Babarie, ex antiquo sanguine regum Ungarie descendens, recepta corona et aliis regalibus regni Ungarie a rege Bohemie, necdum interfecto, gratia regnandi contendit Ungariam. Coronatus itaque licet Aug. 4. Oct. 1305. Dec. 6.

a) *manus 2. correxit* Karulo. b) *ita ex corr. manus 2; antea* crudelissimi *fuisse videtur.* c) *in cod.* Clemens *scriptum est, sed erasum.*

78) i. e. Anagniam. 79) sed in pontificatu Benedictus XI. 80) S. Crucis. 81) Iohanna Navarrensis, a. 1304.

82 indebite, a Colocense archiepiscopo[82], que regie dicionis erant, minime obtinuit: cunctis possessionibus regalibus a baronibus iam occupatis, de sibi promissis nichil perficientes. Circa idem tempus simul et anno, apud Sanctum Ypolitum ludei circa corpus Christi sacrilegia comisere crudelia. Indignati ergo cives, cunctos ludeos ipsius habitatores civitatis ferro pene perimere et gladio. Quam ob causam iniurias, angarias et continuas rapinas ab hominibus ducis sibi illatas, cives non sustinentes, ab episcopo quidem deficientes non longe post se pariter et civitatem dicioni ducis subdidere.

1307. Electus Bohemie Rudolfus prenotatus, generosus et inclitus, multis donis et graciis preditus, diversis etiam virtutibus, veluti nobile vas preciosis lapidibus intextum, mense
Iul. 4. Iunio, instante tempore coronacionis sue, inmatura morte preventus, diem clausit extremum. Quo defuncto, Bohemi in preiudicium regis Romanorum, contra ius etiam iurandum, ducem Carintie[83] regem sibi statuere. Quam ob causam Carintia et Karniola ab hominibus regis Romanorum hostiliter vastabantur. Fridericus etiam dux Austrie valida manu Bohemiam peciit, ibidem per duos menses et eo amplius adventum sustinens regis Romanorum. Dura-
Sept. Oct. verunt ergo ambo in Bohemia usque ad yemem, occupatis aliquantis civitatibus, in communi vero in modico proficientes: eo quod pene omnes civitates et barones ipsius regni variis et diversis, multis et magnis promissis, set per omnia falsis, predictos principes delusere. Re-
81 versus tandem dux Austriam, pariter secum deducta relicta prefati Rudolfi[84], regina scilicet de Kalis[a], illico homines suos Brunnam dirigit, pro ipsius civitatis custodia et Moravie defenssione[b]. Ipso eciam in tempore Bavari[c] reditum regis Romanorum per Babariam impedire cupientes, rerum dispendio et corporum periculo, quia plures interfecti sauciati captivati, malis gratibus transi[d]um prebuere.

1308 prefatus Otto dux Babarie dimissus a rege Ruscie, cui antea a duce Transilvano[85] commissus fuerat, relicto regno Ungarie solum proprium remeavit, non sine rubore; cunctis pene tunc Ungaris voto et assensu in prefatum Karulum concurrentibus. Non longe post,
Mai. 1. eodem scilicet anno, Kal. Maii, Albertus rex Romanorum dum terciam versus Bohemiam instaurat expedicionem, pecunia Bohemorum et fraudulento consilio principum iniquorum circumventus et traditus, a filio fratris et quibusdam aliis dolosis exceptus insidiis, multis confossus vulneribus miserabiliter occubuit. Ecce vir fortis et potens, animo intrepidus, manu validus, armis strennuus, quomodo corruit coram filiis iniquitatis! Quid hic animadvertere, cogitare, vel dicere possumus, nisi ut his timeatur, qui auffert spiritum principum, terribilis aput reges terre. Defuncto itaque rege Romanorum, Bohemi veluti pedagogo qui eorum arcebat malicias, de medio subducto, spreto electo suo, duce scilicet Carinthie, terram propriam spoliis, latrociniis et homicidiis hostiliter vastaverunt. Ipso in tempore, simul et
Nov. 27. anno, Hainricus comes de Luzzelburch vir honeste fame, zelator pacis et iusticie, in regem eligitur Romanorum.

Ian. 6. 1309 prefatus Hainricus electus, in die epiphanie Aquis Granis consecratur in regem.

Iun. 15. Non longe eciam post sepe memoratus Karulus a quodam cardinali[86] Bude inungitur in regem. Eodem eciam anno plures ex diversis provinciis non auctoritate apostolica, set motu proprio cruce signati, sine rectore, doctore et duce hinc inde in incertum vagantes, non sine rubore ad sedes proprias remearunt. Eodem nichilominus anno[e] facta est eclypsis
Eccli. 27, 12. lune, sequenti nocte post Ypoliti martiris[87]. Et quia secundum dictum Eccles. 27. stultus ut luna mutatur, ipso in tempore plures ex nobilibus Austrie, animo mutabiles, mobiles et instabiles, predicto se duci oposuere, qui mortem patris ulturus, simul queque[e] beneficia seu terras de manibus regis Romanorum suscepturus, ad superiores partes Reni transierat; possessiones illius hostiliter invadentes, rapinis tributis iniustis et adinvencionibus perversis Austriam turbavere, set scelerius a fidelibus ducis oppressi et obruti, municiones et alia queque que male occupaverant, malis gratibus reddidere. Dux eciam Otto Babarie, quem sibi tales ducem[f] . . . . . rant gavisus, castrum ducis Austrie nomine Neunburch, ultra Pa-

a) de Kalis *spatio vacuo postea inscriptum videtur.* b) *abhinc alia manus pergit, quae proxime sequentia* Ipso — pedagogo *erasis prius scriptis superposuit.* c) bauri *cod.* d) anno — oposuere *in loco raso.* e) *sta cod. sed excerptum Claustroneob. melius* simulque. f) 2 *vel* 3 *vocabula erasa.*

82) Fessleros per Benedictum ep. Bezprim. et Antonium Chanadiensem coronatum esse dicit: Vincentium Coloc. nondum confirmatum fuisse refert.
83) Heinricum, generum Wenzeslai II, maritum Annae reginae. 84) Elisabeth, quae prius Wenzeslao II regi nupserat. 85) Ladizlao. 86) Gentili. 87) immo post octavam eius, Aug. 21.

taviam situm, tunc occupavit, cepit et diruit; cum propter ducis absenciam et frigoris intolleranciam, eo quod vis algoris plerosque extingueret, nullus auxilium ferret castro memorato.

1310 sabbato ante purificacionem circa vesperam facta est eclypsis solis. Ipso in tempore, Fridericus dux Austriam reversus, missis militibus Babariam, homines ducis Babarie, qui iam alterum castrum, nomine Bernstain, contiguum predicto castro occupaverant, fugaverunt: multis ex ipsis captis, pariter et exustis machinis. Circa idem tempus prefatus dux Fridericus plures Wienensium qui cum supra memoratis ministerialibus se opposuerant[a], iudicio convictos et sentenciatos, penis actos et tormentis tortos et excruciatos, alios vero possessionibus simul et rebus nudatos, solo eciam metu plures effugavit. Eodem eciam anno in crastino Laurencii martiris, circa ortum diei facta est eclypsis lune. Ipso in tempore Fridericus dux Austrie congregato exercitu copioso transiit Babariam, castrum nomine Scherding vallans obsidione. Correptus illico ibidem dux infirmitate gravissima, qua omni tempore obsidionis usque ad mortem laborabat, ita ut sepius mortuus nunciaretur, post ymbrium et fluminum maximam inundacionem quibus ab inpugnacione castri arcebatur, erectis tandem machinis et instrumentis bellicis, cum nullus suorum ad expugnandum castrum manum apponeret, conatum illorum advertens, non inmemor iniurie anni preteriti, propriis consulens utilitatibus, succensis machinis obsidionem solvit. Jan. 31. Aug. 11.

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS V.

In codice 1 *(Claustroneob.* 691*) excerpta ex chronicis Vatzonis et Nicolai Vischel excipit Continuatio usque ad a.* 1455*, stilo quidem barbaro et inculto scripta, sed rerum diversarum notitia non inutilis. Eam post H. Pez (SS. I,* 725*) hic ex ipso illo codice correctam exhibemus.*

1307 in die sancti Udalrici episcopi obiit Rudolfus rex Bohemie, filius regis Alberti, et est sepultus in Praga.

1308 in die apostolorum Philippi et Iacobi occisus est serenissimus dominus dominus Albertus Romanorum rex, filius domini Rudolfi regis Romanorum, a patruele suo duce Iohanne, in loco ubi nunc positum est maius altare in Chunigsveldt. Qui videlicet dominus Albertus in ipso die occisionis sue reliquid decem liberos superstites: serenissimum principem dominum Fridericum, postea regem Romanorum, et illustres dominos Leopoldum, Albertum, Haynricum, Ottonem duces Austrie; nec non et preclaras dominas, dominam Agnetem reginam Ungarie, Elizabet ducissam Lotharingie, Annam ducissam Branslavie, Katherinam ducissam Calabrie, et Gewtam comitissam de Ottingea. Et idem dominus Albertus sepultus est in Spirea, et fundavit cenobium in Herwerczstain, et regnavit 10 annis.

1322 Fridericus dux Austrie ascendit Bavariam ad expugnandum, et captus est cum Haynrico fratre suo duce Austrie, et multis nobilibus terre Austrie, in vigilia Michaelis.

1326 pridie Kal. Marcii obiit Leopoldus dux Austrie et Stirie.

1327 in die sancti Blasii obiit Haynricus dux Austrie et Stirie.

1330 in octava epiphanie Domini obiit serenissimus dominus dominus Fridericus Romanorum rex, fundator monasterii in Mawrbach; ibidem sepultus est, et regnavit 15 annis.

1328 Austria fuit cremata ex utraque parte Danubii per Ungaros et Sarracenos, ex parte ducis Ottonis.

1316 fugit dux Otto cum exercitu suo a facie regis Bohemie, in die sancti Ieorgii martiris[88].

1330 combustum est claustrum in exaltacione sancte crucis una cum civitate[89].

1338 tot locuste venerunt, quod terram cooperuerunt, et avenam devoraverunt.

1339, 13. Kal. Martii obiit Otto dux Austrie et Stirie et Karinthie, et fundavit claustrum griseorum monachorum in Monte novo, est ibidem sepultus.

a) o. i. c. et s. *in loco raso.*

88) anno **1336** factum est. 89) scil. Claustroneoburgense. Hoc a. 1318 accidisse demonstravit M. Fischer in Historia huius coenobii.

1348 factus est terremotus magnus, ita quod castra multa corruerunt, et civitas Villas[90] de ea totaliter corruit, in conversione sancti Pauli.

1349 factus est iterum terremotus in purificatione sancte Marie. Eodem anno flagellatores surrexerunt, qui flagellaverunt se, et ibant de civitate in civitatem, et de villa in villam. Et finita ista secta, venit pestilentia sive mortalitas magna et inaudita, quod sepe una die sepeliebant mille homines nisi in una civitate, et in rure sepeliebantur homines in campis, et talis pestilentia nunquam visa fuit, nec visa est.

1350 factus est terremotus magnus circa Basiliam, ita quod magna pars Basilee[a] corruit, et quod homines existentes in civitate dederunt fugam de civitate ad alia loca pre timore.

1366 iterum venerunt locuste in Austriam, talis multitudo, quod omnia frumenta devoraverunt.

1370 iterum facta est pestilencia magna inter homines.

1375 captus fuit dominus Albertus episcopus Pataviensis a domino dicto Ernfelser: eo tempore voluit descendere Wiennam ad nupcias domini Alberti senioris, feria sexta ante carnisbrevium.

1377 in mense Decembri fuit captus dominus Piligrimus, archiepiscopus Salczpurgensis, dictus Puechamer, per ducem Bavarie.

1390 fuit in Austria unum geramen, hoc est consilium secretum, ita quod convocaverunt nobiles et villanos superiores ad unum locum, et in illo loco oportebant eos iurare ad sancta sanctorum, quod quilibet eorum vellet dicere meram veritatem super quo interrogaretur: utrum nobilem vel laicum aut aliquem alium sciret, qui esset spoliator aut fur et inutilis hominibus, ut narraret ipsis ad exstirpandum tales malos homines; et quilibet fuit seorsum interrogatus ad iuramentum suum, et tunc quamplures fuerunt interfecti, nobiles et laici.

91 1401 omnipotens[91] Deus, opifex et creator omnium rerum, novum faciens miraculum, volens ostendere prodigium huic mundo, cometam stellam pulcerrimam ignibus, crinitam[b] lucifluis zonarum ductibus et galeatam celis infusis; imo ut fatear clarius, quasi quoddam maiestatis sue ostentaculum, ipsam sursum in ethere candore igneo cunctis mortalium obtutibus demonstravit. Huius autem stelle quid importet presagium, in libro Honorii de Ymagine Mundi, et ab Ysidoro dicitur satis clare. Hoc namque genus sideris cum oritur aut mutationes regnorum aut pestilentias aut tempora bellica prefigurat, ut quidam pulcherrime diffinivit. Versus:

Ignibus est leta, pestes fert rara comela
Nuntia bellorum, mutat dyademata regum.

Et ista stella duravit ad longum tempus, puto etc. Et illo anno mortuus est dux Mediolanensium.

1402 fuerunt inundaciones aquarum per Bavariam et Austriam et Ungariam, ita quod Danubius exiebat ultra conswetum locum in Austria in utraque parte, et destruxit omnia frumenta in vicinio, et gramina et villas et pomeria; et in aliquibus locis dilatabat se aqua per unum miliare ad latus, et quidquid arripuit, hoc totum destruxit; et hoc factum est in die Petri et Pauli apostolorum, et aqua stetit fixe quasi ad decem dies, antequam minuebatur.

1403 fames sive caristia prevaluit in terra et in tota Austria, quod frumentum valde carum fuit, ita ut unus modius tritici, non de meliori, sed de mediocri tritici vendebatur pro decem et septem talenta, prompta[c] pecunia, et una metreta tritici vendebatur pro quinque solidis, et una metreta ordei vendebatur pro tribus solidis et 15 denariis. Et in illis temporibus homines comederunt panes de aveno, de lentibus, de pisis, et etc. et quidquid potuerunt habere ad comedendum; quia in illis annis multi homines fame perierunt.

1402 rex Bohemie, nomine Wenczeslaus, fuit captus per fratrem suum Sigismundum, regem Ungarie, qui duxit eum ad Wiennam, et presentavit ipsum ducibus, scilicet Alberto, Wilhelmo et Ernesto, ut tenerent ipsum in custodia. Et ipse fuit detentus forte ad duos annos, postea evasit furtive de Wienna ad Bohemiam.

1403 regina de Apulia venit ad Austriam, et duxit in maritum ducem Wilhelmum, qui quondam fuit rex Polonie: quia barones et potentiores, sicut debuit dormire cum regina in prima nocte, tunc maiores domini voluerunt ipsum iugulare, et regina ammonuit ipsum, et sic furtive evasit, et amplius non redibat[d]; et domini de Polonia redderunt ipsam contra voluntatem eius cuidam pagano, quem coronaverunt in regem.

a) basilea *c.* b) cernit. *cod.* c) propmta *c.* d) reddebat *c.*

90) Villach in Karinthia. 91) Ad verbum haec desumpsit ex descriptione cometae a. 1264. supra p. 648.

1404 Albertus dux Austrie congregavit magnum populum in Austria, scilicet comites, barones et milites et clientes; et dux Ernestus exivit cum eo, et venerunt ad Moraviam ante unam civitatem, nuncupatam Znoymam, et illam voluit expungnare; sed domini eius contrarium fecerunt, ita quod cum verecundia recessit, et nichil profecit. Et in reversione, antequam venit Wiennam, mortuus est in Newburga, et idem dux reliquid filium, nomine Albertum, forte circa octo annorum. Et hunc principem omnes provincie lugebant mortem ipsius, tam spiritales quam seculares, propter suam probitatem quam gerebat, et sepultus est in Wienna ad Steffanum.

1405 intraverunt Ungari ad Austriam cum potencia magna et gente infinita, et incenderunt villas, et spoliaverunt homines, et peccora receperunt, ubicunque locorum invenerunt, et multos homines captivos et pueros deduxerunt, et iacuerunt in terra Australi plusquam sex ebedomadas: quia terra pro tunc non habuit defensorem.

1406 dux Wilhelmus congregavit se cum suis baronibus, militibus et clientibus, et venit ad Ungariam ante unam ecclesiam, nuncupatam Newsidel pey dem See, quia ibi fuerunt magni spoliatores, et isti magna dampna fecerunt ad Austriam; et illam expugnavit, et cepit illos: aliquos occidit, aliquos recepit in captivitatem. Et idem dux illo anno mortuus est in Wienna, et sepultus ad Sanctum Steffanum. Et statim venit dux Leopoldus, qui recepit puerum, et fuit tutor pueri, et promisit, eciam litteras super se dedit, quod non vellet aliquem aggravare, nec stewras imponere, nec beneficia conferre sine consensu quorundam dominorum. Sed quando venit ad possessionem, omnino nichil curavit.

1407 amissa est una civitas in Austria furtive, Laa nomine, quam quidam de Moravia, Socul cognomine, intravit in nocte, et tenuit eam cum adiutorio ludoci margravie principis de Moravia, et possedit eam vi, et spoliavit terram, et cepit homines, et multos interfecit, et multa mala de ea exercuit. Tunc dux Leopoldus, qui fuit tutor veri heredis, congregavit se cum episcopo Frisingensi[a], Peritoldus nomine de Bechin, et baronibus et militibus et nobilibus et clientibus, et cum magna multitudine hominum, et vallavit eam, et voluit expungnare illam, et non potuit; quia vidit et cognovit quod domini sui fuerunt sibi contrarii, et sic recessit cum omni populo. Post multa spolia et magna dampna iste nobilista recepit unam summam pecuniarum, et reddidit civitatem: quia intellexit quod vellent consurgere lites in Austria, et sic factus est stipendiarius principis Leopoldi; quia machinatus est, quomodo posset obtinere provinciam contra heredem. Et statim dux incepit se opponere quibusdam dominis et baronibus, qui voluerunt habere verum heredem; et spoliavit eos, et fecit unam ligam cum episcopo Frisingensi[b] et comite de Hardeck et militibus et clientibus; et aliqui barones iuverunt ipsis, et spoliaverunt prelatos et monasteria et civitates et plebanos et ipsorum subditos. Et tunc quidam domini, sicut dominus de Walsse, et pauci domini cum eo, obposuit se ipsis; quia maior pars de baronibus dicebant, quod vellent super sedere, et non declinare ad aliquam partem; et sic iste de Walsee econtra spoliavit illos, et ista contraversia duravit forte ad quartum annum et infra ultra tempus, aliquociens tractaverunt pro pace cum duce, et ipse consensit: et tunc iterato inceperunt, et spoliaverunt ut prius. Et fuerunt discordie et diversitates in tota terra Australi, et specialiter in Wienna: quia communitas fuit contra cives in consilio, ita quod isti de consilio decapitaverunt quinque de communitate. Et postea dux Leopoldus et episcopus de Bechin et communitas ceperunt cives de consilio, et decapitaverunt magistrum civium Varlauff, Rampastarffer et Rock, et alii redimerunt se pecuniis. Tandem concordaverunt cum duce, quod vellent servire ad curiam, et fecerunt. Post hoc retulerunt duci sive principi, quod iuvenis dominus esset infirmus, et quod deberet ipsum dimitti ad alium locum sive castrum, et ipse hoc consensit. Et ipsi duxerunt eum ad unum castrum, nomine Starenberch[c], et ibi tenuerunt ipsum, et amplius non reddiderunt eum, donec recepit possessionem terre.

1408 facta est magna pestilencia in Austria, ita quod multa milia hominum moriebantur in Austria; et in illo anno facta est eclipsis solis de mane circa septimam horam.

1409 depositus est rex Bohemorum Wenczeslaus nomine, de regno Romanorum; et electores elegerunt loco ipsius Iudocum principem Moravie. Et iste non diu vixit, forte ad 14 dies, et mortuus. Et tunc elegerunt loco illius Rupertum ducem Bavarie in regem Romanorum, et iste maxime schandalizatus est, quando voluit intrare curiam Romanam. Tunc

a) frigisensi *c.* b) frigensi *c.* c) Starenbech *c.*

dux Mediolanensis opposuit se sibi, et cepit sibi uxorem et virgines, et multos de populo suo interfecit, et ipse vix evasit, ita quod multa mala ipsis fecit, et ammodo nunquam attemptavit, ut intraret curiam Romanam.

1410 factus est terremotus in nocte penthecostes, sicut cantabitur matutinas ante diem; et illo anno mortuus est dux Leopoldus, tutor ducis Alberti.

1410 dux Albertus recepit possessionem cum solempnitate terre Australi, et convocavit omnes barones, milites, nobiles et clientes, quod quilibet eorum veniret, et susciperet ab eo omaginem; et quicunque non veniret, et faceret sibi obedienciam, ipse vellet privare, et conferre alio iurisdictionem. Et sic oportebat eos venire, et sibi obedire; et sic obtinuit terram.

1411 in die divisionis appostolorum inyerunt bellum Bruthenii domini et rex Polonie simul; et rex Polonie prevaluit, et hoc adiutorio cum paganis et Thartaris, et magnus populus interfectus est, forte ad septuaginta milia hominum, et supremus Bruthenorum dominus occisus est in campo, et multa mala fecerunt pagani in christianis.

1412 dux Ornestus Austrie et Stirie duxit uxorem de Polonia, de progenie paganorum, et fratrem eius expulerunt ante aliquibus annis ab uxore sua, et dederunt ei contra voluntatem eius unum paganum in virum.

1415 confirmatus est dominus prepositus magister Egidius ad Sanctam Dorotheam Wienne, feria sexta post festum ascensionis Domini, a domino Georgio episcopo Pataviensi de Hahenloch.

1416 factum est bellum magnum inter regem Francie et regem Anglie; et rex Anglie obtinuit victoriam, et de populo regi Francie occisi sunt 14 principes et tres episcopi, et hoc uno die.

1417 factum est concilium in Constancia, et duravit ad quintum annum; et in hoc sacrosancto concilio electus est serenissimus rex Sigismundus rex Ungarie in regem Romanorum. Et isti simul tractaverunt de unione Romane ecclesie; quia Romana ecclesia pro tunc habuit tres appostolicos viventes, Iohannem in Roma, Gregorium in Venecia, et Benedictum in Arrogonia: et in hoc sacrosancto concilio omnes tres sunt depositi, et alius electus. Item in hoc sancto concilio dux Fridericus Stirie et Kharinthie deduxit Iohannem papam de Constancia furtive ad unam civitatem, nuncupatam Schofhausen. Tunc serenissimus dominus dominus Sigismundus Romanus rex cum toto sacrosancto concilio scripsit litteras suas cum pictura passionis sancte crucis ad civitates regni imperii; et isti sequebantur eum, et arripuerunt papam Iohannem cum duce Friderico, et devastaverunt sibi civitate et castra et reduxerunt eos ad Constanciam. Et dux Fridericus fuit excommunicatus a sancto concilio, et Iohannes papa inclusus in turrim, et postea a Martino V apostolico absolutus.

1418 electus est in eodem concilio sanctissimus pater in Constancia papa Martinus V, in die sancti Martini pape, a cardinalibus etc.

1419 facti sunt Bohemii heretici, scilicet Wicklefithe et Hussithe pro maiori parte, licet ante fuerunt mixti secta illa annis plurimis. Et idem Iohannes Huss, qui predicavit istam sectam in Praga, citatus est a sancto concilio ad Constanciam, et ibi fuit victus et degradatus et combustus a sancto concilio in Constancia et patre nostro sancto Martino papa quinto.

1420 serenissimus dominus dominus Sigismundus Romanorum rex, Ungarie et Bohemie rex, congregavit magnum populum unacum Alberto duce Austrie et Ornesto duce Stirie, et similiter cum principibus Myxensium, qui venerunt cum magno populo, et ducibus Bavarie et ducibus de Schlesie et aliis principibus, cum magna multitudine venit in campum ante Pragam. et ipsi promiserunt sibi obedire in omnibus mandatis, et exstirpare heresim; et ipse credidit eis, et licenciavit populum. Post hoc ipsi menciebantur omnia promissa sibi facta, et noluerunt sibi obedire, sed manserunt heretici. Et in brevi devastaverunt omnes ecclesias et monasteria et omnes capellas, prespiteros expulerunt de Bohemia, et receperunt omnia bona ipsorum tam in spiritualibus quam in temporalibus, et devastaverunt totum regnum Bohemie.

1421 serenissimus dominus dominus Sigismundus Romanorum rex congregavit magnum populum, et venit cum potencia ad Bohemiam cum Ungaris, et devasstaverunt et combusserunt ubique locorum. Et tunc heretici congregaverunt magnum exercitum, et opposuerunt se sibi, et ipse non potuit ipsis resistere. Et tunc barones ipsius et consiliarii eius suaserunt, quod incenderetur civitas, ubi fodiunt argentum; et hoc factum est. Et spoliaverunt civita-

tem omnibus rebus et omnibus bonis, et combusserunt eam, et sic ipsi sequebantur eum; et quos reperierunt in via, illo occiderunt et spoliaverunt quoscunque, neminem excipiendo, et occiderunt magnum populum utriusque[a] tam parvulos quam senes. Et postea fecit proclamare rex, quod nullus reciperet monetam ipsorum, ut non possent habere populum contra fideles; sed omnes mali christiani et ludei, tam nobiles quam ignobiles, confugerunt ad eos, ita quod nullus principum potuit ipsis resistere.

1423 Albertus dux Austrie suscepit marchionatum, et factus margravius in Moravia, et defendit marchionatum contra hereticos; sed multa passus est ab hereticis.

1424 obiit Ornestus dux Stirie et Karinthie, et sepultus est in monasterio Newperg.

1422 serenissimus dominus dominus Sigismundus Romanorum rex congregavit magnum exercitum cum probis baronibus de Moravia, et venit ante Pragam, volens protegere castrum, quod est Bizzenrad. Et Hussite exierunt cum magna multitudine, et occiderunt 13 barones de Moravia et Bohemia uno die; et hoc factum est in die omnium sanctorum, et rex evasit cum paucis.

1423 obiit dominus Georgius episcopus Pataviensis de Hahenla, et post eum venit Leonhardus Laymiger, et habuit opponentes ducem Austrie et maiores de capitulo, et non potuit obtinere episcopatum pacifice usque ad septem annos.

1424 Albertus dux Austrie etc. congregavit magnum exercitum in Austria et in Moravia, et rex Ungarie direxit sibi populum, et iacuit per estatem cum potencia in Moravia, et debellavit istos, qui non voluerunt sibi obedire in Moravia; similiter Hussitos, qui fuerunt in eadem provincia, scilicet Moravie. Et ipse recepit eos ad gratiam, ad preces unius cardinalis, qui fuit secum in campo, et directus a sanctissimo patre nostro papa Martino V, qui dedit crucem super infideles, qui peciit ducem Albertum Austrie, quod indulsit ipsis totum excessum. Et postquam licenciavit populum, tunc Hussite de Bohemia congregaverunt se simul, et venerunt ad Moraviam. Tunc aliqui isti, qui prius dederunt se ad gratiam, apostitaverunt, et iuverunt istis, et devastaverunt civitates, villas et monasteria. Tunc Albertus dux iterum congregav t magnum populum in Austria, forte centum milia hominum, et venit cum istis ad Moraviam, et combussit et devastavit et interfecit et expulsit omnes istos de Moravia, scilicet Hussiones. Et tunc iterum Ungari venerunt sibi in adiutorium, et quidquid istis remansit, hoc ipsi totum devastaverunt.

1425 Hussite congregaverunt fortem exercitum nimis in Bohemia et in Praga, et venerunt in Austriam cum potencia magna, et vallaverunt unam civitatem, que dicitur Recz, et debellaverunt eam, et interfecerunt multos homines. Et in eadem civitate ceperunt comitem, qui dicitur de Hardeck, et duxerunt eum ad Pragam, et devastaverunt sibi omnes res circumquaque, quidquid habuit, et ibi mortuus est in Praga.

1426 Hussite de Bohemia et de Praga, et aliqui domini de Moravia, qui fuerunt Hussite, congregaverunt magnum populum, et venerunt ante unam civitatem in Moravia, que nuncupata est Gostell, et expugnaverunt eam, et multos hommes interfecerunt in eadem civitate; et ibi eciam incenderunt civitatem Nickelspurck et Felczperck, et alia multa mala fecerunt circumquaque in castris et monasteriis et villis. Et claustrum Tribich expugnaverunt, et tenuerunt vi per longum tempus.

1426 inposita est una stewra in Austria super omnes prelatos et plebanos, et capellanos, ita quod oportebat eos dare medios fructus et aliquid plus, et hoc dederunt duci pro defensione terre propter Hussitos.

1430 proxima feria sexta post ascensionem Domini capti sunt omnes ludei in tota terra Austrie [illegible]na hora, scilicet octava de mane, per ducem Albertum et postea regem, et spoliati omnibus rebus, et multis interfectis.

1431 incepit se concilium in Basilea, et duravit sedecim annis vel plus, et modicum fuit expeditum ibi; et tamen multa tractaverunt in isto concilio, sicut de Grecis et de Hussitis et de aliis.

1434 venit magnum frigus in die Marci ewangeliste cum nive, et sequenti nocte perierunt quasi omnes vinee in tota Austria et Ungaria, ita quod modicum crevit de vino illo anno.

1437 obiit serenissimus imperator Sigismundus, rex Ungarie et Bohemie, in civitate Znoyma, et sepultus est in Bardeyn, in Ungaria.

a) *supple* sexus.

1437 electus est serenissimus princeps Albertus dux Austrie, feria quarta ante festum sancti Thome apostoli, in regem Ungarie, et coronatus est in circumcisione Domini in Alba regali.

1438 venit cum uxore sua ad regnum Ungarie; idem rex et dux Albertus electus est in regem Bohemie in die sancti Iohannis ewangeliste, et coronatus est eodem anno ab omnibus baronibus et ab omni populo, in die Petri et Pauli appostolorum.

1438 electus est serenissimus rex Albertus in regem Romanorum, et gavisus est omnis populus de sua electione, quia probus fuit. Eodem anno serenissimus rex Albertus Ungarie et Bohemie suscepit regnum Romanorum, proxima die post festum sancti Vitalis, in ecclesia sancti Steffani in Wienna. Eodem anno fuerunt duo concilia; unum in Basilea, quod Eugenius IV prius confirmavit; postea per se Eugenius fecit unum concilium in Ferraria, et hoc concilium non diu duravit. Et hoc concilium factum fuit propter Grecos, ut redirent ad ecclesiam Romanam. Eodem anno concilium Basiliensium deposuit papam Ewgenium IV in Basilea publice, propter aliquas causas; sed tamen non omnino fuit depulsus, attamen fuit depulsus de Roma, et habitabat in Bolonia pluribus annis, et postea restitutus est ad pristinum statum.

1439 vendiderunt unam octavam vini in Wienna, scilicet in Austria, pro 24 denariis, et commune vinum pro 20 denariis, et infimum pro 16, et hoc pluribus annis ante et post. Eodem anno obiit dux et princeps Fridericus dux Austrie et Stirie. Eodem anno obiit serenissimus dominus dominus Albertus, Romanorum rex, Ungarie et Bohemie, et dux Austrie, in vigilia appostolorum Simonis et Iude, in Ungaria, et sepultus est in Alba regali; et reliquit duas filias, et tercium puerum adhuc non genuerat, sed post mortem eius genuit filium, quem nominavit Ladislaum, et idem puer fuit coronatus in regem Ungarie. Et postea aliqui Ungarii abiecerunt puerum, et coronaverunt regem Polonie, ita quod habuerunt in octo ebdomadis duos reges viventes, quia divisio fuit inter eos, scilicet in regno.

1440 electus est serenissimus princeps Fridericus dux Austrie et Stirie in regem Romanorum, et coronatus est anno 1442 in Aquisgranis.

1442 venit in Austria magna nix proxima feria ante undecim milia virginum, et duravit diu, ita quod multa milia vasa habuerunt colligere de nive, et multa dampna exinde fuerunt secute. Et homines illo anno habuerunt colligere uvas usque ad festum sancti Martini, et in tantum illo anno crevit de musto, quod una vacua karrata vendebatur pro quatuor libris, et unus ternarius vacuus pro tribus talentis, et illo anno fuerunt diversa vina.

1442 obiit Elizabeth regina Ungarie, uxor regis Alberti, proxima feria quarta ante festum sancti Thome appostoli, in Ungaria; et sepulta est in Alba regali, et reliquit tres pueros.

1439 Danubius fecit magnum dampnum in Austria, in nocte carnisbrevii, quando homines dormierunt, ita quod ascendit ultra muros civitatum, sicut in Stayn, in Kremps, et multos submersit cum pueris et rebus, et hoc glacies fecit.

1443 yems valde durus fuit, quia frigora inceperunt se circa Simonis et Iude, et duraverunt usque ad kathedra sancti Petri, et etiam ultra quasi ad festum sancti Georgii martiris. Et forte non fuit talis yems in sexaginta annis ante, et duravit quasi ad festum Urbani episcopi etc.

1443 venit terremotus valde magnus, in die Bonifacii et sociorum eius, modicum ante decimam horam, et duravit quasi per totam Austriam; et in Ungaria fecit magna dampna, ita quod subvertit castra et domos, et concussit montes in Ungarie. Item eodem anno in nocte Primi et Feliciani, hoc fuit in vigilia penthecostes, venit grando in Austria, ita quod destruxit frumenta in pluribus locis, et in die penthecostes vineas circa Wiennam et eciam in pluribus locis. Item eodem anno venit grando proxima dominica post festum Margarethe, in Austria in pluribus locis. Simili modo venit grando in Austria proxima dominica post festum sancti Steffani prothomartiris. Eciam venit grando proxima feria secunda post festum sancti Michaelis, et illo anno quasi omnia vina fuerunt pendalosa; et fuerunt vina illo anno in bono foro, ita quod vendebatur una octava vini pro uno denario, et pro duobus ovis infimum.

1444 in die sancti Martini episcopi interfectus est rex Polonie, qui intrusus fuit ad regnum Ungarie, quia Ungari congregaverunt magnum populum, et venerunt cum potencia ad Grecos et ad barbaros, et spoliaverunt civitates; et sic pagani congregaverunt se cum magna

multitudine, et invaserunt regem et Ungaros; et sic rex fuit interfectus, et unus cardinalis, Iulianus nomine, et plures episcopi et abbates, comites et barones, et magnus populus subcubuit ex utraque parte, et pagani obtinuerunt.

1445 nyngebat circa Wiennam in Austria in die ascensionis Domini, et eciam post tercium diem, et grando fecit magnum dampnum proxima dominica ante festum Urbani in vicinio circa Wiennam, ita quod aqua in tantum crevit, quod dampna magna fecit in villis, in agris, in vineis, in pratis et hominibus.

1446 venit magnum frigus in Austria et in aliis provinciis feria secunda et tercia ante festum Tiburci et Valeriani, et anichilavit quasi omnes vineas in Austria et in Ungaria, ita quod vinum fuit illo anno in caro foro. Eodem anno intraverunt Ungari cum potencia ad Austriam et Stiriam, et spoliaverunt et combusserunt opida et villas; quidquit mali potuerunt facere, hoc fecerunt, et hoc fuit factum circa festum Martini. Et post hec manserunt in terra usque post natalem Domini, et nemo opposuit se ipsis; quia terra non habuit virilem rectorem, quia habuit tantum tutorem; iste fuit in Wienna, sed minime curavit. Eodem anno inceperunt cives Wiennensium murum circa Sanctum Nicolaum monialium, et prohibitum fuit. Eodem anno inceptum est fossatum ante murum cum sepe ad Sanctum Nicolaum, et perfecte completum est in brevi; in quartale unius anni perfecerunt cives cum communitate.

1447 serenissimus dominus dominus Fridericus rex et dux Austrie et Stirie destruxit in Ungaria quendam nomine Harenstayn[a], et funditus exstirpavit et subvertit et anichilavit.

1447 obiit Eugenius papa quartus, qui fuit depositus a concilio Basiliensi; et postquam restitutus est ad sedem suam, non diu vixit, forte ad 14 dies vel modicum plus. Et statim electus fuit Nicolaus V in papam, et idem papa fuit acceptus a rege Romanorum Friderico cum solempnitate in Wienna, cum omnibus prelatis provincie et cum omni clero existencium in Wienna; quia misit unum legatum ad Almaniam, et idem legatus fuit in Wienna quasi per annum vel plus, quia intravit in Bohemiam et ad Pragam propter hereticos, sed nichil profecit, et eciam ad Ungariam, et semper reversus est ad Wiennam, et postea ascendit ad Renum.

1448 destructe sunt vinee in Austria in die Pangracii, hoc fuit in die penthecostes, per pruinam, ita quod pauca vina creverunt per totam terram; et illo anno fuerunt vina in caro foro, quia modicum crevit. Eodem anno Ungari cum gubernatori ipsorum congregaverunt magnam gentem et fortem exercitum, et descenderunt ad Thartaros et Theucros cum potencia, et devastaverunt civitates, opida, et alia multa fecerunt in illa terra. Et tunc rex soldanus et magnus Theucer, hoc est Machametus, congregavit magnum populum adversus, et occurrit ipsis cum maxima multitudine paganorum, ita quod per tres dies et noctes pugnaverunt, et Ungari vicerunt per duos dies. Sed tercia die venit tanta multitudo paganorum, ita quod Ungaros omnes occiderunt, et valde pauci evaserunt de Ungaris, et dicitur quod ex utraque parte interfecti sunt centum milia hominum, et plus de paganis quam de Ungaris; et hoc fuit factum in die Luce ewangeliste, et per tres dies pagani obtinuerunt.

1449 facte sunt coruscaciones et tonitrua in die Kalixti pape, ita quod plures homines sunt interfecti, similiter animalia, et alia plura mala secute sunt, et talia nullus hominum recordabitur tali tempore.

1450 in di sancti Ypoliti inceperunt cives ponere fundamentum ad secundum turrim ad Sanctum Steffanum cum magna solempnitate et cantu, cum episcopis et abbatibus et prepositis et multis prelatis, qui fuerunt presentes. Et prepositus Newburgensium posuit primum lapidem in fundamento, et cantate sunt responsoria et *Te Deum laudamus*, de mane sub septima et octava hora. Eodem anno venit magnum frigus, et nyngebat circa festum Simonis et Iude, ita quod multa milia vasorum manserunt in nive et frigore, et oportebat homines colligere fructus de nyve.

1451 festum sancti Petri martiris venit in vigiliam pasche, et festum sancti Philippi et Iacobi in sabbathum pasche, et sequenti die peregerunt festum ipsorum, scilicet in octava, nisi dedicacio ecclesie fuisset, tunc quarta feria peregerunt festum appostolorum, et in die crucis peregerunt letaniam maiorem cum ieiunio; nec fuit annus bisextus illo anno, sed fuit annus embolismalis.

1451 obiit reverendus pater et dominus Leonhardus episcopus Pataviensis in die Iohan-

a) *ita Pezius, vix recte; sed mihi non contigit divinare, quid librarius scribere voluerit.*

nis waptiste, et illud festum fuit in die corporis Christi. Illo anno capitulum statim elegit alium, nomine Udalricum Nussdarffer, doctorem utriusque iuris. Sed ipse habuit opponentes regem Romanorum et appostolicum; sed ipse habuit pro se capitulum et totam provinciam Austriam et ducem Bavarie: et non fuit admissus ad quintum annum, propter appostolicum et regem Romanorum, alias nullum habuit inpedimentum. Eodem anno serenissimus rex Romanorum Fridericus nomine fecit unam congregacionem in Wienna, ut omnes barones, exemptos et non exemptos, in spiritualibus et in temporalibus, milites, clientes, civitates et officiales, voluit eis dare gubernatores ad protegendum terram, quia intendebat intrare curiam Romanam. Et sic omnes barones, milites, clientes, prelati et civitatenses ceperunt se opponere regi, et posstulaverunt ab eo dominum terre nomine Ladislaum, qui fuit rex Ungarie et dux Austrie, ad presentandum ipsum ad terram suam. Et ipse non dedit ipsis responsum, et sic abscessit a Wienna, quia habuit plures ex ipsis in parte sua; simili modo civitates et castra, barones, milites, super quos se fundavit. Et duxit secum verum heredem ad curiam Romanam, et iste fuit puer solum duodecim annorum, et salvum reduxit eum ad terram suam; sed noluit eum dare ad possessionem suam. Tunc quasi maior pars baronum, militum, clientum, prelatorum et civitatensium postulavit ab inperatore dominum terre ad possidendum, et ipse nichil curavit. Tunc omnes adherentes Ladislao vero heredi congregaverunt magnum exercitum, et quosdam de Bohemia, et devastaverunt illos, qui adherebant inperatori; et alii e converso spoliaverunt illos, et sic multa dampna fecerunt ex utraque parte. Tunc isti de terra Australi cum Bohemis cum magna multitudine venerunt ante Novam civitatem, ubi imperator manebat cum rege Ladislao, et postulaverunt dominum ipsorum, aut ipsum omnino destruere; et sic vi obtinuerunt dominum terre, et hoc erat iam anno 1452, et sic duxerunt eum cum solempnitate ad Wiennam.

1453 pessima vina creverunt in Austria, propter frigora; quia quando debuerunt maturescere, tunc venerunt frigora, ita quod omnino perierunt. Et illo anno homines suctum et malum potum habuerunt, et corrosiones in ventre, et infirmitates. Eodem anno coronatus est Ladislaus rex Ungarie et dux Austrie in regem Bohemie, in die Simonis et Iude, hoc cum magno honore et solempnitate, in presentia multorum principum, et mansit in Bohemia ad alterum dimidium annum. Eodem anno magnus Theucer possedit civitatem Constantinopolitanam, et totam Greciam expugnavit, et imperatorem Grecie interfecit, et multa milia hominum occidit; et hoc factum est per tradimenta quorundam baronum potentum in Grecia existentium. Et idem tirannus non fuit adhuc contentus, sed et alia duo regna adhuc eciam sibi usurpavit, et regnum Ungarie voluit sibi subiugare.

A. D. 1454 feria quarta post Michaelis, rex Polonie et domini de Pruscia et Ruscia inyerunt bellum, et habuerunt conflictum insimul; et communis populus et civitatenses de Pruscia et Ruscia fuerunt in parte regis Polonie, et veri domini de Pruscia, scilicet Theutonici ordinis, congregaverunt se, et scripserunt ad diversa regna et provincias, et venit eis magnus populus, et sic invaserunt regem Polonie et suos. Rex Polonie subcubuit, et occiderunt suos, et ceperunt sibi omnes pociores, ita quod rex cum paucis evasit, et alii omnes interfecti sunt, et captivi ducti sunt.

1455 obiit sanctissimus pater Nicolaus papa quintus, in vigilia annunciationis beate Marie virginis; et statim elegerunt alium, Calixtum III in papam.

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS VI.

Absoluta secunda Continuationum serie revertimur ad codicem G *damusque quae post a.* 1266 *ibi sequuntur, initio ex binis annalibus commixta, deinde sincera, nec parvi pretii.*

C. Vind. et Claustroe. IV.

1267. Anno Domini quo supra, Otakarus rex Bohemie illustris manu valida Bawariam intravit usque in Ratisponam, cum decem milibus militum et alia innumerabili multitudine ad arma peroptime expeditorum, ubi eciam habuit 200 milia curruum honeratorum cum expensis, quibus exercitus plurimum indigebat, quia in tantum terra illa ante introitum regis fuit devastata, quod volatilia non reperiebant solitum victum. Et sic idem rex occupatis quibusdam castris firmissimis, cum complevisset spacium unius mensis stando in terra, et nullus adversariorum compareret, qui comparituros se sponderant, ad propria est reversus. Eodem anno factus est terremotus in Styria, ut castrum Chynberch corrueret, et ecclesie tremerent in tantum ut campane sonarent. Missus est a latere domini Clementis pape quarti,

pontificatus eiusdem anno tercio, ad partes Dacie et Alamanie reverendus pater dominus Gwido, tituli[a] Sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, ut ibidem legacionis officio fungeretur, ad perpetuam rei memoriam. Qui ad civitatem Wiennensem omnes episcopos de provincia Salzburgensi et prelatos convocavit, ibique feria tercia post festum sancti Iohannis ante portam Latinam sollempne concilium celebravit, renovans constituciones diu abolitas. *Postquam Deus* — 1267. *mense Maii, sub pontificatu*[b] *domini Clementis pape.* Item eodem anno terremotus factus est Wienne proxima die post Symonis et Iude in media nocte, sive in primo galli cantu. Item eodem anno marcravius Otto de Brandepurch obiit. Item ipso anno magister Gerhardus plebanus de Wienne construxit claustrum monialium Wienne, quod Porta celi nuncupatur. Eciam illo anno[c] episcopus Pataviensis dominus Petrus predictum claustrum consecravit. Eodem anno predictus Gerhardus plebanus domum leprosorum Wienne in loco qui dicitur Chlagpaum, suis facultatibus construxit. Eciam venerabilis episcopus Pataviensis Petrus presente domino cardinali Gwidone ecclesiam consecravit. Item eodem anno Bela rex Ungarie cum filio suo Stephano bellum iniit, in quo[d] bello fortissimus et strenuissimus armorum et bellorum Heinricus dictus Prausto miles de Austria, per manum Stephani regis Ungarie, traditus perfidie et dolo, cecidit.

1268. Cuonradus nepos Friderici imperatoris, a Karolo in conflictu devictus et in castro se recipiens obsidetur et traditus capitur, et cum Friderico de Baden decapitatur, Neapolisque sepelitur. Clemens papa obiit. Item rex Karolus fratrem regis Castelle captivatum enervans occidit. Sedis Romanus[d] vacavit. Item soldanus Babylonie Terram sanctam usque ad muros Akaron devastavit, municiones per suffosiones et obsessiones expugnans milites cruciferorum captivavit.

1269. Item sedis Romanus vacavit. Otto marchio Brandenburgensis obiit[92]. 92

1270. Ladizlaus Salzburgensis archiepiscopus obiit, pro quo eligitur liber Fridericus de Walhen. Item Bela filius regis Ungarie obiit. Item Bela rex Ungarie obiit. Item regina Ungarie obiit[93]. Ludowicus rex Francie transfretare volens in itinere obiit cum filiolo circa maritimam, suique ad propria reversi sunt. Otakarus rex Bohemie cum Stephano rege Ungarie per iuramentum utriusque et episcoporum et nobilium fedus amicicie et pacis confirmans, in Karinthiam cum nobilium milicia progrediens ibidem castra et municiones quas sibi ligaverat Ulricus dux Karinthie, expugnatas possedit. Cui eciam per Styriam versus Austriam redeunti, rex Stephanus insidias per multos Comanos et Ungaros obviam destinavit, ut sic posset eum occidere vel captivare; quo comperto predictus rex Otakarus per aliam viam Austriam intravit. Insidie vero sencientes eius evasionem, totam terram intra Novam civitatem et Wiennam occisione hominum et capcione, nec non et preda destruxerunt, multam stragem in clericos, matronas, pueros, iuvenes et senes tempore hyemis exercentes. Sedes Romana vacavit.

1271. Otakarus rex Bohemie et Austrie condolens perdicioni christianorum, multas turmas militum ex Moravia et ex Austria et de Styria versus Ungariam destinavit; qui in multis prosperati, multas provincias Ungarie preda et incendio devastaverunt. Item estate veniente idem Otakarus rex, collecta armatorum ex Austria, Styria, Bohemia et Karinthia, Saxonia, Polonia, et ex aliis terris, inmensa multitudine Ungariam violenter ingrediens, castris Tewen[94] et Stampha[95] et aliis quibusdam expugnatis, Posonium in primo impetu ex- 95
pugnat et capit, dimittens liberos et illesos inhabitatores eiusdem urbis; ab ipsa urbe trans Danubium ligneum pontem construens, et propugnaculis muniens confirmavit. Quibus peractis cum toto exercitu suo, urbe Posonie victualibus et armatis munita, versus Tyrna[96] progrediens multas acies trans fluvium Woch[97] direxit, que usque ad fluvium Gran omnes illas provincias cum episcopatu Nitra[98] devastaverunt. Quod videntes episcopus videlicet eiusdem 98
loci et alii castrenses simul cum urbanis civitatis Tyrna, composicionem et proteccionem apud regem Otakarum ob sue pietatis et misericordie compassionem obtinuerunt, eidem fideliter et obedire et adherere promittentes; eo recedente ab eisdem terminis ipsi a promisso et a fidelitate eius recesserunt. Ipse vero cum exercitu suo Posonium rediens, Danubium per pontem ligneum transivit, castrum Altenburch et civitatem Misenburch[99] obsidens et impugnans cepit, dimittens habitatores illesos; Altenburch munivit, Misenburch destruxit. Quibus peractis in eisdem terminis propter commodum equorum in pratis per dies aliquos requievit. Rex vero Ungarie Stephanus, perdicionem terre et dilecciones[e] sue gentis timens, Comanorum, Rutenorum, Grecorum, Bulgarorum, Belachorum, Ungarorum et aliorum suarum terrarum habitatorum inmensa congregata multitudine, personaliter regi Otakaro et suo exercitui occurrere non audens, pugnaciores et forciores sui exercitus contra regem

a) inter *c.* b) pontifice *codex. Constitutionem ipsam supra p.* 699 *sqq. dedimus.* c) Wienne *c.* d) *ita codex.* e) *i. e.* deletionem.

92) anno 1267. ut supra recte retulit. 93) Maria uxor Belae IV. 94) Theben. 95) Stampfen. 96) Tyrnau. 97) Waag. 98) Neitra. 99) Wieselburg.

Otakarum direxit; qui latenter et occulte exercitum regis Otakari mane die quadam venientes nitebantur expugnare. Sed in ipso primo irruitu et congressu fugam inientes, insequente exercitu regis Otakari, submersis et occisis pluribus usque trans fluvium Raebniz sunt fugati. Porro rex Otakarus cum omnibus suis armatis, ex estu et labore nimium fatigatus, ad castra rediens cum curribus et equitibus et preda Posonium est trans pontem reversus. Deinde mane facto ad proprias terras dimissis exercitibus post spacium 7 ebdomadarum, quibus nullo resistente cum exercitu suo Ungariam violenter devastaverat feliciter remeavit. Quod comperiens Stephanus rex Ungarie, cuius exercitus propter fugam dilapsus fuerat, 30 milia[a] hominum forcium in Austriam et Moraviam destinavit, qui subito irruentes multas villas in Moravia incendio consumentes, occisis et captivatis pauperibus, mulieribus et infantulis abductis, mox in Ungariam redierunt. Rex autem Otakarus abductis et captivatis compaciens, talem admisit composicionem, quod dimissis captivatis suarum terrarum qui inveniri possent, castra que in Ungaria ceperat et munierat, regi Ungarie libere possidenda, Posonium videlicet et alia quam plura resignaret. Quod sicut promisit efficaciter adimplevit. Sedes Romana vacavit.

1272. Gregorius papa eligitur[1] et confirmatur, et indicit in die Philippi et Iacobi post duos annos concilium se celebraturum, et convocat omnes principes seculares et religiosos. Item Stephanus rex Ungarie obiit, cui filius suus[2] successit, eligitur et coronatur. Interea filius regine de Maeschawe[3] ob invidiam regis Bohemie Otakari ab Ungaris occiditur. Rex vero Otakarus commotus vindictam in Ungaros et Comanos se facturum comminatur, et dum non posset mitigari, Ungari cum Comanis super terram eius irruentes, occisis multis plurimos captivos abduxerunt. Milites vero regis Otakari in provinciis Ungarie multa spolia acceperunt.

1273. Item Australes episcopatus locum et castrum Geurinum[4] capiunt et in eo episcopum Quinque ecclesiensem et alios nobiles et divicias capiunt, et castrum Ungaris invitis tenent violenter. Item Gurmens[5] capiunt et igne devastant, captis et diviciis abductis. Moravi et Australes Nitra episcopatum capiunt et succendunt, captivis et diviciis abductis. Item veniente estate Ungari se simulantes treugas prolongaturos, ante auditam responsionem regis Bohemie Austriam cum 40 milibus equitum circa Moraviam usque La incendio rapina occisione destruxerunt; ipsum dictum regem Bohemie apud eundem locum exercitum suum volentem congregare, invadentes Ulricum nobilem de Durrenholtz in irruitu occiderunt. Sed secundo die adunati exercitus regis Bohemie virtutem timentes fugerunt. Quos rex Bohemie cum exercitu suo insecutus dispersos ad dedicionem municionum Posonia, Tyrna, Schafpurch, Tyburtzpurch coartavit, et transiens Danubium per pontem ligneum usque Altenburch pervenit; quod castellum expugnans, eiectis incolis suis munivit. Hinc usque Rab perveniens, postquam requieverat exercitus, remeando castra Prodeinstorf et alia plura funditus destruxit, Odenburch capiens suis munivit, et frigore yemali coactus ad propria remeavit. Item treuge inter christianos et paganos transmarinos promisse sunt ad decem annos, licet ipsi pagani omnes municiones in transmarinis partibus per suffossuram et machinamenta et longas obsidiones exceptis duabus expugnaverint. Rudolfus comes racionabiliter eligitur et in regem Alamannie consecratur.

1274. Gregorius papa in Lugduno concilium celebravit, Grecos reformavit ecclesie unitati, de papa eligendo statuit, contra usurarios multa confirmavit. Item contra invasores religiosorum locorum et personarum plurima edidit. Item procuratoribus et advocatis formam processus et numerum solarii conscripsit, decimam de rebus clericorum et religiosorum pro . . . . . [b] expeciit. Item pro recuperanda Sancta terra unum sterlingum a quolibet homine in truncum poni mandavit.

1275. Item in Ungaria multa spolia et occisiones nobilium vicissim sunt commissa. Per regem Rudolfum pacifice gubernatur tota gens Francorum et Suevorum.

1276. Papa Gregorius obiit, cui successit Innocencius. Item papa Innocencius obiit, cui successit Adrianus. Item papa Adrianus obiit, cui successit Iohannes papa. Item Rudolfus rex cum Palatino et episcopo Maguntinense et aliis episcopis et principibus pluribus potenter

a) milium *cod.* b) *hic scriba codicis verba aliquot omisit.*

1) iam Kal. Sept. 1271. 2) Ladizlaus. 3) Annae et Rastizlai, nomine Bela, frater Chunigundae, reginae Bohemiae. 4) Raab. 5) Körmönd.

per partes ducatus ducis Heinrici et per Pataviam annuente episcopo Petro transiens, circa Welsam et Lintzam venit in Austriam cum magno armatorum comitatu, rege Bohemorum rennuente. et premittens Palatinum cum armatis per inprovisum irruitum cepit civitatem Neuenburch et claustrum, et Wiennam obsidens per resignacionem regis Bohemie accepit; ipso rege Bohemorum cum suis ab Austria recedente, iuramento super contractibus et treugis servandis prestito, sed postmodum minime adimpleto. Sciendum tamen quod post introitum regis Rudolfi, propter obtinenda castra et municiones per Austriam et Styriam et Karinthiam et Carniolam, multe ville sunt penitus devastate, et nichilo minus exercitus regis Bohemie Austriam trans Danubium devastavit, et ante composicionem Australes multa incendia et spolia in Bohemia commiserunt, et econverso Bohemi in Austria multa mala perpetrarunt. Cum autem reges ambo cum exercitibus suis utraque littora Danubii occuparent, Wernhardus de Wolfkerstorf nocturno insultu quem fecit trans Danubium a Bohemis est occisus. Rex Bohemie Ungaris castra et municiones per vim occupatas restituit. Rex Bohemie obsides quos extorserat ab Australibus et Styriensibus et Karinthianis regi Rudolfo eum ad hec compellenti reddidit et captivos.

1277. Primizlaus vel Otakarus et duces tocius Polonie circa metas suas pacifice convenientes, de auxilio sibi mutuo prestando fedus iuramentis prestitis inierunt.

1278. Rex Bohemie multos barones de Swevia et de Franconia, Alsacia, Turingia, Saxonia, Mysna, Hohzacia[6], Austria, Bawaria, pecunia clanculo porrecta in favorem suum et auxilium attraxit, adeo ut quidam Australes perversi municionibus suis et predonibus terminos Austrie in contemptum regis Rudolfi devastarent; quorum eciam quidam sine licencia, alii a Rudolfo rege licenciati regi Bohemorum adherentes, Austriam incendio et rapina et cedibus usque ad Danubium destruxerunt. Predictus autem rex Bohemie videns audaciam suorum, congregatis exercitibus Austriam intrans, Drozendorf et quasdam municiunculas obsidens expugnavit, terram Austrie in pluribus locis et villis dissipans, civitatem La cum provincia coadiacente obsidione per 12 dies invadens sed minime proficiens, vicinas villas et ipsam provinciam emissis cuneis incendio et rapina reddidit desolatas. Quo comperto illustris rex Romanorum Rudolfus cum Heinricum ducem Bawarie, cuius filio videlicet duci Ottoni filiam suam in robur amicicie simul et concordie matrimonialiter coniunxerat, cum pluribus baronibus prenotatis, ab auxilio suo et favore per pecuniam regis Bohemie cerneret perversum, missis nunciis et litteris regem Ungarie cum 30 milibus Ungarorum et Cumanorum in suum succursum evocans, cum Australibus et Styrensibus et Karinthianis sibi astantibus circa Marchek se recipiens exercitum suum congregavit. Quosdam pugnaciores Ungaros et Comanos circiter 8 milia cum quibusdam Australibus sub capitaneo Emberbergaer mittens, numerum expeditorum exercitus regis Bohemie adhuc prope La existentis iussit explorari. Exploratores itaque premittentes duo milia cursitancium, exercitum regis Bohemie aliquibus peremptis et captivatis non modicum festinis insultibus perturbando, ad commocionem tocius exercitus concitacionibus adeo coegerunt, ut post concitacionem duorum dierum rex Bohemie cum toto suo comitatu castra movens, fugatis exploratoribus tercia die contra exercitum regis Romanorum progrediens, contra Prunsendorf in prato pernoctando mane iuxta amnem Morave, in quodam circumflexu per sex dies repausans exercitum suum pluribus et fortibus augmentavit. Rex vero Rudolfus habens in consuetudine pugnas in sextis feriis exercere, inclusis inermibus, armatis et pugnacibus in tres acies divisis, id est tunc sexta feria, 7. Kalendas Septembris, anno incarnacionis Domini 1278, regem Bohemie et exercitum suum in septem cuneos divisum invadens devicit, adeo ut ipse rex Bohemie cum pluribus nobilibus in loco conflictus occisus et morte prostratus remaneret, multi eciam in fluvio Morave cum equis et armis submersi morerentur. Plurima autem pars eiusdem exercitus per Ungaros, Comanos, Australes, Styrienses, Karinthianos, Swevos captivata in vinculis et compedibus est abducta. Ceteri vero fugientes aliqui in abditis silvarum latitantes, alii veloci cursu ad propria remeantes perditis rebus omnibus evaserunt. Ipso die obtenta victoria, Ungari quidam cum Comanis terram Moravie intrantes, in pluribus villis rapinas rerum et captivitates hominum commiserunt. Rudolfus itaque rex Romanorum propter vitandam sedicionem inter Ungaros et suos, Ungaris et Comanis cum rapinis et captivis suis ad propria benivolenter remissis, postquam per quattuor dies quievisset, cum Australibus et Styriensibus et Swevis

Aug. 26.

6) Holsatia.

terram Moravie ingrediens, civitates et urbes et municiones cum baronibus suo dominio[a] subiugavit. Cives igitur Pragenses et suppani Bohemie qui captivitatem evaserant, marchionem Brandenburgensem cum 400 valleratis ad Bohemiam et Pragensem civitatem pro defensore datis stipendiis evocarunt. Cum igitur rex Rudolfus Deo volente prosperatus de Moravia versus Poloniam partem sui exercitus dirigere exponeret, duces Polonorum et marchio Brandenburgensis, cum regina Bohemie, per contractus matrimoniales cum ipso amicabiliter componentes, suas terras illesas penitus conservarunt. Quibus omnibus in pace dimissis instante hyemali frigore, civitatibus Moravie suis militibus premonitis[b] versus Austriam remeavit; perfidis electis, fideles suos scilicet dominum Stephanum de Meyssowe, quem accedens ad hunc conflictum[c] marschalcum regni et Austrie constituerat, multis donariis et honoribus honoravit.

1279. Frater marchionis Brandenburgensis coram Rudolfo rege et aliis principibus et baronibus in Wienna militavit, et eiusdem regis filiam duxit in uxorem. Item filius regis Bo-
7 hemie filie regis Rudolfi in Schazlabs[7] matrimonialiter est coniunctus.

1280. Petrus Pataviensis episcopus obiit, cui successit Wichardus, in Wienna in choro sancti Stephani cum episcopo de Chyemse a domino episcopo et legato Tripolitano venerabiliter consecratus. Item Bruno Olomucensis episcopus obiit[8]. Sepultus est autem in Chremsir; cui successit Dittricus.

1281. Rudolfus rex Romanorum de Austria versus Renum cum multis nobilibus Austrie et Styrie tendens, a Swevis et Franconibus in Ratispona et civibus est receptus cum honore; 2
quos superatis adversariis concordes fecit et quietos. Item nix insolite nixit et duravit; per Bawariam et terras nemorosas sata perierunt; propter karistiam et prelia fame succedente per Moraviam, Bohemiam, Poloniam multi perierunt.

9 1282. Dux Saxonie[9] Moraviam intrat et subiugat. Item filius regis Romanorum in Reno flumine cum multis nobilibus submersus interiit[10]. Item Wichardus Pataviensis episcopus obiit[11], cui Gotfridus successit.

1283. Hoc anno legatus collegit decimam a clericis per Austriam, Bawariam, Styriam et Karinthiam, uno anno pro tempore sex annorum.

1285. 1284. Martinus papa obiit[12]. Honorius substituitur. Gotfridus episcopus Pataviensis obiit[13], pro quo Wernhardus. Episcopus Babenbergensis obiit[14], a muribus devoratus. Filius lantcravii[15] duxit filiam Meinhardi comitis de Gorz in Wiennam[d]. Item rex Arragonie vicit regem Francie. Item Tartari devastaverunt Ungariam, sed in ea sunt occisi, et frigore perierunt multi. Item Rudolfus rex contulit comiti Meinhardo de Gorz ducatum Karinthie. Quidam fasciniator se Fridericum imperatorem simulans, magnam partem Alamannie in errorem duxit; tandem compertis prestigiis suis per Rudolfum regem Romanorum crematur.

1287. Iudei super Renum in civitate quadam Wyesela quendam Deo devotum nomine Wernherum clam abducunt, et in die parasceue ad instar Salvatoris morte afficiunt; qui per Dei gratiam sepultus est in monte qui dicitur Bacharach, et ibi multis iam claret miraculis.

1288. Sanctus Virgilius Invavensis episcopus transfertur a domino Rudolfo archiepiscopo eiusdem ecclesie[e].

* Eodem anno communitas Newburgensis claustralis contra iura monasterii Newburgensis sicut semper superba ita operibus subsecutis nullis gravaminibus a monasterio exigentibus voluntarie se tradidit prefato principi duci Austrie, qui eos in defensionem contra monasterium per propriam litteram predictis civibus per eum traditam iniuste, quod ipse non obtulit, recepit, tradens eis vocari de cetero cives, omnia iudicia sanguinis et fori simulque habere iudicem et 12 scabinos nominarique civitatem, plenam tribuit facultatem; pro quibus malis iusto iudicio Dei cum ad apicem regni sublimatus fuisset, necem a fratruele suo passus penam debitam luit. *in margine fol.* 130. *manu saeculi XV.*

a) dño *codex*. b) *ita codex pro* premunitis c) ad hoc fictum *c*. d) Wienne *corrigendum videtur*.

7) Czaslau, mense Ianuario; Februario deinde Otto Parvus Wiennae Hedwigem accepit; v. Continuationem Praedicatorum Vindobonensium supra p. 729. 8) 1281. Febr. 18. 9) Albertus, gener Rudolfi, gubernator Moraviae constitutus, a. 1281. 10) Hartmannus, 1281. Dec. 20. 11) 1282. Nov. 23, secundum Necrologium capituli Salisburgensis. 12) 1285. Mart. 29. 13) 1285. Apr. 14) Bertholdus, 1285. Mai 17. 15) Fridericus Admorsus, Alberti filius, Agnetem.

CONTINUATIO FLORIANENSIS.

De codice Alberti plebani de Waldkirchen supra p. 606 diximus. Sed ecce tabulam, quam daturos nos esse promisimus[16].



16) Annales breves sequenti folio inscriptos, ne quid desideretur, hic sistimus: *Anno* 30. *baptisatus est*

Post „Generationem Leupoldi“ quam p. 610—612 expressimus, sequuntur Annales, qui a. 1310 in monasterio sancti Floriani vel in vicino loco scripti esse videntur; certe auctor eo anno praedicantem in civitate Anesi audivit. Albertus cui liber dono datus fuit, margini nonnulla inscripsit, quae in Auctarium congessimus. Praeterea vel ipse vel alius nescio quis quaedam adiecit, ex Annalibus Salisburgensibus et Continuatione Claustroneoburgensi VI maximam partem desumpta, quae littera inclinata distinximus. Ea cum reliquis recepit

2) compilator Chronicae pii marchionis; postrema inde ab a. 1290

3) in eodem codice G inter Continuationem Claustroneoburgensem VI et VII medium locum obtinent. Utrumque librarium ex codice 1 *hausisse, eo proditur quod numeros annorum ita posuerunt ut in illo manu secunda mutati sunt, ea videlicet ratione ut bono ordine servato procedant, sed nullo rerum quae narrantur respectu habito.*

A. Salzb. *Anno Domini* 1273 *electores imperii ad inductum domini pape et mandatum apud Franchenfurt convenientes, comitem de Habspurch in regem elegunt Romanorum.*

Anno Domini 1276 circa festum sancti Michahelis Rudolfus Romanorum rex duxit exercitum in Austriam contra Otakarum regem Bohemie quem dicebat occupare in preiuditium[a] imperii Austriam, Stiriam et Carinthiam. Sed eodem tempore convenientibus circa Wiennam ipso Rudolfo et Otakaro et pluribus aliis principibus et nobilibus, idem Otakarus predictas terras prefato Rudolfo resignavit, et ei tamquam suo domino homagium fecit, et in Bohemiam ivit. Dominus vero Rudolfus rex intravit Wiennam, ubi per continuum triennium et amplius mansit, et predictas terras in pace strennue gubernavit.

1278. Anno vero Domini 1278 predictus Otakarus rex Bohemie suorum suasionibus instigatus et forte penitentia ductus de restitutione terrarum predictarum, duxit exercitum ad confinia Austrie contra Rudolfum regem predictum. Cui idem rex, habens in comitatu regem Ungarie et indigenas Austrie et Stirie et militiam Reni, occurrens apud Marcham fluvium inter Durrenchrut[b] et Drezing[c] cum eo bello campestri una sexta feria, 7. Kal. Sept. strennue dimicavit; quo bello idem Otakarus occiditur cum multis aliis nobilibus, et in predicto fluvio plurimi de parte ipsius Otakari submerguntur. Rudolfus vero rex Wiennam rediens post triumphum sollempniter excipitur, et subsequenter multa sua et imperii negotia strennue ibidem gessit. Nam duxit exercitum contra marchionem Brandenburgensem, qui marchio reconciliatus tandem est ipsi regi, et duo liberi regis et marchionis matrimonialiter coniunguntur. Circa idem tempus inter Hartmannum filium regis Rudolfi et filiam regis Anglie

a) preditium 1. b) Durrenthrut 2. c) Dresing 2.

Christus. A. 31 *Iohannes baptista decollatus est. A.* 33 *crucifigitur Christus. Stephanus lapidatur. A* 34 *Paulus de celo vocatur. Anno* 43 *Claudius numerari fecit cives Romanos et inventi sunt sexagies novies centum milia et* 44. *A.* 57 *Nero primam persecucionem exercuit. A.* 69 *Petrus crucifigitur. A.* 70 *Paulus decollatur. A. D.* 101 *Iohannes evangelista obdormivit in Domino, anno a passione Domini* 69. *A. D.* 249 *Philippus primus imperator christianus regnavit. A. gratie* 364 *sanctus Nycolaus obiit. Anno* 431 *sanctus Augustinus doctor egregius obiit. A. D.* 604 *sanctus Gregorius papa sanctissimus obiit. A. D.* 1012 *sanctus Cholomannus passus est. A. gratie* 1067 *monasterium sancti Nycolai in Pataria fundatur ab Altmanno Patauiensi episcopo et ab Agnete augusta. Anno D.* 1087 *sanctus Ny laus translatus est de Myrea in Varensem civitatem. A. D.* 1171 *sanctus Thomas Cantuariensis episcopus in ecclesia metropolitana hora vespertina occiditur.* (Albertus adscripsit: *Qui anno D.* 1220 *ab Honorio papa missis cardinalibus transfertur.) A. gratie* 1189 *Fridericus imperator transfretare perrexit. A. D.* 1101 *sancta Chunigundis virgo et regina uxor pii imperatoris Heinrici moritur.* (Albertus: *Que anno D.* 1202 *multis fulgens miraculis ab Innocencio papa canonisata est, et ab archyepiscopo Saltsburgensi Eberhardo translata.) Anno gratie* 1230 *Leupoldus dux Austrie obiit. Anno Domini* 1235 *sancta Elizabeth, filia Andree regis Ungarie et uxor lantgraphii, canonisatur. Anno gratie* 1241 *aliquantulum post meridiem dum sol esset in claritate sua subito obductus est mirabili nigredine ita quod nulla eius pars videri poterat et stelle vise sunt tanquam in nocte, fere ad* 4 *horas. Anno Domini* 1246 *Fridericus dux Austrie occiditur. A. D.* 1260 *ibant homines facie velata et percutiebant se cum flagellis nudos utriusque sexus. A. D.* 1274 *Gregorius papa huius nominis decimus Lugduno generale concilium celebravit, in quo Grecorum et Tartarorum sollempnes nuncii interfuerunt. Aderant etiam ibi* 560 *episcopi et plus quam mille prelati mitrati.*

Wienne per internuncios sponsalia contrahuntur. Rudolfus vero rex supradictis et multo[n] pluribus suis et imperii negotiis ordinatis, et fundato in Tulna monasterio sanctimonialium ordinis Predicatorum, ad partes Reni revertitur, relinquens primogenitum filium suum Albertum vicarium imperii per Austriam et Stiriam generalem. 1281.

Anno Domini 1279 circa festum kathedre sancti Petri moritur in Tulna Petrus episcopus. 1280.

Anno Domini 1280 circa conversionem sancti Pauli moritur Wienne Anna Romanorum regina, uxor Rudolfi regis. 1281.

Anno Domini 1282 in festo nativitatis Domini Rudolfus rex curiam regalem celebravit Auguste, in qua predicto Alberto primogenito suo et Rudolfo fratri suo contulit Austriam, Stiriam et Carniolam. Eodem tempore moritur Wienne dominus Wichardus Pataviensis episcopus; cui succedit dominus Gotfridus tunc Pataviensis prepositus, prothonotarius Rudolfi regis. Hic electus in die Scolastice virginis[b], sedit annis duobus et[c] dimidio, et moritur apud Nurenberch. Cui succedit dominus Wernhardus de Prampah, existens de ministerialibus ecclesie Pataviensis et tunc canonicus Pataviensis et plebanus Wiennensis. 1282. Dec. 1283. Febr. 10.

Anno Domini 1284 quidam fasciniator se Fridericum imperatorem simulans magnam partem Alamanie in errorem duxit, tandem compertis prestigiis suis per dominum Rudolfum regem Romanorum crematur. C. Claustr. 1285.

Anno Domini 1286 in festo purificationis sancte Marie Rudolfus rex regalem curiam celebrat in Augusta, in qua domino Meinhardo comiti Tyrolensi contulit ducatum Karinthie.

Anno Domini 1287 Iudei supra Renum in civitate quadam quendam Deo devotum nomine Wernherum clam abducunt, C. Claustr. *et in die parasceue ad instar Salvatoris morte afficiunt. Qui per Dei gratiam multis iam claret miraculis.*

Anno Domini 1288 sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus transfertur a domino Rudolfo eiusdem ecclesie archyepiscopo.

Anno Domini 1289 Heinricus dux Bawarie in Puerchausen moritur, et in Lantshuet honorifice sepelitur.

Anno Domini 1290 in divisione apostolorum moritur Rudolfus rex[d], et aput Spiream[e] sepelitur. Hic licet regnaverit in Alimania[f] decem et octo annis, tamen non pervenit ad coronam imperialem. Circa idem tempus Andreas marchio de Este cum post mortem Lazlai regis Ungarie per Ungaros utpote propinquior heres regni in regem esset electus et coronatus, exercitum ducens in Austriam, in quo habuit Tartaros et[g] Ruthenos et alias barbaras nationes, terram Austriam a fluvio qui[h] dicitur Lita[i] usque Wiennam abductis in captivitatem eius inhabitatoribus quasi totam destruxit incendiis et rapinis. Albertus vero dux predictus, primogenitus Rudolfi regis[k], tum[l] propter recentem[m] dolorem ex obitu patris contractum, qui ea vice defunctus erat, tum propter rebellionem quorumdam suorum ministerialium, ea vice vires ad resistendum regi Ungarie prohdolor non habebat; sed per episcopos et nobiles ambarum partium consensit inter se et regem[n] ipsum amicabile placitum in campo qui dicitur Vizze[o] ex opposito contra Pusonium ordinari. Quo placito convenientibus amicabiliter partibus et episcopis ac nobilibus eorum, omnis occasio discordie cum bono honore ducis complanata fuit. Nam omnia castra Ungarie existentia in confinibus Austrie, per que Austria sepius consueverat molestari, mandavit prefatus[p] rex Ungarie demoliri. 1291. Iul. 15.

Anno Domini 1291 in parasceue civitas Akkannensis[q], in qua tunc dicuntur fuisse 70 milia bellatorum, a soldano Babilonie per dies 44 obsessa, die 45 est capta, et per incendium in favillam redacta, et muris et omnibus eius edificiis dirutis[r], predicti bellatores et tota christianitas inibi constituta ferro igne et mari est deleta, et plurima pars christianorum est in captivitatem abducta.

Anno Domini 1292 Albertus dux Austrie Wienne post nativitatem Domini cum multis terre sue baronibus, septingentis ut dicitur, accingitur[s] sollempniter cingulo militari. Circa idem tempus aput Franchenfurt, in die apostolorum Philippi et Iacobi, dominus Adolfus comes de Nazzawe[t] eligitur in regem Romanorum, et subsequenter Aquisgrani[u] in regem Alimanie coronatur. 1292. Mai. 5. Iun. 24.

Anno Domini 1293 post longam vacationem sedis Romane et magnas discordias cardinalium super electione Romani pontificis iidem cardinales elegerunt quendam Petrum monachum, qui in monasterio quodam segregatus a fratribus solitariam et sanctissimam vitam duxit. Qui consecratus in papam, ex humilitate maxima quam habebat, multa talia facere 1294. Iul. 5. Aug. 29.

a) multis 2. b) v. et s. 2. c) cum 2. d) rex Rom. obiit 3. e) Spiram 3. f) *ita* 1. *constanter.* Alamania 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) que 1. i) Leyis 2. 3. k) regis Rom. Rud. 3. l) cum 3. m) *additum in margine manu prima* 1. dol. rec. 3. n) Ungarie *addunt* 2. 3. o) Vizz 2. 3. p) predictus 3. q) Akkaunensis 2. Akkarensis 3. r) diruptis 3. s) Wienne accingitur 1. 2. t) Nazzaw 2. Nassawe 3. u) *add. in margine manu prima* 1.

voluit, qualia modo non patitur status et dignitas Romane ecclesie. Volebat enim ut dicitur, sicubi necesse esset ire tantummodo in asino exemplo Domini ad passionem euntis, et valde despecto habitu indui, et ad ipsum inducere cardinales. Tante autem mansuetudinis et benignitatis fuit, quod petitiones omnium ad se recurrentium liberaliter exaudire consuevit. Unde multa fecit sine maturitate et preter usitatum ordinem curie; dictus est autem Celestinus. Hic nondum completo anno a die sue electionis, dolens plurimum se securitatem vite monastice amisisse, et ab occupationum tumultibus ad vite pristine suavitatem anhelans, approbantibus cardinalibus statutum fecit, ut papa si vellet posset cedere de papatu; et con-
Dec. 13. sequenter ipse cessit, et succedit ei[a] dominus Benedictus dyaconus cardinalis[b], qui dictus est Bonifatius. Hic de consilio cardinalium multa revocavit que fecerat Celestinus, per que poterat ecclesiis lesio provenire. Iste Celestinus timens ne post cessionem saltem per simplices haberetur pro papa, et per consequens scisma in ecclesia oriretur, fecit se inaccessibilem. Nam semper manebat in tali loco, ubi nemo eum sciebat preter eos qui sibi vite necessaria ministrabant.

1295. Anno Domini 1295 in octavis[c] pasce monasterium sancti Andree aput Traysmam in Austria fuit a fulmine concrematum, et eadem estate diversis temporibus plura loca a fulmine sunt cremata. Eodem quoque anno 12. Kalendas Septembris circa horam vespertinam subito cepit ventus validissimus, qui per diversa loca Austrie plura edificia et etiam muros validissimos deiecit. Eodem etiam anno diversis temporibus et per diversa loca terremotus magni facti sunt. Eodem etiam anno Albertus dux Austrie in festo Martini Wienne[d] cepit graviter infirmari, ita quod a medicis desperatus circumquaque fuit mortuus nunciatus; propter quod quam plures de Austria spolia in terris et aquis gravia commiserunt. Prefato vero duce mirabili provisione Dei contra opinionem omnium convalescentie restituto, inter eum et mi-
1296. nisteriales Austrie gravis oritur discordia; qua durante idem dux anno Domini 1296 post nativitatem Domini filiam suam Andree regi Ungarie dedit uxorem. Eodem anno circa pascha Nycolaus papa quartus statum Andree[e] regis Ungarie nititur infirmare. Nam dicebat, quod in preiuditium Romane ecclesie esset in regem Ungarie per episcopos Ungarie coronatus. Unde eodem tempore misit in Ungariam dominum Iohannem episcopum Esinium. Contulerat etiam[f] prius idem regnum, utpote Romane ecclesie vacans, cuidam nepoti Caroli regis Sycilie, eumque ad idem regnum coronari fecit. Eodem etiam anno Otto dux Bawarie fultus auxilio Chunradi archiepiscopi Salczburgensis et quorundam nobilium Stirie, intravit Stiriam, et primo intravit monasterium Admontense, ablatis ibi rebus omnibus quas invenit. Demum[g] processit usque in Leuben. Albertus vero dux transivit montem Semerinch[h] cum suis hominibus ad occurrendum duci predicto. Erat autem tunc temporis propter densitatem nivis et frigus intolerabile itinerandi et movendi castra maxima difficultas. Otto vero dux post multorum suorum nobilium captionem rediit ad terram suam, in nullo consecutus votum desiderii sui.

Anno Domini 1296[i] circa festum beate Margarete oppidum Rastat ab Alberto duce Austrie per sex septimanas et amplius obsidetur, ac tandem cum ipsum oppidum capere non
Nov. posset, sine utilitate recedit. Eodem quoque anno inter ipsum ducem ex una[k], et Chunradum archiepiscopum Salczburgensem et Ottonem ducem Bawarie ex parte altera, super litibus questionibus iniuriis ac dampnis datis hinc inde, aput Linczam placita per magnos comportata principes celebrantur. Sed nec tunc ibi, nec in Patavia ubi subsequenter dicti
1297. domini cum magnis sumptibus anno Domini 1297[l] in purificatione beate Virginis[m] convenerunt, aliqua inter eos concordia potuit procurari.

Anno Domini 1297[n] in ducatu Alberti ducis Austrie prope Styram a quibusdam rusticis illarum partium maximus thesaurus, maxime in aureis denariis, in terra[o] reconditus invenitur. Tandem res proditur, idemque thesaurus a potentioribus earundem partium occupatur, et inter plures dispergitur. Albertus vero dux predictus, asserens ad se de iure thesaurum huiusmodi pertinere, occupatores ipsius impetiit pro eodem, et ex eo partem modicam aprehendit. Quod autem idem thesaurus valde vetustus et diu ibi reconditus fuerit, patet ex eo quod aliqui de dictis aureis habebant talem superscriptionem sive numisma: FAUSTINA

a) *post* Bened. *collocant* 2. 3. b) d. c. *manu prima in margine addita sunt* 1. c) octavis sancto pasche 3. d) M. g. c. W. i. 2. 3. e) *ita manus prima ipsa correxit pro* st. regis Andree n. 1. f) et 2. 3. g) Deinde 3. h) Semernich 3. i) *ita* 1. *ubi numerus mutatus est in* VII° *quod* 2. 3. *habent.* k) parte *add.* 2. 3. l) octavo 1 *ex correctione.* 2. 3. m) Marie 2. 3. n) IX. 1 *ex correctione.* 2. 3. o) in 1. *desunt* 2. 3.

AUGUSTI PII FILIA. Erat autem Faustina filia Antonini Pii imperatoris, qui cepit regnare anno Domini 140. Unde colligitur quod iidem denarii fuerunt sub eodem principe fabricati. Eodem anno in festo pentecostes Wentzeslaus, filius Otakari quondam regis Bohemorum, et Iun. 2.
Guta uxor sua, filia quondam Rudolfi regis Romanorum, Prage per Moguntinensem archiepiscopum sollempniter coronantur. Predicta vero Guta post coronationem non plene vixit 14 dies; Prage moritur, et ibidem sepelitur. Eodem anno die decima mensis Maii Bonifatius Iun. 18.
papa octavus in palatio prope Sanctum Petrum Rome deposuit dominos[a] Iacobum et Petrum cardinales de Columpna.

Anno Domini 1298[b] regnante Adolfo Romanorum rege, Albertus dux Austrie fiduciatus 1298.
per quosdam electores imperii de regno Romanorum, quod sub regimine prefati Adolfi dicebant multipliciter deformatum, ascendit ad partes Reni in quadragesima, ubi stetit donec ad festum Iohannis baptiste. Quo festo decurso quodam die cum diceretur prefato Adolfo, quod Iul. 2.
predictus Albertus fugam iniret, ipse incaute sequens interfectus est; et prefatus Albertus subsequenter est in regem Romanorum electus, et Aquisgrani sollempniter coronatus. Eo- Iul. 27.
dem anno in eisdem partibus Iudei cum corpore Domini in quodam oppido Roeting nomine Aug. 24.
quoddam grave malefitium commiserunt. Unde quidam civis, venditor carnium de dicto oppido, zelo fidei christiane accensus, primum adiutus vulgo dicti oppidi punivit Iudeos, auctores dicti malefitii. Deinde adunatis sibi multis peditibus et equitibus, quorum omnium capitaneus fuit, venit Wierczpurch et Nuernberch, et ad alias plures civitates et oppida ubi morabantur Iudei, inducendo ac etiam compellendo cives eorum, quod sibi tradiderunt Iudeos ad cremandum. Ipsorumque Iudeorum nulli parcens conditioni, etati vel sexui, plura milia concremavit. Quia vero prefatus Iudeorum persecutor hec omnia auctoritate propria faciebat, nec ab aliquo superiore super hiis acceperat potestatem, Albertus Romanorum rex cives dictarum civitatum et oppidorum magna pena pecuniaria multavit, tum quia res Iudeorum crematorum usurpaverunt, tunc quia Iudeos servos camere sue ipsi persecutori tradere presumpserunt. Eodem quoque anno cives Patavienses opposuerunt se Wernhardo Pataviensi episcopo, domino ipsorum, ac eum et Patavienses canonicos a civitate Pataviensi recedere suis insolentiis compulerunt. Eodem anno in festo Martini Albertus rex[c] celebrat suam Nov.
primam curiam in Nuernberch, ubi restituit episcopum Pataviensem dominio civitatis Pataviensis.

Anno Domini 1298[d] Albertus dux Austrie, sciens quod ministeriales Austrie minus eum diligerent, sciens quoque[e] quod iidem ministeriales Adolfum Romanorum regem in depulsionem ipsius vocassent in Austriam, in capite quadragesime levavit se versus Renum; ubi cum stetisset donec ad festum beati Iohannis baptiste, et esset quasi communis opinio omnium Australium quod non deberet bene succedere, ipse uno bello campestri de dicto Adolfo magnifice triumphavit; quo bello idem Adolfus occiditur, dictusque[f] Albertus per electores imperii in Romanorum regem eligitur, et Aquisgrani sollempniter coronatur.

Anno Domini 1301[g] post nativitatem Domini moritur Andreas rex Ungarie. 1301.

Anno Domini 1300[h] Bonifatius papa octavus edidit constitutionem que incipit: *Super* Ian. 14. 1300.
speculam, que facit pro concordia clericorum secularium et fratrum Predicatorum et Minorum. Eodem quoque anno ab eius initio usque in finem dominus papa omnibus per quinde- Febr. 22.
nam continuam ecclesias sanctorum apostolorum Petri et Pauli visitantibus, dummodo vere contriti et confessi essent, plenam suorum concessit veniam peccatorum; propter quod de universis mundi partibus tanta venit multitudo hominum Romam, quantam nulla meminit hominum etas. Eodem etiam anno circa nativitatem Domini Rudolfus dux Austrie, primogenitus Alberti regis, duxit in Austriam uxorem suam dominam Blancham, sororem Phylippi regis Francie. Que in brevi defuncta sepelitur Wienne aput minores fratres. Eodem etiam 1305.
anno dominus Nycolaus Ostiensis episcopus a domino papa Bonifacio legatus Ungarie desti- Mart. 19.
natur; qui successit Bonifacio pape, dictusque est Benedictus. Quo in brevi defuncto, post- 1303.
quam cardinales super provisione ecclesie diutius discordassent, tandem elegerunt archiepi- 1304. Iul 7.
scopum Burdelgabonensem[i] de provincia Provincie, qui dictus est Clemens. Hic iam in 1305.
regno Francie, iam in dicta Provincia, curiam suam habuit; et usque hodie ibidem manet, Iun 5.
nec post creationem suam Ytaliam vidit.

a) dominum I. et dominum P. 3. b) MCCC. 1 *ex correctione.* 2 3. c) Romanorum *addunt* 2. 3. d) VIIIo 1 *ex correctione.* MCCCI. 2, 3. e) sciens que 1. f)dictusque—coronatur *desunt* 2. 3. g) MCCCII. 2. 3. h) MCCCII 2. III. 3 *ex correctione.* 3. i) *ita pro* Burdegalensem 1. 2. 3.

1304. Sept. Anno Domini 1304 Albertus Romanorum rex circa festum Michahelis cum magno exercitu intravit Bohemiam contra Wenzezlaum regem[a]; sed nichil profecit, quia propter instantiam hiemis ipsum de terra sine fructu recedere oportebat.

1305 Iun. 21. Anno Domini 1305 moritur Wenezlaus rex Bohemie predictus, cui succedit in regno filius suus Wenzèzlaus, filius sororis Alberti Romanorum regis. Quo non multo post aput

1306. Aug. 4. Olmuncz machinatione ut dicitur baronum latenter interfecto, Albertus rex predictus primogenito suo Rudolfo duci Austrie et omnibus fratribus filiis suis regnum Bohemie tamquam sibi vacans contulit, et diversis temporibus missa in Bohemiam militia idem regnum subiugare adtemptat, et plures de baronibus subniserunt se sibi, et in dicto regno plures civitates

Oct. et castra tradita sibi fuerunt, et personaliter venit Pragam mittendo ipsum Rudolfum in cor-

1307. Iul. 4. poralem possessionem regni. Posthec in brevi prefatus Rudolfus moritur, cui succedit in

Aug. ducatu Austrie Fridericus frater suus; et[b] Albertus rex anno Domini 1307 intrat Bohemiam cum gravi exercitu ad subiugandum regnum pueris suis. Sed iterum propter instantiam hyemis, remanentibus in devotione sua Praga et aliis munitionibus et baronibus, qui se antea

Oct. sibi subdiderant, abinde sine ulteriori fructu recedere cogitur.

1308. Mai. 1. Anno Domini 1308[c] in die apostolorum Phylippi et Iacobi Albertus rex a domesticis et familiaribus suis, scilicet a Iohanne filio fratris sui Rudolfi ducis Austrie et suis complicibus, dum in partibus Reni de uno loco ad alium tenderet et ipsi eum custodire crederentur, necatur, et tunc tota Bohemia rebellis efficitur. Nec barones aliquem de pueris suis postea recipere volebant, et diversis super regno novitatibus attemptatis, tandem vocaverunt regnatorum super se Heinricum ducem Karinthie, habentem in matrimonio filiam Wenzezlai regis prioris; cui solum regni[d] nomen dantes, ipsi vero barones usque hodie regnant in Bohemia.

Nov. 27. 1309. Ian. 6. Eodem anno circa epiphaniam Domini Heinricus comes de Lützelburch[e] eligitur in regem Romanorum, et Aquisgrani sollempniter coronatur.

De deletione Templariorum[f].

Anno Domini 1309[g] Clemens papa quintus delevit ordinem Templariorum, mandans per locorum episcopos bona ipsorum mobilia et inmobilia nomine Romane ecclesie occupari. Causa vero deletionis eorum fuit, quia comperit per eos quedam spurca et abhominabilia, fidei katholice contraria, fieri, inter que idem dominus papa expresse scripsit in litteris suis, quod infra plures annos numquam unus receptus fuerit in illo ordine, quem non oportuerit abnegare Ihesum Christum et expuere in ymaginem Crucifixi.

Eodem anno idem dominus papa Armenie et[h] Cipri regnis, que tunc Sarracenorum incursibus frequenter molestabantur, volens succurrere, quo facilius Terra sancta in futurum recuperari posset, per magistrum et fratres Ierosolimitanenses sancti Iohannis ad ipsa regna mandavit generale passagium instaurari, christicolis per orbem universum eos in hoc negocio promoventibus diversas gracias et indulgencias largiendo. Tunc quidam civitatum et oppidorum per Alimaniam parassiti, sectatores otii, post dilapidatas substantias, et cum illis agricultores, sutores, pelliperarii et alii manuales operarii, omnes miseri et mendici et invalidi, instigante se ut creditur iniquo et deceptore spiritu, cruce signaverunt se ipsos, et armis quilibet pro posse suo se muniverunt, et sic de singulis locis cum singulis locis[i] sepulchrum dominicum preferentibus armati et cruce signati incedebant, nec relinquebant locum quantumlibet abditum vel humilem ad quem non venirent, tamquam in Terre sancte subsidium[k] petituri, ita quod interdum uno die in uno loco ad minus due, interdum 10, interdum 20 caterve talium apparebant, a clericis, laycis, ymmo et Iudeis non tam petentes quam vi extorquentes elemosinam. De Iudeis specialiter asserendo, quod per statutum imperiale pro ipsis in favorem Terre sancte introductum de novo possent eos etiam armis compellere ad danda sibi subsidia. Et certe per sapientes coniectores statim in ortu suo satis notati fuerunt, quod videlicet eorum negocium nullum erat, ex eo quod nec exspectaverant aliquem predicantem de mandato apostolico verbum crucis, sed se ipsos cruce signaverant; item quod de solis et puris mendicatis et extortis, preter que aliud non habebant, tam sumptuosum iter non poterant perficere; et quod inter eos nulla erat valens vel dives persona, nec aliquem generalem rectorem habebant, nec magister et fratres predicti curabant eos; item quod aliqui eorum preparabant navigia et dicebant se velle per Danubium in mare ire, et

a) Bohemie *add.* 2. 3. Wentzesl. 2. Wenzesl. 3. *hic et infra.* b) suus. A. D. 1306. Albertus rex (Romanorum *addit* 3.) intret B. 2. 3. c) VII°. 1 *ex correctione.* 2. 3. d) regeum 2: regium 3. e) Lutzelb. 2. Lutzellenb. 3. f) Teunicorum 1; *rubrica deest* 2. 3. g) VIII°. 1 *ex correctione.* 2. 3. h) *deest* 2. 3. i) *ita codices.* k) *deest* 2. 3.

sic ad Terram sanctam, quod propter interiacentia discrimina numquam est ab aliquo quantumque potente principe attemptatum; et alia multa erant per que factum eorum satis patuit nullum esse. Et tamen multitudo simplicium populorum extincta pene ad omnes in operibus karitatis, in solos tales elemosinas profundebat. Illi igitur tales in morem muscarum multiplicati super numerum, et de elemosinis cum scandalo omnium intuentium lascive viventes, tandem in talem temeritatem excreverunt, quod alicubi clericis oblationes de altaribus rapiebant, verberantes ipsos, et non recipientibus se mortes excoriationes expulsiones de ecclesiis et alia dira et horribilia comminantes. Hii autem erant omnibus diriores[a], quibus se coniunxerant clerici questuarii; qui quidem clerici questus gratia tam ridiculosa et erronea nec fidei katholice consona predicabant, quod horrorem discretis auribus inferebant. Predicaverunt enim meritis suis adeo fieri mirabilia, que omnino facta non erant. Audivi ego unum in Anaso[b] predicantem in hec verba: *Videte, karissimi, quomodo negocium nostrum nutu divino dirigitur. Recipientibus nos rerum ubertas, solatium sanitatis a Deo tribuitur. Domus non recipientium igne misso[c] celitus concremantur. Multi nostrum iam venerunt ad Terram sanctam, qui dimicantes cum Sarracenis uno bello campestri vitam glorioso martyrio finiverunt. Et inter multa milia occisorum de nostris non erat unum corpus quod non nigro cendato aurea cruce intexta desuper de celo misso miraculose esset vestitum. Unde indifferenter nobis est vel hic vel ultra mare occidi, quia sepulchrum Domini nobis ubique est, et resistere turbatoribus negotii nostri et propter hoc etiam mori, in omni loco coronam nobis preparat sempiternam.* Vidi[d] quod idem ille questuarius dum post talia et adhuc multo plura portenta monstra et mendacia predicata missam in continenti diceret, nec minister suus ad aram, laycus in armis terribilibus, nec aliquis de sequacibus suis numero quasi 45, omnes similiter vix patentibus oculis, armati, sacrosancto altaris sacramento saltem in elevatione sua aliquam reverentiam vel denudando capita, vel ponendo gladios, vel flectendo genua exhibebant. Alius quoque Berichtoldus[e] de Ratisponensi dyocesi presbyter questuarius latro veniens in Plasenstayn etiam cum talibus multis sequacibus suis, sacerdotem ibidem ad altare stantem et missam celebrantem, cum ad voluntatem suam pro eo in sermone non faceret, per unum de dictis sequacibus balistarium[f] iaculari fecit; quod etiam factum fuisset si non idem sacerdos premunitus ab astantibus fuge presidio se salvasset. Horum igitur cum insolentie cottidie invalescerent, factum eorum non integris 4 mensibus duravit, et post hec tamquam fumus repente evanuit. Nam cessante circa eos elemosinarum profusione, que tantis flagitiis fomitem ministrabant, deposuerunt sancte crucis signum, deposuerunt et arma, et tamquam muta[g] simulacra incedentes, non habebant quid sibi insultantibus responderent, et derisioni omnibus patuerunt, ita quod usque hodie in aliquibus locis non recipiuntur ex statuto incolarum locorum illorum etiam iuramento vallato, tamquam apostate crucis Christi, et qui falso sub nomine peregrinationis ad Terram sanctam elemosinam petiissent[h]. Circa idem tempus infra unum annum, scilicet a vigilia beati Bartholomei in anno Domini 1309 usque in secundam vesperam beati Laurentii, et in anno Domini 1310, eclypsata est luna et sol semel[17].

Eodem[i] anno fuit castrum Scherding obsessum a domino Friderico duce Austrie et Styrie, filio Alberti regis Romanorum.

AUCTARIUM ALBERTI PLEBANI DE WALDKIRCHEN.

A. D. 1283 Mychahelis nativitas mea.

A. D. 1295. Eodem anno Georii prepositus Ulricus moritur. Cui successit dominus Aimwicus, vir gloriosissimus.

A. D. 1296.[k] Eodem anno festo beati Georii intravi scolas Sancti Floriani.

A. D. 1298.[l] Eodem anno pater et mater meus moriuntur.

A. D. 1305. Eodem anno Iacobi in Sancto Floriano ad servicium prepositi me recepi.

A. D. 1309.[m] Eodem anno ordinem subdyaconatus recepi pentecosten. Eodem anno in

a) duriores 2. 3. b) Anesо 2. 3. c) *ita ex corr.* 2. misse 1. 3. d) etiam *add.* 2. 3. e) Perchtoldus 2. 3. f) ballisterum 3. g) multa 2, *ubi corr. est, et* 3. h) petiissent 2. 3. i) Eodem — Romanorum *desunt* 1. k) *in codice numerus hic mutatus est in* VII. l) *pro hoc numero correctum est* MCCC. m) *hic numerus mutatus est in* VIII. *Sed castrum Neuburg a.* 1309 *dirutum esse tuentur Ann. Matseenses.*

17) Eclipses lunae fuerunt 1309, Aug. 21. 1310, Aug. 11; solis 1310, Ian. 11.

concepcione beate Virginis beneficium in Gruenpach recepi. Eodem etiam anno obsessum est castrum Neuenburgense a duce Ottone Babarie et dirutum.

A. D. 1310. Obsidio castri Scherding.

A. D. 1313 Mychaelis electio domini Heinrici domus sancti Floriani prepositi.

A. D. 1314 Remigii rectificatio in Gruenpach. Anno Domini eodem mense Mago collatio in Waldchirchen.

A. D. 1315 pasca dyaconus.

A. D. 1318 pasca sacerdos.

A. D. 1320 purificacio peregrinacio.

A. D. 1321 Iohannis et Pauli hora tercia sol eclipsatur.

A. D. 1321[a] dominus Heinricus prepositus, vir religiosissimus et universis virtutibus plenus, Thome martiris moritur; cui successit dominus Wernherus.

A. D. 1322 vigilia Mychahelis rex Fridericus Austrialis capitur a Babaro, et[b] usque in quartum annum vinculis detinetur; et post hoc a. D. 1330. infra octavam epyphanie moritur in Guetenstain, et in Maurbach sepelitur.

A. D. 1323 primo ivi Crakoviam.

A. D. 1324 secundario ivi illic afferendo reliquias.

A. D. 1325 ad apostolicum perrexi.

Anno Domini 1328 collata fuit michi ecclesia in Gmunden. Narcissi confessoris in Zaizzenmauer[c].

Anno Domini 1330 domino Wernhero de Winchel cognomine, renuncianti prelature in Sancto Floriano, successit dominus Heinricus Pyber, circa nativitatem beate Virginis.

Anno Domini 1332 die sancti Bricii civitatula in Gmunden que antea forte anno quinto tota exusta fuit gravissimum incendium pertulit iterato.

KALENDARIUM ALBERTI PLEBANI IN WALDCHIRCHEN SPECIALES SUOS DEFUNCTOS CONTINENS, DILECTOS, DILECTIORES, DOMINOS, SOCIOS ET AMICOS[d].

Ian. 5. Petri decani Sancti Floriani.

Ian. 13. Fridericus Romanorum rex a. 1330.

Ian. 26. Wilwirgis inclusa.

Ian. 31. Alhaidis mater mea. Gerdrudis soror eius.

18 Feb. 6. Ekkardus prepositus Sancti Ypoliti[18].

Feb. 28. Leopoldus dux Austrie, filius regis Alberti, 1326.

Mart. 7. Urschalcus prepositus Sancti Floriani[19].

Mart. 10. Otto Sleuzzer decanus Ardazensis.

Mart. 15. Katherina quondam abbatissa in Erlacò dicta Sederinn.

Mart. 25. Chunradus episcopus Salczburgensis a. 1312.

Mart. 28. Fridericus archyepiscopus Salczburgensis 1338.

Mart. 31. Sifridus sacerdos socius in Gmunden.

Apr. 6. Ulricus Cesar S. Flor. duarum ecclesiarum quondam prepositus.

Apr. 8. Gerdrudis soror mea.

Apr. 9. Wernhardus consobrinus meus. Margareta filia eius.

Apr. 21. Margareta abbatissa in Ybsa.

20 Apr. 24. Ulrici prepositi Sancti Floriani Patnager dictus[20].

Apr. 30. Albertus Romanorum rex[21] a. 1308.

Mai. 19. Albertus dux Saxonie, episcopus Pataviensis, a. 1342.

Iun. 4. Wernherus civis Pataviensis, grandis benefactor domus sancti Floriani et vir christianissimus, operibus bonis plenissimus, a. 1327[4].

Iul. 25. Otto abbas in Gersten dictus Phanzagel a. 1333. Chunradus abbas Celle principis.

22 Iul. 27. Perichtoldus abbas in Gersten[22]. Magister Heinricus de Leizz episcopus Laventinus.

Iul. 28. Wernhardus episcopus Pataviensis a. 1313. Paldwinus decanus in Nerdere. Chunradus iudex in Gmunden.

a) *tia correctum est pro* XXII. b) et — sepelitur *postea addidit, simul cum anno* 1328. c) *sequentia alio tempore scripta sunt.* d) *ex hoc tantum potioris dignitatis personas excerpsi. Hasc inde scripta sunt.*

18) Nonis adscribit Necrol. Claustroneoburgense. 19) anno 1283. 20) a. 1295. In Necrol. cap. Salisburgensis diei praecedenti adscriptus est. 21) occisus Kal. Maii. 22) primus, a. 1142.

Iul. 29. Leopoldus dux Austrie marchio[23]. [23]
Aug. 4. Christanus abbas in Paumgartenberg.
Aug. 5. Magister Laurentius episcopus Gurczensis a. 1337.
Aug. 8. Altmanni episcopi a. 1071. Per eum ecclesia sancti Floriani reformatur[24].
Aug. 12. Wolfher prepositus Sancti Nycolai.
Aug. 15. Meinhardus vicedominus Frisacensis.
Aug. 26. Otachrus rex Bohemie 1278.
Sept. 5. Ulricus abbas in Gersten.
Sept. 8. Gotfridus, Ortolfus, Ludwicus decani Crem.
Sept. 9. Soror Gysila nutrix mea.
Sept. 14. Ulricus de Pernnaue prepositus in Waldhausen 1318.
Sept. 24. Otto decanus in Lonveld.
Oct. 6. Wichardus de Polnhaim, archyepiscopus Salczburgensis, 1316.[25] [25]
Oct. 16. Otto de Morsbach canonicus Pataviensis, plebanus in Gmunden, 1328.
Oct. 26. Hermanni patris mei.
Nov. 1. Meththildis mater magistri Laurencii.
Nov. 2. Ulricus Rechko consobrinus meus.
Nov. 20. Fridericus Aicher dictus sic, abbas in Chremsmunster.
Nov. 22. Magister Dyctus curie Sal burgensis prothonotarius 1322.
Dec. 3. Anno 1334 Iohannes papa XXII obiit qui sedit annis fere 20.
Dec. 4. Meingotus tumprepositus Pataviensis iunior 1324.
Dec. 11. Wilwirgis inclusa 1289.
Dec. 15. Albertus decanus Lauriacensis. Sifridus decanus Sancti Ypoliti.
Dec. 24. Heinricus decanus Lauriacensis 1331 (?)
Dec. 25. Aimwicus prepositus 1313[a].
Dec. 29. Hainricus prepositus 1321[a].

CONTINUATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS VII.

Agmen claudunt quae in codice G. *fol.* 144 *variis saec. XIV. manibus scripta sunt, post Annales Salisburgenses, sed nulla cum ipsis necessitudine coniuncta.*

1324 feria[b] secunda proxima ante festum sancti Mathye obiit domina Katherina sere- Feb. 19.
nissima ducissa Calabrie, soror ducum Austrie, et sepulta est Neapolis apud Sanctum Laurencium in domo fratrum minorum.

1325 obiit illustris princeps dominus Leupoldus dux Austrie et Styrie, filius Alberti re- 1326.
gis Romanorum, pridie Kalendas Marcii, et est sepultus in Chungsvelde. Feb. 28.

1327. Eodem anno[26] obiit dominus Henricus dux Austrie et Stirie, filius Alberti regis 26.
Romanorum, in die beati Blasii martyris, et sepultus est in Chungsvelde. Item eodem anno Feb. 3.
illustris princeps Otto, dux Austrie Styrie et Karinthie, divina preventus gracia fundavit construxit et dotavit monasterium in Novo monte ordinis Cisterciensis, in honorem sancte Marie et omnium sanctorum, in remedium animarum progenitorum suorum, nec non in perpetuam sui memoriam[c] fratrum heredum suorum.

1329 obiit in die Fridlini confessoris domina Gueta, soror dominorum ducum Austrie, Mart. 6.
comitissa de Oeting. Que est sepulta in Chunigsveld.

1330 obiit serenissimus dominus Fridricus rex Romanorum, filius regis Alberti, in octava epiphanie, et fundavit monasterium in Mauerbach[d], et ibidem sepultus est, et regnavit 15 annis. Et eodem anno obiit domina Elyzabeth ducissa Austrie, uxor domini Octonis, filia Stephani ducis Bavarie inferioris, in die anunciacionis beate Marie virginis, et est Mart. 25.
sepulta in Novo monte[e]. Item eodem anno in primis vesperis exaltacionis sancte crucis, Sept. 14.

a) *hi duo aureis litteris scripti sunt.* b) feria — minorum *scripsit manus secunda recentior, quam altera cui sequentia debemus.* c) et *supplendum videtur.* d) Maufbach c. e) *reliqua huius anni altera illa manus recentior adscripsit.*

23) qui a. 1230. obiit, cf. A. v. Meiller, Babenb. Regesten p. 147. 24) Obiit a. 1091. 25) A. 1315 obiisse docent Ann. Salzburgenses. 26) scil. quo Tytmannig recuperatum est.

1330. ecclesia Neumburgensis grave et intollerabile dampnum est perpessa, eo quod ambo monasteria tam dominorum quam dominarum, non proprio igne, sed per incendium aliunde videlicet in civitate exortum, in cinerem et favillam sunt redacta, temporibus domini Stephani prepositi, qui anno subsequenti utrumque claustrum desolatum laudabiliter reformavit.

Iul. 13. Item eodem anno obiit domina Elyzabeth, filia regis Arrogonie ac serenissimi Romanorum regis Fridrici conthoralis, in die sancte Margarete, et sepulta est Wienne in domo fratrum minorum.

1336. Hoc anno obiit venerabilis pater, dominus Stephanus dictus de Syerendorf, pre-

Nov. 24. positus monasterii Neumburgensis, in[a] vigilia sancte Katharine virginis. Item eodem anno, 10. Kalendas Novembris, obiit inclita puella serenissimi regis Fridrici filia, et est sepulta cum patre in Maurbach. Cui nomen erat Elyzabeth. Item eodem anno, pridie Kalendas Octobris, obiit inclita domina domina Katherina, relicta illustris ducis Austrie Leupoldi, filia comitis Sabaudie. Et est sepulta in Chůnigsveld.

1337. Hoc anno obiit venerabilis pater, dominus Nycolaus dictus Neythart, prepositus monasterii Neumburgensis.

1338, 3. Nonas Septembris, obiit domina Anna, uxor domini Ottonis, ducissa Austrie, filia serenissimi domini Iohannis regis Bohemie. Et est sepulta in Novo monte.

1339, 13. Kalendas Marcii, obiit illustris princeps dominus Otto, dux Austrie, Styrie et Karinthie, fundator monasterii Novi montis. Et ibidem est sepultus.

1342, 14. Kalendas Iunii, obiit reverendus in Christo pater et dominus, dominus Albertus episcopus Pataviensis, frater ducis Saxonie. Item eodem anno obiit dominus Karolus rex Ungarie, sororius domini Alberti quondam regis Romanorum. Item eodem anno, 6. Kal Augusti, obiit reverendus pater et dominus, dominus Heinricus episcopus Laventinus, dictus Mer, quondam canonicus ecclesie Salzburgensis et custos, et sepultus circa Minores Wienne[b].

1343 obiit domina . . . relicta domini Heinrici ducis Austrie. Item eodem anno obiit domina Anna, abbatissa monasterii sancte Clare Wienne, 18. Kalendas Iannarii, filia serenissimi Fridrici quondam Romanorum regis.

1344, in die sancti Laurencii martyris, obiit illustris dominus Leupoldus dux, filius Ottonis ducis Austrie, Styrie et Karinthie, et sepultus est in Novo monte.

Anno[c] Domini 1346, indiccione 14[a], pontificatus domini Clementis pape sexti anno quinto, mensis Augusti die 26, factum[e] est prelium magnum inter duos reges, videlicet Anglie et Francie. In quo idem dominus rex Anglie illustris[f] victoriam obtinuit et triumphum. Idem bellum fuit in Francia, iuxta quandam villam que dicitur Kersy, quinque miliaribus iuxta Monstruel in Pontien[g]. Isti fuerunt principes occisi in exercitu regis Francie per dominum regem Anglie, qui dominus rex Anglie nisi unum solum militem perdidit de exercitu suo: Rex Bohemie senior. Rex Maioricarum. Dux Lotharingie[h], sororius principum Austrie. Comes de Alihohen[i], frater legittimus regis Francie. Comes Flandrie. Comes Namensis. Dominus de Rosenberch de Bohemia miles. Comes de Arecourt[k]. Comes de Boloys. Archiepiscopus de Cheyns in Burgundia. Episcopus de Noyoen qui dicitur Nordoniensis[l]. Comes de Tzalme. Comes de Tzansoire[m]. Comes de Monbailliaerd[n]. Comes de Grantpire. Magnus prior Francie cum duobus milibus equitibus. Abbas de Curbi[o] cum quingentis[p] equitibus. Vicecomes de Tronáris[q]. Dominus de Moreel[r]. Dominus Iacobus de Bourbond. Dominus de Caen. Dominus de Tzanenaud. Et quam plures alii nobiles et ignobiles, quorum non est numerus, ceciderunt in dicto prelio de exercitu et de[s] coadiutoribus regis Francie, qui vix vivus effugit. Prelium duravit ab hora vesperarum sabbati post Bartholomei usque ad diem proximum sequentem ad horam nonam[t]. Item eodem anno dominus Clemens papa sextus prefecit imperio Karolum marchionem Moravie et coronari fecit invito domino Ludwico imperium tunc regente.

Anno Domini 1347, 4. Nonas Septembris, coronatus est dominus Carolus rex Bohemie, quondam marchio Moravie, cum uxore sua, per archiepiscopum Pragensem. Item eodem anno Philippus rex Francie cum toto exercitu suo per dominum Edbardum regem Anglie in

a) in v. s. K. v. *manu s. XV. additum est.* *Reliqua huius anni manus illa secunda scripsit.* b) *abhinc manus 2. pergit.* c) *haec desumpta sunt ex relatione Iohannis de Schoenveld; v. Pezii Scriptores Rer. Austr. I, 968. Eadem cum epistola eiusdem extant in cod. Sal. 416. f. 75', cuius varias lectiones affero (2).* d) XIII[a]. 1. e) prelium fuit immensum inter 2. f) i. dei gratia v. 2. g) Pontien 1. h) Lothor. 2. *ubi s. p. A. desunt.* i) Alihohon 2. k) Arctornt 1. Aretourt 2. l) Nondon. 1. m) Tzausoire 2. n) Monbull. 2. o) Corbi 2. p) quinquaginta 1. q) Tronaſs 2. r) Moriel 1. s) *deest* 1. t) *hucusque* 2.

fugam est conversus, ipso rege Anglie in regno Francie potenter manente inibi municiones nonnullas expugnando. Item eodem anno, 7. Idus Septembris, in vigilia nativitatis beate Virginis obiit venerabilis pater dominus Leupoldus, abbas Sancte Crucis.

1383[a]. Albertus dux Austrie contra Hanricum comitem de Schaunburg profectus est, et expugnavit Leonstain. Sed post ordinati sunt a Carolo cesare Fridericus burgravius Nuernbergensis et landgravius Leuchtenburg. Qui vocata ad se utraque parte cum Leopoldo duce Austrie, Stephano duce Bawarie, et domino Ioanne de Abensperg, iudicarunt comitatum de Schaunburg et Pewrbach ad Austriam attinere et Frankhnburg et Camer et Atersee et 12 milia florenorum pro inobedientia Alberto duci persolvere. Et Camer, Atersee ac Frankhnburg dux accepit, reliqua feudo comiti adsignavit.

SANCTI RUDBERTI SALISBURGENSIS ANNALES BREVES.

Codex bibl. caesareae n. 2090. *olim inter Salisburgenses* 311 *memb. fol. sub Gebehardo archiepiscopo scriptus, regulae canonicorum praemittit nomina regum et imperatorum, summorum pontificum, archiepiscoporum Salzburgensium*[27], *deinde „fratrum canonicorum et monachorum et monacharum eiusdem* 27
sedis“, nomina „fratrum quorum elemosinis visitamur“, tum, ante necrologium, annales nostros, quos inde Vindobonae a. 1848 *exscripsi. Numeri annorum usque ad a.* 1197 *foliis* 3'. *et* 4. *in ternis columnis sunt inscripti, et primam sequentis paginae columnam occupant; manus saec. XI ex. quaedam ad a.* 991. 1023. 1024 1025. 1041. 1060. *notavit, cetera ab aliis adiecta sunt, initio a subaequalibus, reliqua eo fere tempore quo ipsa facta contigerunt.*

Anno Domini incarnati 991. Fridaricus archiepiscopus obiit Kal. Mai.[b] Hartwic successor eius 6. Id. Nov. ordinatur.

1011. Liutfridus prepositus obiit 2. Id. Ian.[c]

1023. Hartwicus archiepiscopus Non. Dec. obiit.

1024. Guntherus successor eius 7. Kal. Feb. ordinatur. Heinricus imperator obiit divae memoriae[d] 3. Idus Iulii.

1025. Guntherius archiepiscopus Kal. Nov. obiit. Dietmarus successor eius 12. Kal. Ian. ordinatur.

1028. Starchandus prepositus obiit 10. Kal. Aprilis[e].

1039. Chounradus imperator[f] 2. Non. Iun. obiit.

1041. Dietmarus archiepiscopus 5. Kal. Aug. obiit. Beldingus successor eius 8. Kal. Novembris ordinatur.

1043. Liutolt prepositus 9. Kal. Dec.[g]

1044. Heinricus imperator Ungaros expugnavit.

1054. Leo IX. papa obiit[h].

1055[i]. Gebehardus futurus archiepiscopus 4. Non. Mart. ab antecessore suo archiepiscopo B. presbyter ordinatus est.

1056. Heinricus imperator obiit 3. Non. Octobris.

1060. Beldingus archiepiscopus 6. Id. Apr. obiit. Gebehardus archiepiscopus successor eius 3. Kal. Aug. ordinatur.

1067. Wezil prepositus obiit 11. Kal. Aprilis[k].

a) *post tria folia interiecta manu saeculi XV.* b) ob. K. M. *supra lineam scripta sunt. Post haec ad a.* 992 *et* 996 *quaedam erasa esse videntur.* c) *haec alia manu scripta sunt.* d) D. M. *c.* III. I. I. *alia manu in margine.* e) *eadem manu quae a.* 1011 *scripsit.* f) *alia manu; quod sequitur rursus alia adiecit.* g) *eadem manu cum a.* 1067. h) *eadem manu cum a.* 1039. i) *annum hunc cum sequenti manus alia in loco raso scripsit.* k) *eadem manu cum a.* 1043.

27) *S. Ruodbertus episcopus. Vitalis episcopus et abbas. Anzologus abbas et episcopus. Savolus episcopus et abbas. Isaio abbas et episcopus. Flobrigis* (in cod. 413. hist. eccl. 29. s. XIII: *Flogibris*) *episcopus. Iohannes episcopus et abbas. Beretricus abbas. Arn D. M. archiepiscopus. Ammiloni abbas et episcopus* etc.

1072. Gebehardus archiepiscopus 2. Non. Mai. ecclesiam Kurcensem dedicavit, et in ea sedem episcopalem constituit, et ad hanc Guntherium episcopum ordinavit[a].

1088. GEBEHARDUS archiepiscopus 17. Kal. Iulii[b].

1090. Diemo archiepiscopus electus. Dedicatio ecclesiae sancti Christofori ad Clasi[c].

1106. Hoc anno Chuonradus archiepiscopus constitutus est et a Paschali papa ordinatus est.

1121. Hic initiata est communis vita, ab eodem episcopo.

1122. Dedicatio capellae sanctae Mariae ad Sanctum Harthwicum; factum est a venerabili archiepiscopo Chounrado[d].

1128. Hoc anno exusta est basilica beati Roudberti.

1130. Beatae memoriae Honorius papa obiit.

1133. Hoc anno 4. Non. Aug. in fervore meridiano subito sol disparuit, et post paululum visus est tanquam saccus cylicinus terribiliter obtenebratus, stellis etiam in caelo apparentibus.

1138[e]. Lotharius imperator obiit.

1140. Heinricus dux Bavariorum.

1143. Innocentius papa obiit.

1144. Celestinus papa obiit.

1145. Lucius papa obiit.

1147. Curadus archiepiscopus obiit[f].

1148. Hoc anno facta est expedicio tocius christianitatis contra paganos[g].

1152. Cuonradus rex et imperator obiit[h], et Fridericus dux Sweviae factus est rex.

1153. Eugenius papa obiit.

1154. Anastasius papa obiit.

1159. Adrianus papa obiit.

1164. Eberhardus archiepiscopus obiit. Pro quo Chounradus Pataviensis episcopus eligitur. Hartwicus Ratisponensis episcopus obiit; pro[i] quo Eberhardus; quo mortuo in Lon-
28 gobardia[28] Chouno succedit. Hartmannus Brixinensis episcopus obiit; pro[k] quo Otto prepositus de Aquis.

1167. Romanus Gurcensis episcopus obiit, pro quo Heinricus abbas Sancti Petri eligitur.

1168. Heinricus Gurcensis electus 4. Non. Martii a Chounrado II archiepiscopo assistentibus et cooperantibus Ulrico episcopo Halberstatensi et Ulrico Tarvisiensi episcopo ordinatur.

ANNALES SANCTI RUDBERTI SALISBURGENSES.

Annales Salisburgenses initio eodem cum Mellicensibus fundamento niti, iam supra p. 479 *paucis probare nisi sumus. Quod quum usque ad a.* 1139 *intuenti cuique facile pateat, abinde usque ad a.* 1177 *manet quidem similitudo quaedam cum Continuatione Claustroneoburgensi II, sed tam debilis ut dubium sit an non casu potius uterque verbis similibus res easdem memoriae mandaverit. Sed prima annalium pars hausta est ex epitome chronici Herimanniani Mellici et descripta et aucta, qua etiam scriptor Annalium Mellicensium qui supersunt usus est*[29]*; noster autem quum multa breviaret vel omitteret, alia servavit quae apud illum desiderantur a.* 33. 45. 57. 103. 111 *etc. addiditque quae neque in epitome Herimanni neque in Annalibus Mellicensibus in-*
30 *veniuntur*[30]*, sumpta ut existimo ex compilatione aliqua chronologica, de qua iam*

a) *haec, rubro multum ornata, eadem manu cum a.* 1055. 1056 *scripta sunt.* b) Iul. *in cod. evanuit. Haec alia manu scripta sunt.* c) *alia manu. Abhinc rursus alia.* d) *abhinc alia manus.* e) *rursus alia manus pergit.* f) *alia manu.* g) *rursus alia.* h) *alia manu et abhinc rursus alia pergit.* i) pro — succedit *paulo post addidit.* k) pro — Aquis *postea subiunxit; deinde alia manus pergit.*

28) a. 1167. 29) Magnus enim etiam in erroribus inter eos est consensus e. g. a. 144. 170. 177. 195. 201. 210; sed alios a. 5. 82. 92. 221. noster vitavit. 30) Ea in editione nostra litteris diductis distinxi, usque ad a. 772, a quo veterum Annalium certa vestigia incipiant, et minor cum Ann. Mell. consensus obtinet.

supra p. 561 *dissenui. Nam eorum plurima etiam in Annalibus Admuntensibus et in Mellicensium codicibus Garstensi et Vorowensi reperiuntur. Quae affinitas manet usque ad annum* 1186.

Continuationum auctores canonicos Sancti Rudberti fuisse, iam H. Pez agnovit[31]*; sed in edendo „Chronico Salisburgensi" usus est codice Sancti Petri, qui primae quidem partis antiquissimus est inter eos qui supersunt, at continuationibus inde ab a.* 1268 *saeculo demum XV ductus. Codex capituli autographus qui dudum periisse videtur, quum ad annum* 1277 *deductus esset, a plurimis describi coepit atque praemisso Honorii chronico usque ad nativitatem Domini, adiectaque in fine serie archiepiscoporum Salisburgensium vulgari. Deinde historia belli Ottakariani inserta est, postea vero codex aliquot annis neglectus iacuit, donec Wichardus de Polheim a.* 1307 *lacunam explendam curaret, transscripto Eberhardi Altahensis chronico cum additionibus quibusdam. Alii continuationes subiunxerunt usque ad a.* 1327. *Hic igitur codex ut dictum est, periit; partis autem prioris usque ad a.* 1277 *superstites servantur*

A 1. *Vorowensis* 151. *mb. oct. saec. XIII exeuntis vel XIV, inscriptus „Chronica Mundi". Catalogi archiepiscoporum, qui huic editioni peculiaris est, unicum folium superest*[32].

A 2. *Codex Iodoci Welling, qui eum a.* 1505 *Iohanni Fuchsmagen dono dedit, nunc bibl. caes. Vindobonensi* 506 *(Hist. prof.* 638*), memb. in fol. min. saec. XIV*[33].

A 3. *Codex S. Dorotheae in Wienna, nunc bibl. caes.* 463, *saec. XV, Honorii nomine inscriptus, quia pars chronicae eius praecedit. Hic iam olim per V. D. Pirsner b. m. descriptus est*[34].

Codices Claustroneoburgens s 1062 *mb. saec. XIV. et* 697 *chart. saec. XV. qui etiam in foedis erroribus cum* A 3 *consentiunt, conferre superfluum videbatur. Praeterea ex huius generis codicibus plurima manaverunt in Chronicon Herimanni Altahensis (*1153—1234*), in Chronicam pii marchionis iam saepe commemoratam*[35] *et in chronici Reicherspergensis codicem Graezensem (*1193—1221*). Anni* 1228—1230 *eisdem verbis occurrunt in Continuatione Scotorum.*

B. *Codex S. Petri Salisburgensis de quo v. Annales nostros X,* 617. *Is a.* 1212 *ex alio codice descriptus esse videtur*[36]*; sequentia diversorum manibus addita sunt, modo a codd.* A *plus minusve discrepantia, modo plane eadem, ut alter alterum exscripsisse vel ex communi fonte uterque hausisse censendus sit, usque ad a.* 1255. *Anno tamen* 1251 *patet, ea non in monasterio orta sed a canonicis primo scripta esse. Gesta annorum* 1255—1268 *aequali calami ductu scripta sunt, sed verba quae monachos offendebant, a.* 1257. 1258. 1263 *postea atramento obducta sunt; quas lacunas iam Pezius explevit, codice quodam usus Glunicensi. Sequentia demum saec. XV. scripto sunt, usque ad a.* 1327*; aliquanto post pars Annalium Matseensium inserta, postremo Continuatio Sancti Petri a.* 1375—1398 *adiecta. Additiones nonnullas, saeculis de-*

31) De auctore primae partis non constat, monachusne fuerit an canonicus; nam quae de abbatibus monachisque Sancti Petri codex B. solus praebet, ea in ceteris codicibus a librariis omissa esse possunt, et vel horum quae illic manu alia saec. XII. addita sunt, vestigium superesse videtur a. 1079. Praepositorum mentio apud utrosque est, et ab a. 1198 canonicorum manum agnoscere mihi videor. 32) vide Archiv X, 629. 33) ibidem pag. 473. 34) Archiv VII, 667. X, 574. 35) a. 1225—1277 ex ipso codice Claustroneob. 1062 ut videtur. Cf. supra p. 606. 36) Pars prior manu quae adhuc saec. XII. typum gerit, scripta est usque ad a. 1131. ubi cum novo quaternione alius scriba pergit. Fortasse circa medium saec. XII. primo descriptis annalibus, a. 1212 novum illum quaternionem adiunxerunt, reiectis vel perditis quae primum quaternionem excedebant. Ceterum in edenda priori annalium parte hunc codicem tanquam antiquissimum presse secutus sum.

mum XV. XVI. XVII. insertas, quas Pezius littera obliqua expressit, tanquam nullius pretii omisi.

Restat tertia codicum familia, ubi praemisso Honorii chronico sequitur Martini Poloni chronicon ex Annalibus nostris interpolatum et continuatum, mutatis subinde verbis, quare paucas tantum lectiones apposui, ubi codices antiquiores praesto sunt. Sed a. 1277—1286 *continuationem praebent hucusque ineditam, quae Ottakaro chronici rythmici auctori nota fuisse videtur. Ex eadem, sive hic primum scripta est sive aliunde transscripta, Continuatio Mar-*
37 *tini Poloni Aldersbacensis, quam Boehmerus edidit*[37]*, excerpta est, praeter annos* 1282. 1283. *quos hic cum ceteris iterum exhibemus.*

Eius generis codices sunt

C1. *Vorowensis* 267 *saec. XIV. qui usque ad a.* 1286 *pertingit*[38]*. Annis* 1283. 1284 *mutatio calami deprehenditur, et verba de monasterio Vorowensi in fine a.* 1283 *posita hinc in alios codices manavisse videntur. Possis eum pro fonte istorum habere, sed obstant errores non pauci et scriptura quae codice* C2 *recentior esse videtur.*

C2. *Vorowensis, nunc autem Vindobonensis* 389 *(Rec.* 713*), manu saec. XIII exeuntis scriptus usque ad a.* 1284. *Deinde manu saec. XIV. addita est continuatio a.* 1285—1326, *quae etiam in codice Sancti Petri legitur*[39].

C3. *Vindobonensis* 328 *(Hist. prof.* 10.*), saec. XV, secundi persimilis,*
40 *sed auctus gestis annorum* 1284—1286 *ut* C1.[40]

Praeterea a. 1285—1327 *etiam in cod. Claustroneoburgensi, iam Vindobon.* 364 *(Hist. prof.* 72*), saec. XV. f.* 124 *inveniuntur; v. Annales X,* 462. *Denique totum annalium corpus usque ad a.* 1327 *in compendium redactum est, variisque auctum continuationibus, ex quibus unam Canisius edidit Lectt. Ant. VI, p.* 1252—1293 *vel III,* 2, 478. *ed. Basnagianae, aliam Duellius Misc. II,* 130—168. *Similia reperies in codicibus bibl. caes. Vindobonensis* 3344. *(Univ.* 1017*),* 3358 *(Rec.* 3087*),* 8072 *(Hist. eccl.* 45*).*

1. Iesus Christus dominus noster in Bethlehem Iudae nascitur anno 42. Octaviani Augusti Caesaris, transactis ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952, secundum septuaginta vero interpretes 5099, ab Urbe vero condita anno 752.
3. Herodes infantes occidit. Augustus Tyberium et Agrippam in filios adoptavit.
4. Iudas Galileus ad rebellandum Romanis Iudeos cohortatur.
5. Asinius Pollio orator moritur
6. Herodes rex Iudeae cum magno cruciatu moritur; pro quo Archelaus annis 9 regnavit.
7. Fames magna Rome facta est.
9. Tyberius cesar sub Augusto Dalmatae Sarmatasque subegit.
12. Iani portae 12 annis sub Augusto clausae aperiuntur.
13. Messala Corvinus orator obiit.
14. Eclipsis solis facta est.
15. Archelaus in Viennam Galliae urbem ab Augusto religatur, et Augustus obiit.
16. Tyberius privignus Augusti regnavit annis 23. Herodes tetrarcha Iudeorum annis 24 regnavit.
17. Mathematici Urbe pelluntur.
18. Livius historiographus obiit; et Ovidius poete in exilio obiit.

37) Fontes Rer. Germ. II, 461—483. 38) vide Archiv X, 630. 39) ib. p. 530. Praecedit catal. pontif. Romanorum ex Ann. Salisb. interpolatus, ex quo haec servanda duximus etsi haud magni pretii sunt: *Felix IV sedit a. D.* 527. *Hic constituit ut infirmi ante transitum suum oleo sancto inungi debeant. Romanus exercitus apud Oetingam prosternitur. Pelagius II sedit a. D.* 580. *Hoc tempore sanctus Rudbertus in Wormatia habetur episcopus. Honorius I sedit a. D.* 621. *Sanctus Rudbertus episcopus obiit, cui sanctus Vitalis succedit. Vitalianus sedit a. D.* 655. *Ansologus episcopus Iuvavensi ecclesie prefuit. Post hunc Zavotus; deinde Ecius. Leo III sedit a. D.* 697. *Hic per patricium Romanum factus est papa, et propter hoc in kathalogo Romanorum pontificum in plerisque chronicis non ponitur. Flobargius episcopus Iuvavensem rexit ecclesiam.* Et sub Kalixto II: *Communis vita in ecclesia sancti Ruodberti a Chunrado archiepiscopo instituitur a. D.* 1121. *Hermannus primus prepositus instituitur.* 40) ib. p. 460. Praeterea excerpta ex codice eius generis desumpta leguntur in cod. Vindobon. 4764 ch. saec. XV. de quo v. ib. p. 568.

19. Germanicus, qui et Agrippa, missus a Tiberio Germanos vicit. Terrae motu 13 urbes pericrunt.
20. Germanicus Caesar obiit.
21. Fenestella historiographus obiit.
22. Tyberius multos reges ad se dolo vocatos amodo non remisit.
23. Pompei theatrum incensum est.
24. Tiberius Drusum consortem imperii fecit, qui eodem anno veneno periit.
27. Pilatus preses a Tyberio in Iudeam mittitur.
30. Christus a Iohanne baptizatus predicare coepit.
31. Iohannes baptista ab Herode tetrarcha decollatur.
33. Christus passus est. Eclipsis solis facta est. Stephanus lapidatus est.
34. Paulus de celo vocatur. Iacobus ab apostolis patriarcha ordinatur, triginta annis sedit.
35. Pilatus imaginem cesaris in templo statuens seditionem Iudeis excitavit.
36. Seianus prefectus Tiberium ut Iudeos deleat, hortatur.
37. Agrippa Herodem tetrarcham Rome accusans, in vincula mittitur.
38. Tiberius Romanos graviter afflixit, et ipse veneno periit.
39. Gaius vir scelestissimus succedit, qui Herodem tetrarcham regem Iudeae fecit.
40. Iudeis apud Alexandriam profligatis, Philo clarissimos scriptorum pro eis interpellavit.
41. Pilatus magnis calamitatibus a Gaio oppressus, semet occidit.
42. Matheus euangelium scripsit Hebraice. Gaius a protectoribus suis occiditur[a]
43. Claudius succedit.
44. Petrus Romam venit. Iacobus[b] frater Iohannis occiditur.
45. Herodes ab angelo percussus periit; pro quo[c] Agrippa filius eius regnavit. Marcus euangelium scripsit. Primus Antiochiae episcopus Evodius ordinatur.
46. Magna fames facta est. Claudius Britanniam subegit.
47. Nova insula 30 stadiorum in mari apparuit.
48. Cives Romani a Claudio numerati sunt inventi sexagies novies centum milia, et 44 milia.
49. Iudeorum in seditione 30 milia interfecta sunt, in diebus azimorum.
51. Claudius Iudeos expulit Urbe.
52. Magna fames Rome facta est.
53. Claudius Felicem presidem Iudeae fecit.
54. Hoc tempore Simon magus heresis auctor extitit.
55. Egiptius quidam pseudoprophete Iudeos seducens, a Felice opprimitur.
56. Claudius veneno periit, anno aetatis 63.
57. Nero succedit flagitiosissimus; primam persecutionem christianis movit. Festus Felici presidi successit. Seditio in Cesarea orta plures Iudeos perdidit.
58. Paulus Romam a Festo preside mittitur.
59. Hucusque Lucas librum Actus apostolorum scribens perduxit.
60. Statius poeta claruit.
61. Nero Agrippinam matrem et sororem suam interfecit.
62. Nero infinita luxuria, lascivia et ignavia bachatur.
63. Iacobus frater Domini Ierosolimis occiditur. Festo presidi Albinus succedit.
64. Marcus euangelista Alexandrie passus est.
65. Nero thermas edificavit. Persius et Lucanus poetae moriuntur.
66. Nero ut similitudinem ardentis Troiae videret, Romam incendit.
67. Nero Senecam magistrum suum occidit.
68. Vespasianus dux exercitus contra Iudeos rebellantes mittitur a Nerone.
69. Petrus crucifigitur, Paulus decollatur. Nero se occidit. Linus papa sedit annis 12.
70. Ignatius secundus Antiochiae episcopus post Petrum ordinatur.
71. Galba menses octo, Otho menses tres, Vitellius menses tres.
72. Vespasianus Iudeos oppugnans, ab exercitu fit imperator.
73. Titus mirabili fame Iudeos oppugnat.
74. Ierusalem a Tito capitur, a prima conditione templi sub Salomone anno 1088.
77. Iosephus claruit.
79. Colossus erectus est, habens altitudinis pedes 107.
80. Pestilentia Rome accidit. Terre motus tres civitates Cipri evertit.
81. Vespasianus ventris profluvio circa Sabinos periit.
82. Titus Vespasiani filius anais 2 regnavit, homo virtutis, ut deliciae et amor humani generis diceretur.
83. Cletus papa sedit annis 12. Titus in ea qua pater villa obiit, 42. etatis anno.
84. Domitianus frater Titi regnat. Secunda persecutio christianorum.
85. Titus decreto senatus deificatur.
86. Tres virgines Vestae ob stuprum damnantur.
87. Anianus primus post Marcum euangelistam Alexandrie episcopus obiit. Succedit Abilius.
89. Domitianus se deum et dominum vocari fecit.
91. Quintilianus rethor Rome claruit.
92. Hoc tempore hereses Menandri magi, Hebionis, Nicolai, Cherinti oriuntur.
93. Hoc tempore Romani multa mala ab hostibus et a Domitiano pertulerunt.
94. Domitianus de Dacis et Germanis triumphat.
95. Clemens papa sedit annis 9. Cornelia Vestalis virgo ob stuprum viva defossa est.
96. Domitianus multos nobilium occidit.
97. Iohannes in Pathmos exilio relegatus, scripsit apokalypsim.
98. Domitianus Flavium Domitillam cum aliis pro Christo in exilium misit.

a) *deest* B. b) I. f. I. o. *in* B. *postea additum videtur*; *in* A. *anno* 45 *adscribitur*. c) *deest* B.

99. Domitianus post multa mala a suis occisus est.
100. Nerva senex iam succedit, et uno anno regnavit; exules exilio revocat, et Iohannem apostolum.
101. Traianus Hispanus succedit imperio. Tertia persecutio christianorum. Iohannes apostolus obiit.
103. Trajanus de Dacis et Scithis triumphat. Evaristus papa sedit annis 8.
104. Traianus multas gentes subiecit imperio.
105. Symeon Cleopae filius Ierosolimis episcopus crucifigitur.
107. Terre motus multas urbes subvertit. Aurea domus Neronis fulmine periit, et Pantheon crematum. Ignatius Antiochiae episcopus Rome bestiis traditur; pro quo Orom.
110. Post Iustum Ierosolimorum episcopum Zacheus, post quem Tobias, post hunc Beniamin, dein Iohannes, cui succedit Philippus.
111. Alexander papa sedit annis 10.
112. Quartus Alexandriae episcopus Primus sedit annis 12.
113. Traianus Armeniam, Assiriam, Mesopotamiam provincias facit.
115. Terre motus pene totam Antyochiam subruit.
117. Iudei commoti magnas cedes hominum faciunt.
118. Iudei Alexandrie victi, ab omnibus ubique trucidantur.
119. Traianus profluvio ventris moritur, anno etatis 14.
120. Adrianus Helius succedit. Hic per Quadratum apostolorum discipulum et Aristidem virum sapientem libris apollogeticis edoctus, christianis mitis efficitur. Dyonisius patitur. Simphora cum filiis patitur.
122. Syxtus papa sedit annis 10.
123. Adrianus iterum Iudeos profligat.
124. Adrianus multa tributa relaxat.
125. Terre motus fit. Bellum contra Sauromatas gestum.
126. Adrianus in Libiam, quae a Iudeis fuit vastata, colonias deducit.
127. Alexandriae Iustinus episcopus sedit annos 11. Adrianus Atheniensibus legem dedit.
129. Hoc tempore Aquila interpres claruit.
130. Ierosolimis post Philippum episcopum Seneca, post hunc Iustus, post hunc Levi.
131. Saturninus, Basilides, Carpocrates hereses condiderunt.
132. Adrianus Pater patriae primus appellatur. Telesphorus papa sedit annis 11.
133. Antiochie Cornelius episcopus sedit.
134. Nicopolis et Cesarea terre motu corruerunt.
135. Adrianus Athenas edificiis ampliavit.
136. Iudei in arma versi Palestinam populantur.
137. Alexandrie Eumenes sedit annis 13.
138. Iudei iterum commoti, magnis ubique cedibus enecantur.
139. Ierusalem ab Adriano Helio reparata, Helia est dicta, et Iudeis interdicta.
140. Primus ex gentibus Marcus Ierosolimis episcopus eligitur.
141. Adrianus morbo intercutis aquae moritur maior sexagenario.
142. Antoninus cognomento Pius succedit imperio; clemens factus est nostris. Yginus papa sedit annis 4.
143. Antoninus Pater patriae appellatur.
144. Valentinus et Cerdo, et post hos Marcus heresim inpugnant[a].
145. Iustinus philosophus pro christianis apollogeticum Antonino scripsit.
146. Antiochie Heros episcopus sedit. Pius papa sedit annis 15; sub hoc Hermes librum Pastoris scripsit.
149. Alexandrie Marcus episcopus sedit annis 10.
153. Apollonius et Basilides philosophi claruerunt.
156. Crescens cinicus philosophus Iustino nostro philosopho persecutionem movit, in qua ille pro Christo occubuit.
158. Alexandrie Celadion episcopus sedit annis 14.
160. Ierosolimis post Marcum Cassianus episcopus fit. Post quem hii: Publius, Maximus, Iulianus, Gaianus.
163. Antoninus Pius obiit, anno etatis 67.
164. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Commodo Aurelio regnat. Quarta persecutio.
165. Lucio Commodo cesari Athenis sacrificanti ignis ab oriente in occidentem ferri videbatur.
166. Voleius rex Parthorum quasdam provintias Romanas vastat.
167. Fronto orator claruit. Seleucia a Romanis capitur.
168. Cesares de Parthis triumphant.
169. Multi martyres Rome, in Creta, in Siria et Alexandrie passi sunt; inter quos Anicetus papa, Victor papa, Felicitas cum 7 filiis. Crete Philippus episcopus, Pergami Carpus episcopus, Gallie Hirenens episcopus cum multis Lugduni, in Siria Victor et Corona.
170. Hoc tempore lues multas provincias vastavit, et Romanam[b].
171. Sother papa sedit annis 8.
172. Theophilus vir sapiens Antiochie fit episcopus.
173. Alexandrie Agrippinus episcopus sedit. Lucius cesar apoplexia periit.
174. Catafrigarum heresis oritur.
176. Eiesippus et Dionisius Corinthiorum episcopus claruerunt, et alii quamplures doctores.
177. Antoninus multa praelia per se et per duces suos contra Romanos inimicos exegit.
178. Tatianus heresim Encraticarum condidit.
179. Antoninus Verus Commodum filium regni consortem fecit. Eleutherus papa sedit annis 13.
180. Imperatores de hostibus triumphant et debita plebi relaxant.
181. Lucius Britanniae rex ab Eleuthero papa ut christianus fiat interpellatur.
182. Antoninus in Pannonia moritur.

a) *cf. Annales Mellicenses h. a.* b) *cf. Annales Mellicenses, ubi etiam a.* 177. 201. 210. *eundem in erroribus consensum invenies.*

183. Commodus de Germanis triumphat. Alexandrie Iulianus episcopus sedit.
184. Templum Serapis Alexandrie incensum est.
185. Pantenus et Clemens clari habentur in Alexandria.
186. Ierosolimis post Gaianum hii sunt episcopi: Antonius, Valens, Dustianus, Narcissus, Dius, Germanus, Gordius, Narcissus.
187. Commodianae thermae Rome sunt factae.
188. Origenes nascitur
190. Hireneus Lugdunensis episcopus, et alii doctores claruerunt.
191. Capitolium Rome et bibliotheca fulmine perierunt.
192. Victor papa sedit annis 13.
193. Magna questio de pascha agitur, et in dominico die coli iubetur.
194. Serapion Antiochie sedit. Commodus multos nobiles occidit.
195. Commodus multis incommodus in domo Vestali strangulatur.
196. Helius Pertinax regnat mensibus 6. Hunc Iulianus iurisperitus occidens, regnat mensibus 7.
197. Severus Pertinax regnat, Iulianum civili prelio vicit, et se Pertinacem nominavit.
199. Narcissus, Theophilus, Policarpus episcopi claruerunt.
200. Clemens Alexandrinus presbiter claruit. Hier. a. 197.
201. Iudaicum et Sarmaticum bellum ortum est. Herim. Sich.
202. Severus Parthos, Adiabenos, Arabas superavit.
204. Thermae Severianae Antiochie fiunt.
205. Zepherinus papa sedit annis 18.
206. Severus quintam persecutionem nostris movit, in qua Leonides pater Origenis patitur.
208. Perpetua et Felicitas in Kartagine patiuntur.
209. Simachus et Theodotion interpretes claruerunt.
210. Severus vallum apud Britannos per 122 passuum a mari usque ad mare fecit.
212. Tertullianus claruit.
213. Severus in Britannia obiit.
214. Antoninus Caracalla regnat. Antiochie Asclepiades episcopus sedit.
215. Alexander Capadocie episcopus fit.
218. Antoninus thermas Rome fecit.
219. Antoninus novercam duxit uxorem.
220. Antoninus occiditur.
221. Ophinus Macrinus. Antiochie Fileius sedit.
222. Macrinus cum filio occiditur; Marcus Antonius Aurelius succedit. Kalistus papa sedit annis 5.
224. In Palestina Nicopolis[a], que prius Emmaus vocabatur, condita est.
225. Aurelius tumultu militari occiditur Rome.
226. Aurelius Alexander regnat. Hic in matrem suam unice pius fuit, Xerxen regem vicit.
227. Urbanus papa sedit annis 8. Hic multos nobilium convertit.
232. Antiochie Zebennus sedit.
233. Mammea mater Alexandri Origenem ad se vocatum audire curavit.
234. Hoc tempore passi sunt Urbanus papa, Cecilia virgo, Tiburtius et Valerianus, Calepodius et alii.
235. Pontianus papa sedit annis 6.
236. Alexandrie sedit Eraclas.
238. Alexander[b] tumultu militari occiditur.
239. Maximinus regnat. Sexta persecutio.
240. Pamphilus et Maximus Cesaree coronantur presbiteri.
241. Maximinus Aquileiae occiditur. Fabianus papa sedit annis 14.
242. Gordianus regnat.
247. Gordianus Germanos, Parthos Persasque vicit. A. Hell.
248. Gordianus post victoriam iuxta Romanos fines occiditur. Her. Sich.
249. Philippus cum Philippo filio regnat. Hic primus imperatorum christianus.
250. Alexandrie Dyonisius claruit.
252. Millesimus Urbis conditae annus festive colitur.
253. Origenes presbyter hoc tempore tanta scripsit, ut Ieronimus dicat quodam se loco quinque milia librorum legisse.
255. Philippus senior Verone, iunior Rome occiduntur.
256. Decius regnat, septimo persequitur christianos. Fabianus papa, Sixtus papa, Cornelius papa, Laurentius, Ypolitus, Agatha, martyres.
257. Decius cum filio in Tracia occiditur a Gothis. Antonius monachus nascitur. Origenes octogenarius obiit. Gallus et Volusianus regnant. Novatus presbyter hereticus factus est. Alexander Ierosolimis, Babdae[c] Antiochie patiuntur; Mazabanus et Fabius succedunt. Hier.
258. Gallus et Volusianus Interamnem occiduntur. Her. Sich.
259. Valerianus et Gallienus regnant. Octava persecutio. Lucius papa, Stephanus papa. Eugenia virgo. Protus et Iacinctus.
261. Cyprianus Cartagine patitur. Sixtus papa sedit.
262. Valerianus a rege Persarum capitur. Gallienus territus christianis pacem reddidit.
264. Antiochie Paulus constituitur episcopus, postea hereticus.
265. Germani Italiam, Alamanni Gallias invadunt.
266. Grecia, Macedonia, Pontus et Asia vastantur a Gothis.
268. Maximus Alexandrie sedit.
269. Theodorus, qui et Gregorius, claruit. Himeneus Ierosolimis claruit.

a) Nicapolis *corr.* Neapolis B. Neapolis A. b) Alexandrie B. c) *lege* Babila; Balda A 2. 3.

271. Gallienus Mediolani occiditur. Dyonisius papa sedit.
272. Claudius regnat[a]. Felix papa patitur. Marius et Martha, Audifax et Abacuc, Quirinus filius Philippi patiuntur.
273. Claudius obiit. Quintillus frater eius regnat dies 17.
274. Aurelius regnat.
275. Zenobis regina Orientis vincitur.
276. Aurelianum Rome triumphantem Dietricus et Zenobis precesserunt.
277. Nona persecutio.
278. Aurelianus occiditur; post quem Tacitus, et hic occiditur. Florianus post hunc, et hic occiditur.
279. Probus annis 4 regnavit.
280. Manes quidam, genere Persa, heresim Manicheorum condidit.
281. Antiochie Cirillus sedit.
282. Probus occiditur. Euticianus papa sedit.
283. Carus cum Carino et Numeriano filiis regnat. Carus fulmine periit. Gaius papa sedit.
284. Numerianus occiditur. Carinus a Diocletiano occiditur. Crisantus et Daria martyres.
285. Diocletianus regnat.
286. Diocletianus Herculeum Maximianum in consortem regni assumit.
287. Maximianus Amandum in Gallia cum rusticis vicit.
290. Diocletianus Constantium Constantini patrem cesarem facit.
291. Diocletianus Galerium Maximianum cesarem facit.
294. Gaio papa martyrizato, Marcellinus succedit.
295. Diocletianus se ut deum adorari iussit.
299. Constantius 60 milia Alamannorum occidit.
302. Marcellino papa martyrizato, Marcellus succedit, post quem Eusebius.
303. Diocletianus in oriente, Maximianus in occidente ecclesias subvertunt. Sub hac persecutione coronantur Ciriacus diaconus, Castulus, Pancratius, Sebastianus, Primus et Felicianus, Faustinus et Beatrix, Tiburtius, Susanna, Felix et Adauctus, Lucia et Geminianus, Eufemia virgo, Sergius et Bachus, Crisogonus, Quattuor Coronati, Anastasia, Iulianus et Basilissa, Pantaleon, Adrianus, Gorgonius, Vitus Lucia, Afra, Ianuarius cum sociis, Mauritius cum sociis, Gereon cum sociis, Cosmas et Damianus, Crispus et Crispinianus, Mennas, martyres.
304. Diocletianus Nicomedie, et Maximianus Mediolani purpuras aponte ob senectutem deponunt.
305. Galerius Constantius anno uno regnat. Maximinus et Severus cesares eliguntur. Constantius augustus vir bonus obiit.
306. Constantinus Constantii ex concubina Helena filius regnat. Meltiades papa sedit.
307. Maximianus Herculeus apud Massiliam turpiter interficitur.
308. Quirinus episcopus passus est. Severus occiditur; pro quo Licinius cesar efficitur. Maximianus quoque obiit.
309. Maximinus cesar persecutionem restaurat. Meltiade passo, Silvester papa succedit.
311. Constantinus Maxentium vicit. Petrus Alexandrie episcopus coronatur.
312. Persecutio post decem annos finita est.
314. Diocletianus obiit, et inter deos refertur.
315. Plurimi magorum et persecutorum trucidantur.
316. Crispus et Constantinus filii Constantini, et Licinius cesares appellantur. Lactantius claruit.
319. Licinius christianos persequitur.
321. Alexandrie Alexander ordinatur, a quo Arrius ab ecclesia eicitur.
322. In Nicea sinodus habetur. Arrius condemnatur.
323. Licinius occiditur.
324. Ab Helena crux Domini invenitur.
328. Donatus heresim facit.
329. Constantinus ex Bizancio Constantinopolim fecit, et sedem regni esse voluit.
330. Nikolaus Mirecorum episcopus claruit.
332. Constans filius Constantini cesar efficitur.
333. Antonius monachus claruit.
334. Dalmatius cesar efficitur.
336. Constantinus dum bellum in Persas parat, obiit.
337. Constantius filius Constantini cum Constantino et Constante fratribus regnat.
338. Sapor rex Persarum Mesopotamiam vastat, christianos persequitur.
339. Constantius bellum fratri suo Constantino inferens, Aquileie occiditur.
340. Audeus Syrus Audianam heresim facit.
341. Franci a Constante victi sunt.
343. Maximinus Trevirorum episcopus claruit, Athanasium episcopum fovit.
346. Eclipsis solis et terrae motus accidit.
347. Bellum contra Persas gravi Romanorum damno geritur.
348. Rome Liberius papa ordinatur; quo ab Arrianis ejecto Felix sedem occupat annum unum. Sed Liberius heresi subscribens rediit, et Felix eicitur. Constans occiditur.
349. Magnentius, qui Constantem occiderat, Romanos exturbat.
350. Magnentio gravi civili prelio victo, Gallus cesar efficitur.
351. Magnentius Iudeos afflixit.
352. Magnentius se ipsum occidit.
353. Gallus a Constantio patrueli suo occiditur. Victorinus rethor et Donatus gramaticus claruerunt.
354. Iulianus frater Galli cesar efficitur. Antonius monachus obiit, centesimo quinto etatis anno.
355. Liberius papa ab Arrianis expellitur. Magnae Alemannorum copiae apud Argentarium perierunt.

a) *hic in* B. *scriptum erat* Nona persecutio, *sed expunctum est.*

356. Ossa Andreae et Lucae et Timothei Constantinopolim venerunt. Iulianus Germanos vicit Reno.
357. Hilarius Pictaviensis claruit.
359. Constantius contra Iulianum arma sumens obiit.
360. Iulianus augusti nomen accepit.
361. Pagani apud Sebasten sepulchrum Iohannis baptistae invadunt.
362. Iulianus periit.
363. Iovinianus catholicus regnat; et eodem anno in nova domo ardore prunarum et calcis odore suffocatur. Sanctus Nycolaus obiit.
364. Valentinianus regnat.
365. Terre motus per totum orbem factus est.
366. Gratianus Valentiniani filius imperator efficitur. Vera lana cum nive fluxit de nubibus.
367. Hilarius episcopus obiit.
368. Eusebius Vercellensis obiit.
369. Duo Macharii, Hilarion, Pachumius, Iohannes et alii patres claruerunt.
371. Valentinianus Saxones domuit in regione Francorum. Didimus cecus claruit.
372. Octoginta fere milia Burgundionum iuxta Renum consederunt.
373. Magnentia, que et Tecla, nobilissima Romanorum Ierosolimis claruit.
374. Valentinianus obiit. Ambrosius Mediolani episcopus ordinatur. Damasus papa obiit[41]. 41
375. Valens cum Gratiano et Valentiniano regnat. Martinus, Ieronimus claruerunt. Gratianus triginta milia Alamannorum occidit. Hunorum gens de Meotidis paludibus exiit. Ermiricus rex Gothorum centesimo et vicesimo anno vitae suae obiit. cf Iord.
378. Valens, a Gothis occiso exercitu, cremator in domo quadam. Priscillianus heresim fecit. Her. Sich.
379. Gratianus cum Valentiniano regnat, et Theodosium, genere Hispanum, imperatorem facit.
381. Sinodus 150 episcoporum Constantinopolim contra Macedonium aggregatur.
382. Hoc tempore Theodosius Hunos et Alamannos multis preliis vicit.
383. Archadius Theodosii filius imperator efficitur.
384. Maximus regni usurpator Gratianum occidit
385. Theodosios cum Valentiniano regnat. Priscillianus et alii heretici gladio addicti sunt.
386. Martinus, Ambrosius, Ieronimus claruerunt, et Severinus Coloniensis.
387. Maximus tirannus a Theodosio captus et occisus est.
389. Siricius papa obiit.
390. Anastasius papa sedit.
391. Augustinus Ippone episcopus constituitur. Claudius[a] poeta claruit.
392. Valentinianus dolo Arbogastis ducis laqueo periit.
393. Arbogastes Eugenium tirannum imperatorem fecit.
394. Iohannes heremita Theodosium victorem contra Eugenium fore prophetat.
395. Theodosius Eugenium superat, et ipse Mediolani quievit. Iohannes Crisostomus claruit.
396. Archadius cum Honorio fratre regnat.
397. Martinus quievit.
398. Ambrosius quievit. Innocentius papa sedit.
399. Templa idolorum destruuntur, et ludi gladiatorum tolluntur.
400. Gothi Halarico et Radagaiso regibus Italiam ingrediuntur.
401. Corpora Abacuc et Michee revelantur.
402. Alexius confessor obiit.
403. Orosius presbyter claruit. Cartaginense concilium habetur contra Donatistas.
404. Radagaisus crudelissimus cum 200 millibus Gothorum sine bello periit.
406. Pelagius Britto gratiam Dei impugnat.
408. Archadius imperator obiit.
409. Honorius cum Theodosio fratris filio regnat.
410. Roma irrupta est a Gothis, Halarico rege; sed quia christianus erat, clementer usus est victoria.
411. Ataulfus sororem Honorii Placidiam duxit uxorem.
412. Gothi Ataulfo rege Gallias intrant.
413. Burgundiones partem Galliae Reno coniunctam tenuerunt.
415. Corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis et Nichodemi revelantur.
416. Zosimus papa sedit.
418. Sinodus Cartaginensis 217 episcoporum contra Pelagium habetur. Eclipsis solis facta est 14. Kal. Augusti.
419. Honorius Constantium sororis maritum in consortem regni assumpsit. Bonifacius papa sedit.
420. Ieronimus quievit.
421. Constantius imperator obiit. Celestinus papa sedit.
423. Honorius imperator obiit.
424. Theodosius minor Archadii filius regnat, et Valentinianum Placidiae sororis suae filium in regnum assumpsit.
428 Nestorius Constantinopolitanus heresim fecit.
430. Augustinus in sua civitate Yppone a barbaris obsessa obiit
431. Ephesi sinodus 200 episcoporum contra Nestorium habetur. Sixtus papa sedit.
437. Gensericus rex Wandalorum Arrianus catholicos in Affrica persequitur.
440. Gensericus dolo Cartaginem cepit. Leo papa doctor sedit
443. Brictius Turonensis quievit.

a) *ita codi es.*

41) Et hic et sequentes pontifices non ex Herimanno sumpti sunt, sed ex catalogo quodam pontificum Romanorum, simili eorum, quos codices Vorowensis 111, Admuntensis 735 praebent.

447. Eutices Constantinopolitanus heresim fecit.
cf. A. Garst. 449. Theodosius imperator obiit. Romani cum Attila rege auxilio Alamannorum pugnantes vincunt, cesis ibi 150 milibus.
450. Martianus cum Valentiniano regnat.
451. Attila cepit Aquilegiam.
H. Rom. 452. Attila effluxione sanguinis sui de naribus dormiens suffocatus est.
V. S. Sever. 453. Hoc tempore[43] Severinus monachus venit in Noricum.
Her. Sich. 454. Valentinianus occiditur; pro quo Maximus regnat menses duos, et a militibus occiditur. Post quem Avitus, qui deponens imperium successorem habuit Maiorianum.
456. Martianus imperator obiit.
457. Leo regnat. Maiorianus movit exercitum in Affricam.
460. Ricimer Maioriano occiso Severum fecit imperatorem.
461. Leo papa doctor obiit, pro quo Hilarius. [Hoc[a] tempore regnabat Archturus in Brittannia de quo multa narrantur.]
464. Severus veneno periit.
466. Antemius a Leone imperator occidentis mittitur
467. Simplicius papa sedit.
470. Remigius Remorum episcopus ordinatur. Mamertus Viennensis claruit.
471. Ricimer patricius Antemium occidit et Olibrium constituit; ipse periit.
472. Olibrius septimo mense moritur. Leo Leonem consortem regni fecit.
473. Leo senior obiit.
474. Zenon regnat.
475. Odoacer Rugorum rex Romam optinuit, Augustulum occidit.
476. Odoacer invito Zenone regnat Rome.
V. S. Sever. 477. Hoc tempore[43] Odoacer cum Herulis Noricum transiens, ad Severinum venit Favianis[b].
Her. Sich. 478. Corpus Barnabe revelatur, et euangelium Mathei. Ad[c] Sanctum Amandum Maximus presbyter cum sociis suis plusquam 50 passus est.
481. Theodericus rex Ostrogothorum adhesit Zenoni imperatori.
482. Felix papa sedit.
483. Zenon Theodericum consulem et magistrum militum fecit
488. Theodericus consul Odoacrum duobus preliis superavit.
489. Tertio bello eundem Ravenne obsedit.
490. Quarto bello nocte egressus Odoacer vincitur a Theoderico.
14 491. Anastasius regnat. Severinus monachus in Norico quievit[44]. Gelasius papa sedit.
492. Theodericus Odoacrum occidit, et ipse regnat.
495. Anastasius papa sedit.
497. Boetius claruit. Simachus papa sedit.
499. Theodericus Romam venit, et multa ibi mirenda construxit.
505. Fulgentius episcopus claruit
506. Theodericus victis Francis Gallias subegit.
507. Lodwicus rex Alamannorum Dei invocans auxilium vicit.
508. Hoc tempore gens Noricorum prius expulsa revertitur ad patrias sedes duce Theodone, Latinis eiectis.
511. Ormisda papa sedit. Benedictus claruit.
512. Theodericus Theodonem ducem Anastasio subdere voluit.
517. Anastasius imperator heresi favens, fulmine periit.
518. Iustinus maior regnat.
519. Iohannes papa et martyr sedit.
520. Romanus exercitus apud Oetingin a Theodone[d] prosternitur.
521. Iohannes papa Constantinopolim veniens cecum illuminavit. Theodericus ipsum carceris afflictione perimit, Simachum patricium occidit. Felix papa sedit.
522. Clodoveus, qui et Ludwicus, rex Francorum obiit, Parisius sepelitur; pro quo quatuor filii eius regnant. Theodericus rex Gothorum[e] subitanea morte periit; pro quo Athalaricus nepos eius regnat.
524. Bonifacius papa sedit.
525. Iustinus Iustinianum regni consortem faciens obiit.
526. Iustinianus Parthos superat. Iohannes papa sedit.
528. Agapitus papa sedit. Parthi Romanum exercitum sabbato paschae vincunt.
529. Mortuo Athalarico Theodealdus regnat.
530. Iustinianus templum Agyae Sophiae Constantinopolim fecit, et leges correxit.

a) Hoc — narrantur *addunt* A 2. 3. *et in* A 1. *manus alia.* b) *super hanc vocem scriptum est* wien B. c) Ad — est *in codice* B. *manu secunda paulo post addita esse videntur*; *in* A. *anno praecedenti adscripta sunt.* d) Thedone B. e) *superscr.* B.

42) Scilicet post mortem Attilae venisse dicit Eugippius. 43) Antequam Italiam intraret, secundum Eugippium c. 7. Sequentia ex c. 25. et veteri hominum fama accepit, et cum annum quo res acciderat nesciret, hic collocavit ubi de sancto Severino mentionem fecerat. Sancto Amando demum Ara archiepiscopus ibi sacellum construxit, v. Hansizii Germ. Sacra II, 63. 44) Recentiores annum 487 vel 488 statuunt; nostro Gelasii papae nomen in causa fuisse arbitror ut Severini mortem huic anno adsignaret. Cf. Auct. Garstense.

531. Silverius papa sedit.
532. Dyonisius abbas cyclum paschalem inchoat.
533. Vigilius papa sedit.
534. Cartago a Belesario patricio recepta est.
535. Cassiodorus senator psalterium exponit. Priscianus ad Iulianum consulem grammaticam scribit.
536. Sanctus Sigismundus rex Burgundiae occisus est a rege Francorum Chodmer filio Clodovei.
538. Belesarius Theodepertum regem Francorum vicit.
543. Sanctus Remigius in Idibus Ianuarii obiit, anno episcopatus sui 74. Arator subdiaconus librum suum Vigilio papae recitavit.
544. Theodericus rex, Clodovei filius, obiit.
553. Vigilius papa obiit, Pelagius succedit.
554. Totila rex Gothorum in Italia tirannizat.
558. Theodbertus rex, filius Theoderici, obiit.
561. Hildibertus filius Clodovei obiit.
563. Iustinianus imperator obiit.
564. Iustinus regnat. Iohannes papa sedit.
566. Narses patricius Totilam regem occidit.
569. Sanctus Vedastus obiit.
573. Lotharius filius Clodovei obiit; quatuor filii eius succedunt: Gundram, Sigbert, Hilprich, Charbert.
574. Iustinus imperator obiit.
575. Tiberius Constantinus regnat.
576. Benedictus papa sedit. Gregorius Moralia scripsit, Euticium Constantinopolitanum erroris arguit.
579. Pelagius papa sedit. Hic Hildiberto regi Francorum super causis quibusdam scribit, sicut invenitur in Gratiano 25a causa. A. Salisb. 582
580. Hic Hildbertus Tassilonem Bawarie prefecit, Gerbaldo quodam et filio eius eiectis. Paul. D. III,30. IV,7 Her. Sich
581. Tiberius imperator obiit.
582. Mauricius regnat. Levigildus rex Gothorum Herminigildum filium pro fide Christi occidit.
588. Sigibertus filius Lotharii per insidias periit.
591. Gregorius doctorum eximius sedem Romanam rexit.
594. Gregorius papa sinodum Rome collegit.
595. Sanctus Columba confessor obiit. Gregorius papa nuntiis suis Anglos convertit.
596 Helpricus rex Lotharii filius obiit.

598. Gerbaldus Bawariae regnum accepit.

600. Qtharius rex Lonbardorum Gerbaldi regis filiam Theodelindam duxit, cui Gregorius Dialogum scribit.
602. Mauritius imperator a Foca occiditur.
603. Focas regnat.
604. Gregorius papa migravit ad Dominum. Sabinianus papa successit.
605. Tunica quae in passione Domini sublata est ei, invenitur, et Ierusalem portatur. Bonifacius papa sedit.
607. Gundrammus rex Lotharii filius obiit.
608. Focas Pantheum Bonifacio papae dedit. Item alius Bonifacius sedit.
609. Persae Ierosolimam predantes, crucem Domini auferunt.
610. Focas imperator obiit. Hildibertus rex filius Sigiberti obiit; Theodericus et Theodbertus filii ei succedunt.
611. Heraclius imperat.
612. Mahmet, quem Sarraceni adorant, ex stirpe Ismahelis nascitur.
613. Anastasius monachus Persa a Chosdroe rege martyrizatur.
617. Deusdedit papa sedit.
618. Heraclius imperator crucem Domini recepit.
620. Bonifacius papa sedit.
622. Ysidorus Spalensis episcopus claruit.
623. Sanctus Desiderius lapidatus est iussu Brunhildis.
625. Honorius papa sedit.
626. Theodebertus rex consilio Brunhildis tonsus est, et filii eius a fratre Theoderico.
627. Theodericus rex veneficiis Brunhildis periit.
628. Transitus sancti Ruberti[45], sub Honorio papa, Heraclio imperatore, Francorum rege Lothario patre Dagoberti.
629. Columbano confessore a Brigancio migrante, sanctus Gallus remansit, et cellam suam construxit. Vitalis sancto Ruberto succedit.
631. Brunhildis cum omni sua progenie a Lôthario occiditur.
633. Arnulfus tunc erat maior domus in regno Lotharii, postea Metensis episcopus.

635. Kilianus cum sociis Wirzipurch patitur.

636. Heraclius imperator obiit.
637. Heraclonas regnat. Rex Persarum cum uxore et 60 militibus Constantinopolim baptizatur.
638. Severinus papa sedit. Heraclonas occiditur.

45) Ex Ann. Salisb. ad h. a. Mon. SS, I, 89.

Her. Sich. 639. Constantinus hereticus et Constans regnant.
640. Iohannes papa sedit. Lotharius rex obiit. Sanctus Oswaldus rex occiditur.
641. Theodorus papa sedit.
649. Martinus papa sedit.
652. Mediterranei Augli christiani facti sunt.
653. Gens Merciorum christiana facta est.
654. Sanctus Martinus papa a Constantino exiliatus obiit. Eugenius papa succedit.
De conv. Baw. 655. Dagobertus rex misit exercitum in Karinthiam contra Samonem Sclavum, qui negociatores eius occiderat.
Her. Sich. 656. Dagobertus rex obiit.
658. Vitaliauus papa sedit.
659. Sancta Gerdrudis matertera Pipini claruit.
661. Constans Romam venit, sancto Petro aureum clamidem optulit.
662. Eclipsis solis facta est.
666. Constans imperator occiditur.
667. Constantinus filius eius succedit.
670. Sarraceni Siciliam invadunt.
672. Adeodatus papa sedit.
673. Ludwicus filius Dagoberti obiit.
676. Domnus papa sedit. Lotharius filius Ludwici obiit.
678. Agatho papa sedit.
679. Sanctus Lambertus Traiectensis claruit.
680. Leo papa sedit.
682. Benedictus papa sedit.
683. Constantinus imperator obiit.
684. Iustinianus filius Constantini regnat. Iohannes papa sedit.
686. Conon papa sedit. Pipinus filius Angisi maior domus et dux Francorum. Ceadwalt rex occidentalium Saxonum Romam veniens baptizatur, et in albis moritur. Sergius papa sedit.
688. Willibrordus, qui et Clemens, a papa consecratus Fresonum gentem convertit.
694. Iustinianus ob perfidiam naso truncatus exiliatur.
695. Leo regnat. Sergius papa capsam dominicae crucis invenit.
697. Leo regnum dimisit.
698. Tiberius regnat. Beda claruit. Sinodus Aquilegie colligitur.
700. Iohannes papa sedit.
703. Iustinianus denasatus auxilio Vulgarorum rediit, Leonem et Tiberium occidit, et ipse cum filio Tiberio regnat.
705. Item Iohannes papa sedit.
707. Sisinnius papa sedit, et post 20 dies obiit. Constantinus papa successit, ad quem rex Merciorum cum filio venit, et monachicam vitam suscepit. Hildibertus rex filius Theoderici obiit.
709. Pippinus maior domus obiit.
710. Philippicus ab exercitu imperator factus, Iustinianum occidit.
712. Anastasius Philippicum cecavit, et loco eius regnat. Sanctus Corbinianus claruit.
Ekk. 715. Gregorius papa sedit. Karolus ex concubina Alheide natus, quae ministerialis cuiusdam Diedonis soror erat, maior domus est factus.
G. Pont. 716. Theodo dux Bawarie Romam petiit.
Her. Sich. 717. Theodosius Anastasium vicit, et eum presbyterum consecrari fecit; tum loco eius regnat Leo.
718. Theodo dux obiit. Winfridus, qui et Bonifacius, a Gregorio papa Mogontie episcopus ordinatur. Sarraceni triennio Constantinopolim tenuerunt.
719. Sanctus Othmarus cellae sancti Galli praeficitur.
721. Theodericus, filius Dagoberti, rex efficitur.
722. Sanctus Augustinus Papiam translatus est.
723. Sanctus Pirminius ad Augiam insulam venit.
724. Karolus de Sarracenis triumphat.
725. Huc usque regnum Romanorum, exin Francorum supputatur. Karolus cum 12 annis maior domus fuisset, exinde 15 annos principatum tenuit, regibus tamen ibi, sed sine dignitate manentibus.
729. Item Gregorius papa sedit. Karolus Fresiam vastat. Post Grimoaldum dux Bawariae Hucbertus fuit[46].
730. Beda presbyter obiit.
731. Karolus cum Sarracenis pugnavit.
732. Item Karolus Sarracenos cum rege eorum delevit.
733. Karolus Fresiam vastat. Constantinus ecclesiae infestus regnat apud Constantinopolim.
734. Karolus Wasconiam invadit.
736. Karolus contra Sarracenos in Gothia pugnat.
737. Karolus Saxoniam intrat.
738. Karolus Provintiam subicit. Zacharias papa sedit.
739. Hucbertus dux Bawariae obiit; pro quo Odilo.
740. Karolus obiit.
741. Pipinus, filius Karoli, cum fratre Karlomanno regnat; cum Odilone pugnaverunt, et vicerunt.

46) Hoc verum est et aliunde satis constat. Sed vide quomodo errores in annales venerint; nam in Auct. Garst. hic locus ita mutatus est, ut a. 728 Grimoaldus obiisse, Hukibertus successisse tradatur.

744. Vuldense monasterium cepit Bonifacius construere.
745. Iohannes Salzburgensi, Ermbertus post fratrem suum Corbiniensem Frisingensi, Gaubaldus Ratisponensi ecclesiis a Bonifacio preficiuntur[47]. Karlomannus Alamanniam ingreditur. Sanctus Borchardus Wirziburgensi et Willibaldus Eistetensi ecclesiis a prefato Bonifacio preficiuntur.
751. Stephanus papa sedit. Karlomannus Rome in monte Soracte sé monachum fecit.
752. Bonifacius in Fresia cum sociis passus est. Pipinus consecratus est rex, auctoritate papae.
753. Pipinus movit exercitum in Lonbardiam.
756. Tassilo hominium Pipino regi fecit. Reg.
757. Paulus papa sedit. Pipinus Saxoniam intrat. Her. Sich.
758. Pipinus Wasconiam invadit.
759. Sanctus Othmarus obiit. Eclipsis solis facta est in Septembre.
761. Leo filius Constantini regnat. H. misc. 769
762. Eclipsis solis facta est in Iunio.
764. Iohannes Salzburgensis episcopus obiit; Virgilius episcopatum Salzburgensem suscepit. De con. Baw.
765. Odilo dux obiit[48].
766. Pipinus Tassilonem Bawariae prefecit[49], et ipse eodem anno obiit. A. Mell.
767. Karolus Magnus pro patre regnat, cum fratre Karlomanno. Stephanus papa sedit. Virgilius episcopus consecratur, et ecclesiam sancti Ruberti construere inchoat. cf. A. Sal.
770. Karlomannus rex obiit.
771. Karolus sinodum collegit.
772. Adrianus papa sedit. Tassilo Karinthiam subicit[49], et filius eius Romae baptizatus est.
773. Karolus Lonbardiam subicit, et Rome triumphavit.
774. Virgilius ecclesiam sancti Ruberti dedicavit[a]. Constantinus cum matre Hirene regnat, confederatus Karolo. A. Sal.
775. Karolus in Italia pugnavit. H. Misc. A. Mell.
776. Karolus in Saxonia pugnavit. A. Mell.
777. Karolus Hispaniae cepit.
778. Karolus item in Saxonia pugnavit.
780. Karolus Romam venit; a papa filius eius baptizatur.
781. Sanctus Willibaldus episcopus obiit.
782. Ecclesia in Kiemse dedicatur.
783. Sintbertus episcopus ecclesiam sancti Einmerammi construxit. Karolus Saxones vicit.
784. Sanctus Virgilius obiit; pro quo abbas Berhtricus eligitur. Elevati sunt Gavinius et Idwinus[50]. Bawari ad Pozanum cum Roberto duce pugnantes[51], ipsum occiderunt. Arn episcopus factus est. Eclipsis solis facta est.
786. Karolus in Bawariam cum exercitu venit.
787. Tassilo fecit hominium Karolo, quem ipse rex postea detonsum trusit in monasterium cum filio. A. Mell.
788. Bawari cum Hunis pugnantes vincunt. Reg.
791. Karolus ab Anesi fluvio usque Raba Ungariam cepit. A. Fuld.
792. Albinus hoc tempore claret. A. Mell.
793. Karolus sinodum Ratispone collegit.
796. Leo papa sedit. Hic Arnonem Iuvavensem pallio sublimavit[52]. C. Pont.
797. Romani Leonem in letania maiori excecant, et eius linguam amputant. A. Mell.
798. Gerolt signifer Karoli in pugna ab Hunis occiditur.
799. Leo papa in die natalis Domini visum recepit.
800. Karolus propter Leonem papam Romam veniens, in natali Domini ab eo imperator est consecratus. A. Fuld.
801. Greci cum Karolo pacem firmant. A. Mell.
802. Terre motus accidit. Karolus Salzburc venit.
803. Karolus Saxones rebellantes transfert in Frantiam.
804. Leo papa Karolum adiens, Bawariam transivit.
805. Imperator per filium suum Karolum Boemos subicit. A. Fuld.
806. Eclipsis solis facta est. A. Mell.
807. Aaron rex Persarum Karolo munera misit. A. Fuld.
808. Karolus sinodum magnam congregat. A. Mell.
809. Eclipsis solis accidit in Iunio. Eclipsis solis accidit in Decembri.
810. Karolus, filius Karoli Magni, obiit.
811. Bernhardus rex a Karolo efficitur.
812. Karolus Magnus obiit 5. Kal. Februarii, anno aetatis 81, sexagesimus nonus ab Augusto. Dania convertitur. Brema construitur[53]. 53

a) et corpus eius in eam transtulit *add.* A.

47) V. Bonif. c. 9. §. 28. et V. Corbiniani. Cf. Auct. Garstense. 48) v. Auct. Garstense. 49) Cf. Ann. Sancti Emmerammi. 50) In codice M. archivi Sancti Petri in ordine monachorum defunctorum primi sunt: *Kyslarius presbyter et monachus. Kunialdus p. et m. Gawinus monachus. Idwinus presb. et monachus.* 51) Cf. Ann. Sancti Emmerammi. 52) Ex libello de conversione Bawarorum. 53) Haec et similia infra a. 841. 938. 1026. ex Honorii Imagine Mundi sumpta esse arbitror, etsi ibi certis annis non adscribuntur.

A. Mell. 813. Ludwicus filius Karoli regnat.
A. Fuld. 816. Leo papa obiit; Stephanus succedit, et Ludwicum imperatorem consecrat.
A. Mell. 817. Paschalis papa sedit. Bernhardus rex Ludwico imperatori rebellat.
818. Bernhardus rex execcatus interiit.
De conv. Baw. 821. Arn primus Salzburgensis archiepiscopus obiit[54]. Ammilon[a] abbas succedit; deinde Alrammus succedit, prius archidiaconus[55].
A. Fuld. 824. Eugenius papa sedit. Lotharius Romam venit. Alrammus pallium a papa suscepit.
De conv. Baw. 825. Ludwicus in Bawariam venit.
A. Fuld. 827. Heroldus rex Danorum Mogontie baptizatus est. Valentinus papa sedit; post mensem obiit. Gregorius succedit.
A. Mell. 831. Ludwicus conventum magnum habuit in Noviomago.
A. Fuld. 834. Ludwicus iudicio episcoporum arma deposuit; et eodem anno relaxatus resumpsit.
De conv. Baw. 836. Alrammus archiepiscopus obiit; Liuprammus successit, a Gregorio pallio honoratur.
838. Exercitus Bawarorum contra Ratimarum colligitur.
A Mell. 839. Eclipsis solis accidit. Ludwicus imperator obiit; Ludwicus filius eius successit, cum Lothario, Karolo, Pipino fratribus.
841. Bellum de participatione regni inter fratres accidit. Ludwicus Germaniam, Lotharius Italiam cum nomine imperatoris, Karolus Gallias, dividentes accipiunt[b]. Rabanus episcopus claruit.
C. Pont. 843. Sergius papa sedit.
845. Ecclesia sancti Rouberti exusta est.
847. Ecclesia sancti Petri exusta est. Leo IV papa sedit.
A. Fuld. 851. iuprammus archiepiscopus sanctum Hermetem Salzburc attulit. Pipinus et frater eius Karolus a patruo Karolo comprehensi et detonsi sunt.
A. Mell. 855. Lotharius in Prumiensi monasterio obiit; Ludwicus filius eius imperat cum fratre Lothario.
A Fuld. C. Pont. 856. Rabano episcopo mortuo, Karolus Pipini regis filius Mogontie consecratur episcopus. Benedictus papa sedit.
858. Nicolaus papa sedit.
De conv. Baw. 859. Liuprammus archiepiscopus Salzburgensis obiit; Adlwinus[c] succedit, a Nikolao papa pallio honoratur, corpora sanctorum Crisanti et Darie Roma detulit.
861. Ludwicus rex festum sancti Martini Salzburc celebravit. Pabo quidam a Karinthia
A. Mell. per Karlomannum eiectus, Salzburge consedit. Huni christiani fiunt.
863. Ludwicus pascha Salzburge celebravit.
A Mell. Reg. 867. Terre motus factus est. Adrianus papa sedit. Lotharius[56] rex monachus factus est; sed filio tirannizante arma resumpsit, et eum excecavit. Lotharius rex obiit; Karolus regnum eius invasit.
870. Karolus filium Karlomannum excecavit.
872. Imperator a duce Beneventano fraudulenter pene fuit occisus.
873. Iohannes papa sedit. Adlwinus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Dietmarus[d] successit.
Her. 874. Ludwicus imperator obiit. Dietmarus ecclesiam ad Petove Gozwizi[e] comitis consecravit.
875. Ludwicus rex Germaniae obiit.
876. Karolus cum fratribus Karlomanno et Ludwico regnat.
877. Karolus rex Galliarum obiit.
879. Eclipsis solis facta est per tres horas.
880. Dietmarus archiepiscopus[f] sanctum Vincentium Salzburc detulit. Karolus imperator consecratur.
Reg. 882. Ludwicus rex obiit; frater eius[g] Karlomannus successit. Marinus papa sedit.
883. Gotfridus rex Nortmannorum in cena Domini Treveros irrumpit, Franciam vastat. Karolus ei Gislam sororem suam dedit, et ad fidem convertit.
885. Adrianus papa sedit. Gotfridus rex Nortmannorum[h] a fidelibus imperatoris occiditur.
886. Stephanus papa sedit.
Her. Reg. 888. 887. Karolus imperator eger animo et corpore regno privatur. Arnulfus filius Karlomanni de Carantano ad regnum invitatur. Karolus post summam gloriam in summa egestate obiit.
889. Ungari ex Scithia egressi Hunos eiciunt.
Her. 890. Arnulfus Nortmannos delevit, Zuendeboldum de Moravia vicit.
Reg. 892. Formosus papa sedit.
Her. 894. Arnulfus Italiam et Burgundiam regno suo subicit. Tuto, monachus Sancti Emmerammi, episcopus Ratisponensis fit.

a) A. a. s. *superscr.* B. *sed manu eadem.* b) accidunt B. c) Adelwinus A. *bis.* d) *ita Admuntenses.* Albertus A. *et* B. *sed hic mutato per correctorem nomine.* e) *Gozwinus vocatur in Auct. Garstensi.* f) qui Alberto successit *add.* A. *et* B. *ubi superscripta sunt.* g) ei B. h) Nortmannus B.

54) De eo in Necrologio cod. Sal. 311. saeculo XII. quidam haec scripsit, ad diem obitus IX. Kal. Februarii: *decimus a sancto R. primus archiepiscopus, decus et honor huius ecclesiae, qui inter alia innumera et laudabilia opera plus quam 150 volumina iussit hic conscribi. Cuius vitam Albinus magister Karoli per sua scripta plurima quae hic apud nos sunt, multum collaudat et extollit.* 55) Eadem ad verba auctoris de Conv. Baw. scil. a. 821. Adalrammum Arnoni successisse, adduntur in cod. H. archivi Sancti Petri. 56) Bulgariae potius. Eundem errorem in Auct. Garstensi habuimus.

896. Arnulfus Roma subiugata, a Formoso papa imperator consecratur. Bonifacius 15 dies papa fuit; Stephanus papa post eum sedit. C. Post.

897. Dietmarus archiepiscopus, Otto et Zacharias episcopi in bello Ungarico occisi sunt. 907. Pilgrimus archiepiscopus successit.

898. Stephano papa digne electo propter effossum Formosum, Romanus succedit; post menses 5 Theodorus papa sedit dies 20. Post quem Iohannes IX. Venezlaus passus est[57]. 935.

900. Arnulfus imperator obiit; in Otingin, ubi et pater Karlomannus, sepelitur. Ungari Italiam vastant. Reg. A. Mell.

901. Benedictus papa sedit. Ludwicus filius Arnulfi regnat. Ungari in Bawaria plus quam[a] mille occiduntur. C. Post. A. Mell.

902. Ungari in Carinthia victi occiduntur.

904. Leo V papa sedit menses 2. Christoforus succedit; et hic eicitur. Sergius post hunc sedit. C. Post.

907. Bawari ab Ungaris occiduntur, et Liupoldus dux, pater Arnolfi ducis. Cont. Reg.

908. Ungari Saxoniam et Turingiam vastant. A. Mell.

909. Ungari Alemanniam petunt. Bellum Francorum cum Ungaris.

911. Anastasius papa sedit. Ludwicus rex obiit.

912. Chunradus, filius Chunradi principis, regnat. Arnoldus dux Ungaros iuxta Enum occidit.

913. Pilgrimus archiepiscopus obiit; Oudelbertus succedit. Lando papa sedit. 923. C. Post.

914. Arnoldus dux regi rebellans in Ungariam pellitur. Leo VI papa sedit.

915. Iohannes X papa sedit. Ungari Alemanniam vastant. A. Mell.

916. Arnoldus dux a Iuvavo egressus, Ratispone a Chunrado rege obsessus est.

917. Basilea ab Ungaris destruitur. Burchardus dux Alemannise constituitur.

918. Chunradus rex obiit. Exhinc regnum Teutonicorum supputatur. Heinricus comes Saxo, filius Ottonis ducis, rex efficitur. Burchardus dux Rudolfum Burgundiae regem vicit. C. Reg.

921. Heinricus rex et Arnoldus dux pacificantur.

922. Heinricus rex lanceam sacram a rege Rudolfo Burgundiae minis extorsit. Arnoldus dux in Boemiam cum exercitu vadit.

924. Sanctus Uodalricus[b] Augustae episcopus consecratur. A. Mell.

927. Ungari Alemanniam vastant, et Franciam, Alsaciam et Galliam. Burchardus dux occiditur; Hermannus ei succedit.

929. Stephanus papa sedit. Heinricus rex et Arnoldus dux Boemos vincunt[c]. C. Post.

931. Heinricus rex Boemiam petit. A. Mell.

932. Iohannes papa sedit. Heinricus rex Abroditarum et Nortmannorum reges christianos fecit.

933. Heinricus rex Ungaros occidit.

935. Oudelbertus[d] Salzburgensis de invasione Italiae rediens obiit. Egilolfus archiepiscopus succedit. Leo papa sedit. C. Post.

936. Heinricus rex obiit; Otto Magnus filius eius succedit. A. Mell.

937. Arnoldus dux subito obiit, percussus a Deo ob denudationem ecclesiarum. Perhtoldus frater eius succedit.

938. Stephanus papa sedit. Meidiburch[e] construitur. Ungari Frantiam, Alemanniam, Burgundiam, Gallias usque ad occeanum vastant, per Italiam redeunt.

940. Egilolfus archiepiscopus Salzburgensis obiit. Heroldus succedit.

941. Otto rex Gallias petit.

942. Marinus papa sedit. Ungari in Bawaria in Trungoeu a Pertoldo duce occisi sunt. C. Post.

943. Otto rex et Ludwicus pacificantur. A. Mell.

944. Ungari cum Bawaris et Carantanis pugnantes vincuntur.

945. Agapitus papa sedit. Terre motus accidit.

946. Otto rex Gallias intrat.

948. Perhtoldus Bawariae dux obiit. Heinricus frater regis Ottonis succedit.

951. Otto Italiam per Bawaros subicit. Heinricus dux Ungaros adgreditur.

953. Berngerus rex Italiae Auguste se tradit ad deditionem Ottoni regi. Otto rex Italiam intrat.

954. Liutoldus dux Ottoni regi patri suo rebellat. Heinricum ducem patruum suum de Bawaria expellit.

955. Ungari Bawariam vastant, ducente eos Ottone Schirense comite. Sed iuxta Augustam ab Ottone rege in die sancti Laurentii victi, usque ad septem omnes occiduntur. Iohannes XII papa sedit. C. Post.

956. Heroldus archiepiscopus a duce Heinrico, qui expulsus erat, aput Muoldorf excecatur; et ipse dux eo anno obiit[58]. 56

a) *deest* B. b) Oulricus B. c) uicit B. d) Oulbertus B. e) Maeidburch A f.

57) Eundem errorem in Auct. Garst. et in Ann. Admunt. habuimus. Similes apud nostrum a. 897. 913. 986. reperies. 58) In codice Ottonis Fris. Admuntensi l. VI. c. 21. manu s. XII ex. haec in margine adscripta invenit R. Wilmans, quae ex Ann. Salisb. antiquioribus sumpta V. C. Pertzius existimat: 956. *Heroldus archiepiscopus Salzburgensis prohdolor excecatur apud Muldorf propter carnulam imminentem, et Heinricus dux qui hoc fecit eodem anno obiit Kal. Novembris, et in hac carnula interfecti sunt quatuor comites, Adilbertus, Askwinus, Arnolfus, Kerloh, et alii quam plurimi.* Cf. Auct. Garstense.

957. Fridericus archiepiscopus Iuvavensis consecratur.
A. Mell. 961. Otto rex imperator Rome consecratur.
C. Reg. 963. Otto imperator collecta sinodo Iohannem papam deposuit, Leonem VIII papam substituit.
A. Mell. 964. Imperator natalem Domini Rome moratur, quam postea rebellem obsedit et cepit. Iohannes XIII post
C. Reg. Leonem sedit.
966. Berngerus olim rex Italiae, exul ad Babinberc obiit.
967. Nicoforus rex Grecorum legatos et munera misit imperatori.
A. Mell. 968. Eclipsis solis accidit.
C. Pont. 972. Benedictus papa sedit. Sanctus Wolfgangus Ratispone sedit.
A. Mell. 973. Sanctus Oudalricus[a] Augustensis obiit, feria 6, episcopatus sui anno 54. Otto imperator obiit. Bene-
dictus VII papa sedit.
974. Otto Magni Ottonis filius regnat.
976. Otto imperator et Heinricus dux Bawariae dissentiunt. Baergense monasterium construitur.
978. Otto imperator Gallias adgreditur.
981. Otto imperator Neapolim venit.
982. Otto imperator apud Calabriam victus a Sarracenis natando fugit, sociis occisis.
983. Otto imperator Rome obiit. Iohannes papa sedit.
C. Pont. 984. Otto III, prioris filius, patri succedit, adhuc puer. Item Iohannes XV papa sedit.
997. 986. Sanctus Albertus Pragensis episcopus a Brucis patitur.
987. Titus prepositus Sancti Ruberti monachus fit, et eo anno abbas Sancti Petri.
988. Reinoldus Eistetensis episcopus musicus, qui sancti Nikolai historiam edidit, obiit.
990. Fridericus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Hartwicus succedit.
991. Heinricus IV dux de Ungaris triumphat.
994. Sanctus Wolfgangus episcopus obiit.
995. Heinricus IV dux Bawariae obiit; Heinricus V filius eius succedit.
C. Pont. 996. Gregorius papa, filius Ottonis ducis, homo Francus[b], sedit.
A. Mell. 997. Heinricus V dux Bawariae obiit[59].
C. Pont. 999. Gregorius papa obiit; Silvester succedit, qui et Gerbertus.
A. Mell. 1001. Otto imperator in Italia obiit; Heinricus dux Bawariae succedit, patre Hezilone natus.
1002. Heinricus frater Chunigundis imperatricis fit dux Bawariae. Nivenburc mona-
sterium monialium rex et regina construunt.
1003. Gebehardus Ratisponensis episcopus Bruele monasterium fecit.
1004. Heinricus rex Italiam et Boemiam subicit. Iohannes papa sedit.
1006. Item Iohannes papa sedit.
1007. Episcopium Babinberch fundatur.
1009. Heinricus rex Gislam sororem suam Stephano regi Ungarie dedit, et ipsum cum
gente sua convertit.
C. Pont. 1010. Sergius papa sedit.
A. Mell. 1012. Sanctus Cholomannus[c] aput Stochaerowe[d] passus est.
1014. Heinricus rex a Benedicto papa Rome imperator consecratur.
1020. Benedictus papa Babinberch veniens, ecclesiam sancti Stephani dedicavit.
1021. Terre motus factus est.
1022. Heinricus rex novam Troiam cepit. Notkerus magister obiit.
1023. Sanctus Hartwicus archiepiscopus obiit; Guntherius successit.
1024. Sanctus Heinricus imperator obiit. Iohannes papa sedit.
1025. Chunradus imperator regnat. Titus abbas Sancti Petri obiit; Mazelinus succedit.
1026. Guntherius Salzburgensis archiepiscopus obiit; Dietmarus successit Spira con-
ditur. Chunradus Heinricum filium suum regem facit, et ipse Romam veniens imperator consecratur. Heinricus V
dux Bawariae obiit; Heinricus VI filius regis succedit.
1029. Chunradus imperator in Poloniam ivit.
1030. Chunradus imperator Stephanum Ungoriae regem aggressus est bello.
1031. Stephanus per legatos conciliavit se imperatori.
1032. Rudolfus rex Burgundiae moriens diadema suum imperatori misit.
1033. Chunradus Burgundiam intrat, deinde occidentalem Franciam.
C. Pont. 1034. Benedictus papa sedit.
A. Mell. 1035. Imperator Burgundiam vastat, deinde paganos Saxonibus confines aggreditur.
1036. Pagani predicti imperatori subiciuntur.
1037. Imperator Italiam cum exercitu petit, Mediolanensem episcopum capit.
1038. Stephanus Ungarorum bonae memoriae rex obiit; pro quo Petrus.
1039. Chunradus imperator obiit; Heinricus filius eius successit.
1040. Heinricus rex Boemiam aggreditur. Ungari regem suum Petrum expellunt, Ovonem constituunt.

a) Oulricus B. b) teutonicus *superscr.* francus *eadem manu* B. teutonicus A. c) Cholmannus B. d) Stokcharow A 1.

59) Hic non diversus est ab Heinrico a. 995. mortuo, cuius obitum A. Mell. male in a. 997. differunt. Numerum noster incaute apposuit.

1041. Dietmarus Salzburgensis archiepiscopus obiit[60]; Baldwinus succedit. Heinricus rex Ungariam vastat. A. Mell.

1042. Adilbertus marchio et filius eius Liupoldus exercitum Ungarorum delent. Item Heinricus rex Ungariam vastat, et item eos sibi subicit[a].

1044. Heinricus rex quarto Ovonem superatum eicit, et Petrum Ungariae restituit[61]. Silvester papa ordinatus, mox eicitur. C. Post.

1045. Romana sedes ab invasoribus occupatur, tandem Gratianus sedit. Petrus rex Heinricum imperatorem magnifice in pentecoste suscepit. Idem ipse ab Ungaris postea caecatur; Andreas rex efficitur. A. Mell.

1046. Heinricus[b] rex collecto conventu Gratianum papam deposuit, Swidgerum Babinbergensem in papatu constituit in natali Domini, et ipse imperator consecratur; post quem Poppo Aquilegensis patriarcha[62], qui Damasus dicitur. C. Post. A. Mell.

1049. Chunradus, qui et Chuono, dux fit Bawariae. Andreas rex imperatori se subicit. Leo papa, homo Teutonicus, sedit.

1052. Sanctus Wolfgangus episcopus a Leone papa canonizatur.

1053. Heinricus imperator Ungariam cum exercitu intravit, Leonem papam secum ducens, et gloriose rediit.

1054. Leo papa cum Nortmannis in Apulia pugnans vincitur.

1055. Victor papa sedit.

1056. Stephanus papa sedit. Albertus marchio Austrie obiit; Ernst filius ei successit.

1057. Heinricus imperator obiit; Heinricus filius ei[c] successit. Benedictus papa sedit.

1058. Nicolaus papa sedit.

1060.[d] Baldwinus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Gebhardus successit.

1061.[e] Alexander papa sedit.

1063.[f] Heinricus rex exercitum in Ungariam movit, Salomonem regem fecit, et magno honore rediit.

1064. Cedes magna in monasterio Goslarensi presente rege facta est, et multa mala tunc acciderunt in terra.

1065. Heinricus rex accinctus est gladio, anno regni sui 9. in pascha. Altmannus episcopus Patavie sedit.

1066. Mengenhardus[g] comes obiit. Stella cometes diu per orbem apparuit. Wilhelmus comes Normannie rege Anglie occiso, pro eo regnat.

1069. Multa et diversa mala hiis temporibus facta sunt.

1070. Otto dux Bawariae regi rebellat.

1071. Welfo dux fit Bawariae, expulso Ottone.

1072. Gebhardus archiepiscopus Gurcensem fecit episcopatum, 2. Nonas Mai.

1073. Gregorius papa sedit, qui et Hildbrandus, Cluniacensis monachus. Welfo Bawariae, Rudolfus Suevie, Bertoldus Carinthie duces coniurant adversus regem.

1074. Heinricus[h] rex contra Ioitconem patruelem Salomonis ivit, et Ungariam in deditionem accepit[i]. Monasterium Admuntense fundatur, Arnoldò[k] monacho Sancti Petri facto illic abbate. Reinwardus abbas Sancti Petri tunc erat.

1075. Ernst marchio Austrie in Saxonia in bello occiditur, et[l] Gebhardus pater Lotharii, postea imperatoris. Liupoldus Ernesto succedit. Perhtoldus Salzburgensis scismaticus sedem occupat Nonis Mai[63]. 63

1076. Anno Coloniensis episcopus obiit. Yrmpertus[m] abbas Sancti Petri fit.

1077. Papa et rex discordant. Ruodolfus rex eligitur apud Forcheim.

1078. Bellum in Saxonia fit inter Heinricum et Rudolfum reges.

1079. Gebhardus archiepiscopus in exilium vadit. Irmbertus[n] abbatiam sancti Petri pro infirmitate resignat; Tiemo succedit.

1080. Papa Heinricum regem excommunicat. Welfo dux Bawariae Augustam invadit et incendit.

1081. Rudolfus rex occiditur. Altmannus episcopus et Liupoldus marchio coniurant adversus regem. Tiemo[o] abbas pro Perhtoldo scismatico Hirsove in Sueviam concessit.

1082. Bawari et Boemi pugnant ad Maurpere contra Liupoldum marchionem, et vincunt.

1083. Heinricus victor ingrediens Romam, papam deponit, et Wicbertum scismaticum statuit.

a) subiecit B. b) Heinricus — dicitur *etiam cum a.* 1045 *coniungi* B. c) eius A. d) MLIX. A 2. 3. e) MLX. A 2. 3. f) MLXII. A 2. 3. g) Mengenhardus — sunt *desunt* B. *In* A 1. *alia manu adscripta sunt ut illa supra a.* 461. h) Heinricus — obiit *annis* 1074. 1075. 1076. *adscripta sunt, nulla distinctione facta.* B. i) *hic numerum* 1075 *ponit* A. k) Arnoldo — erat *superscr.* B. *manu ut videtur* 1; *desunt* A. l) et — 6t *desunt* A. m) Y. a. S. P. f. *manus* 2. *addidit* B. *desunt* A. n) Irmbertus — succedit *manu* 2. *in* B. Irmbertus — resignat *desunt* A. o) Tiemo — concessit *manu* 2. *in* B. *desunt* A.

60) De eo Necrologium saec. XI: 5. *Kal. Aug. Tietmarus II archiepiscopus anno* 1041. *Qui hunc archipresulatum multis honoribus provexit et auxit.* 61) 3. *Non. Iulii. Anno* 1044 *dominicae incarnationis Henricus imperator filius Chounradi imperatoris Ungarios expugnavit regemque ipsorum effugavit, et regnum Romano imperio subiugavit. In eo bello occubuerunt Eberhart subdiaconus, Siso comes, Arnolt aliique Teutonum complures.* ib. 62) Eundem errorem, quem in catalogo nullo inveni, etiam Ekkehardus admisit. 63) Haec neque in Auct. Garstensi neque in Ann. Adm. habentur. Equidem Bertholdum non ante synodum Maguntinam a. 1085. intrusum existimo, quum in synodo Quedlinburgensi eiusdem anni inter invasores sedium episcopalium nondum nominetur.

A. Mell. 1085. Victor papa sedit. Petrus heremita cum aliis Ierosolimam vadit[64].

1086. Gebhardus archiepiscopus de exilio redit.

1087. Urbanus papa sedit.

1088.[a] Gebhardus archiepiscopus obiit.

1089. Monachi in Medlic constituuntur.

1090. Tiemo abbas Sancti Petri archiepiscopus eligitur, 8.[b] Kal. Aprilis; 7. Idus eiusdem consecratus, ab Urbano papa pallio honoratur; Albertus[c] abbatia succedit.

1091. Altmannus Patavigensis episcopus obiit.

1093. Eclipsis solis accidit.

1094. Monachi in Kotwic constituuntur. Sanctus Nicolaus a Mirea in Barim transfertur[65].

1095. Apud Halla Tiemo archiepiscopus dedicavit ecclesiam.

1096. Liupoldus marchio obiit[66]; Liupoldus Largus filius ei[d] successit[e].

1097. Chuno advocatus cum multis aliis ad Saldorf occiditur, 8. Idus Decembris

1098. Christiani Antiochiam optinent.

1099. Anno milleno centeno quo minus uno,
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

1100. Paschalis papa sedit.

1101. Tiemo archiepiscopus et Welfo dux Ierusalem pergunt, et Ita marchionissa Austrie, et Gislbertus Admuntensis abbas. Gotfridus dux Ierusalem obiit; Baldwinus rex frater ei[f] successit. Monasterium Lavendense dedicatur. Tiemo archiepiscopus patitur.

1104. Sighardus comes de Purchusen Ratispone occiditur. Albertus[g] abbas Sancti Petri obiit; Wezilinus succedit.

1105. Heinricus, regis filius, Heinricum patrem capit. Baldwinus rex cum quatuor milibus 50 milia Sarracenos cum rege suo occidit, et Ascalonam cepit.

1106. Heinricus[h] imperator obiit. Chunradus archiepiscopus Salzburgensis constituitur, 7. Idus Ianuarii; a[i] Pascali papa 12. Kal. Nov. ordinatur, et pallio honoratur.

1107. Heinricus rex post patrem regnat. Monachi in Gaerste[k] constituuntur.

1110. Heinricus cum exercitu Italiam ingressus, Rome Paschalem papam cepit; sed postea ab eodem imperator consecratur.

1112. Sitanstetense cenobium construitur.

1116. Reginbertus abbas Sancti Petri eligitur, Wezilino[l] defuncto.

1117. Terre motus semel in die, semel in nocte accidit.

C. Pont. A. Mell. 1118. Gelasius papa sedit.

1119. Kalixtus papa sedit. Welfo dux Bawariae obiit; Heinricus ei[m] frater successit.

1121. Oulricus Patauiensis episcopus obiit; Regimarus successit.

1122. Communis vita in ecclesia sancti Rouberti a Chunrado episcopo instituitur, 13. Kal. Februarii. Otachir marchio obiit, qui fratrem habuit Alberonem, cuius comitatus erat ab Enswald[n] usque ad Geizaerwald[o]. Liupoldus filius Otachiri prefati succedit patri.

1125. Heinricus imperator obiit; Lotharius dux Saxonum succedit in regnum. Honorius papa sedit[p]. Reinbertus abbas Sancti Petri, Brixinensis fit episcopus; Baldericus abbas succedit.

67 1127. Ecclesia sancti Ruberti exusta est 3. Nonas Mai[67]. Heinricus VIII. dux Bawariae obiit; Heinricus IX. filius eius[m] succedit.

a) *in* A 2. 3. *anni* 1088 *et* 1089 *permutati sunt.* b) *decest* A 2. 3. c) A. a. u. *manu* 2. *in loco raso* B. *desunt* A. d) eius A. e) succedit A. f) eius A 2. 3. g) Albertus — succedit *manu* 2. B. *desunt* A. h) A. *numerum* 1106 *post* obiit *ponit*; B. *omnia cum anno praecedenti coniungit.* i) a — honoratur *desunt* B. k) Gaersten A. l) W. d. *manus* 2. *additisse videtur* B; Reginbertus — defuncto *desunt* A. m) eius A 2. 3. n) Euswalde A 1. o) Geoizerwald A 1. Geizerwald B. p) *numerum* 1126 *hic ponit* A.

64) Iterum errorem decem annorum vides, ut supra 897, 913. 65) Hoc anno Tiemo dedicavit capellam in Lunaelacensi ut videtur monasterio. En quae folio ultimo codicis bibl. caes. Vindob. 1193. Lun. fol. 44. inscripta sunt: *Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi* 1094, *indictione* 2, *dedicata est haec capella* 4. *Idus Iulii a Tiemone sanctae Iuvavensis ecclesiae archiepiscopo, in honore sanctae et individuae Trinitatis, et sanctissimae Crucis, et sanctae Mariae matris Domini, et sancti Nycolai confessoris Domini. Continentur autem in altari reliquiae reconditae: de spongia Domini nostri, de fimbriis vestimenti eius, de ligno sanctae crucis, de sudario Domini, de veste sanctae Mariae, de barba sancti Iohannis baptistae* etc. 66) Error quem in Ann. Mell. notare omisi; obiit enim a. 1095. teste Bernoldo, et Ann. Wirzburg. Hild. cum Ekkehardo. 67) De eo incendio in Necrologio cod. Sal. 311. haec invenimus: 8. *Kal. Oct. Conceptio sancti Iohannis baptistae. Eodem die dedicatio basilicae sancti Ruodberti.* Quibus alius addidit: *et translatio eiusdem quae facta est ab episcopo Virgilio qui fuit octavus ab illo; cum quo transtulit et duos presbyteros eius sanctum Chunialdum et sanctum Gisilarium.* Et postea tertius qui hoc ipso tempore vixit: *Evoluto autem dominicae incarnationis* 1127

1129. Liupoldus Fortis marchio obiit; Otachir filius eius succedit.

1130. Innocentius papa sedit. Basilica sancti Petri innovatur. Capella sanctae Mariae a Chunone Ratisponensi episcopo consecratur.

1131.[a] Stephanus rex Ungoriae obiit; Bela succedit. Hildboldus Gurcensis episcopus obiit; Romanus succedit.

1132. Lotharius cum exercitu Italiam transiens, Rogerium tyrannum de Apulia expulit, et ei alium substituit. cf. Auct. Garst.

1133. Eclypsis solis facta est, 4. Non. Augusti. Oulricus[b] prior Sancti Petri, abbas fit Elsinpacensis.

1136. Liupoldus marchio obiit. Lotharius in Italiam secundo vadit. Diemuot[c] abbatissa obiit.

1137. Lotharius imperator, Albertus Mogontiensis, Bruno et Hugo Colonienses, Heinricus Frisingensis, episcopi obierunt. Hermannus prepositus Salzburgensis obiit. Ludwicus Francorum, Heinricus Anglorum reges obierunt. cf. A. Mell. et Admt.

1138. Chunradus regnat.

1139. Innocentius papa sinodum 700 episcoporum Rome colligit. Heinricus dux Bawarie obiit.

1140. Reinbertus Brixinensis episcopus obiit; Hartmannus succedit.

1141. Ecclesia sancti Amandi a Romano Gurcensi episcopo consecratur. Liupoldus dux et marchio obiit; Heinricus frater ei[d] succedit.

1142. Heinricus[e] abbas Burensis efficitur.

1143. Celestinus papa sedit. Altmannus Tridentinus episcopus ecclesiam sancti Petri consecravit. Sekove construitur cenobium.

1144. Lucius papa sedit. Kalo Iohannes rex Grecorum obiit; pro quo Manuel filius eius regnavit[f].

1145. Eugenius papa sedit. Chunradus abbas de Maense occiditur.

1146. Gebno prepositus Salzburgensis obiit, et Lanzo primus Hallensis prepositus[g].

1147. Chunradus archiepiscopus Salzburgensis obiit; pro quo Eberhardus Piburgensis abbas, qui[h] ab Eugenio pallio honoratur[68]. Baldericus abbas obiit; pro quo Heinricus. Expeditio Ierusalem facta est. 6

1148. Sinodus[i] Eugenii pape Remis habetur.

1149. Altmannus Tridentinus episcopus obiit. Chunradus rex de Ierosolimorum[k] expeditione rediens, Salzburc venit.

1150. Sinodus quinque episcoporum sub Eberhardo episcopo Salzburg habetur.

1152. Chunradus rex obiit; Fridericus patruelis eius succedit. Admuntense cenobium exuritur. Terre motus accidit.

1153. Eclipsis solis accidit. Eugenius papa obiit; Anastasius succedit, et eodem anno obiit. Bernhardus abbas Clarevallensis obiit.

a) *hic cum quaternione manus mutatur* B. b) Oulricus — Elsinpacensis *desunt* A. c) D. a. o. *desunt* A. d) *deest* B. eius A 2. 3. e) H. a. B. e. *desunt* A. f) *deest* B. g) obiit *addit* B. h) q. ab E. p. h. *desunt* B. i) *cum a.* 1147. *haec coniungit* A. k) Ierosolimarum B.

anno eadem basilica est exusta, et in predicto octavo Kalendarum Octobrium die a beate memorie Conrado venerabili archiepiscopo consecrata. Huius vero exustionis causam paucis explicabimus. Fratres apostolicae paupertatis imitatores a prefato archiepiscopo in ea locati dum propensiorem divinis rebus inpendere student devotionem, etiam signis plebem convocantibus maiorem exibent decorem. Unde factum est, ut materiam fusoria arte preparatam in vicina ecclesiae parte locarent, et liquescenti metallo ignem subministrarent. Inde ignis elapsus omnem corripuit basilicam, in proprias vires levem nactus materiam. Inter cetera autem huius incendii dispendia tres coronas satis fabrefactas cum picturis et variis celaturis absumpsit. Quae omnia venerandus archiepiscopus quanta animi alacritate, quam prona in Christi obsequium caritate restaurare disposuerit, civa diversorum ornatuum exstant indicia, quae cunctis seculis indefectica virtutum eius representant testimonia. Instituit preterea isdem archiepiscopus ut duorum presbiterorum sancti Roudberti, beatorum Chunialdi et Gislarii, memoria in proximo dedicationis haberetur; qui a beato Hertwico archiepiscopo appositi sunt ad corpus sancti Roudberti. Sed Auct. Garstense, Ann. Admuntenses et Ann. Sancti Rudberti breves ponunt a. 1128. Heinricus dux iam a. 1126 obiit, sed haec ex Ann. Mellicensibus sumpta sunt, additis tantum numeris. 68) 5. *Idus Maii. Anno* 1147 *ordinatio Eberhardi archiepiscopi in Iuvavensi civitate a quinque suffraganeis venerabilibus videlicet Frisingensi Ottone episcopo, cooperantibus Reginberto Pataviensi episcopo et Hartmanno Brixinensi episcopo, Romano Gurcensi episcopo et Heinrico Ratisponensi episcopo. Qui archiepiscopus eodem anno ab Eugenio papa pallio honoratur.* Necrolog. cod. Sal. 311.

1154. Adrianus papa sedit.

1155. Hartwicus Salzburgensis canonicus, fit episcopus Ratisponensis. Fridericus rex in Italia aliquot urbes diruit, et Romam veniens imperator consecratur.

1156. Fridericus imperator Roma rediens, curiam Ratispone habuit, Beatricem Arelatensem duxit uxorem. Willhelmus Apulus cum Manuele Greco pugnans vicit. Cesa sunt ibi, ut aiunt, 40 milia Grecorum[a].

1157. Imperator Poloniam adit, et fit inter eum et apostolicum dissensio.

1158. Imperator Mediolanum obsedit, et ad deditionem coegit.

1159. Adrianus papa obiit; Octavianus cardinalis a parte cesaris constitutus, Victor dicitur; sed Rudlandus[b], qui[c] et Alexander, ab ecclesia eligitur.

1160. Cremam imperator destruit. Arnoldus episcopus Moguntinus in ecclesia sancti Iacobi a civibus occiditur.

1161. Oulricus[d] Elsinbacensis abbas obiit; Wernherus prior Sancti Petri succedit.

1162. Imperator Mediolanum destruxit. Goutsco rex Ungarie obiit; Ladzlaus[e] frater eius succedit. [Monasterium[f] Vorowense fundatur.]

1163. Imperator iam quarto Italiam adit. Imperator Moguntie muros et turres destruit. Ladzlaus obiit; Stephanus frater succedit.

1164. Octavianus scismaticus obiit; Guido qui[g] et Paschalis per cesarem substituitur. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Chunradus episcopus Pataviensis, patruus imperatoris, succedit; ab[h] Alexandro papa pallio honoratur. Hartmannus Brixinensis, et Hartwicus Ratisponensis episcopi obierunt[i]. Otachr Stirie marchio, Gebhardus de Burchousen, Sifridus de Liubnove, Liutoldus de Plein comites obierunt.

1165. Imperator in curia Wirziburch principes regni Guidoni scismatico iurare conpulit.

1166.[k] Christianus Mogontinus Chunrado superponitur. Eo anno imperator curiam Lofen habuit; Salzburgensis ecclesia ibi distrahitur.

1167. Imperator Italiam quinto adit. Romanus Gurcensis episcopus obiit; Heinricus abbas Sancti Petri ei succedit. Hug[l] prepositus obiit; Sibot succedit. Iuvavum[m] incendio periit[69].

1168. Chunradus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Albertus filius regis Boemie succedit; ab[n] Alexandro papa tertio pallio honoratur[70]. Paschalis scismaticus, qui et Wido, obiit.

1169. Imperator ad Salzburchoven curiam celebrans, episcopatum Salzburgensem in deditionem accepit.

1170. Imperator Salzburc 14. Kal. Martii venit, ad Libniz cum prelatis colloquium habuit. Rex Ierusalem de Sarracenis triumphat.

a) *sequentia a.* 1157. 1158. *perperam cum a.* 1156 *coniungunt* A. B. *et Herm. Altahensis.* b) Ruolandus A 1. c) q. et Alex. *in fine ponit* B. d) *haec desunt* A. *et apud Herm. Altahensem.* e) Ladzlaul A. f) M. V. f. *desunt* B. A 1. g) qui et *desunt* B. *ubi* P. *supra nomen* Guido *scriptum est.* h) ab A. p. p. h. *desunt* B. i) *in nova pagina nova manus pergere videtur* B. k) *cum anno praecedenti coniungunt* A. *Herm. Alt.* l) H. p. o. S. s. *superscr. manu alia* B; *anno* 1165 *apponit* A. m) Iuuauo A. n) ab A. p. t. p. h. *desunt* B.

69) In Necrologio cod. Sal. 311. haec optime explicantur: 2. *Non. Apr. Anno* 1167 *tempore scismatis quod Guido Cremensis dictus papa sub imperatore Friderico contra Alexandrum papam catholicum commoverat, Plaienses comites Liupoldus et frater eius Heinricus ex mandatis Friderici imperatoris werram contra Salsburg ecclesiam et contra Chounradum archiepiscopum, qui strennuissime in obedientia catholici pape Alexandri fuerat, arripientes, civitatem armata manu sepe invadunt; excommunicati plusquam annum devastaverunt totum episcopatum rapinis, incendiis. Tandem dolo et instinctu eorum tota feré civitas, et maior ecclesia sancti Roudberti, pictura, celatura omnique ornatu elegantissima et optimis campanis, cum tribus claustris, canonicorum videlicet et fratrum conversorum et sororum ancillarum Dei, combusta est. In eodem incendio perierunt quinque basilicae, ecclesia beatae Mariae virginis, parrochia sancti Michaelis, sancti Iohannis baptistae, capella quoque sancti Iacobi, cum basilica Salvatoris mundi trans aquam. Liupoldus autem comes de Plein preventus egritudine non modica ebannitus restaurationem dampni pro posse suo iurans laudavit. Heinricus de Mitersele infirmitate stimulatus dominicalia resignavit.* 70) Apponimus de eo locum Necrologii saepe laudati: 4. *Kal. Oct. Chounradus II Iuvavensis archiepiscopus, patruus Friderici imperatoris, multis passionibus pro obedientia Alexandri pape graviter afflictus, anno* 1168 *obiit. Albertus sororius eius, filius regis Boemiae eligitur, qui etiam anno* 1169 *ab Aquilegensi patriarcha Uodalrico, cooperantibus Henrico Gurcensi et Tarvisiensi episcopo Ulrico* 17. *Kal. Apr. in presbiterum et episcopum consecratus est apud Frisacum, et ab Alexandro papa per dominum Chounradum Moguntinum archiepiscopum et apostolicae sedis legatum pallio honoratur eodem anno.*

1171. Thomas Cantuariae patitur. Vacca vitulum in montanis peperit, duo capita, octo pedes, duas caudas habentem.

1172. Imperator curiam Salzburc habuit, volens A. archiepiscopo alium superponere, sed dilatum est tunc.

1173. Imperator regem Boemie deposuit, et patruelem eius illi superposuit.

1174. Imperator in curia Ratisponensi Heinricum prepositum Bertersgadem A. archiepiscopo superposuit; et ipse in Lonbardiam pergens sexto[a] Alexandriam obsedit. Alexander papa litteris suis A. archiepiscopum confirmat. Heinricus Gurcensis episcopus obiit; Romanus succedit.

1176. Boemi Austriam invadunt. Soldanus de Yconia cum rege Greciae pugnans vicit, cesis ei centum milibus, ut aiunt, et sancta cruce sublata.

1177. Alexander papa et imperator Venetiis pacificantur. Chunradus Mogontinus A. archiepiscopo substituitur. Heinricus dux Austrie obiit[b].

1179. Alexander sinodum Rome 400 episcoporum habuit[c]. Romanus Gurcensis episcopus obiit; Chunradus archiepiscopus Dietricum substituit ei[d].

1180. Heinricus dux Bawariae ab imperatore eicitur; Otto palatinus ei substituitur. Manuel Grecorum rex obiit; Andronicus succedit.

1181. Alexander papa obit; Lucius succedit[e]. Vitalis, Virgilius, Hartwicus, Eberhardus[f] episcopi Salzburgenses[g] signis claruerunt.

1182. Oulricus Aquilegiensis patriarcha obiit; Gotfridus succedit.

1183. Terre motus accidit 2. Kal. Mai. Christianus Mogontinus obiit. Chunradus Mogontie, Albertus Salzburgie episcopi restituuntur. Otto dux Bawarie obiit; Ludwicus filius ei[h] succedit. Siboto prepositus Salzburgensis obiit; Gundaker succedit.

1184. Filii imperatoris, Heinricus rex et Fridericus Suevie dux, Mogontie gladiis accinguntur. Imperator septimo Italiam adit, cum Lucio papa familiare colloquium habuit. Beatrix imperatrix obiit. Albertus Frisingensis episcopus obiit.

1185. Andronicus tirannus Grecie occiditur. Lucius papa obiit; Urbanus succedit. Chuono Ratisponensis episcopus obiit.

1186. Heinricus rex, filius imperatoris, duxit filiam Rogeri olim regis Apulie. Cremam imperator restaurat.

1187. Apostolicus et imperator dissentiunt. Saladinus Babilonicus terram Ierusalem intravit; Tiberiadem, Cesaream, Nazareth, Accaron et plerasque alias civitates invasit; principes et populum in prelio cepit, et occidit ut aiunt fere ad triginta milia, circa Kalendas Iulii. In mense Septembris eclipsis solis accidit. In Idibus Octobris Urbanus papa obiit; Gregorius, qui et Albertus, succedit; post hunc Clemens.

Codex Sancti Petri.

1188. Heinricus infirmitate pressus, resignat abbatiam sancti Petri. Wicpoto succedit.

1188. Heinricus infirmitate pressus, resignat abbatiam sancti Petri 13. Kal. Augusti. Wicpoto eadem die factus prior, sequenti fit abbas. Presens archiepiscopus electionem liberrimam approbavit, electum quarta die in domo sancti Petri consecravit.

1189. Imperator a terra et mari movit expeditionem adversus Saladinum. Quem rex Grecie Ysachar primo missis legatis Nuirnberc iuravit se honorifice suscepturum, et securum transitum[i] ei prebiturum; sed postea eo Greciam intrante, mentitus est omnia que promiserat. Quem imperator ad sacramentum faciendum denuo de pace et concordia et securo transitu conpulit, acceptis ab eo electis obsidibus.

1190. Imperator et rex Grecie 8.[k] Kal. Marcii pacificantur. Imperator obiit. Exercitus ex magna parte interiit. Wilhelmus rex Apulie obiit. Tanchradus tyrannus regnum invadit. Waltherus[l] Burensis abbas obiit. Heinricus abbas Elsinpacensis obiit; Wernherus substituitur. Heinricus rex expeditionem in Apuliam movit.

a) *deest* B. b) *in codice* B *manu s. XVII. scriptum est:* 1178. Hoc anno dedicata capella sanctae Gertrudis a Chunrado, in monte nostro ad Sanctum Petrum. c) *deest* B. d) *deest* B. e) Lucii tempore floruit Petrus Comestor, qui utriusque testamenti hystoriam compilauit *add.* A. *(sed haec in* A 1. *alia manus margini inscripsit) et post* clauserunt: In Petauia sepulchrum b. Pilgrimi signis claruit. *Quae Herm. Alt. non habet.* f) *deest* A. g) *deest* A 1. h) eius A 2. 3. i) *iterum cum pagina manus mutari videtur* B. k) *ita etiam Hermannus.* VIIII. A. l) Waltherus — substituitur *desunt* A.

1191. Heinricus rex Rome imperator ordinatur a Celestino papa, successore Clementis. Fridericus dux Suevie cum aliis principibus et episcopis in expeditione obiit. Rex Gallie et rex Anglie expeditionem Ierusalem per mare movent. Eclipsis solis accidit, 9. Kal. Iunii, circa mediam diem.

1192. Controversia facta inter regem Gallie et regem Anglie, rex Gallie revertitur.

1193. Chuonradus marchio, qui rex Ierusalem fuerat creatus, iussu ut ferunt regis Anglie a duobus paganis insidiantibus occiditur apud Sydonem. Rex Anglie pace cum Saladino composita, ab Ierusalem revertitur; et suorum destitutus comitatu, pedes apud Wienen[a] civitatem a duce Austrie Liupoldo captus, Heinrico imperatori traditur; Bauwari inter se

Codex Sancti Petri.

dissidentes, omnem terram incendio vastant. Wicpoto abbas Sancti Petri obiit; Pilgrimus succedit.

dissidentes, omnem regionem incendio devastant. Wicpoto abbas Sancti Petri 6. Idus Octobris obiit. Pilgrimus 5. Idus Octobris eligitur, presente archiepiscopo Alberto et electionem liberrimam adprobante, atque ab eo in eadem domo sancti Petri scilicet in Kalendis Novembris consecratur.

1194. Liupoldus dux Austrie excommunicatur a Celestino papa, propter regem Anglie. Tanchradus tyrannus obiit. Dietricus Gurcensis episcopus ex[b] nimia infirmitate desperatus episcopatum resignat, cui[c] Wernherus prepositus Niwenburgensis succedit, ab Adelberto archiepiscopo institutus.

1195. Liupoldus dux Austrie et Stirie potentissimus[d] obiit, cui filius eius succedit. Eodem anno Heinricus imperator de liberatione Ierusalem et sancti sepulchri omnimodis intendens, duas curias, unam Geilnhusen, alteram Wormatie celebravit; in quibus ipso imperatore multum instigante infinitus[e] episcoporum et aliorum principum exercitus sibi crucem affixit, et contra Sarracenorum gentem iter arripuit. Imperator secundam in Apuliam movens expeditionem, terrestri et navali fortissimo apparatu, totam Apuliam et Siciliam cum palatio Panormitano et thesauris regum antiquorum infinitis obtinuit; et Margaritam piratam cepit, et alios quam plures, qui contra eum[f] conspiraverant, diversis suppliciis interemit; filium Tanchradi et uxorem eius captivavit. Heinricus dux aliquando Bauwarie et Saxonie in Brunswich obiit. Eodem[g] anno cum Massimut in Hyspaniis male pugnatum a christianis, multi eorum interierunt[h]. Wernherus Gurcensis episcopus moritur; pro quo Ekchardus prepositus de Solio eligitur. Pilgrimus[i] abbas Sancti Petri Salzburgensis multis modis gravatus a domino A. archiepiscopo, compulsus resignat abbatiam.

1196. Gundacharus Salzburgensis[k] prepositus obiit; Perhtoldus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Hallensis civitas ab Alberto archiepiscopo exusta est; et castrum quod Halburch dicitur, ab ipso edificari[l] ceptum est. Chuonradus[m] abbas de Sitanstetin substituitur Pilgrimo abbati.

1197. Christianorum exercitus quodam Gotefrido[70] duce de Brabant mare transivit; et civitates duas, videlicet Sydonem et Baruth, et alia quam plura castra, que possederant Sarraceni, occupaverunt. Heinricus imperator adhuc in Apulia positus, mortuus est. Quo mortuo Philippus dux Swevie, frater predicti imperatoris, et Otto filius Heinrici aliquando ducis Bauwarie Saxonieque, pro regno contenderunt.

1198. Adelbertus archiepiscopus circa fluvium qui dicitur Lamer a ministerialibus capitur, et in castro Werven per 14 dies captus tenetur. Propter quam enormitatem facti divina in Salzburgensi ecclesia aliisque episcopatibus vicinis interdicta sunt. Eo dimisso cantatum est *Liberasti nos*[n].

1198. Chuonradus resignat abbatiam sancti Petri; Pilgrimus restituitur.

1199. Celestinus papa obiit; Innocentius, qui[o] et Lotharius, papa sedit. Episcopus Wolfkerus Pataviensis cum duobus comitibus de Ortenberch Rapotone et Heinrico, qui eccle-

a) Wienn A1. b) ex n. i. d. *desunt* B. c) r. W. N. p. ab Alberto Salzburgensi a. institutus succedit B. d) p. *et* cui — anno *desunt* B. e) multi e. et p. s. c. affixerunt et c. B g. i. arripuerunt B. f) *deest* B. g) In H. c. M. m. B. h) perierunt B. i) Pilgrimus — abbatiam *desunt* A. k) *deest* A. l) constructum est B. m) Chuonradus — abbati *desunt* A. n) *notae musicae appictae sunt* A1. o) q. et L. *superscr.* B. *desunt* A.

70) Heinrico f. Gotefridi.

siam Pataviensem vastaverant, contendens, mirabiliter castellis eorum vastatis eos contrivit, multis ibidem pereuntibus. Ludwicus etiam dux Bawarie Chreiburch destruxit. Corpus Domini in Augusta civitate versum est in cruentam carnem.

Codex Sancti Petri.

multis ibidem pereuntibus. Pilgrimus Sancti Petri abbas obiit; pro quo Symon electus est. Apud Augustam corpus Domini in cruentam carnem versum est.

1200. Nonis[a] Aprilis Iuvavensis civitas maxima ex parte incendio periit. Adelbertus archiepiscopus beate memorie 6. Idus Aprilis obiit; cui Eberhardus Brixinensis episcopus successit. Perhtoldus Salzburgensis prepositus Romam pro pallio ab ipso destinatus, infecto negotio Rome mortuus est. Ipse vero archiepiscopus per se vadens Romam, multo labore et sudore tandem ab Innocentio papa pallio honoratur. Ekehardus Gurcensis episcopus obiit, cui[b] succedit Waltherus abbas de Tisintin. Chuonradus Moguntinus archiepiscopus obiit.

1201. Terre motus multis[c] terrarum locis factus est magnus, ita ut multas ecclesias et urbes destrueret, et mortes hominum fierent. Duravit autem idem terre motus in pago, qui dicitur Longou, anno et dimidio, ita ut homines illius provincie domos suas relinquerent, et sub udo aeris habitarent. Cepit autem idem terre motus 4. Non. Mai. Hoc quoque anno Wernhardus prepositus Berthesgadem fratri suo domino Perhtoldo Rome defuncto Nonis Octobris[d] successit.

1202. Chunigundis virgo et regina, uxor imperatoris Heinrici Pii, Babenberch[e] sepulta, multis fulgens miraculis, ab Innocentio papa canonizata est, et multis convenientibus episcopis et archiepiscopis, inter quos affuit et dominus archiepiscopus Salzburgensis Eberhardus, ab eis est translata[71]. 71

1203. Discordia facta est inter ducem Bawarie Ludwicum et episcopum Ratisponensem Chuonradum; cui confederatus dominus Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, in manu valida venit in auxilium, nullo resistente. Et diruta sunt castra aliquanta ex utraque parte, factaque sunt incendia plurima[f] per universam Bawariam, villarum depredationes et ecclesiarum, ita ut nec ab altaribus abstinerent, et reliquias sanctorum inde auferrent, aliaque[g] quamplurima nefanda et inaudita perpetrarent. Hoc quoque anno prepositus Wernhardus 5. Idus Augusti domino Eberhardo apud Råstat prelaturam resignavit, et deinde 9. Kal. Sept. obiit. Successit autem ei dominus Adelbertus Chimensis venerabilis[h] prepositus, communi omnium voto electus. Reverso autem domino archiepiscopo a Ratispona, magna ex parte 8. Id. Nov. civitas concremata est. [Constantinopolis[i] a Latinis et Venezianis capta, fere tertia parte exusta est, et universus ornatus et thesaurus Sancte Sophie ablatus.]

1204. Ludwicus dux Bawarie et dominus Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus et Chuonradus Ratisponensis episcopus in concordiam redierunt. Eclipsis lune 16. Kal. Aprilis facta est. Chuonradus episcopus Ratisponensis 9. Kal. Mai. obiit; cui Chuonradus Frisingensis prepositus succedit. Infra pascha et pentecosten celum per totam noctem quasi ab igne rubicundum apparuit. Pilgrimus Aquileiensis patriarcha obiit; cui Woltkerus Pataviensis episcopus succedit. Pro quo Poppo prepositus Aquileiensis constituitur. Perhtoldus dux Meranie obiit.

rubicundum apparuit. Eclipsis lune in ipso ortu 5. Idus Oct. facta est. Pilgrimus Aquilegensis patriarcha obiit; Wolfkerus Patauiensis episcopus ei succedit, et eidem Poppo Aquilegensis prepositus in episcopatum substituitur.

1206. Poppo episcopus Pataviensis obiit; Manigoldus abbas de Tegirnse succedit.

1208. Philippus rex cum papa reconciliatus, Babenberch ab Ottone palatino per[k] conspirationem[k] occiditur.

1209. Otto filius ducis Heinrici de Prunswich in regem eligitur, et ab Innocentio papa consecratur. Otto palatinus occiditur pro homicidio commisso in Philippum. Eclipsis lune facta est.

1210. Otto a domino papa excommunicatur. Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis ab Ottone in Italiam vocatur, ibique ab eo contra papam Innocentium conspirare ter[l] rogatur. Quo rennuente, ab eo capitur. Hugo prepositus Berhtersgadem[m] obiit.

a) Nona B. b) c. s. W. a. de T. *desunt* B. c) m. magnus in m. t. l. f. est ita ut u. et e. d. et m. h. multorum f. B. d) N. O. *desunt* A. e) Bambenberch B. f) multa B. g) aliqui B. h) *deest* B. i) *haec in solo cod.* B. *leguntur, sed alia manu inserta.* k) *eranem est* B. l) c. coactus non acquieuit. Hugo A. m) Salzburgensis A. *quod in 2. manus s. XV. vel XVI. correxit.*

71) Factum est a. 1201. mense Septembri.

1211. Otto intravit Apuliam, ibidem Fridericum regem Sicilie expugnare voluit, et totam Apuliam sibi subiugavit. Fridericus de Elingen in prepositum Bertersgadem eligitur. Otto a multis episcopis Alamannie excommunicatus a papa denuntiatur. Idem ab Apulia revertitur, curiam Nurinberch[a] celebravit, et lancravium Duringie expugnare cogitavit.

1212. Albertus Salzburgensem prepositurum coactus[b] resignavit; cui Otto prepositus[c] successit. In festo sancti Nycolai Fridericus rex Sicilie intravit regnum patris sui, electus Franchenvurt. Christiani de Sarracenis in Hispania fere centum milia occiderunt et captiva-verunt miraculose. Plurima hominum utriusque sexus et etatis multitudo in expeditionem transmarinam[d] per pseudo ductores[e] incitatur; que et iubente papa Innocentio, missis cardinalibus, apud Tarvisium Ytaliae[f] repellitur. Manegoldus[g] Pataviensis episcopus et Rapoto palatinus simul discordantes, claustra[h], monasteria, ecclesias unâ cum omni provincia incendio devastant.

1213. Waltherus Gurcensis episcopus obiit. Fridericus rex consecratus apud Maguntiam, curiam Ratispone celebravit in purificatione; aliam[i] curiam in passione apud Constantiam celebravit; tertiam Mersburch celebravit. Regina Ungarorum, sponso expeditionem contra Ruthenos[k] movente, a comite quodam Petro trucidatur; qui et ipse subsequenti nocte in ultione[l] sceleris cum[m] aliis iugulatur. Cui[n] episcopus de Gran misit[o] in epistola: *Reginam occidere*[p] *nolite timere bonum est, et si omnes consenserint non ego*[q] *contradico.*

1214. Otto maioris[r] ecclesie prepositus in episcopium Gurcense eligitur; pro quo Adalbero canonicus eiusdem[s] in prepositurum subrogatur. Otto Gurcensis electus obiit[t]. Heinricus prepositus de Solio succedit.

1215. Manigoldus Pataviensis episcopus obiit[t]. Uolricus eiusdem ecclesiae canonicus succedit[t]. Universalis synodus celebrata est Rome, in qua fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt Constantinopolitanus, Iherosolimitanus patriarche; primates autem et metropolitani 71; abbates et priores ultra 800. In[u] ipsa synodo Kymensis episcopatus instituitur, et[v] ad ipsam sedem Ruodigerus primus episcopus ordinatur.

1216. Innocentius papa tertius ab Urbe egressus verbum crucis in Tuscia predicavit, et apud Perusium civitatem in divisione apostolorum obiit[w];

Codex Sancti Petri.

ibique sepultus est. Honorius papa substituitur. [Ordo[x] Predicatorum ab Honorio confirmatur.] Concilium provinciale a domino Eberhardo Salzpurch[y] celebratur, cui interfuerunt Pataviensis, Frisingensis, Gurcensis, Chymensis episcopi. Ratisponensis vero propter seditionem sue civitatis interesse non poterat, [72] sed prepositum, decanum, scolasticum maioris ecclesie pro se misit. In quo concilio prelati monasteriorum totius provintie contumaciter[z] absentes, a domino metropolitano sunt excommunicati; quam sententiam dominus Honorius papa tercius confirmavit. Chunradus Brixinensis episcopus obiit, pro quo Bertoldus Tridentine ecclesie vicedominus eligitur.

Honorius papa sedit. Synodus quatuor episcoporum sub Eberhardo archiepiscopo Salzburch habetur[z]. Rex Ungarie, dux Austriae et dux Navariae[a] et multi archiepiscopi et episcopi, multi comites cum viris generosis ac milicia magna omnium regnorum christiani nominis, signantes se cruce Christi contra Sarracenos mare transierunt[72]. Mons Thabor a christianis obsidetur. Templarii et Hospitalarii et domus Teutonicorum cum peregrinis, castrum peregrinorum quod olim Distrutum appellabatur firmare ceperunt.

1217. Rex Ungarie, dux Austrie, dux Meranie[b], episcopus Babenbergensis et alii quam

1217. Exercitus Domini c ram Damiata in sabulo, Christo duce auxiliante miraculose

a) apud N. A. b) *deest* A. debilis *Cont. Chron. Reicherspergensis.* c) S. Floriani *ibidem additur.* d) *deest* A. e) doctores A 2. 3. f) *deest* A. g) *alia manus pergit* B. h) castra A 2. 3. i) aliam — Mersburch celebravit *desunt* A. *In fine collocat* C. k) Rutherios B. l) ultionem C. m) cum uxore sua simul et aliis occiduntur *nec plura Cont. Chron. Reichersperg.* n) Cui — contradico *desunt* B. *ubi abhinc alia manus pergit.* o) scripsit epistolam A. p) interficere A. q) ego non A. r) O. prep. Salsburg. in episcopum G. A. s) ei. ecclesie A. t) *manus mutatur* B. u) In i. s. K. c. i. *alia manu inserta videntur* B. v) et — ordinatur C *et Herm. Alt. soli habent, et Cont. Chron. Reichersperg.* w) *manus mutatur* B. x) O. P. ab H. c. *in* A 1. *alia manu in margine scripta sunt; desunt in Continuatione Chron. Reicherspergensis.* y) archiepiscopo Salzpurgensi C. z) *deest* C. *) *abhinc eadem manus omnia usque ad* (1220) eligitur *scripsisse videtur, exceptis:* 1219. Synodus — celebratur. *Qui illa scripsit, aliqua radendo locum sibi paravit.* a) *ita codex.* b) Morauie A 3. Merauie *Cont. Reicn. quam in sequentibus secutus sum.* M. et nobiles et comites cum A; M. ep. Bab. et comites et plores alii n iles C.

72) anno 1217.

Codex Sancti Petri.

plures nobiles et comites, cum manu valida transfretaverunt ad succursum Terre sancte; cum quibus ivit Albero prepositus Salzpurgensis et Fridericus prepositus Berthersgadem, qui apud Brandusium[a] obiit. Cui Hainricus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Hainricus Gurcensis episcopus obiit, cui Uodelscalcus canonicus Gurcensis succedit.

castra metati sunt[73]. Dux Austriae et Hospitalarii contra turrim in Nylo flumine sitam schalas direxerunt; sed Sarracenis eam viriliter defendentibus, Hospitalariorum scala confracta cum multo cecidit, bellatores suos precipitans, scala ducis simili modo confracta, eadem fere hora milites strennuos et armatos, corpore deciduos, secundum animas levavit ad celum glorioso martyrio coronatos. Tandem in die sancti Bartholomei apostoli multo labore capta est turris, et a christianis firmata. Oliverius filius regis Anglorum, comes de Marchia, et comes Barri, et filius eius magister miliciae Templi, et multi alii equestris ordinis et plebei apud Damiatam diem clauserunt extremum. Albero maioris ecclesie prepositus obiit; Albertus succedit. 73

1218. Wolfkerus Aquileiensis patriarcha obiit, cui succedit Bertoldus archiepiscopus Golocensis. Christiani in transmarinis partibus Cesaream et Turrim Stratonis reedificant, et post multas depredationes ad munitionem montis Thabor accedentes, viriliter duabus vicibus inpugnaverunt. Quam munitionem postea ipsi Sarraceni timore christianorum destructam reliquerunt. Deinde coadunato[b] exercitu christianorum civitatem Damiatam[c] obsidione cingunt, et turrim munitissimam in medio fluminis sitam[d], et catenam flumen claudentem, 55 pedes habentem[e], viriliter occupaverunt; ubi tamen milites electi 40, inter quos erat comes de Pogen, cum aliis fracto instrumento in flumen precipitati sunt. Exercitus Romanorum cum multis Ytalicis in auxilium veniunt christianis.

1218. Christiani transito Nilo flumine Damiatam obsident. Multi christianorum elevatis velis recesserunt a sabulo Damiatae, exercitu Christi in summo periculo relicto.

1219. Otto aliquando imperator a sententia excommunicationis absolutus obiit[74]. Regalia quoque Hainrico palatino Reni assignanda regi Friderico reliquit; que ad instanciam regis Friderici eodem anno sub quadam forma compositionis ipsi assignata sunt. Sekowensis episcopatus a domino Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo de licentia domini pape Honorii creatur, et Karolus Frisacensis prepositus eidem sedi preficitur. Adalbero prepositus obiit, cui Albertus eiusdem ecclesie custos et canonicus succedit. Fridericus rex curiam cum multis aliis principibus apud Nuorenberch[f] celebravit. Comes Liutoldus de Plaien[g] obligatis quibusdam prediis suis et beneficiis transfretavit, ibique pauperibus plurima largiens[h], Deo devotus militavit; sagitta percussus oculum perdidit, inde rediens Tervisium obiit, et ossa eius a domino Eberhardo archiepiscopo et Rudgero[i] Chymensi episcopo apud Werd[k] sepulta sunt. A quibus etiam eadem[l] die ipsum monasterium consecratum est; cripta et altare sancti Iohannis a Karolo Sekowensi episcopo primo consecrata est 4. Idus Februarii, cap-

1219. Synodus quatuor episcoporum sub Eberhardo archiepiscopo Salzpurch celebratur. Ierosolima regina civitatum destructa est a Coradino filio Saphadini foris et intus; muri eius redacti sunt cum turribus in acervos lapidum, preter templum Domini et turrim David. Christiani in decollatione sancti Iohannis baptiste ineuntes certamen contra Sarracenos, veriti sunt a facie eorum, et ceciderunt hinc inde multi vulnerati et occisi, et multi nobiles cum 30 Templariis trucidati sunt et in captivitatem ducti. Damiata christianorum spoliatrix, a christianis longa obsidione tandem capta et firmata est; pereuntibus in ea 80 milibus hominum, a tempore quo perfecta est obsidio, preter eos qui ad redemptionem christianorum reservati sunt. Otto imperator apud Prunswich obiit, per legatum apostolice sedis a vinculo excommunicationis absolutus. 74

a) brandiosum C. Prundosium *Cont. Reich.* b) ordinato C. c) Damiatum A 1. d) positam C e) 55 p. h. *ex Herm. Alt. inseruit.* f) *ita* C. Nurnberch A 1. g) Plain A 1. h) multis attestantibus *addit Cont. Reich.* i) Rugero A 1. k) ep. Werd A. l) ipso die idem A.

73) anno 1218. 74) 1218. Mai 19.

Codex Sancti Petri.

pella et altare ad Sanctum Haertwicum ab episcopo Chymense Rudigero primo dedicata est 7. Idus Octobris[a]. Concilium provinciale a domino Eberhardo archiepiscopo Salzpurch celebratur, cui interfuerunt Pataviensis, Frisingensis, Gurcensis, Chymensis, Sekowensis episcopi. Ludwicus dux Bawarie cepit munitionem Hallis in monte qui dicitur Grutte[b], que ab archiepiscopo Eberhardo II sub quadam forma compositionis destructa est, et ob hanc causam prenominatus episcopus homines ac reditus per omnia quos in Halla[c] et apud Halle[d] habebant, comparavit apud Altenses. Damiata civitas ignorante exercitu sine omni dampno christianorum in crepusculo noctis interfectis[e] innumerabilibus paganis, divina potentia capta est, et a christianis potenter possessa[f].

1220. Capitulum cum multis clericis Patavie celebratum est a domino Ulrico episcopo, ubi aderant legati domini apostolici pro vicesima parte omnium proventuum trium annorum, secundum Innocentii III in concilio Lateranensi statutum. Otto Frisingensis episcopus obiit, cui Geroldus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Thomas Cantuariensis episcopus et martyr ab Honorio papa missis cardinalibus translatus est. Fridericus Romanorum electus ab Honorio papa ad imperatorem Rome sollempniter consecratur, duce Bawarie Ludwico aliisque[g] principibus et viris nobilibus presentibus.

1220. Thomas Cantuwariensis episcopus et martyr ab Honorio papa missis cardinalibus translatus est. Fridericus Romanorum electus ab Honorio papa ad imperatorem Rome sollempniter consecratur, duce Bawarie aliisque principibus et viris nobilibus presentibus. Otto Frisingensis ecclesiae episcopus obiit; Geroldus eiusdem ecclesiae canonicus eligitur.

1221. Damiata civitas que portus Ethiopie dicitur, multo labore ac sanguine christianorum ac sudore acquisita, exigentibus peccatis hominum heu heu divina permissione seductis in quandam insulam christianis, aquis et exercitu Sarracenorum[h] circumvallatis[i], quibusdam submersis aliisque occisis, tandem sub quadam forma compositionis et multa strage hominum ab utraque parte facta, coactis christianis Sarracenis per manus christianorum reddita est. Ubi aderant Ludwicus dux Bawarie, Ulricus Pataviensis episcopus, qui eodem anno transfretaverant, et alii quam plures nobiles et ignobiles, quorum non erat numerus. Qui fugam arripientes vix evaserunt. Ulricus Pataviensis episcopus ab expeditione transmarina rediens, in via obiit. Gebhardus comes de Plaien[k] eiusdem ecclesie canonicus succedit.

1221.[l] Damiata multo labore et sudore christianorum acquisita, rursus a Sarracenis possidetur, multa strage hominum ab utraque parte facta. Uolricus Pataviensis episcopus ab expeditione transmarina rediens, in via obiit; Gebehardus eiusdem ecclesie canonicus eligitur[m].

1222.[n] 11. Kal. Iunii post vesperas confuso subito[o] aere venit grando afferens lapides in[o] modum ovi gallinae, qui per magnam partem prata, campos, hortos, pomeria devastaverunt[p]. Imperatrix obiit[75]. Bozana civitas atque milites vicini indixerant turnamentum[q], et dum omnes ac tota civitas eadem[r] ad leticiam moveretur, et miliciam exercerent, subito divina permissione penitus[s] exusta est; ubi etiam dum fugam caperent quocunque modo, plus quam quingenti[t] homines perierunt, et sic iudicante[u] Deo gaudium eorum in luctum versum est. Imperator in Sycilia manens, curiam tam principibus Teutonicis quam Ytalicis nobilibus in festo beati Martini Verone celebrandam indixerat. Ad quam cum plures convenissent adventum imperatoris expectantes, ipse aliis negotiis prepeditus in Sycilia remansit.

a) Septembris C. *ubi* Concilium — episcopi *desunt.* b) Grvit A 1. c) Halle et circa hab. C. *et Cont. Reicherap.* d) Hall. A 1. e) *hoc verbum solus Hermannus servavit.* f) *ita Hermannus.* obsessa A. C. g) *ita Hermannus.* aliis A. C. h) christianorum A. i) *ita Hermannus.* circumvallati A. C. k) Plain A 1. l) *alia manus pergit.* m) *post haec quaedam erasa sunt, cum praecedentibus non coniuncta. Ultima verba erant:* remotus est. *Deinde manus mutatur.* n) in A. C. Bozana — versum est *primum locum obtinent.* o) s. *et* in m. o. g. *desunt* A. p) deuastauit C. Imp. ob. *desunt* A. C. *Alia manus pergit* B. q) torneamentum A. C. r) *deest* A. s) tota C. t) modo trecenti A. C. u) miserante A. C.

75) Constantia, Iun. 23.

1223. Corpora sanctorum Viti et Modesti ab archiepiscopo Eberhardo et Karolo Seccouwensi episcopo in ecclesia sancti Andree apud Lavent inventa[76], et in altari recondita, pluri- 16
mis ceperunt coruscare miraculis; et eorum reliquie ad ecclesiam Salzpurgensem presentibus Pataviensi et Kyemensi episcopis, cum multa frequentia et tripudio populi ab archiepiscopo sunt translate. Capella[a] sancti Hainrici in[b] Kal. Sept. et ecclesia parrochialis 3. Nonas eiusdem ab archiepiscopo Eberhardo, cooperante Chimensi episcopo, sunt dedicate.

Codex Sancti Petri.

1224. Pestilentia animalium per totam Austriam, Marchiam et Karinthiam gravissima facta est.

1224. Pestilentia animalium per totum fere mundum gravissima facta est.

Berhtoldus Brixinensis episcopus obiit; Heinricus[c] archidiaconus Aquilegie eligitur[d].

1225. Chunradus cardinalis Portuensis episcopus, Romane sedis legatus, per se et plures cooperatores per totam Alamanniam verbum crucis predicavit, et quam plures cruce signantur[e]. Imperator cum filia regis Ierosolimitani nuptias in Apulia celebravit, et Heinricus filius eius rex declaratus, duxit filiam ducis Austrie, cum qua principibus[f] quibusdam presentibus nuptias apud Nuorenberch sollempniter celebravit. Ubi propter frequentiam populi circiter quadraginta persone, inter quas quidam prelati, monachi et clerici erant, cum aliis oppressi[g] occubuerunt. Engilbertus Colonieusis episcopus, vir magne prudentie[h] et tutor regis, a comite Friderico de Altenach[i] sororio suo occiditur, manu[k] mutilatus et 33 vulneribus ut dicitur fossus.

1226. Imperator condixerat[l] sollempnem curiam in Italia apud Cremonam[m], ad quam vocavit[n] filium suum et principes Alamannie. Qui propter rebellionem Lombardorum non permittebantur intrare, unde infecto negocio imperator cum indignatione in Apuliam se recepit. Inter Liupoldum ducem Austrie et filium suum maiorem guerra orta est super hereditate, que tandem mediantibus maioribus terre ad concordiam est revocata. Iunior filius ducis duxit uxorem sororem regine Ungarie. Archiepiscopus[o] instituit sedem kathedralem apud Sanctum Andream in Lavent, cui prefecit Uolricum plebanum de[p] Hus[q]. Frisinga duabus vicibus exusta est, tam civitas quam edificia montis et ecclesie. Gwerra gravis orta est inter Rapotonem comitem palatinum Bawarie et comitem de Bogen, in qua perplures[r] ecclesie sunt destructe et spoliate, et[s] nobile monasterium in inferiori Altach[t] incendio est destructum. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit, et Gotfridus prepositus maioris ecclesie a quibusdam eligitur, maiore parte capituli contradicente.

eligitur, maxima parte capituli contradicente. Gerdrudis abbatissa in Nunneburch obiit, Willibirgis de Megelingen eiusdem loci sanctimonialis eligitur. Heinricus filius imperatoris annuente patre cum multis principibus regni apud Aquisgrani[u] curiam celebravit, in qua uxor sua, filia ducis Austrie, honorifice coronatur. Fridericus comes de Altenach[v], interfector episcopi Coloniensis, Romam veniens penitentiam super celere commisso ab Honorio papa suscepit. Et inde rediens, in ipsa penitentia per quendam canonicum Leodiensem proditur cuidam amico suo seculari et ab eodem traditur Colonie civibus, a quibus pena consummatur rotali. Imperator cum Lombardis in concordiam rediit. 1227.

1227. Honorius papa obiit, cui succedit dominus Huoglinus Ostiensis episcopus, qui et Gregorius IX. Uxor filii imperatoris Aquisgrani presentibus multis principibus Alamannie coronatur; et domino Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi, qui cum aliis principibus

1227. Ecclesia sancte Katerine ab episcopo Rudgero Chiemensis ecclesie dedicatur[w]. Honorius papa obiit. Gregorius sedit.

a) Capella — dedicate *desunt* B. b) tertio C. c) cui successit B. a. Aquileiensis A. C. d) *manus mutatur* B. e) signati sunt A. C. f) pres. princ. regni n. A. C. pres. multis pr. regni n. *Chron. pii marchionis.* g) oppresse C. h) prouidentie A. i) Alcenah A. B. k) manu — fossus *desunt* B. M. mutilatur et 34 v. ut d. est confossus C. l) indixerat C. m) Cremonam A 1. n) vocaverat A. C. o) A. Eberhardus C. p) in A. q) Haus C. r) quam plures A. C. s) et — destructum *desunt* B. t) *ita* C. Altha A. u) *in loco raso.* v) Alcenach *cod.* w) *alia manus pergit* B.

76) pridie Idus Iunii. Archiv X, 543, ubi etiam pestilentia animalium a. 1225 commemoratur; quam per tres annos duravisse, in Ann. Argentinensibus refertur.

Codex Sancti Petri.

Aquisgrani interfuerat, per Coloniam revertente, a quibusdam secum venientibus reliquie sanctarum undecim milium virginum in bona quantitate Salzpurch sunt allate.

Magna copia crucesignatorum ad exhortationem et mandatum domini pape iter peregrinationis arripuerunt, sed circa maritima magna pars ipsorum mortua est; inter quos Augustensis episcopus et lantcravius Thuringie cum aliis nobilibus obierunt. Reliqua pars credens dominum imperatorem transfretaturum mare transivit; imperatore vero remanente, de licentia domini pape incontinenti fere omnis illa peregrinatio rediit. Dominus papa imperatorem pro eo quod votum peregrinationis non solverat, sollempniter excommunicatum denunciat[a]. Electio domini Gotfridi Ratisponensis episcopi a domino papa cassatur, et in presentia domini pape Sifridus Maguntiensis ecclesie cantor in Ratisponensem episcopum eligitur, et a papa Rome consecratur[b].

Cont. Scot. 1228. Papa in cena Domini imperatorem excommunicatum publice denunciavit. Unde Romani[c] non parum turbati, ipsum papam in secunda feria pasce in ecclesia sancti Petri etiam infra missarum sollempnia, que pe[r]sonaliter celebravit, contumeliis et plasphemiis afficientes, ab iniectione manuum vix continuerunt[d]. Unde papa in palacium apud Sanctum Petrum se recipiens, post aliquod[e] dies Urbem exivit, et in Tuscia primo apud Reatum, postmodum apud Perusium[f] se recepit; ubi habito colloquio principes inperii a fidelitate imperatoris absolvit. Inperator defuncta inperatrice in puerperio transfretavit, et per[g] Ciprum usque Acon[h] venit; ubi in magna gloria fuit[i] susceptus, et post paucos dies legatos soldani pacifice eum excipientes[k] recepit. Electus Brichsinensis in die palmarum apud Venetias ab archiepiscopo Salzpurgense in episcopum consecratur, presentibus Magdeburgense archiepiscopo et Babenbergense episcopo et duce Austrie, qui ad occurrendum imperatori Italiam intraverat[l]. Otto filius ducis Bawarie apud Struobingen presente rege et aliis multis principibus in festo pentecostes gladio accingitur; ubi Ulricus primus Laventensis episcopus ab archiepiscopo in episcopum consecratur. Capitulum[m] Salzpurgense a toto ordine Cisterciensium in generali abbatum capitulo in fraternitatem recipitur[n].

1229. Imperator in transmarinis partibus positus[o] civitatem sanctam Ierusalem et maiorem partem Terre sancte a soldano[p] Babilonico recepit, et treugis inter ipsos firmatis, imperator revertitur in Apuliam, et fines regni Apulie ab exercitu domini pape occupatos recepit. Exercitus domini pape, qui in tres partes divisus erat, Teutonicis cruce signatis passagium impedivit. Longobardi et Tusci cum domino papa contra imperatorem conspirant.

1230. Tyberis alveum suum egressus vicina loca occupavit, et in urbe Roma usque ad gradus Sancti Petri ascendit, unde Romani conpulsi dominum papam ad Urbem revocaverunt. Dominus papa et dominus imperator mediantibus principibus Alemannie, videlicet patriarcha Aquileiensi, archiepiscopo Salzpurgensi, episcopo Ratisponensi, Austrie, Meranie[q] et Karinthie ducibus, et quibusdam aliis in[r] concordiam redierunt; et dominus imperator ab excommunicatione absolvitur, et post absolutionem in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Liupoldus dux Austrie apud Sanctum Germanum obiit; cuius corpus in Monte Cassino in monasterio sancti Benedicti a cardinalibus sepelitur, et ossa ipsius delata[s] in die sancti Andreae apud Lirenvelde ab archiepiscopo sepeliuntur, et eodem die dictum monasterium ab eodem[t] consecratur. Rex Boemie Austriam in manu valida intrans[u], magnam partem terre incendio vastavit. Episcopus Ratisponensis cancellarius imperialis aule efficitur. Sifridus Mogontiensis archiepiscopus moritur. Karolus primus Seccowensis episcopus moritur.

1231. Geroldus Frisingensis episcopus cessit, cui successit Chunradus canonicus eiusdem ecclesie. Uolscalcus aliquando[v] Gurcensis episcopus obiit. Rapoto palatinus Bawarie obiit. Ludwicus dux Bawarie presente familia

1231.[w] Geroldus episcopus Frisingensis episcopatum resignat; Chunradus Tolznaere eiusdem ecclesie canonicus eligitur. Symon abbatiam sancti Petri sponte resignat; magister Berhtoldus abbas Agmuntensis succe-

a) denunciauit A. C. b) *alia manus pergit* B. c) *deest* B. d) v. se cont. C. Unde in p. ad S. A. Unde p.-in palatio Sancti Petri C. e) aliquos C. f) Parusium A. B. g) ad B. h) anconam C. i) est C. k) recipientes B. l) intrauerant C. *ubi* et Bab. ep. *desunt.* m) Capitulum — recipitur *desunt* B. n) suscipitur C. *Alia manus pergit* B. o) constitutus C. p) Saladino B. q) et M. B. r) ad A. C. s) elata A. C. t) e. episcopo A 2. C. u) intrauit A. v) quondam C. w) *manus mutatur.*

Codex Sancti Petri.

sua a quodam ignoto cultro percussus obiit. Prepositus Salzpurgensis, abbates Sancti Petri et Admuntensis, de licencia domini pape ab[a] archiepiscopo in die sancto pasce mitris pontificalibus sunt insigniti et privilegiati. Symon abbas Sancti Petri debilitate confectus cessit, et Perhtoldus abbas Admuntensis ei succedit. Imperator curiam apud Ravennas[b] sollempnem quam de consilio domini pape indixerat celebraturus, in mense Novembri Ravennas accessit; sed Lonbardis viam publicam intercludentibus, principes Teutonici debita honestate ad eandem curiam accedere sunt[c] impediti.

dit[d]. Ecclesie sancti Petri et Agmuntensis abbates et ecclesie maioris prepositus optinente Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo ab apostolico infulis honorantur. Heinricus prepositus Berhtersgadem obiit[d]. Imperator curiam apud Ravennis, quam de consilio domini pape indixerat, sollempnem celebraturus Ravennis accessit; sed Lonbardis viam publicam intercludentibus, principes Teutonici debita honestate ad eandem curiam accedere sunt impediti. Uolscalcus aliquando Gurcensis episcopus obiit. Ludwicus dux Bawarie presente familia sua a quodam ignoto cultro percussus obiit. Rapoto palatinus Bawarie obiit[d].

1232. Imperator nativitatem Domini apud Ravennam celebravit, et per Venetias transiens usque ad Aquilegiam et[f] Forum[g] Iulii processit. Ubi rex filius suus et quidam alii principes, scilicet Fridericus dux Austrie qui iam apud Wiennam gladio militari accinctus erat; cum quibus[h] de pace Alamannie verbotenus ordinans, in Apuliam[i] se recepit. Dominus[i] papa propter gwerram Romanorum ab Urbe recessit. Dominus archiepiscopus ab imperatore reversus, Chunradum Frisingensem et Heinricum Secowensem electos apud Frisacum in pentecosten ordinavit[k]. Gebhardus Pataviensis[l] episcopus propter infamiam occisionis Eberhardi canonici Pataviensis et aliorum criminum sibi obiectorum episcopatum resignavit[77]. Sanctus 77
Antonius de ordine minorum fratrum apud Paduam signis coruscans, a domino papa canonizatur, cum nondum annus integer post obitum suum esset elapsus[m]. Episcopus Babenbergensis cum duce Karinthie movens bellum, plures ei[n] munitiones destruxit, et terram pro magna parte vastavit. Dominus[o] archiepiscopus ex licentia domini pape preposito Salzpurgensi usum virge pastoralis et anuli et cyrothecarum indulsit.

1233. Sanctus Virgilius á papa Gregorio IX canonizatus est, 4. Idus Iunii. Ruodgerus primus Chiemensis ecclesie episcopus auctoritate pape Pataviensi ecclesie preficitur. Elysabet filia regis Ungarie, vidua lantgravii, post obitum suum multis miraculorum[p] signis claruit. Magister Chunradus de Marhpurch cum alio fratre de ordine Minorum occiditur, pro eo quod in partibus Rheni inpugnabat[q] heresim. Episcopus[r] Churensis occiditur[s]. Otto dux Bawariae curiam Ratispone celebrandam indixit, quam propter indignationem regis et aliorum quorundam principum sibi non faventium[t] aput Lantshuot celebravit. Sed postmodum rex cum multis principibus et magno exercitu Bawariam intravit, ducem destructurus; sed mediante archiepiscopo Salzpurgensi in gratiam eum recepit. et filium eius puerulum in obsidem regi dedit, et tandem curiam sollempnem Ratispone dux celebravit, cui archiepiscopus Salzpurgensis et omnes episcopi Bawarie interfuerunt. Dux Bawarie cum exercitu fines ducis[u] Austrie devastavit, et claustrum in Lambach exussit. Episcopus[v] Babenbergensis a ministeriale ducis Karinthie per totam quadragesimam in captivitate tenetur. Dux[w] Austrie magnum exercitum contra regem Bohemie primo collegit, et Moraviam intravit; et secundo alium exercitum adversum regem Ungarie collegit, sed postea plures ministerialium suorum tam in Marchia quam in Austria adversus eum conspirant.

1234. Dux Bawarie super monasterium Vormpach[x] repente irruens, multos proscriptos qui se in eodem monasterio eiectis monachis receperant comprehendit, quorum quosdam suspendi, alios capite plecti iussit.

a) ab a. *desunt* C. b) Ravennam C. c) acc. non uslebant C. d) *manus mutatur.* f) ad A. g) *deest* B. h) *deest* A. i) Dominus — recessit *desunt* B. k) consecrauit A. C. l) Patauiensem episcopatum resignauit B. m) expletus A. C. n) eius A. C. o) Dominus — indulsit *desunt* B. p) *deest* B. q) impugnabant C. r) E. C. o. *desunt* B. Chungensis A. s) *manus mutatur* B. t) faucntibus B. u) *deest* A. C. v) Episcopus — tenetur *ante* Otto dux *ponunt* A. C. w) Dux — conspirat *desunt* B. x) Vorenpach A. Vorenbach C.

77) In Chron. Matseensi hoc a. 1232. ita refertur: *et ministeriatium, domino apostolico invito et contradicente et dissuadente, amministrationem illius episcopatus sibi resignavit. Gebhardus Pataviensis episcopus propter infidelitatem et perfidiam sui conventus scil. canonicorum*

Discordia inter papam et Romanos oritur, qui collecto exercitu Romanos bello aggressus est. In quo plures Romanorum captivati sunt et ex parte pape multi occisi; inter quos et Teutonici ceciderunt, quorum tamen auxilio victoriam adeptus est. Rex Ungarie cum multo exercitu fines Austrie intravit et ducem Au-
78 strie in fugam convertit[78]. Sanctus Dominicus institutor ordinis Predicatorum canonizatus est. Albertus prepositus Salzpurgensis in episcopum Chiemensem ab archiepiscopo eligitur; pro quo substituitur Chuno. eiusdem ecclesie decanus. Bela rex Ungarie obiit[79].

1235. Sancta Elizabeth filia regis Ungarie et uxor lantgravii canonizatur. Imperator per Canales[a'], filium suum ex regina Ierosolimitana secum ducens, intravit Teutoniam tempore maxime famis, et curiam sollempnem apud Moguntiam celebravit, cui interfuerunt 70 principes; et regem filium suum quem de conspiratione adversus imperium suspectum habebat, a regia dignitate depositum in Apuliam misit. Item colloquium in Augusta celebrans, multos malefactores Bawarie et castra proscripsit, et filiam regis Anglie uxorem duxit. Dux Austrie ab imperatore sepe ad curiam vocatus, ire contempsit. Imperator filiam ducis Bawarie filio suo adolescentulo desponsavit; que non post multum temporis defuncta est. Dux Austrie consilio ludeorum[b] terram Austrie clausit, nec per
79 terram vel[c] aquam annonam[d] in partes superiores ire permisit, nec tamen eo[e] minus civitas Salzpurch et tota provincia illius frumento sibi de Suevia allato vinoque Latino et Franconico habundavit.

Codex Sancti Petri.

Albertus[a] prepositus maioris ecclesie in episcopatum Chiemensem eligitur. Chuono decanus eiusdem loci succedit[a]. Danubius alveum suum egressus, vicos quam plures et civitates muratas in Austria impetu glaciali destruxit.

1235. Sanctus Dominicus institutor ordinis Predicatorum canonizatur[80]. Discordia inter papam et Romanos oritur, qui collecto exercitu Romanos bello aggressus est. In quo plures Romanorum captivati sunt, et ex parte pape multi occisi; inter quos et Teutonici multi ceciderunt, quorum auxilio victoriam adeptus est. Imperator per Canales, filium suum ex regina Ierosolimitana[81] secum ducens, intravit Teutoniam tempore maxime famis, et curiam sollempnem apud Magontiam celebravit, cui interfuerunt 70 principes; et regem filium suum quem de conspiratione adversus imperium suspectum habebat, a regia dignitate depositum in Apuliam misit. Rex Ungarie cum multo exercitu fines Austrie intravit, et ducem Austrie in fugam convertit. Imperator colloquium in Augusta celebrans, multos malefactores Bawarie et castra proscripsit, et filiam regis Anglie uxorem duxit ..... [e] Bela[79] rex Ungarie moritur. Dux Austrie consilio ludeorum terram Austrie clausit, nec per terram vel aquam annonam in partes superiores ire permisit. Nec[b] tamen minus eo civitas Salzeburgensis et tota provincia illius frumento de Suevia sibi allato vinoque Latino et Franconico habundavit. Sancta Elysabet filia regis Ungarie et uxor lantgravii canonizatur.

1236. Sancta Elysabet de tumulo elevatur; ubi aderat dominus imperator cum archiepiscopis et episcopis et aliis principibus, cum infinita populi multitudine. Rex Boemie ad mandatum imperatoris vastavit Austriam. Et dux Bawarie et episcopus Pataviensis obsederunt civitatem[i] Linze, et infecto negotio recesserunt. Et patriarcha Aquileiensis cum episcopo Babenbergensi Stiriam hostiliter intrantes, ecclesias spoliaverunt. Pataviensis et Frisingensis episcopi cum quibusdam nobilibus et aliis a duce Austrie captivati sunt. Inperator cum modica milicia intravit Lombardiam, et multa castella cum Vincentia civitate occupavit, et in ipsis presidia militum ordinavit, et per Canales versus Austriam in Decembri revertitur.

1237. Imperator nativitatem Domini apud Grêze[k] in Marchia celebravit, et apud Wienam hiemavit, et circa pascha Austriam egrediens, episcopum Babinbergensem ad inpugnan-

a) *manus mutatur.* a') carnalem A 2. l. f. s. carnalem ex A 3. b) suorum *Chron. pii marchionis.* c) nec per C. *et Chron. p. m.* d) et vinum *addit Chron. pii marchionis quae sequentia ita exhibet:* aet nichilominus tota Bawaria vino et frumento de Latina terra et Franconia et Swevia habundavit. e) *deest* A. g) *verba* 5 *vel* 6 *erasa sunt.* h) Nec — habundavit *in margine scripta sunt.* i) *deest* A. *et Chr. p. m.* k) Graetz A 1. 2. C. Greiz A 3. *Chr. p. m.*

78) a. 1235. 79) imo Andreas, a. 1235. 80) 1234, Iul. 3; eodem anno Romanos oppugnavit. 81) Conradum.

dum ducem apud Wiennam cum militibus dimisit. Qui non multo post in eadem civitate defunctus est, unde dux libere cepit terram vastare. Inperator in partibus superioribus milite collecto, premissa inperatrice Lonbardiam intravit; et cum Mediolanensibus congressus gloriose triumphavit, ita ut potestatem ipsorum in karrucio ligatum abduceret. Archiepiscopus Salzeburgensis ecclesiam Prixinensem dedicavit, et ossa beati Hartmanni a terra reverenter sublevavit.

1238. Inperator in Italia manens apud Verônam curiam celebravit, et postmodum Prissanum cum multo exercitu tam Teutonicorum quam Latinorum obsidione cinxit, nec tamen capere potuit. In dyocesi Aquilegiensi hostia corporis et sanguinis Domini, celebrante quodam seculari clerico, in veram speciem carnis et sanguinis transformata est; et hoc in mense Februario, in castro quod dicitur Stain[a] super Trahum fluvium. Et idem clericus in brevi ad ordinem Predicatorum in Frisaco se transferens, cum in die sancto pentecostes divina multis astantibus celebraret, secundo hostia corporis et sanguinis Christi in veram carnem et sanguinem transformata[b] est; que in christallo perspicaci[c] recepta, a fidelibus devote celebratur[d]. [Tertio Nonas Iunii eclypsis solis facta est, que duravit per duas horas vel amplius.]

1239.[e] Imperator in marchia Tervesina[f] hiemavit. Sed postmodum inperatore a Tervisio exeunte, cives a fidelitate eius recedentes, archiepiscopum Salzeburgensem omni sua suppellectili spoliaverunt, et inperator per totam estatem in manu valida fines Mediolani et Bolonie[g] devastavit. Dominus papa in die palmarum dominum inperatorem excommunicavit. Sarraceni Ierusalem civitatem occupaverunt, preter turrim Davit, quam milites imperatoris defendunt. Dux Austriae ad gratiam imperatoris rediit[h]. Tertio Nonas Iunii eclypsis solis facta est, que duravit per duas horas. Heinricus Brixinensis episcopus obiit, Egeno comes et eiusdem ecclesie canonicus eligitur[i]. Archiepiscopus Salzburgensis concilium episcoporum, et dux Bawarie curiam communi consilio pro reformanda pace terre apud Struobinge[k] indixerunt, sed propter dissensionem[k'] episcoporum et laicorum non profecerunt.

1240.[l] Inperator collecto multo[m] exercitu in Apulia, Marchiam intravit, et receptis Ravenna et Ferraria, Faventiam gravi cinxit obsidione. Dux Austrie presentibus patriarcha Aquileigensi, archiepiscopo Salzburgensi, Pataviensi et Sekowensi episcopis, coniugem suam cum magno recepit tripudio. Palatinus comes de Chraiburch[n] a captivitate episcopi Ratisponensis absolutus, contra promissum fidelitatis castrum ipsius episcopi Eberspeunt dolo occupavit, et gwerram ipsi episcopo indixit. Episcopus Frisingensis post diutinam et gravem discordiam cum duce Bawarie confederatus est. Electus Brixinensis cum comite de Tirol bellum pro defensione sue ecclesie iniit.

1241.[o] Imperator Faventiam in deditionem accepit, et post multas iniurias in gratiam suam eos misericorditer recepit. Quedam gens barbara, sive Comani[p] sive Tartari[q] dicantur, hostiliter occupavit Ungariam ultra Danubium, et fugato rege, et fratre eius vulnerato, archiepiscopos, episcopos, abbates, monachos, clericos sine differentia ordinum, etatum, sexuum occiderunt, ecclesias, monasteria, castella destruxerunt. Dux[r] etiam Polonorum Heinricus[s] cum multis militibus[t] ab eisdem occiditur. Rex Boemie cum duce Austrie concordatus, filiam fratris ducis filio suo desponsavit. Moguntinus et Coloniensis archiepiscopi cum aliis episcopis Reni et baronibus terram inperatoris hostiliter invadunt. Ratisponensis episcopus cum palatino comite Bawarie bellum iniit. Eclipsis solis in die dominico in octava sancti Michaelis tanta facta est, ut celum obtenebraretur, et stelle apparerent in celo. Gregorius papa IX obiit; pro quo eligitur dominus Gotfridus cardinalis, natione Mediolanus, qui dictus est Celestinus; qui similiter post paucos dies obiit. Inperatrix defuncta est, soror regis Anglie[u].

1242.[v] Imperator Romanis movens gwerram, vineta et oliveta civitati ipsorum circumiacentia extirpavit. Ecclesia universalis a morte domini Gotfridi, qui dictus fuerat Celestinus, papa caruit hoc toto anno; et hoc tum propter captivos cardinales, episcopos et abbates, quos

a) Stoein A 1. 2. et super flumen Trahem C. b) transmutata A. C. c) perspicuo A. d) celebratur B. ueneratur A. C. *Ibidem* Tertio – amplius *desunt* e) *manus mutatur* B. f) Teruisina A. C. g) Bonon. A. C. h) Heinricus — eligitur *et hic praebet* B. *Deinde manus mutatur.* i) *annum* 1240 *hic inchoat* B. k) Straubing C. Strubing A 1. k') dissensiones A. C. l) MCCXLI. B. m) *deest* A. n) Chræiburch A. o) MCCXLII. B. p) Cumani B. q) Tatari B. r) Dux — occiditur *desunt* B. s) *deest* A. t) militibus A 1. u) *manus mutatur* B. *ubi iam sequitur:* Magister Bertoldus abbas S. Petri obiit; Richkerus eiusdem ecclesie prior eligitur. Cbuono prepositus Salzburgensis obiit; Otto canonicus eiusdem ecclesie succedit. *In* A 1. *alia manus in margine scripsit, in* A 2. *rubro pictum est:* M, bis C, quater X, I vincitur Ungarie rex. v) *numerus anni* 1243 *erasus* B.

tempore Gregorii[a] inperator captivaverat, tum etiam propter iniuriam quam curia passa fuerat in electione domini Gotfridi a civibus Romanis. Hoc anno propter crudelem exterminationem et vastationem Tartarorum, ob nimiam rabiem famis, innumerabiles homines in Ungaria se mutuo comederunt, ita ut nec filii a parentibus nec parentes a filiis abstinerent. Chuno[b] prepositus Salzburgensis et Perchtoldus abbas Sancti Petri civitatis eiusdem obeunt; pro quibus electi sunt Otto eiusdem ecclesie canonicus in prepositum, et Richkerus prior in abbatem. Comes de Tirol, conspiracione facta cum ministerialibus et quibusdam canonicis Brixinensibus, nec non comite Ulrico uz der Ult, electum suum Egenonem castris et civitate penitus destituerunt. Dux Austrie collecto exercitu copioso[c] Moraviam vastaturus intravit. Cui rex Boemie manu valida occurrit, propter quam causam dux infecto negocio in Austriam se recepit. Moguntinus et Coloniensis archiepiscopi collecto exercitu dominicalia inperii vastaverunt, imperatorem per terras suas ad mandatum apostolicum excommunicatum denunciantes. Quibus occurrerunt comites, barones et auxiliarii imperatoris, conflictu[d] cum ipsis inito, vicissim multis interfectis. Quorum potior fuit dux Walrab de Lintpurch, archiepiscopo Coloniensi in eadem congressione a comite de Gulich captivato et graviter vulnerato. Locuste magna corporis quantitate Austriam intrantes in tanta multitudine, quod vineta et pomeria plurima consumpserunt, insuper equos et animalia in campis pascentia corroserunt.

1243. Innocencius, qui ante dictus Sinebaldus kardinalis, per biennium sede Romana vacante, in papam ab universis cardinalibus eligitur. Nec tamen discordia inter imperatorem et sedem Romanam[e] in bonum pacis est reducta, unde sententias quas tulerat Gregorius, Innocencius confirmavit. Dux Austrie coram archiepiscopo Salzpurgensi, Pataviensi, Sekowensi, Lavendensi episcopis[f] et multis prelatis, tam Austrie quam Marchie, divorcium, oppositis uxori sue quibusdam exceptionibus, obtinuit celebrari. Heinricus Sekowensis obiit[g].

1244. Cui Ulricus scriba ducis Austrie succedit. Dominus Chyemensis ad instanciam domini archiepiscopi ob debilitatem corporis episcopatum resignavit. Dominus dux Bawarie curiam Ratispone, presentibus Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo et aliis principibus, celebravit; ubi pro reformatione status terre aliqua instituta edita fuerunt. Domino imperatore et apostolico simul in Italia demorantibus[h], et omnibus inter ipsos concordiam fieri sperantibus, subito spe plurium frustrata, papa ab Urbe egressus[i] in Ianua se recepit, et sic forma pacis inter ipsos inventa penitus est turbata. Soldanus Damasci et soldanus Nazzee[k] et soldanus Cracti confederati cum Templariis, Hospitalariis[l] et omni milicia transmarina christiana, sub ea condicione ut terra tota regni Ierosolimitani redderetur potestati eorum, contra soldanum Babilonie hostiliter processerunt. Qui quandam gentem barbaram, dictos Crosminos[m], in auxilium sui advocans, misit eos evertere[n] civitatem sanctam. Quam infra septem dies obtinentes, omnes quos ibi repererunt utriusque sexus, tam viros quam mulieres, gladio interemerunt, ita quod etiam — dictu est horrendum — sepulchrum dominicum prophanantes interfectorum sanguine repleverunt. Unde tota ecclesia transmarina acriter ingemiscens, statuit ut omnibus in unum convenientibus, campestri certamine dictos Crosminos, invocato Dei auxilio, adgrederentur. Die itaque statuto omnibus collectis christianis, acies suas contra paganos direxerunt. Ubi dum acriter esset[o] pugnatum ab utrisque, devicta tamen[p] fuit pars christianorum, adeo quod ex quingentis militibus Templariorum et Hospitalariorum vix 15 evasissent, aliusque populus fere totaliter perisset. Dominus papa auxilio comitis Savoie[q] ad Lugdunum se transtulit.

1245. Papa de statu et reformacione Terre sancte et repressione Tartarorum, simulque de reparacione imperii Constantinopolitani tractare intendens, apud Lugdunum generale concilium convocavit, ad quod etiam dominum imperatorem super articulis, quos tam papa quam alii ab ipso lesi habebant proponere, citavit. Ubi cum dictus imperator non per se, sed per nuncios et procuratores[r] conparuisset, intermissis aliis super quibus concilium fuerat convocatum, ipsum imperatorem sine spe restitutionis deposuit, omnes ei adherentes gladio anathematis feriendo; mandans etiam principibus, ut alium sibi eligerent. Unde imperator exacerbatus, literas principibus destinavit, in quibus conquerens de apostolico, quod nimis prepropere[s] et perperam contra ipsum processisset; mandans etiam districte, ut nullus ipso-

a) ipso *add.* C. b) Chuno — abbatem *hic desunt* B. c) multo A. d) conflicto B. et conflictu A. e) et papam in A. C. f) *deest* B. g) dominus S. o. A 2. 3. C. *In* A 1. *alius in margine scripsit:* Dominus Hainricus obiit anno XIIII. pontificatus sui. h) morantibus A. commorantibus C. i) regressus B. k) Nazzer C. l) *deest* B. m) Crosmenos C. n) subuertere B. o) fuisset A. p) *deest* B. q) Saluue B. r) suos *add.* A. s) propere B.

rum nuncios vel litteras papales reciperet[a]; ipse vero Lambardiam intrans Mediolanum obsedit, ubi[b] obtentis aliquibus castellis circa nativitatem ab obsidione recedens, in Apulia[c] se recepit.

1246. Principes circa Renum[d], scilicet Maguntinus, Coloniensis et alii quam plures, ad mandatum domini pape langravium Duringie in regem elegerunt; plures etiam[e] militares et plebeii propter magnam indulgentiam, quam papa dari iussit in predicationibus, contra Fridericum quondam imperatorem cruce signantur, in auxilium electi regis. Quatuor familiares dicti F. in necem suam de consilio ut asseritur[f] Lombardorum conspirant. Quod tamen ipse[g] ex prodicione aliquorum comperiens, eosdem traditores captivatos diversis suppliciis interemit. Boemi duce Karinthie iuniore capitaneo Austriam vastant ex altera parte Danubii cum militibus quingentis. Quibus occurrens dux Austrie Fridericus cum minori comitatu, scilicet ducentis armaturis, campestri conflictu cum ipsis habito totam aciem ipsorum devicit, ducentos milites cum dicto capitaneo eorum captivando. Lantgravius[h] in regem Romanorum electus, curiam apud Franchenfurte indixit[i]. Cui occurrens Chunradus rex[k], filius Friderici[l] imperatoris, conflictum cum ipso ibidem iniit; et a novo rege devictus, suis aliquibus captivatis, ipse vix aufugit. Episcopus Sifridus Ratisponensis et Fridericus Aistetensis obierunt[m]. Rex Ungarie collecta magna multitudine pugnatorum, simulque Bruscie[n] et Ruscie regibus, confinia Austrie invasit. Cui occurrens dux Fridericus iuxta Leitam fluvium, cum eo acriter dimicavit; ubi pluribus ex acie regis[o] interfectis et multis captivatis, ipse dux Austrie vel a suis vel ab hostibus, sicut dubitatur, fuit interemptus. Exercitus tamen ipsius accepta victoria ad propria est reversus. Mater ducis eiusdem. nomine Theodora, audita morte filii, pre dolore transactis diebus modicis expiravit. Dux Bawarie filiam suam Chunrado regi, Friderici imperatoris[p] filio, dedit in uxorem[q], nuptiis aput Vohburh sollempniter celebratis. Lantgravius[r] rex de novo creatus, curiam aput Nurinberch indixit; quam etiam auxilio nobilium et comitum Suevie contra voluntatem dicti Chunradi et suorum complicum sollempniter celebravit. Filius regis Boemie duxit fratruelem ducis Austrie tunc mortui in uxorem. Eberhardus archiepiscopus Salzeburgensis obiit; pro quo dominus Phylippus, filius ducis Karinthie, unanimi voto canonicorum et ministerialium consensu eligitur. Austria toto anno caruit principe, et propter hoc non permittebantur deduci victualia, vinum scilicet et fruges a terra.

1247. Papa ignorans electionem in ecclesia Salzburgensi esse factam, quendam Purchardum de Zigenhagen, nescientibus canonicis et ministerialibus archiepiscopatui prefecit, et consecravit. Qui post modicum tempus, non adepta potestate vel intronizatione, diem clausit extremum[83]. Unde papa ad peticionem et instantiam tam parentum et[s] amicorum domini Philippi, quam capituli et ministerialium, electionem de domino Philippo factam confirmavit. Heinricus rex obiit; pro quo comes Hollandie a principibus quibusdam circa Coloniam eligitur. Albertus comes de Petinkeu[t] a legato Romane ecclesie Ratisponensi ecclesie preficitur. Fridericus quondam imperator toto anno in obsidione civitatis Parme, que ab eo recesserat, demoratur. Ludewicus dux Bawarie iunior, omnibus munitionibus comitis de Wazzerburch[u] obtentis, ipsum a terra expulit.

1248. Parmenses cives per circumventionem insultum in dominum Fridericum quondam[v] imperatorem et exercitum eius facientes, civitatem quam ipse in obsidione[w] construxerat, et Victoriam nuncupaverat, funditus destruxerunt; omni pecunia sua sublata, occisa et captivata maxima multitudine exercituum suorum, ipso cum paucis per fugam evadente. Willehalmus novus[x] rex, auxilio Coloniensis, Treverensis et aliorum episcoporum, civitatem Aquisgrani per[y] totum annum obsedit, et tandem ad deditionem coegit. Rex Frantie cum maxima multitudine nobilium et baronum[z] terre sue cruce signatorum mare transfretavit, et in Cipro hiemavit. Filius regis Boemie[*] consilio suorum patrem suum invasit, volens eum privare regno; qui[a] auxilio quorundam Teutonicorum se viriliter defendit, et sic

a) exciperet A. C. b) ubi — recepit *desunt* B. *ubi dein manu mutata pergitur.* c) Apuliam se transtulit C. d) Roīm B. e) et A. C. f) asserebatur B. g) i. rex ex B. h) Lanhgrauius B. i) edixit B. k) *deest* A. l) quondam *add.* A. C. m) *alia manus pergit* B. n) Ruthenis ac rege ipsorum confinia C. o) r. Ungarie B. p) quondam imp. A. q) *manus prior pergit* B. r) Lanhgr. B. s) quam B. t) Peitengev A. Peitengæv C. u) Wazzeb. B. v) *deest* B. w) obsidium A. x) *deest* B. y) p. t. a. *desunt* B. z) karorum suorum B. *) senior *addit* C. a) qui tamen a. A. qui cum a. C.

83) *Salsburgenses dicunt quod idem sit submersus* manu saec. XIV ex. scriptum est in Chron. Matseensi.

concertatio inter ipsos per totum annum habebatur. Terre motus accidit in crepusculo noctis. Dux Meranie obiit. Maiores terrarum Austrie et Stirie pro domino petendo ad dominum F. quondam[a] imperatorem Lombardiam intraverunt. Qui tandem ibi[b] tota estate in Verona manentes, nec imperatorem videre valentes[c], infecto negotio sunt reversi; inter quos Liutoldus de Plain[d], Willehelmus de Heunburch[e] comites, post reditum obierunt. Dominus dux Bawarie terre Austrie, comes Meinhardus de Gorz[f] Styrie a domino imperatore pro capitaneis deputantur. Propter nimias gwerras et pessimum statum Austrie vinum et victualia non fuerunt claustris et civitatibus sive terris ab Austria deportata[g]. Palatinus obiit, relicta tantum una filia pro herede[h].

1249. Archiepiscopus Maguntinus obiit. Rex Boemie et filius suus ad concordiam redierunt. Rex Heinricus, filius domini Friderici quondam inperatoris, a Boloniensibus[i] in conflictu capitur. Comes Meinhardus Goricie[k] Stiriam intrans, pro capitaneo ibi recipitur. Concilium ad mandatum domini pape Muldorf a domino electo Phillippo celebratur, cui interfuerunt Frisingensis, Ratisponensis et Sekowensis episcopi cum aliquantis prelatis. Ubi dux Bawarie citatus, tam per[l] sententiam excommunicacionis quam gladio materiali ad Romanam ecclesiam redire, et ei contra dominum Fridericum adherere compelli debebat. Quod tamen quadam forma alia treugarum est intermissum. Rex Francie transacta hyeme in Cypro nuntios regis Tartarorum recepit[m], qui tales ei litteras porrexerunt, scriptas lingua Persica et litteris Arabicis:

Per potentiam Dei excelsi missi a rege terre verba Elcheltay rege magno provintiarum multarum, strennuo propugnatore[n] orbis, gladio christianitatis, victorie religionis baptismalis, corone gentis sacerdotis, defensori legis euangelice, filio regis[o] Francorum. Augeat Deus omnium[p] dominium viro suo[q], et conservet ei regnum annis plurimis, et inpleat voluntates suas in lege et in mundo, nunc et in futurum, per virtutem domine conductricis[r] hominum, et omnium prophetarum et apostolorum, amen. Centum milia salutem et benedictionem. Ex hoc rogo, quod recipiat salutationes istas, ut sint grate aput ipsum. Faciat autem Deus, ut videam hunc regem magnificum, qui applicuit. Creator autem excelsus claudat occursum nostrum in caritate, et facile faciat ut congregemur in unum. Post hanc autem salutationem noverit, quod in hac epistola non est nisi intentio christianitatis, et corroboratio manus regum christianorum Domino concedente; et peto a Deo, ut det victoriam exercitibus regum christianitatis, et triumphet eos[s] de adversariis suis contempnentibus crucem. Ex parte autem regis sublimis, sublimet eum Deus, videlicet de presenti Cham, augeat Deus magnificentiam suam, venimus cum potestate et mandato, ut omnes christiani sint liberi a servitute et tributo et angaria et pedagiis et consimilibus[t], et sint in honore et reverentia, et nullus tangat possessiones[u] eorum, et ecclesie Dei destructe reedificentur, et pulsentur tabule, et non audeat aliquis prohibere, ut orent[v] corde quieto et libenti pro regno nostro. Ista autem hora ad hoc venimus pro utilitate christianorum et custodia, dante Deo excelso. Misimus autem hec per nuntium fidelem nostrum virum venerabilem Salbotum Monfat[w], David, et per Marthynum[x], ut annuntient istos bonos rumores, et que[y] sunt circa nos, dicent ore ad os. Filius autem regis[z] recipiat verba eorum, et credat eis, et in[*] litteris suis rex terre, augeatur in magnificentia sua, ita precipit quod in lege Dei non sit differentia inter Latinum, Grecum et Armenum, Nestorium et Iacobinum, et omnes qui adorant crucem, omnes etiam[a] sint unum ad pugnas. Et sic petimus, ut rex magnificus non dividat inter ipsos christianos, duret autem pietas et clementia. Datum in fine Mecharon, et erit bonum[b] concedente Deo excelso.

Predicti etiam nuntii dixerunt regi, quod Riothan[c] rex, qui nunc agit in sceptris, matrem habuit christianam, filiam regis, qui vocatur Prister[d] Iohannes, et ad exhortationem matris et cuiusdam sanctissimi episcopi, qui Malachias[e] vocatur, baptismi susceperit[f] sacramentum in die epyphaniarum, cum 18 filiis regum, et plures alii, et maxime capitanei. Octavo Kal. Februarii dicti nuntii a rege Frantie licentiam acceperunt, et cum eis fratres

a) *deest* B. b) *deest* A. t. cum t. e. ibi morarentur, nec dominum F. v. C. c) uolentes B. d) Leut. de Plaigen B. e) Heimburch A 3. Heuneb. B. Hoûnb. C. f) Gorze B. g) *manus mutatur* B. h) herede. Hoc anno Cham imperator Tartarorum una cum soldano domino apostolico dirigunt sua scripta A. *Quas epistolas* C *hic integras inserit.* i) Bonon. A. C. k) Goeritie C. l) p. e. *deest* B. m) T. cum litteris ipsius recepit. Licenciatis autem nunciis misit rex cum eis fratres A. n) propugnatori B. o) regi B. p) *deest* B. q) d. suum B. r) condictricis B. s) triumphum eis C. t) simil. C. u) possessionem C. v) ore B. w) Salbotam monfath C. x) Martinum C. y) qui C. z) *deest* B. *) *deest* C. a) enim B. b) *deest* B. c) Ryotham C. d) presbiter C. e) Malachyas C. f) susceperat C.

Predicatores, quos[a] rex misit ad regem Tartarorum cum xeniis[b], videlicet quadam cruce de ligno vivifice crucis, cum tentorio de scarleto et quibusdam aliis spectantibus ad divinum cultum. Rex vero Frantie vela sua dirigens versus[c] Damiatam, ut obsideret eam; ubi[d] tantum timorem per divinum auxilium[e] incussit Sarracenis, ut civitatem incendio traderent et aufugerent; et sic Deus dedit Damiatam[f] christianis[g].

1250. Rex Francie egressus a Damiata cum infinita multitudine nobilium et ignobilium[h] ad campos, volens congredi cum soldano Babilonie et suis auxiliariis, occulta Dei permissione est devictus et captivatus, occisa[i] fere tota multitudine et fratre suo carnale dicto Rudberto, et pene tota milicia fratrum Templi, Hospitalis et domus Teutonicorum, contra quorum consilium fuit dimicatum. Rex vero per redditionem Damiate et aliarum munitionum quas ceperat, nec non per maximam summam pecunie, a captivitate se absolvit. Rex Ungarie confinia Austrie auxilio Comanorum usque ad medium terre intrans, plurimam multitudinem Australium in ultionem vastationis terre sue interemit, destructis aliquibus munitionibus. Marchyo de Padem[k], qui duxerat ducissam iuniorem Austrie, obiit. Dominus electus Salzburgensis Marchyam manu intrans hostili, possessiones quorundam Styrensium rapinis et incendiis devastavit. Iunior dux Bawarie circa Anesum[l] et Linzam quedam castra obsidens, claustra ibidem iacentia[m] plurimum dampnificavit. Dominus Ruodigerus Pataviensis episcopus a domino papa deponitur[n]; et Pertholdus frater episcopi Ratisponensis sibi substituitur. Ratisponensis episcopus insultum faciens in cives Ratisponenses, qui de civitate versus castrum Stauf[o] manu armata exierant, plures ex eis captivavit, quibusdam in congressu occisis. Filia ducis Saxonum Lanshute[p] duci Bawarie assignatur, domino F. quondam[q] imperatori pro uxore assignanda. Episcopi circa Renum cum Chunrado rege treugas per tempus inierunt. Unde rex accepta opportunitate Ratisponam divertens, adversarios suos volens ibidem[r] cocrcere, dum[s] natalem Domini in civitate celebrasset, in claustro sancti Emmerammi quiete in silentio noctis recubans, per Ch. ministerialem de Hohenvels[t], qui clam civitatem et claustrum cum armatis ad interficiendum regem ingressus fuerat, pene[u] ad ultimum statum est deductus; quibusdam ministerialibus suis in camera secum dormientibus occisis, aliis vero captivatis, ipse miraculose evasit. Imperator[v] in Apulia positus[w] obiit[*].

1251. Papa intellecta morte imperatoris, convocatis quibusdam archiepiscopis et episcopis Alamannie et novo rege, pascha Domini cum ipsis Lugduni[x] celebravit; ubi ipsum regem episcopis recommendans, a Lugduno[y] recessit, versus Perusium dirigens iter suum. Capitulum Salzburgense super mutuo contracto per custodem ipsius[z] in curia Romana super litteras et sigillum ipsius capituli pro negociis domini Philippi electi eorum, cuius nuncius idem custos[a] fuerat, et in curia Romana per quinquennium detentus, ad solvendum idem debitum a domino papa scitatur. Unde dominus O. prepositus capituli in se recipiens periculum, Lugduni se pape obtulit, secum abinde in Marsiliam, et a Marsilia in Genuam procedens, multis laboribus et expensis. Ubi dominus papa cognoscens de causa, et intelligens

[*] *Subiungimus quae in Chronico Matseensi sub his annis leguntur:* 1249 circa festum b. Martini episcopus Pertholdus Pataviensis assumpto fratre suo comite de Peytegew et aliis nobilibus sue ecclesie circumquaque intrat per violentiam in Wilhardum, spolians 1500 pecora in contemptum H. ducis Bawarie, quem dominus nobilis Alramus Vrey de Utendorf et Ortolfus de Walt, H. de Ror et alii terre nobiles et quam plures vexillo ecclesie in Newnchirchen sequentes ad ecclesiam sancti Udalrici ultra flumen Marichluppe sine pugna contemptibiliter fugaverunt, multis equis sublatis, de suis etiam plurimos captivantes, inter quos erat comes et duo de Morspach et ceteri quorum nomina sunt ignota.

1250. Eodem anno sub Perchtoldo episcopo Pataviensi Obernpergenses cum viris 80 in nocte beati Urbani que tunc fuit in sabbato, ecclesiam Ranshofensem cum suis edificiis et ornatibus pulcherrimis, tepeciis, vitris, tabulatis pictis in monasterio sive choro, et quibusdam libris missalibus et scolasticis miserabiliter ac irreparabiliter exusserunt. Et hii omnes interierunt postea mala morte. Cellaria in cymiterio circa muros habere[a] et inde in medio ac per medium edificata parrochiam sancti Mychahelis et sollempnis domus ducis que inter monasterium et parrochiam erat sita, in qua curienses malivoli habitabant, ac amene tylie in curia ipso incendio perierunt.

a) q. r. m. ad r. T. *desunt* A. b) exeniis C. c) contra A. d) *deest* A. e) Dei gratiam A. f) eam A. g) *manus mutatur* B. h) et i. *desunt* A. i) *deest* B. C. k) Paden C. l) Anesum C. m) circumiac. C. n) depositus est C. o) Stauffe C. p) Lantshût A. C. q) *deest* B. r) ib. etiam voluit c. C. s) autem *add.* C. t) Hohevels B. u) usque *add.* C. v) Fridericus *add.* C. w) *deest* A. x) Lugduno B. y) capituli *add.* C. z) idem fuerat in A. a) et abinde in Ianuam A. a) hre *codex; fort.* que ... habuere: *Sed totus locus corruptus est.*

evidenter pecuniam mutuatam non in usum capituli, sed electi esse conversam, sententiavit de redditibus episcopatus esse solvendam; assignando ipsi preposito quosdam redditus episcopatus, per quos eadem pecunia cum omni integritate, dampno et interesse absolveretur. Hec ita[a] posteris nostris[b] prescribimus ut sibi in consimilibus sciant inposterum precavere. Chunradus rex heres Eriderici, occupatis et distractis per infeodationem sive per[c] obligationem possessionibus suis, missis pro eo nunciis sollempnibus, in Lombardiam se transtulit; inde iter in Apuliam et regnum patris sui ac hereditatem per maritima statim arripiendo. Rex Wilhelmus quasdam munitiones circa Renum auxilio episcoporum sue subiecit potestati. Filius regis Boemie Austriam consilio et auxilio quorundam ministerialium ibidem occupavit, receptus a plerisque civitatibus in dominum et defensorem. Patriarca[d] Aquilegensis obiit; pro quo dominus Gregorius[e] tunc in Italia legatus a papa substituitur.

1252. Filius regis Boemie duxit relictam quondam Heinrici regis Swevie, filiam ducis Austrie Liupoldi, in uxorem. Rex Ungarie Austriam et Stiriam sibi volens vendicare, cum maximo exercitu Ungarorum et Gumanorum[f] Austriam intravit; multas ibi cedes hominum exercens, predas maximas hominum et peccorum abegit. Gumani Moraviam intrantes, incendiis et rapinis eam plurimum vastaverunt, occidendo et captivando populum innumerabilem. Comites Tyrolensis et Goricie[g] manu potenti[h] Greifenberch[i] castrum obsederunt. Quibus occurrit dominus electus Salzburgensis manu valida; inito cum eis campestri certamine ipsos devicit, captivando Tyrolensem et de Escenloh[k] comites cum pluribus ministerialibus et auxiliariis eorum, qui postea magnis conditionibus et pecunia se absolverunt. Multi Deutunici[l], qui cum Chunrado rege Swevie Apuliam intraverant, obierunt. Dominus Philippus electus Salzburgensis Chimensem episcopatum contulit fratri Heinrico de ordine Predicatorum. Quidam, dictus frater Petrus de ordine Predicatorum, inpugnans heresim apud Mediolanum, ipsis hereticis procurantibus occiditur cum alio fratre. Qui subsequenter incepit miraculis coruscare; unde dominus papa, ad cuius mandatum contra heresim predicaverat, ipsum statim canonizavit.

1253. Rex Ungarie cum maximo exercitu tam Ungarorum quam Chumanorum, Moraviam intravit, ipsam exceptis munitionibus penitus destruendo, et populum infinitum abducendo. Dux Bawarie[m] filios suos apud Otingam[n] gladiis accinxit. Papa Urbem intravit. Ezilinus de Tervisio in Italia tyrannisat iam per annos 17 innumerabilem populum occidendo. Rex Boemie, dux Bawarie, comes Tyrolensis, episcopus Gurzensis obierunt. Quidam rusticus missus a nuncio[o] omnipotentis Dei, ut ipse cum sacramento asseruit[p], apud Wolfstain duci Bawarie[q], nisi mores suos in melius breviter commutaret et a tyrannide ecclesiarum cessaret, mortem suam decem diebus ante predixerat. Rex Chuonradus Neapolim, que se post obitum patris ei opposuerat, expugnavit. Dominus Philippus electus Salzburgensis quendam ex confratribus Gurzensis ecclesie episcopatui Gurzensi[r] prefecit. Rex Wilhalmus comitissam Flandrie, que cum magna expeditione terram suam intraverat, volens eam vastare, devicit, occidendo et captivando nobiles et ignobiles supra modum. Hiems asperrima fuit, ita ut multi homines et iumenta frigore interirent.

Codex Sancti Petri.

stare, devicit, occidendo et captivando nobiles et ignobiles supra modum.

1254. Pertoldus Pataviensis episcopus obiit, pro quo dominus Otto eiusdem ecclesie canonicus eligitur. Ungarie[s] et Boemie reges in concordiam redierunt, ea condicione quod
Dec. 5. ducatus Austrie cederet regi Boemie et[t] du-
Dec. 21. catus Styrie regi Ungarie. Rex Francie revertitur a partibus transmarinis, Terra sancta dimissa in magno discrimine. Ch. rex, filius F. quondam imperatoris, in[u] Apulia obiit. Papa versus regnum idem statim cum magna mili-

1254. Perhtoldus Pataviensis episcopus obiit, cui Otto eiusdem ecclesie succedit; qui a domino Philippo Salzburgense electo confirmatus, aput Muldorf ipso presente a Chunrado Frisingense episcopo consecratur . . . . . [v] Innocentius papa IV obiit; Alexander IV sedit. Qui sententiam de omnibus kathedralibus electis, qui tunc plures erant, ut infra annum munus consecrationis reciperent dedit, unde graves discordie in ecclesiis orte sunt.

a) itaque C. b) *deest* B. C. c) *deest* B. d) Perchtoldus p. Aquil. C. e) de Monte longo *addit* C. f) Gomanorum, *infra* Gumanorum A. Cumanorum C. g) Gorizie A 1. Goric B. Gôrceñ C. h) ca. Gr. manu valida A. i) in m. p. Griffenberch obs. C. k) *ita* A. Eschelch B. et Eschellohâ C. l) Teutonici A. C. m) Otto *addit* C. n) Oeting A. o) m. amicus o. Dei sicut C. p) asserebat A. q) Ottoni *addit* C. r) ibidem A. s) Rex U. et rex Boh. in C. t) Boh. ducatus vero S. cederet r. C. u) positus in C. v) *hic versus unus erasus est.*

cia procedens, easdem sibi terras nemine resistente vendicavit. Comitissa Flandrie iam sepius licet incassum cum Wilhelmo comite Hollandie dimicavit. Papa in civitate Neapoli constitutus, exercitu suo, quem in Apuliam miserat, per principem qui regnum tuebatur devicto, obiit.

1255. Dominus Rinaldus[a] cardinalis natus de Anagnia in papam eligitur. Qui constitutionem dedit, ut omnes electi kathedralium ecclesiarum infra sex menses munus consecrationis reciperent aut ab amministratione spiritualium et temporalium essent suspensi, et si contra hoc mandatum amministrarent, nec intra alios sex menses eidem constitutioni obedirent, ecclesias ipsorum vacare pronunciavit; dans electoribus extunc potestatem liberam eligendi. Cuius constitutionis occasione cum dominus Philippus electus Salzburgensis a capitulo suo et ministerialibus super eodem mandato ammoneretur et requireretur, nimium ira motus civitatem clam egressus, obligatis pluribus possessionibus ecclesie et distractis, aliquot armatos collegit, et hostiliter in civitatem regressus, tam in ipsa quam in tota dyocesi per distractiones dominicalium et rapinas inaudita plurima perpetravit. Dominus papa exercitu magno congregato, cui quendam cardinalem Octavianum prefecit, intravit Apuliam ad vendicandum sibi regnum; cui iterum princeps occurrit et in civitate Fogia obsedit, tam cardinalem quam exercitum ad deditionem coegit.

1255. Wilhelmus rex volens servituti sue Frisones manu valida subiugare, ab ipsis occiditur[84]. Meinhardus comes Goricie filiis suis pro Alberto quondam comite Tyrolense in captivitate constitutis obiit.

1256. Hereditas inter filios Ottonis ducis Bawarie dividitur; Hainricus Bawariam accepit, Ludwicus senior fit comes palatinus Reni; qui eodem anno ob incusationem stupri uxorem suam interfecit.

Rex[b] Wilhelmus a Frisonibus occiditur. Dux Karinthie Bernhardus obiit. Dominus Phylippus non obediens constitutioni papali, per homines nefarios castra et civitates munivit, multa mala per incendia et rapinas in dyocesi[c] exercens. Capitulum Salzburgense nichilominus vocatis eis qui debebant, volebant et poterant ad electionem commode vocari, apud Haellinum in presentia quorundam ministerialium, de consilio tamen omnium, dominum Ulricum Sekowensem episcopum sibi in archiepiscopum postulaverunt; super eadem postulatione admittenda et confirmanda dominum Ottonem prepositum eiusdem ecclesie ad Romanam curiam transmittentes. Duo[d] canonici Salzburgenses, scilicet Ulricus filius comitis Hermanni de Ortenburch, et quidam dictus Gregorius[e] sacerdos, non adtendentes quod binarius infamis est numerus, quia primus[f] recedit ab unitate, ab unitate capituli recedentes domino Phylippo adheserunt, pro negocio suo ante confirmacionem domini Ulrici iter ad curiam Romanam arripientes. In quo itinere Gregorius miserabiliter obiit; alter ad curiam veniens, auditus a papa satis despective ab eo dimissus, domum confusus[g] revertitur. Dominus Phylippus intelligens[h] electionem celebratam, ascitis sibi auxiliariis a Boemia et Austria, armata manu terminos episcopatus invasit, incendiis et rapinis tam intra montes quam extra montana[i] omnia devastando; cui etiam ministeriales, obliti fidei et promissi quod in electione fecerant, quidam ob timorem, quidam ob promissionem rerum et feodorum sibi adherere ceperunt; res capituli ad mandatum suum mobiles et immobiles sibi vendicantes, prepositum etiam cum canonicis qui secum ad curiam in negotio ierant[k], in periculo relinquentes. Papa dilationem faciens in negotio[l] postulati, prefatum Phylippum ad curiam per fratrem Hainricum Chymensem episcopum citari fecit; precipiens ei similiter, ut castra et municiones ecclesie ipsi Chymensi medio tempore conservanda assignaret, addens talem penam si non obediret, ut eum et fautores suos atque consiliarios cum auxiliariis et detentores municionum ecclesiastico mucrone percelleret, clericos ab obedientia, ministeriales et vasallos a fidelitate absolveret. Que omnia cum dictus[m] Phylippus parere mandatis nollet papalibus, dominus Chymensis est executus, ecclesiam et civitatem Salzburgensem et totum districtum,

a) Reinaldus A 2. 3. *In* C. *loco huius anni capitulum Martini Poloni, sed interpolatum, scriptum est.* b) *haec etiam* B. *habet, etsi thorten regis iam a.* 1255 *retulit. Sed alia manus abhinc pergit usque ad a.* 1268. *Numerus vero anni omissus est.* c) in d. *decani* A. d) Duo — revertitur *in* C. *sub a.* 1257 *referuntur.* e) Greg. d. s. A. f) *deest* B. C. g) *deest* C. h) hoc int. accitis C. i) *deest* A. C. k) capituli *addit* C. l) confirmatione C. m) dominus A.

84) a. 1256. Ian. 28.

pro eo quod ipsi domino Phylippo adhuc adhesit, tam ex ista parte montium quam ex altera parte[a] subponens ecclesiastico interdicto, id etiam fieri precipiens ex mandato sibi iniuncto in omnibus ecclesiis suffraganeorum.

1257.[b] Civitas Salzburgensis hoc toto anno caruit divinis, nisi quod parrochiales ecclesie per quosdam nefarios clericos ad mandatum domini Phylippi fuerunt inofficiate. Similiter[c] monachi et moniales in[d] monte per tempus ad suam malam suggestionem et ob timorem sui divina resumpserunt. Dominus papa postulationem[e] capituli de domino Ulrico admisit, ipsum confirmando. Quod intelligens dominus Phylippus magis in capitulum cepit tyrannizare, canonicos et domesticos pene omnes a civitate eiciendo, redditus et possessiones eorum funditus evertendo et distrahendo. Intrans etiam montana, omnia predia ecclesiarum et ministerialium iam vice altera devastavit incendio. Dominus Ulricus archiepiscopus et dominus Otto prepositus unâ cum fratre H. episcopo Chymensi, cuius episcopatus a domino Phylippo totaliter est distractus, per annum et dimidium in curia Romana moram traxerunt; unde propter tam diuturnam absentiam eorum tanta mala ecclesie increverunt. Ludwicus comes palatinus Reni et Hainricus dux Bawarie, frater eius, cum episcopis Mogunt ino et Coloniensi fratrem regis Anglie in regem Romanorum, accepta ab eo magna quantitate pecunie, elegerunt. Marchio Brandenburgensis cum ceteris electoribus imperii et principibus ac nobilibus tocius Swevie, de consilio domini pape ac aliorum principum Romano imperio subiectorum[f], regem Castellie de Hyspania in regem Romanorum elegerunt. Dux Austrie collecta multa militia terrarum suarum, Bohemie, Moravie et Austrie, terram ducis Bawarie versus Landshuot intravit. Cui occurrens dux Bawarie cum fratre suo manu valida ipsum fugavit, ita quod per civitates Muldorf et Loufen eum fugere coegit cum paucis; occisis, submersis et igne periclitatis de exercitu suo pene[g] tribus milibus nobilium et ignobilium apud Muldorf, et obsessis melioribus terrarum Bohemie, Moravie et Austrie. Qui tamen sub quadam forma compositionis permissi sunt redire in terram suam, quam formam compositionis dux Austrie acceptavit, et sic postea in concordiam redierunt[h]. Hainricus Babenbergensis episcopus obiit. Multe cedes hominum ubique[i] locorum contingunt. Tempestate maris surgente, plurime naves cum hominibus sunt submerse. Puer prope Rastat in montanis nascitur cum duobus cornibus, cuius vox ploratus 14 diebus antequam de ventre matris exiret audita est. Abbas[k] Sancti Petri cum conventu suo et monialium in monte divina que ad mandatum domini Phylippi malo usi consilio in scandalum ecclesie et detrimentum plurimorum clericorum eos subsequentium perperam[l] celebraverant, ad mandatum domini Ulrici archiepiscopi dimiserunt.

1258. Dominus Phylippus intellecta sua depositione, furiali modo[m] contra canonicos et ministeriales ingrassatur; persecutionem eis intolerabilem inferendo, terras eorum et redditus rapinis et incendiis devastavit. In tantum enim dominicalia capituli distraxit, quod quattuor canonicis qui solummodo in ecclesia remanserant, omnibus aliis de loco proturbatis et eiectis, non poterant necessaria ministrari. Dominus Ulricus archiepiscopus unâ cum preposito et episcopo Chymensi a curia reversus, regem Ungarie, qui cum maximo exercitu Marchiam intraverat, et Petoviensem civitatem obsederat[n] propter quosdam ministeriales sibi rebelles, qui prius insultum in suos fecerant, sub quadam forma compositionis ab obsidione amovit, eandem civitatem sibi pro quadam summa pecunie sub magnis cautionibus et fideiussionibus[o] obligando. Postmodum assumptis pluribus armatis versus civitatem Salzburch iter arripuit, et dum Rastat venisset, dux Ulricus Karinthie eum clam a tergo cum milicia insequitur, volens ipsi nocere; ubi in crepusculo fuit a[p] partibus utriusque graviter dimicatum, aliquantis ex utraque parte vulneratis et occisis. Frisingensis episcopus Chunradus obiit; cui comes, dictus Agrestis, nepos ducis[q] Bawarie, in electione succedit. Episcopus Ratisponensis a canonicis suis in curia super multa infamia accusatur, unde dominus papa motus, et tota curia inquisitorem dedit contra ipsum. Episcopus Brixinensis cum ministerialibus suis gravem[r] habens guerram, eos ubi poterat lesit et vastavit; et ipsi versa vice civitatem Brixinensem igne totaliter cremaverunt. Ezelinus tyrannus vi et subdole civitatem

a) *deest* A. C. b) *numerum demum post* resumpserunt *collocat* C. c) Similiter — monte *in* B. *expuncta sunt.* d) in m. *desunt* C. e) electionem de d. Ul. factam ipsam c. A. p. c. de d. U. factam adm. ipsam c. C. f) *nomini spatium vacuum relictum est* A. B. g) bene A 2. C. h) *hic* C. *inserit quae supra a.* 1256 *omissa sunt.* i) quinque B. k) Abbas — dimiserunt *deleta sunt* B. l) *deest* C. m) furialiter A. n) obsedit B. o) fideiussoribus B. p) ab utrisque partibus A. q) ducum B. r) *deest* A.

Prissanam[a] cepit, plures in ea clericos trucidando; archiepiscopum Ravennatem, qui tunc legatus erat in partibus illis, et contra eum missus cum exercitu fuerat, devicit et captivavit. Abbas[b] Sancti Petri vesano usus consilio una cum monialibus in monte mandatum tam apostolicum quam metropoliticum iam vice altera contempnentes, in scandalum totius cleri et detrimentum clavium ecclesiasticarum divina resumere temeritate propria presumpserunt, choro Salzpurgensi in sua obedientia permanente.

1259. Maxima caristia orta est per omnes terras, quam sequitur maxima pestilentia hominum. Abbas Sancti Petri moritur excommunicatus. Fratres eiusdem ecclesie irregulares et excommunicati eligunt Albertum priorem suum. Dux Austrie iam tercia vice misit armatos domino Phylippo ad destruendam terram citra montes et ultra, ubi plurimi homines perierunt. Episcopus Ratisponensis pro sua iniquitate deponitur; prepositus eiusdem ecclesie eidem succedit. Ezelinus tyrannus occiditur in conflictu; qui iam per annos 24[c] tyrannizaverat, multa milia hominum occidendo. Prepositus Ratisponensis voluntarie cessit[d] electioni, et dominus papa providit ecclesie Ratisponensi per fratrem Albertum ordinis Predicatorum. Ministeriales de Styria a dominio regis Ungarie recedentes, regi Bohemie adheserunt. Exercitus Tartarorum Poloniam vastavit; alter exercitus eorum vastavit Terram sanctam[e] et regna transmarina.

Codex Sancti Petri.

hominum. Abbas Sancti Petri Richkerus moritur tempore scismatis, pro quo a fratribus eiusdem ecclesie Albertus prior eiusdem ecclesie eligitur. Dux Austrie iam tercia vice

1260. Reges Bohemie et Ungarie dissidentes, collecto maximo[f] exercitu alterutrum terras suas vastant; tandem ad campos procedentes, prima vice a comitibus de Plaein et a quibusdam ministerialibus Austrie dimicatum est, qui omnes occisi sunt et captivati ab exercitu Ungarorum. Sed altera vice rex Bohemie producens exercitum suum, gloriose triumphavit, et Ungaros fugavit; tandem in concordiam redierunt reges[g] tali pacto, ut tota terra Styrie et omnes munitiones regi Bohemie redderentur. Quod et factum est. Duces Polonie et fratres domus Teutonicorum cum auxilio aliorum, quorum Deus corda tetigerat, congressi cum Tartaris in Polonia, ipsos vicerunt. Soldanus Babylonie associatis sibi Templariis, Hospitalariis et fratribus Teutonicis ac omni ecclesia transmarina, congressus est cum Tartaris, et Deo dante[h] ipsos vicit. Dominus Ulricus archiepiscopus transitum faciens per vallem Anasi, volens venire[i] in Bawariam, apud Admunt de consciencia monachorum ab hominibus ducis Austrie capitur, et in castro Wolchenstaein aliquamdiu detinetur; tandem ad mandatum ducis relaxatur. In Sicilia quedam civitas Traps nuncupata[k] terre motu funditus corruit. Quedam secta vel religio ignota surrexit in Lombardia, ita quod homines nudi incesserunt in ecclesiis, habentes[l] capita velata lineis caputiis et circa femoralia operti[m] lineis pannis, et semper se flagellis flagellabant, asserentes eam a quodam ceco incluso surrexisse; cui maxima multitudo hominum tam Latinorum quam Teutonicorum adhesit. Dominus Ulricus archiepiscopus manens in Bawaria, licet possessionem episcopatus non valeret adipisci, tamen a nuntio domini pape excommunicatur pro quatuor milibus marcarum argenti, quas pape et curie promiserat, et omnia iura episcopalia ei interdicuntur. Ob quam causam ipse appellavit, et iter ad curiam arripuit. Tartari collecta omni[n] multitudine sua, pene omnibus orientis regnis devictis, Baldach metropolim Sarracenorum cum Damasco atque Halapia aliisque famosis regionibus eorum everterunt, et kaliphum summum eorum principem et preceptorem interemerunt. Regnum etiam Armenye, quod fuit christianorum, cum civitatibus Antiochia et Tripoli suo dominio subiugarunt. Regnum Ierosolimitanum et Terram sanctam etiam invaserunt cum Polonia et Ungaria et tota Europa, ob quam causam papa concilium indixit.

1261. Papa[o] ante terminum indicti concilii obiit; patriarcha Ierosolimitanus, qui curiam Romanam pro consilio et auxilio contra ferocitatem Tartarorum, qui iam Terram sanctam vastabant, adierat[p], in papam eligitur, nomenque Urbanus sortitur. Rex Boemie repudiata uxore quam duxerat, neptim regis Ungarie duxit in uxorem, vocatis multis principibus volens sollempnes nupcias apud Pragam in[q] nativitate Domini celebrare, ibidemque coronari; sed

a) Prisianam B. b) Abbas — permanente *delela sunt* B. c) XIIII. A. XXIII. B. d) cedens A. B. e) *deest* A. B. f) magno A. *deest* C. g) *deest* A. h) donante B. i) vol. intrare Baw. A. k) nuncupatur B. l) tantum *addit* C. m) velati C. n) *deest* B. C. o) C. *locum Martini inserit, omissis* Papa — sortitur. p) aderat B. q) *deest* B. ante natalem C.

infirmitate ut dicitur[a] preventus, festum suum revocatis principibus fuit tunc temporis intermissum. Capitulum Salzburgense iam[b] per sex annos multis tribulationibus et pressuris attritum et quasi destructum, ad exhortationem inclytorum regis Bohemie et ducis Karinthie, cum neminem propter imbecillitatem domini Ulrici archiepiscopi, qui nec se ipsum tueri poterat, haberet assistentem, mediantibus dictis principibus compositionem amititie cum domino Phylippo iniit, salva tamen reverentia et obedientia papali. Albertus episcopus Ratisponensis vadens ad curiam Romanam, ibidem suum episcopatum resignavit; cui succedit magister[c] Leo decanus eiusdem ecclesie, omnium voto electus.

1262. Dominus Ulricus archiepiscopus reversus ab Ytalia, secum duxit quendam episcopum Squillacensis ecclesie, datum sibi a curia pro reformatione ecclesie Salzburgensis sub quibusdam conditionibus, ut in certis terminis solveret promissam pecuniam curie Romane; quod si non faceret, ab ipso episcopo auctoritate apostolica excommunicaretur. Hainricus dux Bawarie, qui[d] per vim, fas et nefas octo munitiones et plurimas possessiones episcopatus et capituli in initio huius dissensionis occupaverat, ascitis et coadunatis quibusdam ministerialibus et militaribus minoribus dictis de Wispah, qui prius adheserant domino Phylippo, et ab eo ditati et exaltati fuerant, de consilio eorum insultum faciens in civitatem Salzburch sitam trans aquam, ipsam totaliter spoliavit, et postea presentibus domino Ulrico archiepiscopo et Squillacensi episcopo cremari iussit. Nec illo contentus, iterum consilio eorundem prevaricatorum cum multitudine armatorum Salinam intrans, munitionem in detrimentum ecclesie super ipsam civitatem erexit. Dominus Ulricus archiepiscopus quia pecuniam non solvit Romane curie, ab episcopo Squillacensi excommunicatur, et per totum archiepiscopatum denunciatur. Celum in diversis[e] hinc inde regionibus ab occidente contra septentrionem rubicundum, et quasi arderet apparuit.

1263. Hainricus dux Bawarie obsedit civitatem Salzburch. Quam cum non posset obtinere, ictu fulminis circa meridiem, et cum maxima serenitas per totum firmamentum appareret, in oppugnatione eiusdem civitatis conterritus retrocessit, treugas cum civibus statuendo. Dominus Phylippus a civitate et aliis munitionibus episcopatus[f] eicitur. Monachi[g] et moniales a divinis[h] abstinuerunt. Dominus papa iam[i] tertio commisit episcopatum Salzburgensem[k] regi Bohemie et episcopo Olomuncensi tuendum et reformandum, qui omnes municiones transmontanas de facili obtinuerunt. Ministeriales ecclesie Salzburgensis quidam adheserunt regi Bohemie, quidam duci Bawarie, heredes eorum ab ecclesia alienantes; qui etiam in istis[l] tribulationibus nunquam capitulo vel ecclesie fidem aliquam servaverunt, immo possessiones episcopatus et capituli sibi adiacentes hiis temporibus omnimodo vendicaverunt. Preterea quidam ex ipsis, Gebhardus de Velwen dictus, obsidem magnum, scilicet comitem Gorizie, qui fidei sue commissus erat a choro et ministerialibus, preter omne consilium et conscientiam[m] eorundem pro 800 marcis argenti relaxavit, quas in usus proprios convertit. Dux Brunwicensis[n] volens vastare marchionem Missinensem, eandem terram intravit; ubi habito conflictu ipse dux cum plurimis nobilibus captus est, pluribus[o] interfectis. Eclipsis solis particularis facta est, eclipsis lune bis. Nonis Decembris audita sunt tonitrua, et coruscationes vise. Soldanus Babylonie obsedit civitatem Accon[p], vastans omnes redditus christianorum et domorum Templi et Hospitalis et fratrum Teutonicorum, pro eo quod intellexerat eos velle ferre auxilium Tartaris contra ipsum.

1264. Dominus Ulricus archiepiscopus vocatus a choro et ministerialibus[q] et civibus, intravit civitatem Salzburch unâ cum duce Bawarie; ubi per quatuor menses demoratus, suam recognoscens insufficientiam propter malitiam plebis proposuit renuntiare oneri et honori. Et egressus a civitate, in Marchia se recepit, ab inde dirigens literas cessionis ad curiam Romanam; sed papa Urbanus iam obierat, unde negocium remansit[r] in suspenso. Monachi[s] Sancti Petri et moniales in monte ad obedientiam et gratiam capituli redierunt, facta aliquanta[t] recompensatione dampnorum, que capitulum ex inobedientia eorum receperat; extumulatis[u] tamen abbate Richkero et Walchuno officiale eorum qui videbantur esse

a) dicebatur C. b) *deest* B. c) dominus Leo venerabilis canonicus e. e. C. d) *deest* A. C. e) in omnibus terrarum rub. q. a. s. C. f) *deest* A. g) M. et m. a d. s. *deleta sunt* B. h) m. abstinent a d. iam tercio. §. D. p. c. r. Bob. et ep. O. episcopatum Salzb. t. C. i) *deest* B. k) *deest* A. l) ipsis A. hiis C. m) sciendam B. n) Dux Saxonie de Prounswik C. o) plurimis B. p) Accaron C. q) et m. *desunt* A. r) mansit B. s) *hic locus in* B. *deletus est; scripta autem ibi erant diversa a reliquis codicibus:* ..... predia nostra in arbitrio ..... po arbitrio extumulari ... *et in fine:* se reclamare non possunt. t) aliqua C. u) extumulatis — inob. eorum *desunt* C.

auctores inobedientie eorum. Otto[a] prepositus obiit; Fridericus de Walhen canonicus eiusdem ecclesie succedit. Rex Francie fretus auxilio fratrum regis Hyspanie, Sybiliam civitatem cum parte terre obtinuit. Cometa visa est per duos menses, quam mortalitas hominum in plerisque locis, maxime in Ungaria, subsecuta est. Principes Anglie unâ cum civitate Lundunensi[b] regem ipsorum, et filium ac fratrem ipsius captivaverunt. Unde rex Francie turbatus, una cum rege Scotorum ac aliis magnatibus Angliam hostiliter intravit, et civitatem Lundunensem[c] obsedit. Rex Boemie vocatis pluribus principibus et nobilibus, in confiniis Austrie et Ungarie festum celebravit; ubi sororiam[d] suam, filiam marchionis de Brandenburch, Bele filio regis Ungarie matrimonialiter copulavit[e].

1265. Urbanus papa obiit; dominus Gwido cardinalis substituitur. Dominus Ulricus archiepiscopus cessit oneri et honori, cessionem suam domino pape litteris transmittens, quam[f] papa et curia acceptavit. Dominus Otto Pataviensis episcopus obiit. Papa sibi reservans provisionem utriusque ecclesie, dominum Wlodezlaum ducem Polonie prefecit ecclesie Salzburgensi; et magistrum Petrum, pedagogum ducis, ecclesie Pataviensi. Rex Anglie et frater suus[g] a captivitate liberantur, crudelem vindictam facientes in captivatores eorum. Grando sevissima lesit Bawariam pluribus[h] vicibus et alias terras, vastans dominicalia ducum, fora et civitates ducum[i]. Rex Bohemie propter dampna Salzburgensi et Pataviensi ecclesiis illata a ducibus Bawarie, grave prelium ducibus ipsis movit.

1266. Episcopus Olmuncensis ex mandato regis Bohemie veniens cum magno exercitu, destruxit civitatem Hallis[k] per incendium. Princeps Apullie, qui iam a tempore mortis regis Chunradi ibidem regnaverat, per dominum Karolum fratrem regis Francie, quem papa ad expugnandum ipsum principem vocaverat, campestri certamine devincitur et occiditur. Dominus noster electus[l] unâ cum episcopo Pataviensi Salzburch veniunt, et gloriose recipiuntur. Rex Bohemie collecto maximo exercitu, nemine sibi resistente, vastavit terram ducum Bawarie ex altera parte Danubii, obtentis et destructis pluribus munitionibus eorundem. Civitas Pataviensis a duce Bawarie H. per iniquam traditionem quorundam de civitate occupatur, et ex magna parte incendio vastatur; sublatis aliquibus rebus etiam de sacrario, et quibusdam civibus interfectis. Occupata[m] itaque civitate usque ad horam terciam, cives in unum convenientes, ducem cum suis violenter eiecerunt. Episcopatus Chymensis per dominum electum fratri Hainrico de ordine Minorum confertur, et confirmatur[n]. Chuono monachus Sancti Petri, quem dominus archiepiscopus Ulricus prefecerat[o] abbacie, ipsam resignavit; et dominus Symon frater eiusdem monasterii pro eo[p] eligitur, et a domino electo confirmatur.

1267. Terre motus accidit circa horam diei terciam, eclypsis vero solis postmodum subsequenter. Ordines clericorum celebrati sunt in choro Salzburgensi a domino Petro[q] Pataviensi episcopo, cooperantibus sibi Frisingensi, Ratisponensi et Chymensi episcopis, in sabbato post festum pentecostes; ubi dominus noster archiepiscopus recepit ordinem sacerdotalem. Die sequenti ab eisdem[r] recepit consecrationem episcopalem[s]; brevi facto intervallo a domino Clemente papa pallio honoratur. Patriarcha Aquilegiensis a domino Al. comite Goritie[t] captivatur; qui postea per dominum archiepiscopum Salzburgensem Wlodeslaum[u] sub quibusdam conditionibus absolvitur. Chunradinus[v] filius Chunradi fretus auxilio avunculi[w] sui ducis Ludwici, unâ cum ipso volentis[x] intrare Apulliam, usque Veronam processit[y]. Hoc intellecto dominus Clemens papa in omnes et singulos cuiuscunque dignitatis vel excellentie, archiepiscopalis vel[z] episcopalis aut alterius, ecclesiastice vel secularis extiterint, cuiuscunque etiam[a] gradus, conditionis vel ordinis fuerint sive sexus, qui per tractatus publicos vel occultos, seu quoscunque alios modos procurabunt dicti Chunradini procurationem in Romanorum regem vel imperatorem, aut huiusmodi tractatibus consenserint, vel hoc procurantibus dederint consilium, auxilium vel favorem, et in omnes qui ad id procurandum vel agendum convenerint, excommunicationis sententiam promulgavit, et anathematis vinculo innodatos, terras eorum ecclesiastico subiecit interdicto. Siqui vero ad ipsius electionem processerint, si principes fuerint, eos et heredes eorum perpetuo omnibus feudis et honoribus, que ab

a) Otto — succedit *post* obtinuit *ponit* B; *sequenti anno ante* Rex Anglie C. b) Lugduo. A. B. Lundon. C. c) *ita* A 1. Lugd. A 2. 3. B. Lodun. C. d) sororem A 2. B. e) *sequentia usque ad a.* 1268 demolitis. *desunt* A 2. 3. f) quas C. g) ac filius *addit* C. h) plurimis B. pl. v. lesit Baw. et precipue vastans C. i) *deest* A. C. k) Hallensem A. l) D. electus Salzburg. A. m) Occupata — eiecerunt *desunt* B. n) *abhinc alia manus pergit* A 1. Chuono — confirmatur *ibi desunt.* o) quondam pref. C. p) pro eo *desunt* C. q) *deest* A. C. r) episcopis *addit* A. C. s) Gorcie A 1. t) Salsb. Wlod. *desunt* A. C. u) Chunradus A. *sed mox* Chunradino. v) volens A. w) processit. Rex Boemie m. e. c. Prutbenos A 1. *reliquis omissis.* x) v. e. *desunt* B. y) *deest* C.

ecclesiis vel ecclesiasticis personis obtinent, et tam eos quam posteritatem eorum usque ad quartam generationem iure eligendi Romanorum regem auctoritate apostolica privavit; et insuper eorundem filios clericos usque ad quartam generationem reddidit prorsus inhabiles ad dignitates vel beneficia ecclesiastica obtinenda. Si vero electores huiusmodi prelati fuerint, ipso facto depositi et nudati remaneant omni dignitate, archiepiscopali, episcopali, et omni ecclesiastico beneficio[a], sine spe restitutionis aut gratie aliquo tempore obtinende. Omnes etiam qui predicto Chunradino astiterint, vel eidem impenderint consilium, auxilium vel favorem contra Karolum verum regem Sicilie a sede apostolica constitutum, in quo novum et nobile opus ecclesie favor divine dextere signis evidentissimis comprobavit, excommunicationis sententia innodavit. In omnes quoque, qui cum eodem Chunradino, vel pro ipso, aut in eius auxilium contra ecclesiam vel prefatum Karolum Sicilie regem, in regnum Sicilie vel quecunque ipsius loca, vel in Italiam seu quascunque Ytalie regiones vel partes accedere aut inibi dictum Chunradinum iuvare presumpserint, excommunicationis sententiam proferens, terras ipsorum ecclesiastico supposuit interdicto, contra eos gravius processurus, prout excessus meruerit[b] eorundem. Rex Bohemie movit expeditionem contra Bruthenos[c].

1268. Dominus Ulricus Seccovensis obiit[d]; magister Wernhardus decanus Pataviensis substituitur. Rex Bohemie infecto negotio a Pruscia[e] revertitur, et[f] quosdam ministeriales[g] Stirienses suspectos habens de proditione captivavit, et[h] tandem sub quibusdam condicionibus dimisit eos, ipsorum municionibus funditus demolitis. Dux Ludwicus relicto avunculo suo Chunradino a Verona revertitur. Chunradinus fretus auxilio senatoris et quorundam civium Romanorum, nec non quarundam civitatum, processit versus Apuliam. Cui occurrit Karolus rex Sicilie, ipsum in die beati Bartholomei campestri certamine devicit, occisis ibidem multis milibus hominum, Chunradino et marchione de Paden, et senatore Romanorum fratre regis Hyspanie captivatis; Chunradino autem et predicto marchione aput Neapolim capite plexis, papa obiit. Soldanus Babilonicus Antiochiam cepit, occisis in ea omnibus ibidem inventis[i]. Dux Karinthie pro multis dampnis, que ecclesie Salzburgensi intulerat, satis fecit ecclesie per civitates, fora et castra Sancti Viti, Chlagenfurte et Sancti Georii, dans proprietatem ecclesie, et recipiens ea in feudo.

1269. Hoc toto anno ecclesia propter dissensionem cardinalium caruit papa. Bela[k] iunior rex Ungarie qui duxerat filiam marchravii de Brandenburch, sororiam regis[l] Bohemie[m], obiit. Dominus Gregorius patriarcha Aquilegiensis obiit, et[n] dominus Philippus, quondam Salzburgensis electus pro eo eligitur. Dux Karinthie Ulricus obiit, cuius ducatum rex Bohemie una cum feudis[o], que ab ecclesia Salzburgensi tenuerat idem dux, sibi rex indebite vendicavit. Dominus[p] Symon abbatiam Sancti Petri resignavit.

1270. Hoc toto anno sicut prioribus duobus Romana ecclesia caruit papa. Dominus Wlodizlaus[q] archiepiscopus obiit, pro quo dominus Fridericus prepositus maioris ecclesie eligitur. Civitas Salzburgensis maxima ex parte incendio periit. Magna caristia annone[r] fuit hoc anno per circumiacentes terras. Bela rex Ungarie obiit. Rex Francie una cum suo filio et sexcentis optimatibus in itinere transmarino in Cartagine obiit. Rex Ungarie Stephanus post[s] factas treugas inter eum et regem Boemie, per propria et aliorum principum privilegia firmatas ad spatium duorum annorum, subito ipsas violans per Cumanos et Ungaros insultum fecit in Austriam, occidendo et captivando christianorum[t] plurima milia utriusque sexus. Dietmarus abbas de Milstat in abbatem Sancti Petri eligitur. Otakkerus rex Bohemie, conditionibus quibusdam mediantibus, feoda principum Austrie, Styrie et Karinthie Frisaci manualiter recepit a domino electo, homagium sibi cum iuramento faciens et ecclesie Salzburgensi.

1271. Rex Bohemie in[u] ultionem iniurie quam rex Ungarie fecerat Austrie et Stirie

a) *deest* B. b) inuenerit C. c) *abhinc alia manus pergit* A 1. *In* B. *sequentia usque ad a.* 1327 *saeculo XV satis male scripta sunt.* d) *in* A 1. *alia manus, ut supra a.* 1243 *in margine scripsit:* Dominus Ul. obiit pontificatus sui anno XXV. e) Prusia A. f) et — revertitur *desunt* C. g) *deest* B. h) et — demolitis *desunt* B. i) Clemens papa obiit *addit* B. Dux — caruit papa *desunt* A. k) Bela — Gregorius *desunt* B. Dom. Greg. *desunt* C. l) incliti regis A 2. 3. Otakeri incl. r. A 1. m) et Ulricus dux Kar. ob. A. n) pro quo d. P. q. e. Saltzpurg. frater predicti ducis Karinthie eligitur. Hoc toto — caruit papa. Dux Kar. A. o) pheodis A 1. p) Dominus — resignavit *desunt* C. q) Udislaus B. r) *deest* B. s) inter B. t) capt. pl. milia hominum. Rex Boh. cond. C. u) B. Ungariam manu v. intrans ad iniuria per angarios illata *(sic)* Austrie et St. sumere voluit ulcionem, manens ibi a q. u. ad p. in exp. obt. B. *Ibidem manu in margine pictum est:* Dietmarus abbas S. Petri sedit.

anno priori, validissima manu intravit Ungariam, manens ibi in expedicione a quadragesima usque ad penthecosten, obtento Bozonio castro et aliis pluribus munitionibus. Tandem mediantibus episcopis Bohemie et Ungarie et utrarumque terrarum baronibus in concordiam redierunt sub quibusdam conditionibus. Dominus Phylippus quondam electus Salzpurgensis totum patrimonium suum regi Bohemie resignavit; inter quam[a] resignationem civitatem Sancti Viti et[b] alias munitiones ac fora, per que dux Karinthie Ulricus ecclesie Salzburgensi pro multis dampnis sibi illatis satisfecerat, sibi vi usurpavit. Hoc etiam anno ecclesia caruit papa propter[c] dissensionem cardinalium. Uxores Heinrici et Ludewici ducum Bawarie obierunt.

1272.[d] Cardinales convenientes in unum, invocata gratia Spiritus sancti, elegerunt dom num Theobaldum natione Placentinum, archydiaconum Leodiensem, in papam, qui tunc[e] morabatur in transmarinis partibus cum rege Anglye. Qui[f] intellecta sua electione statim rediit ad Urbem, et acceptata electione indixit concilium post byennium celebrandum, in quo tractatum habere[g] voluit pro reformatione Terre sancte et qualiter ecclesia[h] Grecorum revocaretur ad obedientiam Romane ecclesie, a qua iam recesserant. Dominus electus Salzburgensis[i] iter arripuit ad Romanam curiam pro sua confirmatione[k]. Rex Ungarie[i] Stephanus obiit, unde magna turbatio facta est in Ungaria.

Rex Anglie et tota transmarina ecclesia treugas inierunt cum soldano Babylonico ad annos 10 menses 10 ebdomadas 10 dies 10. Rex Bohemie propter occisionem consobrini sui, fratris uxoris sue, quem quidam comites interfecerant, proposuit hostiliter intrare Ungariam.

Codex Sancti Petri.

Rex Boemie pro interfectione consobrini sui, fratris uxoris sue, quem quidam comites Ungarie interfecerunt, proposuit hostiliter intrare Ungariam Rex Anglie et tota transmarina ecclesia treugas inierunt cum soldano Babilonico annos 10 menses 10 ebdor adas 10 dies 10. Sed quidam missus ad interficiendum eum, quosdam secum existentes nobiles interfecit et eum metipsum graviter vulneravit; unde treugis violatis ad discordiam redierunt. Item ex inundationibus maximis que fuerunt, multi tam in Austria quam in Babaria dampna plurima receperunt.

1273. Dominus archyepiscopus confirmationem a domino papa recipiens et ex mandato suo consecrationem a cardinalibus, prerogativa pallii ab eo meruit honorari. Et cum

1273. Dominus Fridericus electus Salzburgensis quondam prepositus, a papa Gregorio X confirmatione recepta et consecra tione in curia Romana pallio honoratur. Qui-

a) inter haec c. B. b) cum aliis municionibus ac foris per q. d. Uolr. K. satisf. e. S. de d. m que eidem ecclesie irrogaret, sibi potenciaiiter vendicavit. In hoc e. a. ux. d. Babarie f.. et H. o. Universalis et. eccl. c. p. p. d. que inter cardinales fuerat tunc exorta B. *qui deinde a.* 1271 *continuat usque ad verba* Rex Anglie. c) p. d. c. *desunt* A. d) *alia manus pergit* A 1. *In* C. *insertum est capitulum Martini Poloni de Gregorio X. Deinde pergit:* Littere Grecorum misse d. pape G. X in concilio Lugdunensi presidenti. „Sanctissimo .... Mychahel .... Quoniam missi sunt — fecimus appendi." Hec superscriptio de manu imperatoris fuit de rubeo in littera greca . bullata aurea bulla . serico appensa. „Mychahel in Christo fidelis rex et imperator Romeorum . Ducas Angelus . Kommnus . Paleologus." Subscripserunt etiam de nigro litteris latinis frater Iohannes de Bonestro de Constantinopoli . frater Ieronimus de Estulo . frater Bonagratia de S. Iohanne in Persiceto. Item littere imperatoris Grecorum. „Desiderium quidem erat — inponere proesperum . Mense May ind. II." Hec superscriptio precedens erat de rubeo manu imperatoris . in littera greca . bullata bulla aurea . serico appensa . Littere filii imperatoris Grecorum . „Sanctissimo .... Andronicus .... Quoniam complacuit Deo — auctore roborationem . Andronicus in Christo fidelis rex et imperator. Ducas Angelus Kominus Paleologus." Hec superscriptio de rubeo erat ut in precedenti . littera greca filii imperatoris . bullata aurea bulla . serico appensa. Alia episto imperatoris Grecorum. „Sanctissimo .... Mychahel .... Ex aliis quidem non — negotia mundana. Mense Marcii ind. II." Hec etiam littera de rubeo scripta fuit . bulla aurea circumligata serico non appensa. Epistola metropolitanorum Grecie domino pape destinata. „Sanctissimo .... nos qui ecclesiasticam complemus ordinationem nove Rome ... Ephesinus *et longa seriem series.* Non solum nunc — sancta Dei euangelia". Littera quam papa misit imperatori Grecorum. „Gregorius .... Mychaheli .... Exultat mater ecclesia — indubiam adhibere. Datum Lugduni V. Kal. Aug. a. D. 1274. Pontificatus nostri anno tertio." Littere quam misit rex Tartarorum ad concilium Lugdunense. „Notum sit sanctissimo — patentibus continetur." Brevis recapitulatio de vacatione imperii. Romanum — defunctus . *ex Martino.* Eodem tempore filius regis Anglie Rycherdi . comitis Cornubie . quondam electi in regem Romanorum per principes in Viterbi in quadam ecclesia ante altare est peremptus a comite Guidone de Monte forti . cardinalibus existentibus in palatio ad eligendum papam . scilicet Gregorium X. Cuius occisi corpus fuit ductum in Angliam . per Odeardum regem Anglie . 1272e Dominus electus Salzburgensis *etc.* e) prius B. f) Sed audita el. sua r. ad U. et accepta el. sua ind. B. g) tractare vol. de r. B. h) q. Greci ad Romanam sedem, a qua per inobedientiam recesserant revocarentur B. i) *deest* B. k) eleccione B.

Codex Sancti Petri.

in curia existeret, magna sibi questio et gravis per creditores et campsores Romanos fuit suscitata pro magna summa pecunie, quam tam archyepiscopus Ulricus predecessor suus quamque prepositus Otto super membranas capituli contraxerant[a] ante 18 annos, capitulo penitus[b] nesciente, sed per surreptionem membranarum sigilli capituli sic eandem pecuniam mutuarant. Unde ad instantiam solutionis quam dominus archyepiscopus fieri instanter a capitulo postulabat, ecclesia nostra grave incurrit dispendium et iacturam, quia licet pro negociis episcopatus pecunia contracta fuerit et pro nulla utilitate capituli, tamen capitulum oportuit solvere ducentas marcas puri argenti. Hec prescripsimus posteris nostris, ut decetero sciant sigillo suo cavere. Rex Bohemie intravit in Ungariam, et ibi obtentis quibusdam munitionibus et quibusdam destructis, ad propria est reversus. Comani et Ungari post reditum regis Moraviam, Austriam et Marchiam crudeliter vastaverunt, ab eisdem terris maximum populum christianum abducentes, igne et gladio crudeliter devastantes. Electores imperii ad indictum et mandatum domini pape apud Franchenfurte[c] super electione convenientes, comitem Rudolfum de Hauspurch[d] in regem Romanum elegerunt[e], ipsum et uxorem suam apud Aquisgrani[f] incontinenti coronaverunt.

bus obtentis, dominus papa ex plenitudine potestatis sue ad petitionem et instantiam domini archiepiscopi et episcopi Chyemensis prelaturam Salzburgensem eiusdem ecclesie canonico Chunrado contulit. Eodem etiam tempore capitulum Salzburgense a quibusdam creditoribus in curia Romana super quibusdam debitis que dominus Ulricus archiepiscopus et dominus Otto prepositus contraxerant convenitur, de quo contractu infra 15 annos nullam habuimus notitiam. Hec omnia propterea scripta relinquimus, ut posteri intelligant et recogitent et sibi caveant, ne decetero alicui homiñum dent nudam membranam et ne aliquem prepositum eligant in archiepiscopum, ne utramque dignitatem contra voluntatem capituli teneat, et ne institutio prelature nostre ad dominum papam devolvatur, et ne decetero aliquem in canonicum accipiant defectum natalium patientem. — Principes Alamannie quorum interest elegerunt comitem Ruodolfum de Hauspach in regem Romanorum. Rex Boemie pro interfectione fratris uxoris sue expeditionem in Ungariam movit.

1274. Rex Ruodolfus ad electionem electorum imperii sibi viriliter assumens imperium, ad exhortationem domini pape et principum preter effusionem sanguinis optimam ordinavit pacem per omnes terras[g]. Concilium domini pape indictum celebratur Lugduni, venientibus illuc Kalendis Maii omnibus principibus spiritalibus, quibus erat indictum, et secularibus, aut nuntiis eorum, atque Grecis, quorum numerus inveniri non poterat pre multitudine; inter quos occubuerunt in eodem concilio existentes[h] kardinales, archiepiscopi et episcopi atque abbates mitrati 166. Statuta sunt hec in eodem concilio, precipue ut ecclesia Romana a morte pape post dies decem non deberet vacare ulterius, nisi post decem dies, et ubicunque essent cardinales, deberent artari ad hoc ut eligerent, ne diutius vacaret sedes Romana, sicut hactenus sepius factum erat. Insuper statutum erat ibi, ut omnes decime clericorum et ecclesiarum solverentur 6 annis ad subventionem Terre sancte ad mandatum domini pape. Nuntii etiam Tartarorum erant ibi, subdentes se baptismati et religioni christiane; quos dominus papa iussit baptizari, remittens cum eis Predicatores, qui eos ad fidem christianam converterent. Dominus Ruodolfus rex Romanorum indixit principibus, se curiam apud Nurenberch in festo beati Martini celebraturum, mandans omnibus principibus ut illuc venirent et se maiestati imperatorie presentarent. Ubi cum convenisset[i] magna multitudo principum et aliorum, rex Bohemie et H. dux Bawarie se presentare non curaverunt. Quare per sententiam principum indicta fuit alia[k] apud Erbipolim celebranda. Dominus Fridericus Salzburgensis archiepiscopus provinciale indixit concilium, ubi convenerunt Frisingensis[l], Pataviensis, Ratisponensis, Brixinensis, Chyemensis, Seccowensis episcopi, et prelati provincie; ubi diversa et salubria statuta promulgavit, concilioque ipso per Dei gratiam[m] laudabiliter terminato, ecclesiam Salzburgensem in die omnium sanctorum, cooperantibus sibi

a) contioxerant. A 1. contexerant A 2. b) *deest* A. c) *ita* C. Franchenvûrt A 1. d) Haspurch A 1. e) eligunt C. f) Aquasgrani A. g) *numerum anni* 1274 *hic ponit* C. h) existente A. i) venisset A. k) curia *addit* C. l) *deest* A. m) misericordiam A.

episcopis prenotatis, honorifice consecravit, celebritatem ipsam reddens insignem largitione 1274.
indulgentie domini Alexandri pape, patriarche Gradensis, et archiepiscoporum episcoporumque plurium, sicut curiosus indagator in matricula super hoc scripta[a] colligit evidenter[b].

1275. Rege Ruodolfo cum pluribus principibus, comitibus et magnatibus Erbipolim veniente, rex Bohemie et dux Heinricus Bawarie comparere non curaverunt. Sententialiter igitur a principibus curia indicitur Auguste celebranda circa solstitium, ubi convenerunt magni viri, sed de electoribus non nisi dux Ludwicus. Ibi missi sunt pro parte regis Bohemie venerabilis vir dominus Wernhardus Seccowensis episcopus, ex parte Heinrici illustris ducis Bawarie H. prepositus Ottingensis cum honesto comitatu. Et propositis questionibus de iure electionis imperii, nuntii principum predictorum si non discordes, tamen non pariter curiam exierunt, positis prius sufficienter[c] allegationibus super iuribus imperii quo ad electionem ex utraque parte. Et quia iam dudum nobiles viri Ludwicus et Heinricus duces Bawarie hereditate paterna secreta[d] ad invicem de tytulis, videlicet comecie palatii Rheni et ducatus Bawarie, contendebant, gravis inter eos oritur discordia, que pluribus principibus et nobilibus laborantibus ad concordiam non poterat revocari. Dominus papa Gregorius venit Losannam, ubi occurrit sibi rex Ruodolfus, coronandus, sicut decretum fuerat inter eos in Basilea; sed papa diversis negotiis ecclesie generalis, et ipse rex negotiis[e] civitatum Ytalie prepediti, ipsam consecrationem sive coronationem[f] usque ad festum purificationis distulerunt. Rex Bohemie Salzburgensem ecclesiam hostiliter invadit, ad estimationem publicam ad quadraginta milia marcarum eandem[g] dampnificando, et maxime in distractione et exustione prediorum. Herbordus episcopus[h] Laventinus moritur; cui Gerhardus[i] abbas Sancti Pauli substituitur. Pax inter Ungaros et Bohemos pro tempore reformatur. Castrum[k] Chalhaim a venerabili Friderico archiepiscopo Salzburgensi propter enormitates innumeras ibi[l] commissas funditus destruitur[l*]. Rex Ruodolfus cum uxore sua et multis principibus et nobilibus cruce signatur.

1276. Gregorius[m] papa 6. Idus Ianuarii migravit ad Dominum, qui etiam eodem anno signis claruit et virtute. Post quem die tertia Petrus Hostiensis cardinalis[n] de ordine Predicatorum in papam eligitur, vocatus[o] Innocentius V. Qui[p] 6. Kal. Martii Rome in summa ecclesia divinum officium celebravit, quod a tempore Innocentii IV pape hucusque non est factum, videlicet per annos 30. Item 9. Kal. Febr. infra completorium et vesperas sol multum rubicundus metsecundus et certe mettercius aliquibus hominibus apparuit, dum vergit ad occasum. Item rex Marrocensis aliquas partes Hyspanie hostiliter occupavit. Item domini Ludwicus et Heinricus comites palacie Rheni et duces Bawarie, fratres carnales, ob occasiones varias inimici erant ad invicem annis duobus et mensibus sex, terras suas mutuo preda et incendiis dissipantes; tandem ad concordiam redierunt. Item[q] Innocentius papa V 6. Kal.[r] Iunii moritur; pro quo eligitur papa Adrianus V. Rex Ruodolfus expeditionem movit versus Austriam cum exercitu non tantum numeroso quantum valido, habens naves castellatas, quibus meatus Danubii obstructos[s] obtinere[t] conatur. Sed mediante magnorum virorum consilio sine omni strepitu belli ipsi meatus in Straubinge[u] et Patavie patefiunt, et sic ipse rex cooperantibus dominis Ludwico[v] et Heinrico ducibus Bawarie, Austriam occupavit; destructaque multa parte terre circa Anasum[w], fame ibidem multi[x] perierunt. Et cum rex Ruodolfus in obsidionem Wienne se reciperet, civibus rebellantibus multa eorum pomeria sunt succisa. Rex Bohemie nulli se audens committere, a rege Romanorum Ruodolfo in deditionem accipitur, atque ab ipso Ruodolfo iuribus sibi competentibus gloriose investitur, homagium sibi faciens. Promisit etiam prestito iuramento[y] relaxare statim post suum reditum ad propria obsides et captivos; sed veniens Pragam, nichil de[z] hiis que promiserat[*], pretentis variis occasionibus effectui mancipavit. Item[a*] Adrianus papa 5. Kal. Nov. obiit; cui succedit Iohannes XXI, qui ante dicebatur Petrus Hostiensis[85], natione Hyspanus.

a) conscripta B. b) *deest* B. c) sufficientibus C. d) ab invicem secreta A. e) *deest* A. C. f) s. c. *desunt* B. ordinationem A. g) e. d. *desunt* B. h) Ep. Eberhardus B. i) Eberhardus B. k) Castrum — destruitur *desunt* B. l) i. c. *desunt* A. l*) *alia manus pergit* A 1. Rex — signatur *desunt* A. m) Gregorius — XXX *desunt* C. *ubi caput de Innoc. V ex Martino inseritur.* n) *deest* A. o) vocatur A. p) Qui — XXX *desunt* A. q) C. *rursus verba Martini inserit.* r) VII. Kal. B. *Sed* 10. *Kal. Iulii obiit.* s) obstructos — sine *desunt* A. t) itinere C. infringere *Mart. Poloni Cont. Aldersp.* u) Strawbing A 1. v) Ludwico duci Bawarie et aliis Austr. A. c. sibi dominis et L. duce Baw. C. w) Anasym A 1. x) homines *addit* C. y) sacramento B. z) de hiis *desunt* A. *) pr. de suis petentis v. A. varias pretendens occasiones C. a*) Item — Hyspanus *desunt* C. *In* B. *inepte supra inter* quantum valido *et* habens naves *collocantur.*

85) Tusculanus. Adrianus obiit Aug. 18.

1277. 1277. Rex Ruodolfus Wienne dominatur, cui rebellantibus pluribus nobilibus Bohemis rex Bohemie[a] reconciliatur, domino Brunone Olmuncensi episcopo mediante, redditis obsidibus et captivis[b]. Iohannes papa pridie Ydus Maii corruente palatio papali Viterbii oppressus interiit. Ubi quidam frater minor in stratu suo quiescens, subito miserabiliter exclamavit; fratribus accurrentibus, et occasionem clamoris exquirentibus, respondit: *Niger vir quidam[c] grandi malleo palatium pape percutit; orate ne concutiatur[d].* Iterum clamavit: *En secundo percutit, orate ne corruat.* Tertio videns plagam. quam niger vir intulit, exclamavit: *Palatium corruit, videndum est quomodo pape successerit.* Eadem hora considerato eventu rei, constitit palatium corruisse, papamque oppressum. Hic Iohannes constitutionem domini Gregorii X de electione pape factam in concilio generali revocavit. Reges Romanorum et Ungarie ad concordiam redierunt. Nycolaus[e] papa sedit, qui ante dominus Iohannes Kagetanus[f] dicebatur, nacione Romanus[g].

1278. *Bellum regis Romanorum et regis Bohemie hic oritur*[h].

Rex Otacharus Bohemie gravi corde sufferens, se terras Austrie et[i] Styrie, Karinthie, Carniole et Marchie sine opere bellico resignasse, principes et alios subiectos Romani imperii in diversis mundi partibus ad conspirationem sollicitat, et pecunia mediante plurimi corrumpuntur. Quorum alii se regi Romanorum manifeste obiciunt, alii occultis insidiis fidem frangunt. In Austria Hainricus de Chuonringen marschalchus Austrie, et Paltrammus civis Wiennensis a Romani regis devotione recedunt, multosque nituntur corrumpere. Hos Romanorum rex de lese maiestatis crimine condempnavit. Rex Boemie partem Austrie trans Danubium vastat incendiis et rapinis; et procurante Paltrámmo, induxit Ybanum comitem Ungarie ad aliam partem Austrie et Stirie devastandam[k]. Romanus rex cum uxore[l] et liberis Wienne manens, auxilium principum invocat; quorum aliqui expresse negant auxilium, aliqui venturos sese dixerunt, sed male decipiunt suspensum pro adventu ipsorum animum expectantis. O quanti principes et nobiles[m] imperii corrupti et abhominabiles facti sunt in studiis suis; et si liceret verum dicere expressis nominibus, Iude filii proclamarentur, quorum nequitiam celum et celorum Dominus revelabunt. Sed quoniam multi vocati sunt in imperio principes, ex quibus in hoc puncto paucissimi sunt electi, expedit magis exprimere fidelium commendabilem paucitatem, quam membranas perfundere infidelibus infinitis. Romanorum rex ut vidit suorum voluntariam tarditatem, vidit etiam regem Bohemie, quem non latuit quod fiebat, in rebus bellicis pertinacem, auxilium regis Ungarie invocat, et obtinet invocatum. Verum de partibus Reni et Franconie[n] veniunt Basiliensis episcopus, et Fridericus burgravius de Nuornberch cum militibus centum vel[o] parum pluribus. Basiliensis episcopus transit[p] Salzburch invito domino H. duce Bawarie, qui partem regis Bohemie adiuvabat; purgravius terram peragrat comitis Tyrolensis. Rex Ungarie venit cum exercitu, et in Posonio transit[q] Danubium, ac in vigilia assumptionis beate Marie semper virginis rex Romanorum descendit Danubium in Haimburch, et ibi transiens in Marchekke colligit[r] exercitum Australium et Styriensium, non quidem omnium quia multi ex ipsis in lacum perfidie ceciderunt. Ungari ad investigandum militie potentatum in exercitum regis Bohemie miserunt ex Ungaris circa duo milia in armis levibus; quorum insultibus rex Bohemie provocatus, ab oppido Lâ[s], quod obsederat[t], castra movit, ad Romanum exercitum faciem dirigendo. Reges Romanorum et Ungarie 11. Kalendas Septembris exercitus suos componunt in acies, et tractant[u] de prelio committendo. Die sequenti Maram fluvium transeunt, et abinde compositis aciebus et signis extentis ad locum ubi se locaverat rex Bohemie, letanter accedunt; sicque[v] 8. Kal. Septembris ad locum ubi poterant tentoria Bohemorum[w] plane perspici, pervenerunt. Mane[x] sequenti, lucescentibus solis radiis, signa milicie radiantia producuntur. Ibi terribiles castrorum acies ordinate[y] fulserunt; ibi milites persuasibilibus blandimentis Romani principis animantur ad bellum: qui strennuitatem, quam verbo docuit, opere contrectavit. O utinam datum esset principibus Romani imperii, ut saltem hoc necessitatis tempore aliqui, si non regi[z] met,

a) sibi *addit* A. b) C. *pergit:* De Iohanne XXI. — sepultus est *ex Martino.* Quidam frater minor ibidem in *etc.* c) *deest* A. d) corruat C. e) 1278. Nycolaus B. f) Rogetanus A. g) *hic desinit* A. h) *hanc inscriptionem mimio pictam solus* C. *praebet.* i) et St. *desunt* C. k) devastandas B. l) regine B. m) et n. *desunt* C. n) Francorum C. o) et C. p) *deest* B. q) exercitu in P. transiens Danubium. At C. r) collegit C. s) Zoe B. t) possederat C. u) et t. *desunt* C. v) sic quod C. w) regis Bohemie C. x) M. vero s. C. y) *deest* C. z) *tia* B. C.

regni tamen[a] rem publicam et proprie fidei debitum defendissent! Et proch pudor! tam 1278.
principes quam consanguinei et affines regis, exceptis paucis, sua et regni pericula inprovide[b] contempserunt aut inprovide detrectaverunt. Iudicari etiam difficulter potest, utrum nostra clara Germania triumphum tam nobilem et insignem in proximo recitandum sibi ad gloriam vel magis ad ignominiam debeat computare. Nam dum pauci commendantur strennui milites, multitudo reprehenditur perfidorum. Generaliter enim natio non peccavit, sed principes nationis, quibus illa famosa victoria perpetue labem infamie derelinquet[c], ad laudem bonorum, vindictam vero malefactorum.

Verum exercitus regis Romanorum tribus distinguitur aciebus et signis[d] totidem. Nobiles Austrie dividebantur in duas turmas[e]; una portavit vexillum Romane aquile, sub vexillo Austrie altera militavit; alia turma[f] victoriosissime sancte crucis insignia iuxta morem imperii sequebatur. Sub hoc signo salvifico rex Romanorum militat, nec tristi facie, nec fracto animo pro salvanda re publica, sed[g] lete se proicit in agonem. Rex etiam Ungarie suum exercitum tribus divisit aciebus. Cumani[h] vero sine ordine cursitabant, et aliis procedentibus ad castra hostium ordine bellicoso, isti per latera utriusque exercitus vagabantur. Hac parte taliter ordinata, rex Bohemie copiosum exercitum, quem habebat collectum tam a Bohemis et Polonis, quam Australibus qui suum propositum promovebant, in totidem turmas dividit; animositate et leta[i] facie in falera militari et bellicoso apparatu adventum militum imperii ante tentoria sua strictis ensibus et extentis signis bellicis expectabat. Milites suos quos sepe turbaverat motivis eloquiis, quibus ultra consuetudinem aliorum principum quotiens voluit habundavit[k], promittendo eis belli victoriam et gloriam triumphalem multaque stipendia meritorum. Ast Romanorum regis impatiens dilationis[l] animus ulterius deliberandi consilium non concedit; iam enim acies cominus signa sua bellica mutuo[m] conspicantur. Nec mora, quasi ictu fulminis iactarentur, se appetunt, et involvuntur[n] invicem impetu furioso. Ipse vero rex Bohemie in ultima sua acie, que maiorem rei bellice fortitudinem formidabilem continebat, insignis emicuit, se ipsum et aciem illam conservans pro Romani regis cuneo conterendo. Sic fit, quod primis hinc inde pugnantibus[o] aciebus, ambo reges lentis progressibus se adventant, et tamen rex Bohemie amplius alio festinavit ad pugnam. Cum enim videret primam nostre partis aciem a suorum facie improbe declinantem, de victoria adeo confidebat, ut velocem suorum militum impetum morosum crederet, et festinos[p] nimium, se iudice desides recenseret; credidit enim se totam Romani regis militiam excussisse. Cumque vicinius accessisset, hoc quod speravit, non accidit, et quod credidit, non invenit. Tunc enim primo[o] per medium pulveris in turbine revoluti vidit vexillum aspectu terribile, in quo adventum Romani principis investigat. Quo viso non parvo stupore concutitur; et tamen vir plenus audacia festinos suos milites hortatur amplius festinare, petens ex animo, ut in bello Romanus rex vincendus[q], capiendus aut si fieri posset occidendus, suis manibus servaretur. Nec minus Romanus princeps corde flammeo adversus regem Bohemie exardescit, ipsum pre aliis appetens[r], ipsumque inter alios investigans. O miserabilis appetitus inter principes christianos[s], inter dominum et vasallum! O crudelitas inaudita! hic primum in tanti strepitus vehementia regum in aciebus longe distantibus[t] animis[u] coniunguntur, ut hii, qui eminus rei exitum expectabant, arbitrarentur se vocem magni tonitrui audivisse. Hic planum fuit discernere probum ab improbo, et strennuum a vecorde. Hic plures qui causam discordie nutriebant, et ante bellum de prelio committendo altius[v] acclamabant, se tristius et timidius aliis habuerunt. Hic experimento discitur, quod raptores et pacis publice turbatores, qui in pauperes seviunt et adversus ecclesias debachantur, tempore quo oportet et expedit pro salute publica militare[w], modici sunt momenti. Nec obmittendum, quod tam Teutunici, quam Ungarici et Comani posuerunt in superiori veste signum sancte crucis, ut per hoc ab hostibus distarent, et se mutuo adiuvarent. Pauci etiam ex parte regis Romanorum fuerunt, qui cruce signati non fuerint[x] ad succurrendum Terre sancte, si eos Dei Filius crucifixus ab instanti periculo liberaret. Sic itaque cruce signati sub vexillo sancte crucis eiusque signaculo omnes singulariter insigniti, die sancte crucis honori specialiter deputato, hoc est feria sexta,

a) regnum remp. B. b) aut *i.* tractaverunt aut *i.* contempserunt. Iud. B. c) derelinquit C. d) insignis C. e) turbas B. f) turba B. g) publ. se lete p. C. h) Gumani B. *const.* i) *deest* B. k) *verbum deesse apparet.* l) in dilatione C. m) *deest* C. n) inuoluunt C. o) *deest* C. p) festinus B. *et* C. *ubi in festinos mutatum est.* q) v. aut cap. si B. r) appetit B. s) et *addit* C. t) eorum *addit* B. u) animi C. v) *deest* C. w) militari m. s. et moderati C. x) fuerunt C.

1278. hora quasi sexta, in qua redemptor noster Iesus Christus pro salute nostra mortem subiit temporalem, ut nos redimeret ab eterna, ad bella prosiliunt, mortibus se exponunt, hostium cuneis commiscentur, nec[a] cogitant quibus studiis a mortis periculo se abscondant, sed potius quo ingenio conterant occurrentes; quibus etiam fuit in eodem proposito par voluntas. In tantum enim rex Bohemie presumebat de victoria, quod machinas fortes et maximas secum duxit, quibus regem Romanorum belli pericula fugientem et ad civitatem vel castrum aliquod divertentem extraheret expugnatum. Hic de belli victoria victrices aquile disputant cum leone. Hic milites bellicosi resonantibus gladiis celos pulsant clangoribus, et ubi enses et mallei, conti et bipennes cristatis galeis inferuntur, ignis ad instar fulminis resultabat; sicque sanguine gladii rubricantur, et humana viscera studio inhumano solotenus effunduntur. Hic Martis gloria mortis periculo comparatur, et a multis, dum[b] mundi gloria queritur[c], letalis exitus invenitur.

Interea Romanorum rex regem Bohemie investigat, quem facile fuit perquirere, quia se querenti et ipse perquirens ultroneum offerebat. Ac miles quidam previus regis Bohemie Romani regis dextrarium[d] trans[f]ixit gladio; qui statim corruit[e] obruens ascensorem, et[f] tam gravi pondere substratum detinens, ut iacenti mortem equus moriens minaretur. Interim rex Bohemie sub leonis signo militans, eiusque audaciam fulmineis ictibus representans, contendit non minus de victoria consequenda, quam de vita salvanda. Tandem quidam nobilis comes Perchtoldus videns regem Romanum cadavere mortui dextrarii obvolutum, ad terram prosiliens erexit Romanum principem semivivum. Qui respirans modicum, ascendit alium dextrarium, et dum resumpta galea prompto quidem animo, sed corpore fatigato iterum se vibraret in hostes: ecce[g] militia regis Bohemie imparem se perpendens et viribus inequalem, dum multos ex suis prostratos cerneret et vexilla Bohemica conculcata, ad fuge presidium[h] adeo certatim et inordinabiliter se convertunt[i], quod in aqua Mara, quam transire oportuit, fugientes plures se per impetum submerserunt, quam in bello corruerint vulnerati. Adhuc fortissimus rex Bohemie cum modica comitiva[k] resistit victorie, et cum pro parte sua salvanda militari gladio allegaret, preeligens[l] cum occisis gladio mortuus inveniri, quam in turba discedere profugorum, modici estimans vitam sine victoria retinere; tandem[m] post longas luctas et vulnera luctuosa dextrarius regis Bohemie lassus factus, et lectum se solo ponderis[n] fixu fecit. Tunc quidam ex Australibus regem Bohemie suimet non bene[o] compotem circumdantes, capiti suo galeam multorum ictuum tunsionibus malleatam evellunt; et dum rogaret se capi, captus et[p] quasi decem et septem[q] vulneratus vulneribus ad terram prosternitur, sicque in manibus hostium exalavit. O quam modica reverentia, ymmo quasi gravis iniuria regi mortuo irrogatur! Armis enim exuitur, sed et indecenter[r] omnibus vestibus corpus mortuum spoliatur, ut nec verende parti corporis femoralia remanerent. Ad hoc dirum[s] spectaculum victores leti confluunt, illudunt mortuo, insultant illi in faciem, quem paulo ante longe a se positum trepidi formidabant. Demum[t] in currum ponitur, Wiennam ducitur, ibique suscipitur aliter, quam prius susceptus fuerit[u], et quam nunc promiserit sibi ipsi dum de victoria confidebat. Quem dum quidam episcopus cerneret, et stuperet extinctum, hos versus composuit:

Quam brevis et tristis instet[v] mortalibus istis
Regnandi finis, nos docet iste cinis.

Pars regis Romani subintrat tentoria Bohemorum[w], et insequitur fugientes; in hoc tamen Ungari et Cumani plus quam Teutonici se exercent; isti quidem prelia sustinebant, illi[x] vero spolia ponderabant. Cumque nox proxima[y] sequens victorie advenisset[z], circa noctis medium dum milites fessi tute[*] quiescerent, vigiles proclamabant se audire et videre multitudinem armatorum; sicque totus exercitus rearmatur. Sed qui visi fuerant et auditi, ab exercitu a latere diverterunt. Mane quidam dixerunt, spirituales fuisse nequitias, vexantes corpora mortuorum. Postea tamen insonuit, quod Comani fuerint; contra quos orta fuit[a] suspicio satis notabilis, quod in exercitum Romanum irruisse, et regem ac milites occidisse volebant, si non eis dormientibus super eos Rex glorie vigilasset. Post tres dies Ungari et Comani a Ro-

a) non B. b) de C. c) qua C. d) equum C. e) corruens obruit B. f) uel B. g) quod *addit* B. h) refugium B. i) contulerunt C. k) modico comitatu restitit C. l) magis *addit* C. m) tunc B. n) *ita* C. et lentus se solis ponderi B. o) *deest* C. p) *deest* B. q) octo C. r) indifferenter C. s) igitur C. t) Deinde C. u) fuerat C. v) instat C. w) Bohemie C. x) i. v. s. p. *desunt* B. y) *deest* C. z) et *addit* C. *) tuti C. a) fuerit B.

mano exercitu separantur; rex vero Romanorum castra movit versus Moraviam, quam in deditionem accepit quasi totam. Regina Bohemie legatos suos mittit ad Romanorum regem, offerens se ipsam et pueros suos gratie regie maiestatis; at Otto marchio Brandenburgensis [a] hoc ipsum finaliter impedivit. Demum post multos tractatus, quia severitas hyemis non sustinuit, ut Romani regis exercitus opus bellicum in campestribus exerceret, inter regem et marchionem compositio celebratur; marchio filium et filiam quondam regis Bohemie sub tutela sua retinet, et constituitur administrator regni Bohemie; Moravia vero remanet [b] sub regis potestate. Frater quoque marchionis filiam regis Romanorum duxit in uxorem; filia etiam [c] Romanorum regis filio regis Bohemie desponsatur, matrimonium inter ipsos eatenus contrahitur, quatenus minor etas sustinuit in utroque. 1278.

Dominus Hainricus dux Bawarie per filium suum, generum regis Romanorum, laborat ad regis gratiam, quam tandem consequitur per resignationem terre inter Danubium et Anasum posite, quam ab ipso rege Romanorum receperat tytulo ypothece propter hoc specialiter, ut Romanum imperium contra regem Bohemie adiuvaret. Sed [d] dominus Fridericus archiepiscopus Salzburgensis in hac concussione Romani imperii sic se habuit fide et animo inconcusso, ut dum de fidelibus agitur, eius digne signanda mentio [e] habeatur. Ipse enim et dominus Petrus Pataviensis episcopus recta devotione perspicui, et velut lampades inter alios principes imperii coruscantes, licet multo ingenio temptarentur ab hostibus rei publice, qui eorum fidem horrendo studio quasi lenones ad lupanar perfidie procabantur, velut due [f] columpne [g] immobiles perstiterunt, eligentes potius rerum et corporum sustinere iacturam, quam Romanum imperium desolatum solum relinquere [h], et prophanis hostibus prostituere fidem suam, qua in conversatione hominum nichil utilius invenitur. Quamvis autem in acie triumphante non fuerint, fuerunt [i] tamen triumphantium et triumphi non ultimi sed quasi precipui promotores. Dominus Nycolaus papa dominum Philippum Firmanum [k] episcopum mittit ad partes Ungarie, ut per eius sollertiam terra illa, que fedis ritibus Comanorum puritatem fidei christiane fedavit, novo verbi dominici semine fecundaretur. Legatus quidem quantum in se esse potuit, ministerio suo prudenter invigilat; sed populus ille Ungaricus, qui iam didicit et consuevit sentinis et sentibus gentilium consentire, legato non adeo contradicit aperte, quantum [l] ipsum subdole circumducit. Regina Bohemie circa festum pasce corpus mariti sui mortui repetit, et obtinet repetitum; ducitur usque Znoymam, ibique relinquitur, oriturque [m] inter Boemos de vita regis sui communis dissensio. Et licet a multis milibus hominum mortuus visus fuerit, et [n] diebus pluribus attrectatus, adhuc tamen Bohemi non minus de reditu suo referunt quam Brittones [o] faciant de Arturo; sicque fit illud miserabile, quod regis corpori denegatur communis humanitas sepulture, et defuncti anime nichil horum impendatur, per que fidelibus mortuis per suffragia matris ecclesie misericorditer subvenitur. Principes et tyranni intelligant huius mundi [p] qui terrenum inhabitant fundamentum, quis exitus, que vindicta, denique que memoria sit malorum; et in isto [p] prospiciant exemplari, quod figura mundi huius subito preterit, et preteriens obruit et subvertit quod stabile videbatur. Sciant quoque verum esse [q] verbum propheticum: *Sicut deficit fumus, deficiunt* [r], *et sicut fluit cera a facie ignis, sic pereunt peccatores*, ut perditionem [s] istam non solum ad corpus mortuum, sed etiam ad animam tribulatam et ad deletam memoriam referamus. Ps. 67, 3

1279. Regina relicta regis quondam Bohemie una cum melioribus terre rebellat Ottoni marchioni Brandenburgensi [t], qui procurationem sive administrationem susceperat a rege Romanorum. Terre motus in Romaniola plures urbes subruit. Dietricus Gurcensis [u] episcopus obiit; cui succedit dominus Iohannes Chyemensis episcopus; et [v] eidem substituitur dominus Chuonradus de Hintperch canonicus Pataviensis. Romanorum rex etiam hoc toto anno Wienne moratur. In Bawaria ventus fuit adeo validus, quod multa edificia subruit; pre frequenti etiam terre motu homines in campis per Romaniolam, relictis domibus, noctibus accubabant, plurime etiam arbores pre ventorum impetu sunt evulse. Dominus Philippus Firmanus episcopus adhuc in Ungaria existens circa regem nichil proficit; ymo ipse rex ad Comanos se transferens, dimissa uxore sua filia Karuli regis, avam suam reginam Comano-

a) Pranburg. B. b) manet sub r. Romanorum p. C. c) *deest* C. d) Sed et d. C. e) memoria C. f) *deest* C. g) columbe B. h) derel. C. i) *deest* C. k) Firmatum B. C. l) ep. sed subd. C. m) Oritur C. n) *deest* C. o) pritones B. p) et in ipso persp. hoc exemplar C. q) v. illud propb. C. r) et def. et fluit B. deficiant C. *et mox* per. pec. a fa. dei. s) perditio ista — referatur C. t) Branburg. B. u) Chure. B. v) *deest* C.

1279. rum duxit uxorem. Ad complacendum etiam regi electus Strigoniensis una cum maiore[a] preposito eiusdem ecclesie se transferunt ad Comanos; et subito cum prepositus in stratu suo quiesceret, venit quidam, et transfodit eum[b] gladio ad precordia, et ipso mortuo vindex huius evanuit. Electus vero acri morbo correptus confessores advocat, et recognito errore suo[c] iniungit familie et amicis, ut cadaver ipsius ad legati presentiam deferant, non prohibituri, siquid de ipso idem legatus decreverit faciendum. Allato itaque cadavere, et ad hostium legati posito, cum pro sepultura intercederetur, dixit[d] legatus, non oportere eum sepeliri, qui vivus se absciderat ab ecclesie unione; tandem admisit, ut infectus in fide sepeliretur in cimiterio leprosorum. Quo admisso sonus magnus per totam civitatem in qualibet contracta vocaliter intonuit[e], ut omnis volens largam indulgentiam[f] a legato consequi, super sepelien- 10
dum lapidem[g] iaceret. Quod et factum est. Nam omnis populus concurrens tantam congeriem lapidum super cadaver mortui[g] iecit, ita quod eius magnitudo excederet domus maxime quantitatem. Obruto itaque cadavere amici electi legato imponunt, quod eius[h] exhortatione factum huiusmodi sit commissum; qui, licet difficulter, tandem se constantissime excusavit[i]. Archiepiscopi[k] Moguntinensis, Treverensis, Coloniensis, Maidburgensis se uniunt[l], et inva- 15
sores suos plures comites Suevie bellando evincunt[m].

1280. Nycolaus papa in octava assumptionis subito moriens, est toxico ut dicitur interemptus. Magna inundatio facta est in Bawaria et in montanis, ita ut plures agros et domos eversas obrueret, et domos plurimas asportaret. Rex Tartarorum ex inductu uxoris et filie baptizatur, miraculo tamen satis raro efficiente. Generavit enim filium qui ex una 20
parte totus pilosus, ex altera levis[o] fuit. Erat autem regina filia presbiteri Iohannis de India. Idem etiam rex pugnavit cum Sarracenis, et eis devictis interfecit 55 milia, soldano fugato, qui graviter vulneratus fugit in Damascum, ibique decimo die mortuus est. Reges Hyspanie et Frantie discordant, nec ad legationem domini Nycolai pape poterant ad concordiam revocari. Rex itaque Hyspanie vocatis in suum auxilium paganis cum rege Castelle 25
congreditur[p], occisaque sunt in ipso conflictu Sarracenorum 45 milia, et christianorum circiter 23 milia. Invalescente autem potentia Sarracenorum, reges predicti ad concordiam redeunt, paganorum violentiam repellere cupientes. Post diutinam rebellationem marchionis de Brandenburch rex Rudolfus Bohemiam cum exercitu valido ingreditur, et marchione imponente[q] ad occurrendum, mediantibus domino Ludwico duce Bawarie aliisque no- 30
bilibus, tam rex quam marchio pluribus conditionibus interpositis, ad concordiam redierunt. Karolus rex Sycilie missis sollempnibus nuntiis, filiam regis Romani domini R. petivit suo filio[86] desponsari; optentoque[r] suo voto per venerabiles viros dominos Phylippum Tripol. et Iohannem Gurcensem episcopos eadem puella ad apostolicum transmittitur, filio regis Karoli copulanda. Rex Ungarie dominum Phylippum Firmensem episcopum, apostolice sedis 35
legatum, captivans sub periculo corporis Comanis tradidit; ipse vero episcopus murum se pro domo Domini opponens, interritus iniunctum sibi ministerium est in captivitate fideliter executus. Videntes autem nobiliores comites Ungarie inordinatum processum regis, maluerunt regem tenere captivum[s] quam dispendium fidei sue pati, et hoc salubri proposito ipsum regem vinculis manciparunt. 40

1281. Rex Ungarie a suis detentoribus relaxatus, mox ut libertate plena potitus[t] est, coniunctus quibusdam Tartaris, habituque eorum assumpto, abiit recepturus tres filias principis Tartarorum, et habiturus[u] pro coniugibus eas si vellet; si[v] non, unam sibi copularet, alias duas traderet nuptui melioribus terre sue. Civis quidam Wirdunensis Christum abnegans dyabolo fecit homagium, receptis ab eo tribus nummis quos in mercatu exponens fuit 45
adeo locupletatus, quod possessiones eius excesserunt redditus 16 milium marcarum argenti. Quo sedente cum amicis suis et convivante, venerunt duo iuvenes equites, palefridum absolutum secum ducentes et civem supradictum ab amicis licenciatum secum assumpserunt; qui subito non comparuit. Filius vero eius iunior, quem tenere dilexerat, seniorem fratrem invitat ad querendum patrem. Alloquentes autem quandam feminam super huiusmodi negotio, 50
ipsa femina effecit terram aperiri, egressique sunt iuvenes qui civem abduxerant. Que[w] con-

a) *deest* B. b) tr. ipsum et i. m. C. c) *deest* B. d) dixit — sepeliretur *desunt* C. e) insonuit C. f) i. habere et a C. g) *deest* C. h) q. ad eius exhortationem hoc f. s. c. C. i) expurgavit C. k) scilicet *addit* C. l) M. convenerunt et C. m) *in cod.* C. *sequitur:* Statutum de electione pape, in concilio Lugdunensi promulgatum. Ubi maius — vel facultas. *In* B. *sequitur continuatio quam infra dabimus.* o) *ita* 4. *i. e. cod. Vindob. Theol.* 646. lenis *reil.* p) progreditur 4. q) impotente 1. 2. r) optento itaque s. 1. s) captiuatum 1. t) positus 4. u) habiturum 2. 3. 4. v) si non un. *desunt* 1. w) *deest* 1.

86) imo nepoti, Karolo Martello.

testans eos in nomine sancte Trinitatis ut iuvenes qui ad se venerant sine periculo facerent 1281.
videre patrem suum. Remanente autem seniore, iunior ivit ad videndum patrem; quem invenit in sollempni edificio sedentem, per omnia in hunc modum sicut fuerat sublatus. Mirante autem filio quod non esset salutatus[a] a patre qui salvus omnimodis apparebat, dixit pater: *Tange digiti tui extremitate me, et senties qualiter habeam.* Quod iuvenis incautus faciens, cubitotenus est adustus; recepto consilio a patre ut possessiones dimitteret, si que fuerant per tam iniquum commercium conparate. Dominus Rycherdellus potestas, et dominus Vicecomes capitaneus Viterbiensis, cum multis nobilibus convenientes in ecclesia sancti Laurentii Viterbii, statuerunt ut cardinales Ursini tamdiu sub custodia tenerentur, donec castra et obsides que tenet dominus Ursus, communi Viterbii redderentur. Cumque in hoc concordassent, ascenderunt palatium, cardinalibusque in una conclavi receptis omnes licenciaverunt, preter Matheum Rubeum, fratrem Latinum et Iordanum. Tandem relaxatis duobus, Matheus Rubeus turpiter detinetur; ob quod fratres minores propter metum quasi omnes exiverunt Viterbium, unâ cum episcopo Viterbiensi; qui exiens terram ipsam supposuit ecclesiastico interdicto. Hyemps memorabilis et insolita in nativitate seviens et nivium densitate fuit. Domina Anna Romanorum regina obiit Wienne, et cum multa sollempnitate exequiis ibidem celebratis, ad terram nativitatis sue sepelienda transducitur. Nix[b] competens a Frisinga usque in Longou[c] in die beati Alexii cecidit, ita quod omnes indigene[d] mirarentur. Estas penê tota pluviis inundat, ita quod ex intemperie aeris etiam senes quod[e] antea tale non viderint sint mirati. Rex Romanus a Wienna rediens, Sueviam revertitur. Dominus Fridericus concilium provinciale Salzpurge celebrat, cui interfuerunt Frisingensis, Ratisponensis, Pataviensis, Brixinensis, Chyemensis, Seccoviensis, Laventine ecclesiarum episcopi; et quia prelati quarundam[f] dyocesium et precipue Pataviensis quocumque modo se absentaverunt, dominus archiepiscopus contumaces reputans, eos suspendit ab officio; tandem ad instantiam honestorum virorum suffraganeorum de consilio capituli eidem sententie supersedit. Generalis sterilitas terre facta est, adeo quod[g] eius similem in terris pluribus paucissimi recordentur[h]. Plurimi etiam fame moriuntur; panis etiam de avena coctus sollempnibus viris carus habetur[i]. Novum genus vexationis oritur. Nam quidam Paltrammus civis Wiennensis aliquando, nunc tyro quo ad exercitium militare, provectus vero in annis, ob iniurias quas domino archiepiscopo et ecclesie Salzpurgensi intulit, suspensus a divinis, clericum quendam sacerdotem ministrum capituli captivavit; quem fame affectum coegit prophanare divina, et est celebris opinio quod id non presumpsisset nisi confisus de subsidio domini Heinrici ducis Bawarie. In cena Domini interea dum sermo fieret ad populum, puella nata de Celle, habens annos circiter 20, a nativitate muta, Salzpurge per Dei gratiam et merita ac intercessiones patronorum nostrorum Rudberti et Virgilii usum loquendi recepit.

1282. Karulus Ierusalem et Sycilie rex recepit se in curia[k] domini pape per duos menses et amplius, cum 1500 equitaturis, et petivit cum multa[l] instantia canonizationem domini Ludwici quondam regis Frantie, carnalis germani sui, cui etiam dominus papa cum pluribus cardinalibus sanctitatis et miraculorum testimonium perhibebant. Multi prelati, archiepiscopi, episcopi, super eodem negotio fuerant ad curiam destinati; sed dominus papa proposita illa peticione in publico consistorio, coram omni clero et populo sic respondit: *Licet nos in officio cardinalatus constituti miracula predicti sancti, videlicet domini Ludwici quondam regis Frantie, viderimus oculis et tractaverimus manibus nostris: tamen quia Romana ecclesia pedes habet graves et plumbeos, non celeres seu pennatos, non festinatione precederi, sed cum deliberatione salubris consilii, est in tam sollempni negotio procedendum. Unde nos habito consilio cum fratribus nostris super isto negotio volumus alio tempore respondere.* Dominus papa excommunicavit Paleologum Mychahelem, sed[m] etiam imperatorem Grecorum, pro eo quia est contrarius fidei christiane, sicut papa probavit coram omni clero et populo pluribus argumentis, inter que hec duo validissima reputantur: videlicet quod infra multos annos nullus Grecorum accessit ad Romanam ecclesiam pro aliqua causa, gratia consilii sive litis, et sic per consequens papam Romanum superiorem in spiritalibus non cognoscunt; item quod idem imperator[n] cuidam cardinali ad se misso respondit, quod plus eligeret membratim dilacerari penitus, quam permittere[o] *Credo in unum Deum* in suis ecclesiis decantari. Item

a) saluatus 3. 4. b) Nix — mirarentur *in margine suppleta sunt.* 1. c) Lungow 1. d) *deest* 2. 3. e) qui 1. f) quor. 2. 3. g) que 2. h) recordarentur 4. i) habebatur 4. k) curiam 3. l) magna 2. 3. m) et 3. n) tempore 1. o) *deest* 3.

1282. dictus Karolus reconciliatus est quibusdam magnis Romanis, quorum longo tempore fuerat[a] inimicus, et electus est in senatorem Urbis, et constitutis ibidem suis officialibus, ivit Neapolim. Rex Ungarie convivatus, et assidentibus sibi duobus baronibus, uno fratre comitis Mathei, altero quodam magno viro, dixit quibusdam sibi astantibus quod eos captivarent. Qui dum iussa vellent exequi[b], captivandi mutuo se cutellorum ictibus occiderunt. Quo audito comes Matheus[c] trans Danubium divertit declinans regem, sed regina[d] eum sub conductu revocat; ipse rediens cum nil ad sinceritatem vel honestatem rex[e] facti faceret, sub eadem qua venerat cautione recessit; requisitis aliis comitibus et magnatibus terre quid super inconvenientia sui regis sit agendum, ad dominum R. regem Romanorum de communi consilio sollempnes nuntios destinando. Rex Ungarie adhuc uxori quondam avi[f] sui commoratur, et disponit se ad resistendum fidei christiane. Reges Frantie et Hyspanie valide discordant. Viterbienses captivaverunt dominum Matheum Rubeum cardinalem pro restitutione castri in Suriano, quod frater ipsius cardinalis occupavit; quare papa ipsos excommunicavit; huiusmodi autem vinculum ipsi parvipendunt. Perusium cum civitate Fulgineo[g] graviter discordat[h]. Progenies Hannibalensis[i] cum Ursinis Rome seditionem maximam
86 concitavit[k.86].

1283. Goetfridus Pataviensis, et Leupoldus Seccoviensis ecclesiarum electi, pridie Nonas Marcii sacerdotes a venerabili domino Heinrico Ratisponensi episcopo in Salzpurgensi ecclesia ordinantur, et sequenti dominica a domino Friderico Salzpurgensi archiepiscopo episcopi consecrantur. Dominus Haertnidus de Wildonia[l], plebanus in Pels[m], Gurcensi ecclesie preficitur. Dux Austrie occasione unionis quam cum dominis[n] Friderico Salzpurgensi archiepiscopo, et excellenti principe domino Ludwico duce Bawarie iniit, dominum Heinricum ducem Bawarie diffidavit, collectoque exercitu adversus eum ivit usque Welsam, ubi etiam dominus archiepiscopus accessit eum unâ secum processurus; sed viris sollempnibus, videlicet Ratisponense, Pataviense episcopis, et aliis honestis interponentibus[o] partes suas, quibusdam interiectis conditionibus, et pena mille librarum vallatis, dux Austrie ad propria rediit; prius tamen tam archiepiscopus Salzburgensis quam dux Bawarie per interpositas personas ad concordiam redierunt. Karolus cum uxore et familia rediit in Galatiam, dimisso filio suo in Scylia pro capitaneo; quem quia dominus papa Martinus fovet, regem Arragonum hostem eius cum suis adiutoribus et fautoribus excommunicat; quod ipse rex minus curans, viriliter se exercet. Dominus papa vineta et ficeta Perusinorum et Viterbiensium penitus exstirpari mandat. Faventiam[p] et Fuorlivium civitates funditus evertit, postquam se ipsius gratie submiserunt. Veneti cum patriarcha Aquilegensi[q] et suis adiutoribus plurimum discordantes, missis stipendiariis adversariorum multos occiderunt, plurimos captivantes. Rex Ungarie cum Comanis congreditur, missis sibi auxiliariis a duce Austrie, et de eis triumphat. Goetfridus, protho-notarius regis Romanorum et prepositus Pataviensis, Wichardo substituitur. In[r] die sancti Uedalrici grando maxima ad quantitatem ovorum cecidit in barrochia Vorowensi.

1284.[s] Fridericus Salzburgensis archiepiscopus 7. Ydus Aprilis[t] obiit, cuius corpore 15. Kal. Maii tradito sepulture, 11. Kal. eiusdem celebrata fuit electio de domino Rudolfo, cancellario imperialis aule viro per omnia legali, adeo consors[u], quod non fuit in toto capitulo vel unus qui in electione huius dissentiret. Dominus Perhtoldus Ursus cum a Roma vellet ad Urbem veterem domino pape Martino victualia destinare, a Romanorum populo prohibe-

a) fuit 1. b) exequi iussit capere et capt. 1. c) magnus 3. d) aregina 1. 2. 3. e) *deest* 1. f) suis 1. g) Fulgentia 2. 3. h) discordant 1. i) hannibolēn 1. k) *alia manus pergit* 1. l) *pro hoc in* 1. *correctum est* Offenbereh. m) ples 3. n) domino 2. 3. o) interponentes 1. p) F. et *erasa sunt* 2. *desunt* 3. q) Medio-lanense 1. r) In die — Vorowensi *manu alia addita sunt* 1, *ubi deinde manus iterum alia pergit.* s) LXXXIII°. 3. t) Maii *codd.* u) *ita codices.*

86) Continuatio Martini Poloni Alderspacensis, quae tota in his annalibus contenta est, annis tantum 1282. 1283. alia praebet, quae hic repetimus ex Fontium Rerum Germanicarum a Boehmero editorum Vol. II, p. 463: 1282. *Rex Romanorum Rudolfus, quia dominicalia imperii a Coloniensi episcopo repetit, gravis inter eos oritur dissensio, ita quod Coloniensis cum mille trecentis falleratis equis adiutores regis hostiliter invadit. Ad quam iniuriam propulsandam rex sollicite se disponit. Tandem Coloniensis episcopus cum rege concordatur, assignatis sibi possessionibus quas repetebat. Remisit eciam thelonia et vectigalia que in terris imperii de novo instituerat, super perceptione proventuum eorundem una cum rege in quatuor principes compromittens.* 1283. *Dominus Rudolfus rex Romanorum civitatem quandam in Burgundia munitam dictam Peterlinge cum valida manu obsedit, et post multos labores in dedicionem recepit.*

tur, ipse vero collectis subito armatis pluribus insultum fecit in populum. Sopita autem sedi- 1284.
cione, populares collecto exercitu circiter 1500 dictum Ursum cum 16 nobilioribus capiunt dirutis pluribus solempnibus domibus eorundem, nec ipsos intendunt restituere libertati nisi popularibus uniantur iuratoria et fideiussoria cautione. Dominus Petrus rex Arragonum a papa excommunicatus, non audet vocari rex, non tamen ob hoc humiliatus cedit regno, immo cum filio domini Karoli campestri bello congrediens ipsum obtinuit, et eo captivato 40 milites decollavit. Item in die beati Mychahelis cum Karolo congreditur[a], ubi campestri certamine de parte Karoli quinque milia electorum hominum occiduntur. Oritur etiam hoc anno trupha mirabilis. Nam quidam experti nigromantiam in diversas partes mundi se transferunt, etiam per facinationes[b] oculos intuentium detinent, similitudinem quorumvis principum sibi assumentes. E quibus unus circa Coloniam se recepit, et prestigiis se imperatorem Fridericum simulans, magnam partem Alamannie in errorem duxit, sumptibus sibi accrescentibus nescitur quibus modis; nisi cum cives de Neusia diffiderent sibi restitui que sibi commodaverant, monstravit eis multa vasa aurea et argentea gemmis ornata, quibus eos ad mutuationem ampliorem illexit. Dominus Rudolfus electus Salzburgensis negocia ecclesie strenue prosequitur, et missis ad curiam Romanam solempnibus nunciis mirabiliter prosperatur.

Illustres viri duces Bawarie domini Ludwicus et Hainricus multum discordant. Ventus validus adeo fuit per Bawariam et Austriam generalis, quod memoria eius similis non habetur.

1285.[c] Gerhardus Lavendinensis episcopus obiit, cui Chunradus Salzburgensis ecclesie canonicus et scolasticus substituitur. Veneciis mare tantum inundavit, quod altare sancti Marci transcendit, et plus quam 500 homines submersi sunt; merces etiam plurime perierunt. Karolus moritur; filius eius iam dudum per Petrum Arragonem captivatus decollatur. Dominus papa Martinus auditis et intellectis litteris sive legationibus domini Rudolfi regis Romanorum et capituli Salzburgensis, commisit venerabilibus patribus episcopis Constanciensi et Aistetensi nec non abbati de Salem, ut eius auctoritate dominum Rudolfum electum ecclesie Salzburgensis examinarent, et si examinatum dignum invenirent, auctoritate apostolica in Salzburgensem episcopum confirmarent. Condicto itaque ad exequendum mandatum apostolicum termino competenti, dominus Constanciensis gravi dolore pressus venire non potuit; collega vero eius venientes et in negocio presidentes, probatis legitimis impedimentis domini Constanciensis, examinandum dominum Rudolfum electum 8. Idus Marcii sollempniter processerunt. Quem cum per omnia ydoneum reperissent, 7. Idus Marcii auctoritate sibi tradita confirmarunt. Ipse vero sequenti die, videlicet 6. Idus Marcii, sacerdos efficitur, subsequenti vero dominica in passione Domini in episcopum consecratur; directis subsequenter nunciis viris honestis et discretis F. de Mitterchirchen canonico Salzburgensi et magistro H. de Gosse preposito Frisacensi doctore decretorum pro pallio postulando. Qui cum Paviam venissent, dominus Martinus 5. Kal. Aprilis moritur, et cessavit episcopatus diebus 5, et sic negocium Salzburgensis ecclesie protelatur. Gens barbara, videlicet Tartari, Ungariam intrant hostiliter iam altera vice cum tanta multitudine, quod castra meciuntur ad longitudinem 10 rastarum et in latitudine 6; quorum pavor irruit[d]. Honorius IV natione Romanus sedit, qui antea dictus fuit Iacobus de Sabellis. Hic persequi semper studuit Teutonicos et maxime ecclesiam Salzburgensem. Ab hoc dominus Rudolfus Salzburgensis archiepiscopus pallio honoratur. Tartari maxima eorum multitudine interfecta retrocedunt. Gotfridus Pataviensis episcopus obiit, cui succedit Wernhardus eiusdem ecclesie canonicus et plebanus Wiennensis. Cuius electioni tota civitas et[e] dyocesis congratulatur.

Quidam de Styria viri famosi collecto aliquanto exercitu intrantes Ungariam, aliquam partem eiusdem depopulantur, sed subito ab exercitu strennui viri comitis Ybani circumsepti, equis eorum sagittis peremptis, omnes captivantur. Dominus Rudolfus archiepiscopus diem indicit ad colloquendum cum domino Heinrico duce Bawarie, ubi recitate fuerunt littere continentes omnes tractatus inter dominum Fridericum pie memorie Salzburgensem archiepiscopum et dominum Heinricum ducem Bawarie habitos et iuramentis sigillisque eorum firmatos; ubi de treugis inter eos firmatis usque ad octavam Mychahelis, nondum elapso termino, civitas Muldorf nescitur utrum machinatione vel fortuitu exuritur; quam statim dux Heinricus cingit obsidione. Et quia dominus Rudolfus archiepiscopus nullos sinistros eventus timuit, cum dux in defensio-

a) congrediens. camp. 1. b) ita pro fascin. 1. vaticin. 2. 3. c) in 2. *hic sequitur ea continuatio quae etiam in codice Sancti Petri scripta est.* d) ita codices. e) et d. *desunt* 3.

1285. nem eum et ecclesiam recepisset, in Marchiam iter arripuit; sed in Graetz intellectis huiusmodi eventibus, revertitur cum armatis, et facto insultu in terram ducis, largos districtus eius incendiis devastavit. Cui etiam dux tamquam inimicus[a] exercitu copioso se opponit. Tandem dux Ludwicus partes ad colloquendum invitat tamquam medius, et pacem inter eos usque ad purificationem sancte Marie reformat. Quidam Albertus de provincia Lungow lapsus in heresim, doctorem se ewangelicum profitetur. Examinatus autem errat in articulis fidei, nec papam dicebat[a'] esse alicuius auctoritatis; et cum ad unitatem ecclesie nollet redire, sentencialiter addictus exuritur. Iudei apud Monacum feminam quandam pecunia corrumpunt, quod puerum quendam furata[b] cuidam suo vicino ipsis dedit; quem occisum pluribus puncturis confoderunt, sanguinem eius exhauriendo. Iterum eadem femina pecunia circumventa puerum alterum est furata; quem cum ludeis vellet deferre, a patre pueri eam insequente deprehenditur, et territa prius facinus coram iudicio confitetur; mox cives Monacenses in unum convenientes, Iudeorum 180 in quadam solempni domo in parte superiori claudunt, et subter ignem apponunt, et ita ulcio divina nefas iniquissimum est secuta. Rex Ungarie de pluribus comitibus sibi adversantibus triumphavit.

1286. Rex Rudolfus curiam Auguste in epyphania celebrat, presentibus dominis archiepiscopis R. Salzburgensi, . . Coloniensi[c], H. Ratisponensi, Wer. Pataviensi, . . Basiliensi et aliis episcopis et viris illustribus L. et H. ducibus Bawarie et aliis multis comitibus et nobilibus, ubi reformat amiciciam inter dominos Rudolfum archiepiscopum et Hainricum ducem Bawarie, facto compromisso in sex viros honorabiles super questionibus siquas inter se haburint descidendis in octava pentecostes. Ibi etiam comitem Meinhardum de Tyrol ducem Karinthie facit[d]. Rex Ungarie Wlodizlaus grandi exercitu collecto dominum Ybanum agreditur bello, quem tamen unus de nobilioribus comitum[e] primo invadit, ad cuius inpetum comes Ybanus terga dedit, ac in meliori castro quod habuit se recepit, ibique obsessus, per unum de vigilibus suis a castro dimissus per fugam evasit. Eo vero elapso castrum capitur, fratres etiam sui diu detinentur, plurimis ibi Teutunicis stipendiariis interfectis.

CONTINUATIO WEICHARDI DE POLHAIM.

Extat 1) in codice Sancti Petri, manu saec. XV. et ab a. 1285 *in 2) codice Vorowensi nunc bibl. caes. Vindob.* 389 *(Rec.* 713*) saec. XIV; 3) Claustroneoburgensi nunc Vindobonensi* 364 *(Hist. prof* 72*) f.* 124. *saec. XIV.*

Eberh Alt. 1280. Tempore Ladizlai regis Ungarii, filii regis Stephani, Tartari in tanta multitudine intraverunt Ungariam, quod dicebantur cum exercitu suo 11 miliaria occupare; qui tandem non humano auxilio, sed divino iudicio perierunt. Supervenit enim grando, nix et pluvia in tanta quantitate, quod se de loco movere non poterant, et a christianis in circuitu positis sunt occisi, et iuste tulerunt spolia impiorum; multi etiam eorum evaserunt. Eodem anno domina Katherina, filia regis Romanorum, habuit per dominum Ottonem, filium Heinrici ducis Bawarie maritum suum, in Wienna successive duos filios, qui mortui sunt ibidem.

1280. 1281. Petrus Pataviensis episcopus obiit, qui pontem trans Danubium Patavie primus fecit; cui succedit Wichar-
1281. dus eiusdem ecclesie prepositus. Eodem anno uxor predicti Ruodolfi Romanorum regis obiit. Eodem anno Albertus
1280. de Hals factus est comes a rege Rudolfo; et eodem anno ipse rex exivit terram Austrie et ipsum ducatum Alberto filio
1281. suo primogenito commendavit; sed postmodum eundem ducatum eidem domino[f] Alberto et Ruodolfo filiis suis in feodum contulit, coram principibus suis super hoc Auguste in curia congregatis. Eodem anno Chuonradus comes de Mosburg moritur sine heredibus, et comitatus ad Hainrici ducis Babarie devolvitur potestatem. Item eodem anno a Friderico Salzburgensi archiepiscopo aput Salzburgam concilium celebratur.

1282. Petrus rex Arragonie expulso Karulo rege regnum Sicilie potenter occupavit; propter quod papa Martinus excommunicacionis sententiam protulit contra ipsum, sicut plenius patet in littera subsequenti:

Martinus episcopus servus servorum Dei ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Cogit nos temporis qualitas[g] — contraire. Ut autem etc. *Datum apud Urbem Veterem, in platea dicte maioris ecclesie, in die ascensionis Domini, pontificatus nostri anno secundo.*

a) munitus 1. a') docebat 3. b) *deest* 1. c) Colocensi 3. d) fecit 3. *ubi dehinc altera illa continuatio ab a.* 1285 *sequitur. Sequentia in* 1. *manu alia adiecta sunt.* e) comitem *c.* f) filio *c.* g) *bullae aliunde satis notae exemplar mendosum hic omittimus.*

1283. Quam excommunicationem cum predictus rex Arrogonie contempneret, papa excitavit contra eum Philippum regem Francie, qui cum multis milibus militum intravit Arrogoniam. Sed pre multitudine murorum illius terre et inopiam alimentorum, que etiam pro pecunia haberi non poterant, multi equi et homines perierunt; et ipse rex mortuus ibidem, reductus est Parisius, et apud Sanctum Dyonisium est sepultus; cor autem ipsius regis est apud Predicatores Parisius tumulatum. De qua divisione individui plures clericorum et laicorum contra eosdem fratres, qui dicuntur illud obtinuisse precibus et exhortationibus, scandalizati sunt. Eberh. 1282.

1284. Fridericus Salzburgensis archiepiscopus obiit; cui successit Rudolffus Romanorum regis vicecancellarius. Qui licet a principio contra adversarios sui episcopatus se validum propugnatorem ostenderet, tamen ultimo ad timorem, qui non debuerat in virum constantem cadere, statuta sui concilii, quod celebravit, Wienne revocavit. Eodem anno cives Ratisponenses ceperunt edificare antemuralie civitatis sue, opus decorum et forte munimentum, et a clero civitatis eiusdem pro eodem opere contributionem cum multa instantia exigebant. Sed Rudolfus rex Romanorum eodem tempore, videlicet infra pasca et pentecosten, veniens Ratisponam, et proponente sibi Heinrico Ratisponensi episcopo hanc exactionem cognoscens, eosdem cives per se ipsum et consiliarios suos exhortatus est et monuit, ut nichil a clero ratione huius operis exigerent; sed eum consueta et concessa a Deo et Romanis principibus gaudere permitterent libertate. Renovaverat siquidem eidem clero ad petitionem eiusdem Heinrici Ratisponensis episcopi nuper ante ipsum Franchenfurt quoddam privilegium olim Friderici Romanorum imperatoris, quod incipit: *Ad decus et decorem*, et fere de verbo ad verbum in libro usus pheodorum est expressum, quod multam et maximam libertatem cleri continet, penasque infligit gravissimas hiis, qui contrarium eidem privilegio ausi fuerint attemptare; quod privilegium in presentia sua per Heinricum Brixinensem episcopum eisdem civibus legi fecit. Unde ipsi cives ab eadem exactione cessaverunt, et permiserunt usque adhuc clerum gaudere debita libertate. Eberh. 1284.

1285. [a] Gotfridus Pataviensis episcopus, natione de Bestvalia[b], obiit; cui successit Wernhardus, dictus[c] de Pranpach, eiusdem ecclesie canonicus. Qui beatorum Valentini et Maximiliani corpora in humili loco reposita, in tumba honorabili de novo in medio ecclesie Pataviensis erecta decentius collocavit, et incepit redificare de novo et bono opere ecclesiam Pataviensem.

1286. Facta est quedam visio mirabilis in claustro grisei ordinis Tripolis. Monachus[d] quidam dixit missam coram suo abbate et uno ministro presente, et infra ablutionem et communionem misse apparuit quedam manus scribens super corporale in altari, in quo predictus monachus corpus Domini confecerat: *Cedrus alta Libani succidetur, et Tripolis in brevi destruetur, et Accharon[e] capietur, et Mars superabit Saturnum, et Saturnus insidiabitur Iovi, et vespertilio fugabit dominum apum. Infra* 15 *annos erit unus Deus et una fides, et alter deus evanescet, filii Israel a captivitate liberabuntur, gens quedam veniet que vocatur sine capite. Ve tunc clero et tibi, christianitas! navicula Petri iactabitur in validis fluctibus, sed evadet, et dominabitur in fine dierum. In mundo erunt multa prelia et strages magna et fames valida, et hominum mortalitas per loca, et regnorum mutationes. Terra barbarorum[f] convertetur, ordines mendicantium et alie secte quam plures annichilabuntur, bestia occidentalis et leo orientalis universum mundum subiugabunt, et tunc pax erit in toto orbe terrarum, et copia fructuum per* 15 *annos. Tunc passagium erit ab omnibus fidelibus commune ultra aquas congregatas ad Terram sanctam, et vincent, et civitas Ierusalem gloriabitur, et sepulchrum Domini ab universis honorabitur, et in tanta tranquillitate nova audientur de Antichristo, et cetera Dei mirabilia. Ergo vigilate.*

1287. Ruodolfus rex apud Herbipolim sollempnem curiam habuit cum principibus Alamannie. Et eodem tempore Iohannes Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus ibidem celebravit concilium, et quia multa onera et graves expensas volebat clero imponere, a quibusdam episcopis adversus eum extitit ad sedem apostolicam appellatum, et propter hoc sua intentio[g] et concilium desideratum ab eo eventum non habuit, et ipse subito ad propria est reversus. Intellexerat enim prius ab aliis de morte domini pape Honorii, qui prius dicebatur Iacobus de Sabello. Cui successit frater Ieronimus de ordine minorum fratrum, et vocatus est Nicolaus, de quo supra dictum est. De quo non intelleximus, quod fratribus quondam sui ordinis aliquas fecerit gratias speciales; et tempore suo voluit discutere questiones, quas fratres Predicatores et Minores contra episcopos habuerant, ut per ipsum neutra partium gravaretur. Quo mortuo vacavit sedes apostolica propter discordiam cardinalium plus quam tribus annis, et tandem hii cardinales et creditur nutu divino concordaverunt in quendam virum rectum et religiosum, qui in cella sua per 40 annos et amplius sub regula beati Benedicti strennue vixerat, qui electus Celestinus est vocatus. Et cum educeretur e[h] cella, asellum tunc[i] et etiam postea ascendere voluit, sed tantum[k] asellum[l] exemplo Domini venientis Ierosolimam equitavit. In via etiam transeundo Dominus per eum miracula[m] multa fecit. Qui licet mire sanctitatis existeret, tamen adeo simplex erat, quod petentibus concedenda et non concedenda concessit; et cum conservarat consuetum silentium et abstinentiam, que[n] in claustro servaverat, propter intollerabilem rerum curam teneri non potuit in papato[o] Renuntiare eidem presulatui cogitavit, et cum sapientum esset opinio, quod papa non posset cedere, talem constitutionem edidit, quod pape possint cedere, tam presens[p] quam futuri, dicens quod de plenitudine potestatis eandem constitutionem facere bene posset. Qua facta statim cessit, et electus est post ipsum Benedictus cardinalis, qui vocatus est Bonifacius; qui statim post creationem suam omnes gratias et concessiones, quas predecessor suus fecerat, revocavit. Et omnis populus propter evidentem sanctitatem predictum Celestinum libenter habuisset pro papa; sed dominus Bonifacius ipsum reclusit, ne scisma fieret, si a populo raperetur. Post duos autem annos idem Celestinus mortuus est, et dicitur quod Dominus per eum multa miracula operetur; et sepultus est in quodam monasteriolo inter Anagniam et Florentinum.

a) *sequentia usque ad a.* 1327. *etiam* 2) *cod. Rec.* 713. *et* 3) *Hist. prof.* 72 *habent.* b) bestialis 3. c) *deest* 2. 3. d) T. quidam m. d. 2. T. eiusdem m. d. 3. e) Acharon 2. 3. f) Baubarorum 3. g) contencio 2. 3. h) a 2. i) *deest* 2. k) *deest* 2. tamen 3. l) *deest* 1. m) mirabilia 2. n) quam 2. 3. o) *ita codices; meliora in vero Eberhardi textu invenies.* p) presentes 2. presente 3.

Eberh. **1288. Engelbertus abbas Sancti Petri sedit[a].** Dux Brabantie devicit auxilio civium Coloniensium archiepiscopum Coloniensem et comes[a*] de Geferr, ipsosque captivavit, et in eodem conflictu multi strennui milites sunt occisi. Eodem anno Ruodolfus Romanorum rex comitis Burgundie rebellantis sibi terram ingreditur cum exercito; et licet comes idem multorum de Picardia et Flandria iuvaretur[b] auxiliis, tamen cum predicto rege congredi non audebat[b*], sed per ducem Burgundie ad gratiam et concordiam rediit cum eodem. Item eodem anno mota est discordia inter omnes archiepiscopos, episcopos et prelatos et totum clerum regni Francie ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera, super privilegio dato eis a domino papa Martino, cuius tenor talis est:

Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ministro generali et provinciatibus ministris ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ad fructus uberes — incursurum. Datum apud Urbem Veterem 4. Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno 1.

Dicebant enim ipsi Predicatores et Minores, quod confessi ipsis non tenerentur suis parochialibus plebanis eadem peccata in numero iterum confiteri; cuius tamen contrarium archiepiscopi et episcopi asserebant, per idem privilegium et per[c] decretalem extravag. de penitentiis et remissionibus *Omnis utriusque*, cuius in eodem privilegio mentio facta fuit. Que questio per doctores seu magistros theologie et iuris canonici multipliciter fuit Parisius disputata, et validissimis ostensum fuit rationibus, precipue tamen per magistrum Heinricum de Gandavo, quod eadem peccata in numero, que aliquis confessus fuerit Predicatori vel Minori vel alias privilegiato, teneretur iterato confiteri saltem semel in anno suo proprio sacerdoti. Cuius tamen contrarium cum fratres multis niterentur ostendere rationibus, tale consilium dederunt magistri et sapientes Parisius a scolaribus requisiti: quod quamdiu hec questio esset dubia Parisius, ubi magis quam alibi in mundo esset copia peritorum, tamdiu deberent confiteri suis parrochialibus presbiteris, de quorum certa auctoritate nulli sacre scripture vel canonum sapientes dubitaverunt hactenus, qui[d] in locum septuaginta duorum discipulorum, sicut episcopi in locum apostolorum, certissime successerunt. Tandem super eadem questione omnes archiepiscopi, episcopi et totus clerus regni Francie sollempnes nuntios cum aliis viris sapientibus ad sedem apostolicam transmiserunt, et quilibet[e] eorum centesimam partem omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum contribuit eisdem nuntiis pro expensis. Sed dominus Nicolaus papa, quamvis assumptus esset de ordine minorum fratrum, eandem[f] questionem pro neutra parte voluit terminare[g], unde remanet usque hodie, quod hec scripta sunt[h], in suspenso. Eodem etiam tempore venit quidam Parisius de Arabia, homo provecte etatis, qui[i] promittebat sch per quasdam figuras non artis notorie brevi tempore omne scibile scholaribus traditurum. Qui cum a magistris et cancellario examinaretur, apparuit de questionibus cuiusque scientie probabiliter respondere. Tamen quia in traditione sue scientie modum philosophicum[l] non habuit, a scholaribus suis breviter est relictus, et sic sue scientie evidens vestigium Parisius non
Eberh 1281. reliquit. Item[m]. Quando eciam corpus beati Virgilii translueral non sine tocius patrie scandalo in conspectu ducum Austrie revocavit. Post ipsum Ruodolfum est electus ymmo pocius datus per sedem apostolicam Chunradus dictus de Vanstorf tunc episcopus Laventinus.

Eodem anno[n] et tempore ludei in Pacharat, dyocesis Herbipolensis, quendam bonum et devotum hominem christianum nomine Wernherum, occulte occiderunt, ab eo sanguinem, quo mederi dicuntur, tanquam in torculari multa violentia expresserunt; qui tandem in eodem loco multis miraculis dicitur claruisse. Eodem anno ludei in Monaco civitate, Frisingensis diocesis, puerum[o] quendam pro simili causa occiderant. Propter quod populus eiusdem civitatis, non expectato iudicio vel sententia, omnes ludeos illius civitatis in domum unam confugientes ignibus suppositis concremavit. Eodem etiam[p] anno translatum est corpus beati Virgilii[q] per dominum Rûdolfum archiepiscopum Salzburgensem, 7. Idus Novembris, in concilio quod eodem tempore per eum extitit celebratum, cooperantibus sibi suffraganeis suis, videlicet domino Emichone Frisingensi, domino Hainrico Ratisponensi, domino Wernhardo[r] Pataviensi, domino Gurcensi Hertnido[s], domino Chûnrado Chyemensi, domino Wernhardo[s] Seccoviensi, domino Chunrado Laventino.

1289. Dominus Ruodolfus Romanorum rex iterato contra comitem Burgundie triumphavit.

1290 dominus Hainricus dux Babarie bono fine et multa contritione moritur apud Purchausen, et pro omnibus, in quibus se timuit ecclesiasticos personas seu ecclesias seu quoscunque alios indebite offendisse, constituit in presentia et cum consensu filiorum suorum dominum Hainricum Ratisponensem episcopum et frotrem Wernherum lectorem fratrum minorum Ratispone indempnitati lesorum et saluti sue anime providere. Sepultus est autem in Lantshuet[t] 2. Nonas Februarii in claustro dominarum. Ordinavit autem, quod duo filii sui, videlicet dominus Ludewicus et dominus Stephanus, per quatuor annos continuos permitterent terram Babarie subesse dominio et ordinationi domini Ottonis senioris fratris eorum, nec ad aliquam divisionem vel partitionem terre illis quatuor annis durantibus deberent procedere; et hoc confirmatum[u] extitit ipsorum fratrum ac nobilium patrie iuramentis. Eodem anno 3. Nonas Augusti mortuus est dominus Ruodolfus Salzburgensis archiepiscopus; et dominus Stephanus, filius domini Heinrici ducis Babarie, est in archiepiscopum concorditer postulatus. Sed dominus papa hanc postulationem propter defectum etatis ipsius, qui iam 21 annos habuit, non admisit. Deputavit autem in archiepiscopum eiusdem ecclesie dominum Chunradum Laventinum episcopum, qui una cum aliis nunciis in predicta postulatione fuerat, ipsumque confirmavit, pallium ei, per quod notatur plenitudo pontificalis officii, assignando. Eodem[v] etiam anno cum Albertus dux Austrie cum Chunrado Salzburgensi archiepiscopo discorderet, et ex utraque parte sibi dampna gravia intulissent, idem archiepiscopus confederavit sibi Ottonem ducem Babarie, et una cum predicto duce Karinthiam est ingressus, fiduciatus eb incolis, quod posset terram Styrie obtinere; sed tandem eos redire infecto negotio densitas nivium compellebat. Sequenti vero tempore predictus archiepiscopus cepit filium ducis Karinthie, cuius liberatio magna occasio fuit, quod pax inter ipsos[w] extitit reformata; super qua reformatione Heinricus Ratisponensis episcopus una cum Ludvico duce Babarie sollicite laboravit. Qua concordia durante vix ad tres annos vel paulo plus, d Austrie obsedit opidum Rastat ad duos menses vel modicum amplius; a qua obsidione tandem propter inopiam victualium, que per augusta montium adduci sufficienter non poterant, dicitur recessisse, quis et dux Otto cum exercitu usque in Salzburgam processerat contra ipsum.

a) E. a. S. P. *minio scripta sunt* 1. a*) *ita codices.* b) ut iuvaretur a. spem haberet tamen 2. b*) audebant 2. c) *deest* 1. d) quoniam 2. e) quibus eorum tenens nuncios cent. 3. f) e. tamen q. 2 g) determinare 2. h) scriptura 1. i) qui — artis *desunt* 2. k) *deest* 3. l) philosophi 3. m) Item — Laventinus *desunt* 2. 3. n) E. t. et a. 2. o) *deest* 2. 3. p) *deest* 3. q) episcopi *addit* 3. r) Wernhero 2. 3. s) *deest* 2. 3. t) Landshût 2. u) confirmantibus fratrum 2. v) *in cod.* 1. *haec initio anni ponuntur, ita:* 1290. Cum Albertus — ipsum. Eodem anno dominus. w) eos 2. 3.

1291. Civitas Akkaron, quam solam habebant christiani in Terra sancta, obsessa est per soldanum Babylonie, Ebrh. et per 40 dies et noctes sine intermissione impugnata capta est, et ibidem multa christianorum milia et[a] capta et occisa sunt, aliqui autem per navigium fugerunt. Et quia multorum erat opinio, quod si fratres domorum ibidem, scilicet Hospitalis, Templi et Teutonicorum, et reliquus populus omnino concordasset, civitas capta non fuisset, mandavit papa Nicolaus omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis prelatis, ut concilia provincialia celebrarent, et deliberarent qua ope vel consilio eidem terre posset subveniri. Et per concilium habitum Salzburge rescriptum fuit domino pape et consultum, ut predicti tres ordines convirentur ad unum ordinem, melioribus eorum observantiis in unum redactis; et quod ad succursum eiusdem Terre sancte rex Romanus cum principibus vocaretur. Qui nuntii ante quam venissent ad curiam, papa mortuus est, et sic hoc negotium remansit infectum. Eodem anno venit dominus Chunradus archiepiscopus datus per papam de curia, in die dedicationis ecclesie Salzburgensis. Eodem etiam anno obiit Wernherus[b] episcopus Seccoviensis, circa festum nativitatis Domini. Eodem[c] anno 18. Kal. Augusti mortuus est Ruodolfus Romanorum rex, et sepultus est in Spires, regnavitque annis 17 in Alemannia, et Italiam non intravit. Post quem infra tempus sex mensium electus est Adolfus comes de Nassawe in Romanorum regem, miles militum strennuus.

1292. Dominus[d] Chunradus episcopus Chyemensis obiit Wienne, 4. Idus Ianuarii, qui corpus suum in Salzburgam deduci fecit ad concilium, quod dominus Chunradus ibidem celebravit; in quo etiam per episcopos qui aderant honorifice est sepultus. Eodem anno Heinricus prepositus Salzburgensis factus est episcopus Secoviensis; cui successit Fridericus decanus eiusdem ecclesie de Mitterchirchen per electionem, in vigilia palmarum. Eodem etiam anno ad ecclesiam Chyemensem datus est dominus Fridericus prepositus Chyemensis pro episcopo.

1294. Adolfus Romanus rex terras Duringie et Mixinensem[e] rebellantes sibi intravit; et duobus annis manens ibidem expugnavit easdem, et nepotes olim Friderici imperatoris, persecutoris ecclesie, qui easdem[f] terras occupaverant, eiecit penitus ab eisdem. Postquam enim civitatem in Freiberg obtinuisset, castrum, quod in eadem civitate extitit, subfodi latenter precepit; et congregatis ibidem melioribus adversariis regis et fortioribus, muri eiusdem corruerunt. Et idem rex cum suis eandem ruinam presciens, subito impetu omnes qui in castro fuerant captivavit; inter quos sexaginta viros, qui magis nocentes[g] fuerant, proscriptos antea sicut hostes imperii, in continenti decapitari precepit, aliis ad petitionem suorum nobilium pro tempore reservatis. Quod factum adeo incolas terre terruit, quod plures eorum desertis castris fugierunt; et ipse marchio Mixinensis[h], cui adhuc civitas et castrum in Misna[i] cum paucis castellis remanserat, se ipsius regis gratie subdidit, ut rex illis parceret, quos de servitoribus suis in suis vinculis detinebat. Quod et factum est, et sic pax eidem terre rediit. Ipse enim marchio preter alia mala, quibus terram turbaverat, episcopum et canonicos Mixinenses a suis habitaculis et rebus eiecerat, et horreum feni pro equis suis fecerat de ecclesia kathedrali.

Eodem anno orta est discordia inter regem Francie ex una parte, et Eduardum regem Anglie ex altera; et Adolfus Romanorum rex plus favens regi Anglie repetivit a rege Francie regnum Arelatense, et quasdam alias terras et provincias, quas dicebat esse imperii, insuper et spineam coronam Domini; quas nisi redderet eas quod in manu forti vellet requirere demandavit. Et ob hoc multi nobiles, sicut comites Flandrie et de Bar et alii se eidem regi Francie opposuerunt, qui ei antea consueverant adherere. Propter quod predictus rex Francie anno Domini 1297 eduxit super eosdem comites adeo magnum exercitum, quod in eo preter christianos bellatores dicebantur plus quam triginta milia Iudeorum, quos etiam primi belli auspiciis exponere cogitabant[k]. Eodem etiam[l] anno mortuus est Ludewicus comes palatinus Reni dux Babarie in partibus Reni apud Haidelberch, pridie Kal. Februarii, in ea camera ubi natus fuerat, ut[m] dicitur, et reliquit duos filios, videlicet Ruodolfum et Ludwicum; quorum primogenitus, scilicet Ruodolfus, duxit in uxorem filiam Adolfi Romanorum regis nomine[n] . . . . .

1295, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum obsessum fuit[o] oppidum in Rastat per dominum Albertum ducem Austrie, post vero regem Romanorum, qui postea in die beate Margarete eodem anno a predicto oppido infecto negotio retrocessit.

1296, septimo[p] Kol. Aug. Heinricus Ratisponensis episcopus, filius comitis de Rotenneck, moritur. Postquam enim in die beati Iacobi apostoli, quem speciali consuevit venerari honore, cum multa devotione missarum sollempnia personaliter celebrasset, et cum clero populoque[q] se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito[r] viribus corporis destitui, et sic in die altera expiravit. Qui mire providentie et sagacitatis extitit, in tantum etiam quod anniversarium suum vivus et sanus plus quam ad 14 annos ante mortem suam instituit, et eiusdem celebrationem[s] cum candelarum[t] accensione et pulsatione, que consuevit fieri in funere episcopi, vigiliis et missis annis singulis interfuit. Et[u] sepulchrum similiter sibi longe ante ad 12 annos fabricavit et previdit iuxta altare beate Virginis in maiori, veteri tamen, ecclesia Ratisponensi. Trucam etiam, in qua sepeliri debuit, cum vestibus funeralibus ibidem impositis, in meriam continuam mortis sue per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter providus extitit, non solum vetera statuta servando, imo et multa nova salubriter condendo. Musicam primus in choro[v] Ratisponensi cantari ordinavit, libros eiusdem artis secundum cantum et chori consuetudinem providendo. Ecclesiam Ratisponensem etiam multis pretiosis decoravit ornamentis, crucibus, calicibus aureis et argenteis, gemmis pretiosis insertis, cappis, casulis, dalmaticis, vexillis, cortinis, libris et aliis quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnimodis destituta. Item primus Latinum vinum canonicis ad prebendam quibusdam certis temporibus dari instituit, prebendam etiam eorum in multis auxit. Monasteria monachorum et monialium sepe cum multa providentia visitavit, et invenire non possum, quid ei in temporalibus et spiritualibus defuerit; qui tempore suo adeo discordantium factus est reconciliatio, quod non solum Bawaria[w], imo et vicine[x] terre per suam industriam et laborem pacis pulchritudine floruerunt. Rexit autem

a) capta sunt et occisa 2. 3. b) *deest* 2. 3. c) 1291° XVIII. 2. 3. d) D. *et* IV. Id. Ian. *desunt* 2. e) Mitiçu 2. f) *deest* 1. g) nocini 2. 3. h) Mysnenensis 2. i) Mysna 2. k) cogitabat 2. l) *deest* 1. m) n. fuisse dicitur 2. n) *deest* 2. 3. o) est 2. p) *deest* 2. q) populo 1. 3. r) *deest* 3. s) *l.* celebrationi. t) candelis et p. 2. 3. u) *deest* 2. v) clero 3. w) Bawariem 1. 2. 3. x) uicinie 2. 3. uic. amauerunt 1. 3.

Eberh. Ratisponensem ecclesiam 19 annis. Eodem[a] anno in die beati Petri ad vincula electus est Ratispone in episcopum dominus Chuonradus de Luppurch, vir ingenuus, tunc Ratisponensis prepositus, in mansuetudine et pietate etiam Moysi coequalis.

1297 navale bellum habitum est inter Venetos ex una parte, et Ianuenses ex altera; et victis Venetis 30 milia perierunt armis et[b] mari, et captivi a Ianuensibus sunt abducti. Item[c] anno 1297 Adolfus rex Romanus preparans se cum militia ad invadendum regem Francie impeditur, quia Maguntinus archiepiscopus, Wentzeslaus rex Boemie, Albertus dux Austrie et Stirie, duo marchiones de Brandenburch[d] et dux Saxonie congregati in die pentecostes, quo idem rex Boemie per dominum Maguntinum coronabatur Prage, condixerunt diem in[e] quo apud Egram convenire deberent, ut contra predictum regem Romanorum conspirationis suae[f] intentum perficerent. Sed per potentiam ipsius regis impediti, in loco condicto non poterant convenire; sed apud quoddam opidum Boemie, nomine Chadan[g], convenerunt predicti sine archiepiscopo Maguntino, qui per militiam regis obsessus in quodam castro, est a suo itinere retardatus; et ob hoc eorundem[h] principum, qui se dicebant alium regem velle eligere, machinatio in ridiculum est conversa. Eodem[i] anno rex Francie congregatis quasi omnibus viris suis, et exercitu magno valde, in quo dicebantur esse preter alios bellatores multa milia faleratorum equorum, intravit comitatum Flandrie, et in odium regis Anglie, cuius filiam comes Flandrie habuit in uxorem, obsedit civitates eiusdem terre, videlicet Prukk, quam etiam[k] cepit, et quasdam alias. Eodem[l] anno mortuus est Rimboto Eystetensis episcopus; cui successit Chunradus, dictus de Peffenhauseo, Ratisponensis ecclesie canonicus et archidiaconus, vir multe industrie et sagacitatis. Eodem anno civitas Ratisponensis per Ottonem et Stephanum duces Babarie impugnatur, et prohibentur per eosdem ad eam deduci victualia, unde et cives forum in Abbach[l] exusserunt; tandem per diligentiam domini Chuonradi Ratisponensis episcopi cum ipsis dominis ducibus ad gratiam et concordiam redierunt.

1298 circa medium quadragesime Albertus dux Austrie, filius quondam Ruodolfi Romani regis, cum favore Ottonis et Stephani ducum transivit Babariam cum exercitu, habens secum quosdam Australes, paucos tamen, Ungaros, etiam[m] Boemos. Et ad partes Reni veniens, per auxilium Maguntini archiepiscopi et Argentinensis et Constantiensis episcoporum et quorundam nobilium ibidem maiorem fortitudinem collegit, et contra Adolfum Romanum regem ad bella se exposuit. Qui rex illustrium principum Ottonis predicti, et Ruodolfi[n] comitis palatini, ducum Babarie, et quarundam civitatum imperii, utputa Spires, Wurmacie[o], auxiliis iuvabatur, eidem Alberto duci Austrie, qui iam sibi nomen regis assumserat, post multos circuitus hinc inde habitos, in loco qui dicitur Hasenprenhel[p], cum prepropera festinatione que in rebus bellicis et magnis exercitibus non expedit, occurrit in die Processi et Martiniani. Et predictis ducibus Babarie dimicantibus[q] in prima acie, per novum bellandi genus, scilicet gladios preacutos, omnes eorum dextrarii sunt occisi, adeo ut et ipsi principes Babarie una cum multis suis nobilibus equis privati, sed adhuc animi virtute non fracti, super interfectorum hominum et equorum stantes cadavera, longo tempore cum hostibus dimicarent. Propter occisorum enim equorum aggerem hostes equites quo[r] accedere non valebant; quia et ipsi vice versa per similem stragem perdiderant suos equos. Prima igitur sic dimicante acie, ipse rex Adolfus volens cum sua turba eis succurrere, et precedendo suam aciem ordinare, equo suo cadente ex infortunio ante ingressum ad bellum cecidit, et ab eodem equo gravissime est concussus, adeo ut cum a suis restitueretur in equo, minime sui compos esset; et sic amens ad bellum veniens, quia et galeam pre debilitate recente ferre non potuit, et hostibus se exposuit minus caute, subito est occisus, predictis adhuc ducibus Babarie locum suum tenentibus, ut est dictum. Sed rege mortuo ipsi duces se apud Haidelberch receperunt. Attamen Otto dux erat[s] tribus gravibus vulneribus saucietus, in tantum quod mortis periculum vix evasit. Qui etiam Otto dux cum[t] predictum regem sequeretur ad partes Reni, et castra metatus est, comes Albertus de Haierloch, avunculus Alberti ducis Austrie, ipsum Ottonem ducem improvise invasit cum longe maiori equitum et peditum copia, quam idem dux habuerit[u] illa hora; de quo tamen idem dux, ipso comite et fere quadringentis de suis occisis triumpharit. Dicitur etiam quod in ipso conflictu regis et ducis[v] pauci homines, sed mille quadringenti dextrarii sunt occisi. Postmodum vero[w] rege sepulto apud monasterium Rosen[x], eiusque filio capto, electores imperii prefatum Albertum ducem Austrie in regem Romanorum apud Franchenfurt unanimiter elegerunt.

Item[y] 1298 civitas Pataviensis se domino suo Pataviensi episcopo Wernhardo opposuit, et tam episcopus quam canonici civitatem exeuntes, eam per excommunicationem in certas personas et interdictum in locum spiritaliter, et etiam per machinas a monte sancti Georii et aliis modis, licet non multum fortiter, eosdem cives civiliter impugnarunt. Volebant enim predicti cives habere magistrum civium, consules et rectores civitatis a se electos, et sigillum speciale, et campanas iam erexerant ad eorum consilium convocandum; et sic intendebant more[w] regalium civitatum, utpote Ratispone, non regi mandatis episcopi, sicut ante consueverant, sed propriis rectoribus et magistro. Et super predicta discordia tam ipse episcopus quam cives Albertum regem in curiam quam celebravit apud Nuerenberch accesserunt, suas querimonias proponentes. Predictus vero rex non per formam iudicii, sed per arbitrium, eosdem cives cum episcopo concordavit, ita videlicet quod sigillum et campanas domino episcopo tradiderunt, quarum campanarum una etiam[z] hodie in ecclesia sancti Stephani Patavie habetur. Promiserunt autem[a] predicti cives, memorato episcopo et suis successoribus de cetero fideliter obedire, nec similia attemptare, et insuper coacti sunt dare duo milia librarum Pataviensium pro emenda. Eodem etiam anno exorta est fama quedam de Iudeis, quod corpus dominicum in mortario[a] contuderint, et sanguis in multa quantitate emanaverit[b], qui postea a Iudeis non potuit occultari. Et ob hoc omnes Iudei in Herbipoli, Nuerenberch, Rotenburch et etiam per totam Franconiam per insultum populi, et quosdam qui se in magna multitudine collegerant, et quendam qui Rintflaisch dicebatur, quem pro principe elegerant volentium vindicare tam recentem iniuriam Salvatoris, incendio sunt cremati. Et adeo valida fuit persecutio eorum, quod etiam castrum regale in Nurenberch, castrum[c] prope Novum Forum, ut de aliis opidis Franconie taceam, in quibus se Iudei cum armis defensionis coniunctis christianis non paucis[d] receperant, sint in brevi diei spatio expugnata; et tam ipsa castra quam Iudei et christiani ibidem incendio perierunt. Et quod durum est dictu, licet durius sit factu, Iudei seniores timentes, ne pueri et femine baptismum[e], ut ignem evaderent, peterent, eos propriis manibus ante eos ignibus subiecerunt, et ipsimet postmodum insiluerunt in ignem; arma etiam et pecuniam, ne christianis cederent, prius quam

a) Eodem — coequalis *desunt* 2. b) in 3. c) Eodem a. Ad. 2. 3. d) Pramburch 1. e) *deest* 1. f) *deest* 2. 3. g) Cadan 2. h) eorum 1. i) etiam *addunt* 2. 3. k) *deest* 2. q. e. accepit 3. l) Abach 2. m) Ungaros nec non Bohemos 2. p. cum Ungaris et Bohemis *cod. Matseensis*. n) Stephani 3. o) W. et sux. 1. p) *ita pro* Hasenpuhel *codd.* q) committantibus 2. 3. r) quos 2. 3. eos *Eberh.* s) *deest* 2. 3. t) ut 1. 2. u) habuit 2. 3. v) ducum 2. 3. w) *deest* 2. 3. x) Rescndale 3. y) Eodem anno c. 2. 3. z) etiam die in *desunt* 2. 3. a) mortariolo 2. 3. b) emanauerat 1. emanauit 2. c) et c. 3. *Post* castrum *nomini spatium vacat* 2. d) pauci 1. e) baptisma 2.

se ipsos flammarum voragini tradiderunt. Et apud Babenberch et etiam Emberch contigit illud idem. Cives tamen Ebrch
Ratisponenses suum volentes honorare civitatem, ipsos Iudeos[a] absque iudicio occidi et destrui vetuerunt, dicentes, quod voluntati Dei in Iudeorum interfectione nollent resistere, sed expectare, donec de hoc quod hec vindicta esset a Domino, eis fieret maior fides. Et sic Iudei Ratisponenses, licet cum multa difficultate, usque hodie incendium evaserunt.

Anno[b] Domini 1298 Albertus rex Romanus celebravit curiam sollempnem cum principibus Alemannie apud Nuerenberch, cui interfuerunt Coloniensis, Treverensis, Moguntinus et Salzburgensis archiepiscopi, et Ratisponensis, Patauiensis, Frisingensis, et alii episcopi multi; item rex Boemie, dux Babarie, Ruodolfus comes palatinus Reni, duces Karinthie, et alii nobiles multi. Et in eadem curia edixit leges, que inferius continentur; et filium suum primogenitum Ruodolfum pro duce Austrie deputavit, cui etiam postmodum, videlicet anno 1301, filiam Philippi regis Francie, nomine Blanza, natam ex filia ducis[c] Brabantie, uxorem copulavit, et ad terram Austrie est deducta. Circa idem tempus Bonifacius papa fecit et ad generalia studia sub bulla transmisit sextum librum decretalium, in quo multa que antea erant in scholis et in[d] iudiciis ambigua declaravit, et duos cardinales deposuit, ut patet clarius in eodem. Item controversias et materias questionum inter episcopos, prelatos et clerum ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera, que iam per plures annos suscitate duraverant, et de quibus superius dictum est, . . .

1300, quinto[e] Kalendas Iulii[f], Otto et Stephanus duces Babarie fere cum ducentis nobilibus terre sue[g] apud Lantzhut gladiis militaribus accinguntur; et memoratus Stephanus dux priori anno duxerat in uxorem dominam Ieutem[h] filiam Polconis[i] ducis Polonie. Eodem anno mortuus est Andreas rex Ungarie sine heredibus, et Bonifacius papa deputavit pro rege ibidem nepotem Karoli quondam regis Sicilie, natum ex filia Ruodolfi quondam Romani regis; qui etiam anno sequenti est in Strigonia coronatus, licet rex Boemie pro Wentzeslao filio suo idem[k] regnum, et etiam multi alii[l] aspirarent. 1300[o] Bonifacius papa[m] motus multorum querulantium clamoribus[n], pro bone pacis et[o] concordie cleri ex una, et fratrum Predicatorum et Minorum ex altera parte, fecit constitutionem quandam que incipit: *Super kathedram*, et infra hoc libello cum aliis constitutionibus et litteris continetur. Verum cum hec constitutio publicaretur per Salzburgensem provinciam, et clerus et populus eam desiderarent in omnibus suis articulis obseruare, ipsi Predicatores et Minores eandem constitutionem adtendere non curabant. Propter quod Chunradus Salzburgensis archiepiscopus, habito consilio suffraganeorum suorum, misit nuntios ad Romanam curiam, qui tandem a domino papa obtinuerunt declarationem eiusdem constitutionis.

1301 orta est discordia inter Albertum Romanum regem ex una parte, et Coloniensem, Treverensem et Maguntinum archiepiscopos, et Ruodolfum comitem palatinum Reni ex altera; et tandem ad concordiam redierunt. Eodem anno Chunradus de Luppurch sine liberis moritur, et castrum Luppurch cum pertinentiis suis ad dominum Chunradum Ratisponensem episcopum, fratrem predicti Chunradi, tanquam ad verum heredem devolvitur, et ab eo Ratisponensi ecclesie perpetuo donatur. Quod etiam castrum multis sumptibus et laboribus est obtentum.

1301[o] cum rex Francie captivasset comitem Flandrie et filios eius, et totam sibi Flandriam subiugasset, iidem Flandrenses post aliquod tempus, occisis custodibus eis deputatis, eidem regi Francie rebellare ceperunt; propter quod rex nobiliores et fortiores regni sui misit, ut de Flandrensibus sumeret[p] ultionem. Ipsi autem Flandrenses exeuntes eis obviam in campo prope Brux habuerunt victoriam de eisdem. Fecerant enim predicti Flandrenses quasdam foveas occultas in campo, ubi ambo exercitus congredi debebant, quas exercitus regis Francie ignorabat; et sic in paratum eis precipitium corruerunt et occisa sunt ex iis et submersa plus quam viginti[q] milia, inter quos erant decem persone illustres de genere principum et plus quam quadraginta comites, et fere quingenti famosi milites, preter mediocres alios bellatores. Duravit autem dissensio per quatuor annos et amplius, et Flandrensibus prospere successit, et plures postmodum victorias habuerunt.

1302 papa Bonifacius misit regi Francie quasdam litteras et nuntios, monens eum ut ab offensione cleri desisteret, et monetam quam fabricari de novo in preiudicium regni fecerat immutaret. Idem autem rex predictos nuntios pape infra quindecim dies mandavit exire terminos regni sui; alioquin contra personas eorum procederet nimis dure, precipiens per totum regnum suum sub pena capitis et omnium bonorum confiscatione, ne aliqua persona parva vel magna litteras domini pape reciperet publice vel occulte, ponens custodes in omnibus finibus regni sui, ne aliquis posset importare litteras vel mandatum pape, et ne aliquis prelatorum exire posset, vel ad pape presentiam litteras destinare. Eodem[r] anno mandavit idem Bonifacius papa omnibus archiepiscopis et episcopis et maioribus prelatis, et magistris theologie, iuris canonici et civilis, oriundis de regno Francie, ut ipsum Rome accederent circa festum omnium sanctorum. Sed ipse rex volens eos ab hoc itinere retardari[s], fecit Parisius in ecclesia beate Marie publicari parlamentum, mandans ne ad ipsum papam aliquis prelatorum vel episcoporum accederet cum equis, vestibus vel pecunia, quo volebant ut dixit regni sui terminos spoliare; dicens quod papa hanc collectionem fecerit[t] lucri causa. Et super his et aliis misit sex nuntios ad cetum cardinalium, non ad papam, significans eis quod secundum mandatum pape non posset facere, quia si omnes archiepiscopos et episcopos a regno permitteret recedere, non esset iam, tanquam concussis columnis ecclesie, qui consecraret chrisma vel ordinaret clericos vel ministraret ecclesiastica sacramenta; et si magistri theologie a regno Francie recederent, iam non inveniretur aliquis qui periculosis hereticorum questionibus responderet; affirmans similiter de magistris iuris canonici et civilis, quod per eorum absentiam indiscusse manerent omnium litigantium questiones; et ex hoc nollet, quod regnum Francie tam pretiosis xeniis[u] privaretur. Ad que omnia papa responderi fecit, quod ipse non intendebat eosdem prelatos et magistros in curia sua perpetuo detinere; sed habito eorum consilio super statu regni Francie, eos esset in brevi tempore ad propria remissurus; et sic sine intento fine a Romana curia recesserunt.

Regnante[v] domino papa Bonifacio VIII, imperante domino Alberto, ab eodem in regem Romanum apud Lateranum confirmato, fratres minores ordinis sancti Francisci, cupientes contra statuta et regulam sui ordinis exorbitare, volentes contra preceptum apostoli[w] querere que sua non sunt, inhiantes ad[x] possessiones et proprietates clericorum et laicorum,

a) Iudeos absque *desunt* 2. b) Eodem anno Alb. 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) *deest* 1. e) quinto — aspirarent. Eodem anno *hic desunt* 2. 3. *ubi male anno* 1305 *adscribuntur*. f) Iunii 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) Geutam 2. 3. i) *deest* 3. Pulkkonis 2. k) ibidem ad r. 2. 3. l) *deest* 3. m. et al. asp. 2. m) IV. *addit* 1. n) *deest* 2. 3. o) *deest* 1. 3. p) sumerent 2. 3. q) XX — plus quam *desunt* 1. r) Papa B. tunc omnibus 1. s) retardare 2. t) fecerat 1. u) euxeniis 2. exeniis 3. v) *ita cod. Matseensis.* MCCC anno IV° regnante - destinari 1. *post finem anni* 1306. Eodem anno Regnante 2. 3. *in fine anni* 1304. w) apostolicum 2. apostolici 3. x) *deest* 1. *et in cod. Matseensi.*

quas Augustinus quondam omnibus clericis inhibuit, licet idem statutum Augustini in factis clericorum secularium fuerit revocatum[a]: sane predicti fratres inito concilio eorundem generali, volentes uti predicta beati Augustini revocatione, videlicet uti propriis, prout utuntur[b] clerici seculares, unanimiter dominum papam Bonifacium VIII adierunt, supplicando sibi, ut cum in[c] Assisio, ubi beatus Franciscus corporaliter requiescit, non possent haberi[d] pro supervenientibus fratribus et peregrinis, qui ibidem solent frequenter ipsius Francisci limina visitare, victualia sufficientia, nec etiam ipsa terra dictorum supervenientium copiam pati posset; unde ante dicti fratres prefato domino Bonifacio supplicarunt, quod cum quedam cometia dicta .....[e] a quodam comite exponeretur venditioni, iidem fratres memoratam cometiam pro centum florenorum milibus comparaverunt; et[f] adiecto hoc, quod idem contractus per sedem apostolicam confirmaretur. Postea vero confirmatione ab eisdem fratribus a domino Bonifacio petita, et[g] exposito[h] diligenter, Bonifacius sic respondit: *Utinam talem viam eligeretis*[i], *et si in eadem via perseveraretis*[k], *quam quidem viam multis retroactis temporibus cogitavimus, certo certius si summam aliquam pecunie*[l] *comportaretis, quecunque illa foret, statim quartam partem ultra vestram pecuniam adderemus, sicut a nobis beato*[m] *Francisco sepius est promissum.* Quam cum pecuniam, videlicet 80 milia florenorum minus ducentis predicti fratres comportassent, et apud quendam mercatorem nomine Lucam Rome deposuissent, papa vocato mercatore, et cognito quod idem mercator haberet pecuniam supradictam, eandem pecuniam cum ducentis predictis florenis, quos idem mercator de predicta pecunia in usus suos converterat, iussit per marscalcum suum ad cameram suam deportari. Qua deportata antedicti fratres institerunt, ut contractum dicte cometie dignaretur misericorditer confirmare, et quartam partem, videlicet 20 milia florenorum, eis addere ut promisit. Quibus instantibus sic respondit: *Eatis, maledicti, electi et deputati estis ad querendum elemosinam, et ad saccos portandum. Nunc vero quia occulte bona clericorum furtive subtrahitis, eorundem possessiones et patrimonium Crucifixi manifeste proponitis usurpare.* Et sic a papa detenta pecunia prefata, confuse a pape camera sunt reiecti[n]. Eodem anno, et eisdem dominis regnantibus, ex parte dicti regis Romanorum ad predictum dominum papam Bonifacium sollempnes nuntii destinantur, inter quos erat quidam Predicator, ordinis sancti Dominici. Et cum iidem nuntii ad osculandum pedes apostolicos more solito in cameram pape intromitterentur, dictus Predicator una cum aliis nuntiis ad terram cecidit, pedes pape cum aliis nuntiis osculando. Quem cum papa Bonifacius VIII inter alios nuncios reperisset, et cum pedes[o] osculaturus accessisset, opprobria multa sibi dixit: *O gyrovage, vis tu scire secreta magnorum principum? quis*[p] *te ad hoc elegit, traditor pessime? Nunc enim si secreta scires principum, omnia per te statim tuo ordini proderentur.* Et protinus ipsum cum pede percussit ad faciem, quod tota ipsius facies Predicatoris sanguine erat respersa, et de camera pape electus confuse fuit, et propter eum alii nuntii a papa fuerunt mirabiliter reprehensi; innuens, quod ad eum vel successores suos propter proditiones factas ab eis et imposterum faciendas Predicatores vel Minores seu mendicantes, cuiuscunque ordinis fuerint, non deberent in secretis principum ad sedem apostolicam destinari.

Eodem etiam[q] anno venerunt ad Romanam curiam nuntii regis Tartarorum, moribus et habitu nobis satis[r] dissimiles; et primo certificaverunt papam de legatione sua; deinde articulos fidei plene confessi sunt per interpretem coram eo; postmodum vero petierunt nomine regis sui, ut, cum ipse rex vellet Terram sanctam a soldano eripere propriis laboribus et expensis, et eam restituere cultui christiano; ipse papa transmitteret ad eandem terram milites, qui defensarent eam ab impugnationibus paganorum, et episcopos et clericos ut predicarent fidem et docerent, item agricolas ut terram colerent supradictam. Cui petitioni papa annuit, promittens eos velle transmittere, cum primum[s] adesset sibi oportunitas; et regi eorum auream crucem misit, dans ei eandem crucem in signum suscepte fidei, et in remissionem peccatorum omnium et Terram sanctam restitueret cultui christiano.

A. D. 1303, predicto Bonifacio papa manente cum curia sua in Anagnia, circa festum beati Michaelis quidam de Anagnia et Serra de Columpna ipsum invaserunt. Capta domo sua, omnibus servitoribus suis fugientibus, irruerunt super eum, et unus ei dixit: *Tu vitissime heretice, modo tu es in potestate nostra, et de te quidquid voluerimus faciemus.* Et ipse papa sedens in sede sua cum ornatu papali tenensque in manu crucem cui erat dominica imago infixa, talia intrepide respondisse fertur: *Ego non sum hereticus, sed pater tuus fuit hereticus, et sicut constat fuit et pro heresi condemnatus.* Et tandem idem Serra de Columna et sui complices detinuerunt quidem papam captum in camera sua per tres dies sine cibo et potu, et totum[t] thesaurum ecclesie abstulerunt. Sed postmodum per cives Anagnienses liberatus est, et veniens Romam parvo tempore supervixit, sicut hec omnia clarius patent in quadam littera que incipit: *Flagitiosum scelus*, et inferius continetur. De predicto Bonifacio fecit quidam hos[u] versus:

a) *ita* 2. sec. revocant *rell.* b) fruuntur cleri sec. 1. *Mats.* c) *deest* 1. d) habere 2. 3. e) *nomini spatium vacat* 2 *Mats.* f) *deest* 2. g) *deest Mats.* h) exposita 1. i) elegeritis 2. 3. k) perseveraveritis 2. 3. l) *deest Mats.* m) sancto 1. 3. n) eiecti 2. 3. o) suos *addunt* 2. 3. p) quis — principum *desunt* 2. 3. q) *deest* 2. 3. r) sacra 1. s) primo 1. t) *deest* 1. u) *deest* 2. 3.

Nomina bina bona tibi sunt, preclarus amictus, Eberh Alt.
Papa Bonifacius modo, sed quondam Benedictus.
Ex re nomen habe: benefac, benedic, Benedicte;
Aut cito perverte: malefac, maledic, maledicte.

Eodem anno mortuo Bonifacio papa electus est in summum pontificem frater Nicolaus de ordine Predicatorum episcopus Hostiensis, et vocatus est Benedictus. Qui favore fratrum ordinis sui multa que predictus Bonifacius papa pro concordia cleri ex parte una, et Predicatorum et Minorum fratrum ordinum ex altera statuerat, repentino consilio retractavit, ut patet infra: *Inter cunctas sollicitudines nostras,* in littera que inferius cum[a] aliis litteris continetur. Eodem anno Albertus Romanorum rex veniens ad impugnandum regem Boemie Wenzeslaum, castra metatus est prope Ratisponam, apud ripam Regen, et tandem transiens civitatem Ratisponensem, et de promissu[b] Ottonis ducis Babarie[c] rapinis et incendiis non modica inibi damna fecit; et processit versus Austriam, euntibus secum in exercitu Salzburgensi archiepiscopo, Frisingensi, Ratisponensi, Pataviensi, Augustensi, Spiriensi, Erbipolensi episcopis; Ottone et Rudolfo ducibus Babarie; de Hirsperch, de Oettinge, de Wirtenberg, de Hayerloch, de Hohenloch comitibus, et aliis pluribus. Veniens igitur in Lintz per navigium transivit cum toto exercitu Danubium, et intravit Boemiam, et in eadem terra processit hostiliter usque ad argentifodinam, que dicitur Chutten, intendens eundem locum, qui habundat divitiis, expugnare. Mansit autem in obsidione illius ad quatuor dies, et tandem ab inde recessit, nulla impugnatione ibi facta, et per aliam viam cum exercitu in Austriam est reversus. Traxerat enim moram in Boemia ad sex septimanas, vel paulo minus, et nullum castrum, imo[d] nec civitatem aliquam expugnavit; quia rex Boemie munitiones suas militum et bellatorum multitudine et alimentorum copia habunde munierat, ita quod sine multa strage non poterant obtineri[e]. Et Romanorum rex expectans cottidie cum eodem rege conflictum, noluit quasi ad promptum periculum suos milites exponere, sed incolomes suo conflictui reservare. Predictus etiam rex Boemie de terris Alamannie, Polonie, Saxonie, Mixne[f] et Brandenburch multa militia iuvabatur, ita quod dicebatur habere in exercitu decem milia paganorum equorum cum militibus, et aliorum equestrium et[f] pedestrium[f] plus quam centum milia bellatorum, et pro stipendiis expendit ducenta milia marcarum argenti. Preterea rex Romanorum duxit secum regem Ungarie, qui habuit multos Ungaros, et insuper 20 milia paganorum, qui in Moravia et Boemia fecerunt stragem miserabilem[h] in populo christiano, ita videlicet quod abscissis manibus et pedibus puerorum christianorum, et eis in salina confectis, eos inhumaniter comederunt, aliis viris et mulieribus crudeliter neci datis. Quos tamen predictus rex Romanorum in ipsorum inhumanitate[i] nolens diutius sustinere, missis militibus eorundem paganorum decem milia occiderunt, et alii per fuge presidium evaserunt. Preterea rex Boemie de fecibus, que supersunt in examinatione argenti, quasdam aquas Boemie infecit, unde homines et equi regis Romanorum non pauci subito perierunt. Tandem predictus rex Romanorum in terra Austrie hyemavit, et predictus[k] rex Romanorum sperata stipendia non persolvit principibus et militibus.

1304. Ipse etiam Wenzeslaus rex Boemie ut obtineret regnum Ungarie filio suo Wenzeslao, intravit Ungariam cum exercitu. Et coronato eodem filio suo a multis nobilibus Ungariorum, acceptisque corona regni et obsidibus a predictis nobilibus, qui eum in regem elegerant, cum ipso filio suo in Boemiam est reversus; e contrario autem nepos Karuli quondam regis Sicilie ab aliis Ungariis, ut rex eorum fieret, est assumptus. Eodem etiam[l] anno, cum[m] aque Danubii transiens per pontem Ratisponensem omnino versus littus aquilonare declinasset, et littora prope civitatem sicca et arida reliquisset, cives Ratisponenses artificiose et multis laboribus et expensis ipsam aquam, ut iterum prope civitatem flueret, ad loca pristina per strues lignorum et congeries lapidum reduxerunt[n]. Eodem anno mortuus est[o] predictus papa Benedictus, in octava apostolorum Petri et Pauli, anno apostolatus sui primo, in civitate Perusii[p], et cardinales inclusi sunt ibidem secundum constitutionem Gregorii pape decimi que incipit: *Ubi periculum.* Et cum aliquamdiu sic inclusi starent, nec ad electionem procederent, cives eiusdem civitatis tantum panem et aquam ipsis pro aliquo tempore ministrabant, et ipsam constitutionem Gregorii in ipsis strictissime servaverunt. Igitur in vigilia pentecostes anno revoluto Portrannum Burdegalensem archiepiscopum in summum pontificem elegerunt, qui vocatus est Clemens.

1305. In[q] vigilia Iohannis baptiste Wenzeslaus rex Boemie, devotus ad Deum et clemens ad clerum et populum, neminem opprimens, sed per 28 annos regnum suum iuste regens, mortuus est, et sepultus in Bretzlab monasterio Cisterciensis ordinis, quod fundavit; et filius suus rex Ungarie cepit regnare pro eo. Item[r] anno Domini 1305 circa festum Michahelis Otto dux Babarie intravit Boemiam, datis sibi a Venezlao rege Boemie insigniis regni Ungarie, scilicet corona, tunica sancti Stephani regis, diademate et sceptro, contra voluntatem regis Romani Alberti et ducis Austrie Rudolfi. Qui sibi ponendo custodias, ne Ungariam intraret, omnes vias per quas intrare poterat, obstruxerant[s], sed idem dux hoc non obstante Austriam cum suis, quos de Babaria secum duxerat, sub forma mercatoris latenter transivit. Et cum venisset ad quendam locum, qui dicitur Vischamund, ubi Danubium transfretare voluit, et cum iam[t] navim ascenderet, quesivit a quodam nobili dicto de ....[u], cui coronam commiserat portandam, si ipsam haberet. Qui eam in mantica querens non invenit; et ob hoc tam prefatus dux, quam[v] qui secum aderant stupefacti, predictus nobilis ad unum miliare per[w] viam qua[x] venerat continuo est reversus; et ibi corona, sicut Domino placuit, est inventa in quadam palude. Qui ibidem annis duobus et amplius commorans nunquam regnum adipisci potuit, sed multa mala ab Ungaris est perpessus, et diu in captivitate ab eis detentus, et mortis periculum vix evasit.

a) c. a. l. *desunt* 2. 3. b) *l.* permissu. c) Bawariam 2. d) c. necnon civ. 2. c. necnon c. inussit al expugnavit 3. e) proficere 2. 3. f) *deest* 2. 3. h) strages mirabiles 2. 3. i) inhumanitatem 1. 3. Rom. rex nolens inh. ips. d. s. 2. k) et qui pr. l. pred. r. R. *desunt* 2. 3. l) *deest* 2. 3. m) quod 3. n) deduxerunt 2. 3. o) autem *add.* 1. 3. p) *deest* 1, *spatio vacuo relicto.* q) 2. 3. *male praemittunt* Kal. Iunii — aspirarent, *quae ad a.* 1300 *pertinent.* r) Eodem anno circa 2. 3. s) restringerant 2. restriagerat 3. t) *deest* 2. 3. u) *nomini spatium vacat* 1. nobili viro cui 3. v) *deest* 1. w) non per 1. x) unde 1. contra 3.

A. D. 1306, pridie Nonas Augusti Venezlaus[a] rex Boemie, de quo multa mala et turpia dicebantur, in Olmuntza[b] in domo decani, cum post prandium exclusa tota familia, excepto quodam domicello et uno rasore, qui secum fuerant, et cum vellet deponere se dormitum, interfectus est; sed quomodo, vel per quem[c], ignoratur, sed et etiam domicello interfecto. Eodem anno Albertus rex Romanorum intravit Boemiam, ducens secum dominum Chunradum archiepiscopum Salzburgensem, et Rudolfum filium suum ducem Austrie. Et asserens ad imperium collationem ipsius regni devolutam, prefatum dominum Ruodolfum ducem Austrie in regem substituit, ipsum regnum sibi et ceteris suis fratribus iure hereditario conferendo; qui etiam rex Boemie[d] relictam domini Venetzlai devoti regis, novercam predecessoris, sibi matrimonio copulavit. Eodem anno obiit Iohannes episcopus Brixinensis, cui substitutus est per dominum archiepiscopum magister Iohannes de Slokenwerd, qui fere 18 mensibus in curia stetit, et ibi vix confirmationem obtinuit[e].

1307. Obiit domina Elizabeth abbatissa in Nunnburch[f]; cui successit domina Margareta de Gebing monialis Sancti Petri. Eodem anno obiit Ruodolffus rex Boemie, circa festum beati Iacobi[g]; cui successit dominus Hainricus dux Karinthie, per electionem Boemorum, contra voluntatem regis Romanorum Alberti. Unde ipse rex commotus, associatis sibi episcopis Moguntino, Argentinensi, Constantiensi, et quamplurimis[h] aliis episcopis, nec non domino Ludewico palatino comite, et aliis multis comitibus, baronibus ac nobilibus de Reno et de Suevia, Boemiam per Egram intravit cum magno exercitu, ita quod dicebatur habere plus quam decem milia dextrariorum. Et ex altera[i] parte filius suus Fridericus dux Austrie intravit Boemiam per Austriam cum magna multitudine armatorum; et rex Romanorum ibidem usque ad festum Simonis et Iude moram faciens, nec argentifodinam in Chutten obtinuit, et munitiones et civitates paucissimas debellavit. Post hec quia propter frigus et inundationem nivium et penuriam victualium ibi diutius stare non poterat, nec etiam per viam, quam intraverat, redire domum non[k] potuit, per Austriam est reversus. Et cum venisset Anasum, rogavit dominum[l] archiepiscopum Salzburgensem, ut ei per districtum suum transitum indulgeret. Qui ad ipsum honestos suos nuncios mittens, sibi bona fide consuluit, quod propter[m] artas vias nequaquam transiret; cuius consiliis rex aquiescens per Pataviam transivit. Et cum premonitus fuisset, quod Stephanus dux Babarie sibi iuxta castrum Neunburch insidias posuisset, ipse non obstante hoc pontem ibidem ultra flumen Eni fugatis Babaris, et armis et gladiis, balistis et cuspidibus proiectis, cum manu valida et potenti sine ulla impugnatione Babariam transivit.

Eodem anno dominus Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis circa assumptionem beate Marie ad iussum regis Romanorum Alberti Karinthiam intravit cum exercitu valido et forti; et ibidem per sex ebdomadas moram faciens obtinuit civitates, videlicet ad Sanctum Vitum, et Volkenmargt[n], et Clagenfurt[o], et alias munitiones munitas, et castrum Rabenstain prope Frisacum expugnavit, ac funditus demolitus est, et in monte sancti Thome quandam munitionem construxit.

Eodem anno obiit dominus Helmwicus[p] decanus ecclesie Salzburgensis, cui successit venerabilis dominus Weichardus de Polhaim eiusdem ecclesie canonicus, circa festum beati Martini; qui supplevit ea que neglecta fuerant in presenti cronica, a tempore interfectionis regis Boemie Otakkari. Eodem etiam anno capti sunt plus quam quingenti fratres Templarii per regem Francie, propter multa mala, videlicet heresim, quia non recipiebant aliquem ad professionem, nisi prius negaret Christum, et spueret in faciem Crucifixi, et adoraret idolum quod portabatur coram eo, et tunc abiuravit[q] omnes mulieres, et indulgebatur sibi ut abuteretur se cum aliis fratribus eiusdem ordinis. Que omnia mala probata fuerant coram papa, et per se confessi; propter quod multi ex eis cremati sunt, et quamplures in captivitate mortui sunt, et papa ordinem eorum delevit per universum mundum.

a) Wentzeslaus 2. b) Olmunza 1. c) veritas *addit* 2. d) statim *addunt* 2. 3. e) *in cod.* 1. *hic sequitur* MCCC anno IV. regnante — destinari. Nota illi tres anni in locis suis propriis obmissi sunt ubi Mo.CC LXXXVIII. Translatum — Lauentino Chunrado. 1291. Venit — nat Domini. 1292. *Quae omnia iam semel supra scripta erant.* f) Nunenburch 2. g) apostoli interfectus veneno *addit* 3. h) pluribus 2. quampluribus 3. i) alia 2. k) *deest* 2. l) Chunradum *addit* 2. m) per 2. n) Volkenmarcht 1. o) Chlag. 1. 3. p) Helerwicus 1. Helinwicus 3. q) abiuraret 2. 3.

CONTINUATIO CANONICORUM SANCTI RUDBERTI SALISBURGENSIS.

1308. Obiit dominus Uolricus episcopus Secoviensis, circa festum epiphanie; cui substitutus est dominus Fridericus de Mitterchirchen prepositus Salzburgensis, in sabbato quo cantatur *Intret*, in capella dormitorii nostri[a]; pro quo electus est dominus Fridericus de Leibentz[b], canonicus et camerarius eiusdem ecclesie, in vigilia palmarum. Cuius electionem dominus Chunradus archiepis opus Salzburgensis, pro eo quod non fuit expectatus cum electione, licet ad eum minime[c] ius eligendi pertineat, usque ad decem hebdomadas distulit confirmare. Eodem anno dominus Otto dux Babarie clandestine et cum maxima difficultate a captivitate sua liberatus, et cum paucissima comitiva circa festum beati Mathie apostoli ab Ungaria in Babariam est reversus; de quo tota terra quamplurimum est gavisa, et[d] postea perturbata. Eodem anno rex Romanorum Albertus, utique potens, strennuus, bellicosus, in die apostolorum Philippi et Iacobi per filium fratris sui, videlicet Iohannem dictum[e] ducem Anlant, adiunctis sibi quibusdam complicibus, videlicet nobilibus dictis de Palm et de Eselbach, qui omnes eadem die secum in mensa regia comederant et cum eo Renum transfretaverant, non minori perfidia, quam[f] Cayn[g] Abel fratrem suum necaverat, ab eis miserabiliter est occisus. Causa hec fuit, quia cum terre Austria et Stiria ipsis[h], scilicet Alberto iam dicto et patri ipsius Iohannis, per Rûdolfum regem Romanorum patrem ipsorum in solidum collate fuissent, idem Albertus post mortem fratris prefatum Iohannem fratruelem suum ad possessionem ipsarum terrarum non admisit*. Et eidem Alberto per electionem principum successit dominus Heinricus comes de Lützzelburg, circa festum beate Katherine virginis; de quo multa bona, et maxime quod pacis amator et iustus iudex esset, quasi per totam Alamanniam dicebatur.

1309. Dominus Otto dux Babarie traduxit uxorem suam de Glogawe in festo pentecostes, et celebravit nuptias[i] sollempnes apud Straubingam, quibus interfuerunt Chunradus archiepiscopus Salzburgensis, et dominus Ratisponensis et Chyemensis episcopi, et dominus Rûdolfus comes palatinus, et alii quam plures comites et potentes. Eodem anno emanaverunt littere a sede apostolica de passagio generali, in quibus transfretare volentibus vel elemosinas suas elargientibus in subsidium Terre sancte, multe gratie et indulgentie maxime conceduntur, prout in eisdem litteris plenissime continetur. Eodem etiam anno dux Austrie Fridericus ascendens ad regem pro regalibus recipiendis, venit in Salzburgam in vigilia apostolorum Petri et Pauli, cum 1400 equitaturis. Et cum venisset ubi rex erat, rex ipsum videre renuit; tandem interveniente pecunia, videlicet marcarum milia quinquaginta, rex eidem duci et fratribus suis terram Austrie, Styrie et Maranie[k], tam feuda que eos respiciebant, quam ea que ad patruum eorum, scilicet ducem Iohannem interfectorem regis Alberti, spectabant, in feudum contulit, et prefatum Iohannem tanquam reum criminis lese maiestatis proscripsit, et ipsum bonis omnibus[k] hereditariis per sententiam spoliavit. Idem etiam dux Austrie in Suevia per estatem moram faciens, multa castra et munitiones illorum qui neci patris sui, scilicet regis Alberti, interfuerunt, expugnavit, et quam plures interfecit, alios vero tanquam profugos in exilium relegavit. Eodem[l] etiam anno rex Adolfus et rex Albertus, ambo interfecti, procurantibus eorum filiis et relictis presente rege Romano in Spirea cum regibus honorifice sunt sepulti; nam antea caruerant regia sepultura. Eodem etiam anno quidam ministeriales Austrie, videlicet domini de Potendorf et de Zeltking, se duci Austrie opposuerunt; sed tamen expugnatis aliquibus eorum munitionibus per dominum de

* *Manus secunda in cod. 3. hic inserit*: Qui videlicet dominus Albertus in ipso die occisionis sue reliquit decem liberos superstites. Scilicet serenissimum principem Fridricum regem Romanorum, et illustres principes dominos Leupoldum, Albertum, Henricum et Ottonem, duces Austrie. Necnon et preclaras dominas, dominam Agnetem reginam Ungarie, Elyzabeth ducissam Lutboringie, Annam ducissam Brathazlavie, Katherinam ducissam Galabrie, et Guetam comitissam de Oeting.

a) nostri *in cod. 1. erasum est.* b) Leinitz 1. c) e. ius el. non p. 2. 3. d) et p. p. *desunt* 2. 3. e) ducem dictum 2. f) qua 1. g) Kaim 2. h) ipsi 2. 3. i) *ita* 1. St. Marauie que tam f. eos r. et quam ea 2. St. tam feuda Morauie que 3. k) *deest* 2. l) Eodem — sepultura *desunt* 2.

Walse, aliquibus etiam pactis interpositis, usque ad reditum ducis Austrie ad concordiam sunt reversi.

Eodem anno papa Clemens V indixit a festo beati Remigii per annum generale in Wienna concilium celebrandum, ad quod tantum archiepiscopos et superiores et quosdam alios nominatim [a] episcopos convocavit. Eodem etiam anno dominus archiepiscopus Salzburgensis et abbas Sancti Lamberti ad curiam Romanam super provisione facta de monasterio sancti Lamberti, quod papa immediate ad sedem apostolicam spectare dicebat, in personis propriis sunt citati. Eodem etiam anno domini duces Babarie Otto et Stephanus obsederunt castrum in Neunburch [b] super Enum fluvium in vigilia Matthei apostoli, que obsidio usque ad festum epiphanie Domini perduravit; et missis per regem ad eos sollempnibus nuntiis, ac etiam dominis Chunrado Salzburgensi archiepiscopo nec non Rudolfo patruo eorum pro concordia laborantibus, nunquam a prefato castro recedere voluerunt, donec potentialiter expugnarent.

1310 circa festum epiphanie domini duces Babarie expugnaverunt castrum Neunburch [b], perfodiendo montem ipsius castri, et deiciendo muros eius et turrim ad terram, quod etiam postea per eos funditus est destructum; propter quod inter eos et ducem Austrie gravis discordia est suborta. Eodem [c] anno eclipsis solis facta est circa meridiem, 2. Kal. Februarii. Eodem etiam anno dominus Chunradus archiepiscopus Salzburgensis ad mandatum domini pape Clementis V celebravit concilium, ad quod convocati fuerunt [d] omnes prelati sue provincie, tam exempti quam non exempti; sed pauci venerunt propter gwerram principum Babarie [e] et Austrie. Interfuerunt eidem concilio venerabiles patres Wernhardus Patavien- sis, Iohannes Prixinensis, Hainricus Gurcensis, Albertus Chyemensis, Fridericus Secoviensis, Ulricus Laventinensis ecclesiarum episcopi cum quibusdam aliis prelatis. In quo etiam lecte fuerant littere papales, continentes gratias factas omnibus [f] volentibus transfretare vel elemosinas suas largientibus in subsidium Terre sancte, et processus habiti contra Templarios. Et papa petivit decimam omnium proventuum [g] ecclesiasticorum per biennium sibi dari, quam petitionem concilium admisit. Eodem anno Clemens papa quintus terminum prefixit feriam secundam post dominicam *Reminiscere* omnibus volentibus opponere contra Bonifacium papam pie memorie iam defunctum. Quo termino veniente quidam nomine Wilhelmus legista, qui etiam una cum Serra prefatum Bonifacium captivaverat, pro parte regis Francie, ad cuius instantiam prefatus terminus fuerat prefixus, comparuit, opponens multa et diversa crimina et hereses contra [h] ipsum Bonifacium iam defunctum; tandem per replicationes pro parte Bonifacii per quosdam suos amicos factas confusus recessit.

Eodem [i] anno papa concilium generale quod indixerat, usque ad annum ab eodem die, quo debuit celebrari, extitit [k] prorogatum. Eodem etiam anno dux Austrie circa festum beati Laurentii Babariam intravit cum exercitu copioso, et castrum in Ried obsedit, quod [l] etiam infra breve tempus ab incolis per incendium est destructum; et sic ab eo latenter recesserunt et furtive [m]. Dux vero Austrie ultra procedens, Scherdingam obsedit, ubi etiam dominus Chunradus archiepiscopus in auxilium sibi venit; qui ibidem moram faciens usque post [n] festum beati Michaelis, ut dicebatur, habebat quinque milia pugnatorum. Tandem cum propter debilitatem validam ipsius ducis, tum etiam propter penuriam victualium et propter quedam placita occulta, ab ipso castro recessit, machinis et aliis instrumentis, quibus castrum expugnari debebat, que non modicum pretium constabant, per incendium devastatis. Eodem etiam anno duces superiores Rûdolfus et Ludwicus fratres hereditatem inter se [o] diviserunt, propter quod gravis inter eos discordia est suborta, asserente duce Ludwico, quod secum comitatum palacie condividere debebat, duce Rudolfo sibi hoc penitus denegante.

Item dominus Hainricus rex Romanorum circa festum omnium sanctorum Lombardiam intravit, ducens secum Leupoldum ducem Austrie, qui a Mediolanensibus honorifice est receptus; et eo ibidem moram faciente, quidam dictus de Turri, qui antea ibidem capitaneus fuerat, dolens de sui honoris privatione, cum amicis suis ipsi regi insidiatus voluit ipsum interficere. Quod presentiens [p] dux Leupoldus cum exercitu suo, adiunctis sibi etiam quibusdam fratribus de domo Theutonica, occurrit, et bello cum eo in civitate commisso, ipsum in

a) ep. nominatos 2. 3. b) Nuenburch 2. Nunburch 3. c) Eodem etiam anno — Februarii *infra post* concilium admisit *ponunt* 2. 3. d) sunt 3. uocati sunt 2. e) Babarie — Patauiensis *desunt* 2. 3. f) *deest* 1. g) *deest* 2. 3. o. ecclesiarum quercencium per 3. h) *deest* 1. i) Eodem — prorogatum *post* devastatis *ponunt* 2. 3. k) e. p. *desunt* 1. l) et 2. 3. m) et f. *desunt* 1. n) ad 2. 3. o) h. suam d. 2. 3. p) presciens 2. presciens 3.

fugam convertit, Lombardis plurimis interfectis; plures etiam civitates Lombardie[a], Verona, Mantua, Ianua, ipsi regi se subdiderunt. Item rex Romanorum filium suum regem Boemie prefecit; qui intrans Boemiam, adiunctis sibi domino Moguntino[b] et duce Rudolfo, ducem Hainricum Karinthie ante[c] ab ipsis in regem suum electum expulit ab eadem. Item Stephanus dux Babarie obiit, in crastino Thome apostoli[d]. Item dux Austrie misit circa festum beati Martini dominum Uolricum de Walse cum trecentis[e] armatis in Titmaning contra ducem Babarie; qui adiunctis sibi hominibus archiepiscopi Salzburgensis tam districtum Salzburgensem quam etiam districtum ducis Babarie spoliis et incendiis devastarunt, in tantum ut propter frigus et famem tanta mortalitas hominum est secuta, ut a prefato festo usque ad festum purificationis in uno cimiterio Titmaning plus quam duo milia et trecenta funera sint[f] sepulta, et mortalitas hominum per totam Babariam fuit magna[g] subsecuta.

1311 dominus Clemens papa quintus habuit concilium in Vienna, et duravit a festo Remigii ad 42 septimanas; et ibi cancellatus fuit ordo Templariorum.

1312, in annunciatione beate virginis Marie, obiit dominus Chunradus archiepiscopus Salzburgensis, qui revolutis 58 annis eodem die natus fuit. Eodem anno, Kalendis Aprilis, electus fuit dominus Weichardus[h] de Polhaim decanus ecclesie Salzburgensis in archiepiscopum ibidem; et eodem anno in[i] die beati Willibaldi extitit confirmatus, et eodem anno Abdon et Sennen per Clementem papam quintum fuit consecratus; pallio fuit etiam eodem anno in vigilia Augustini decoratus. In vigilia sancti Thome apostoli a curia recessit, cum magnis laboribus, sumptibus et expensis. Item eodem anno, in festo sancti Leonhardi, quedam virgo nomine Christina, infra Coloniam ad duas leucas, septuagenaria obiit, mire sanctitatis, de Stumbele. Item eodem anno obiit dux Otto de Babaria, 7. Id. Septembris, hoc est in vigilia nativitatis Marie virginis gloriose.

1313.* Hainricus imperator, comes quondam de Luetzelburch, 10. Kal. Septembris obiit Pisis, premortua uxore et fratre in Lombardia. Eodem anno conflictus fuit in Babaria[k], in Gameldorf prope Mosburgam, inter dominum Ludwicum palatinum comitem, ducem Babarie, et Australes; et dominus Ludwicus gloriose triumphavit, 5. Idus Novembris.

A. D. 1314 Clemens papa quintus de Vaschonia obiit in Provincia, 12. Kal. Maii, et nunquam tempo e sui egiminis ad ecclesiam sancti Petri in Urbe pervenit. Eodem anno dominus Ludwicus palatinus comes, dux Babarie, electus est in Romanum regem in magna discordia principum, contra dominum Fridericum ducem Austrie, 15. Kal. Novembris, hoc est Luce ewangeliste. Item eodem anno in festo Andree obiit rex Francie Philippus grassus[l] et magnus, qui multa mala fecit circa monetas suas, et Flandrensibus diversas iniurias irrogavit, et etiam suscepit et sustinuit ab eisdem[m].

A. D. 1315, tercio decimo[n] Kalendas Augusti, dominus Weichardus archiepiscopus Salzburgensis aperuit tumbam sancti Rudberti, et invenit reliquias ibi. Primo beati Rudberti cum capite. Item beati Martini in magna quantitate. Item beati Vincentii martiris in magna quantitate. Item beati Hermetis martiris. Item beati Crisanti et Darie et Gislarii. Et eodem anno ostendit populo easdem reliquias, in festo nativitatis beate virginis Marie, et in sequenti proximo festo beati Rudberti, translationis scilicet, dedicavit novum altare beato Rudberto, et predictas reliquias ibidem reposuit et recondidit. Item sequenti festo translationis sancti Virgilii consecravit altare sancti Virgilii, constructum per suum antecessorem dominum Chunradum de Vansdorf[o], alias dictum de Praitenfurt, et ibidem reliquias eiusdem sancti reposuit et recondidit. Post octavam vero sancti Virgilii predicti, hoc est 5. Non. Octobris, percussus generali spasmo in toto corpore et gravissimo, et etiam letargia, et tandem pridie Nonas eiusdem mensis obiit. Eodem anno, 9. Kal. Novembris, dominus Fridericus de Leybentz, prepositus et archidiaconus ecclesie Salzburgensis, electus est in archiepiscopum ibidem concorditer[p].

* *Manus secunda inseruit in cod.* 3: Obiit serenissima domina Elyzabeth, relicta quondam dive memorie domini Alberti regis Romanorum, in die beatorum apostolorum Symonis et Iude; que fundavit claustrum sanctimonialium in Chunigsvelde, ordinis sancte Clare virginis, et ibidem est sepulta. Eodem anno erat tanta karistia quod metreta tritici dabatur pro tribus solidis et duobus denariis. Eodem anno *etc.*

a) scilicet *addunt* 2. 3. b) d. Petro Mog. archiepiscopo 3. c) antea 2. 3. d) S. Th. ap. gloriosi 2. e) centeris 2. 3. f) sunt 2. g) maxima 2. h) Wichardus 2. i) in — anno *desunt* 1. k) fuit in Galmadorf p. 2. l) grossus 3. m) dampnum *addit* 3. n) t. d. *desunt* 1. o) Vonsdorf 1. p) sine mora *addit* 2.

1316, 7. Kal. Augusti, hoc est in die sancte Afre, fuit electus dominus Iacobus in papam, Portuensis[a] quondam Avinionensis episcopus, natione de civitate Caturcensi, Provincialis, pusillus corpore, magnus in scientia et etate, de progenie cerdonum[*]. Eodem anno 8. Idus Octobris predictus dominus Fridericus electus extitit in privato[b] consistorio per papam Iohannem XXII confirmatus, et 3. Kal. Novembris idem papa cum multis aliis eandem publicavit confirmationem. Et eodem anno 8. Kal. Decembris de mandato pape dominus Berngarius Tusculanus cardinalis ipsum et patriarcham Gradensem et archiepiscopum Rosonensem Grecum barbatum cum quinque episcopis et quatuor abbatibus consecravit; postea in octava Martini iuramentum camerario pro communi obsequio prestitit, et sequenti die post Elizabeth pallium a papa petitum fuit et concessum, et in die Crisogoni per dominum Neapolionem cardinalem, assistentibus sibi domino Iacobo Gagitano[c] et domino Luca de Ianua cardinalibus, traditum et cum iuramento datum. Item eodem anno 4. Kal. Iunii obiit rex Francie Ludwicus, et parum regnavit, quia parum valuit[d], sicut pater suus Philippus Grassus. Item eodem anno ante festum Iohannis baptiste, et in vigilia eiusdem, et in vigilia apostolorum Petri et Pauli, triplex inundatio tanta aquarum facta fuit, quod quasi particulare diluvium videretur.

1317, vel 18. dominus Fridericus de Leybentz venerabilis archiepiscopus ecclesie Salz-
1318. Dec. 5. burgensis unionem et societatem iniit cum domino Friderico electo de Austria et fratribus suis, ad vitam ipsorum, contra inferiores duces Babarie, qui in multis ipsum et ecclesiam suam gravaverant, et contra omnes, excepto papa et imperio et predicto Ludwico electo et Rüdolfo fratre suo, ita quod mutuo se iuvare deberent laboribus, sumptibus et expensis contra omnem hominem ipsis nocere vel obesse cupientem.

1319 dominus Fridericus electus de Austria cum domino Friderico Salzburgensis ecclesie archiepiscopo, congregata magna copia galeatorum, per districtum suum et terram ecclesie Salzburgensis venit in Mùldorf quasi ad pontem civitatis, et frater suus dux Leupoldus cum bona societate armatorum venit in Mùldorf. Dominus vero electus Ludwicus et dominus Hainricus dux Babarie inferioris cum multitudine copiosa galeatorum, armatorum et peditum venerunt ad montem supra civitatem et[e] opidum Mùldorf positum, et potenter ipsum per aliquod modicum tamen tempus tenuerunt, et finaliter nescio quo ducti spiritu in die sancti Michahelis terga vertentes hostibus, confusi fugierunt, nec ipsorum aliqui remanserunt. De post fetantes accepit autem eos, quia post eos intravit sepedictus electus Fridericus cum suis terram ducum inferiorum; et talem desolationem fecit per incendia, rapinas et destructiones, que[f] hactenus fuit et est in Babaria inaudita, ita quod dicto electo eunte, stante et redeunte nunquam aliquis defensor apparuit seu contradictor.

Anno 1320 et 21 nullum factum signatum inveni[g].

A. D. 1322, circa festum beati Matthei apostoli et ewangeliste, dominus Fridericus electus de Austria et dominus Hainricus frater ipsius ac reverendi patres dominus Fridericus venerabilis archiepiscopus Salzburgensis et dominus Albertus dux Saxonie episcopus Pataviensis et dominus Dietricus episcopus Laventinus cum exercitu valido diversarum nationum Babariam hostiliter intraverunt; et inter Oettingam et Mùldorf castra metati sunt apud fluvium qui Ysen vulgariter nuncupatur. Quibus dominus Ludwicus electus de Babaria, dominus Iohannes rex Boemie et dominus Hainricus dux Babarie inferioris, cum magno exercitu et valido occurrentes 4. Kal. Octobris, hoc est in vigilia sancti Michaelis, apud dictum fluvium sub monte Dornberg bellum pariter inierunt. Et interfectis ab utraque parte mille viris et amplius, dominus Ludwicus triumphavit, domino Friderico et domino Hainrico fratre ipsius ducibus predictis cum omnibus suis, nec non omnibus ministerialibus, militaribus et aliis nobilibus Salzburgensis, Pataviensis et Laventinensis ecclesiarum captis, anno et die prenotatis[h]. In eadem vero hora congressionis et conflictus reverendi patres et domini, dominus Fridericus archiepiscopus Salzburgensis, dominus Albertus Pataviensis, dominus Dietricus Laventinus, de consilio domini Friderici electi de Austria in Mùldorf se receperunt, et ibidem per aliquod tempus pausantes, tandem ad propria commode redierunt. Unde versus:

[*] et dictus est Iohannes XXII. *manus 2. in margine codicis 3.*

a) *deest.* 1. b) prefato 1. c) de Bagitano 2. d) volnit 1. 3. quia p. *desunt* 2. e) seu 2. 3. f) quod 1. g) *ea minio scripta sunt in* 1. MCCCXX et *desunt* 2. *In* 3. *tantum numeri annorum vacui positi sunt.* h) *sequentia usque ad finem anni desunt* 2. 3. *In cod.* 3. *hic manu secunda inserti sunt versus de S. Leupoldo et miraculis eius a.* 1323 *factis.*

Anno milleno CCC, bis quoque deno,
Et bino, sancto Venetzlay quoque festo,
L. rex prevaluit, F. rex cito vincla subivit.
Sic quoque preclarus dux Heinricus frater eius,
Turbaque baronum vinclatur magna suorum.
Multos prostravit ferus hostis quos nece pavit.
F. Salzburgensis princeps, Al. Pataviensis
D. que Laventinus cesserunt ut debuerunt.
Heu tamen hi proprios inibi victos reliquerunt,
L. rex quod cepit, M.C.L.X. tibi dicunt.
Conflictus habitus est sub Dornberg prope Mûldorf.

1324.[a] In octava assumptionis beate virginis Marie, hoc est 11. Kal. Septembris, castrum[b] et oppidum in Titmaning traditum et venditum ac amissum est per dolum et fraudem eorum qui in castro et oppido fuerunt, et eorum qui fuerunt ante castrum et oppidum, et illi principales traditores fuerunt servitores ecclesie Salzburgensis Quorum[c] primus Wulfingus de Goldelk filius Ottonis, per quem multa alia mala sustinuit ecclesia Salzburgensis. Tamen ad ordinationem domini Ludwici ducis Babarie superioris, qui electus fuerat in Romanorum regem, et reprobatus per papam Iohannem XXII, demeritis suis exigentibus, hec traditio fuit ordinata, et proscripsit dominum Fridericum de Leybentz archiepiscopum Salzburgensem, et in illa proscriptione tantam fraudem de amissione predictorum procuravit.

1327.[d] Supra dictum castrum et oppidum in Titmaning post destructionem et desolationem magnam oppidi et comitatus ad ipsum pertinentis, rehabitum fuit per modum emptionis gravibus laboribus et expensis.

ANNALES MATSEENSES.

Annalibus Salisburgensibus post annum 1327 *neglectis, monachi Sancti Petri sacculi XV, quibus temporum praeteritorum historia cordi erat, lacunam expleverunt descripto codice vicini monasterii Matseensis, quod hoc codice inspecto manifestum est. Nam ea quoque, quae ibi manu secunda in margine scripta sunt, receperunt. Quae ecclesiam Matseensem tangunt, receperunt quidem, sed pronomen „nostra“ omiserunt, et de suo monasterio quaedam inseruerunt. Nos autem ex ipso codice Matseensi, quem in Annalibus nostris X,* 619 *descripsimus, et haec damus et initium continuationis, quae ibi post Eberhardi Altahensis chronicon sequitur. Omnia saec. XIV exeunte scripta sunt, sed vetustiorem codicem a.* 1358 *desiisse, inde alteram partem ab aliis scriptam fuisse, interpositum eo loco chronicon episcoporum Pataviensium probat. Ultima a subaequalibus scriptoribus addita, monachus Sancti Petri non recepit.*

Wenzezlaus iuvenis patri successit, qui etiam Ungaris patre vivente datus fuerat pro rege, et idem propter infidelitatem Ungarorum Ungariam deserens, Bohemiam remeavit; qui cum cepisset in Bohemia regnare mortuo patre, quasi moniacus incedens, suos ministeriales male tractavit, ipsi vero nolentes parcere sue vesanie, proprium dominum in civitate Olmuncz interfeccioni tradiderunt. Ita cum rex inclitus in meridie cubaret, duo qui prius de familia eius erant, ex ordinacione dominorum predictorum palatium accedentes, arma in clanculo deferentes, regem non aliqua versucia munitum sub forma pacifica accesserunt. Cum rex viros turpissimos pacifice salutasset, ipsi pro retribucione salutationis regem plagis cultellinis horribilibus neccaverunt. Quo mortuo Albertus rex Romanorum iterum partes Bohemie cum magno exercitu hostiliter visitavit, artando Bohemos bellicose quod filium suum Rudolfum pro rege Bohemie acceperunt. Qui[e] cum pauco tempore regnasset, obiit. 1305. Iun. 21. 1306. Aug. 4 Oct.

a) *anno* 23 *sequentia tribuit* 2. b) c. et o. *desunt* 1. c) Quorum — Salzburgensis *desunt* 1. d) XXVI 2.
e) Qui — obiit *m.* 2. *s. XIV ex.*

Jul. 4. 1307. Rudolfus dux Austrie et Styrie, filius regis Romanorum, electus in regem Bohe-
Aug. mie[a] obiit; quo defuncto Heinricus dux Karinthie per auxilium Babarici ducis[b,87] regnum Bohemie subintravit. Quapropter ipse rex Albertus regnum subsequens incendiis plurimis ac predacionibus infestavit; ut sic nichil proficeret, cogitans ulcionem in Babaros exivit
Oct. de regno Bohemie; transiens fluvium qui dicitur Danubius prope civitates Chremsam et Linczam, venit usque ad castrum Neunburch. Exercitus vero[c] copiosus Bawarorum ex opposito Eni iacebat, tueri volentes ne quis hostium pontem transiret, et nescio quid inoppinabile sompniantes, ita ut hostium cunei ocius transilirent et quosdam ex ipsis mactarent, quosdam vinculis afficerent; reliquos vero confusione perfusos omnes pariter aufugaverunt. Hiis ita gestis predictus rex 5 diebus ibi quiescens, ad duas leucas terram circumquaque depopulatur,
Nov. 7. sexta vero die, Willibrordi videlicet, iter arripuit, et tentoria sua prope . . . . .[d] que dicitur Corphaim extendit, et nox ista in tympanis et tubis more letancium est finita. Ipse rex manu potentissima misso igne voraci in cunctas villas oppida in transitu suo constitutas totam terram pertransivit. Quidam[e] ministeriales Austrie, videlicet domini de Potendorf et de Zelking, se duci Austrie opposu runt; set tamen expugnatis eorum municionibus per dominum de Waltse...[f]
1308. 1309 Albertus[g] sepedictus sibi invidebat, et Karintheanum a regno excludere nitebatur, quod tunc temporis fuit impeditum; nam Albertum Renum ascendere oportebat, et Iohannem ducem[g] patruelem suum, cuius ducatum diu tenuerat, secum duxit, et quoniam Iohannes qui vocabatur dux sine terra, suam hereditatem extorsisset[h], Albertus rex ambiciosus sine utilitate suo patrueli melliflua dabat verba. Iohannes vero dictus dux sine terra ira furoreque incensus, qualiter Albertum patruum suum occideret, tempus oportunum cottidie
Mai. 1. expectavit, et cum quadam die circa Renum equitaret, dimisso exercitu circa unam partem Reni, Albertus cum Iohanne predicto et aliis quinque ad aliam partem transfretavit[i], et cum Iohannes tempus habile exercendi maliciam sic vidisset, suum patruum et proprium dominum gladio pluribus vicibus penetravit. Et mortuus est Philippi et Iacobi. Homines in exercitu videntes suum dominum in alia parte Reni a propriis interfici, et sibi non valentes subvenire, quocunque poterant fugierunt, et in loco interfeccionis in anime sue remedium claustrum monialium est constructum. Et Albertus rex Romanorum persecutor in clerum in fine sui obitus gratia caruit clericorum, nam morte repentina absque confessione et omni sacramentorum gratia crudeliter exspiravit. Quia expertum est, quicunque clerum non tenet in reverencia satis digna, eum consecuntur tria mala; primum malum, nam ab omnibus est infamis; secundum, quod fortuna sibi novercatur in hoc mundo; tercium, namque in extremitate sue vite procul dubio carebit gratia clericorum. Unde versus:

Non amat hic verum qui persequitur nisi clerum,
Proditor est rerum, tenet hic finemque severum.

Nov. 27. Heinricus comes de Luczelburch post obitum Alberti regis Romanorum a debitis electoribus canonice est electus, et cum regnare cepisset Heinricus iam rex Romanorum, filium suum
1310. Iohannem Bohemis pro rege dedit, et Karintheanus[k] de quo prius mencio habita fuit, regnum Bohemie deserens, ducatum Karinthianorum iterum est ingressus, et cum in Karinthea diu
1335. regnasset, filiam suam filio Iohannis regis Bohemie copulavit[88], hoc facto viam universe car-
Apr. 4. nis ingressus. Hiis visis de domino Heinrico rege Romanorum et amatore clericorum, prophecie flosculis illustrato, nec non moribus sinceritatis adorando, regulisque iusticie decorato, aliquid est memorie revocanduin. Cum igitur dominus Heinricus rex Romanorum filium suum ut prefatum est Bohemis pro reg dedisset, ipse dominus Heinricus iure imperiali Ro-
1312. mam venit, ubi kathedre presedit, et factus est cesar, veluti ius imperiale expostulat et re-
Iun. 29. quirit. Hoc facto cesar Heinricus totus magnanimus, iustus, pius et pacificus, civitates et regiones contrarias sibi et imperio subiugavit, et cum sic maleficos deprimeret, et iustos exaltaret, et pacem secundum eius posse per orbem universum ordinaret, cesar Heinricus
1313. predictus cum in Florencia corpore Christi deberet curari, loco vini calici toxicum infude-
Aug. 24. runt, et cum cesar post sacratissimi corporis Christi sumpcionem ex calice bibere deberet, ipse in bibendo ex calice per toxicum est occisus, per[l] Predicatores. 1313.

a) *m. 2. additum.* b) *ita pro regis corr. m. 2.* c) vero — Eni *m. 2. suppl.* d) civitatem *vel* municionem *excidit.*
e) Quidam — Waltse *m. 2.* f) *hic aliqua excidisse, fort. folio in autographo perdito, patet; cf. supra p. 819. 820.*
g) *m. 2. in margine:* Nota de duce Anlant. h) exorsisset *cod.* i) transuctauit *cod.* k) Karintheanum *cod.*
l) per predicatores M.CCC.XIII. *addidit manus 2. Eadem scripsit* 1309 — destructum.

87) Stephani. 88) Iohanni Margaretham dictam Maultasch, a. 1327.

1309. Castrum Neunburch[89] ab Ottone et Stephano fratre suo duce Bawarie funditus est destructum. 89

1310.[a] Fridricus dux Austrie cum quinque milibus armatorum Bawariam ingreditur. Castrum Ried ab eo destruitur, deinde vero castrum Scherding mensibus duobus est occupatum. Ottone vero duce Wabarie et Stephano fratre suo magna collecta manu ex opposito Eni fluminis, utrique ducum ab invicem sine certa victoria discedunt, Fridrico tamen duce Austrie in fuga ut[b] dicitur existente. Pestilentia hominum et pecorum atque pecudum facta est magna. Stephanus dux Bawarie obiit in die sancti Thome apostoli. Dec. 21.

1311. Otto rex Ungarie qui et dux Bawarie, Fridricus dux Austrie apud Salzburgam pacificantur in die purificacionis beate virginis Marie. Castrum Neunburch nuper destructum iterum construitur. Febr. 2.

1312. Fames validissima facta est, ita ut mensura siliginis unius videlicet metrete pro tribus solidis denariorum aut amplius venundetur, mensura vero avene pro nummis 60 venderetur.

1313. Ottone rege Ungarie duce Bawarie defuncto[90], succedit Heinricus dux adhuc puer. Hinc rursus iterum illud lucidius claresci quod sonat Scriptura: *Ve illi terre cuius* etc. Eccl. 10,16. Nobiles enim tocius terre Bawarie primi et potentes mirabiliter discordantes, quidam ex ipsis Ludwico Noricorum duci, alii vero Fridrico duci Austrie sua impendentes aminicula; ob quod tota fere provincia Bawarie incendiis et rapinis atrocibus devastatur. Agmina vero utriusque partis simul congregata campum congrediuntur et in die quatuor coronatorum martirum Ludbicus dux cum suis apud oppidum Mospurch[c] victis hostibus gloriose triumphum obtinuit. Comites plurimos ac ministeriales aliosque nobiles multos valde captivos deduxit. Nov. 8.

Wernherus episcopus Pataviensis obiit. Gebhardus successit. Iul. 29.

1314. Ludwicus Noricorum dux adhuc discordat cum Fridrico duce Austrie. Inde fit ut tota terra Bawarie perpetue desolacioni sit addicta. Ludwicus Noricorum dux, Fridricus dux Austrie concordes fiunt apud Salzburgam in festo pasce. Omnes prius captivi solvuntur. Apr. 7.

Ex codice monasterii Vorowensis n. 73. saeculi XV.

1315. Subscripti articuli in Chremsa civitate Pataviensis dyocesis sunt inventi[91], ac per fratres Predicatores dominumque Ortolfum eiusdem civitatis decanum, et per reverendum magistrum Gundakchrum tunc plebanum et canonicum Pataviensem, qui postmodum factus decanus est Pataviensis[92] et archidiaconus, quibus ab eodem choro de hereticorum inquisicione facta commissio, reprobati ac racionabiliter confutati. Primo comparabant missas Lucifero, credentes eum adhuc cum Mychahele et bonis angelis universisque fidelibus auxilio suorum satellitum debere confligere ac laudabiliter triumphare, et quod tunc eterne restituendus sit glorie, Mychahel vero cum suis angelis et fidelibus eterno deputetur incendio puniendus. Item dicebant se habere 12 apostolos, qui annis singulis universa mundi climata perlustrarent; de quibus duo annis singulis paradysum introirent, auctoritatem ligandi et solvendi ab Elia et Enoch accepturi, et ea accepta continuo reversuri; quam tunc suis communicarent[d] sequacibus prout ipsis divinitus constitutum.

Anno D. 1315 facta est inquisicio contra hereticos in Chremsa ex commissione reverendi patris domini episcopi Pataviensis, et fuerunt inquisitores deputati dominus Ortolffus plebanus ibidem et religiosi fratres Predicatorum et Minorum ordinum etc. Qui vocatis plebibus in secta suspectis, eosque in subscriptis articulis ex eorum responsione convicerunt. Primo 92

1. quod misse apud sacerdotes pro Lucifero conparande sint, qui cum Michahele conflictum habere debeat et laudabiliter triumphare; et quod restituatur glorie eterne, Michahel vero supplicio eterno.

2. Quod 12 habent apostolos singulis annis omnes sectas perlustrantes, quorum duo singulis annis paradisum intrant, ab Helia et Enoch recipientes auctoritatem ligandi et solvendi, et coapostolis suis contribuunt.

3. Integritati virginis Marie detrahunt dicentes eam fuisse angelum aut corruptam, hoc vulgare dicentes:

Eva het einen man
Der waz gehaizzen Adam.

a) *in cod. est* MCCCXI, *quod falsum est. Sed numerus corrigentis manu mutatus est.* b) et *c.* c) *manus 2. superscripsit* Gamelstorf. d) communicaret *cod.*

89) ad Enum. 90) iam anno 1312. 91) Similima horum habet Trithemius in Chron. Hirsaug. ad h. a. et Pezius SS. II, 533. ex codice S. Florian. ad a. 1312. 92) post Ottonem qui adhuc a. 1343 commemoratur. Mon. Boica XXX[b], 173.

Item integritatem Virginis derogabant, dicentes eam fuisse angelum et incorruptam, aut mulierem penitus violatam, et ut non esset que se a calore iniquitatis tante absconderet[a], tale huic articulo vulgare et ritmicum testimonium commendabant:

Eva het ein man
Der was gehaizzen Adam:
Seit der zeit an man
Nie chain vraw chain chint gewan,
Noch nimmer getuet.
Also stet unser gelawb und unser muet.

Item Romanam ecclesiam eiusque statuta non esse meritoria, ipsamque[b] non esse fidelium, sed ecclesiam gencium esse affirmabant. Item non credebant cymiteria vel ecclesias consecratione aliquali depravari[c] et sic per contrarium non posse turpitudine violari. Item negabant sacramentum, aliqui baptismum viciant dicentes: *Si baptismus a Deo est sacramentum, ergo balneum quodlibet est sacramentum, et per consequens balneator quilibet est Deus.* Item negabant sacramentum eucharistie, ipsum appellantes sic communiter in vulgari . . . . . [d] Item negabant sacramentum matrimonii, ipsum matrimonium sic vulgariter appellantes: *Ein geswarneu huer.* Item negabant sacerdotes ecclesie aliqua preditos auctoritate, sed eos sic in vulgari potius plasphemabant[e], seculares et religiosos quoscunque prelatos unanimiter vocitantes, Predicatores et Minores *chirchphaffen* universaliter appellabant. Item sacramentum confessionis detestabiliter viciabant, nam omnes confitebantur laycis, asserentes quod quilibet quemlibet omni loco et tempore possit absolvere a pena penitus et a culpa. Item sacramentum penitencie inventi sunt maliciose nimium infecisse. Nam eorum episcopus qui magister hereticorum dictus est, sicut falsam pretulit auctoritatis speciem, sic et in ipsis inventus est inflixisse[f] penitenciam execrabilem in hec verba:

Cheusch auf der erden,
Daran scholt du geleutert werden.

Item sacramentum sacre unctionis penitus annichilabant vulgariter, quando fuerunt si hoc sacramentum crederent requisiti, unanimiter respondentes: *Wier gelauben, ist daz chraut wol geolet, so ist ez dester pezzer.* Item suos uterinos gemellos pueros sibi mutuo copulabant, sicut inventum est quia eodem[g] Ulricus Wollarius civis Chremensis, eorum filius maior, in die cene Domini suos pueros ex pa-

Ex codice monasterii Vorowensis n. 73. saeculi XV.

Seid der zeit an man
Nie chain fraw ein chind gewan,
Noch nime mer getüt.
Also ist unser geloub und müt.

4. Romanam ecclesiam et eius statuta sine omni merito affirmant, ipsamque non fidelium, sed gentium matrem esse.

5. Cimiteria et ecclesias non posse consecrari nec aliqua turpitudine violari.

6. Si baptismus est sacramentum, ergo quodlibet balneum est sacramentum, omnis balneator Deus.

7. Sacramentum eukaristie dicunt: *Daz ist der gemacht Got.*

8. Sacramentum matrimonii: *Daz ist ein gesworn hůr.*

9. Sacerdotes religiosos et Predicatores dicunt: *Daz sind vercherer gůter lewt.*

10. Quod sacerdotes et religiosi sunt a laicis distincti habitu, ideo sunt ut libidini plus vacent.

11. Dicunt laicis posse confiteri, et quod quilibet habeat absolvere quemlibet omni tempore.

12. Penitencie iniunccionem sic viciant: nam episcopus eorum in absolvendo dicit eis:

Chuss auf di erden,
Darauf solt du geraynet werden.

13. Sacramentum unccionis sic viciant: *Wir gelowben, ist daz chraut wol geolet, so ist ez dest pezzer ze ezzen.*

14. Matrimonium sic viciant: nam gemellos et uterinos copulant. Et inventum est eodem anno quod Ulricus Villanus civis Chremensis suos pueros ab utroque parente germanos in die cene matrimonialiter copulavit, suis cohereticis omnibus invitatis totam noctem duxit insompnem luxurie vacans in contumeliam Creatoris.

15. Iuramentum sic inficiunt: *Wer einen aid swert, daz ist als vil sund als der in einen chalten ofen plèst.*

16. Quicquid sub terra fit, hoc Deus nesciat. Nam cum quedam Gisla nomine cremaretur, interrogata utrum virgo esset respondit: *Super terram virgo sum, sub terra non.*

17. In salutando nostros Romanulos, suos vero Israhelitas appellant. Dicunt: *Gruzze dich der verstozzen ist.* Salutatus respondet: *Lon dir der dem gewalt ist geschehen.*

18. Quando unus alium inopinate accedit, appropinquans ianue dicit: *Ist icht chrimpb*

a) *ita codex.* b) ipsarumque *cod.* c) *ita codex; emendari Pez.* d) *vacat in codice.* e) *verba omissa sunt in codice.* f) influxisse *c.* g) anno *supplendum videtur.*

Ex codice monasterii Vorowensis n. 73. saeculi XV.

tre et matre germanos matrimonialiter copulavit, ac domum invitatis suis cohereticis omnibus totam illam noctem insompnem vacans ebrietati et luxurie in contumeliam Crucifixi seque ac suos repleverit in die parasceues[a] carnibus excessive. Item iuramentum nichil esse dicunt, et ideo non verentur frequentius periurare. Dicunt etenim sic: *Wer ain ait swert, daz ist als vil sund, als der in ein chalten oven plest.* Item quidquid in locis subterraneis fieret, Deum non scire nec punire affirmabant aliqualiter; quod compertum est quia dum quedam ex eis nomine Gisla crematur, iudici querenti si virgo esset, fertur taliter respondisse: *Super terram virgo, sub terra vero non.* Item nostros presbiteros Romaniolos, suos vero Israeliticos appellabant. *Gruez dich der verstozen ist*, et respondet salutatus: *Lon dir dem gewalt geschehen ist.* Item cum alter ad alterum venire voluit, ne christianis presentibus inopinate intraret, appropinquans ianue dixit: *Ist icht chrumpez holtz dar inne?* Si in illo loco christiani fuerunt, heretici responderunt: *Stozzet euch an die want nicht.* Si autem soli fuerunt ibi heretici: *Ging in her du gesegenter Gotes*, sicut habetur Tob.: *Ingredere benedicte Domini.* Item ut statuta penitus confutarent, quanto dies fuit celebrior, tanto viliora vel notabiliora opera exercebant. Sic eodem prenotato anno compertum est quod eorum filius maior in die pasce panem pistavit in verecundiam Resurgentis. Qui autem in Wienna crematus est nomine *der Neumaister*, fassus est se 50 annis eorum fuisse episcopum et magistrum, et quod in Austria et eius confiniis sint plus quam 80 milia, sed in Bohemia et Moravia numerus infinitus. Ex ore quoque unius Ypolitensi civitate cremati intitulata sunt a Dreschirichen usque ad Sanctum Ypolitum 36 loca famosa, in quibus heretici commorantur.

1315. Romano imperio mors seva, cuius nimis est amara memoria, virum pacificum Heinricum de Luczelburch imperatorem quia subduxit, Maguntinensis et Treverensis archiepiscopi cum suis complicibus Ludwicum ducem Noricorum regem constituunt, Coloniensis vero episcopus suique fautores vice versa Fridricum ducem Austrie, ut sue parti faveat, imperio Romano prefecit. Imperium igitur Romanum sic divisum multas provincias et ecclesiarum monasteria rebus seve dispersis sunt in solitudinem[c].

1316. Fridricus cum suis fautoribus exercitum magnum congregat adversus Ludwicum. Occurrente vero Ludwico sibi manu robusta, utriusque supra fluvium qui dicitur Nekkaer consedit exercitus. Deficientibus autem alimentis, post aliquod tempus sine certa victoria ab invicem omnes congregati recedunt. Sept.

1319.[d] Fridricus rursum ad bella virorum doctorum ex multis provinciis agmine valido congregato, habens in auxilio Fridricum Salzburgensem episcopum, terram Bawarie per civitatem Lauffen potenter intravit. Ludwicus vero et Heinricus dux puer cum suis occurrentes, nichil tamen proficiebant, sed ipse Fridricus terram Bawarie usque ad civitatem Lantshuet inquietus devastavit[e].

1320. Albertus filius ducis Saxonie episcopus fit ecclesie Pataviensis.

1321. In vigilia pentecostes, hora videlicet completorii, in claustro Aschpach dum fratres assiderent sacre lectioni, fulgur ingens igneus insonuit mox acrius, quattuor ex ipsis in terram prostravit semimortuos velocius, unum tamen ex hiis quattuor perculit[f] plus dirius, ita ut totus ex uno latere a vertice capitis usque ad plantam pedis tamquam plumbo perfusus

holcz hinne? Si christiani ibi sunt, heretici respondent: *Stozzt ew an die want nicht.* Si autem soli heretici sunt ibi dicunt: *Ging in her du gesegenter Gotes sun.*

19. Festa ecclesie detestantur. Nam in die pasce vel nativitatis Christi pistant panes. Quidam enim dictus Newmaister in Wienna crematus dixit se annis 50 in Austria ipsorum fuisse episcopum et habuisse illo tempore in Austria de secta sua 83 milia, in Bohemia infinitum numerum. Et a Drêschirchen usque ad Sanctum Ypolitum 30 loca fuisse famosa ubi heretici morabantur.

In Chempnaten plebanum et in Nachlingen[b] plebanum cum socio occiderunt et vindicta nulla ex desidia prelatorum secuta fuit etc.

a) parassaues *c.* b) *vel* Machlingen. c) *ita codex.* d) *ita correxi*, MCCCXVII *cod.* e) MCCC.XIX. *add. m. 2.* f) protulit *cod.*

liquefacto, totus adustus videretur, ipsi de pede calcium scindens mirabiliter qui usque nunc reservatur in signum.

1322. Iesus Christus cordibus incogitabilis, omnibus linguis inedicibilis, universis nova stupenda et nostris temporibus inaudita miro opere complevit[a] in patria; ut hec progenies a progenie perhenni recordetur memorie, pro posse conor studiosus hac carta subscribere. Fridricus namque dux Austrie et Styrie Romanorum rex[b] electus in multitudine gravi preparans exercitum contra Ludwicum electum regem Romanorum diu sibi contrarium, habens episcopos in auxilium Fridricum scilicet Salzburgensem, Albertum Pataviensem, et preterea multitudinem Ungarorum paganorum, qui faciem terre operiebant ut locuste. Hiis omnibus preordinatis, venit in civitatem Pataviensem, et gloriose pertransivit. Dein cis Enum fluvium procedens, denudacionem ecclesiarum, incendium edificiorum immane faciens, more tyrannorum sive barbarorum immiserabiliter nulli quidquam parcens, divertit prope civitatem Muldorf in tubis et tympanis iocundissimus, manens ibi per diem. Appropinquans autem Ludwicus rex exadverso milicia vallatus strennuissima, et cum eo Iohannes Bohemorum rex, Heinricus dux Bawarie cum ingenti strepitu militari, vallisque modicus erat inter utrosque;
Sept 28. orto vero sydere diei sequentis, in die videlicet Wenzelai martyris, commiserunt utrique reges, et ingravatum est nimis prelium ac induratum ab hora prima usque ad horam nonam, ceciderunteque vulnerati multi et occisi ex hiis et illis. Verterunt autem dorsa Fridricus cum suis, et comprehensus est primo ipse vivus; post hoc Heinricus dux frater ipsius ceterique nobiles numero 1400, in captivitatem hii pariter omnes ducti, ad loca videlicet tutissima ubi iugis eorum habeatur custodia. De hiis igitur gloriosa Ludwici regis victoria est risus in Bawaria, planctus magnus in Austria, vox doloris in Styria, tristis vultus in Swevia. Hec fecit Dei providencia[c].

1323. Iohannes apostolicus discordat cum Ludwico imperatore.

1324. Fridricus adhuc vinctus fortiter custoditur. Eodem[d] anno castrum et opidum in Tittmanig traditum et venditum est Ludwico regi Romanorum.

1325. Fridricus dux Austrie a vinculis absolvitur.

92 1326. Heinricus dux Austrie obiit[92].

1327. Ludwicus imperator intravit Lambardiam. Tittmanig est redemptum[e].

1328. Leupoldus dux Swevie obiit[f].

1329. Iohannes rex Bohemorum, et rex Ungarorum cum infinita multitudine armatorum Austriam invadunt, civitates multas et municiones plurimas potenter occupantes et expugnantes; tandem composicione inter eos facta ab invicem discedunt. Eodem anno Fridricus dux Austrie quondam rex obiit, quondam[g] electus in regem Romanorum.

1330. Ludwicus imperator gentes[h], que in sua confidebant feritate, Dei auxilio vi sua subiugatis imperio, ad terras Teutonicas revertitur. Heinricus senior, Heinricus iunior duces Bawarie, Alberto comiti de Hals castrum in Ernekk, castrum in Haidenburch et alia quinque castra funditus destruxerunt.

1331. Wabaria inferior tribus principibus, hoc est Heinrico seniori, Ottoni fratri suo, et Heinrico iuniore, imperatore Ludwico suadente, quod prius nunquam contigit, est divisa. Alramus comes de Hals iunior obiit in Monaco, et ibidem sepultus est. Apostolicus et imperator adhuc discordant.

1333. Heinricus dux de Naternberch[i] Bawarie iunior obiit.

1334. Albertus comes de Hals obiit Avione, et ibidem sepultus est in vigilia sancti Galli confessoris. Otto dux Bawarie obiit. Iohannes papa obiit.

1335. Benedictus papa.

1336.[k] Karolus Ungarorum rex, Iohannes Bohemorum rex insimul confederati, mirabiliter discordant cum Alberto et Ottone ducibus Austrie; propterea tota fere Australis provincia graviter est incendiis et rapinis devastata.

1335.[l] Ludwicus imperator dum exercitum fortem et validum congregasset contra Iohannem Bohemorum regem et Heinricum ducem Bawarie, cuius numerus ad sex milia virorum galeatorum et ad bella doctissimorum se extendebat, intravit terram Bawarie potenter,

a) conpluit *c.* b) est *hic inseril codex.* c) prouincia *c.* d) Eodem — Romanorum *m. 2.* e) T. e. r. m. 2. *Sequentia eham in 2, codicem S. Petri transscripta sunt.* f) *etiam haec manu secunda inserta esse videntur* 1. g) q. e. in r. R. *in* 1. *manus secunda addidit.* h) *ita* 1. 2. i) de N. *manu secunda* 1. k) *numerus radendo in* XXXI *male mutatus est* 1. l) XXXVII. 2.

92) a. 1327. Febr. 3.

incendium tale faciens et desolationem, quod vix aut nunquam simile legitur a retroactis temporibus evenisse. Pertransivit autem in multitudine gravi cum curribus et equitibus per civitatem Pataviensem, ex alia parte Eni fluminis; in ascensu eandem terram atrocibus incendiis et rapinis conturbavit. Pestilentia hominum facta est magna.

1338. M. ter C. denis tribus X. tribus I. quoque quinque
Annis locuste per Bawariam volavere[a].

1340. Egidii circa horam vesperarum Heinricus senior dux Wawarie obiit.

1341. Thome apostoli Iohannes iunior filius nuper nominati ducis Henrici obiit; qua propter tota fere terra Bawaria plangit, quia sine legitimis dominorum heredibus exstitit.

1342. Obiit Albertus episcopus Pataviensis, dux Saxonie, ac[b] amator nostre ecclesie Maticensis.

1343. Fames facta est, ita ut mensura siliginis, unius videlicet metrete, pro 60 denariis venumdetur, mensure Maticensis[c], mensura vero avene pro 40. Heinricus archiepiscopus Salzburgensis obiit; loco[d] cuius Artolfus de Weysenekk in archiepiscopum eligitur.

1346. Ingens bellum valde inivit laudabilis et adversariis timendus rex Anglie cum copiosa multitudine armigerorum adversus regem Francie, qui innumerabili etiam turba peritorum belli regem Anglie invasit; et idem rex Anglie gloriose triumphavit, et Iohannem cecum regem Bohemie misera morte stravit, et quam plurimos principes et multa milia hominum interfecit. Chunradus[e] abbas Sancti Petri Salczburgensis obiit; pro quo primus Otto[f] in abbatem eligitur*.

1347. Serenissimus imperator Ludwicus felicis memorie apud civitatem Monacum nature debitum reddidit, intoxicatus[g] per ducissam Austrie, Deo animam die sancti Dyonisii martiris resignavit; qui multimodis potentatibus resistebat, morti resistere non valuit. Infraque octavam sui obitus Karolus rex Bohemie, sibi longo tempore contrarius, Bawariam a civitate Cambia usque in Ratisponam incendiis et rapinis devastavit; confusa vindicta mortuum invadens, viventem tangere non presumens.

1348. Conversione sancti Pauli, hora diei naturalis quasi 14, terremotus grandis nimis evenit, nemini nociviori recordante; civitatem enim in Karinthia, dictam Villach, violenter subvertit, et fere totus populus eiusdem civitatis precipitatus est et morte lamentabiliter prostratus, multa etiam castra sibi circumiacentia, cenobia et structure insignes corruerunt.

1349.[h] Sevivit crudelissima pestilencia, que interemit forsan terciam partem hominum; quia in Wyenna decesserunt qualibet die due vel tres libre[93] hominum, et una die quatuor libre, una die 960. In Patavia vero moriebantur qualibet die quinque vel sex solidi, et una die 9 solidi, una die 300 minus 30 homines. Lustrabat autem hec pestilencia totum orbem, non simul et semel, sed successive. Cum itaque pestis et decessus hominum prochdolor nimis atrociter lustrasset multos provinciarum fines, venit in Babariam, videlicet in Muldorf; ubi, ut dicebatur, a festo Michahelis preteriti anni decesserunt 1400 de pocioribus ibidem hominibus. 93

Item in Prawnau sepius uno die moriebantur 16; et in Monaco, et in Lantzhuta, et in aliis quam pluribus civitatibus et oppidis in tantum sevivit mors, quod ab effluxis temporum motibus enormiori peste nemo cogitaret. Evolavit itaque tunc temporis rumor et fama universa, que totaliter nullatenus opinabatur ficta, quoniam secundum Aristotelem in Etycis[94]: *Fama, quam omnes famant, de toto non perit*, videlicet quod hic universalis decessus haberet originem sive rivaretur ex Appellarum[95] veneficiis. Ob hanc nemppe nephariam infamiam in Saltzburga et Monaco et in aliis infinitis civitatibus Iudei fuerant cremati, cesi, secti et quomodolibet aliter trucidati et occisi. Et in Praunaw dicebatur eciam, quod Iudei redegerint 95

* Qui sui regiminis tempore monasterium suum predictum non solum a debitorum oneribus liberans et preservans, verum etiam illud in refectorii, dormitorii, domorum et aliorum commodorum edificiis et structuris aliisque fructuosis impendiis adeo decenter et utiliter exaltavit; sacrarium suum nichilominus preciosis ornatibus ditavit, necnon monasterii et prelatorum futurorum honores per inpetracionem usus dalmatice, subtilis, et aliorum specialium insigniorum adeo augmentavit, unde ipse pius pater atque secundus fundator non inmerito esset nuncupandus. 2.

a) M — volavere *manu secunda scripta sunt* 1. b) ac a. n. e. M. *manu secunda* 1. nostre *deest* 2. c) m. M. *m. secunda* 1. d) loco — eligitur *manu saec. XV.* 1. e) Chunradus — eligitur *manu saec XV.* 1. f) huius nominis *in* 2 *manu secunda additum est.* g) i. p. d. A. *m. secunda additum est* 1. h) *alia manus pergit* 1.

93) Apparet, libram 240, solidum 30 hominum numerum indicare, velut denariorum. 94) Ex libro VII. affertur in Compendio autoritatum Aristotelis, quo olim multi utebantur. 95) i. e. Iudaeorum. Horat. Sat. I, 5, 100.

feculenciam venenosorum animalium in pulveres, et impleverint sacculos in longitudine et latitudine duorum digitorum, et submerserint aquis puteorum et etiam foncium scaturiencium; et tales sacculi pleni intoxicacionibus a christianis per expurgacionem foncium fuerunt inventi. Appretiabantur etiam ludei christianos, ut dicebatur, ut tali veneno conchristianos interficerent et necarent; unde ob huiusmodi suspicionem multi etiam christiani, licet ymmo innoxii, interempti sunt. Suspicabatur etiam hec infectio et intoxicatio fieri a quibusdam generosis et honestis.

1350. Post diem nativitatis beate Marie proxima sexta feria, in nocte, fures surripiebant in sacristia in Aspach cuncta insignia domini abbatis, videlicet bacillum et torques et anulos et cannam ex magno calice, et unum pannum deauratum, et unum pannum bombicinum, et unam magnam crucem argenteam et deauratam, in cuius concavitate multe fuere reliquie sanctorum.

1351. Edita est nova hystoria a magistro Chunrado de Montepuellarum canonico ecclesie Ratisponensis de sancto Matheo ewangelista.

1352. Dux Albertus Wawarie circa festum Georii venit in Wawariam, cuius adventum machinabatur Ekkarius ob invidiam ducis Stephani[a]. Eodem anno idem Stephanus et Albertus duces diviserunt Wabariam inferiorem.

1354. Albertus dux Austrie post pentecosten transivit cum magno exercitu Wabariam, scilicet cum favore ducum et marchionis tendens in obsidionem civitatis dicte Zůrch. Eodem anno rex Bohemorum Karolus electus in regem Romanorum circa Martini transivit civitatem Präunaw, proponens se transferre cum exercitu in Romam, volens ibidem confirmari. Quod factum est in die sancti . . . . .[b]

1355. Karolus electus rex Romanorum in die pasce in magna Roma a substituto domini pape confirmatur, coronatur, cesar efficitur; et eodem anno rediit in Tewtuniam[c], in quindena post solstitium estivale, et in die confirmationis sue voluit subtraxisse Veronicam Rome. Eodem anno Albertus dux Babarie volens aggredi et visitare fratrem suum Wilhalmum ducem Hollensem, in itinere captivatur a domino de Gůlich.

1356. Dux Albertus rediit de captivitate de Gůlich. Eodem anno obiit imperatrix relicta Ludwici imperatoris de Gulich, pia, discreta, provida; que multum dilexit clerum et totam terram Wabarie.

Anno milleno tricenteno quoque seno
Et quinquageno de nascenti bene Christo,
In sancti Luce festo fit motio terre,
Hac Basilea cadit, mortem gens acrius adit.

1357. Obsessum est castrum in Naternberch a ducibus Wabarie, videlicet Stephano et Alberto, ante festum pasce; cesar vero Karolus Bohemus venit in subsidium Ekkario, qui fuit in dicto castro circumvallatus. Duces autem habentes copiosiorem populum cesare, volentes secum inire bellum, inducti sunt a nuntiis ducis Austrie et a fautoribus Ekkarii, ut placitarentur cum cesare. Qui cesar placitum petivit, et bona placita ducibus admisit, quoniam consideravit posse vinci, et nequaquam vincere. Ob cuius rei effectum tota Wabaria medullitus ingemiscebat, exceptis conspiratoribus Ekkarii; fraudulentus etenim cesar Babariam dolosis nequitiis semper impugnavit. Constituerunt autem unanimiter Albertum Contractum ducem Austrie in sequestrem, assignantes diem qua omnes, videlicet tam cesar quam duces, Wyenne comparerent, et dux Austrie litigium eorum discuteret. Sed venientes illac, cesar omnia placita cassavit, nec minimum ratum tenuit. Deinceps misit monachum et episcopum[96], cognominatum Gugelweit, ut Babariam depopularetur; cui traditum fuit castrum Chamer a custodibus. Perpendens autem quoniam modicum proficeret, in Bohemiam revertitur. Tunc Petrus Chamerawarius fere ducentis ylis[d] strennuissimorum Babarorum sibi assumptis, terram cesaris circa Flozz et oppidum Weyden incendiis et rapinis devastavit, et duo milia pecorum abegit; cui occurrentes adversarii copiosiori plebe pugnatorum prelia-bantur itaque; dictus autem Petrus cum suis adiutorio Dei prevaluit, et plures adversariorum stravit, plerosque Strawhinge captivitati invexit, secum afferens predam copiosam. Ob cuius rei effectum prefatus Gugelweit in Babariam rediit cum sexcentis ylis. Albertus vero dux.

a) *in margine* 1. *minio scriptum est* holwanger. b) Quod — S. *m. secunda* 1. c) *in* 1. *obscure scriptum est.* Tetoniam 2. d) yl seu yl. 1. 2. *Graecorum ἴλην comparat V. D. Grotefend.*

96) scil. Mindensem, Dietricum.

proponens secum committere bellum, rogatus constituit et firmavit trewgas usque in purificationem beate Virginis. Postea 58° anno reformati sunt ipse et cesar; quia frater suus Wilhelmus dux Hollensis cepit insanire, quamvis sapientior fuerit cunctis fratribus et potentior; ideo ipse et Romanus de Brandeburga certatim festinantes, voluerunt sibi vendicare plures terras ipsius Wilhelmi. Eodem anno[a] in adventu Domini, in die Barbare, dux Stephanus adversabatur metropolitano Saltzburgensi, et fundavit castrum in Liechtentann et castrum in Dornberch, et multa mala intulit suis hominibus. Tandem metropolitanus cum fratre suo Pataviensi episcopo se vindicavit in quantum potuit, Dornberg devastando expugnavit, et villas conbussit. Item eodem anno circa finem autumpni iunior dux Stephanus et dominus Heinricus Tuschlo concremaverunt hofmarchiam in Eringa, et fere omnia oppida et villas et allodia que possedit dominus de Abelnsperch; qui de nocte equitans, de Abelnsperch usque in Lantzhůt terram incendiis et rapinis depopulatus est.

1358. Reconciliati sunt episcopi et duces Wawarie[b] in Patavia ante diem sancti Viti, ubi convenerunt dux Austrie et marchio, celebrantes nuptias cum pueris suis; quibus interfuerunt infiniti domini et populi hastiludentes[c].

1363. Meinhardus iuvenis marchio, Tyrolensis comes, filius ingenui et strennui Ludwici marchionis Brandeburgensis ac ducis Bawarie felicis recordationis, decessit, et reliquerat duas provincias, videlicet comiciam Tyrolensem et superiorem Bawariam, matre et uxore, que est soror ducis Rudolfi Austrie, ambabus superstitibus. Dux vero Bawarie Stephanus patruus Meinhardi predicti, et tres filii sui, scilicet Stephanus, Fridericus et Iohannes, vendicaverunt sibi superiorem Bawariam, cum favore provincialium eiusdem terre. Prefatus autem dux Austrie Rudolfus subrogavit sibi terram Tyrolensem per placita, favente sibi antiqua marchionissa, etiam pro dote sororis sue. Quod egroferentes duces Bawarie, affirmarant se fore veros heredes fratruelis et ambarum provinciarum. Quocirca iuvenis dux Stephanus venit ad terram Tyrolensem, postulando ipsam, cui restitit dux Austrie; hinc pullulavit zizania inter ipsos. Mox dux Austrie recepit se Saltzburgam ad venerabilem episcopum Ortolfum de Weizzenekk[d], qui fuit annosus, set virtuosus, benignus et locupletus; hunc swavibus placitis induxit, quod confestim de omnibus suis fortaliciis Bawaros infestavit, licet invitis canonicis et aliis quibusdam suis, quia dux Austrie Rudolfus fuit iuvenis et devastator cleri. Retinuit enim omnia vina Bawarorum, tam claustralium quam civitatensium, summa quorum extendebat se ad tria milia vasorum ternariorum, ita quod hoc anno fuit aliqualis defectus vini in Bawaria. Item in Austria, in Karinthia et in Styria, et quasi in cunctis finibus suis ipse omnes abbates, prepositos, pastores, vicarios aliosque ecclesiarum rectores compulit ad inauditam exactionem, cuius[e] summa extendebat se ad 70 milia librarum Wyennensium; dicuntur et amplius. Que exactio nimirum prebuit viam deletionis cleri et ecclesiarum, ut inferius evidentius patebit. Medio tempore Bawarini duces litigabant adversus Saltzburgensem archiepiscopum, et comitem Ulricum Schawnbergerium, qui possedit Scherdingam, et dominum Ewerhardum de Walse, possidentem Newnburch. Bawari vero captivaverunt penes Oting 70 et plures de potioribus Australibus et Saltzburgensibus, videlicet Stubenbergerius, Weizzenekerius, Goldekarius, Hannawarius, et alii predivites; de qua victoria crevit magna iubilatio in Bawaria

1364. Otto[f] abbas Sancti Petri Salczburge obiit; pro quo Iohannes eligitur in abbatem*. Albertus siquidem etiam dux Bawarie volens expugnare Scherdingam, suis intulit magnum periculum; nam multi sauciati sunt sagittis et ictibus, sex obierunt, 43 scandentes in cameram detenti sunt. Duces etiam Bawarie circumvallaverunt civitatem Můldorf circiter tres menses cum civitatensibus et copioso populo; nec machinis nec impugnationibus poterant quitquam proficere, quia Ulricus Weizzenekarius vix metquadragesimus armatus, capitaneus

* qui conparavit sanctimonialibus monasterii sui predicti bona musicalia gradualium et antiphonariorum, easdemque de cantu musice in eisdem primo iubens informari; que a retroactis temporibus secundum usuales libros divinum officium cum horis canonicis vociferabant. Eodem anno Albertus 2.

a) *in margine m. secunda:* Gwerra Tannarii 1. b) *m. secunda* 1. c) *post haec interponitur Chron. Laureacense et episcoporum Pataviensium; deinde manu saec. XIV ex. Continuatio sequitur. In* 2. *pagina una cum dimidia vacua relicta est.* d) de W. *desunt* 2. e) cultus 1. 2. f) Primus Otto 2. *ubi huius nominis manu alia superscriptum est.* Otto — abbatem *manu recentiori addidum est, ut supra a.* 1340.

dicte civitatis, una cum belligeris civibus eis viriliter et animose repugnavit. Tunc archiepiscopus et Můldorfenses continue supplicabant duci Austrie, quatenus eis subveniret, sicut spoponderat. Ipse tamen opitulamen distulit, quousque Bawari devastarant terram a Můldorf usque ad murum civitatis Salzburge et circumquaque incendiis et rapinis. Chol autem de Seldenhofen capitaneus Karintianorum morans in Lawffen, concremavit in Weilhardo, et captivavit fere 30 Bawaros honestos circa Trůebenpach. Tunc maior pars rusticorum utriusque partis die noctuque incendentes et rapientes, quasi omnibus omnia aufferebat; sic perseveravit gwerra illa a festo Martini usque ad festum Bartholomei. Tunc primo ascendit dux Austrie obsidens Ried, quod per placita sibi tradebatur; attamen Iohannes, dictus Meyssawer, ministerialis Australis, ante placita ictibus ibi interimebatur. Duces veruntamen Bawarie suspicabantur, ducem Austrie nullatenus auxiliaturum Můldorfensibus, reliquerunt obsidionem, cives miserunt ad sua, assumentes sibi tantum nobiles, videlicet Rudpertum ducem palatinum Reni, et purgravium de Nůrnberch, et alios comites et barones Swevie, Polonos, Meychsnenses et alios infinitos doctos ad prelia, quorum numerus extendebatur ad.....[a] milia galeatorum, et ad alia[a] milia armigerorum; accelerabant in Prawnaw, cupientes in Ried dimicare contra Rudolfum ducem Austrie. Quo percepto Rudolfus dux Austrie, dux Saxonie, et dux de Prawnsweich, et aliqui Ungari seu Pohemi, et omnes adiutores ipsorum terga vertebantur, et tendebant versus Austriam. Ecce tunc verificabatur proverbium Gallicorum: *Male quesiti, male perdut*[b]. Quidquid enim a clero turpiter exegit, totum in expeditione seu raysa confuse amisit et consumpsit. Sic utrique non preliabantur, sed fines sive provincie Bawarorum et Australium tam per amicos quam inimicos spoliis et incendiis et rapinis prochdolor nimium desolabantur.

Georius, dictus Ahaymer, de Newnhaus cum sociis suis multa mala fecit Australibus in fuga de Ried, equos rapiendo plerosque captivavit; duces vero Babarini de consilio Rudolfi palatini cum suis auxiliatoribus domum ad suas provincias properabant. Nec est sub silentio transeundum, quomodo in die sanctorum martirum Iohannis et Pauli in predicta discensione Neunburgenses et Scherdingenses cum trecentis, quorum centum quinquaginta fuerant armati, octoginta toracibus induti, equitabant in Vilshoven civitatem, facientes incendia et rapinas, et pecora ambigentes. Heinricus, dictus Tuschel, miles de Seldenaw adiunctis sibi paucis viris de Ortenberch, ita quod universus comitatus continebat tantum 56 armatos absque scutiferis, insequebatur eos, et in nemore aput Newnchirichen, in loco qui dicitur Chúngsek, provocans suos ad prelium optimis sermonibus, invocans auxilium de celo more lude Machabey[c]. Et sic invasit adversarios; alios captivavit, alios sauciavit, totam cohortem dispersit, et fugando mirabiliter agitavit, quosdam in Newnburch, alios in Pataviam, quorum plerique captivati fuerant, unus aput valvam civitatis Pataviensis; alios in Eno. Alii fugerunt in Scherding; alii latentes aput Sanctum Nycolaum in claustro, et in nemore, post secundum, tertium et quartum diem more Australium confuse redierunt. Prefatus Rudolfus dux Austrie etiam tyrannidem suam exercuit in clero ante dictam gwerram, ut predictum, et postea tamquam persecutor cleri. Dixit enim, si principes eum vellent iuvare, ipse vellet utique omnes clericos excoriare. Ipse etiam contempsit mandatum domini apostolici Urbani V, dicens: *Egomet volo esse papa, archiepiscopus, episcopus, archidyaconus, decanus in mea terra.* Ipse etiam episcopatum Pataviensem voluit transtulisse in Wyennam. Idem voluit in dominio suo cenobiis prelatos instituere et destituere, et dixit se esse de stirpe Neronis, qui fuit primus persecutor cleri; qui et idem scripsit se archiducem in Austria. Ipse etenim abstraxit in ecclesiis et monasteriis reliquias sanctorum, quas poterat, cum consensu et absque consensu; et opinabatur se ipsum sapientem velut imperator Fridericus, qui dominicam orationem voluit emendasse. Ipse etiam fuit devastator paterne fundationis et multarum perpetuarum missarum. Unde bene dixit versificator:

Olim sacras edes pietas construxit avorum,
Quas nunc heredes devastant more luporum.

Hiis etiam temporibus ex parte predicti Rudolfi et aliorum infidelium, episcopi scilicet Frisingensis, Pataviensis et Ratisponensis, infinita adhesit inopia: nam creditorum debitum excessit horum redditeum. Exiit tunc temporis commune proverbium, Iudeorum infortunium[d] excellere eventus clericorum.

a) *numerus deest* 2. *In* 1. V *scriptum erat, sed erasum est.* b) perdůt 1. perdiit 2. *Littera i verbo Gallico quesit a librario inscio addita esse videtur.* c) *hic parum spatii vacuum relictum est* 1. d) eufortunium 1.

Deinde duces Bawarini etiam non defendebant in sua terra clerum, ecclesias et cenobia, 1364.
inbuti ex ducis Austrie malivolentia. Claustrales namque et clerici multa adversa sunt perpessi ex hospitum frequenti visitatione et iudicum et preconum immensa aggravatione; fuerunt enim multi prelati et alii clerici tam in Austria quam in Bawaria detenti, captivati, depecuniati, et omnibus que possiderant, fuerunt spoliati. Claustrum in Pawern, ordinis sancti Benedicti, et alie ecclesie sunt concremate, que tamen ab hostibus fuerunt tutelate. Unde quidam dicit versus:

Sic cunctus clerus laicorum pondere lesus
Iam plus lassatur, quam unquam commemoratur.

Licet multa essent scribenda alia, tamen hec dicta sufficiant, ne audientibus vel legentibus tedium prolixitas parturiat.

1365 Rudolfus IV, archidux Austrie sepedictus, persecutor cleri, obiit in Mediolano, 6. Kal. Augusti, anno etatis sue 26, relinquens suum pedagogum seu tirannum Ulricum comitem de Schawenberch in dyocesi Pataviensi. Ortolfus de Weizzenekk archiepiscopus Saltzburgensis supradictus obiit*.

1366. Fuit idem comes Ulricus de Schawnberch, qui tunc temporis reputabatur pro maximo tyranno. Invenit novas exactiones in clerum et pauperes: dixit enim manifeste seu nuncupavit dominum Urbanum V tunc papam pro patre spirituali vulgariter *den gaizzeinen vater*, et clericos nominavit *di geweichten pawern*. Qui tenens unam hereticam opinionem, dixit Deum omnipotentem esse et vivere; set corrupto ac mortuo homine, spiritum ad ipsum regredere sive nudum, sive labe infectum, et non secundum opera hominum. Accidit eodem tempore pestilentia equorum suorum; ipse considerans ait: *O Deus, si omnes equi moriuntur, nunquam asinam sicut tu equitarem, sed rusticos sicut equos urgentes equitabo;* ac alias multas malas opiniones tenuit contra fidem de nova baratria. Invenit etiam novas exactiones et inauditas, spoliando sacerdotes, aut minando, aut placitando; et in sua dicione extorsit a plebanis seu vycariis annuo bladum ab uno quoque 10 modios frumenti vel avene secundum quod sibi placuit; et spoliavit clerum in articulo mortis, in dotibus[a] eorum, omnibus rebus tam mobilibus quam inmobilibus, et remedia relicta per clerum in parrochiis sibi per suos precones usurpavit. Omnes rusticos, colonos et pauperes novis exactionibus in blado et rebus eorum, seu mit werichharten ad structuras oppidorum[b] in Evriding et Pewerbach et aliis castris suis omnino depauperavit, nulli parcens. Dixit se etiam esse in territorio suo papam, regem, episcopum, archidyaconum et decanum. Similiter abstrahebat capitulo Pataviensi monasterium sancti Nycolai extra muros Patavienses, et ceteris claustris seu militibus curias, allodia, agros, sitas in dem Aschaher winchel, et sibi ipsi ad castrum in Schawnberch sine causa per potentiam usurpavit, et alia multa mala omnibus hominibus inposuit, que narrare nimis essent prolixe, nec per linguas explicabiles; non timens de hoc vindictam Dei, quod divina ordinatione evenit uxori sue, comitisse de Nuernberch, que peperit ex eo unum monstrum, habens quatuor pedes et caput caninum. Et licet idem Ulricus comes habundaret in temporalib[us], tamen ipse multas patiebatur infirmitates; et quia clerum semper studuit molestare, digne meruit eorum postremo solatio non gaudere; et obiit sine omni confessione, contritione et sancta eucharistia, dummodo multi sacerdotes fuerint presentes seu sibi in fine assistentes, anno Domini 1373, feria quinta post diem cynerum. Cui successit in comecia Heinricus comes de Schawnberch, frater suus**.

1367. Urbanus papa quintus est creatus ab omnibus cardinalibus, licet non fuerit cardinalis, sed monachus de ordine sancti Benedicti, de Marsilie partibus, abbas cenobii sancti Victoris[96]. Stephanus iuvenis dux Bawarie desponsavit sibi filiam domini Mediolanensis. Quocirca exegit a plebanis seu rusticis et colonis in terra Bawarie avenam multam; ab uno 10 scaffas, ab uno quinque, secundum maius et minus, quod fuit inauditum aput antiquos duces Bawarie. Istam exactionem didicit a comite Ulrico de Schawnberch.

1367 dominus papa Urbanus V recepit se cum domo sua de Avinione in Romam magnam, et in die omnium sanctorum celebravit missam in ara sancti Petri, in qua in 72 annis non fuit celebratum, quia totidem annis sedes apostolicorum fuit Avinione.

* loco cuius Pilgrimus de Puechaim in archiepiscopum eligitur. 2.
** Anna abbatissa in Nunnberch obiit. 2. *manu secunda.*

a) dotis 1. 2. b) oppidum 1. 2

96) Wilhelmus, a. 1362.

1367. Eodem anno seminavit dyabolus zisaniam inter dominum Albertum, dictum Winkchler, episcopum Pataviensem, et inter suos cives Patavienses; ipsi cives gwerrantes cum suo episcopo a festo Georii usque post festum sancti Michahelis; infra exivit omnis clerus a civitate, cives obtinuerunt castrum, quod dicitur daz Niderhaus, deceptorie[a], et in monte castrum sancti Georii multis machinis et pugnationibus seu ictibus lapidum molestaverunt. Idem combusserunt seu cremarunt duo fora, scilicet Zell et Griespach, et unam ecclesiam, in qua erat sacramentum corporis Christi. Ob quot nephas incurrerunt Dei vindictam; quia aput rivulum Erlach occisi sunt ducenti, et multi vulnerati, plerique captivati, ceteri fugierunt. Tandem sunt per duces Austrie ipsi cives episcopo eorum reconciliati, ita quod ipsi dederunt domino episcopo 10 milia librarum denariorum Pataviensium, ut de cetero haberent magistrum civium et consules et proprium sigillum, electos ad nutum episcopi. Ultimo Andreas dictus Haller, iudex civitatis, contra voluntatem domini episcopi[b] capitaneus civitatis electus, non a melioribus civibus, sed a communitate, semper invidens potioribus civibus: et ipsum capitaneum, videlicet Andream Hallarium, auctorem gwerre, predicti cives meliores iugulatum in sacco submerserunt. Episcopus Pataviensis habuit adiutores comitem de Hals et barones potiores, quos conduxit multo stipendio, ipsos ditans, dyocesim vero depauperans.

1368 Chunradus, Hertnidus, Ewerhardus, germani dicti Chuchelarii, obtinuerunt per placita castrum in Matze nomine pignoris a domino Alberto episcopo predicto, feria quarta post Egydii, pro tribus milibus sexcentis libris denariorum Wyennensium; et idem castrum non debet redimi ab eis pro dicta pecunia in 11 annis, et talis obligatio castri prius est inaudita.

1368[c] in estate dominus papa Urbanus et Karolus cesar gwerraverunt cum domino Mediolanensi; et idem cesar intravit Galliam[d] in adiutorium domini pape et sancte Romane ecclesie, inpugnando predictum Mediolanensem; et si hoc fideliter fecerit, Deus scit, quia hostiliter nichil pugnando profecit. Et duces Bawarini etiam intraverunt; Stephanus iuvenis dux Mediolanum iuturus socerum suum; Fridricus vero dux frater composuit Mediolanensem et cesarem, et pacavit papam cum Mediolanensi. Tunc papa multos adversarios suos interfecit diversis necibus. Et infiniti cesarei Pohemi omnibus rebus destituti exiverunt Galliam[d], pauperrimi et famelici redeuntes Pohemiam, non promoti per stipendium ipsorum, sed decepti per cesaris versutiam. Eodem anno post multa acta bellica et alia miranda, que de ipso narrabantur, redivit de Roma in Avinionam.

1370 beatus Urbanus papa quintus supradictus obiit 10. Kal. Decembris in Aviniona, cui successit Gregorius XI in papatu; et idem beatus Urbanus papa intumulatus est in cappella beate virginis Marie Avinione, in summo iacens super sepulchro a tempore mortis sue usque . . .[e] In quo tempore infinitis emicuit signis et prodigiis. Unicum filiolum cuiusdam domine ob devotionem parentum cum aliis pluribus devotis resuscitavit defunctum. Et mutum mutilatione lingue ex tirannide domini Mediolanensis, cuius sevicia multos necuit, mutilavit, torsit nequitia, sermone restituto florido ac expressivo decoravit, ac aliis mille et quingentis grandibus miraculis coruscavit, scriptis a fidedignis exaratoribus ad hoc deputatis a papa Gregorio XI, exceptis illis, que commorantes defuncto non scripserunt. Unde versus:

Tunc credant signis, qui nolunt credere verbis.

1369 Rudbertus et Adolfus duces palentini, Fridericus et Stephanus duces Bawarini, in navigio multo venerunt Ungariam ad regem, qui simul sunt confederati, et multi cum eis, contra Karolum imperatorem; quod[f] habuit postea malum eventum. Sed tunc etiam in Wyenna cum ducibus Australibus pro comecia Tyrolensi non sunt plene reconciliati; prefixo tamen alio termino post Michahelis per sequestres in Scherdinga sunt penitus compositi, tali modo, quod Scherdinga et alia fortalitia cum infinita pecunia cessit ducibus Bawaris; et ducibus Australibus terra Tyrolensis perpetuo possidendam. 69 castrum Valchenstain miles dictus Leitwein Üsel clandestine scandendo obtinuit contra Ewerhardum de Walse, cui obligatum fuit a ducibus Austrie, quod idem Üsel statim comiti de Hals resignavit; quod idem comes pro tribus milibus librarum denariorum Wyennensium pro Stubenbergario ducibus Austrie assignavit. 69. tunc iterum sevivit pestilentia glancium satis ferocissima in multis locis. Ut opinatur, singulis annis evenit a magna pestilentia, que incepit anno Domini 1349.

a) *manu alia additum* 1. b) *in cod.* 1. *hic scriptum erat:* illius auctor gwerre; *quae tanquam alieno loco posita librarius erasit. Scriptor codicis* 2. *verba* auctor gwerre *recepit, loco vocis* illius *spatio vacuo relicto.* c) *ubi idem numerus repetitur, in* 2. *scriptum est* Eodem anno. d) Italiam 2. e) *vacat* 1. 2. f) q 1.

Eodem anno imperator Grecorum cum patriarcha Constantinopolensi visitavit dominum papam Urbanum, quando erat Rome, cum aliis magistris de Grecia, disputantes cum magistris theologie sancte Romane ecclesie, quod Spiritus sanctus non procederet ab utroque, scilicet Patre et Filio, et de aliis dubiis fidei. Tandem devicti sunt sive instructi a predicto papa et a magistris theologie de predictis dubiis, et conversi plene ad fidem sancte Romane ecclesie et ad fidem christianitatis, et reverterunt ad Greciam, glorificantes et laudantes Deum.

1371 dux Fridricus Bawarie transiens Pataviam, Austriam, Ungariam, Cracoviam, non transiens per Bohemiam, timens cesaris astutiam, recepit se Brandeburgam, ob marchiam vocatus possidendam. Set dux Stephanus iunior frater suus, depredatus est Lantzhůtenses. Tunc archiepiscopus Pilgrimus, dictus Půchaimer, nescio quibus consiliis conspiravit cum ducibus Bawarie, ad dies ipsius predicti Pilgrimi; quod suis nobilibus minime placuit, tamen fecit in bono episcopus, ut haberet duces pro adiutoribus contra suos emulos. Ipse vero in nullo aput duces Bawarinos in hac conspiratione minime profecit. Que conspiratio non placuit cesari, dicens quod talis unio esset contra iura regalia Romanorum; similiter duces Austrie dixerunt, quod ecclesia Saltzburgensis esset conspirata cum eis perpetuo. Quare per dominum papam Gregorium ad preces Karoli imperatoris et ducum Austrie predictus episcopus coactus est recedere a dicta conspiratione et unione; quod idem cum magna difficultate aput duces Bawarinos obtinuit, propinando eis quatuor milia florenorum, et sic rediit in gratiam predicti imperatoris; quem visitavit Prage Bohemie, et duces Austrie Wyenne, et hoc magnis sumptibus et expensis 1374.

1372 duces Bawarie expugnaverunt castrum in Stokchenvels, et obsiderunt castrum in Rietenburch; et cum expugnassent precurtem, comites purgravius de Nuernberch et lantgravius reconciliaverunt ducibus Wernherum, dictum Awer, possidentem predicta castra, cesaris promissis deceptum. Tunc duces Bawarie properantes cum toto[a] exercitu versus Schônaŵ, quam cives Augustinenses cum capitaneo eorum duce de Dekch circumvallaverunt, et ibi castra metati sunt. Quo audito cives fugierunt. Postea iterum Augustinenses exiverunt circiter 300, quos pauci ducani invaserunt, eos occiderunt circa aquam que dicitur Lech. Dominica ante nativitatem Christi Reikkerus, dictus Rúdenberger, ministerialis, et Zacharias Haderarius miles cum eorum adiutoribus et amicis secrete nocturno tempore voluerunt obtinuisse castrum in Obernperig, quod tunc obligatum fuit archiepiscopo Saltzburgensi. Tunc Altmannus . .[b] castellanus in Obernperig, et amicus suus . . Degenhardus castellanus in monte sancti Georii in Patavia cum fautoribus eorum obsidentes castrum in Rudenberch, et dominica *Adorate* per eos viriliter est expugnatum, destructum et crematum.

1373 Zacharias dictus Haderer, idem miles, obtinuit castriolum ligneum in Pirichâch prope Altheim. Reikkerus Rudenberger recepit se in Liechtenburch; et hii spoliaverunt continue archiepiscopum Saltzburgensem et episcopum Pataviensem manifeste et clandestine, die noctuque, et tertia feria post Galli interfecerunt octo vulgares Obernperigenses, et plures captivaverunt; ducibus Wabarinis indebite consentientibus, quia tunc temporis fuerunt confederati cum episcopo Saltzburgensi, ut patet supra.

Eodem anno Fridricus dux Bawarie iterum recepit se marchiam Brandeburgensem, timens cesaris Karoli regis Bohemie fraudolentiam. Quo percepto cesar congregato ingenti exercitu inpugnavit Fridricum ducem, et volens habere marchiam aut vi, aut precio, licet fuerit ducibus Bawarie iure hereditario, faciens quem admodum Achab[c] fecit Naboth Israhelitice, vi recipiens sibi vineam swadente Iesabel. Post longum vero conflictum iuvenis dux Stephanus, frater Fridrici, congregatis belligeris intravit Bohemiam penes Chamm, faciens in ea depopulationes et cremationes ibidem. Tunc compositi sunt cesar et duces Bawarie, qui vendiderunt cesari marchiam Branburgensem pro 12 fortalitiis et civitatibus sitis in Bawaria, et pro innumerabili pecunia[d], et dederunt sibi terram optimam et honorabilem, quia dominus illius terre Branburgensis est unus de electoribus regis Romanorum, pro exili pretio; et sic vendiderunt et perdiderunt duas terras optimas, scilicet cometiam Tyrolensem et marchiam Brandeburgensem, infra quatuor annos. Licet perceperint magnas pecunias et infinitas ex venditione et alienatione terrarum, tamen eodem anno inposuerunt unam exactio-

a) tot 1. 2. b) *alia manus addidit* [illegible] *et rursus alio* Degenberger 2. c) Achalo 1. d) *hic lacuna est in cod* 1.

1373. nem inconswetam, claustris, cenobiis, plebanis, vycariis, pro expensis canum, que vulgariter nominabatur huntz stewr.

Urbanus V revertitur Avinionem. Urbanus[a] V obiit, qui multa signa fecit: mortui suscitabantur, ceci illuminabantur, claudi et alii infirmi curabantur qui invocabant eum, sicut patet in manifestissimis signis et manifestum fuit tam Callica[b] terra quam in aliis lingwis, ita quod habebatur pro beato. Cui successit Gregorius XI. Gregorius[c] XI revertitur et intrat Romam. Gregorius XI obiit Rome.

1375. 1373 circa nativitatem Christi[d] Karolus imperator existens rex Romanorum, nec non rex Bohemie, dignitatem imperialem volens post se relinquere filio suo, licet illud multo tempore antiquo non erat auditum, ut talis dignitas imperialis a patre processum haberet in filium, eundem Wentzeslaum in regem Romanorum promovit; et hoc magnis sumptibus apud electores regni Romanorum et circa alios principes, sicut tunc estimabatur, pro 1700 mille florenis optimuit. Et idem Wentzeslaus novus rex Romanorum electus eodem anno
1376. curiam apud Franchenfort edixit ac celebravit, et principibus iura regalia et omagia contulit, sicut decuit regem Romanorum. Et dominus papa . . eandem electionem confirmavit, licet idem Wentzeslaus rex fuerit tunc temporis minorandis et sinistro modo electus. Nescio qua de causa hoc fecerat dominus papa. Predictus Karolus imperator et rex Bohemie, qui tempore suo augmentavit regnum Bohemie cum multis terris, Polonie, Lusacie, et marchia Brandenburgensi, que terre sunt infeodate a regno Romanorum, usurpando sibi infeodationem ad regnum Bohemie, minorando regnum Romanorum, augmentando Bohemiam, obiit, relinquens Wentzeslaum regem Romanorum, cum duobus aliis filiis.

1375 Albertus[e] dux Austrie volens celebrare nuptias Wyenne dominica *Esto michi*, vocavit dominum Albertum de Winchel, episcopum Pataviensem, ut sibi copularet filiam Friderici comitis de Nurnberch legittime in uxorem. Et idem Albertus episcopus volens conparere mandatis Alberti ducis Austrie, cum proficisceretur in via tendens Wyennam, cum pervenit prope civitatem Sancti Ypoliti sitam in Austria, contigit, ut ab Ottone et Heinrico, dicti Ernvelsâr, ministeriales Styrie, cum suo exercitu est captivatus indebite, quia non suspicabatur eos sibi adversari; et deductus in castrum, dictum Chamer, situm in Styria, dyocesis Saltzburgensis, et inclusus fere per annum. Quapropter prout institutum est a matre sancta ecclesia, predicti Ernvelsâr cum suis complicibus in dyocesibus Saltzburgensis et Pataviensis ecclesiarum singulis festivitatibus ac dominicis diebus sunt excommunicati, et publice pronunciati, pulsatis campanis et candelis accensis. Tandem ultimo idem Albertus episcopus Pataviensis cum suis familiaribus est per placita ab eorum captivitate solutus. Et in predictis nuptiis Wyenne fuerunt multi domini, scilicet Fridericus dux Bawarie, et comites, ac infiniti barones Bawarini, Bo . . .[f]

1373 Lanczhuotenses[g] captivaverunt cives plures fautores iuvenis ducis Stephani, quorum[h] quosdam occiderunt cum consensu antiqui ducis. Et filii Iohannis ducis dissentientes cum iuveni duce Stephano, set pacati usque in adventum Friderici ducis, postmodum obsiderunt castrum Parsperch in Norico. Dominus papa Gregorius XI adhuc gwerrat cum tyranno Mediolanensi. Unde exigit magnam stewram, scilicet decimam partem omnium reddituum ab universo clero, secundum statutum concilii Vienensis, quod clerus debet dare cuilibet pape stewram, si sedi apostolice incumbit necessitas[i].

1382. M. ter C. cum do decies octoque secundo
Aprilis mensis sedena luce nitente
Berchtersgadmensis terra superata repente
Rebus privatur, inibi templum violatur,
Ac sacer ornatus totus fuit extraneatus.
Ossaque sanctorum deduxit gens reproborum
Cum libris cunctis ac calicibus sibi iunctis,
Ad aras fani stabulant equosque prophani.
Hec et grande nephas factum quod non reputo fas:
Corpore nam Christi deiecto turpiter isti
Vas subtraxerunt qui Christum non coluerunt.

a) Eodem anno U. 2. E, Italia 2. c) Eodem anno G. 2. d) Eodem anno K. existens 2. e) Eodem anno A. 2. f) *spatium vacuum relictum est.* g) Eodem anno L. 2. h) in quorum 1. i) *hucusque* 2 *Annales Matseenses exhibet, sequentia ex solo* 1 *damus, ubi paulo post a scriptoribus rerum quae narrantur fere aequalibus addita sunt.*

Cultus divinus ibi destruitur male binus, 1382.
Nam tunc[a] claustrales fugierunt ac moniales
Delubra linquentes torqueri se metuentes.
Heccine bellificus causavit duxque[b] Fridricus.
Non quasi katholicus sed cleri trux inimicus,
Babarie princeps, pro quo sibi pena deinceps.

A. D. 1394[c] infra octavas pasce captus est rex Bohemie nomine Wentzeslaus a suis commilitonibus ac waronibus suis, et ab illo de Rosenwerck et de Risenwurch detentus hinc et inde ducebatur de castello in castellum, tandem servabatur in quodam castello dictum Wiltwerck quod erat ipsius de Storhenwerk[d]. Modo ipso rege detento frater suus Iohannes dux Görlitz misit litteras ad diversas provincias pro stipendiariis de diversis partibus qui maxime exploraverunt terram Bohemie, et specialiter suorum emulorum; illis consumatis inita fuit concordia inter illum de Rosenwerk suorumque complicium et fautorum, et liberabatur rex, regnans in regione sua ut ante.

Modo anno Domini 1395 captus est margrafius de Marchia a rege predicto scilicet Wohemie per ordinacionem quorundam emulorum suorum in castello quod dicitur dacz dem Purglein, ubi tunc temporis rex Wohemie Wentzeslaus morabatur.

CONTINUATIO MONACHORUM SANCTI PETRI.

Ea manu alia saec. XV. scripta, ultimum in codice Sancti Petri locum occupat, et in hoc solo nobis servata est.

A. D. 1375, 14. Kal. Februarii obiit dominus Iohannes Rosses, venerabilis abbas huius monasterii; post quem dominus Otto Chalnperger, huius nominis secundus, canonice et concorditer eligitur, Nonas Februarii. Hic invenit monasterium in magnis debitis, quorum summa tunc taxabatur ad sex milia florenorum, exceptis usuris et dampnis, quorum summa se extendebat plus quam ad mille florenos. Ipse tamen per bonum regimen et bonam provisionem Deo auxiliante prescripta omnia in paucis annis plene et integraliter persolvit. Insuper et per successum temporis multa et quasi inenarrabilia bona pro monasterio fecit, videlicet construendo, clenodia conparando, ac redditus monasterii augmentando etc., que omnia scribi non possunt; principaliora tamen digne scribenda sunt, non iactancie causa, set successoribus in exemplum.

Pro sacristia infra scripta fecit. Primo conparavit magnam crucem argenteam, habentem puri argenti marcas 32; que omnibus conputatis, constetit 500 florenos. Item ymaginem beate Virginis habentem argenti marcas 9, que constetit denariorum libras 70. Item duas monstrancias magnas; quarum unam emit pro denariorum libris 48, alteram pro denariorum libris 30. Item brachium argenteum, quod emit pro denariorum libris 30. Item curvaturam minoris baculi, que constetit denariorum libras 48. Item pro missa publica conparavit calicem, qui[e] constat florenos 40. Item procuravit indulgencias septem annorum perpetuas a Bonifacio IX. Item procuravit privilegium pro se et suis successoribus in perpetuum, benedicendi calices, patenas, vestimenta sacerdotalia aliaque ornamenta ecclesiastica. Pro hiis duabus bullis exposuit centum florenos. Hec omnia cum multis aliis fecit pro sacristia.

Infra scripta fecit pro ecclesia. Primo emit tabulam super altare sancti Petri pro florenis 80. Item conparavit tabulam cum sarcofago et ymaginibus inclusis super altare sancte Crucis, et constat simul florenos 60. Item organum magnum ex novo fieri fecit, et constetit plus quam 50 libras denariorum. Item edificavit turrim ecclesie, que omnibus conputatis constat plus quam 709 florenos. Hec et multa alia bona fecit pro ecclesia et eius ornatu.

Infra scripta fecit pro conventu. Primo emit a Turnario milite pro promptis peccuniis per industriam acquisitis certa predia, quorum redditus se extendunt ad 12 libras denariorum vel ultra; que dedit conventui ad obloyam pro ebdomodariis, qui prius nil habuerunt, tali

a) *ita m. s. XV. correxit pro* et. b) que *erasum est.* c) *haec in codicis ultimo folio scripta sunt.* d) *ita correctum est, fortasse pro* Rosenwerk. e) que *c.*

pacto et conditione adiectis, quod oblayarius, qui pro tempore fuerit, cuilibet ebdomodario in prima sua ebdomoda, qua scribitur ad publicam, tenetur cottidie dare tres denarios. Item in secunda ebdomoda tantum, excepta secunda feria, quam tenetur expedire custos ecclesie. Item in tercia ebdomoda tantum, preter quintam feriam, in qua tenetur dare quatuor propter officium beati Ruperti.

Item instituit et dotavit missam in dormitorio, quam ebdomodarius in sexta feria quarte sue ebdomode legere tenetur, de qua habet denarios 8, quos recipit ab oblayario. Ad hanc missam et ad anniversarium suum dedit ad oblayam predium in Witelswanchk, quod solvit reddituum libras tres, solidos quinque.

Item ad missam corporis Christi, quam ebdomodarius in quinta feria quarte sue ebdomode legere tenetur, dedit denarios tres, quos legens recipit ab oblayario. Hec missa prius nil habuit, quia prompta peccunia, cum qua instituta et dotata fuit, consumpta fuit in lite pr Süffring. Pro prescriptis vero celebrantes ad nil aliud tenentur, nisi orare pro anima eius, et habere ipsius memoriam.

Item dedit conventui reddituum denariorum libras duas pro quatuo minucionibus anni, quas amministrare tenetur conventui magister infirmarie, qui pro tempore fuerit, pro qualibet minucione libram mediam conventui distribuendam, non obstante minucionibus quas ab antiquo conventui dare tenetur. Pro prescriptis vero duabus libris reddituum conventus ad nil aliud tenetur, nisi in duabus sextis feriis cuiuslibet minucionis in capitulo habere memoriam ipsius cum uno *Pater noster*. Item dedit ad tres tricenarios anni pro congregacione reddituum solidos novem, pro qualibet missa denarios tres, quos legens recipit a custode ecclesie; et tenetur celebrans habere secundam collectam pro abbate defuncto. Item melioravit et augmentavit conventui prebendam in multis, ut in breviario chori invenitur. Hec et multa alia bona fecit pro conventu.

